John Adams
Library,



IN THE CUSTODY OF THE
BOSTON PUBLIC LIBRARY.



SHELF No
ADAMS
160.3



AMSTELAEDAMI
Apud JANSSONIO - WAESBERGIOS 1734.

CAII
PLINII CAECILII SECUNDI
EPISTOLARUM
LIBROS DECEM,

CUM NOTIS SELECTIS,

JO. MARIAE CATANAEI, JAC. SCHEGKII, JAC. SIRMONDI, IS. CASAUBONI, HENRICI STEPHANI, CONRADI RITTERSHUSII, CL. MINOIS, CASPARIS BARTHII, AUG. BUCHNERI, JO. SCHEFFERI, JO. FRID. GRONOVII, CHRISTOPHORI CELLARII ALIORUMQUE,

Recenſuerunt ſuisque animadverſionibus illuſtrarunt

GOTTLIEB CORTIUS

Et

PAULLUS DANIEL LONGOLIUS:

Qui etiam univerſum Opus Indicibus locupletiſſimis inſtruxit.



AMSTELAEDAMI,

Apud JANSSONIO-WAESBERGIOS.

CIƆIƆCCXXXIV.

ADAMS/60,3

VIRIS

CELEBERRIMIS atque ERUDITISSIMIS

PETRO BURMANNO IC^to.

HISTOR. ELOQ. GRAECAE LINGUAE & HIST. FOED. BELGII IN ACAD. LUGD. BAT. PROFESSORI ORDINARIO, BIBLIOTHECAE PUBLICAE PRAEFECTO.

Et

JACOBO PHILIPPO d'ORVILLE IC^to.

HISTORIARUM, ELOQUENTIAE & LINGUAE GRAECAE IN ILLUSTRI AMSTELAEDAMENSIUM ATHENAEO PROFESSORI.

S. P. D.

PAULLUS DANIEL LONGOLIUS.

EN! Vobis PLINIUM meum, ſed non tam meum, quam Veſtrum, quorum beneficio potiſſimum tribuendum, ut nunc in publicum prodire queat. Per Te enim, CELEBERRIME BUR-

BURMANNE, *Cortius* Tuus olim nactus eſt excerpta variorum codicum, in primis vetuſtiſſimi captiſſimique Codicis Medicei, qui octavum librum, quem nullus reliquorum agnoſceret, rariſſimo exemplo exhibuit. Tanto Viro es merito Tuo jungendus, HUMANISSIME d'ORVILLI, qui ex elegantiſſima, quae Tibi eſt, libraria ſupellectile in *Cortii* aeque Tui conceſſeras uſus *Boxhornii* Editionem duobus cum MSS. collatam. Eſt quoque Tibi acceptum referendum, quod *Riccardiani* codicis copia eidem facta fuerit, Clariſſimusque *Antonius Franciſcus Gorius* ejus collationem in ſe ſuſciperet, & quae alia non minus parca manu ad PLINIUM exornandum contuliſti. Poſtquam etiam res eò perducta fuit, ut SECUNDUS typis deſcriberetur, nec nos ipſi iis praeeſſe poteramus, *Cortii* meisque precibus adeo Te facilem praebuiſti, ut, ſi quando operae haeſitarent, ſemper ad Te

pate-

pateret aditus. Cui ergo potiori jure inſcribendus Noſter, quam his Duum-viris, tam ſingulariter de eo meritis? Id eſt, quod *Cortius*, dum viveret, ſecum ſtatuerat, ut Optimus *Waesbergius* peropportune me monuit, unaque id ipſum ſibi in praecipuis votis eſſe ſignificavit. Summa ergo cum voluptate, quae Praeceptor deſtinaverat, praeſto heres ejusdem lucubrationum, Vos viciſſim rogitans, Veſtrae in illum familiaritatis ac propenſiſſimae voluntatis, ſi non ex aſſe, ſaltem ex ſextante, me heredem patiamini. Eam in ſpem adducor litteris Veſtris, quas nuper ad me dediſtis, humaniſſimis, quasque pro amicitiae pignoribus ſanctiſſime apud me cuſtodio. Reſpondebo, quoad potero, ſi qua Vobis opus ſit, paribus officiis. Contingat modo Vos quam diutiſſime fortes atque incolumes habere, ut ſecula poſterique poſſint non ſolum *Virgilium Burmannianum*, *Iterque Siculum d'Orvillianum*, quae

cu-

cupide exſpectamus, ſed & quamplurima ingenii Veſtri monimenta verſare. Valete, VIRI HUMANISSIMI & multos annos in Rei Litterariae bonum ſuperſtites eſtote.

Lipſiae ipſis Kalendis Martis
CIↃIↃCCXXXIV.

LECTORI

S. D.

PAULLUS DANIEL LONGOLIUS.

TAndem aliquando carceribus ſuis, quibus diutius, quam voluimus, clauſae retentae fuerunt, dimittuntur *C. Plinii Caecilii Secundi Epiſtolae*, quae ita ſe probarunt iis, quibus elegantiores litterae curae cordique ſunt, ut omni elogio carere queant. Nos tantummodo pauca praefabimur, ut pateat, quae opera in iis edendis praeſtita fuerit. *Cortio*, cum animum ad *Plinium* ſuum adjungeret, haec, quae ſequuntur, ferebantur auxilia. Ut reliquis longe praeſtant, ita ſtatim memorandae ſunt *membranae Mediceae*, quarum ſalivam Noſtro *Nic. Heinſius* multis locis moverat. Non defuit ejus votis *Vir Clariſſimus Petrus Burmanus*, qui iſtarum lectiones, quas ὁ πάνυ ad marginem Aldinae 1503, inſperſis ſubinde ſuis conjecturis, notaverat, fratris filii, politiſſimi juvenis *Petri Burmanni* opera deſcribendas curavit. Quam venerandae antiquitatis fuerit Codex, diſces ex ipſo noſtro Commentario, cum relatum leges, modo ipſam incorruptiſſimam ſcripturam exhibere, modo reliquorum corruptelas indicare, modo etiam dubiam lectionem confirmare. Omiſeram fere, quod primo loco ponendum erat, eum habere octavum librum, qui tamen in omnibus, quae praeſto fuerunt, MSStis deſiderabatur. Nec hoc ſatis, quin idem *Vir Doctiſſimus* ex Bibliotheca Academiae Leidenſis *Voſſianorum* excerptorum copiam faceret, quae etſi recentiorem codicem loquuntur, non tamen adeo corruptum, ut non interdum veram & antiquam lectionem intemeratam propagaverint. Eorum dum mentionem facio, nolo errorem diſſimulare, quem circa ea commiſerim. Oneri, ſub quo *Cortius* mortalitate interceptus fuerat, ſubiens, omnes ejus loculos excutiebam, ne quidquam, quod *Secundo* ſuo deſtinaverat, periret. Nollem fruſtra: adeo, ut ne adfecta quidem, aut quae me de copiis, quibus uſus erat, inſtruerent, reperirem. Aderant equidem, quarum indicem mox dabo, editiones, interque illas *Cellariana*, in cujus margine diverſitates alius libri *Cortii* manu adſcriptae erant. Quid laetius mihi accidere poterat, qui obſervationum *Plinianarum*,

etſi minimam, difficillimam partem, vetuſtiſſimis quibusque libris, qua ſcriptis, qua inpreſſis, obmuteſcentibus, in me devolutam ſentiebam. Nunc autem concipiebam, facilius id negotii expeditum iri, quod *Voſſianus* codex, quem per totum iſtum *Cellarii* librum, in quem excerpta MSStorum coegerat, littera V notaverat, etiam per plurimas libri decimi epiſtolas adſit, cum pariter V notam his variantibus lèctionibus adpictam viderem. Id cum in animum meum induci ſuſtinuiſſem, ut facile nobis mortalibus inponunt, quae votis noſtris reſpondent, citavi in notis illa *Cortii* excerpta tanquam a *Jo. de Tridino* editione, quae 1502. 4. prodiit, diverſa, etſi, quod non ſemel prodidi, mirabar pari ſemper paſſu incedere. Opus interim exercet praela, quae poſtquam evaſerat, ad me redit. Incido in ultimam *Cortianarum* libri noni animadverſionem, ibique velut adtonitus haereo, cum omnes libros MSStos poſt illum nonum librum ſilere lego. Ulterius ſcrutatus, ex nota Epiſtolae XIII. ſequentis libri res omnis plana evadit, illa excerpta ex *Jo. de Tridino* editione, quam ὁ μακαρίτης Veronenſem dixerat, deſumta eſſe. Commiſſi veniam nunc abs Te, Lector, petendam habeo, quam mihi tanto facilius polliceor, quo pronior in lapſum via, cum rerum ignari alieno labori ſubmittimur. Ceterum ipſis argumentis, quae inde fecimus, nihil decedet, modo ea, quae de *Voſſiano* codice libroque *Jo. de Tridino*, tamquam de duobus diverſis, diximus, pro uno accipias. Sed mittamus haec. De reliquis haec nobis conſtant. Contulit Doctiſſimus *d'Orville* non ſolum paſſim conjecturas ſuas, ſed &, ut eſt litteris adjuvandis promptiſſimus, indulſit nobis *Boxhornii* editionem Lugd. Bat. 1653. cum duobus libris MSStis collatam, quorum alterum *Humfredius*, Gloceſtriae Dux, poſſederat, alter a *Laurentio Valla* correctus fuerat, uterque autem poſtea in Oxonienſem Bibliothecam publicam, ut collatoris manus in fronte libri notaverat, conceſſerat. Haec Vir Celeberrimus de ſe: eodem autem parario per eximium Antiquitatis Vindicem *Ant. Franc. Gorium*, Florentiae hiſtoriarum Profeſſorem, excerpta ex Codice Marchionis *Riccardi*, Viri non genere & Honoribus magis, quam ſingulari ad Literatorum conatus provehendos propenſione conſpicui. Quas membranas inter decimum & undecimum ſeculum ſcriptas cenſet Vir egregius *d'Orville*. Habemus etiam, quod Cl. *Joannis Arnzenii*, nuperi ſcriptorum, quae *Aurelii Victoris* nomine circumferuntur, feliciſſimi reſtitutoris, *Cortio* inſerviendi promtum

ani-

animum concelebremus. Is a Celeberrimo *Drakenborchio* vix edoctus, novam hic terrarum parari editionem *Secundi Epiſtolarum*, ſua ſponte obfert MSSti codicis collationem, qui, ut gratus teſtificaretur animus, *Arnzenianus* dictus eſt. De ipſo libro ejusque pretio ipſum audiamus: " Addidi *Plinii Epiſtolarum* collationem ad codicem chartaceum, manu non admodum antiqua, & ſaepius inepte aberrante, „ ut facile ſciolum fuiſſe intelligeres. Certe Graecas litteras ignoraſ„ ſe docent a ſecunda manu inſerta Graecorum verborum & ſenten„ tiarum, quas adtulerat *Plinius*, fragmenta lacera paſſim & hiulca. „ Haec ille. Quae *Frid. Lindenbrogius* olim ex vetuſto codice excerpſerat, ex Bibliotheca publica bonis artibus non minus quam mercatura florentiſſimae civitatis Hamburgenſis, cum ibi moraretur, liberaliſſime exceptus, ſecum *Cortius* exportavit. Nec praetereunda ſilentio, quae fuit Venerandi *van der Hardt* facilitas, qua Helmſtadienſem codicem anno 1477. exaratum Lipſiam noſtram miſerit. De *Bongarſiano*, qui etiam fuit adhibitus, non eſt, quod dicamus.

Erant praeter ea ad manus, ne vulgares omnes enarremus, in primis editiones *Anonyma* 4. *Catanaei* variae, *Aldinae* 1508. & 1518. 8. *Schureriana* 1614. 4. *Gryphii* 1551. 8. *Stephani* 1591. *Cl. Minois* 1608. 12. *Gruteri* 1611. 12. & *Joannis de Tridino*, de qua ſupra.

Hisce *Cortius* inſtructus ad notas ſe convertebat. In promtu erant *Catanaei*, *Caſauboni*, *Stephani*, *Rittershuſii*, *Minois*, *Buchneri*, *Gronovii* aliorumque, quas *Veenhuſius* olim, licet ſubinde male habitas, in unum collegerat. Acceſſerunt *Cellarii* praecipuae, itemque *Scheſferi*, quae adhuc in Lectionibus ejus Academicis fere delituerant. Inter *Caſpari Barthii* animadverſiones non paucas, Lector, invenies, quas fruſtra quaeres in libris, qui reliquas ejusdem magni Critici praeſtant. Debemus eas Bibliothecae publicae, quae Cygneae adſervatur, unde ejusdem Curator Gymnaſiique Rector, V. Cl. *Georgius Andreas Vinholdus* ſimul cum pluribus aliis promtiſſime conceſſit *Stephani* editionem 1591. cui *Barthii Daumiique* manus paſſim doctiſſima adnotaverant. Ne de Celeberrimi *Danielis Guilielmi Trilleri* cenſuris & emendationibus multis diſſeramus, quae ut extemporales, ita pauciſſimae.

Hoc loco erant res *Plinianae*, *Cortio* Epiſtolae XXXIII. libri decimi mimortuo, cum reſiduam telam pertexendam mihi traderet *Waesbergius*, Vir de re litteraria optimorum Scriptorum editione meritiſſimus. Hanc provinciam nactus maximo opere contendebam, ut etiam de me aliquid operi conferrem. Inciderat in manus meas Juntina, quae Florentiae

1515. 8. prodiit, quam, ut & alias, quas inter meas habebam, cum antea non adhibitam fuiſſe obſervabam, cum reliquis componebam. Sed eodem tempore longe melior mihi adfulgebat occaſio, quam aliquem proventum *Secundo* nunc meo adlaturam eſſe, plane confidebam. V. C. *Matthaeus Arnoldus Wilckens*, Hamburgenſis, quem Aurelianenſes, divi Parentis exemplo, Juris Doctorem ſuperiori anno communi eruditorum adplauſu crearunt, tum Lipſia noſtra domum decedebat. Volebat me ejus demigrationis comitem, ut etiam intra maternos lares conſularesque penates novis, iisque innumeris ac plane ſingularibus beneficiis cumularer.

In hoc itinere qua facilitate & publicae & privatae patuerint Bibliothecae, alibi dicendi erit locus; nihil tamen, quod ad *Plinium* meum faceret, deprehendebam, quam ut de uno alterove, quae *Cortius* olim tractaverat, accuratius ſententiam ferre poſſem. Lipſiam cum redux fio, accidit magno meo commodo, quod Vir Illuſtris *Jo. Jac. Maſcovius* Regi noſtro Potentiſſimo in aulae conſilio; itemque Lipſienſis civitatis Senator graviſſimus, Muſae meae patrocinium quam liberaliſſime in ſe ſponte ſuſciperet. Majora ejus in me ſunt beneficia, quam ut ſtilo adſequi queam. Id tamen a me nullo modo impetrare potui, quin hoc publico documento teſter, plus quam parentis adfectum mihi ab illo tempore exhibuiſſe, meque totum ei debere. Is pro ſtudio ſuo, quo nihil flagrantius, in provehendo omni litterarum genere conciliabat mihi Conſultiſſimum Virum, *Godofredum Leonhardum Baudiſium*, Urbis Praetorem, ac poſt ea Regi a Provocationibus, qui ex lectiſſima litteraria ſupellectile obferebat. *Cl. Minois* Paris. 1608. 12. editionem cum duobus MSStis & Neapolitana 1476. collatam. Factum id erat a *Friderico Brummero*, nobiliſſimo Legis Cinciae Commentatore, cum Lutetiae Pariſiorum degeret, in Bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi. De aetate codicum nil adpoſuerat Juvenis praecociſſimi ingenii, neſcio tamen an forte Eruditiſſimi Bernardi Montefalconii litterae de iis intelligendae, in quibus ſcribit, multos equidem *Plinii Epiſtolarum* codices in Regia eſſe, ſed nullum remotae vetuſtatis, praeterquam duos, qui vero trecentos annos non ſuperent. Dolebam ſane, typos jam in deſcribendo libri noni fine occupari, nec his rarioribus frugibus me uti poſſe. Reponebam igitur mecum iſta, eo conſilio, ut potiora, peculiari commentario illuſtrata, Plinio meo adponerem. Videbantur enim, ut fit, nunc meliorem lectionem reſtituere, nunc dubiam vindicare, nunc

etiam

etiam illam, quae ex interpretis ingenio nata erat, confirmare, ut vel, ne exemplum deſit, de *Cortii* emendatione, qua Lib. VI. Epiſt. XVI, n. 17. *Jam dies alibi, illic nox omnibus noctibus nigrior denſiorque: quam tamen faces multae variaque lumina* ſolabantur, obſervavimus, ita expreſſiſſe tres *Brummeri* libros. Sed quia metuendum habebam, ne liber juſtum modum excederet, ſuppreſſi meas obſervationes, inque aliud tempus diſtuli. Interim ne diutius hoc *Brummeriano* labore orbis eruditus careret, in hoc *Pliniani* operis veſtibulo ſimul cum aliis eum proponere non praeter rem viſum fuit. Eſt quoque in eodem videre partem priorem Libri II. capitis XXII. Bibliothecae Latinae Venerandi Senis *Fabricii*, qui pro ingenti ſuo in nos vel potius rem litterariam amore illud caput ex noviſſima editione Veneta reſciſſum, additis inſignibus novis acceſſionibus, citius fere, quam rogaveramus, nobis ſubpeditavit. Seculi etiam genio obſecuti adjecimus Praefationes, non quidem omnes, ſed ut nobis videbantur, potiores. Vitam *Secundi*, quam Clariſſimus *Maſſon* fere a duobus annis auctiorem emendatioremque ſperare juſſit, cum de die in diem morae nectantur, diutius exſpectare res noſtrae non permiſerunt, dabitur tamen illa comes *Plinii Panegyrico*, quem *Cl. Arnzenius* cum maxime editioni parat.

Tu autem, Lector, utere hoc libro, &, ſi quando vacat, ſecede ad *Plinium* noſtrum, nec patere Te ab eo avocari, ſi vel etiam noſtra non uſquequaque, ut eſt noſtro tempore exſpectatione hominum digna ſcribere quam difficillimum, Tuum ferant judicium. Intende potius limam Tuam: nobis ſufficiat, ſi noſtra molimina ſubinde Tibi ſe probaverint, quod ſtimulos nobis addet, ut, quae adhuc neglecta jacent, requiramus, atque maturiora olim demus. Vale, Lector, iterumque vale, & res Tuas omnes ex voto age. Si vacat, corrige haec errata:

In Textu

p. 64. lin. 2. poſt *inſerit* dele ſignum exclamationis.
p. 102. l. 1. lege *pene* pro *pen.*
p. 105. l. 1. *Aeſchinis* pro *Aeſcinis.*
p. 185. l. 4. *caſtitate* pro *caſtate*
p. 215. l. 10. *ſero* pro *fero.*
p. 421. l. 10. *Romano* pro *Mauricio.*
p. 570. l. 7. *inſculpta* pro *inſculta.*

In Notis.

p. 12. a. l. 24. *Arnzen. Tu modo connice; Helmſtad. conjice; Barth. Mſ. connitere,* plane tolle, &, quae in hac nota ſequuntur, ad praecedenten tranſcribe.

p. 30.

E R R A T A

p. 30. a. notam 3. plane inducas.
p. 46. a. l. 15. *utcumque* pro *utrumque*
p. 60. b. l. 30. *munimentum* pro *monumentum*.
p. 77. a. l. 8. *Quinctilian.* pro *Quintilian.*
p. 89. a. l. 42. 410. pro. 440.
p. 102. a. l. 2. *tractandam* pro *tranctandam*.
p. 153. a. l. 17. pone diſtinctionem majorem poſt *peccavit*.
p. 191. b. l. 8. *judicis* pro *indicis*.
p. 202. b. l. 15. *laudabili otio* pro *laudabilis oratio*.
p. 207. a. l. 8. *praeerat* pro *praerat*.
p. 279. b. l. 2. *libris* pro *licris*.
p. 284. a. l. 4. *genuinum* pro *genuimum*.
p. 323. b. l. 37. *Nam* pro *Nom*.
p. 332. b. l. 29. *ut* pro *us*.
p. 364. b. l. 27. *Hanc* pro *Haec*.
p. 370. a. l. 29. *autem* pro *aurem*.
p. 550. a. l. 1. *Publice* pro *Subice*.
p. 748. a. l. 23. dele CATAN.
p. 760. b. l. 34. *Caſaubonus* pro *Gaſaubonus*.
p. 782. a. l. 30. *antiquis* pro *antiquus*.
p. 813. b. l. 6. *vulgatam* pro *vidgatam*.
p. 819. b. l. 22. poſt *molis* tolle diſtinctionem.
— — — 24. *Petiti* pro *Periti*
p. 820. a. l. 19. *rudi* pro *rude*.
p. 821. b. l. ult. *tu* pro *in*.
p. 827. a. l. 15. *Rationis* pro *Ratianis*.
p 828. a. l. antepenult. *praeire* pro *praeite*.
p. 834. b. l. antepenult. *frequenter* pro *frequentes*.
— — — penult. *Briſſonium* pro *Briſonium*.
p. 840. a. l. 39. *eligerem* pro *elicerem*.
p. 843. a. l. penult. ἐισήλασεν pro ἰισήλασεν.

PRAE.

PRAEFATIONES ET DEDICATIONES

Colendo Virorum Principi

BERNARDO BEMBO,

Clariſſimo Equiti, praeſtantiſſimo Doctori & optato Veronae Praetori, HIERONYMUS HUANTINUS Veronenſis felicitatem.

PEtri Leandri induſtria ex Gallia Plinii junioris ad Trajanum epiſtolas licet mancas depravataſque habuimus, quas pro virili mea caſtigatas inpreſſorum beneficio emittendas cenſuimus, ſtudioſorum quidem utilitati, & Plinii dignitati, ſed Tuo in primis deſiderio conſulentes. Has enim ames neceſſe eſt, cum Secundi epiſtolas ſic adfingas, ut aemuleris, quin unus videris eorum ſenſibus ſatisfacere poſſe, qui a Ciceronis (ut ita dicam) profluvio, & ab hujus Plinii brevitate aeque abhorreant. Marinus enim Sanutus integerrimus Veronae Quaeſtor & ejusdem commodorum adpetentiſſimus, idemque praeſtantibus viris omnibus, ſed Tibi inprimis plurimum addictus, mihi nuper oſtendit Tuam ad Dantem noſtrum cultiſſimum poetam epiſtolam doctam (Juppiter) & bene eruditam. Ita probe vivam, Vir Clariſſime, ut in eo ſtilo nil aptius, nil elegantius, nil magis decorum obtulit aetas noſtra. Jam exactum Aurelii Piſaurenſis judicium video proboque, qui cum probitate Trajanum, humanitate Titum, amore patrio Regulum te referre enunciarit, tum ingenuis omnibus artibus Te adeo pollere contendit, ut in quaeſtione relinquatur, quonam ſcripti genere maxime praeſtes. Quare litteris & litteratis eſt gratulandum, quoniam hoc tempore minime deſint viri principes: qui & philoſophentur, & Philoſophorum conſuetudine oblectentur. Sed cum primis Veronenſes noſtros beatiſſimos cenſeo. Quid enim per Deum immortalem ultra ſperare debeant cives noſtri doctrinarum amantiſſimi, Te Praetorem nacti optimum, doctiſſimum & doctorum hominum ſtudioſiſſimum? Cujus comitatem, dexteritatem, prudentiam, juſtitiam & religionem non modo Ferrarienſes Ravennatesque cognoverunt ac venerati ſunt. Verum liberalitatem, pietatem & reliquas in Te inſignes virtutes cum optimus quisque colat, tum maxime admirantur decantantque ſtudioſorum ingenia, quos in dies amas, ſublevas, erigis, foves & unice amplecteris, quantum debent Tibi Dantis Florentini vatis manes? Cum unus Ravennae jacentem putremque illius tumulum marmoreo & conſpicuo monumento erexeris ac mirifice decoraveris. Accedit ampliſſimae gloriae Tuae Petri Filii ſapientia, qui paternis veſtigiis incedens jam

jam omnibus ſtudiis ornatiſſimus antiquorum inprimis vatum majeſtatem undecumque repraeſentans, recentioribus longe praeſtat. Hinc Praetor lectiſſime & ab univerſa civitate noſtra multis votis exoptatiſſime optimo Deo gratias habemus, eumdemque ſupplices imploramus, ut Sanctiſſimo Venetorum Senatui eveniant bene optata, cujus ſapienti conſilio Te praeſide conſultiſſimo ſpectatiſſimoque frui licebit. Ego deinde tantas tamque praeclaras Patris ac Filii dotes perſpiciens ſuſpiciensque utrique me mancipiolum addico, indignum equidem, verumtamen obſequentiſſimum, fidiſſimum & ſingulari mea in Bembam domum obſervantia non adſpernabilem. Demum ut ad Secundum redeam, cum vacabit, vel ut vacet, legas, velim, hujus epiſtolia. Catulli verbum occurrit, non ut eum obiter molliam jam cantatiſſimum. Vale Doctrinarum Decus.

ALDUS PIUS MANUTIUS ROMANUS

ALOISIO EQUITI ET SENATORI VERETO

S. P. D.

Solebam ſuperioribus annis Aloiſi, Vir Clariſſime, cum aut T. Livii Decades, quae non exſtare creduntur, aut Salluſtii, aut Trogi hiſtorias, aut quemvis alium ex antiquis auctoribus inventum eſſe audiebam, nugas dicere ac fabulas. Sed ex quo Tu e Gallia, ubi pro Senatu Tuo integerrime accuratiſſimeque legatum agens, magnam Tibi laudem & gloriam peperiſti, cum plurimis, quae ineſſe optimo Oratori oportet, tum eloquentia illa Tua ſingulari, qua Tibi ante & divitias & gratiam in hac Republica excellentiſſima comparaveras, has Plinii epiſtolas in Italiam reportaſti, in membrana ſcriptas, atque adeo diverſis a noſtris characteribus, ut niſi quis diu adſueverit, non queat legere: coepi ſperare mirum in modum, fore aetate noſtra, ut plurimi ex bonis auctoribus, quos non exſtare credimus, inveniantur. Eſt enim volumen ipſum non ſolum correctiſſimum, ſed etiam ita antiquum, ut putem ſcriptum Plinii temporibus. Quam ob rem ſi, ut videtur, a Plinii aetate ad haec usque tempora hoc epiſtolarum volumen ſervatum eſt, ſit, ut facile credam & T. Livium, & alios, quos tum vetuſtate, tum hominum negligentia, tum vi aliqua incurſioneve exterarum gentium periiſſe credimus, alicubi, tamquam in impio concluſos carcere, ſqualidos deliteſcere: ſperemque exituros in lucem, idque temporibus noſtris, ac mea, ſi diu vixero, praecipue opera, Chriſto Jeſu adnuente δοτῆρος ἐάων. Nunc autem, quoad poſſumus, hasce Secundi epiſtolas damus quam correctiſſimas, in quibus etiam multae ſunt, quae antehac non habebantur. Sed Tibi inprimis habenda eſt plurima gratia, inclute Aloiſi, qui exemplar ipſum epiſtolarum reportaſti in Italiam, mihique dediſti, ut excuſum plublicarem. Deinde Jucundo Veronenſi, viro ſingu-

gulari ingenio ac bonarum litterarum ſtudioſiſſimo, quod & easdem Secundi epiſtolas ab eo ipſo exemplari a ſe deſcriptas in Gallia diligenter, ut facit omnia, & ſex alia volumina epiſtolarum, partim manuſcripta, partim inpreſſa quidem, ſed cum antiquis collata exemplaribus, ad me ipſe ſua ſponte, quae ipſius eſt erga ſtudioſos omnes benevolentia, adportaverit; idque biennio ante, quam tu ipſum mihi exemplar publicandum tradidiſſes. Exeunt igitur hae Plinii epiſtolae in manus litteratorum & Tua & Jucundi noſtri in illos benevolentia emendatiſſimae. Sed quoniam epiſtolas decimi libri, quae ſcribuntur ad Trajanum Imperatorem, ſunt, qui non eſſe Plinii putant, tum quia ſtilo & elegantia diverſae ab aliis videntur, tum etiam, quia praeter doctorum conſuetudinem *Domine* dicat Plinius ad Trajanum ſcribens, operae pretium fuerit, & illas a Secundo ſcriptas fuiſſe oſtendere. Non imus inficias, ſcripſiſſe Plinium alias epiſtolas, ut ipſe ait, paullo accuratius: ſed & has ad Trajanum, ſi quis diligenter inſpiciat, & doctas eſſe & elegantes fatebitur, nec a ſtilo Plinii alienas: id quod cum ex omnibus id genus epiſtolis licet cognoſcere, tum ex ea manifeſtius, quae de Dione quodam ſcribitur, qui ſuorum reliquias in religioſo loco poſuerat. Recitat enim ibi, quae in cauſſa utrimque dicta fuerant ſe judice. Quemadmodum in aliis quibusdam facit epiſtolis, cum de cauſſis, quas ipſe egerat, ad amicos ſcribit. *Domine* autem principibus dicere temporibus Plinii jam receptum fuiſſe, illud etiam Martialis in epiſtola libri octavi ad Domitianum oſtendit: *Omnes quidem libelli mei*, Domine. Item illud: *Edictum* Domini *Deique noſtri.* Eſſe autem Plinii epiſtolas ad Trajanum, multis rationibus probari poteſt, ſed his potiſſimum: Primum, quia in antiquiſſimo exemplari una cum aliis, ut nos inprimendas curavimus, ſub Plinii Secundi nomine ſcriptae ſunt. Deinde, quia Plinii illud de Chriſtianis ad Trajanum, & reſcriptum Trajani ſuper ea re, habetur in una ex eisdem epiſtolis ad Trajanum, cujus rei Tertullianus, Euſebius, Paullus Oroſius meminere. Praeterea in iisdem epiſtolis multa habentur, quae luce clarius oſtendunt, ab eodem manaſſe & has ad Trajanum & illas familiares: ut illud de Voconio Romano in ſecundo libro ad Priſcum: *Convertere ad noſtros, nec hos multos: ſed meae verecundiae ſufficit unus aut alter, ac potius unus, is erit Voconius Romanus.* Et paullo poſt ſubjungit: *Hunc ego, cum ſimul ſtuderemus, arcte familiariterque dilexi. Ille meus in urbe, ille in ſeceſſu contubernalis: cum hoc ſeria, cum hoc jocos miſcui: quid enim aut illo fidelius amico, aut ſodale jucundius?* In eadem epiſtola laudat Voconium, quod patrem habuerit in equeſtri gradu clarum, clariorem vitricum: laudat & a doctrina, a moribus: meminit & matris ejus. Haec eadem in quarta epiſtola libri decimi ad Trajanum de Voconio ſcribit his verbis: *Indulgentia tua, Imperator Opt. quam pleniſſimam experior, hortatur me, ut audeam tibi etiam pro amicis obligari, inter quos ſibi vel praecipuum locum vendicat Voconius Romanus, ab ineunte aetate condiſcipulus & contubernalis meus.* Et paullo inferius ait: *pro moribus Romani mei, quos & liberalia ſtudia exornant, & eximia pietas, quae hanc ipſam matris liberalitatem, & ſtatim patris hereditatem & adoptionem a vitrico meruit. Auget haec & natalium & paternarum facultatum ſplendor.* Praeterea in ſecundo libro

bro in epiſtolis ad Arrianum de Mario Priſco ſic ſcribit : *Marius Priſcus accuſantibus Afris , quibus proconſul praefuit , amiſſa defenſione Judices petiit : Ego & Cornelius Tacitus adeſſe provincialibus juſſi , exiſtimavimus fidei noſtrae convenire , notum Senatui facere , exceſſiſſe Priſcum immanitate , & ſaevitia crimina , quibus dari Judices poſſent cum ob innocentes condemnandos , interficiendos etiam , pecunias accepiſſet.* Ejuſdem Marii Priſci meminit in tertia epiſtola libri decimi ad Trajanum his verbis : *Qua ex cauſſa , cum patronum me provinciales optaſſent contra Marium Priſcum , & petii veniam hujus muneris , & impetravi.* Suetonio quoque Tranquillo, cum ex aliis quibuſdam ad illum litteris amicum ſummum fuiſſe Plinium facile eſt cognoſcere, tum ex his: *Libera tandem hendecaſyllaborum meorum fidem , qui ſcripta tua communibus amicis ſpoponderunt.* Deinde ſic claudit epiſtolam: *Patere me videre titulum tuum, patere audire, deſcribi, legi , venire volumina Tranquilli mei. Aequum eſt nos in amore tam mutuo eamdem percipere ex te voluptatem, qua tu perfrueris ex nobis.* De eodem ad Trajanum libro decimo ſic ſcribit : Suetonium *Tranquillum , probiſſimum , honeſtiſſimum , eruditiſſimum virum, & mores ejus ſecutus , & ſtudia jam pridem , Domine , in contubernium adſumſi, tantoque magis diligere coepi , quanto hunc propius inſpexi. Huic jus trium liberorum neceſſarium faciunt duae cauſſae : Nam & indicia amicorum promeretur , & parum felix matrimonium expertus eſt, impetrandumque a bonitate tua per nos habet, quod illi fortunae malignitas denegavit.* Adde, quod omnibus fere litteris, quibus Plinio reſpondet Trajanus , ineſt familiariſſima illa adpellatio : *Secunde cariſſime.* His igitur aliiſque rationibus colligi poteſt , has ipſas epiſtolas , de quibus agimus, Secundum ſcripſiſſe. Sed hae ſint ſatis vel obſtinatioribus , & qui, quod dicitur, nodum in ſcirpo quaerunt. &c.

JOANNES FRANCISCUS ZEFFUS

PETRO FRANCISCO MEDICI,

Viro Clariſ. S.

INter Latinos ſcriptores Petre Franciſce Medices, Vir Clariſſime, Caecilium Plinium minime adſpernandum, vel hi, qui tantum de nomine norunt, non dubitant. Qui vero illum penitus inſpiciunt, inter primos referendum communi ſententia cenſent. Is etenim, Vir Doctiſſime, Ciceronis veſtigia (ut de ſe ſaepe teſtatur) ardentiſſime ſectatus eſt. Quem, diverſo tamen calle, eſſe adſecutum, multi, judicio quorum in his ſtudiis plurimum tribuimus, non leviter contendunt. Verum nec Epiſtola, neque noſtra patitur familiaritas, ut ea in hunc locum conferam, quae & declamationem expetant, & adſiduus, qui mihi tecum eſt, ſermo ſibi reſervari ſuo jure poſcat. Unum illud, ſupra epiſtolam tamen, dixiſſe liceat, illum per virentia prata, per latos eloquentiae campos, hunc per conſitos hortos, per conciſos & odoratos xyſtos ſibi & rem & gloriam peperiſſe. Placuit ſemper ſemperque placebit Cicero. At hic in epiſtolis placet aeque, ſed homines imitantur magis. Nam (de Cicerone jam taceo) ita petit & commendat, ut extorqueat, ita gratias agit, ut referat, ita obfert, ut largiatur, qua modeſtia laudat? quo ardore invehitur? quibus rationibus ſe alterumve purgat & tuetur? quam feſtiviter, quam vere gratulatur? quam breviter, quam lucide narrat? quam apte, quam lepide jocatur? flentem, ſi lamentatur, videas, unaque collacrimabis, monet nemo benignius, nullus hortatur blandius. Quae omnia vir emunctus, acutus, acer ea verborum puritate, varietate, compoſitione veſtivit, iis luminibus, ſententiis, ſalibus adſperſit, ut nihil terſius, floridius, concinnius, nitidius, ſucculentius, acutius aut dici aut excogitari poſſe videatur. Atque, ut jam omnia uno concludam verbo, hic ſuis epiſtolis prae cunctis noſtris legentium linguam & mores, & aures & animum mire inſtruit & delectat. Hunc igitur tantum talemque librum, cum & Tu ejusmodi ſcriptorum purae incorruptaeque lectioni adprime ſtudeas, & ego id tam neceſſarium quam jucundum putem, multis in unum collatis exemplaribus Tibi, qualem potui, reformavi. Non eſt enim, ut dicam, priſtinae puritati veraeque lectioni reddidi. Nam id in tam varia corruptaque ſcriptura tam temere adſererem, quam falſo hactenus ſe id praeſtitiſſe aliqui ſunt profeſſi. Neque ob id diligentiae & honeſto labori cujusquam, quorum opera effectum eſt, ut has meliores redderemus, derogatum volumus, verum illos laudibus extollimus & proſequimur. Tu illum, qui jam & legi & intelligi patitur, ea benignitate ſuſcipe, qua doctiſſimorum virorum ſcripta, qua etiam meas vigilias, meos labores omnes & ſuscipis & amplecteris. Vale.

IN PLINII SECUNDI EPISTOLAS

PRÆFATIO

HENR. STEPHANI,

In qua, utiliorne an jucundior earum ſit lectio, diſſerit: & de quibuſdam, quae in ea obſervanda ſunt, admonet.

PLINII *Secundi epiſtolas quo ſaepius lego, eo magis illas à plerisque tam raro legi miror: multo etiam magis, à nonnullis ne legi quidem omnino. Neque vero de iis tantum loquor, qui multos ſcriptores non aſpernantur ſolum, ſed etiam averſantur, atque adeo lectione illorum ſibi interdicunt, non alia de cauſa, quam quod verentur, ne ſuum Ciceronianum ſtylum aliqua ſermonis non ſatis Ciceroniani contagione inficiant: ſed de aliis etiam nonnullis, qui, quamvis illo ſuperſtitioſae Latinitatis morbo non laborent, quosdam tamen è ſcriptoribus ſeculo Ciceronis poſterioribus lectione ſua non dignantur. Quid ergo habent iſtae epiſtolae, propter quod tam dignae ſint quae legantur? excipiet fortaſſe vel horum vel illorum aliquis. Ego vero, illas aliquid habere propter quod legi mereantur, non reſpondebo, ſed habere omnia, quae nos ad epiſtolarum aut Latinarum aut Graecarum lectionem invitare & poſſint & debeant. Nam ſive utilitatem, ſive delectationem, ſive etiam utrumque in iſtarum lectione ſibi quis proponat, eum, quod abunde ſuo deſiderio ſatisfaciat, inventurum eſſe dico.*

Ut enim de utilitate prius verba faciam, nullas ſe tam varia doctrina refertas legiſſe epiſtolas, non ſine magna admiratione fatebitur, ſi, quam decet, attentionem, quodque decet, judicium lectioni earum adhibuerit. Eorumne ſtudioſus eſt, quae ad Politica ſive ad Politicen pertinent? Multa certe in epiſtolis Ciceronianis (de iis tantum loquor, quae ad multos è familiaribus ſcriptae ſunt) eo pertinentia invenire potuit: ſed non pauciora in hiſce Plinianis inventurus eſt. quamvis ipſe Plinius longe alium eſſe rerum Romanarum ſtatum, quantum ad earum adminiſtrationem adtinet, fateatur, in ea epiſtola, quae libri tertii vigeſima eſt. Haec enim verba eam claudunt: Haec tibi ſcripſi, primum ut aliquid novi ſcriberem, deinde ut nonnunquam de republ. loquerer. cujus materiae nobis quanto rarior quam veteribus occaſio, tanto minus omittenda eſt. Et hercule quousque illa vulgaria? Eho quid agis? ecquid commode vales? Habeant noſtrae quoque litterae aliquid non humile, nec ſordidum, nec privatis rebus incluſum. *Et, ne quis objiceret, quid tandem de republ. loquêris, cujus vix jam umbra ſupereſt? ſubjungit:* Sunt quidem cuncta ſub unius arbitrio, qui pro utilitate communi ſolus omnium curas laboresque ſuscepit: quidam tamen, ſalubri temperamento, ad

ad nos quoque, velut rivi ex illo benigniſſimo fonte decurrunt: quos & haurire ipſi & abſentibus amicis quaſi miniſtrare epiſtolis poſſumus. *Quamvis* (inquam) *& hîc & alibi etiam longè alium eſſe Romanarum rerum ſtatum, quantum ad earum adminiſtrationem adtinet, minime neget, non pauca tamen de republ. diſſerit, quae ad politicen omnino ſpectant: &, quum praeclarae apud Ciceronem exſtent ad politicen pertinentes ſententiae, habere Plinium contendo, quae illis nequaquam cedant: & quidem nonnullas, quo rariores, eo etiam inſigniores. Harum è numero eſt iſta,* Lib. III. Epiſt. IX. n. 10. Etenim tum maxime favor & ambitio dominatur, quum ſub aliqua ſpecie ſeveritatis deliteſcere poteſt. *In eo ponere & iſtam poſſumus, quæ in eadem epiſtola* n. 26. *legitur.* Nam fides in praeſenti eos, quibus reſiſtit, offendit: deinde ab illis ipſis ſuſpicitur laudaturque. *Quinetiam, quod ſit quorundam magiſtratuum officium, & quomodo ſuum eos tueri gradum oporteat, aliquot locis docet. Neque vero minus iis, quae ad politicen ſpectant, annumeranda ſunt, quae, ad legum jurisque civilis ſcientiam pertinentia, hoc epiſtolarum volumen habet. Habet autem plurima. Quinetiàm ad quaeſtionem quandam vel peritiſſimo jurisconſulto dignam prudentiſſime ab eo reſponderi videmus, epiſtola decima libri quarti: dicentem tamen* (*pro ſua modeſtia*) *ſe cum prudentibus contuliſſe.*

Eane ille lubentius legit, quae ad Ethica ſive ad Ethicen referri poſſunt? Ne in his quidem à Cicerone ſuperari Plinius dici poteſt. Quo autem plura hujus probitatem nobis teſtantur, eo majorem varii illius de moribus ſermones auctoritatem apud nos habere debent. quum verum ſit illud:

Τρόπος ἐσθ' ὁ πείθων τῦ λέγοντος, ὐ λόγος.

Quod ſi inſignes itidem ſententias (*quarum nonnullae velut apophthegmata quaedam ſunt*) *eo pertinentes legere cupiat, occurrent cum alibi, tum pag.* CXXIII. Multi famam, conſcientiam pauci verentur. *Item:* Recta ingenia debilitat verecundia, perverſa confirmat audacia. *Addam & tertiam, quae mihi, dum illas ſcriberem, in mentem venit, ex* Lib. III. Epiſt. IV. n. 6. Conſervandum veteris officii meritum novo videbatur. *Cujus rei rationem reddens, ſubjungit:* Eſt enim ita comparatum, ut antiquiora beneficia ſubvertas, niſi illa poſterioribus cumules. nam, quamlibet ſaepe obligati, ſiquid unum neges, hoc ſolum meminerunt, quod negatum eſt.

Quid quod Phyſica etiam nonnulla in his eſt epiſtolis inventurus? Nemo enim mihi negaverit, quin illa epiſtola (*ut de aliis aliarum locis taceam*) *cujus initium eſt:* Attuli tibi ex patria mea pro munuſculo quaeſtionem altiſſima iſta eruditione digniſſimam, *tota inquam illa epiſtola eo pertinens argumentum tractetur.*

Jam vero, ſiquis, nihil ſe illa, quae enumeravi, ſed Oeconomica tantum curare dicat, quamvis horum cognitio ex epiſtolis peti minime ſoleat, multa hîc tamen, quae ad eam faciant, in promtu ei futura eſſe, aio. Neque fortaſſe ab illis alienae cenſeri debent plenae dulcedinis epiſtolae, quas ad uxorem ſuam Calphurniam ſcribit: quum mutuus conjugum amor fundamentum Oeconomices videri poſſit. Quinetiam, quum res ruſticae quandam ſibi peculiarem OEconomicen poſcant, non pauca ad hanc quoque pertinentia hic eum lecturum eſſe dico. Atque adeo epiſtolam quandam jam nunc illi indicabo, qua non aliud argumentum tractatur. Ea eſt libri tertii vigeſima, habetque hoc principium: Aſſumo te in conſilium rei familiaris, ut ſoleo. Praedia agris meis vicina, atque etiam

 in-

inſerta, venalia ſunt. *Ultima item libri primi epiſtola quaedam continet, quae eodem referri queunt, atque inter alia inſignem hanc regulam:* Mala emtio ſemper ingrata eſt, eo maxime, quod exprobrare ſtultitiam domino videtur. *Sed quamvis ibi de agelli cujusdam emtione agatur, fateor & de domus urbanae, quinetiam aliarum rerum emtione, idem dici poſſe, ideoque non ad ruſticam Oeconomicen potius quam ad urbanam pertinere. Inter illa autem, quae proprie ad Oeconomicen ruſticanam pertinent, omittenda (ut opinor) non fuerit illa libri ſecundi epiſtola, qua villam, quae Laurentinum ſive Laurens vocabatur, tam accurata tamque exacta ecphraſi nobis deſcribit, ut depingere potius videatur. Sed quare ad Oeconomicen ſive ruſticam ſive ruſticanam illa quoque deſcriptio facere dicenda eſt? Quoniam in ea quoque ſtructura multa ejus providentiae, quae bonum patremfamiliás decet, exempla obſervari poſſunt.*

Neque tamen omnia, quae ſuum lectorem hae docere epiſtolae poſſunt, ad illa poſſe reduci capita dixerim. Eas enim ſumant in manus aulici, aliquid, quod ad ſcientiam aulicam pertineat (neque enim aulicos eſſe duntaxat empiricos debere exiſtimo) ex earum lectione reportabunt. Ibi enim crebram alicujus è Caeſaribus (praeſertimque alterutrius è duobus) mentionem invenient: multa de illis, nonnulla etiam de illorum aulicis referentem Plinium audient: ut omittam librum earum decimum, cui inſertae ſunt, quas ipſe etiam Trajanus de variis rebus ad illum ſcripſit. Atque, ut miſſos faciam aulicos, alios item, quibus aliud eſt vitae genus, aut etiam alia ſunt vitae genera, à lectione quorundam locorum hujus voluminis (quod in decem libros diviſum eſt) prudentiores diſceſſuros ſpero. Verum, ut ab iis, quae ad vitam inſtituendam ſpectant (quae certe ad unum è tribus illis primis capitibus, nimirum ad Ethicen, referenda ſunt) ad alia etiam veniam, de quibus agitur in hisce epiſtolis: tam varium propemodum illarum eſſe argumentum, quam late ſe extendit philologia, dicere non dubitaverim. Romanus quidem certe ad res quod attinet, non tantum, quae nunc tempora, qui mores eſſent, indicari, ſed ſuperiorum quoque mentionem ab eo fieri locis aliquot, atque diſciplinam majorum, aut ſaltem avorum, commemorari videmus: quorum unus eſt in epiſtola libri tertii vigeſima.

Ad delectationem ab utilitate tranſiens (nam & eos, qui hanc etiam in hisce epiſtolis quaerent, quod deſiderio ſuo ſatisfaciat inventuros eſſe dixi) hoc fateor, non tam multa eſſe, quae delectare, quam quae prodeſſe poſſint: ſed eſſe tamen multa dico. variis enim in locis jocatur, & quidem feſtive. Ex iis eſt hic initio epiſtolae XXI. *libri* I. Ut animi tuo judicio, ſic oculorum plurimum tribuo: non quia multum (ne tibi placeas) ſed quia tantum, quantum ego, ſapis; quanquam hoc quoque multum eſt. *Quibus ſubjungit:* Omiſſis jocis, credo decentes eſſe ſervos, &c. *quae valde pauca ſunt. breviſſima enim eſt epiſtola. Epiſtolam autem totam jocoſam habemus eam, quae eſt libri octavi ſeptima, cujus hoc eſt initium:* Neque ut magiſtro magiſter, neque ut diſcipulo diſcipulus (ſic enim ſcribis) ſed ut diſcipulo magiſter, (nam tu magiſter, ego contra: atque adeo tu in ſcholam revocas, ego adhuc Saturnalia extendo) librum miſiſti. *Et poſtquam dixit, ſe hoc ipſo hyperbato, quo ſit uſus, probaſſe ſatis, eum eſſe, qui non modo magiſter ejus, ſed ne diſcipulus quidem debeat dici: addit, ſe tamen ſumturum perſonam magiſtri:* exſeramque (*inquit*) in librum tuum jus, quod mihi dediſti, eo liberius, quo nihil ex meis interim miſſurus ſum tibi, in quo

te

te ulciſcaris. *Quibus verbis illa epiſtola clauditur. Atque hic omittendum non eſt principium illud epiſtolae trigeſimae tertiae libri ſexti:* Tollite cuncta (*inquit*) cœptosque auferte labores. Seu ſcribis aliquid, ſeu legis, tolli, auferri jube, & accipe orationem meam, ut illi arma divina. Num ſuperbius potui? revera ut inter meas pulchram. Nam mihi ſatis eſt certare mecum. *Feſtiva eſt illa etiam epiſtola, vel potius illud feſtivum epiſtolium, libri noni, cujus initium eſt:* Quid agis? *Multarum quidem certe clauſulae ſaltem facetum aliquid habent & quod delectare poſſit. Talis eſt haec epiſtolae undecimae libri quarti:* Denique quicquid voles, dummodo non minus longa epiſtola nunties: ego non paginas tantum, ſed etiam verſus ſyllabasque numerabo. *Jam vero & quaedam feſtiva dicta, interdum aliena, nonnunquam ſua, commemorat. Tale eſt quod legimus* Lib. I. Epiſt. XX. n. 14. Dixit aliquando mihi Regulus, quum ſimul adeſſemus. Tu omnia quae ſunt in cauſa putas exſequenda: ego jugulum ſtatim video, hunc premo. (premit ſane, quod eligit, ſed in eligendo frequenter errat.) Reſpondi, poſſe fieri, ut genu eſſet, aut tibia, aut talus, ubi ille jugulum putaret.

Quod ſi & de artificio, quod his ſubeſt epiſtolis (ſive hoc ad utilitatem, ſive ad delectationem, ſive potius ad utrumque pertinet) dicendum mihi aliquid eſt, ne in hac quidem parte eum Cicerone inferiorem comperiemus. Nam quæ petit (ut primum de hoc epiſtolarum genere loquar) ita petit, ut denegari nullo modo poſſint. Cujus rei exemplum habemus in iſta clauſula, illius, quae nona eſt libri ſecundi. Te quoque obſecro, ut aliquam oneris mei partem ſuſcipere tanti putes. Reddam vicem, ſi repoſces: reddam & ſi non repoſces. Diligeris, coleris, frequentaris: oſtende modo velle te, nec deerunt, qui, quod tu velis, cupiant. *Ut autem hujus finem, ita principium pariter & finem alius cujusdam conſiderandum propono: quae non longo eam ſequitur intervallo. Hoc igitur eſt principium.* Et tu occaſiones obligandi me avidiſſime amplecteris, & ego nemini libentius debeo. Duabus ergo de cauſis à te potiſſimum petere conſtitui, quod impetratum maxime cupio. *Hic autem eſt finis,* Extenderem preces, & tu rogari diu nolles, & ego tota hac epiſtola feciſſem. Rogat enim, & quidem efficaciſſime, qui reddit cauſas rogandi. *Dignus autem fuit, cui nihil petenti negaretur, quum ad aliorum ipſe petitiones tam promtum ſe oſtendat. Atque hujus tam promtae & tam ad obſequium paratae voluntatis exemplum exſtat in principio epiſtolae* XVIII. *libri ſecundi.* Quid mihi à te jucundius potuit injungi, quam ut praeceptorem fratris tui liberis quaererem? *Verum à petitione ad commendationem ut veniam (quum commendatitiae epiſtolae ſpecies ſint earum, quae petitoriae adpellantur: atque adeo illa epiſtola, ex qua duo poſteriora exempla jam adtuli, ſit commendatitia) quid ad illam addi poteſt artem, qua in commendandis ſuis amicis utitur? quid ad gratiam adjici, quam commendationibus ſuis adhibet? & (quod potiſſimum eſt) quae Suadela major perſuadendi artifex eſſe umquam potuit, quam illa eſt, quam apud eum audimus? Atque ut ne hîc quidem ſine exemplo, vel potius ſine exemplis, loquar, legimus in principio cujusdam, quae eſt* Epiſt. II. Lib. II. Quod ipſe amicis tuis obtuliſſem, ſi mihi eadem materia ſuppeteret, id nunc jure videor à te meis petiturus. *Alter autem locus, quem in exemplum afferam (duobus enim contentus ero) Ciceronianum quiddam habet, id eſt, Ciceronianam quandam for-*

mu-

mulam, ut ita loquar, ita enim clauditur quaedam epiſtola: Multa beneficia in multos contuliſti: auſim contendere, nullum te melius, aeque bene vix unum aut alterum collocaſſe. *Quin etiam in eo, quod epiſtola decima ſeptima libri quarti, ſe admoneri quidem, ſed non rogari vult à Gallo, ſeu Antonino (ambigua enim eſt illius epiſtolae inſcriptio) Ciceronem aut quemdam alium ex iis, quorum epiſtolae Ciceronianis ſunt inſertae, imitatur.* Et admones (*inquit*) & rogas, ut ſuſcipiam abſentis Corelliæ cauſſam contra C. Caecilium conſulem deſignatum. Quod admones, gratias ago: quod rogas, queror. Admoneri enim debeo, ut ſciam: rogari non debeo, ut faciam, quod mihi non facere turpiſſimum eſt. *Quae tam honeſta & officioſa ad petitionem reſponſio obſervanda eſt. Quaedam vero eſt epiſt. libro* VI *in qua vult Tacitum alios rogare, ſe autem precum ejus miniſtrum, adjutorem & participem fore dicit. Quum autem & ibi non minus officioſam (ut jam locutus ſum) ſive obſequioſam habeamus reſponſionem, adferam totum locum, vel potius totam epiſtolam. Poſtquam igitur dixit:* Commendas mihi Julium Naſonem candidatum. Naſonem mihi? quid ſi meipſum? fero tamen, & ignoſco. Eumdem enim commendaſſem tibi, ſi te Romae morante ipſe abfuiſſem. Habet hoc ſolicitudo, quod omnia neceſſaria putat. *Poſtquam haec dixit, inquam, tandem his verbis finem epiſtolae imponit.* Tu tamen, cenſeo, alios roges: ego precum tuarum miniſter, adjutor, particeps ero. *Enimvero omittendus hîc non eſt & alius quidam libri noni locus, ubi deprecatorem agit apud Sabinianum pro ejus liberto. Quum enim dixiſſet, eum ad ſe veniſſe, advolutumque pedibus ſuis haeſiſſe, fleviſſe, multum rogaviſſe, multum etiam tacuiſſe: in ſumma, feciſſe fidem pœnitentiae: & quum alia quaedam adjeciſſet, ita finit epiſtolam:* Vereor ne videar non rogare, ſed cogere, ſi precibus ejus meas junxero. Jungam tamen, tanto plenius & effuſius, quanto ipſum acrius ſeveriusque corripui: diſtricte minatus, nunquam me poſtea rogaturum. Hoc illi, quem terreri oportebat: tibi non idem. Nam fortaſſe iterum rogabo, iterum impetrabo. Sit modo tale, ut rogare me, & te ut praeſtare deceat. *Quamvis porro unum cujusdam commendatitiae Plinii epiſtolae locum attulerim, in quo Ciceroniana quadam formula uſum eſſe illum dixi, ſuas tamen alioqui habere, & quidem magis varias, quam Ciceronem, tacere nolo. Eadem enim à Cicerone libro illo* XIII. *qui commendatitiis plenus eſt epiſtolis totus, multis in locis, & quidem verbis alicubi iisdem repetuntur.*

Longum eſſet, ſicut exempla illius generis epiſtolarum adtuli, ſic etiam reliquorum adferre: & lectorem, à me praemonitum, diligentius artificium in illis obſervaturum ſpero. Quam ob rem de narratoriis tantum aliquid addam: nimirum, in illis quoque ſcriptorem hunc excellere, ob brevitatem: quam nihil Ciceronianae debere, potiusque hanc illi auſim affirmare. Loquor autem de tali brevitate, qualis eſt hæc epiſtolae quintae libri primi. Evigilaveram: nuntius à Spurinna. Venio ad te. Imo eo ad te. Coimus in porticum Liviae. Quum alter ad alterum tenderemus, &c. *Sed eadem opera lectorem monebo, crebrum eſſe apud eum figurae, quae ellipſis adpellatur, uſum: quod niſi animadvertat, quosdam locos immerito mendi ſuſpectos habeat. Exemplum ſuppeditabit hic* Lib. II. Epiſt. XX. n. 2. *locus*, Primum impudentiam hominis, qui venerit ad ægram. *Hic enim non deſiderare, ſed ſubaudire verbum ali-*

aliquod debemus. Sic Lib. III. Epiſt. IX. n. 11. Erat in conſilio Sertorianum illud exemplum, qui robuſtiſſimum & infirmiſſimum militem juſſit caudam equi. reliqua noſti. *Verum quaedam ſunt, quae juſtius quam hae vel aliae hujusmodi eſſe ſuspectae poſſint. Nec dubito, quin talis ſuſpicio quosdam locos corruperit, vocabulo, quod adjectum margini ex conjectura erat, in textum irrepente. Sic* Lib. I. Epiſt. VIII. n. 7. *ubi legimus.* Qua ex cauſa ſaepe ipſe mecum tractavi, nobisne tantum, quicquid illud eſt, compoſuiſſe, an aliis debeamus, ut nobis: *ſuſpectum mihi eſt verbum* tractavi: *ab aliquo profectum, ut opinor, cui ſuſpecta eſſet ellipſis (quam tamen poſt illud adverbium ſuſpectam habere non oportebat) aut certe ex ſcholio, quo docebatur, quidnam ſubaudiendum eſſet, profectum.*

Quamvis autem in iis, quae propoſui, Ciceroni minime cedere illum exiſtimem, nequaquam tamen ejus eloquentiam, ne in ipſo quidem Panegyrico, cum Ciceroniana comparandam dixerim: praeſertim ſi non inventionem tantum ac diſpoſitionem, ſed ipſam quoque elocutionem ſpectemus. Ejus tamen aemulatorem ſe fatetur, in epiſt. libri primi quinta. Totum autem locum adferam, quoniam ibi quaedam ſunt, de quibus eadem opera ſententiam meam proferre volo, quum alioqui exemplarium omnino contrariae ſint lectiones. Ita igitur in noſtra editione, (cum alias quasdam tum vero Badianam ſequente)

Ait, timere ſe, ne animo meo penitus haereret, quod in centumvirali judicio aliquando dixiſſet, quum reſponderet mihi & Satrio Rufo, Satrius Rufus, cui eſt cum Cicerone aemulatio, & qui contentus non eſt eloquentia ſeculi noſtri. Reſpondi, nunc me intelligere maligne dictum, quia ipſe confiteretur: caeterum potuiſſe honorificum exiſtimari. Eſt enim (*inquam*) mihi cum Cicerone aemulatio, nec ſum contentus eloquentia ſeculi noſtri. Nam ſtultiſſimum credo, ad imitandum non optima proponere.

At in Ald. editione aliisque multis, poſt nomen Satrius, *plane contraria eſt lectio, haec videlicet,* Satrius, & cui non eſt cum Cicerone aemulatio, & qui contentus eſt eloquentia ſeculi noſtri. *Verum, quamvis multo plura exemplaria lectionem iſtam habeant, falſam eſſe puto. Quomodo enim cum ea convenire poſſent, quae poſtea dicit Plinius?* Eſt (*inquam*) mihi cum Cicerone aemulatio, nec ſum contentus eloquentia ſeculi noſtri. *Sed enim ne noſtram quidem lectionem usquequaque emendatam eſſe arbitror. Nam ſi hoc de Satrio Rufo dictum erat, cur in ſe transferebat Plinius? cur ita interpretabatur, acſi de ſe dictum eſſet? Exiſtimo igitur ſcribendum:* Satrius Rufus, & cui eſt cum Cicerone aemulatio. *Id eſt: Et is, cui eſt cum Cicerone aemulatio, intelligendo Plinium. Ait enim Regulum hoc dixiſſe tum, quum reſponderet & ipſi & Satrio Rufo. Hanc autem aemulationem, aut ſaltem aemulandi deſiderium, fatetur etiam Arriano, in octava libri quarti epiſtola: ſed dicens tamen Aemulari illum in ſtudiis, non autem Aemulari ejus eloquentiam. Ejus verba ſunt:* Te quidem (ut ſcribis) ob hoc maxime delectat auguratus meus, quod Marcus Tullius augur fuit. Laetaris enim, quod honoribus ejus inſiſtam, quem aemulari in ſtudiis cupio. Sed utinam, ut ſacerdotium, idem & conſulatum, multo etiam juvenior, quam ille, ſum conſequutus, ita ſenex ſaltem ingenium ejus aliqua ex parte adſequi poſſem. *Haec ibi ille: ex quibus ſuſpicari poſſumus, ſolitum illi*

proponi Ciceronis exemplum in aliis etiam rebus, tamquam ejus, quem in illis, ſicut in ſtudiis, aemulari deberet. Auget certe hanc ſuſpicionem, vel potius conjecturam hanc confirmat locus epiſtolae decimae quintae libri tertii, ad Proculum: Rogas etiam, ut aliquid ſuccilivi temporis ſtudiis meis ſubtraham, impertiam tuis. Adjicis, M. Tullium mira benignitate poëtarum ingenia foviſſe. *Perinde enim eſſe puto ac-ſi diceret, M. Tullium, cujus ego aemulator eſſe omnibus in rebus, quae ad ſtudia pertinent, ſtudeo. Sed enim, quod ad epiſtolas adtinet, earum materiam multo largiorem Ciceroni fuiſſe, quam ſibi ſit, queritur, in ea quae ſecunda eſt libri noni.* Praeterea (*inquit*) nec materia plura ſcribendi dabatur, neque enim eadem noſtra conditio, quae M. Tullii: ad cujus exemplum nos vocas. Illi enim & copioſiſſimum ingenium, & par ingenio materia, quam tam varietas rerum, quam magnitudo largiſſime ſuppetebat. *Atque id, quod de materia dicit, intelligendum eſt de materia ſcribendi res minime humiles. Nam, paucis interjectis, ſubjungit,* Niſi forte volumus ſcholaſticas tibi, atque (ut ita dicam) umbraticas literas mittere. *Denique hic locus conferendus eſt cum iſto, atque adeo ex iſto intelligendus, libri tertii epiſtola vigeſima.* Haec tibi ſcripſi, primum ut aliquid novi ſcriberem, deinde ut nonnunquam de republica loquerer: cujus materiae nobis quanto rarior quam veteribus occaſio, tanto minus omittenda eſt. Et hercule quousque illa vulgaria? Eho quid agis? ecquid commode vales? Habeant noſtrae quoque litterae aliquid non humile, nec ſordidum, nec privatis rebus incluſum. *Ille* (inquam) *locus ex hoc eſt intelligendus: & umbraticas litteras illic adpellari dicendum eſt* (*meo quidem judicio*) *quae habent aliquid privatis rebus incluſum, ut quidem hîc loquitur.*

Sed enim admonendus es à me, lector, quamvis tam multa de Pliniana Ciceronis aemulatione audieris, non eſſe hanc in Pliniano ſermone quaerendam. eum enim non ſolum habere quamplurima, quae, quamvis Latina, Ciceroniana tamen non ſint, ſed etiam nonnulla, quae illi peculiaria eſſe ſis exiſtimaturus, & ex quibus aliqua ſuſpecta etiam fortaſſis habiturus. Atque id intelligi volo dictum tam de loquendi generibus, quam de quibusdam vocibus, eas ſeorſum etiam & per ſe conſiderando. Ex illis loquendi generibus eſt id, in quo particula Vero *poſt adverbium utitur: ut in fine epiſtolae octavae libri tertii.* Praeterea intelligo, mihi quoque gloriae fore ſi ex hoc tuo facto non fuerit ignotum, amicos meos non gerere tantum tribunatus poſſe, verum etiam dare. Quare ego vero honeſtiſſimae voluntati tuae pareo. *Ita enim in Ald. editione & Badiana, ita in aliis etiam, quae & diverſis in locis & diverſis temporibus excuſae fuerunt* (*niſi quod quaedam* Honeſtiſſime *habent, quas editio mea ſequuta eſt, quum ſequi eas potius debuerit, in quibus* Honeſtiſſimae *eſt ſcriptum*) *atque hîc omnes optime inter ſe* conſentiunt, *in aliis contra pleriſque locis valde inter ſe diſſentientes. Quid? annon plerumque exemplaria plurima inter ſe de mala etiam lectione conſentire videmus? Fateor: ſed de quo fidem exemplaribus habere nolles, cogeris quodammodo loco alii, ubi* Vero *poſtponitur itidem adverbio, fidem habere. Is eſt in fine epiſtolae octavae libri octavi:* Plura laudabis, nonnulla ridebis. quamquam tu vero, quae tua humanitas, nulla ridebis. *Eſt alioqui (quis hoc neget? quod mireris hunc iſtius adverbii uſum: atque augere hoc admirationem poteſt, quod & ille alter, qui apud primarios linguae Latinae*

ſcri-

ſcriptores extat, apud hunc quoque invenitur. nam in nona libri tertii epiſtola leges. Dicet aliquis, Judicas ergo? Ego vero non judico: memini tamen me advocatum ex judicibus datum. *Ad aliud exemplum ut veniam, legimus in epiſtola libri tertii ſeptima:* Annon videtur tibi Nero modo fuiſſe, quum interim ex iis, qui ſub illo geſſerant conſulatum, nemo jam ſupereſt? *Atque huic lectioni adſentiuntur omnes, quas conſului, editiones, adſentitur & quoddam vetus exemplar: & tamen Ciceronis aetas potius* Superſit *dixiſſet. Non apud ſolum alioqui Plinium talem indicativi modi uſum mihi videor inveniſſe: apud Plautum quidem certe inveniri indicativum modum ſcio in nonnullis aliis loquendi generibus, quibus illa ſubjunctivum potius adhibuiſſet. Majori etiam (ut opinor) cum admiratione leges:* Exſiluit cathedram, Lib. III. Epiſt. XVI. n. 12: *ſed exemplaria tamen quae vidi omnia, quum in plerisque aliis locis valde à ſe diſſentiant, de hujus lectione plane inter ſe conſentiunt. Certe utrum cathedram an cathedra legas, ad ſenſum nihil, ad Latinitatem multum intereſt. Sunt autem alia majoris momenti exempla eorum loquendi generum, quae mira pariter & ſuſpecta eſſe tibi poſſint: ſed mihi nunc in mentem non veniunt: ſed tu fortaſſe, ab his commonefactus, illa ſtatim obſervabis.*

Ad vocabula autem quod attinet, ſeorſum & per ſe (ut antea dixi) conſiderata, mirari poteris cum alia, tum nomen Confuſio, *in ea ſignificatione quam habet epiſt. xx. libri tertii, ubi dicitur,* Procurrebant omnes cum ſuis candidatis: multa agmina in medio, multique circuli, & indecora *confuſio: ſed in ea, quam habet in hac clauſula epiſtolae vigeſimae ſecundae libri* 1. Erit *confuſioni* meae non mediocre ſolatium, ſi tu nihil quereris. *Ponitur enim hîc pro perturbatione animi, quam moeror adfert. Atque in hoc uſu Graecum* σύγχυσις *(cui etiam in prima propriaque ſignificatione reſpondet) imitatur. Eadem de re & verbum* Confundere *uſurpat, ubi ſcribit:* Praeterea veritus ſum, ne vos feſtis diebus *confunderem*, ſi in memoriam graviſſimi luctus reduxiſſem. *Uſus eſt autem & Ovidius participio* Confuſa *eodem modo:*

Nec minus eſt *confuſa* Venus, moriente Tibullo,
Quam juveni rupit quum ferus inguen aper.

ſed quamdam verbale illud majorem habere novitatem videtur. Ex iis, quae mira pariter & ſuſpecta eſſe tibi poterunt, eſt etiam verbum Advertere, *in eo uſu, quem habet in iſto loco* Lib. I Epiſt. X. n. 5. Quantum mihi tamen cernere datur, multa in Euphrate ſic éminent & elucent, ut mediocriter quoque doctos advertant & adficiant. *Quod ego quomodo exponi poſſet quum cogitarem, nullam aptiorem invenire expoſitionem potui, iis quidem certe quibus Graeca lingua eſt familiaris, quam ſi dicerem* Advertere *hîc eſſe quod Graeci dicunt* ἐπιϛρέφειν. *Sed quum hoc quoque verbum varios uſus habeat, addo, me de eo loqui quo res aliqua vel homo animi corporisve dotibus ornatus omnes ad ſe* ἐπιϛρέφει. *quod etiam dicitur* πάντων τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς ἑαυτὸν ἐπιϛρέφειν, *vel* πάντων τὰς ὄψεις: *ut legitur in quodam Herodiani loco, quem in meo Theſauro Graecae linguae adtuli. Sed &* Convertere alicujus animum in ſe, *dicit Livius. Quinetiam ſine adjectione à Cicerone dicitur res aliqua* Convertere ad ſe: *addente alicubi &* Rapere. *Ego certe Plinianum illud* Advertere *& hoc Ciceroniano & Liviano illo genere loquendi exponi poſſe arbitror. Sed à Livio dicitur etiam* Convertere in admirationem. *At ſine adjectione ab eodem res etiam ſubita dicitur* Convertere in ſe: *ut in hoc loco Decadis primae libro primo,* In veſtibulo regiae quam potuere tumultuoſiſſime [*niſi potius* tumul-

 tuo-

tuoſiſſimae *ſcribendum eſt*] in ſe omnes adparitores regios convertunt. *Verum ad aliud exemplum ut tranſeam, verbum quoque* Repetere *apud hunc non tantum, quod apud alios plerosque ſcriptores ſignificare, ſed poni etiam pro* Reminiſci *comperies. Neque tamen peculiare hoc iſti eſſe dici poteſt: at vero* Subpetere, *in activa ſignificatione, pro* Subpeditare, *inter ea quae illi aut peculiaria, aut cum pauciſſimis communia ſunt, numerari fortaſſe debet. Exſtat autem in epiſt.* II. *lib.* IX. *ubi de Cicerone loquens ſcribit*: Illi enim & copioſiſſimum ingenium & par ingenio materia: quam tam varietas rerum, quam magnitudo largiſſime ſubpetebat. *Hic plane* Subpetere *cum habere uſum videmus, quem habere verbum* Subpeditare *ſolet: an autem illum Latinitas admittat, alii viderint. Suſpectum quidem certe hoc loco illud verbum eſſe, non mirabor.*

At vero alia nonnulla, quae à me praetermittuntur, ejusmodi ſunt, ut mira tantum fortaſſe non etiam ſuſpecta tibi eſſe debeant. Ad illa autem quod adtinet, quae ſuſpecta etiam fore videbantur, ubi alia lectio ſe obtulit, quae omni ſuſpicione vacaret, & à ſententia loci minime aliena eſſet, meis ut hanc in textu, illam in margine ponerent mandavi. Quod ſi non ubique, at certe plerisque in locis praeſtiterunt: è quibus eſt hic, in epiſtola decimatertia libri ſecundi: Quid enim aut illo fidelius amico, aut ſodale jucundius? mira in ſermone, mira etiam in ore ipſo vultuque ſuavitas. Ad hoc, ingenium excelſum, ſubtile, dulce, facile, eruditum in cauſis agendis. *Hic enim quaedam exemplaria non* Ingenium excelſum, Ingenium excuſſum *habent: atque hanc lectionem probat Catanaeus (alterius alioqui mentionem faciens) &* Excuſſum *exponit Elaboratum: (quamvis* Elaboratum ingenium *magis etiam quam* Excuſſum *mirari quis poſſit) addit vero illi* Exactum. *Quinetiam utens paulo ante hoc ipſo adjectivo, tamquam eo, de quo minime dubitari poſſet, dixerat:* Et ſane ſunt Hiſpani ingenio excuſſo. *Ego tamen, ſi* Excuſſum *in textu ponendum exiſtimarem, aliter exponendum cenſerem.*

Unum ſupereſt, lector, de quo admonitum eſſe te, antequam hasce Plinii epiſtolas in manus ſumas, non parum tibi eſt profuturum. Quidnam illud eſt? Non eam ſemper lectionem, quae in ipſo ſit textu (ut vulgo adpellamus) ea quam habet margo eſſe potiorem: ideoque delectum eſſe adhibendum. Quod ut fiat, judicium adhibeas neceſſe eſt. Exemplum eſt Lib. I. Epiſt. VI. n. 2. *ubi legimus:* Mirum eſt ut animus à cogitatione motuque corporis excitetur. *Hic enim margini adſcriptum eſt* Agitatione, *at in textu eſt*; A cogitatione. *Ac quamvis non dubitem, quin lectio illa huic longe ſit anteferenda, plures tamen editiones (ex quibus eſt Aldina) illam, quam non probo, lectionem nobis exhibent. Quinetiam quoddam manuſcriptum exemplar, quod conſului, dum haec ſcriberem, illam exhibere comperi. Et quod ad editiones illas adtinet, ſicut Aldi, ita etiam Cratandri editio, quae prodiit anno* M. D. XXVI, *necnon aliquot aliae, habent* A cogitatione: *at Badiana, cui inſerti ſunt commentarii,* Cogitatione, *ſine praepoſitione: quam is etiam, qui illorum auctor eſt, non agnoſcit. In editione autem heredum Cratandri, quae prodiit anno* M. D. XLII. *eſt illa, quam meliorem judico, lectio (& quidem praefixo pronomine* Hac) *quum alioqui minor adhibita fuiſſe videatur iſti editioni diligentia, & ſaepe mendoſi in ea ſint loci, qui in altera illa non item. Verùm ut ad alia exempla veniam, lectionem marginis ſequi potius debemus, ſi, quod Latini-*

ta-

tati magis uſitatum eſt, ſequendum putemus. At Lib. I. Epiſt. VIII. *eſt quidem aeque Latina vox utraque. Sed quae margini adſcripta, magis cum ea re, de qua agitur, convenit. Quaedam ſunt denique lectiones margini adſcriptae, quibus plenior ſubeſt ſententia: immo quibus ſolis fortaſſe plena ſubeſſe dici poſſit, quum illae, quae ſunt in textu, minime plenam ſed imperfectam habere ſententiam dicendae ſint. Illarum è numero eſt quaedam, in Panegyrico;* Quanto nunc tutior, quanto ſecurior eadem domus, poſtquam ejus non crudelitatis ſed amoris excubiis, non ſolitudine & clauſtris defenditur! *Haec enim lectio non plenam, ſed imperfectam ſententiam nobis dat, quum ut crudelitatis excubiis obponuntur amoris excubiae, non item ſolitudini & clauſtris aliquid obponatur. At in lectione quae margini eſt adſcripta, illud ἀντίθετον habemus. Ita enim legitur,* quanto nunc t. q. ſ. e. d. p. ejus non cr. ſed am. exc. non ſolitudine & clauſtris, ſed civium celebritate defenditur! *Verum de lectionibus margini adſcriptis, quae meliores ſunt iis, quas habet textus, hactenus. Haec enim ad reddendum te cautum ſatis eſſe poſſe exiſtimo. Interdum vero ex diverſa lectione aliquid tantum ſumere neceſſe eſt: ut in principio epiſtolae XXIX. libri* VI. Avidius Quietus, qui me unice dilexit, & cui non minimum gaudeo. *Hic enim margini adſcriptum eſt:* Quo non minus gaudeo. *Quam lectionem ſi totam non ſumamus, ſaltem voculam* Quo *ex ea ſumere & in locum voculae* Cui *ſubſtituere neceſſe videtur.*

Alioqui certe lectiones in contextum receptae plerumque ſunt meliores iis, quae margini adſcriptae fuerunt: quarum nonnullae ex ſcholiis irrepſiſſe videri poſſunt. Ut Non datur, *pro* Negatur. *Sic alibi haec duo verba margini adſcripta:* Inoffenſa valetudine, *ab aliquo profecta videri poſſunt qui exponere voluerit quod eſt in textu vocabulum. Sic ſupra monui (quum exempla quaedam adferrem ἐλλείψεων, quibus brevitatis gratia utitur Plinius) non eſſe abſimile vero verbum* Tractavi *ex ſcholio manaſſe. Quaedam etiam lectiones ex iis, quas margo habet, credi poſſunt aut ἐκ παραδιορθώσεως, aut ex eo, quod non potuerit legi aliquod veteris exemplaris vocabulum, eſſe profectae. Ut epiſtola decima ſexta libri ſexti, pro his,* Retinae claſſiarii imminenti periculo exterriti, *in margine legitur:* Retinere amici. *Ubi ex* Retinae *factum* Retinere, *videri poteſt ab iis, qui vel* Retinere *pro* Retinae *male legerunt, vel hoc* Retinae *mendoſum putantes,* Retinere *in ejus locum ſubſtituerunt. Hoc quidem certe conſtat, in nonnullis ignorationem alicujus vocabuli, aut cujuſpiam generis loquendi perſpici. Cujus rei exemplum habemus* Lib. III. Epiſt. V. n. 7. *quum enim ibi legatur in textu:* Medium tempus diſtentum impeditumque qua officiis maximis, qua amicitia principum, egiſſe pernoſcitur. *Quum, inquam, ita legatur in textu, alia lectio irrepſit* Quam *pro* Qua: *ex ignorato illo particulæ* Qua *uſu. Alioqui ſi in priore loco ſubſtitueretur* Quam *pro* Qua, *idem & in poſteriore faciendum eſſet. Alicubi vocem magis frequentem magisque notam loco ejus, quae rarior eſt, habet lectio margini adſcripta, ut in Panegyr.* C. XLVIII. n. 4. Obſervabatur *pro* Obverſabatur, *quod legitur in textu, legique omnino debet. Ne hoc quidem diſſimulabo, quasdam eſſe margini adſcriptas lectiones, cum quibus non ſatis cohaeret quod ſequitur in textu. Ut epiſtola* XX, *libri tertii, quum in textu legatur:* Exceſſeramus ſane manifeſtis illis apertisque, ſuffragiis licentiam concionum, *margini adſcriptum eſt, Exceſſeramus ſane modum &c. quae cohaerere non poſſunt cum iis, quae ſequuntur, niſi aliquid ad ea connectenda addatur.*

 Ad

Ad Graecas autem voces quod attinet, hisce epiſtolis inſertas, de iis quoque diſſentiunt interdum exemplaria: atque interdum lectiones eorum diverſae, ſunt ejusmodi, ut, utram eligas, vix facile ſtatuere poſſis. Exemplum habes in hoc loco epiſtolae ſeptimae libri tertii. Erat Φιλόκαλος uſque ad emacitatis reprehenſionem. *Nam hic adſcriptum eſt margini & καινόφιλος: quod non minus habere locum poteſt. Pariter enim ſunt emaces qui res pulchras, & qui res novas, qualescunque ſunt, amant. Dicuntur autem, qui ſunt rerum novarum cupidi, etiam* Φιλόκαινοι, *& quidem frequentius (quantum meminiſſe poſſum) quam* καινόφιλοι. *Emacitas quidem certe excuſanda magis eſt in in eo, qui ſit* Φιλόκαλος, *quam in eo, qui* Φιλόκαινος, *ſeu* καινόφιλος: *quoniam ille magis ducitur judicio, quam hic. Illius autem prioris vocabuli contrarium legitur in epiſtola tertia libri ſecundi,* ἀφιλόκαλον. *Verum puto,* ἀφιλόκαλον *ibi ſonare non tam* Inelegans *&* rude, *quam* Alienum *ab homine honeſtatis vel rerum honeſtarum ſtudioſo: ſicut me in Theſauro meo expoſuiſſe arbitror. Adfertur autem ibi & alia lectio,* ἀπειρόκαλον, *quae non aliena ab illius loci ſententia eſt. Atque ex iis locis, in quibus utraque lectio aeque poteſt ferri, eſt quidam & in epiſtola tertia libri ſecundi, in fine. Nam ibi non ſolum* μεγαλοφωνότατος: *ſed etiam* λαμπροφωνότατος *poteſt legi. At vero in epiſtola quinta libri primi haud itidem dixerim, non minus* αὐθαίρετον, *quod eſt in margine, quam* δυσκαθαίρετον, *quod eſt in contextu, poſſe legi: ſed contra plane alienam ab hoc loco ſignificationem habere* αὐθαίρετον. *At ſi margini adſcriptum fuiſſet* ἀκαταπάλαιστον *(quod etiam adſertur ex nonnullis exemplaribus) locum & hoc poſſe habere dicerem. Unicum ſuper eſt vocabulum, cujus mentionem facere velim: id eſt* λιτέργιον, *in epiſtola undecima libri ſecundi. Id quum margini eſſet adſcribendum, & contra* λειτέργιον *in textu ponendum, hujus locum illud occupavit. Neque enim adſentior iis, qui* λιτέργιον *(ex quocunque ſit exemplari profectum) admitti poſſe arbitrantur, tanquam ex* λιτὸν *&* ἔργον *compoſitum, ut eo ſignificetur tenue & leve miniſterium.*

Caeterum hoc quoque iis obſervandum eſt, qui linguam Graecam callent, quam aptas voces Graecas & quam non temere ſuis Latinis epiſtolis Plinius inmiſceat. Quam cautionem Ciceronem etiam adhibuiſſe videmus: quum hodie contra plerique in ſua ſcripta, ſuasque praeſertim epiſtolas vocabula Graeca infarciant, non, quod aptiora ſint Latinis, ſed quod ea, quum norint, etiam noſſe ſciri velint. Quod ſi multa noſſent, totas illis epiſtolas refarcirent. Sed cur (objiciet aliquis) Plinius epiſtola decima octava libri primi voce Graeca λογισάμενος *uſus eſt, quum non eſſet ſignificantior quam Latinae aliquot, quae in promtu erant? Dicere enim poterat: Quum illud cogitaſſem mecum.. vel, Quum illud conſideraſſem, vel perpendiſſem. Ego certe exiſtimo, quod Graecus Homeri verſus ſequeretur, ideo illi ibi quoque Graece loqui placuiſſe. Quod ſi Graeca non ſubjunxiſſet, putaſſem ideo uſum illo participio Graeco, quod concinnitatem majorem habere ibi videretur uſus participii: quum Latini nullum habeant, quod plane Graeco illi reſpondeat. Nam* Meditatus *non aeque loco illi convenit. Verum obponet mihi quiſpiam fortaſſis & vocem* πλατανὼν, *qua uſus eſt libri primi epiſtola tertia, & rogabit quid in ea* ἑλληνίζειν *neceſſe fuerit, & annon* Platanetum *dicere potuerit, Ego* Platanetum, *ſequendo analogiam, poſſe dici non nego: ſed* Platanonem *dixiſſe Romanos tum temporis, ex Martiali etiam colligo, apud quem legimus libro tertio.*

Pro-

Proxima centenis oſtenditur urſa columnis,
  Exornant pictae qua *platanona* ferae.

Quod ſi ne huic quidem rationi adquieſcat, Plinium non πλατανῶν (*vel* platanon) opaciſſimus, *ſed* platanus opaciſſima *ſcripſiſſe credat, ut habent alia exemplaria. Ineptus autem eſſet ſi etiam verba* κέκρικα *&* ἐπίςασθε *objiceret (pro quibus & alia leguntur, ut dicam in Graecarum Plinii vocum interpretationibus) quum non ejus, ſed aliorum ſint, quorum ſermonem refert. Ea autem quibus utitur, tam nomina quam verba, ſignificantia ſunt: neque certe cur nomine* μικραίτιος (*exempli gratia*) *potius quam Latino utatur quopiam, quaeſiturus eſt is, qui vim ejus intelliget. Nihilo magis* μικραίτιος *quam* μεμψίμοιρος (*quod ad eamdem ſignificationem pertinet*) *exprimere unico vocabulo Latina lingua poteſt. Quod ſiquis vim illius vocabuli* μικραίτιος *perſpectam habens, Plinium tamen in eo* ἑλληνίσαι *quereretur, nae is eſſet vere* μικραίτιος. *Inſigne vocabulum eſt etiam* ἀφιλόκαλον, *quo utitur non multo poſt: ſicut &* ἀπειρόκαλον, *quod nonnulla exemplaria loco illius habent. Et quod de* ἀφιλόκαλον, *idem de* φιλόκαλος (*cujus etiam uſum apud eum habemus*) *dicendum eſt. Pro quo tamen ſcio* καινόφιλος *etiam legi: quod nihilo magis Latine voce una dici potuiſſet.*

Enimvero non ſolum aperte ἑλληνίζει *Plinius in ſuis hiſce epiſtolis,* (ἑλληνίζειν *autem nunc adpello Graeca verba uſurpare: quod facere dici poteſt & eo in loco, ubi* Prooemiatur *dicit*) *verum etiam occulte, ut ita dicam: quum* (*ut antea oſtendi*) *verbis quibusdam Latinis eam det ſignificationem* (*inuſitatam alioqui, aut certe parum uſitatam*) *quam habent Graeca quibus illa in prima & propria ſignificatione reſpondet. Atque hoc exemplis, quae antea adtuli, clarius fiet. Addo autem, & quaedam Graeca loquendi genera imitari: ex quibus unum hoc in loco habemus, qui claudit epiſtolam vigeſimam ſextam libri ſeptimi. Poſſum ergo, quod pluribus verbis, pluribus etiam voluminibus Philoſophi docere conantur, ipſe breviter tibi mihique praecipere, ut tales eſſe ſani perſeveremus, quales nos futuros profitentur infirmi. Neque enim illud,* Ut tales eſſe ſani perſeveremus, *aliud ſonare puto quam quod Graeci dicerent* ἵνα ὑγιαίνοντες (*vel* ἐν τῷ ὑγιαίνοιν) τοιοῦτοι διατελῶμεν ὄντες. *Sed hic tibi valedicam lector, & te, illo ipſo Graeco genere loquendi utens, rogabo ut velis pro hiſce meis laboribus* μοὶ φίλος ὢν διατελεῖν.

F A-

I. C. Plinius Secundus Caecilius (a) ex Novo Como Italiae Transpadanae oppido, Plinium Majorem avunculum, Quinctilianum & Nicetam Sophiſtam Praeceptores, habuit, diſertiſſimus in foro cauſſarum patronus: variis honoribus, iisque maximis (b) in Republ. geſtis, Imperatori Trajano cariſſimus obiiſſe videtur poſtremis annis ejus imperii. Morum ejus probitatem hoc verſu in hendecaſyllabis ſuis celebravit Sentius Augurinus (c)

Ille o Plinius, *ille quot Catones*!

Vitam Plinii poſt Catanaeum, Lycoſthenem, Rittershuſium & Chriſtophorum Cellarium conſignavit Saſſius Gallicus interpres, & diligentiſſime Joannes Maſſon, (d) a quo ſcripta Plinii vita, & per annos digeſta editioni Oxonienſi Epiſtolarum & Panegyrici an. 1703. 8. praemittitur, locupletiorque prodiit deinde ſeparatim Amſtelod. 1709. 8. Caſtigantur in hac vita nonnulla tradita ab Antonio Pagi in Critica Baroniana & ab H. Dodwello in Annalibus Statianis & Quinctilianeis, a quo & ipſo viro praeſtantiſſimo Annales Plinianos exſpectavimus. Plinii vitam ante Joannem Maſſonum deſcripſit etiam, ac per annos & conſules digeſſit Jacobus de la Baune S. J. praemiſitque Plinii Panegyrico in uſum Delphini illuſtrato Paris. 1677. 4. Tabellam, qua ſtemma Plinii & cognati ejus exponuntur, vide ſis in Th. Remeſii Epiſt. LIV. ad Rupertum p. 503. Alexandrum I. Papam ſub Plinii junioris & Plutarchi diſciplina inſtructum fuiſſe in litteris, nullo fide digno auctore traditur in Proſperi Mandoſii Biblotheca Romana Tom. II. p. 207.

II. Exſtant ejus Epiſtolarum florida ingenioſaque elegantia inſignium libri decem, quorum ultimus epiſtolas Trajani & Plinii mutuas de rebus graviſſimis (e) ſcriptas complectitur, & Conradi Rittershuſii commentariis illuſtratus eſt, quae ſe-

(a) A Joſepho Scaligero vocatur *C. Plinius Secundus Caecilianus.* Sed vide Voſſium de Analogia Lib. I. c. VII. Veronenſem adpellat Beda de ſex Aetatibus, ſive per errorem, ſive propter avunculum Veronenſem Plinium, a quo fuit adoptatus. Confer Jo. Manſionarii Animadverſionem de duobus Pliniis Veronenſibus Oratoribus. & inſcriptiones Veteres apud Onufrium Antiquitat. Veronenſium Lib. VI. p 148. 152.

(b) Cum conſulari poteſtate in Bithyniam miſſus eſt a Trajano. Confer Gruteri Inſcript. p. 454. & A. Pagi ad A. C. LXIX. num. 9. ubi diſces conſularem poteſtatem (civilem) diverſam fuiſſe ab imperio conſulari (militari). Etiam conſulem fuiſſe conſtat ex ipſius Panegyrico. Licet enim a Dione, Caſſiodoro & aliis inter conſules non refertur, Trajanus ei tertium ſuum conſulatum A. C. 100. reſignavit, ut praeter alios notatum Joanni Lightfooto p. 155. ſeq. Opp. Poſtum. Videndus etiam Noriſius in Epiſtola ad Antonium Pagi Tom. IV. Opp. p. 777. ſeq. & 785. qui illuſtriſſimi Aſaphenſis Lloydii Annales litterarum Plinii diſpoſitiones meras eſſe divinationes, nulli argumento ſubnixas notat. p. 782.

(c) Ita apud Plinium Lib. IV. Epiſt. XXVII. legit Nic. Heinſius ad Ovid. Her. Epiſt. VI. vs. 117.

(d) Acta Eruditorum an. 1704. p. 182. & an. 1709. p. 372.

(e) In primis notatu digna epiſtola XCVII. cujus Tertullianus in Apologetico cap. II. Euſebius III. 13. Oroſius Lib. VII. c. VIII. Paullus Diaconus, Syncellus, aliique meminerunt, in qua Plinius ex Imperatore rogat, quomodo cum Chriſtianis agendum ſit, in quibus praeter inflexibilem obſtinationem nihil ſupplicio dignum potuerit deprehendere. Epiſtola XCVIII. reſpondet Trajanus, conquirendos non eſſe, delatos autem & convictos niſi

ſeparatim lucem adſpexerunt Ambergae 1609. 8. praemiſſa Plinii & Trajani vita In Plinii epiſtolis *maturitatem & diſciplinam* laudat Sidonius, quod Bernardus Moneta Tom. III. Menagianorum p. 569. erudite vertit: *le bon ſens & l'exactitude.* Addit idem Caſpare Scioppio auctore: *la netteté & la politeſſe*, concinnitatem atque elegentiam plenam humanitatis. Quoniam idem Sidonius Lib. IX. Epiſt. I. novem tantum libros agnoſcere videtur (ut Jo. Manſionarius octo. Octavus enim liber & decimus quibusdam in MSStis deſideratur.) Hinc librum decimum, quem a Petro Leandro e Gallia in Italiam allatum primus an. 1502. vulgavit Hieronymus Avantius Veronenſis, pauci quidam pro hypobolimaeo habuerunt, quos multis refellunt Aldus & Catanaeus. Rectius alii librum ſingularem & reliquis etiam praeferendum putant. Joannes Savaro ad Sidonium p. 534. *Non eſt, quod ingenioſi verba Sidonii captent, & argutentur, decimum Epiſtolarum librum ad Trajanum ſpurium & ſuppoſititium eſſe. Plinio adſerunt Juſtinus Martyr, Ter-*

niſi Chriſtiano nomini renunciaverint, puniri oportere. Has duas epiſtolas ſeorſim cum Commentariis ſuis ediderunt Gerh. Jo. Voſſius Amſtelod. 1655. 12. Chriſtianus Kortholtius Kiloni 1674. 4. Easdem illuſtravit Franciſcus Balduinus in Commentariis ad Edicta veterum Principum Romanorum de Chriſtianis, Baſileae apud Oporin. 8. Conr. Rittershuſius in Principe Trajano Amberg. 1608. 8. Jo. Teſmarus Marpurg. 1681. 4. Jo. Chriſtophorus Artopaeus in Philologia loci Pliniani de cognitione inſtituta adverſus Chriſtianos, cet. Ex iisdem, ut opinor, epiſtolis anſa data fuit ſutoribus fabularum, ut duo craſſiſſima figmenta excogitarent & nobis proderent, quorum unum in Lucii Dextri ſive ſiniſtri tenebrionis potius commentitio Chronico legitur, Plinium a Tito in Creta inſula converſum ad fidem Chriſtianam, ſeptima Sextilis ad Novocomum martyrium obiiſſe, quod legas in Adverſariis Luitprandi p. 512. & Bivarius p. 273. alio figmento probat, auctoritate nempe ementitorum Titi actorum, quae Zenas legis peritus, & Apoſtoli diſcipulus, cujus Paulus ad Tit. III. meminit, in litteras miſit. Hanc fabulam praeter alios explodunt Thomas Ittigius in Diſſ. de Patribus Apoſtolicis p. 101. ſeq. Marcus Zuerius Boxhornius in Hiſt. univerſali p. 1'8. ſeq. cujus verba cum Scholiis ſuis Jac. Thomaſius ſuae Plinii Epiſtolarum editioni praemiſit; Guil. Caveus in vita Titi Anglice ſcripta num. 9. & ex ipſis Catholicis Petrus Halloix ad vitam Ignatii Tom. I. illuſtrium Eccleſiae orientalis Scriptorum p. 423. Alterum commentum occurrit in Pſeudo Damaſceni Sermone de Defunctis p. 424. in Pſeudo-Luitprandi Adverſariis p. 497. in Vita Gregorii M. a Joanne Diacono ſcripta II. 44. Glycae Annalibus p. 240 in Legenda 46. Jacobi de Voragine & in Conſtantienſis Concilii reprobatione Articulorum Jo. Wiclefi Art. 19 (ut alios jam omittam) quo dicitur Trajanus Imperator in vitam revocatus precibus S. Gregorii I. Papae, veniamque peccatorum ſuorum impetraſſe. Hujus rei apologiam ſcripſerunt Alphonſus Ciacconius ſingulari Diatriba ſaepiſſime excuſa & verſa etiam Italice (vide Jac. Echardi Bibliothecam Dominicanorum Tom. II. p. 345.) Franciſcus de Mendoza Lib. II. de Floribus ſacris Problemate 6. Alphonſus Salmero Tom. XIV. Diſp. XXVII. cet. Sed eam fabulam cenſent Alphonſus Toſtatus, Dionyſius Carthuſianus, Dominicus Scoto, Franciſcus Suarez, Rob. Bellarminus & Caeſar Baronius apud Georgium Calixtum de bono perfecte ſummo p. 66. quibus adde Blaſium de Viega & Jo. Becanum apud Jo. Gerhardum Loco de inferno §. 63. Poſſevinum & alios apud eumdem Confeſſ. Cathol. p. 246. edit. in fol. & apud Gisb. Voetium Tom. V. Diſp. Select. p. 538. ſeq. Gabrielem Naudaeum p. 14. Apologiae pro viris doctis magiae poſtulatis, Leonem Allatium p. 123. ſeq. de Libris Eccleſiaſticis Graecorum, Natalem Alexandrum Sec. II. Part. I. p. 113. Paſchaſium Queſnellum ad Leonem M. Diſſ. I. p. 285. Halloixium Tom. I. de Vitis Illuſtrium Scriptorum Oriental. p. 420. ſeq. Dionyſium Sammarthanum in Hiſt. Gregorii M. & Nic. Comnenum in Praenotionibus Myſtagogicis e Jure Canonico, Joannem de Nicaſtro in deſcriptione Italice edita Arcus Triumphalis Beneventani Trajano poſiti capite IV. cet. Gemina narratio de Dinocrate defuncto Perpetuae precibus ex poenis inferorum liberato reperitur in Actis Perpetuae & Felicitatis a Luca Holſtenio vulgatis. Sed quam Theodoricus Ruinartus in Actis ſelectis Martyrum ante paucos annos editis p. 89. 90. tantum abeſt, ut in dubium vocet, ut contendat, egregium illum eſſe locum ad probandum, mortuos poſſe a poenis, quas patiuntur, per vivorum preces liberari.

*****

Tertullianus, *Euſebius*, *Oroſius & reliqui. Verum ut longe diverſi argumenti librum ſingularem reliquis adnumerare fruſtra duxit. Nam quod ait Catanaeus, Sidonium ſui ſeculi eruditione contentum fuiſſe, nec Plinii librum habuiſſe intra armaria Bibliothecae ſuae, hoc ineptiſſimum eſt; paſſim enim Plinium imitatur, ut notatum eſt ſuis locis accurate.* Vignolius Marvillius Miſc. Hiſt. Litterar. Tom. III. p. 197. *Le dixieme livre des Epitres du Jeune Pline eſt le chef d'œuvre de ce grand homme. Ses autres lettres ont de grandes beautez, & des agremens ſinguliers pour les gens, qui aiment les belles lettres, mais celles-ci qui regardent le miniſtere, ſont incomparables, principalement quand elles ſe trouvent accompagnées des reponſes de Trajan, qui leur apportent un grand luſtre. Jamais rien ne m'a fait mieux concevoir ce que les Romains appelloient Imperatoria brevitas, que ces reponſes ſi breves & ſi ſages. Si les pours eſprits ſe meloint d'écrire, ils n'écriroient pas autrement. C'eſt la le plus haut point de la perfection.* Plinii imitatione Symmachus quoque libro decimo Epiſtolarum ſuas ad Imperatores Theodoſium, Gratianum & Valentinianum Epiſtolas fuit complexus. Plinii epiſtola de Chriſtianis ad Trajanum Imperatorem ſcripta anno Trajani nono, vota decennalia praecedente, cum Plinius Bithyniae pro Praetore praeeſſet a XV. Cal. Octobr. anni octavi Trajani. Vide Sam. Petiti Diatribam de Jure Principum edictis Eccleſiae quaeſito p. 40. Idem p. 37. obſervat epiſtolas amoebaeas Plinii & Trajani collotatas eſſe temporis, quo exaratae ſunt, ordine. Sed illam de Chriſtianis eſtipolam noviſſime illuſtrandam in ſe ſuſcepit Juſtus Henningus Böhmerus, JCtus Hallenſis, in Diſſertationibus Juris Eccleſiaſtici antiqui ad Plinium Secundum & Trajanum Lipſiae 1711. 8. De illa conferes etiam, ubi lubebit, Vincentium Bellovacenſem Speculi Hiſtorial. X. 66. & Jac. Pontanum VIII. 16. Philocaliae p. 298. ſeq. Timanni Geſſelii Hiſt. Eccleſiaſtic. p. 137. ſeq. & binas Jo. Henrici Albini Diſſertationes, editas Wittebergae 1693. Similis argumenti Epiſtolam Tiberiani, Palaeſtinae primae praefecti ad eumdem Trajanum refert Jo. Malala Chronic. Hiſtor. p. 356. Meminit & Joannes Antiochenus in Excerptis Peireſc. p. 818. Apologiam Alphonſi Ciacconii pro fabula de Trajano per preces Gregorii I. Papae in vitam revocato ridet Iſ. Caſaubonus in Caſaubonianis P. II. Exſtat haec fabula etiam apud Jo. Sariſberienſem Policratici V. 8. & Vincentium Bellov. Speculi Hiſt. X. 68. exploditur a Toſtato in 4. Reg. 4. Qu. 57. Theoph. Raynaudo Tom. XV. Opp. p. 429. Pompejo Sarnelli in Epiſtolis Eccleſiaſticis Italice editis Neapoli 1680. 4. Epiſtola XXXVIII. Raimundo Capiſuchio Romano in Controverſiis Theologicis p. 244. ſeq. Rom. 1670. fol. Nic. Comneno Papadopoli in Praenot. Myſtagogicis p. 36. ſeq. Patav. 1679. fol. & à Paullo Preuſero Diſſ. de Trajano Imp. precibus Gregorii M. ex inferno liberato Lipſiae 1710. 4. Codicem Mediceum Epiſtolarum Plinii laudat Nicolaus Heinſius in Notis ad Valerium Flaccum p. 316. & ex membranis Florentinis ad editionem Aldinam complura non inſuper habenda adnotaſſe ſe teſtatur in Epiſtola ad Jo. Frid. Gronovium data an. 1669. in Sylloge Burmanniana Tom. III. p. 538. & manipulum obſervationum ad Plinii Epiſtolas habere ſe ſcribit p. 536. Inſignis quoque codicis MS. mentio obvii in Bibliotheca Hohendorfiana in III. Catalogi ejus Bibliothecae p. 235.

III.

III. Prima editio epiſtolarum Plinii eſt ex Ludovici Carbonis recenſione, ſine loco & typographo in fol. an. 1471. excuſam teſtatur Vir Clariſ. Mich. Maittaire Annal. Typograph. p. 91. & refert editorem in Praefatione his utentem verbis: *Ludovicus Carbo Sal. Plu. dicit Illuſtriſſimo & Excellentiſſimo Principi Borſio, Duci Mutinae ac Regii, Marchioni Eſtenſi, Comitique Rodigii. Gratulari licet ſeculo noſtro, Dive Borſi, Dux praeſtantiſſime; in quo certe optimarum artium ſtudia maxime floreant; eloquentia & legitima illa eruditio ſuum tandem decus agnoſcat; in priſtinamque dignitatem reſtituta ſit, adeo late pateat Romana & Graeca facundia, ut jam & Galli & Britanni bonos oratores & poetas habere videantur: ad quam quidem rem commodiſſimum adjumentum praeſtiterunt nobiliſſima Germanorum ingenia, qui artificioſiſſimas imprimendorum librorum formas excogitarunt, ut ſapientiſſimorum auctorum plurima ſimul eodem temporis momento volumina in promtu eſſent; omnesque utilisſimi codices & in magna copia & in leviore ſumtu parari poſſent ..... Inprimisque has Plinii Secundi Junioris Epiſtolas opera mea emendatas correctasque impreſſoribus miſi, ut, quod rariſſimum eſſe ſolebat, jam commune omnibus fieri incipiat. Hinc recuſae ſunt* Neapoli ex recognitione Juniani Maji Parthenopaei, per Matthiam Moravum 1476. fol. Mediolani 1478. fol. per Philippum de Lavagnia, Mediolanenſem, Tarviſii 1483. 4. per Joannem Vercellium. Plinii & Trajani Epiſtolae mutuae 4. ſine anni & loci notatione. Epiſtolae, Panegyricus & de Viris Illuſtribus 4. ſine anno & loco. Hinc prodierunt Romae an. 1490. 4. per Eucharium Silber, alias Franck, natione Alemannum, curante Pomponio Laeto, qui in Epiſt. dedicatoria ad Varinum Jambertum Innocentii VIII. Pontificis miniſtrum a cubiculo collatis a ſe & revolutis vetuſtis exemplaribus emendatas Plinii Epiſtolas teſtatur. Exſtat & editio Bononienſis a Jo. Jucundo Veronenſi Ord. Praed. ad MS. Pariſienſe emendata, & a Beroaldo recenſita an. 1498. 4. (non 1488. ut excuſum in Novellis Reip. Litterariae an. 1708. Novembr. p. 596.) & Tarviſina: Veneta itidem Beroaldi 1501. 4. apud Albertinum Vercellenſem, quae librum nonum adjunctum habet, cum primae editiones tantum libros octo exhibeant, & librum de Viris Illuſtribus: tum Veneta apud Aldum an. 1504. 1508. 1514. 1518. 8. in quibus ex membranis Gallicis ab Aloyſio Mocenico Senatore Veneto in Italiam adlatis liber decimus & alia nonnulla acceſſerunt, quae in prioribus deſiderabantur. Editio Epiſtolarum Plinii Aldina velut prioribus longe futura commendatior, antequam prodiret, commendata fuit ab Eraſmo in adagio *feſtina lente.* Atque teſtatur Aldus, praeſto ſibi fuiſſe ex Galliis adlatas membranas longe vetuſtiſſimas, & ad Plinii aetatem proxime accedentes. Editio Veneta apud Aldum an. 1518. 8. cum notis MSS. fuit in Bibliotheca Almeloveeniana p. 226. Hinc excuſa Argentorati 1514. ex B. Rhenani; & Baſileae 1521. 4. & eodem anno 8. & 1526. apud Cratandrum; nec non Florentiae apud Philippum Juntam 1515. 8. & Nurnbergae 1520. 4. curante Jacobo Lochero Philomuſo; & Paris. 1529. 8. apud Rob. Stephanum cum libro Aurelii Victoris de Viris Illuſtribus; & Lugd. apud Sebaſt. Gryphium 1531. 1539. 8. cum Panegyrico, Libro de Viris Illuſtribus, Suetonio & Obſequente & Antverpiae 1542. 8. & Pariſiis

apud Paullum Stephanum 1599. 1605. 1611. 12. & Pariſ. 1608. 8. apud Marcum Orry, & Baſileae ex Jo. Sichardi recenſione prodierunt. Aliquoties etiam recudit Henricus Stephanus cum Graecarum vocum & ſententiarum interpretatione, & ad loca quaedam ſuis atque generi ſui Iſ. Caſauboni notis, quae in ſecunda editione an. 1591. 12. demum acceſſere: prior ſine illis lucem vidit 1581. 12. Praeter ea exſtant cum Commentario in primis laudato Jo. Mariae Catanaei Mediolan. 1506. fol. apud Alex. Minutianum Venet. 1510. fol. Paris. 1523. apud Jo. Aſcenſium & Paris. apud Paullum Stephanum 1601. Genev. 1600. 1625. 1643. 1671. 4. ut omittam Jani Gruteri & Claudii Minois adnotationes. In editionibus antiquioribus, & illa Catanaei, liber octavus noni, & nonus octavi locum occupat, & re vera librum octavum ſerius quam nonum a Plinio editum fuiſſe diſputat Jo. Maſſon in vita Plinii p. 164. ſeq. Eumdem ordinem probavit Gaudentius Merula (f) in ſuis Commentariis. De hiatu porro, qui in editionibus antiquioribus & codicibus MSS. poſt libri VIII. Epiſt. VIII. verba: *atque etiam navium patiens*, ita meminit Eraſmus in Cenſura Epiſtolae S. Hieronymo adſcriptae ad Praeſidium de cereo Paſchali Tom. V. Edit. Jo. Marcianaei p. 164. *Vidimus in epiſtolis Plinianis tot jam ſeculis pro una lectam, & ab eruditis pro una expoſitam, cum in medio decem intercederent epiſtolae. Quod quidem ex uno dumtaxat exemplari deprehenſum fuit, ſed adeo vetuſto, ut aetate Pliniana ſcriptum videri poſſit. Nam quis hoc alioqui divinare valuiſſet?* Cum Auguſti Buchneri animadverſionibus excuſae ſunt Plinii Epiſtolae Francofurti ad Viadrum 1644. 12. Ex recenſione Marci Zuerii Boxhornii Lugd. Bat. 1653. 1659. 12. Cum notis Buchneri, Iſ. Caſauboni editis ab Henrico Stephano 1591. 12. H. Stephani & Caſp. Barthii (cujus poſtremi obſervationes ex ejus Adverſariis Andreas Rivinus collegit Jenae 1650. 8.) Francof. ad Viadr. 1665. 8. additis Plinii & aliorum Panegyricis. Cum notis Alberti Chriſtiani Rothii Lipſ. 1694. 8. Eximiae editiones ſunt Veenhuſiana, quae Jo. Veenhuſio digerente obſervationes excerptas variorum & Jo. Frid. Gronovii adjunctas habet Lugd. Bat. 1669. 8. Thomaſiana cum Jac. Thomaſii eruditis de auctore & qui eum illuſtrarunt prolegomenis, accurateque ſelectis variorum & ineditis hactenus Caſp. Barthii notis 1675. 8. (g) Haec ἔκδοσις minus emendate repetita eſt Halae Saxonum 1686. 8. & Lipſiae 1695. 8. quibus poſtremis editionibus acceſſerunt notae quaedam, & Plinii Panegyricus cum analyſi brevibusque notis Alberti Chriſtiani Rothii, Eccleſiaſtae nuper Lipſienſis. Cellariana cum obſervationibus & indicibus Chriſtophori Cellarii Lipſ. 1693. 12. 1700. 12. Denique Oxonienſis (h) Thoma Hearne V. C. caſtigata ad MSS. & notas adjunctas vitamque Plinii a doctiſſimo Maſſono praefixam habens an. 1703. 8. Chriſtophori Cellarii notis in editione Lipſ. 1711. 12. adjuncta Scholia profu-

(f) Merulam in commentariis ſuis ſequitur Catanaeus, notante Conrado Mutiano Rufo Epiſtola CXVII. ubi refert, Merulam Mediolani veteres ſcriptores enarraſſe.

(g) vid. Giornale de Letterati di Roma 1678. p. 43.

(h) De editione Oxonienſi vide Acta Erud. 1704. p. 182.

futura tironibus auctore Jo. Chriſtiano Hertzogio. Inde anno 1712. Lipſiae 12. Epiſtolae & Panegyricus prodierunt illuſtratae Scholiis perpetuis ad modum Minelli a Jo. Frider. Weinich. Et cum notis accuratis Germanicis in tironum uſum curante Caſparo Gottſelingio (i) Rectore Scholae Neobrandenburgenſis Halae Sax. 1721. 12. Jo. Guilielmi Bergeri editio ad MSS. recenſita, cujus ſpem faciunt Memoriae Trevoltinae an. 1714. p. 1477. necdum vidit lucem, quod ſciam. Deſcriptio villarum ruſticarum Lib. II. Epiſt. XVII. & Lib. V. Epiſt. VI. tam accurata eſt & diligens, (k) acſi illas vendere Plinius inſtituiſſet. His recte intelligendis, praeter ichnographias inſertas Comiti ruſtico Pithoei & Andreae ſive Cl. Pelleterii potius, ex optimis Latinis auctoribus excerpto Pariſ. 1692. 1708. 12. p. 164. ſeq. Telibienii Gallicam interpretationem, quae poſt editionem Paris. 1698. 12. (l) cum iisdem iconibus ære deſcriptis & notis ex architectonicae artis penu petitis recuſa eſt Amſtelod. 1706. 12. conſulendus Rob. Caſtellus architectus in opere ſplendidis illuſtrato iconibus: *the Villis of the ancients illuſtrated* (m) Lond. 1728. fol. in quo Plinii epiſtolam utramque etiam cum Anglica verſione ſua exhibet. Hercules Corazzi (n) Abbas Olivetanus in prima Diſſertationum trium editarum Bononiae 1717. 4. quae eſt ſopra le conſiderazioni fiſiche fatte da Monſignor Lanciſi intorno alla villa di Plinio, ſcoperta nel Laurentino. Jo. Mariae Lanciſi Archiatri nuper Pontificis Diſſertatio de Plinianae villae ruderibus & Oſtienſis littoris incremento Rom. 1714. fol. ad calcem Lud. Antonii Comitis Marſigli de generatione fungorum (o) & in operibus Lanciſii junctim recuſis Genev. 1718. 4. Libri VII. Epiſt. XXVII. ad Suram de eo *num ſint aliquid phantasmata* ad examen revocant Hallenſes in Nova Bibliotheca edita Germanice in 8. Sect. XXXIV. p. 276. ſeq. ubi reſponſio exhibetur ad illam Epiſtolam ſub Guſtavi Janſoni nomine. Vide ſis & Chriſtiani Falſteri Amoenitates Philolog. Tom. I. p. 130. ſeq., & Georgii Dehardingii Diſſ. editam Roſtochii de morbis a ſpectrorum adparitione oriundis. Quod vero Plinius narrat poſt hominis reliquias honeſte tumulatas ſpectrum non amplius viſum, illi relationi plura ſimilia collegit Huetius in Huetianis c. XXXIII. Memini tamen narrationem de Agrinoto Pythagorico Philoſopho, geminam cum ea, quam ibi de Athenodoro Tarſenſi Philoſopho Stoico refert Plinius, rideri a Luciano in Philopſeude. Jo. Pricaei in Epiſtolas Plinii, quas jam ad praelum paraverat, notas necdum vidiſſe lucem dolendum eſt. Epiſtolam quintam Libri III. & Lib. VI. Epiſt. XVI. quibus ſcripta & interitum Plinii majoris, avunculi ſui, Plinius Junior perſequitur, notis illuſtravit Joannes Harduinus in limine Plinii Hiſt. Naturalis. Chriſtoph. Gothofredi Barthii Diſſ. de Seceſſibus veterum ad

(i) Neue Halliſche Bibliothec. XCIX. Tom. X. p. 690.

(k) Menagiana Tom. IV. p. 58.

(l) Hiſt. des Ouvrag. des Savans 1699. p. 108. Journal des Savans 1698. p. 755. Titulus eſt: *Les Plans & les Deſcriptions de deux de plus belles maiſons de Campagne de Pline le Conſul, avec les Remarques ſur tous les batimens.*

(m) Journal des Savans 1728. p. 395. Acta Erud. 1731. p. 109.

(n) Giornale de Letterati d'Italia Tom. XXVIII. p. 409.

(o) Acta Erud. 1715. p. 334. Giornale de Letterati d'Italia Tom. XXI. p. 291.

ad mentem Plinii Junioris prodiit Halae Saxonum 1701. 4. Abrahami Jaeſcke Plinius junior Rhetor, ſive praecepta Rhetorica ex Plinii Epiſtolis excerpta & illuſtrata Lipſ. 1698. 1708. 4. Jo. Henrici Erneſti Plinius laude ſui gaudens Lipſ. 1676. 4. Ad Libri VIII. Epiſtolam octavam, quae integrior in editionibus Aldinis legitur, commentarii vicem praebere poteſt Alphonſi Ciccarelli opuſculum de Clitumno fluvio Umbriae Patav. 1564. & in Tomo IX. Theſauri Italiae P. VIII. Lugd. Bat. 1723. fol. Libri IX. Epiſt. XXX. de liberalitate illuſtrandam ſibi ſumſit Magnus Daniel Omeis ſingulari diſſertatione edita Altdorfii 1687. 4.

Gallica verſio elegans Epiſtolarum Plinii auctore Ludovico Saſſio (Mr. de Sacy, Avocat au Conſeil) prodiit 1701. 12. tribus voluminibus: recuſa in ejus operibus Paris. 1722. 4. *les Oeuvres de Mr. de Sacy, de l'Academie Françoiſe.* In prima editione an. 1699. 12. tantum exſtant libri quatuor priores. Gallice ante Sacium interpretatus fuerat Jacobus Bourchardus, cujus mentionem facit Sorellus in Bibl. Gallica; & tres libros priores Hippolytus Julius Pilet de Mesnardiere. Paris 1643. 12. Italica verſio laudatiſſima (p) excuſa Romae 1714. 4. Lettere di Plinio il giovane, tradotte dal Canonico Giovanni Antonio Tedeſchi, e tra gli Arcadi Orticolo Eleo. Germanice haud contemnendo ſtudio tranſlatas dedit notasque addidit V. C. Joannes Sartorius, Eloquentiae in Gymnaſio Gedanenſi Profeſſor Lipſ. 1712. 8. optem tamen meliorem ab aliquo viro docto adornari. XXXV. Plinii Epiſtolae verſae Anglice a Joanne Tolando in Operibus ejus poſtumis Tom. II. p. 48. 60. Lond. 1726. 8. Epiſtolarum libri univerſi & Panegyricus Anglice variis auctoribus (q) praemiſſa Plinii vita Lond. 1725.

(p) Giornale de Letterati d'Italia Tom. XXX. p. 441.

(q) Memoir. de Trevoux 1725. p. 1141.

Haec quia Epiſtolarum Secundi Lectori ſufficiunt, reliqua, quae Cel. Fabricius non minus docte de Noſtro diſſeruit, omittimus.

E X C E R P T A

F R I D E R I C I B R U M M E R I

Ex duobus Codicibus MSS. & Editione Neapolitana 1476. qui libri in Bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi adſervantur.

Retinuimus τȣ̃ μακαρίτȣ Brummeri notas A. B. & J. quae ultima littera ſi recte conjicimus, ſignificat Editionem Neapolitanam, quam *Junianus Majus* recognovit.

P. 1. lin. 1. *ſi*] delet J.
P. 2. l. 2. *venerat*] *venerit* A.
——— 5. *Arriano*] *Adriano* J.
P. 3. l. 3. *nihil*] delet A.
——— 4. *Tentavi*] *temptavi* A.
——— 5. *duntaxat figuris*] ita A.
P. 4. l. 1. *aequus*] *aequas* A. B J.
——— *amavit*] delet A. B. J.
P. 7. l. 1. *acres*] *acrius* A.
——— 2. *triſtes*] *triſtius* A.
——— *me*] delet A.
——— 3. *immo*] ita A. B J.
P. 8. l. 7. *Sed ſane blandiantur*] delet A.
——— 8. *commendent*] *commendant* A.
P. 9. l. ult. *opaciſſimus*] *opaciſſima* B.
P. 10. l. 2. *balneum*] ita A.
——— 3. *popularia? quid*] *popularia* vel B.
——— quid *illa*] *quid* delet A. J.
——— 4. *paucorum? quid cubicula*] *paucorum?* quid popinae. quid euripus. *quid cubicula* A.
P. 11. l. 3. *Quin tu*] *Quin tu*, ipſe A. *Quin tu* iſtas J.
——— 4. *tempus eſt enim*] delet A. B.
P. 12. l. 4. *Tu modo enitere* cet.] ad quae verba notaverat Brummerus noſter: Socrates Valerius expedita & compendiaria via eos ad gloriam pervenire dicebat, qui id agerent, ut tales etiam eſſent, quales videri vellent; qua quidem praedicatione aperte monebat, ut homines ipſam potius virtutem, quam umbram ejus ſectarentur.
P. 12. l. 6. POMPEJAE CELERINAE] *Pomponiae* Celetinae J.
——— ult. *me*] delet A.
P. 13. l. 1. *Sollicitius*] Hic Brummeri manus: gloſſae inter lineas: *tutius*.
——— 2. *eveniet*] *evenit* A.
——— 3 *primum ut*] *quamprimum Ut* A.
——— 5. *ac prope negligenter*] delet B.
——— 10. *quenquam* [*unquam* B.
P. 14 l 1. *tectiora*] *rectiora* A J.
——— 2. *Aruleni*] *Auroleni* A.
——— ult. *Haec*] *Hoc* A.
P. 15. l. 1. *cum*] *quae* A.
——— *adhibuerat*] *adhibuerit* A.
——— 4. *Metii*] *Mitti* A.
——— 5. *Domitiano relegatus*] *Domitiano* erat *relegatus* A.
——— ult. *Vides*] *Vide* A.
P. 16. l. 5. *jam* quid] *jam* quidem A.
——— 6. *at ego*] ita A. omiſſo *quaero*.
——— 7. *interrogare*] interrogatione A.
——— *quidem fas*] *quidem* eſt *fas* A.
P. 17. l. 1. *Fabium Juſtum*] *Fabium* Ruſticum *Juſtum* A.
——— 2. *pervenit*] *eo venit* A.
——— 3. *timet abjectiſſimus*] *timet* & *abjectiſſimus* A.
——— 4. *diutius ferre*] *ferre diutius* A.
——— 6. *Nuncius* a] *Nuncius* ait *a* A. J.
——— ult. *exponit*] ita A.
P. 18. l. 2. *renunciandum*] *nunciandum* A.
——— 3. *Mauricum*] *Mauricium* A. J.
P. 19. l. 1. *haereret*] *inhaereret* A. J.
——— 3. *& qui contentus non eſt eloquentia ſeculi noſtri*] *& cui non eſt contentus eloquentia Secundi noſtri* A. J.
——— 5. *potuiſſe*] *puto eſſe* A. *potius ſe* J.
——— 9. *Metii*] *Mettii* A.
——— 10. *& haeſit.*] ita A.
——— 12. *diſſimulet exuli*] *diſſimulet* homini *exſuli*] A. J.
——— ult. *epiſtola quadam*] *epiſtolam quamdam* B.
P. 20. l. 2. *veriſſime*] *feriſſime* A.
——— 5. δυσκαθαίρετον] ita A. ſed ἀνατέρετον J.
——— 8. *concuſſa*] *conſilia* A. *conciſa* J.
——— 9. *eſt*] delet A
——— 10. *Mauricum*] *Mauricium* A.
P. 21. l. 2. *facta dictaque*] *dicta factaque* A.
——— antepen. *Ipſe inquis? ipſe, non tamen ut*] *ipſe tamen non ut* B.

ult.

——— ult. aut *lancea*] non *lancea* A.
P. 23. l. 2. *τῶ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ; ἕτερον δ' ἀνένευσε.*] Delet A.
——— 3. *renutu*] *re* A.
——— ult. quid *vir*] quod *vir* A.
P. 24. l. 2 *Octobres*] *Octobris* A. J.
——— 3. *jam nunc*] ità A. J.
P. 25. l. 4. *ficis*] *fungis* B.
——— *certandum*] ita A. J.
P. 26. l. 4. *ſuſtuliſti*] *ſubſtuliſti* A. J.
——— 6. *Non*] ita A. J.
P. 27. l. 1. *te jam*] *jam te* A. J.
——— *adnetiſſe*] ita A. J.
——— 3 *perſequaris*] *proſequaris* A.
——— 6. *deducet*] *reducet* A.
——— *editione*] *adjectione* A.
——— 8 *cauſae non*] *cauſſae* ſi *non* A. B. J.
——— ult. *& elatius*] ita A. omiſſo *quaſi*,
——— *hoc*] *haec* A.
P. 28. l. 1. *preſſus demiſſusque fuerat*] ita A.
——— *fuerat*] *fuerit* A. J.
——— 3. *illi*] delet A.
P. 29. l. 1 *alius*] delet A. J.
——— 2. *iſtud*] *illud* A. J.
——— 5. *proſequi*] *obſequi* A.
——— 10. *contra multum*] *contra* hoc *multum* A.
P. 30. l. 6. *impetrandum*] *imperandum* A.
——— 7. *carentes*] *patentes* A.
——— *blandioribus*] *blandicioribus* A.
——— 9. *non perinde*] *perinde non* A. J.
P. 31 lin. 1. *enitendum*] *hemitendum* A.
——— 2. *probaretur*] *properaretur* A.
——— 3. *mererentur*] *mirarentur* B. *incitarentur* A. J.
——— 4. *privatae*] *privati* A.
P. 32. l. 3. *ii*] *hi* A.
——— 4. *adornant*] *ordinant* A.
——— 6 *enim, cum*] *enim*, qui *cum* A.
——— 8. *culpatur*] ita A.
P. 33. l. 1. *ut*] *ne* A.
——— 5 *eos*] delet A.
——— 6. *velut*] vel de A.
——— 7. *cunctationis*] *contationis* A.
——— *obſequar*] obſequor A.
P. 34. l. 5. *ille in*] *ille* me *in* A.
——— *rogavit*] *vocavit* A. B. J.
——— 6 *Haec*] *Ita ut* A.
——— 7 *videntur*] *videantur* A.
P. 35. l. 6. *unum*] *tum* A.
P. 36. l. 1. *Rectam*] ita A.
——— 2. *verum*] delet A.
P. 38. l. 2 *praecitit*] *praecepit* A.
——— ult. *enim*] *eſt* A.
P. 39. l. 1. *niſi ſapiens*] *niſi* ſit *ſapiens* A.
——— 2. *mihi tamen cernere datur*] *tamen mihi datur cernere* A.

——— 4. *ornate, freq.*] *ornate & freq.* A.
——— *frequenter etiam*] *frequenter, etiam* A.
——— 7. *haec*] *hoc* A.
——— ult. *&*] delet A.
P. 40. l. 4. *attentus*] *attentius* A.
P. 41. l. 3. *&*] *vel* A.
P. 42 l. 3. *illiteratiſſimus*] *inliteratiſſimus* A.
P. 43. l. 3. *eſſe hanc*] *eſſe & hanc* A.
P. 44. l. antepenult. *Olim mihi nullas*] ita A.
P. 45. l. 1. *enim*] *mihi* A.
——— 3. *neſcire*] *ſcire* A.
——— antepen. *feci*] *fero* A. J.
P. 46. l. 4. *potuiſſe*] delet A
——— ult. *conflictabatur*] *fluctuabant* A.
P. 47. l. 2. *praedicantem*] delet A.
——— 4. *alia*] *talia* A.
——— *traduntur*] *traducuntur* A. J. B.
——— *Hunc*] *Nunc* A.
——— 8. *ſolis*] *ſolum* A.
——— *inſidebat*] delet A.
——— 9. *Domitiani temporibus*] delet A.
——— 10. *quoties*] *quotiens* A
P. 48. l. 2. *digrediebatur*] *disgrediebatur* A.
——— 3. *ſuſtinere*] *ſubſtinere* A.
——— *iſti*] *illi* A.
——— *vel uno*] *uno vel* A.
P. 49. l. 1. *Geminium*] *Geminum* A. *Gemitium* J.
——— 5. *Atticus*] *Axius* A.
——— 6. *induruiſſe*] *induriſſe* A.
——— 7. *admoventi*] *admonenti*. A.
——— *κέκτικα*] *κεκμικα* A.
——— 8. *qua amico, quo viro*] *quo viro, quo amico* A.
P. 50. l. 3. *Tamen*] delet A.
P. 51. l. 4. *ſuccurrunt*] *ſuccurrerunt* A.
P. 52. l. 2. *audiendis*] *audiendi* A.
——— 2. *an dixerit*] *an* jam *dixerit* A. J.
P. 53. l. 4. *non retardat*] *non tardat* A.
P. 54. l. 5. *adoleſcentiam*] *aduleſcentiam* A.
——— ult. *formari a me*] *informari a me* A. J.
——— *in vehiculo feruntur*) *nihilo feruntur* A. *nihil offenduntur* B. J.
P. 647. l. 3. id *genus*) & *genus* A. eſt *genus* B.
——— 6. *Gemino*) *Geminio* A.
——— 7. *jucundiſſimam*) jucundiſſime A. B. J.
——— 8. *Obveniet*) Obvenit A. B.
——— 9. *in hac*) omittunt A. J
P. 648. l. 3. *conſentiunt*) *non diſſentiunt* B. J.
——— 4. *Juniori*) *Luinori* A.
P. 649. l. 5. *pro amore mutuo*) *amoris mutui* J. *amore mutuo* B.
P. 650. l. 1. XIII.) Haec epiſtola ſequitur XI. in A. B. & J.
——— penult. *non*) omittunt A. B. J.
——— *jura*) *jure* A.
P. 651. l. 4. *urgere*) *urguere* A.
——— 6. *rediſſet*) *rediſſe* A. B. J.
P. 652. l. 1. *deſtinatum*) *Deteſtatum* A.
——— 3. *adſcribi*) *ut adſcribant* J.
——— 5. *Anteja*) *Annia* J.
P. 653. l. 1. indicarem quod an facerem non deliberabam) quam indicare *an facerem non deliberabam* J. quod *an facerem non deliberabam* A.
——— 4 *crimen*) *cauſſam* B
——— penult. *jacta*) ita B. J.
P. 654. l. 2. *curatoque*) ita A.
——— 4. *adjecit*) *adjicit* B.
——— 5. *quo*) ita A. B. J.
——— 7. *tam*) omittit B.
——— 9. *famoſiſſimum*) omittunt A. B. J.
——— ult. *rumoribus*) *ſermonibus* A. B. J.
P. 655. l. 2. *ulciſcor*) *ulciſcar* B. J.
——— 4. *Vectius*) *Vittius* A. *Vectivus* J.
——— 6. *Certum*) *certe* A. B. J.
——— 7. *ut nominatum*) omittunt A. B. J.
P. 656. l. 6. *perferre*) *praeferre* B. J.
——— 10. *amicis*) omiſſo *ſuis* A.

P. 657. l. 2. *malo, donec*) *malo* & *donec* A. J.
——— *poteritis*) *poteris* J.
P. 658. l. 3. vir clariſſime) VC. A. *nunc* B. *ut* J. quas diverſitates ex non intellecta nota ortas eſſe judicat Brunmer.
——— 6. *tentantem*) *temtantem* A. J.
——— 7. *vocabat*) ita A. J.
P. 659. l. 3. *ceteros*) *ceteris* A. J.
——— 4. *Fuit*) ita A. B. J.
——— *relationem*) *relationi* B. *relationis* A. J.
——— 6. de eo *Caeſar* ad ſenatum non remiſit) die Caeſar adfuit A. J.
P. 660. l. 4. *oberraſſe*) *ineſſe* A. B. J.
——— *videret*, me ſibi cum ferro imminere. *Ver.*) *videret*, Helvidium reſpondere mihi. *Ver.* A. B. J.
P. 661. l. 3. *famamque*) *fama* A. B. J.
——— 4. *protulit*) *proterit* J.
——— ult. & tam querulis *inquietor*) & quae velis *inquietor* A. B.
——— *inquietor*, *quos aliquanto magis invitus, quam meos lego: nam & meos invitus* ita J.
P. 662. l. 3. *ratiocinationes*) *rationis* A. B. J.
——— *quaſi*) *quae* B. J.
——— 6. *perſcribe*) ita A. B. J.
P. 663. l. 7. XVII] Haec epiſtola ſequitur XII. in A. B. & J.
——— 8. *Recepi*) *Accepi* A. B. J.
——— 10. *Equidem.*) *Siquidem* A. J.
P. 664. l. 3. *multi*) *multa* A. B.
P. 665. l. 4. *elicis*) *deligis* A. B. J.
P. 666. l. 8. atque ita *mir.*) atque *mir.* A. J.
——— 13. *facile*) *fere* B. J.
P. 667. l. 3. *Cluvium*) *C. Livium* J.
——— 6. *liberum* vobis) *liberum* nobis A. B. J.
P. 668. l. 3. *uno*) *unum* A.
P. 669. l. 6. XXI.) Haec epiſtola ſequitur XVII. in A. B. J.
——— ult. *tunc praecipua*) *tunc* quoque *praecipua* A. B. J.
P. 670. l. 4. *tuae*) omittunt A. B. J.
——— 5. ne torſeris etiam *te* torqueris) *ne torſeris* illum & jam *te* torquens B. J.
——— 6. *ſi precibus*) *ſi* ipſe *precibus* A. B. J.
——— ult. *praeſtare te deceat*) *te id praeſtare* A. B. J.
P. 671. l. 4. *aemulatus*) *aemulatione* A. B. J.
——— 7. *Propertii*) *Pro ertianum* B. J.
——— 8. domo *ſcriptum*) id eſt optime *ſcriptum* B. J.
——— ult. *mobilitas*) *nobilitas* B.
P. 672. l. 4. *illum*) *illuc* B. J.
——— 6. *adierunt*) ita B. J.
P. 673. l. 4. *ſe cum*) omittunt A. B. J.
——— *proximis*) *proximum* A. B. J.
——— *hunc*] equiti Ro. *hunc* A. B. J.
——— 6. *es*) omittit A.
P. 674. l. 4. *cui*, omittunt A. B. J.
——— *demonſtrans*) non *ſcitavit* A. *notavit* B. *noſcitavit* J.
P. 675. l. 7. XXIV.) Haec epiſtola poſt XVII legitur in A. B. J.
——— penult. *tam tractabilem*) ita A. B. J.
P. 676. l. antepenult. *diſtringit*) *diſtringuunt* J.
P. 677. l. 1. & *ſibi*) omittunt B. J.
P. 678. l. 6. *tunc* admirante *nullo*) *tunc* enim laudante *nullo* A. B. J.
P. 679. l. 1. quae ego *ſub.*) quaedam *ſub* A. B. J.
——— *quae ego audientia*) *audienti* A. B. J.
——— 6. *fugere*) *fingere* J.
P. 680. l. 4. *libra*) *livro* B.
——— 7. *anguſtiſſimo*) *auguſtiſſimos* A. B. J.
P. 681. l. 4. *ac longiſſimo*) omittunt B. J.
P. 682. l. penult. *quoque*) omittunt B. J.
P. 683. l. 5. *Alio loco*) omittunt B. J.
——— penult. *An illa cuſtoditius*) *Jam illa commodius* B. J.
P. 685. l. 5. *cujusdam*) *ejusdem* B. J.
——— 6. *fecerint*) *fecerat* B. J.
——— penult. quia *non*) ſed *non* B. J.
——— ult. *Incitantur*) *citantur* J.
——— *agnoſcenda*) *cognoſcenda* B. J.
P. 686. l. 6. *perferentur*) omittunt B. J.
——— *Popilium*) *pupillum* B. J.
——— ult. *nos tibi*, *noſtra* J. *nos* B.
P. 687. l. 1. *voluiſſes*) *potuiſſem* B. J.
——— 3. *certius*) *certi* B. J.
——— 5. *evolaturum*) *advolaturum* B. J.
——— 6. *perfringere*) *effringere* B. J.
——— 7. *Clario*) *C. Lanio* J.
——— 8. *Eſt uberior*) *Eſt* melior & *uberior* B. J.
——— ult. & *accipere*) eos *accipere* B. J.
P. 688. l. 1. *num parcius poſſum centeſimas computabo*) *minime parcus parciſſimus putabo* B.
——— antepenult. *plurima*) *plura* B. J.
P. 689. l. 7. XXX.) Haec epiſtola poſt XXV. exſtat in A. B. J.
——— 8. *Nonium*) *Noſum* A. J.
——— 9. & *ipſe*) omittunt B. J.
——— 10. *qui* ſit vere liberalis, *trib.*) *qui* ſcit *trib.* A. B. J.
P. 690. l. 6. *ſocietatis*) *ſocialitatis* A. B. J.
——— 8. *rarum*) *parvum* A. B. J.
P. 691. l. ult. *eodem*, *nec*) *eodem* viro *nec* J.
P. 693. l. 2. *auctoris*) *auctori* J.
——— 4. *ſcripturus*) *ſcripturo* B. J.
——— 5. *adjacet nav.*) omiſſo *ei* B. J.
——— *ex* hoc) ita B. J.
——— 6. *aeſtus*) ita B. J.
P. 694. l. 3. Hoc *cert.*) quo in *cert.* B. J.
——— 4. *occurrit*) *incurrit* B. J.

——— ult. *venit. Fugit*) *venit* puer *fugit* B. J.
P. 695. l. 4. *praebentem*) *traeeuntem* B. J.
——— 5. *adnatat natanti*) *adnatanti* B. J.
P. 697. l. 2. *novis ſumtibus*) omittit J.
——— 5. *adſtruas*) ita B. J.
——— 11. *elegi*) *legit* B. J.
P. 698. l. 12. & *inch.*) haec *inch.* B. J.
——— *non*) omittit J.
P. 699. l. 3. *ſilentio & tenebris animus alitur. Ab iis quae avocant, abductus*) *animum ſilentium & tenebrae advocant, abducunt* B. J.
——— 4. & *liberet mihi relictus*) & ego *liber mihi relictus* B. ut *liber mihi relictus* J.
——— 6. *quae mens vident*, quoties non vident alia *cogito*) viderit *quoties non vident alia* cogitant J.
——— 7. *pauciora, nunc plura*) *plura num paucíora* J.
——— 10. *formaveram dicto*) *formaveram* revocantur *dicto* B. J.
P. 700. l. 6. *pariter tamen & illa ſirmatur*) omittunt B. J.
P. 701. l. 3. *ſed*) omittit B. J.
——— *quia*) *quodque* B. J.
——— 5. *interdum*) *interim* J.
——— *laſſato*) *laſſo* B J.
P. 702. l. 4. *niſi te*) *te enim* B. J.
——— 5. *locandorum*) *Tuſcanorum* B. J.
——— 9. *natum*) *natura* J.
P. 703. l. 1. *nummo minimo* B. J.
——— 2 *aliquos operis exactiores*) ita B. J.
P. 704. l. 5. *hic quoque, ut praeſens*) ita B. J.
——— 8. *quia tu, ut*) ita B. J.
——— 9. *ſed quia*) ita omiſſo *tu* B. J.
P. 703. l. 2. *Septembribus*) *Septembris* B. J.
——— *magnus*) *indigena* B. J.
——— 4. *in proximo* ita B. ſed *in proximum* J.
P. 704. 6 l. 1. *etiam* vel *faciendum* vel emendum *ipſius*) *& jam faciendum ipſius* B. J.
——— 3. *truncatum*) ita B. J.
——— 4. *ut*) omittunt B. J.
P. 705. l. ult. *addas huc, licet, ver & auctumnum*, cet. uſq ad finem) *Non addas huc licet, vere tamen numquam inter hiemem, ſtatim aeſt. mediam ut..... perditur ita ... adquiritur.* B. J.

C. PLI-

C. PLINII CAECILII SECUNDI EPISTOLARUM

LIBER PRIMUS.

Epiſt. I. C. [1] Plinius Secundus [2] Septitio Suo S.

ARGUMENTUM.

Septitio Claro epiſtolas ſuas dedicat, promittens plures, ſi nec eum conſilii, nec ſe obſequii poeniteat.

FREQUENTER hortatus es ut epiſtolas, ſi quas paulo [3] accuratius ſcripſiſſem, colligerem, publicaremque. Collegi, non ſervato temporis

C. Plinius.] Primum praefari libet inſcribendum eſſe ex veteribus marmorum titulis, *C. Plinius Caecilius Secundus*: ad hoc, Tranquillo & Dione in Auguſto tradentibus, lege cautum fuiſſe, ut adoptatus adoptantis appellationem ſumeret, id eſt, nomen familiamque: ſua etiam retenta. unde Octavius à Julio adoptatus C. Julius Caeſar Octavius eſt appellatus. & P. Cornelius Africanus Scipio Aemilianus, L. Pauli filius & Africani per adoptionem nepos: neque refert utra familia praecedat. Catanaeus.

2 *Septitio.*] Hic fuit vir, judicio Secundi, ab omni fraude remotus, Euritii Clari avunculus: Praefecto Praetorii Turboni, Adriano volente, ſucceſſit, deinde tamen illi ſucceſſorem dedit Imperator, quod apud Sabinam uxorem injuſſu ejus familiarius ageret, quam reverentia domus Caeſareae poſtulabat: moxque eum loco hoſtis habuit. Idem. Alii *Secundo* legunt. Boxhorn. Et ſic quoque Palatinus codex, ſed alterum conſtanter occupat omnes editiones antiquas. Janus Gruterus. *Secundo* inſcribunt etiam Excerpta Lindenbrogiana; MS. Helmſtad. neutrum, atque adeo nullum titulum agnoſcit. At veterrimae membranae Mediceae cum Edd. vett. *Septicio* tribuunt epiſtolam, cui & XV. hujus libri, & Lib. VII. Epiſt XXVIII. Lib. VIII. Epiſt. I. miſſa eſt, quod jam ab aliis notatum Quae Catanaeus de fortuna viri adſcripſit, ea legi poſſunt apud Spartian. Adriano cap. IX. XI. & XV.

3 *Accuratius.*] Id eſt, cura majore, ſicut in codice antiquo ſcriptum fuit. Catan. *Cura majore* exſtat ſane in optimo Mediceo, cum reliqui MSS. omnes habeant *adcuratius*: niſi quod Barthius ex ſuo libro laudaverit *curatius*, quod vir doctus nimia facilitate Plinio obtrudit. Vix autem mihi perſuadeo, iſtud *cura majore* interpretationem vulgatae particulae *adcuratius* eſſe: quin potius, qui ſecum reputaverit, quam frequens, quamque ſollemnis dictio apud veteres fuerit: *cum cura dicere*, *cum cura intentiore facere*, de quo non nihil ad Salluſtium diximus, is ſtatim ſentiet, Plinio ſuam ſcripturam vindicandam eſſe: *ſi quas paullo* majore cura *ſcripſiſſem*, vel: *ſi quas* cura *paullo* majore *ſcripſiſſem.* Ea enim aetas Praepoſitionem negligere ſolebat. Sed & Criſpus Jug. cap. LXXXV. n. 2. *Nam quo univerſa reſp pluris eſt, quam conſulatus aut praetura, eo* majore cura *adminiſtrari, quam haec peti debere.* Lib. III. Hiſt. Orat. Macri extrema: *Siquidem* majore cura *dominationem illi retinuerint, quam vos repetiveritis libertatem.* Curtius Lib. III. cap. XIII. n. 8. Intentiore cura *ſuos, quaſi ad juſtum praelium, paucis adhortatus.* Lib. IV. cap. VI. n. 5. *Alexander, quam regionem Darius petiſſet*, omni cura *veſtigans.* Et ſic frequentiſſime

temporis ordine ([1]neque enim hiſtoriam componebam:) ſed [2] ut
2 quaeque in manus venerat. Supereſt ut nec te conſilii, nec me poeniteat obſequii. Ita enim fiet, ut eas quae adhuc neglectae jacent requiram: &, ſi quas [3] addidero, [4] non ſupprimam. *Vale.*

II. C. Plinius [5] Arriano Suo S.

Mittit librum promiſſum, rogatque, ut intendat limam ejus conſilio in editione uſurus.

Quia

me. Ipſe Tullius apud Nonium cap. IV. n. 468. *Ut ſciret*, majore cura *tuenda eſſe*, *quae parta ſunt.* Ubi rectius membranæ noſtrae: quam *parta ſunt.* Idem de Invent. Lib. I. cap. XXXIX. *Quod enim certius legis ſcriptor teſtimonium voluntatis ſuae relinquere potuit*, *quam quod ipſe* magna cum cura *atque diligentia* ſcripſit. Duo Bodleiani MSS. perperam τὸ *ſi* omittunt, qui error librariorum vulgatiſſimus eſt, ut contra optimus quiſque eleganti hoc uſu particulæ delectatur. Diximusquaedam ad Lucani Lib. VIII. vſ. 160. ubi de Sole occidente:

Nec quibus abſcondit, *nec* ſi quibus *exſerit orbem*
Totus erat.

Servavit etiam ſtrenuus ille imitator Secundi noſtri Sidonius Lib. I. Epiſt. I. quae tota ad hanc Noſtri efformata eſt: *Diu praecipis. . . ut* ſi quae *litterae* paullo politiores *varia occaſione fluxerunt. . . omnes. . . uno volumine includam.* Corte.

1 *Neque enim hiſtoriam componebam.*] In noſtro libro ſcriptum eſt, *ad neque enim hiſtoriam componebam.* Arbitrere, Plinium ſcripſiſſe, *neque enim ad hiſtoriam componebam.* Non ait componebam epiſtolas ad hiſtoriam ſingularum ſcriptarum. Ut ut velis, erudite Lector, ſcripta mihi lectio non fuit obliteranda. Barthius.

2 *Ut quaeque in manus venerat.*] Nota, In manus venire non ſolum ſignificare intentionem, ſed & recognitionem: ſic dicitur in mentem venire, non recordationis cauſa tantum, ſed recognitionis, conſiderationiſque. Catan. *In manus venerant*, habet MS. noſter. Barth. Noſtri autem ſilent, licet iſta varietas alioquin in veteribus libris ubivis ſit obvia. Vide ex multis Lucanum Lib. I. vſ 491. Cum Barthii Codice incedit Salluſtius Cat. cap. IV. n. 2. *Statui res geſtas populi R carptim*, ut quaeque *memoria digna* videbantur, *perſcribere*, ſi modo iſte locus vitio caret. Adde ejuſdem cap. XLIII. n. 1. & infra Plin. Lib. IX. Epiſt. XIII. n. 4. Vulgatam tuetur idem Criſpus Cat. cap. LVI. n. 2. *Deinde*, ut quiſque *voluntarius*, *aut ex ſociis in caſtra* venit, *aequaliter diſtribuerat.* Jug. cap. XXVI. extr. *Dein omnes puberes Numidas & negotiatores promiſcue*, ut quiſque *armatis* obvius, *interfecit.* & mihi hoc loco Vulgata perplacet. Corte.

3 *Addidero.*] Compoſuero. Catan.

4 *Non ſupprimam.*] Non contineam apud me; ſed publicem. Idem.

5 *Arriano.*] Hic me fere confundit diverſitas exemplarium: nam *Adriano* alia, alia rurſus *Arrio*, plura *Arriano* ſcriptam, fidem faciunt: ſed *Arriano* omnino contenderim; *Arriano*, inquam, Maturio Altinati equiti, cujus familiaritate & judicio in literis Secundus utebatur, eodem lib. III. mentionem ad Maximum faciente. Fuit & *Arrianus* philoſophus ex Nicomedia Romæ clarus, Adriano & M. Antonino imperantibus, novus Xenophon cognomento, [Epicteti diſcipulus, qui auctore Luciano vitam Tilibori latronis ſcripſit.] Et Arriani juriſconſ. mentio fit ab Ulpiano: ut alios aliis temporibus Arrianos vigentes omittam. Nam & Jabolenus de jure fiſci, ſcribit, Arrianum Severum praefectum aerarii; cum ejus, qui tacite rogatus fuerat non capienti fidei commiſſum reddere, bona publicata erant, pronunciaſſe nihilominus jus deferendi ex conſtitutione divi Trajani habere eum, cui fidei commiſſum erat relictum. Poteſt etiam videri ſcripta Arrio Antonino, ad quem alibi Antonini, inquam, Pii avo materno, qui Nervam miſeratus, quod imperare cœpiſſet, homo ſanctus & bis conſul, ſemel cum Mario Celſo. auctores habeo Spartianum & Tacitum. Catan. At, nec *Adriano*, nec *Arrio* eſt in Palatino, ſed *Arrinio*: quod & conſpicitur in editione Mediolanienſi anni 1478. ejuſque traduce Tarviſina, publicata Anno 1483. Gruterus. Nihilo tamen ſecius ex noſtris Lindenbrog *Adriano*, Amzen. *Hadriano* a prima manu praeferunt. In Helmſtad. diſerte *Arrinio* ſcribitur, adduntque illi duo poſteriores

QUIA tardiorem adventum tuum proſpicio, * librum, quem prio-
ribus epiſtolis promiſeram, exhibeo. Hunc rogo ex conſuetu-
dine tua [1] & legas & emendes: eo magis, quod nihil ante [2] perae-
que eodem [3] ſtilo ſcripſiſſe videor. Tentavi enim imitari Demoſthe- 2
nen [4] ſemper tuum, Calvum [5] nuper meum duntaxat [6] figuris orationis.
Nam

ſteriores *Suo*, plane ut Lib. II. Epiſt. XI. & XII. inſcriptio variat. Multae praeterea Epiſtolae nomen *Arriani* in fronte gerunt, quod neque hoc loco diſplicet.

* *Librum*] Intelligit actionem pro Accia Variola. CATAN. de qua Lib. VI. Epiſt. XXXIII.

1 *Et legas*, & relegas, *& emendes.*] Sic Aldus edidit, quem nonnulli ſecuti ſunt Sed Mediceus, omneſque alii MSS. additamentum illud *& relegas* ignorant. Quare inducendum eſt.

2 *Peraeque.*] Pariter. Cæſar Lib. VII. Peraeque *è regione caſtrorum caſtra ponebat.* Videtur tamen ſuperfluum aut *peraeque* aut *eodem ſtilo:* idem enim ſignificant. CATAN. MSS. Lindenbr. Bongarſ. Arnzen. Bodleiani, Lincoln. Barth. *peraeque eodem ſtilo*, ut Epiſt VIII. n. 5. *Onerabit hoc modeſtiam noſtram, etiam ſi* ſtilus *ipſe fuerit preſſus demiſſusque.* Atque ita Quinctilian. Lib. X cap. I. Sueton. Aug. cap. LXXXV. & alii *Stilum*, pro ſcribendi modo, uſurpare ſolent. Unus Helmſtad. *peraeque eodem zelo.* Ζήλῳ, quod tantopere aliis placet, minus commode hic inculcatur, cum ſtatim mentio fiat *imitationis*, & *aemulationis.* Neque tamen cum Catanaeo alterutrum, aut *peraeque*, aut *eodem ſtilo* ſuperfluum eſſe arbitror; nec cum Stephano, Gryphii margine, & Hackiana Copulam, contra librorum auctoritatem, infarcio, ut ſit *peraeque eodemque ſtilo:* Sed, cum nemo offendatur uſitatis dictionibus *idem fere*, *idem propemodum*, nec *aeque idem*, aut *peraeque idem* durum eſſe debet, ubi praeſertim aliae duriores hujuſmodi compoſitiones in uſu ſunt, ut vidimus ad Criſpi Car. cap. XIII. extr. *Eo* profuſius omnibus modis *quaeſtui atque ſumtui deditus erat.* Diſſimulare tamen non debeo, in veterrimo Mediceo haberi: *quod nihil ante peraeque eodem* libro *ſcripſiſſe videor.* Unus ex ceteris noſtris *antea.* Gryphiana: *ſcripſiſſe videtur*, operarum incuria. Mox *Demoſthenen* ſcripſimus, auctoritate libri Medicei, qui & alibi hanc terminationem tuetur: quomodo *Aeſchinen*, *Euphraten*, *Ulyxen*, *Ariſtotelen*, *Tigranen* & multo plura in vetuſtiſſimis monumentis ſcribuntur. Vide ad Lucani Lib. II. vſ. 637. ubi nonnulla collegimus. CORTE.

3 *Stilo.*] In quibuſdam editionibus legitur ζήλῳ, Ien. Boxh. & aliæ. Qua voce notatur aemulatio, vel vehemens imitandi ſtudium, ut explicat *Steph.* Subjungit enim: *Tentavi imitari Demoſth.* Hoc tamen *Catanaeo* non probatur: Nam, ait, qui pro ſtilo legunt ζήλῳ, non recte judicant, etſi Graeci dicant ζῆλον, è quibus Auſonius & Seneca in Proverbiis, ubi etiam verbum zelari uſurpavit: niſi fortaſſe volumus interpretari zelum pro nimia decoris affectatione. & ut obſervatur apud Cyprianum, & à Grammaticis dicitur, cacozelia eſt nimia decoris affectatio, corrupta ſententia. [Quamvis Hammonius zelum eſſe voluerit imitationem boni: veruntamen etiam de malo dici idem aſſerit.] Haec *Catan.* Utrumque genuinum eſſe poteſt, nec unum alterum tollit. Videmur enim, imitantes imprimis alios, nihil vel eo ſtilo vel eo ζήλῳ antea ſcripſiſſe. Et Plinius ad ζῆλον æmulationem magis reſpicit in ſequentibus. Per *ſtilum* ex Catan. intelligitur dicendi genus. Nam ſtilus eſt ferrum acutum & obtuſum: (illo, ut notarent: hoc, ut expungerent. nam utrumque ſtilo fiebat:) quo in pugillaribus ſcribitur: ſaepe tamen pro compoſitione ſumitur. Verba ſunt ex primo de Oratore, Stilus optimus dicendi effector & magiſter, & tardum & diligentem Quintilianus ſtilum probat. at Donatus, ut alii & Euanthius, volunt ſtilum verbis, orationem ſenſu conſtare. CATAN.

4 *Semper tuum.*] Quo maxime delectaris, quemque tibi propoſuiſti imprimis imitandum. IDEM.

5 *Nuper meum.*] Quem in hoc libro imitatus ſum primum. IDEM. Omiſerunt viri docti explicare nobis hunc locum, cum tamen ſit obſcurus, intellectuque difficilis. Nemo enim mihi dixerit, quomodo illud *nuper*, quod de Calvo habetur, conveniat cum praecedenti *ſemper*, quod pertinet ad Demoſthenem, cum tamen illae voces ad ſe mutuo referantur. Vidit, qui editionem Baſileenſem adornavit, ac idcirco illud *Calvum* delevit. Sed ſi deleatur, quomodo conveniat τὸ *tantorum virorum*, quod ſequitur, cum mentio fiat unius Demoſthenis? Itaque ſic puto locum totum eſſe diſtinguendum: *imitari Demoſthenem, & ſemper tuum Calvum, nuper meum.* Editiones omnes, etiam nuperrima Hackiana, diſtinctionem ponunt ante vocem *Cal-*

 vum,

Nam vim * tantorum verborum pauci, [1] quos aequus amavit, aſſequi

vum, quod ſenſum facit corruptiſſimum. Contra ſi ſic legas, omnia erunt clara. Tentavi, ait, imitari Demoſthenem ex Graecis, ex Latinis vero Calvum, quem cum tu jam ante diligeres maxime, nuper ego quoque cœpi amare, ac prae ceteris ſequendum proponere. Quod de *Calvi* voce retinenda dixi, ſuadet etiam oratio ipſius, quae orationi Noſtri fuit ſimilis. Cicero in Bruto: *Ad Calvum revertamur, qui Orator fuiſſet cum litteris eruditior, quam Curio, tum etiam accuratius quoddam & exquiſitius afferebat genus. . . . Tum Brutus, Atticum ſe, inquit, Calvus noſter dici oratorem volebat, inde erat iſta exilitas, quam ille de induſtria conſequebatur.* Habes plane verbis hiſce deſcriptum id ſtili ac orationis genus, quo Plinius ſolet uti, ut ſatis vel hinc liqueat, Calvum eſſe ſecutum. Quod autem Calvus etiam apud alios tum fuerit in pretio, diſcimus ex Fabio, qui Lib. X Inſt. cap. I. ſic de ipſo: *Inveni, qui Calvum praeſerrent omnibus. Et eſt ſancta ejus ac gravis oratio, & caſtigata, & frequenter vehemens quoque. Imitator eſt autem Atticorum, fecitque illi properata mors injuriam.* Schefferus. Vidit Schefferus abſurdum receptae lectionis: *Demoſthenem* ſemper tuum, *Calvum* nuper meum; ſed medicina ejus non ſuccedit. Ipſe Cellarius, qui ex Cicerone, Seneca & Auctore de cauſſis corruptae eloquentiae docuit, quam nobilis Orator fuerit Calvus, tamen ſubdidit: *Vocat igitur Calvum Demoſthenem.* quaſi is alia diſtinctione ita locum concipere voluiſſet: *Tentavi enim imitari Demoſthenem ſemper tuum, Calvum, nuper meum.* Sed quidquid tentemus, ſola diſtinctione inveteratum vitium non tollitur. Primum enim Demoſthenen potius, quam ullum alium imitatus eſt Plinius, quod alibi ipſe de ſe teſtatur, ut recte obſervavit Catanaeus, & ex Lib. VI. Epiſt. XXXIII. extra dubitationem ponitur. Deinde illa verba: *ſemper tuum, nuper meum*, unum tantum, non duos, quem imitatus ſit, poſtulant: aliter venuſta illa collocatio erit frigidiſſima. Reſtat itaque, ut *Calvi* nomen deleamus, quod non modo Vaticanus, ſed etiam praeſtantiſſimus Mediceus codex prorſus ignorat. Hoc pacto optime procedere orationem, mox pluribus oſtendimus ad verba: *nam vim tantorum verborum pauci* &c. Corte.

6 *Figuris orationis.*] Dicendi genere. eſt enim figura conformatio quaedam orationis remota à communi, & qua diverſa ſermonis forma conjungitur. Figuris igitur ſententiarum, Fabio referente, plurimum oratio inſignitur, à quo etiam lib. XII. haec pro Demoſthene traduntur. *Nonne*, inquit, *cunctos illos teretes oratores, ſublimitate, vi, impetu, cultu, compoſitione, ſuperavit? non inſurgit locis? non figuris gaudet? non tranſlationibus nitet? nam pene lex orandi fuit.* Catan. Mediceus: *figuris* multis *orationis*, quod non probo. Amat particulam *duntaxat* Plinius noſter, ut videre eſt ex Lib. III. Epiſt. IX. n. 26. Lib. V. Epiſt. VI. n. 12. Epiſt. XXI. n. 4. Lib. IX. Epiſt. XIII. n. 4. Epiſt. XXXIV. n. 1. & hic oppoſitio eam neceſſario exigit.

* *Tantorum verborum.*] Alia exemplaria habent *virorum, quos aequus.* Et omittunt *amavit.* Cujus lectionis hunc vult eſſe ſenſum *Catan.* In nulla alia oratione imitatum eſſe Calvum oratorem, quam in hac: & pauci oratores tibi pares poſſunt aſſequi vim tantorum virorum. Sed ut hanc lectionem non admittat, praeter alia imprimis efficit, quod Plinius alibi ejuſdem mentionem faciens, teſtatur tantum ſe imitari Demoſthenem, nulla Calvi recordatione habita: & credibile ſit, ſemper optima Plinium imitanda ſibi propoſuiſſe, Demoſthenem ſcilicet & M. Tullium. quanquam fuerint qui Calvum omnibus oratoribus praeferrent. Catan. Locus manifeſto corruptus. In pleriſque recentioribus & mediis Edd. ita legas: *Nam vim* tantorum virorum *pauci, quos aequus amavit* [Iupiter] *adſequi poſſunt. Tantorum*, inquam, *virorum* habent, quod & Aldus atque Gryphius expreſſerunt. Recte ſane *vis virorum*, ubi de oratorum facultate ſermo eſt. Sic vulgo legitur infra Epiſt. XVI. n. 4. *Nam in concionibus eadem, quae in orationibus*, vis *eſt.* & *facultas Periclis* Epiſt. XX. n. 18. *Verum huic ipſi Pericli nec illa πειθὼ, nec illud ἐκήλει brevitate, vel velocitate, vel utraque ſine* facultate ſumma *contigiſſet.* & de Demoſthene Lib. IX. Epiſt. XXVI. n. 10. *In aliis enim* vis, *in his granditas ejus elucet.* Quinctilianus Lib. X. cap. I. *Nam mihi videtur M. Tullius effinxiſſe* vim Demoſthenis, *copiam Platonis, jucunditatem Iſocratis.* & mox: *C. vero Caeſar, ſi foro tantum vacaſſet, non alius ex noſtris contra Ciceronem nominaretur. tanta* in eo vis *eſt, id acumen.* & iterum: *Nam & ingenii plurimum eſt in eo, & acerbitas mira & urbanitas, &* vis ſumma. Cap. II. *Quae in oratore maxima ſunt, imitabilia non ſunt, ingenium, inventio,* vis, *facilitas*, & paullo poſt: *Quid tamen nocet*, vim Caeſaris, *aſperitatem Caelii aſſumere.* Lib. XII. cap. X. *Quid denique* Demoſthenes? *non cunctos illos ... vi, ſublimitate . . ſuperavit?* & ſic Idem Lib. II. cap. V. & ſaepiſſime. Auctor de cauſſis corr. eloq. cap.

cap. XXIV. princ. *Agnoſcitiſne* vim *&* *ardorem* Apri *noſtri?* Sed utut opportune *vis virorum* dicatur, hic tamen abſurdum eſt, cum nulli *viri*, niſi in corruptis libris, ſed unus Demoſthenes praeceſſerit, quem Secundus imitatur. Ergo aut emendandum: *nam vim* tanti viri *pauci* &c. aut cum Catanaeo & Stephano legendum: *nam vim* tantorum verborum *pauci* rel. & his quidem primariae membranae Mediceae favent, in quibus ita verba concipiuntur: *nam vim* tam verborum, *pauci, quos aequus amavit*, qui *poſſunt.* Sic optimus ille codex. Ex quo patet, nulla ratione Catanaeum ſcripſiſſe *tantorum*, ſed ex veſtigiis praeſtantiſſimi libri potius effingendum eſſe: *nam vim* tantam *verborum.* Similitudo ſyllabarum *tan*, & *tam* effecit, ut unam ſaltem exararet librarius. *Vis tanta*, ut ex Fabio *vim ſummam*, ex Noſtro *facultatem ſummam* vidimus: utque apud alios *vis magna*, *vis tanta* non rarum eſt. Porro hac lectione optime *figurae orationis* atque *vis verborum* ſibi obiacent, ut in re alia *vis* & *imago*, *vis* & *ſpecies* apud Tacit. III. Annal. cap. XXX. Lib. XV. cap. XIV. & multos praeterea. Adpoſite Fabius Lib. VIII. cap. III. ubi de ornatu orationis: *Nam & ferrum adfert oculis terroris aliquid, & fulmina ipſa non tam nos confunderent, ſi* vis *eorum tantum, non etiam ipſe* fulgor *timeretur.* & paullo poſt: *Nec fuco eminentem* colorem *amet; ſanguine &* viribus *niteat.* & deinde: *Quidquid erit ſententiis populare*, verbis *nitidum*, figuris *jucundum.* Legi meretur Idem Lib. VIII. cap. VI. pag. 730. & Lib. IX. cap. I. pag. 761. Item Lib. X. cap. I. pag. 885. *Meminerimus tamen non per omnia poetas eſſe oratori ſequendos, nec libertate* verborum, *nec licentia* figurarum. Pag. 892. *In* verbis, *ſententiis*, figuris, *diſpoſitione totius operis.* Cap. II. princ. *Ex his, ceterisque auctoribus &* verborum *ſumenda copia eſt, & varietas* figurarum. atque ſimiliter Cap. V. & alibi paſſim. Jam *vis verborum* ejuſdem Fabii eſt Lib. IX. cap. II. Verborum *quoque* vis *ac proprietas confirmatur vel praeſumtione* cet., Frequentatur etiam Tullio, ut I. de Invent. cap. XIII. Lib. II. cap. XVII. & XLVIII. de Oratore Lib. II. cap. IV. Oratore cap. XXII. Partit. cap. V. & XXXVI. de opt. gen. Or cap. V. & aliis locis pluribus, quibus fere primam ſignificationem, ſeu proprietatem denotat: unde factum arbitror, ut recentiores *proprietatem* linguae, pro vi dicendi & omni facultate adhibuerint, ut Symmachus Lib. I. Epiſt. XXVI. Sidonius Lib. III. Epiſt. ult. alii. Eſt ſane in proprietate ſumma *ἐνέργεια*, maximum *pondus & auctoritas* verborum, ut Cicero Partit. cap VI. loquitur, quod pondus verborum vere Demoſtheni competit, quem non orare, ſed *tonare* & *fulgurare*, antiquitas obſervavit. Cicero ad Attic. XV. Epiſt. I. *Sed ſi recordabere* Δημοσθένους fulmina. adde infra Epiſt. XX & Lib. II. Epiſt. III. Haec eſt iſta *tanta vis verborum*, quam adeo pauci imitari poſſunt, ut merito eam ſcripturam aliis praeferamus. Sed cum haec περικοπὴ alia etiam habeat, quae ſuſpicionem movere queant, de iis etiam, ut ſemel defungamur, ſententiam noſtram dicamus. Primum recte Mediceus: *pauci, quos aequus amavit*, ſine adpendice illa, quae in Helmſtadienſi & Gryph. haeret, *Jupiter.* Corrupte Arnzen. *aequius*, & Ricc. *pauci eqtius*; Lindenbr. *aequitius*; nec melius vir doctus *aegrius*, cum pars ſit noti verſus ex Virg. VI. Aen. vſ. 129. Deinde omnes ſcripti & impreſſi praeferunt: *adſequi poſſunt*, cum tamen ille unicus, cui omnes cedere debent, tantum praeſtet: *qui poſſunt.* Diceres, eumdem intelligi ἀπὸ κοινοῦ voluiſſe *imitari*; aut plane interrogationem feciſſe, qualis eſt in MS Lincolnienſi: *qui aſſequi poſſunt?* ut ſimillime ſcripſerit Ciceroni II. de Legib. cap. VII. *Unum illud mihi videris imitari orationis genus.* M. *Vellem fortaſſe:* quis *enim id* poteſt, *aut umquam poterit* imitari? *Nam ſententias interpretari perfacile eſt.* Sed iſtud praeter mentem meam dixeris. Non tamen vulgati *adſequi* patrocinium in me ſuſcipio. *Adſequitur*, & *conſequitur* alium, qui idem illi praeſtat, qui ita imitatur, ut omnia exprimat, omnia ſimilis ſit. Sic de Cicerone Fabius, Lib. X. cap. I. *Quod in quoque optimum fuit, ſtudio* conſecutus *eſt tantum.* & Cap. II. *Vim dicendi atque inventionis non* adſequuntur. Item pag. 884, 892. 903. 916. 923 928. ut & Cicero IX. Fam Epiſt. XXI. n. I. alii. At cum tam modeſte de ſe ſentiat Secundus, ut ſcripſerit *tentavi imitari*, arroganti verbo *adſequi* omnem illam modeſtiam corrumperet, etiamſi de aliis loquatur. Puto itaque ex illo membranarum *qui* brevius & aptius verbum *ſequi* eruendum eſſe, quod placuit auctori Lib. VII. Epiſt. XXX. extr. *Orationem Demoſthenis.. habui in manibus, non ut* aemularer (*improbum enim, ac paene furioſum*) *ſed tamen imitarer &* ſequerer, *quantum* cet. Salluſt. Jug cap. XXXII. *Legati ſecuti morem imperatoris.* Tacitus Agric. cap. V. *Diſcere a peritis*, ſequi *optimos.* Quinctilian. Lib. X. cap. I. pag. 619. *Namque & conſummati jam patroni veteribus* aemulantur, *& eos juvenum ad optima tendentium imitatur ac* ſequitur *induſtria.* Cap. II. quod eſt de imitatione: *Nam ut invenire primum fuit, eſtque praecipuum: ſic ea quae bene inventa ſunt, utile* ſequi. Ex quibus omnibus conſtat, locum hunc ita concipiendum eſſe: *Tentavi enim imitari Demoſthenen* ſemper tuum, nuper meum, *figuris duntaxat orationis. nam vim* tantam verborum *pauci, quos aequus amavit*, ſequi *poſſunt.* CORTE.

3 qui poſſunt. Nec materia ipſa huic (vereor ne improbe dicam) [1] aemulationi repugnavit. Erat enim prope tota [2] in contentione dicendi, quod me [3] longae deſidiae indormientem excitavit, ſi modo
4 is ſum ego, * qui excitari poſſim. Non tamen omnino [4] Marci noſtri [5] ληκύθους fugimus, quoties paululum [6] itinere decedere non [1] in-

1 *Quos aequus amavit.*] Neſcio, adjiciendum an ſubaudiendum ſit τὸ *Jupiter*, ut & hemiſtichion & ſenſus impleatur. Et omiſit auctor forte ſtudio, quod verſus Virgilianus notiſſimus eſſet, Arriano praecipue homini erudito. Sed viros ingenio praecellentes, quos hic intelligit Plinius, tanto videtur complexus magis Deus eſſe, quanto eoſdem praeſtare aliis voluit. BUCHNER.

1 *Aemulationi.*] Demoſthenicae. Adverte, *aemulatorem* poni pro eo qui de pari loco contendit: ſecus *imitatorem*. Hic idem alibi: *Non ut aemularer, ſed tamen imitarer & ſequerer tantum.* Aliquando cum invidia ponitur, ut apud Apuleium in tertio Florid. Marcellus diſtinguit, *Aemulus*, inquit, *ſimilitudinem vitae vel inſtituti repraeſentat.* Item aemulatio ab imitatione hoc diſtat, quod *imitatio* ſimplex eſt & invidiam non admittit: *aemulatio* habet quoddam imitandi ſtudium, ſed cum malitiae operatione. M. Tullius pro ſectatore indifferenter uſurpat. CATAN. Mediceus: *aemulatione repugnavit*, ut ſolent veterrimi libri ſecundam & tertiam vocalem confundere. Supra Helmſtad. *vereor, ne probe dicam.* Corrupte. *Improbum* dicunt Latini, quidquid eſt arrogans, & omnino *nimium*, ut modo ex Lib. VII. Epiſt. XXX. vidimus *improbum ac paene furioſum*, & eodem libro Epiſt. XXVI. n. 5. *improba & audentia* comparantur. Vide ad Lucani Lib. V. vſ. 277.

——— *en* improba *vota!*

2 *In contentione dicendi.*] Haec maxime conſiſtit in confirmatione & confutatione. Eam Cicero in continuationem & diſtributionem diviſit: neque hic locum habet exornatio ejuſdem appellationis, quae fit ex contrariis verbis. CATAN. Lib. II. Epiſt. XIX. n. 5. *His accedit, quod oratio, de qua loquor, pugnax & contentioſa eſt.* Fruſtra Gryphius inculcat *poſita: Erat enim prope tota* poſita *in contentione dicendi*, deſertus ab omnibus vetuſtis codicibus.

3 *Longae deſidiae.*] Deſuetudini à forenſibus cauſis. CATAN. *Longe* legit *Boxh.*

* *Qui excitari poſſim.*] Mediceus: ut *excitari poſſim*, quod defendi poterat. Sed alterum frequentius eſt, ut apud Ciceronem: *Sed ego is non* ſum, qui *ſtatuere debeam.* Vide Cl. Bentleium ad Horat. I. Sat. IX. vſ. 55. *Et* eſt, qui *vinci poſſit.*

4 *Marci noſtri.*] Ciceronem ſign. Quem *noſtrum*, id eſt Latinum appellat, reſpectu Graeci Demoſthenis. CATAN.

5 *Ληκύθους.*] *Henr. Steph.* taxat eos, qui has lucubrationes ſunt interpretati. Intelligit igitur excurſus illos oratorios & αὐξήσεις, quibus exaggerantur res, ipſaque oratio exornatur, & quaſi depingitur. Λήκυθοι enim ampullae ſunt (plerumque ex alabaſtro) quibus pigmenta colorum pictores ſervabant. Cic. ad Attic. Lib. I. Epiſt. XIV. *Totum illum locum, quem ego varie meis orationibus, quarum tu Ariſtarchus es, ſoleo pingere de flamma, ferro (noſti illas ληκύθους) graviter pertexuit.* BUCHNER. De ornatu & vi Ciceronis in dicendo paſſim veteres, etiam Græci, ut Longinus περὶ ὕψους cap. X. dictum quaſi ἀγγεῖον, id eſt, receptaculum: quod capaciſſimum ſit, παρὰ τὸ κύτος à vaſe λάκυτος, aut quod planum habet fundum, aut quod oleum celat. Lecythos quidam metaph. accipiunt pro gymnaſio, auctore Polluce, ut ſit ſenſus: Plin. non declinaſſe à Cic. ſchola: ideoque in numero plurium dixiſſe Lecythos, quoniam M. T. cyclicam noſcebat paediam. authores habeo Suidam, Hammonium, Athenaeum: & Sophocles Euphoniae cauſa Lecythiſmum dixit. Poſſemus etiam interpretari commiſerationem. nam Ariſtoph. uſurpat in Pluto: ἔλαιον οὐκ ἔνεστιν ἐν τῷ ληκύθῳ, non movemur miſericordia. CATAN. Recte Beroaldus Annotat. cap. XLVI. ληκύθους interpretatur *nitores & floſculos, amoenaſque egreſſiones*; ſed quod rationem interpretationis ab ampulla olearia, ex qua Romani corpora ſua perunxerunt, repetat, in eo falſum eſſe, vel additamentum *Marci noſtri* ληκύθους oſtendere potuiſſet. Non enim aliter, ac apud Cicer. I. ad Attic. Ep. XIV. vocabulum hic intelligendum eſt, qui vero ad *pictorum* potius vaſa, quibus unguenta & pigmenta ſua ſervabant, reſpexit, ut probe jam ab Manutio & Corrado obſervatum eſt, quos conſulas licet. Eumdem cum Beroaldo errorem admiſit Petrus Nannius Lib. IX. Miſcellan. cap. III. licet recte reprehendat interpretem, qui ληκύθους lu-

[1] intempeſtivis amoenitatibus admonebamur. * acres enim eſſe, non triſtes volebamus. [2] Nec eſt, quod putes me ſub hac exceptione [3] veniam poſtulare. immo quo magis [4] intendam [5] limam tuam, confitebor &

lucubrationes expoſuit, quod in Gryphii margine etiam haeret. In Arnzen eſt: *Marci noſtri λνκύτον ὑπεύλεις*, partem Gloſſae, quae originem vocis oſtendere voluit, exhibens. In Helmſtad. vacuum ſpatium Graeco vocabulo, ut ſemper ſolet, relictum eſt. Edd. aliquot *τὰς ληκύθους* ſcribunt, qua auctoritate, ignarus ſum. In Mediceo etiam illud vocabulum deeſt, cujus ſcripturam mox proferemus. Reliqui tamen MSS. *ληκύθους* agnoſcunt

6 *Itinere decedere.*] Eſt à propoſita cauſa digredi Utile enim ſaepe eſt digredi ab eo, quod propoſueris movendorum animorum cauſa. CATAN.

1 *Non intempeſtivis amoenitatibus.*] Opportune ad demulcendas judicum aures. Quintil. Orator erit egreſſionibus amoenus, in quibus M. Tullius excelluit. IDEM. Mediceus haec omnia ſic perſcribit: *Non tamen omnino Marci no. . . ibi fugiamus, & ut etiam paullum itenere decedendo intempeſtivis amoenitatibus ſubmovemur.* mira varietate, in qua tamen non ita deſudandum arbitror, ut quovis modo aliam, ſed tolerabilem, lectionem exſculpamus. Alioquin, ecce, in promtu erat, exigua mutatione, inde eruere: *Non tamen omnino Marci noſtri ληκύθους fugimus:* ut etiam paullum *de itinere*, cedendo *non intempeſtivis amoenitatibus*, ſubmovemur. Senſu aperto. Adhibuimus interdum Tullianos nitores & laetas egreſſiones, contra primarium inſtitutum noſtrum, quod in genere contentioſo verſabatur: quemadmodum ſaepe evenire ſolet, ut etiam itinere noſtro dimoveamur, ſi non intempeſtivae amoenitates nos invitant. *De itinere ſubmoveri* proba locutio eſt, ex Cicerone, Livio aliiſque abunde nota. *Cedere amoenitatibus*, pro invitantes amoenitates ſequi, latiniſſimum putabunt, qui *cedere fatis, fortunae, cedere tempori, auctoritati* aliaque innumera ſecum recolent. Similem fere comparationem invenies Lib. II. Epiſt. V. & paſſim. Certe diverſitas iſta, quae eſt inter *ληκύθους*, & inter *amoenitates itineris*, id ſuadere videtur, ut alteram partem hujus periodi potius per comparationem & ſimilitudinem, quam per ſimplicem connexionem accipiamus. Sed, quod praefatus ſum, non multum laborandum exiſtimo, cum alii omnes Codd. vulgatae ſcripturae patrocinentur: & qui, quantum veterrimis & Mediceo paribus codicibus debeamus, ignorant, illis jam hoc multum, aut nimium erit. Notarunt tamen etiam ex Vaticano *fugiamus*. *Paullum* vero, quod Mediceus praefert, in omnibus, quod ſciam, manuſcriptis, noſtris certe viſitur, non *paullulum*, illudque jam Aldus expreſſit. Lindenbr. vitioſe: *non intempeſtivus*. CORTE.

* *Acres enim eſſe, non triſtes, vol.*] Ordo eſt ab Aldo, cui favet Mediceus. Reliqui MSS. & aliquot impreſſi: *acres enim, non triſtes eſſe, volebamus*, & Helmſtad. praeterea: *nolebamus*. Quae ſit oratio *triſtis*, diſcas ex obſervatione ad Lib. II. Epiſt. V. n. 6. *Quod tamen ſi quis exſtiterit, qui putet nos* laetius *feciſſe, quam orationis* ſeveritas *exigat, hujus (ut ita dixerim)* triſtitiam *reliquae partes orationis exorare debebunt.* ita enim ſcribendum eſſe, illic docemus.

2 *Nec eſt.*] Pro non opus eſt. Peculiare Secundo dicendi genus, quod interdum deprehendes apud Martial. ut: *Non eſt quod timeas Candide.* CAIAN.

3 *Veniam.*] Errorum, ſi quos in digrediendo cognoveris. IDEM.

4 *Intendam limam tuam.*] Acuam tuum judicium, ac emendationem in hunc librum. IDEM.

5 *Lima.*] Metaphorice eſt cenſura, & emendatio. A fabris, qui ſuperflua abrodunt Sane verbum frequens apud Plin. & Martial. & ante eos M. Tullius dixerat: *Veritas ipſa limatur diſputatione.* IDEM. Vide Epiſt VIII. n 3 Epiſt. X n. 11. Epiſt. XX n. 21. Lib. V. Epiſt XI. n. 3. Lib. VIII. Epiſt IV. n. 7. Bongarſ. & Arnzen. *Nam quo magis*, non ita male, ut Lindenbr. *Non quo magis*. Omnes tamen corrupte. Mox Helmſtad. & Lindenbr. *confiteor*. Idem Lindenbr. & Bongars. te *ipſum*, & *contubernales*, ex quo ad genium Plinii faceres: & ipſum, & *contubernales*, extrito Provocabulo *me*. Notus eſt locus Virgilii, ex quo Livio Lib I. cap. I. *ipſum*, pro *me ipſum* reſtituit Gronovius, qui tamen Lib. II. cap. LI. pati noluit: *Ipſe exercituſque eſt ſervatus*, ſed probavit *exercituſque ejus*, contra ea, quae notamus ad Criſpi Cat cap. XXXI. n. 7. quibus accedat A. Victor Epit. cap. IV. n. 5. *Quod ſi quis talia horruerat, in* ipſum *omnemque* familiam *ſaeviebatur.* Sic legimus in praeſtantioribus membranis, non, quod vulgo editur, *familiam ejus.* Rurſus idem Livius Lib. III. cap. LVI. *Cum* ipſum, ſatelliteſque *vidiſſent*, in duobus melioribus Palatinis MSS non *ſatelliteſque ejus*. Suetonius Aug. cap. XXIV. Ipſum, bonaque *ſubjecit haſtae*, ut recte editur. MS. noſter minus eleganter: *bonaque ejus*. ſapit tamen ille cap. XL. *Pronunciavit*,

non

& ipſum me & [1] contubernales ab editione non abhorrere, ſi modo
6 tu fortaſſe errori noſtro [2] album calculum adjeceris. Eſt enim plane aliquid edendum, atque utinam hoc potiſſimum, quod paratum eſt, (audis deſidiae votum) edendum autem ex pluribus cauſis: maxime quod [3] libelli, quos emiſimus, dicuntur [4] in manibus eſſe, quamvis jam gratiam novitatis exuerint. Niſi tamen auribus noſtris bibliopolae blandiuntur. [5] Sed ſane blandiantur, dum per hoc mendacium nobis ſtudia noſtra commendent. *Vale.*

III.

non teneri ea (lege) *quibus* ipſis, parentibusve *equeſter cenſus unquam fuiſſet.* adde Lucanum Lib. II. vſ. 276. & quae habet Cl. Duckerus ad Flori. Lib. IV. cap. X. n. 4. CORTE.

1 *Contubernales.*] Meos amicos. proprie de his, qui militiae ſub uno tentorio vitam degunt, & contubernium pro decem militibus una militantibus. Nam tabernae appellatio declarat omne utile ad habitandum aedificium, non ex eo quod tabulis claudatur, inde tabernacula & contubernales. haec *Juriſc. de verb. ſign.* Feſtus tamen Pompejus contubernales à tabernis, quae fiebant ex tabulis, dictos opinatur. Hìc ſimpliciter pro domeſticis, è quibus erat Tranquillus, Voconius Romanus, & liberti non illiterati accipiuntur. ſic Lib. I. Columella, Villico mulierem contubernalem ex Celſi ſententia aſſignavit. CATAN.

2 *Album calculum adjeceris.*] Approbaveris, dignum editione judicaveris. Sidon. in Epiſt. *Ego tamen hujuſmodi conſilio album calculum minime apponam.* mos erat per album calculum ſuffragari. (Agathias Lib. III. epigram. λευκὸν ψῆφον ἐδεξάμεθα, album calculum ſuſcepimus, dum oſtendit Theodoti & uxoris innocentiam comprobatam, & abſolutos à crimine.) per nigrum autem condemnare. Ovid.

Calculus immitem demittitur ater in urnam.

& Apulejus Lib. X. IDEM. Jacobus Bononienſis Adnotat. cap. XVII. ex antiquo codice legendum cenſet: *ſi* non *fortaſſe errori noſtro album calculum adjeceris*, hoc ſenſu: modo non faveas errori meo, ſeu, modo ne mihi aduleris, & receptam lectionem ſenſum prorſus contrarium & repugnantem fundere, ait. Habet ſane etiam Mediceus: *ſi modo* non *fortaſſe errori n. a. c. a.* item Arnzen. *ſi modo* tu *fortaſſe errori* non *album c. a.* quos vero librarios pariter ac Bononienſem ratio fefellit, dum putarunt, injuſtum & a Plinio non exſpectandum eſſe, ut amicum velit *errori* conſentire. Particula *fortaſſe* aptanda eſt *errori: fortaſſe erramus* & ipſe, & contubernales, qui librum hunc edendum exiſtimamus. Sed ſive erramus, ſive judicamus, ſi tuum ſuffragium accedit, certe edemus. quae pura puta, & propria Plinio, elegantia eſt. Lib. VII. Epiſt. IV. extr. *Qui ſive* judicant, *ſive* errant, *me delectant. Unum precor, ut* poſteri *quoque aut* errent ſimiliter, *aut judicent.* Nexus praeterea orationis, & potiſſimum quod ſequitur: *eſt enim plane aliquid edendum*, oſtendit, veriſſimam eſſe vulgatam. Ut omittam, quod inter dictiones: *ab editione* non *abhorrere*, & : niſi *tamen auribus blandiuntur*, inepte inculcaretur: ſi non *adjeceris.* Paullo poſt Mediceus: *audias deſidiae votum.* CORTE.

3 *Libelli quos emiſimus.*] Intelligerem libellos de ultione Helvidii, quos temporibus Nervae ſcripſiſſe ſe, ac mox emiſiſſe teſtatur alibi. CATAN.

4 *In manibus eſſe.*] Laudari, probari, placere. IDEM. Horatius Lib. II. Epiſt. I. vſ. 53.

Naevius in manibus *non* eſt, *& mentibus haeret*
Paene recens?

ubi plura Cl. Bentleius. Quinctilianus Lib. X. cap. I. pag. 920. de Seneca: *Tum autem ſolus hic fere* in manibus *adoleſcentium* fuit.

5 *Sed ſane* blandiantur.] Mediceus: *Sed ſane blandiuntur.* Arnzen. hanc trigam omittit. At Helmſtad. Lindenbr. Bongars. *Sed ſane: dum per hoc*, abjecto verbo *blandiantur*, quod neque Bodleiani & Lincoln. agnoſcunt. Scribe: Sit *ſane; dum per hoc m. n. ſ. n. commendant. Sit ſane*, id eſt, blandiantur ſane. Vide ad Salluſt. Cat. cap. LII. n. 22. Sint ſane, *quoniam ita ſe mores habent, liberales* cet. Eleganter autem verbum ſubſtantivum *ſit* praecedens verbum denuo infert, quod de verbo *facere* & *fieri* in vulgus notum, & ad eumdem Criſpum Cat. cap. LV. n. 2 obſervatum eſt. *Commendant* eſt in Helmſtadienſi. Alius *commendantur.* CORTE.

1 *Commm.*]

III. C. Plinius Caninio Rufo Suo S.

Caninium hortatur, ut ſe monumentis literarum à mortalitate vindicet, omiſſa vulgarium cura.

QUid agit [1] Comum, tuae, meaeque deliciae? quid ſuburbanum amoeniſſimum? quid illa porticus, [2] verna ſemper? quid [3] πλαζανὼν opaciſſimus? quid [4] Euripus viridis, & gemmeus? * quid ſubjectus,

1 *Comum.*] Patria noſtra. Olim mediocre oppidum. caeterum Pompejus Strabo, Magni pater, colonos ab incumbentibus Rhetis vaſtato reſtituit: cui Cn. Scipio tria millia hominum inſuper adjecit. Poſt Julius Caeſar quinque inquilinorum millia ad habitandum deduxit, è quibus quingenti illuſtres fuere Graeci. Hos etiam civitate donatos in habitatorum numero deſcripſit: haud tamen ibi domicilium habuere, ſed oppido nomen relinquentes, & Novum Comum appellantes, Novocomenſes oppidanos vocavere. Nobilitatur Comum, Plinio referente, aqua ad temperaturam ferri. Catanaeus. MS. Barthii& Helmſtad, a prima manu: *Commum*; in hoc ſecunda fecerat: *Communi*, cui vir doctus adſcripſerat: *melius, vt viſum eſt, ſtaret*: agunt communes, ſed hoc perperam viſum eſt. Arnzen. ab alia manu: *Commutuum.* Tales hallucinationes librariorum in propriis nominibus iam ſunt notiſſimae. Mediceus *Caninio* nude inſcribit, ſine nomine *Rufo.*

2 *Verna*] Aprica aeſtate & hyeme, ubi ſit perpetuum ver. Catan. Bene Catanaeus *vernam* explicat, *ubi ſit perpetuum ver*, id vero non bene, quod hanc dicat *apricam aeſtate & hieme.* Sane ſi fuiſſet aprica, id eſt, patens ſoli, non video, quomodo aeſtate potuiſſet verna eſſe. Quare *vernam* eo putem dictam, quod aeſtate excluderet calores nimios, hieme vero frigora. Quod fiebat partim ex ſitu locoque, partim ex ſtructura, quia porticus & tectae erant, & in ambitum cinctae arboribus, quibus ſicut ſolis calor, ita imbrium & ventorum vis arcebatur. Vide Lib. II. Epiſt. XVII. Schefferus. Sed nec iſta, quae adfert Schefferus, ſufficiunt, vt *porticum ſemper vernam* ex eis cognoſcas. Porticus illa viridis ſemper, & floribus quibuscumque, maxime *hiberna roſa*, de qua aliquoties Martialis, ornata erat. Ita recte *verna ſemper* dicitur, Rutilius Lib. I. Itiner. vs. 113. de Roma:

Vere tuo *numquam mulceri deſinit annus*,
Deliciasque tuas victa tuetur hiems.

Multa de hac Romanorum elegantia, an luxuria, Seneca, Capitolinus, Pacatus, Mamertinus & alii. Lege Livinei. ad Mamert. Paneg. Juliani cap. XI. & adde Zenonem Veronenſ. Serm. XLIX. Claudianus III. Rapſ. vs. 225.

Verna *nec iratum timeant* virgulta *Booten.*

3 Πλατανὼν] Eſt locus Platanis conſitus, quaſi dicas, platanetum, uti Δαφνὼν, lauretum, & Ἐλαιὼν olivetum appellatur. Stephan. MS. Barth. & Arnzen. *platanum*; Helmſtad & alter Bodleian. *platanus.* At Mediceus, qui Graeca alibi ſatis diligenter exarat, *platanon*, neque aliter Bongarſianus, & hoc mallem, quam Graecis litteris πλατανὼν, uti *daphnon*, *daphnona*, *platanona* Latine apud Martialem, Sidonium, Petronium ſcribunt. Vide Interpretes ad Petron. Sat. cap. CXXVI. ad Martial. Lib. XII. Epigr. L.

4 *Euripus.*] Ut diei aeſtum redderent leniorem, aquam derivabant per varias ſemitas: rivi autem hujuſmodi obliqui & reciproci, qui fluunt & refluunt, Euripi appellantur: de quorum inſtabilitate extant apud Suidam proverbia, ut ἄνθρωπος εὔριπος, & τύχη εὔριπος, καὶ ἡ ἄνοια εὔριπος. Eſſe aquarumductus Euripos ſatis conſtat Senecae teſtimonio lib. XIV. epiſtolarum referentis: *Qui Euripos ſubito aquarum impetu implet aut ſiccat.* & Lampridii in Heliogabalo. & Plinii: *Caeſar dictator in elephantorum munere Euripis arenam circumdedit.* Ex quibus patet non ſatis veram illorum ſententiam, qui rivulos per prata defluentes, ſi paulo murmuratiores eſſent, euripos: alios majuſculos, nilos appellarunt: nam M. Tullius lib. I. de Leg. indifferenter poſuit, *Ductus*, inquit, *aquarum, quos iſti nilos euripoſque vocant, quis cum viderit, non irriſerit?* Sed magis ridicula illorum opinio, qui euri-

ctus, & ſerviens lacus? quid illa mollis, & tamen ſolida [1] geſtatio? quid [2] balneum illud, quod plurimus ſol implet & circumit? quid [3] triclinia illa [4] popularia? quid illa paucorum? [5] quid cubicula diurna noctur-

euripum vitem malleolis circumquaque ductis in formam lacus eſſe crediderunt. Neque aſſentior diſſentientibus, Euripos manu factos per foſſas & cuniculos, dictos à ſimilitudine Chalcidici freti ſepties in die reciprocantis, auctoribus Juſtino & Suida: à quo Euripus fretum, locus aquoſus inter duas terras Boeotiae & Atticae interpretatur. Livius tamen: *Non ſepties die, ſicut fama fert, temporibus ſtatutis reciprocat euripus: ſed*, &c. & Pauſanias lib. II. teſtatur Euripum circunfluere in circuitu regionis Plataniſtae: quae quia multis platanis conſita, inde traxit appellationem. Appellati Euripi *παρὰ τὸ ῥιπίζειν*, à latitudine per contrarium, quod non ſint lati ſed anguſti: ſic ſcriptum reperies apud magnum etymologicum. CATAN. Adde Salmaſ. ad Solinum pag. 638. Daviſium ad Cic. II. de Legibus cap. I.

* *Quid ſubiectus & ſerviens lacus*] Prius refertur ad ſitum, quomodo Lib. VIII. Epiſt. XX. *ſubiacentem lacum*, & Lib. II. Epiſt. XVII. *ſubiacens mare* adpellat: Poſterius ad conditionem, quia totus ſpectabat ad villam, nec de iure eius participabat alius. SCHEFFERUS. Immo, ſi ad eam cauſſam reſpiceres, poſterius contrario plane ſenſu notaret lacum in alius dominio fuiſſe, & Plinio tantum ſerviſſe: Non cepit vim vocabuli, de qua nos agimus ad Lib. V. Epiſt. VI. n. 23. *piſcinam, quae feneſtris* ſervit, *ac* ſubiacet. Male etiam Barthius coniiciebat *ſubvectus*, pro *ſubiectus*, & aeque male Lindenbr. & Bongarſ. Copulam negligunt.

1 *Geſtatio.*] Locus quo geſtabantur ſanitatis vel voluptatis gratia. de hac locutus Satyra VII. Juvenalis:

Balnea, ſexcentis, & pluris porticus, in qua
Geſtetur dominus quoties pluit. ———

Et Paulus geſtationem confici ex arboribus aſſerit, ſed pro ipſa ſuccollatione interdum uſurpatur. Nam Celſus inquit, Lenis in navi, in lacu geſtatio eſt: vehementior in alto, vel lectica, aut ſcamno: acrior vehiculo. CATAN. Vide Lib. II. Epiſt. XVII. n. 15. Locum hic indigitari, ubi geſtationes inſtituebantur, non poteſt eſſe dubium vel propter antecedentia & conſequentia, quae partes villae locaque exponunt. Sed quae *mollis* illa, quae *ſolida geſtatio?* Puto ita dici reſpectu ſoli, quod erat molle, tamquam ceſpite virenti ſtratum, nec tamen fluxum, lubricum & veſtigiis cedens, tamquam uliginoſum aut arenoſum, verum ſolidum & firmum. SCHEFFER. Plura de *Geſtatione* Buchnerus infra ad Lib. IX. Epiſt. VII. n. 4. MS. Barthii corrupte *vectatio*, cui tamen adſtipulatur Arnzenianus.

2 *Balneum*] Legitur in multis codicibus *balineum*, quod non abhorret à ratione, cum Graeci *βαλάνειον* vocent: de cujus verbi derivatione, Suidam & magnum etymologicum lege. Poëtæ tamen *balnea* & non *balinea* uſurpant. CATAN.

3 *Triclinia*] Triclinium nemo neſcit locum eſſe convivii, dictum auctore Servio à tribus lectis ſtratis: quod etiam vocabuli interpretatio oſtendit, & Varro in re ruſtica, *Triclinium ſterni coenandi cauſa* dixit: ſicut Apulejus *comeſſatoribus inquietum.* id Porphyrius Latine *coenaculum* ſentit. Lectos ejus pares & altitudine, & materia, & figura Varro fieri ſolitos aſſeverat: qui triclinaria aeſtiva ad frigus orientis, hyberna ad ſolem occidentem conſtrui praecipit: à quo non multum diſſentit Vitruvius. IDEM.

4 *Popularia.*] *Id eſt*, Multorum, & communia multis. IDEM. Helmſtad. *quid triclinia illa* vel *popularia*, vel *paucorum?* Eo amplius Gryphius: *quid triclinia illa vel popularia*, vel illa *paucorum?* Ceteri MSS. particulam *vel* repudiant, & longe gratior eſt iſta repetitio: *quid illa.* Talia notamus ad Lucani Lib. II. vs. 106.

5 *Quid cubicula.*] Recentiores editiones interſeruerant, *paucorum? quid popina? quid cubicula, &c.* Ejeci ego, quod non compareret in antiquioribus, & videretur natum ex illo *popularia.* Certe MS. Pal. tantum præ ſe fert: *quid triclinia illa? popina quid cubicula, &c.* GRUTER. Hic *nocturna cubicula*, quae Lib. II. Epiſt. XVII. *cubicula noctis & ſomni* vocat, vbi capiebant ſomnum. At *diurna* ſunt conclavia, in quae ſecreti negotii cauſſa ſecedebant, ut ſubmota turba familiarium ſoli, vel cum paucis poſſent expedire, quae factu erant opus. SCHEFFER. Sed & interdiu cubitum ſe recipiebant veteres, & alia praeterea cubiculorum genera excogitaverant, quae *diurna* recte vocantur. Lege interpretes ad Sueton. Neron. cap. XII. Ceterum Mediceus etiam, Helmſtad. & alii noſtri inſulſum illud additamentum *quid popinae* reſecant. In ſolis Excerptis Lindenbrog. reperio: *Quid triclinia illa, vel popinae, quid Euripus, quid cubicula?* quae ſuſpicionem Gruteri de origine additamenti confirmant. Pannum illum, *quid Euripus*, ex Arnzen.

ſturnaque? poſſidentne te, & per vices [1] partiuntur? An, ut ſolebas, 2
intentione rei familiaris obeundae, crebris [2] excurſionibus avocaris:
ſi te poſſident, felix beatusque es: ſin minus, [3] unus ex multis. Quin 3
tu (tempus eſt enim) humiles & ſordidas curas aliis mandas: & ipſe
te in alto iſto pinguique ſeceſſu ſtudiis adſeris. Hoc ſit negocium tuum,
hoc ocium, hic labor, haec [4] quies, in his vigilia, in his etiam ſomnus
re-

zen. praeterea notatum habeo. Deinde Optimus: *diurna*, *nocturna*, ſine Copula. quod probo.

1 *Partiuntur.*] Sortiuntur, in alia lectione *patiuntur* fuit. ut modo in unum te transferas, modo in aliud. CATAN. *Partiuntur* genuina lectio, pro dividunt inter ſeſe, quod de locis ita dicitur, ut eadem dicuntur hominem *poſſidere.* Lucanus de mulieribus, quae aliae alia templa petebant, Lib II. vs. 35.

Diviſere *deos.*

Sic intelliges Maronem Lib. VIII. Aeneid. vs. 20.

Atque animum *nunc huc celerem*, *nunc* dividit *illuc*,
In partesque rapit varias

h. e. animum modo huic, modo illi rei adplicat & intendit. Clariſſime Statius II. Theb. vs. 586.

— — — *trahit ocius enſem*
Biſtonium Tydeus, *Mavortia munera magni*
Oeneos, *& partes pariter* diviſus *in omnes*
Hos obit atque illos

ubi minus apte unus ex MSS. noſtris: *diffuſus in omnes.* Pro illuſtratione verbi *poſſidet* adſcribit Barthius verba ex Epiſt. XVI. n. 1. *Nunc vero totum me tenet*, *habet*, poſſidet, additque, in MS. ſuo haec omnia: *Poſſidentne t. e. p. v. partiuntur* deſiderari: Noſtri modeſtiores ſunt, nominatim Mediceus, Arnzen. & Helmſtadienſis, qui tantum particulam *ne* excludunt: *poſſident te & per vices partiuntur*, an, *ut ſolebas* cet. Frequenter autem prior particula interrogandi omitti ſolet, ut iterum MSS. Lib. VI. Epiſt. XVI. n. 15. *In commune conſultant*, intra *tecta ſubſiſtant*, an *in aperto vagentur*, cum vulgati libri oſtentant: an *intra tecta*, quod vel ſonus inſuavis damnare poſſet. Plura petas, ex indicio noſtro ad Lucani Lib. V. vs. 569.

— — — *adſpice ſaevum*
Quanta paret pelagus: Zephyros *intendat*, an *Euros*,
Incertum eſt.

Sic emendavimus ex optimis membranis. Vulgo illic quoque erat: *Zephyros*ne *intendat*, an *Euros.* Obſequamur ergo & hoc loco libris manu exaratis. CORTE:

2 *Excurſionibus.*] Motibus, perturbationibus. Nam illi dicuntur excurrere, qui cauſa rei familiaris obeundae, ut negociatores, modo huc modo illuc currunt. CATAN. Jacobus Bononienſis loco ſupra dicto reponendum credit *advocaris*, quod ſpeciem aliquam haberet, niſi abſonam expoſitionem ſubieciſſet *advocari* qui adeſſe ſolent, daturi patrocinium, de quo hic quidem non erat cogitandum. Quaerit, an intentio rei familiaris obeundae amicum *avocet* ab his deliciis, quas enumeravit, ut tirones videre poſſunt. Hinc & infra *humiles & ſordidas curas* iſtam intentionem vocat, & *ſeceſſui* opponit. Helmſtad. *excurſoribus*,

3 *Unus ex multis.*] Plebejus es, & vulgaris. [Cic. 2. de Finib.] Hic dicendi mos apud Graecos uſitatiſſimus: nam cum volunt oſtendere aliquem nulla virtute eminere, inquiunt, *οὗτός ἐςιν ἐν πολλοῖς*: *hic eſt ex multis*, id eſt infelix. CATAN. Non tam infelicem, quam ignobilem & plebeium Graecis notat, & ſic Tullius *unum de multis* dicere ſolet, Vide Manut. & Graev. ad Cic. I. Offic. cap. XXX. & eiusdem Tullii Brutum cap. LXXIX. Alii *vulgus fuimus* eodem ſenſu uſurpant, de quo ad Salluſt. Cat. Cap. XX. Illis opponuntur *nobiles*, qui ſunt in honore, qui ſunt *in numero.* Caeſar VI. B. Gall. cap. XIII. *In omni Gallia eorum hominum*, *qui* aliquo ſunt numero *atque honore*, *genera ſunt duo*: *nam* plebes *paene ſervorum habetur loco.* Unde & Graeci *ἀναρίθμητον* ignobilem adpellant, adi Barneſ. ad Euripid. Helen. vs. 1695. Praeterea ſcripturam: *Si* te *poſſident*, Mediceus & Bongarſ. confirmant; reliqui noſtri *te* omittunt: Omnes autem *ſi minus* praeferunt, pro *ſin minus.* & ſic Cicero XII. Fam. Epiſt. XVII. ubi Lambinus, contra MSS fidem, fecit: *ſin minus.* Mox duo recentiores ſcripti: *Quin* tamen ipſe *humiles & ſordidas*, cet.

4 *In his* vigilia] Quatuor noſtri MSS. *vigiliae*, quomodo etiam Barthianus codex. Mutarunt dubio procul propter verbum ſingulare *reponatur*: quae ſuperſtitio multa alia loca corrupit, quorum

 non-

reponatur. [1] Effinge aliquid & excude, quod ſit perpetuo tuum. [*] Nam reliqua rerum tuarum poſt te alium atque alium dominum ſortientur. [2] Hoc nunquam tuum deſinet eſſe, ſi ſemel coeperit. Scio, quem ani-
4 mum, quod horter ingenium. [3] Tu modo enitere, ut tibi ipſe ſis tanti, quanti videberis aliis, [4] ſi tibi fueris. *Vale.*

IV. C. PLINIUS [5] POMPEIAE CELERINAE SOCRUI S.

Pompejam invitat ad ſua praedia.

QUantum copiarum in [6] Ocriculano, in [7] Narnienſi, in [8] Carſulano, in [9] Peruſino tuo, in Narnienſi vero etiam balineum, ex epiſtolis meis [nam jam tuis opus non eſt] una illa brevis & vetus ſufficit. Non, me hercule, tam mea ſunt, quae mea ſunt, quam quae tua:

nonnulla conſidera in nota noſtra ad Lucan Lib. I. vs. 200.

1. *Effinge aliquid, & excude*] Lindenbr. *excute.* At Mediceus, & optimus, ut hic vocat, Barthii: *exclude*, perquam venuſte, & probat N. Heinſius ad Ovid. Her. Epiſt. XX. vs. 134. Helmſtad. *Effinge aliud.*

* *Nam* reliqua *rerum.*] Arnzen. *Nam* cum reliquae *rerum t.* minus recte. Alterum in optimi cuiusque ore fuit, quod cognoſcere eſt ex dictis ad Lucani Lib. II. vs. 272.

—— minima rerum *diſcordia turbat,*

ut ſcribi debet ex membranis. Vulgo: *minimas rerum.* Deinde MS Barth. *ſortiuntur.* non male.

2 *Hoc numquam* tuum.] Aliò ordine & numero Mediceus: *hoc numquam deſinet eſſe, ſi ſemel coeperit, tuum.* & placet. Non ita Bongarſiani: *quem animum, quod* orationis *ingenium.*

3 *Tu modo* enitere.] MS. Barthii: *Tu modo* connitere: Helmſtad. *coniice*; Arnzen. *conice.* vnde vir doctus eliciebat *confice*, non male. Sed nihil eſt mutandum.

4 *Si tibi fueris.*] Si judicio tuo virum doctum te putaveris CATAN. Arnzen. *Tu modo conice*; Helmſtad. *coniice*; Barth. MS. *connitere. Enitere* probum eſt, & librarii ex littera *e* fecerunt notam, quae *con* notare ſolet.

5 POMPEIAE CELERINAE.] Nomen *Pompeiae* deſideratur in membranis Mediceis, & Barthianis.

6 *In Ocriculano.*] Praedio. Ocriculani populi, ſi Plinio credimus, in Gallia togata: Ocriculam Strabo refert ad viam Flaminiam Ariminum verſus: & Dionyſius inquit: Ocricula civitas Tyrrhenorum, cujus gentile Ocriculanus tradente Stephano. CATAN.

7 *Narnienſi.*] Praedio tuo. Eſt Narnia Ocriculo vicina civitas Sannitum, per quam Nar amnis labitur, unde etiam Narnia dicta, cum antea Nequinium vocaretur, colonia à Tito Flaminio adverſus Umbros eo miſſa. auctores ſunt Livius, Strabo, Plinius, & Stephanus, Martialis. Lib. VII. & Claud. in laudibus Honorii aſſerentes, Narniam in edito conditam, & in Narnienſi agro ſiccitate lutum fieri. IDEM.

8 *Carſulano.*] Carſulani, quos Strabo Caſulos nominat, populi ſunt, & ipſi parum à Narnia diſtantes. At Columella lib. IV. *Carſeolanum* ſcribit: & ita in quibuſdam Secundi codicibus legere memini. Nam & Ovidius Faſt. IV. *Carſeolos* oppidum fuiſſe teſtatur, qua via ab urbe in Pelignos itur. agroſque mibi frumento fertiles, oliveto ſteriles. *Carſeolanae* quoque vulpis fabellam recitat. Sed cum Carſeolani ſint juxta Marſos, illi vero in Umbria prope Nurſiam, *Carſulani* legerim. IDEM. *Carſalano* habent membranae noſtrae, niſi quod Barth. *Curſulano*, & Helmſtad. *Carſalano.* Editum confirmat loci ſitus, ac placuit pridem Jacobo Bononienſi Tom. I. Fac. Art pag. 692.

9 *Peruſino.*] Tuo fundo. Peruſia juxta Cluſium civitas, illuſtrata Auguſti obſidione adverſus L. Antonium, M. Antonii fratrem. CATAN.

tua: hoc tamen differunt, quod ſolicitius & intentius tui me, quam
mei excipiunt. Idem fortaſſe eveniet tibi, ſi quando [1] in noſtra diver- 3
teris. quod velim facias: primum ut perinde tu noſtris rebus, ac nos
tuis, perfruaris: deinde, ut mei expergiſcantur aliquando, qui me
ſecure, ac prope negligenter expectant. Nam [2] mitium dominorum 4
apud ſervos ipſa conſuetudine metus exoleſcit: novitatibus excitantur,
probarique dominis per alios magis, [3] quam per ipſos laborant. *Vale.*

V. C. Plinius [4] Voconio Romano Suo S.

Mores ſubdolos M. Reguli cauſidici Voconio oſtendit.

Vidiſtine quenquam [5] Marco Regulo timidiorem, humilioremque poſt [6] Domitiani mortem: ſub quo non minora flagitia commiſerat,

1 *In noſtra* diverteris] MSS. Barth. & Arnz. *in noſtra* deveneris. Adludunt illi ad veterem ſcripturam, quam Aldus iam praeſtat: *deverteris.* Placuit eadem Celeb. Burmanno ad Ovid. II. Amor. Eleg. VI. vs. 9. Nos quaedam de illa ad haec Lucani Lib. II. vs. 470.

Devertit*que acies.*

Supra Arnz. *eveniet* & ſi tibi, *quando*, & a manu ſecunda: *eveniet* & *tibi ſi quando.* Helmſtad. *eveniet* etiam *tibi.* Nihil opus eſt iſta lacinia. Corte.

2 *Mitium.*] Nam ſi eſſent crudeles magis gliſceret, in ſecunda lectione *vitium* fuit. Catan. *vitium*, pro *mitium*, ſcriptum reperit Catanaeus. Paullo melius Arnz. a prima manu: *Nam* vitio *dominorum* Sed *mitium* eſt ipſa veritas.

3 *Quam per ipſos.*] Quam per dominos ſolertes ipſis ſe monſtrando. Vel legas: *Quam per ſe ipſos* ſcilicet ſervos: ut ſit ſenſus, cupiunt magis apud dominos ab aliis laudari, quam ipſos facere laudanda à dominis. Catan. *Quam per ipſos* eſt lectio membranarum, nominatim praeſtantiſſimi Cod Medicei & Bongarſ. quam recentiores male interpolarunt, dum Provocabulum *ſe* de ſuo adiecerunt. Subintelligendum iſtud omnino eſt, ut modo Epiſt. II n. 5. *me*, penes *ipſum* ubi vide.

4 *Voconio.*] Voconius erat Romanus equeſtri familia ex citeriore Hiſpania, Flamen Dialis, & Secundo contubernalis, ac orationum caſtigator: mira in ſermone ipſoque vultu ſuavitate, adhaec fidelis, & jucundus, cauſidicus eruditus, cujus epiſtolas muſae dictare videbatur, ſub Adriano interiit: & tumulo ejus, dum velut amicum, & poëtam imperator veneraretur, ita ſcripſit ſecundum Apulejum:

Laſcivus verſu, mente pudicus erat.

Fuit & Voconius Saxa, ad quem divos fratres reſcripſiſſe teſtatur *Ulpianus.* Catan. Mediceus: *C. Plinius Romano ſuo*, omiſſo illo *Voconio*, quod etiam in altero Bodlejano non viſitur. Ipſe Plinius hunc virum deſcripſit luculenter Lib. II. Epiſt. XIII. & laudat eundem Lib. X. Epiſt. III.

5 *M. Regulo.*] Hic captator teſtamentorum, ex paupere & tenui, ad maximas opes per flagitia proceſſerat: hujus loquentiam, & temeritatem ſaepe mordet Secundus. Catan. Perturbationes, quibus proprie ſummeque delatores ſunt obnoxii ſub bonis principibus. Atque *timidi* quidem ex conſcientia ſcelerum & exſpectatione poenarum, quas per ea ipſi agnoſcunt ſe mereri. *Humiles* vero ex ſpe impetrandae veniae per ſimulationem doloris, cum praeſertim bonis ſufficiat fere ad ultionem, ſaepiusque malint poenitentiam, quam poenam. Scheffer. Non ſatis clare Regulum *humilem* nobis deſignat Schefferus. *Humilis* eſt deiectus a priſtina audacia, & ad humiles preces redactus; quod ipſum per totam epiſtolam declaratur. Lucanus Lib. VIII. vs. 344.

Deiectum fatis, humilem, *fractumque videbit*,

Statius Lib. I. Silv. IV. vs. 48.

Dignarique manus humiles, *& verba precantum.*

Helmſtad. & Arnz., *humiliorem poſt D. mortem*, extruſa Copula. Infra Mediceus: *ſub quo enim non minora.* Corte.

6 *Domitiani mortem.*] Fuit enim Regulus Domitiano acceptus, quia malus. Catan.

2 ſerat, [1] quam ſub Nerone, ſed [2] tectiora. Coepit vereri ne ſibi iraſceret: nec fallebatur, iraſcebar. [3] Ruſtici Aruleni periculum [4] foverat, exultaverat morte, adeo ut librum recitaret publicaretque, in quo Ruſticum inſectatur, atque etiam [5] *Stoicorum ſimiam* appellat.
3 Adjicit [6] Vitelliana cicatrice ſtigmoſum. Agnoſcis [7] eloquentiam Reguli. Lacerat [8] Herennium Senecionem tam intemperanter quidem, ut dixerit ei [9] Metius Carus; [10] *Quid tibi cum meis mortuis? Nunquid ego aut* [11] *Craſſo aut Camerino moleſtus ſum?* quos ille ſub Nerone acc-
4 cuſaverat. Haec me Regulus dolenter tuliſſe credebat: [12] eoque etiam cum

1 *Quam ſub Nerone.*] Vide hac de re Tacitum prolixe. CATAN.

2 *Tectiora.*] Secundum Imperatorum ingenium: ſub Nerone in propatulo peccabat, ſub Domitiano, malitiam diſſimulabat. IDEM.

3 *Ruſtici Aruleni.*] Adjuvit Ruſtici accuſationem Regulus ſub Domitiano, quod philoſopharetur, & Thraſeam laudaſſet, virumque ſanctum dixiſſet: neque in ipſum modo auctorem, ſed in libros quoque ejus ſaevitum eſt, delegato triumviris miniſterio, ut monumenta clariſſimorum ingeniorum in foro urerentur. IDEM.

4 *Foverat.*] Haec ſunt delatorum ſtudia ſub principibus malis. Bonorum virorum pericula *fovent*, id eſt, promovent & augent. Exitio non laetantur tantum, ſed plane exſultant. Denique ne mortuis quidem quies, quo minus ab ipſis infamia iudiciorum, ſcriptis etiam quandoque adſligantur. SCHEFFER.

5 *Stoicorum ſimiam.*] Sic Titianus appellatus eſt *ſimia temporis ſui* quod omnia imitaretur: cum ſimia ſit animal imitativum. CATAN. Cur *Stoicorum?* non modo quia ſectam eam amabat, ſed & quia erat ante ceteras inviſa ſub malis principibus, tamquam nimis inimica & adverſa vitiis, nimis amans libertatis, denique ſoli ſapienti ſuo verum regis, imperatoris, domini nomen vindicans; reliquos omnes reputans pro ſervis atque ſtultis. Cur *ſimiam?* quia imitari cultores eius ſectae ſtudeat gravitate vitae, libertateque ſermonis, faciat id autem ridicule ac inepte. SCHEFFER. Sidonius Lib. I. Epiſt. I. *oratorum ſimia.*

6 *Vitelliana, &c.*] Notatum cicatrice ex vulnere, quod tumultu Vitelliano acceperat. Victor namque Vitellius (ut ſcribit Tacitus) legatos pro concordia & pace ſuadenda ad duces Veſpaſiani miſit. ſed varia legatorum ſors fuit: nam qui Petilio Cereali occurrerunt, extremum diſcrimen adiere, vulnerato praetore Aruleno Ruſtico, auxit invidiam ſuper legati, praetoriſque nomen, propria dignatio viri. Sunt qui referant *Vitellianam cicatricem* ad mores, quod cum Vitellio conſpiraſſet. M Tullius de Officiis, non *ſtigmoſum*: ſed *ſtigmatiam*, notis hominem compunctum dixit. CATAN. *Stigmoſum*, tamquam cicatrix, quam acceperat Ruſticus, cum Vitellii eſſet Praetor, pro ſtigmate haberi deberet, quo fuerit inuſtus ob ſervitium Vitellio praeſtitum, cum haberentur odio, qui ſtetiſſent a Vitellii partibus, cum ad imperium veniſſet Veſpaſianus. SCHEFFER. Sic adparet, cur mox eloquentiam Reguli irrideat: quamquam alii hoc de inuſitato vocabulo *ſtigmoſum* capere malint.

7 *Eloquentiam.*] Ironice. nam erat vir malus dicendi imperitus. CATAN.

8 *Herennium Senecionem.*] Hic in Baetica natus, & ibi Quaeſtor. Accuſante Metio Caro, interficitur à Domitiano, quod nullum magiſtratum poſt Quaeſturam longo tempore medio petiiſſet, quod Helvidii Priſci vitam compoſuiſſet, acceptis à Fannia uxore commentariis. IDEM.

9 *Metius Carus.*] Cui videbatur Regulus exprobrare necem Senecionis, quem reum impietatis ſe feciſſe teſtatur lib. VII Secundus, & ſummum delatorem ſub Domitiano, Juvenalis & Martialis. CATAN. Oportet plane Regulum extreme inimicum gravemque fuiſſe viris bonis, cum ne Metio Caro quidem, & ipſi temporum eorum delatori, probare ſe potuerit, ſed ab eo fuerit reprehenſus. SCHEFFER.

10 *Quid tibi cum meis* mortuis.] Quoniam accuſante Caro ſupplicio fuerunt adfecti. IDEM.

11 *Craſſo.*] Piſonis fratre, Regulo accuſante, interfecto à Nerone. CATAN. Lege Tacit. I. Hiſtor. cap. XLVIII. & de Camerino XIII. Annal. cap. LII. Mediceus: *Numquid ego Craſſo, aut Camerino*, omiſſo altero *aut*.

12 Ideoque *etiam cum recit.*] Optimae membranae: eoque *etiam*, quarum auctoritati cedamus neceſſe eſt. *Eo*, pro *ideo*, nullibi non obvium eſt. Tacitus II. Hiſt. cap. LXV. *tamquam . . . . poſſeſſionem Hiſpaniarum tentaſſet*, eoque

cum recitaret librum, [1] non adhibuerat. Praeterea reminiſcebatur quam capitaliter ipſum me apud [2] centumviros laceſſiſſet. Aderam [3] Arrionillae Timonis uxori, rogatu Aruleni Ruſtici: Regulus contra. Nitebamur nos in parte cauſae ſententia [4] Metii Modeſti optimi viri: is tunc in exſilio erat à Domitiano relegatus. [5] Ecce tibi Regulus. *Quaero*, inquit, *Secunde*: *quid de Modeſto ſentias*. Vides quod periculum, [6] ſi reſpondiſſem bene: quod flagi-

eoque *diplomatibus nullum principem praeſcripſiſſet.* Plura Heinſius ad Vellei. Pat. Lib. II. cap. VI. n. 4. Nos ad Salluſt Cat. cap. XIII. extr. cap. XX. n. 3. & XXII. n. 2. CORTE.

1 *Non adhibuerat.*] Non invitaverat me. CATAN. In ſignum inimicitiae. Nam amici ſe mutuo ad hoc invitabant, eratque pars & officium amicitiae, invitanti obſequi & recitantem audire. Vide infra Lib. VI. Epiſt. XVII. & hoc ipſo Lib. Epiſt. XIII. SCHEFFER. Lib. II. Epiſt. XIX. n. 9. *Nos autem*, *ſi placuerit* recitare, adhibituri *ſumus eruditiſſimum quemque.* Lib. VI. Epiſt. XV. extr. Recitaturis *providendum eſt*, *non ſolum ut ſint ipſi ſani*, *verum etiam vt ſanos* adhibeant. & paſſim.

2 *Centumviros.*] Apud quos Secundus plurimum excelluit. ſolet enim arenam ſuam appellare. In cauſis centumviralibus, uſucapionum, gentilitatum, agnationum, caeterarumque rerum innumerabilium cauſae verſabantur. Ante Secundum, & Tacitum, centumvirales cauſae adeo ſplendore aliorum judiciorum obruebantur, ut nec Ciceronis, nec Caeſaris, nec ullius magni oratoris liber apud centumviros dictus legatur, exceptis orationibus Aſinii pro haeredibus Liburniae. CATAN.

3 *Arrionillae Timonis.*] Neque Arrionillae mentio, neque Timonis apud ullum ſcriptorum, qui fuerint illa tempeſtate, mihi occurrunt. IDEM. Aderam, ut patronus, eius in iudicio defendendae cauſſa. Verbum ſolenne, de quo Briſſonius. SCHEFFER. *Arrionillae* eſt in Mediceo MS. & Ed. Aldina, duplici R. Alii *Arionillae.* Helmſtad. *Aurionillae.*

4 *Nitebamur.*] Tuebamur partem aliquam cauſſae, quae in diſceptationem & iudicium venerat, auctoritate ſententiae a Modeſto latae. Haec ſententia. Unde colligo, Modeſtum illum Domitiani temporibus virum Praetorium fuiſſe. SCHEFFER. Scripti noſtri *Metii* vel *Meti Modeſti.* Arnzen. a manu ſecunda: *Metii Domeſtici*, idemque mox: *in exſilio erat*: *a Domitiano* erat *relegatus.* Helmſtad: *in exſilio erat*, *relegatus a Domitiano.*

5 *Vectii Modeſti.*] Quidam legunt *Metii Modeſti*, & ſic in iis, quae ſequuntur legitur. *Modeſtum* praefectum Aegyptii tradit Suidas, & Modeſti acumen circa difficilia poëtarum commendat: *Vectii* declamatoris meminit Juvenalis, & *Julium Modeſtum* recenſet Gellius CATAN.

6 *Ibi.*] Melius ut more Plautino legatur: *ecce tibi*: quo dicendi genere Cicero etiam lib. III. Offic. utitur: & in epiſtolis ad Attic. CATAN. Recentiores ſane Codd. noſtri, ut novitiae & quaedam mediae editiones, *Ecce tibi*, agnoſcunt; neque formulam damno. At cum primariae membranae *Ecce ibi* tueantur, Plinio id eripi, pati non poſſum. *Ibi* eſt ad eam partem cauſſae, in qua ſententia Modeſti nitebamur. Servit enim particula *ibi* non modo loci deſcriptioni, ſed & temporis, & loco Provocabuli haud raro ponitur. Salluſt. Iug. cap. XI. n. 5. *Reguli in unum convenere*, *ut inter ſe de cunctis negotiis diſceptarent* . . . . Ibi *cum multa de adminiſtrando imperio differerent.* Cap. CXII. extr. *Ut una ab omnibus in colloquium veniretur*, ibi*que ſibi Sullam traderet.* Et quando conſecutionem diverſorum ſermonum, & quomodo alter alterius verba exceperit, deſignare volunt, non aliis magis, quam *ibi*, *hic*, *ubi* particulis, iſtud efficiunt, ut infra Epiſt. XX. n. 4. Hic *ille meum auctoritatibus agit.* Plura ad Criſpi Cat. cap. LII. n. 11. Hic *mihi quisquam manſuetudinem*, item Lucanus Lib. V. v. 29.

Hic *avidam belli rapuit ſpes improba mentem*,

& de uſu iſto particularum generatim ad Salluſt. Iug. cap. XIV. n. 22. Livius Lib. III. cap. LXXI. *Dedere cupidae audiendi plebi*, *ut*, *quae vellet*, *Scaptius diceret.* Ibi *inſit*, cet. CORTE.

7 *Si reſpondiſſem bene.*] Si dixiſſem, me bene ſentire de Modeſto exule: verum ſi male reſpondiſſem, magnam infamiam mihi inuſſiſſem. CATAN. Recte Catanaeus: *magnam infamiam mihi inuſſiſſem.* Sed cuius rei infamiam? Iniquitatis, quod virum optimum auſus eſſem reprehendere; vel adulationis, quod in gratiam Domitiani; metusve, quod timore Reguli, contra mei animi ſententiam de eo ſuſtinuiſſem male ſentire. Debet autem hic notari delatorum exſecrabile artificium per ambiguitatem quaeſtionum incauto-res

flagitium, ſi male. Non poſſum dicere [1] aliud tunc mihi, quam deos
adfuiſſe. [2] Reſpondebo, inquam, quid ſentiam, ſi de hoc centum-
viri judicaturi ſunt. Rurſus ille, Quaero, quid de Modeſto ſentias.
6 Iterum ego, [3] Solebant teſtes in reos, non in damnatos interrogari.
Tertio ille, Non jam quid de Modeſto, ſed quid de pietate Modeſti
7 ſentias, quaero. Quaeris, inquam, quid ſentiam? [4] at ego ne
interrogare quidem fas puto de quo [5] pronunciatum eſt. Conticuit.
me laus, & gratulatio ſecuta eſt, quod nec famam meam aliquo re-
ſponſo utili fortaſſe, inhoneſto tamen laeſeram, nec me laqueis tam
8 inſidioſae interrogationis involveram. Nunc ergo [6] conſcientia ex-
territus

res inducendi in eiusmodi reſponſa, quibus aut in famae, aut in vitae periculum prolabantur. SCHEFFER.

1 *Aliud tunc mihi, quam deos adfuiſſe.*] Sic conſtanter libri noſtri. Gryphius & quidam alii: *Non poſſum dicere* tum mihi aliud *quam deos adfuiſſe.* Celeb. Graevius ad Heins. Epiſt. CLXIX. genium linguae poſtulare exiſtimabat, ut ſic componantur: *Non poſſum dicere* aliud, quam tum mihi *deos adfuiſſe.* quam tranſpoſitionem adprobavit Heinſius ad Graev. Epiſt. CLXX. extr. Ego vero nollem Plinium noſtrum adeo deprimere, ut ſermone prorſus quotidiano uſus eſſe videatur. Noſtra lectio eſt politiſſima, & erunt fortaſſe, qui *aliud*, & *deos* optime coniungi poſſe putabunt, quaſi intelligat auctor, non tam ingenium mihi aut quodlibet aliud, quam deos adfuiſſe. nec ii multum in rationem linguae Romanae peccabunt. Sed Noſter, pro elegantia ſua, Graecorum Latinorumque venuſta formula uſus eſt, qui *aliud, quam*; *nihil aliud, quam* frequentiſſime ita uſurpant, ut poſt *aliud* verbum *faciunt*, *fecerunt*, *accidit* vel ſimile ſit exaudiendum, quod iam olim obſervavit vetus ſcholiaſtes & alii ad Thucydid. Lib. III. cap. LXXXV. quos vide. Eodem modo locutus eſt Aeſchylus Perſ. vs. 209. & ad ſimilem formam Plutarch. Amat. Narr. pag 773. οἱ δὲ πλέον ΟΥΔΕ᾽Ν, Ἠ τὸν ἄνδρα ἠλέουν. quod ita expreſſit Seneca Lib. V. Controv. XXXIV. *Crudelis ille Graeciae carnifex illum tamen* nihil amplius, quam *vendidit.* Apuleius 17. Metamorph. extr. *Quam* (ſententiam) *meis tam magnis auribus accipiens*, quid aliud, quam *meum craſtinum deflebam cadaver?* Livius Lib. XXII. cap. LX. *Quid enim* aliud, quam *admonendi eſſetis, ut morem traditum a patribus ſervetis?* At Livius, Suetonius, Tacitus ita frequentiſſime, ut I. Fr. Gronovius, Perizonius, aliique docuere, quos iam produxit Celeb. Duckerus ad Flori Lib. III. cap. XXIII. n. 3. *Nam cum iure belli Sulla dictator proſcripſiſſet inimicos, qui ſupererant, revocante Lepido*, quid aliud, quam *ad bellum vocabantur?* ubi & ipſe Duckerus nonnulla adnotavit. quibus adde Jac. Gronov. in Auct. ad Herenn. Lib. I. cap. XIV. Paullo inferius optimae membranae *centumviri* omittunt: *ſi de hoc iudicaturi ſunt.* Probarem, cum ex re praeſenti centumviri optime intelligantur: niſi ſuſpicio foret, librarium *Cviri* ſcriptum reperiſſe, &, quod ſibi monſtrum erat, abieciſſe. CORTE.

2 *Reſpondebo.*] Ars ſingularis ſubterfugiendae reſponſionis ad invidioſam quaeſtionem, per illius dilationem ex peculiari cauſſa. Ut hic, reſpondebo, ſi cauſſa eius poterit in integrum reſtitui. De damnato non reſpondebo. SCHEFFER.

3 *Solebant.*] Apud juſtos judices: ut tacite oſtenderet temporibus Domitiani ſolere teſtes etiam in damnatos injuſte produci. CATAN.

4 *At ego.*] Ars alia, qua periculum reſponſionis vertitur in interrogantem. Vis me reſpondere ad id, quod interrogare nefas eſt. Nempe qui interrogat videtur dubitare, qui autem dubitat de ſententia principis, tacite inſimulat eam iniquitatis. SCHEFFER. Supra *quid de pietate Modeſti ſentias* aliquot impreſſi exhibent, ſine verbo *quaero*: iisque adſentiuntur MSS. Bongarſ. & Helmſtad. At optimus Florentinus, Lindenbrog. aliique *quaero* tuentur, ceteros autem conſueta incuria, propter ſequens *quaeris*, omiſiſſe cenſemus. Infra Arnzen. *ne interrogare* quid eſt *fas puto*; Idem: *laus & exultatio ſecuta eſt*; Helmſt. *laus &* congratulatio.

5 *Pronunciatum.*] Judicatum. nam pronunciare ii dicuntur, qui habent ius cognoſcendi Ulpianus de rerum ſignific. *Promiſcue & pronunciaſſe, & ſtatuiſſe ſolemus dicere eos qui ius, habent dicendi, vel cognoſcendi.* Alias M. Tullius *pronunciatum* vocat axioma. Interdum *pronunciare* abſolute pro dicere. CATAN.

6 *Conſcientia.*] Exterritus Regulus: nam mali quodam latenti cruciatu ſemper flagellantur. unde Satyricum illud: — *Cur*

exterritus apprehendit [1] Caecilium Celerem, mox [2] Fabium Juſtum
rogat, ut me ſibi reconcilient: nec contentus pervenit ad [3] Spurinam.
Huic ſuppliciter (ut eſt, cum timet abjectiſſimus) Rogo, inquit,
[4] mane videas Plinium domi, ſed plane mane. (neque enim diutius
ferre ſolicitudinem poſſum) & quoquo modo efficias, ne mihi iraſcatur. Evigilaveram. Nuncius à Spurina; Venio ad te: [5] Immo ego 9
ad te. Coimus [6] in porticum Liviae, cum alter ad alterum tenderemus. exponit Reguli mandata, addit preces ſuas, ut decebat optimum

—— *Cur tamen hos tu*
Evaſiſſe putas, quos diri conſcia facti
Mens habet attonitos, & ſurdo verbere caedit,
&c.

IDEM.

1 *Caecilium Celerem.*] Gentilem Secundo: ambiguum an is ſit, quem Martialis lib. VII. Epigr. LI. fuiſſe teſtatur in Hiſpania, cum imperio. IDEM. Helmſtad. *Excilium Celerem* vocat; at Mediceus *Caelium Celerem.* Mentio eſt cujusdam *Caecilii Celeris* in Inſcriptione apud Gruter. pag. MXXX. n. 3. ſed qui ad noſtrum non pertinet. Amicum Plinii, ut gentilem eiusdem, fuiſſe oportet, quem Regulus prenſavit: nec fallar, ſi dico eumdem eſſe, cui & Lib. VII. Epiſt. XVII. inſcribitur. Arnzen. a prima manu: *conſcientia extinctus*; Helmſtad. *mox rogat Iuſtum Fabium*, ut qui ſupra eſt *Metius Carus*, ab Tacito Agric. cap. XLV. *Carus Metius* vocatur: quae transpoſitio Nominum quam uſitata ſit Romanis, ad principium Criſpi Salluſtii docuimus. Abſurde Arnzen. *Fabium Ruſticum Iuſtum.* CORTE. *Apprehendit*, prehendit, prenſat, more ſerio ac enixe rogantis. SCHEFFER.

2 *Juſtum Fabium.*] Cui Tacitus opus de cauſis corruptae eloquentiae inſcripſit, & Secundus interdum literas mittit. CATAN.

3 *Spurinam.*] Veſtricius Spurina vir rebus geſtis praeclarus, ejus vitam per epiſtolam paucis abſolvit Secundus libro tertio: vixit ad multum aetatis cum uxore Coccia, ſed filium Coccium admodum juvenem amiſit, in cujus laudem Secundus quaedam compoſuit. IDEM.

4 *Mane videas Plinium.*] Viſites, convenias eum. SCHEFFER. Abeſt ab edd nonnullis verbum *inquit*; at MSS. noſtri agnoſcunt, aliter non deſideraremus. Male Helmſtad. *nec enim.* Arnz. *ferre diutius ſolicit.* Lindenbrog. *diutius perferre*, quod ſenſus reſpuit. Mediceus: *neque enim diutius* ſolicitudinem ferre *poſſum.* Denique Helmſtad. *Nuncius* ait, *venio ad te Spurinna*; Arnzen. *Nuncius* ait *a Spurinna*, ab inſulſo Gloſſatore, qui illud *ait* intelligere non potuit, cum tamen mox *reſpondeo* haud difficulter exaudiverit. Similiter corruperant Livium Lib. XXXVII. cap. X. *Tum* internuncius, *regiam claſſem . . . . Polyxenidam traditurum ei*, quem adſeruit I. Fr. Gronovius auctoritate huius loci Pliniani. Ellipſin hanc ſaepius vidimus, & illuſtravimus ad Criſpum noſtrum. CORTE.

5 *Immo ego ad te.*] Inquit Secundus, venio; nam dignior erat Veſtricius. CATAN.

6 *In porticum Liviae.*] Porticum Liviae in tertia regione urbis, juxta caſtra Miſenatium non procul à Suburra, & via ſacra, ubi domus C. Caeſaris erat, conſtruxit Auguſtus, tradente Dione Lib. LIV. p. 537. demolita Ovidii Pollionis liberti crudeliſſimi ſimul, & ditiſſimi domo ſibi teſtamento relicta, in quam nomen Liviae uxoris inſcripſit, Hinc Ovid. in Faſtis:

Diſce tamen veniens aetas, ubi Livia nunc eſt
Porticus: ——

auctores ſunt Plinius ſenior, Tranquillus, & Victor. CATAN. & SABELL. Diſtinctio in omnibus vitioſa. Locus totus ſic legendus: *Coimus in porticum Liviae, cum alter ad alterum tenderemus. Exponit Reguli mandata.* Sententia eſt, Spurinnam tendiſſe ad Plinium, hunc vice verſa ad Spurinnam. dum ſic uterque in via eſt, occurrunt ſibi mutuo in porticu Liviae. Decepit editores illud *in porticum*, quod non intelligebant hic eſſe idem ac *in porticu.* Sed & illud *cum* hoc loco idem eſt, ac *dum*, vel ſimpliciter cum eſſemus in eo occupati, ut tenderemus, *coimus.* Sic enim mallem, pro *coivimus.* SCHEFFER. Nempe plene diſtinguebant mediae edd. poſt vocabulum *Liviae* vitioſe omnino, ſed id vitium iam ab aliis editoribus animadverſum ſublatumque eſt. Neque adeo neceſſarium *in porticum* praeciſe *in porticu* intelligere, quod vult vir doctus, non magis, quam alibi *conveniunt in urbem*, *concurrunt in arcem*, & plura talia. Si tamen neceſſarium exiſtimas, videre poteris eius conſtructionis haud pauca exempla ad Salluſt. Cat.

10 ptimum virum pro diſſimillimo. [1] Parce. Cui ego, [2] Diſpicies ipſe quid renunciandum Regulo putes. te decipi à me non oportet. Exſpecto [3] Mauricum (nondum enim ab exilio venerat) ideo nihil alterutram in partem reſpondere tibi poſſum, facturus quicquid ille decreverit.
11 Illum enim eſſe hujus conſilii ducem, me comitem decet. Paucos poſt dies ipſe me Regulus convenit in [4] praetoris officio. Illuc me perſecutus [5] ſecretum petit. ait timere ſe, ne animo meo penitus haereret

cap. XIX. n 3. & ad Lucani Lib. III. vs. 572. *Caimus* habent omnes ſcripti noſtri, & impreſſi. alicuius nominis. CORTE.

1 *Parce, inquiens.*] Probo alteram lectionem, quae non agnoſcit vocem *inquiens*. Parce eſt πεφεισμένως & moderate cauteque, non φείδου aut σύγγνωθι, quod qui non animadvertebant, locum corruperunt. CASAUBON Recentiores ſcripti & Edd. aliquot *inquiens* adiiciunt, quod meliores libri recte ignorant. An vero propterea cum Caſaubono τὸ *parce* pro Adverbio ſit habendum, nondum liquet. Quae praecedunt verba: *ut decebat optimum virum* cet. Caſaubono favere videntur: Sed & eadem ita intelligi poſſunt, ut Spurinna nihil amplius a Plinio petierit, quam ne iraſceretur Regulo, ne iniurias vindicaret, ſed Regulo parceret. Eſt autem ſollemne verbum *parce*, quo aliorum animos mollimus, & ab ira, aut vindicta revocamus, ut in illo Epigrammate ſuper exſilio, quod Senecae tribuitur:

Parce *relegatis, hoc eſt, iam* parce *ſepultis.*

Ovidius II. Triſt. vs. 181.

Parce, *pater patriae.*

II. ex Ponto Epiſt. VIII. vs. 23.

Parce, *vir immenſo maior virtutibus orbe,*
Iuſtaque vindictae ſupprime lora tuae.
Parce, *precor, ſecli decus indelebile noſtri*

Lucanus Lib. VI. vs. 230.

Parcite, *ait, cives, procul hinc avertite bellum,*

atque ita paſſim. CORTE.

2 *Diſpicies.*] Cognoſces. ſic libro tertio idem, & Juſtinianus utuntur. Servius & Donatus *diſpicere* dicunt eſſe diſquirere conſilium. CATAN. Scripti omnes *deſpicies* habent, non *diſpicies*. Sic iterum Lib. VII. Epiſt. XXXIII. n. 5. *Cum ſimus advocati a ſenatu dati:* deſpice, *num peractas putes partes noſtras, ſenatus cognitione finita?* Scilicet ut *diſcernere* & *decernere* differunt ut hoc peractum ſeu plenum iudicium denotet, ſic *deſpicere* eodem ſenſu acciperem, niſi innumeris exemplis didiciſſem, optimos etiam libros ſecundam & tertiam vocalem, maxime in illis Compoſitis, miris modis confundere. Ita in Maronis MSS. *deſpergere*, *deſcrimina*; in Prudentianis Codd. *deſtare*, *deſcute*; apud Lucanum *deſtendere* & plura talia reperi: vide Lucan. Lib. II. vs. 155. Lib. IV. vs. 140. Ita ipſum illud *diſpicere* pariter in *deſpicere* mutatum videre poteris apud Ciceronem IV. de Finib. cap. XXIII. & XXIV. Conſenſus tamen membranarum & hic, & illo altero loco, animum movet. CORTE.

3 *Mauricum.*] Junium Mauricum Ruſtici Aruleni fratrem, virum gravem, & conſtantem, qui Nervae, Catullum Maeſſalinum ſaeviſſimum Senatorem quod foveret, exprobravit. Apud Tac. & Secundum, ſcriptum indifferenter offendi *Maricum* & *Mauricum*. Martialis Mauricorum aequitatem laudat. CATAN. Bongarſ. Voſſ. & Lindenbr. hic & infra *Maricum*; at reliqui *Mauricum*, ut apud Tacitum IV. Hiſt. cap. XL. & Agric. cap. XLV. Membranae Riccardianae hic *Mauricium*; at infra *Maricus*. Eaedem *enim* omittunt: *nondum ab exſilio.*

4 *In praetoris officio.*] In praetorio, ubi praetor officium ſuum exercet: vel, apud praetorem, quo conveneram officii cauſa CATAN. Male qui legunt in *praetoris judicio*. Nam officium in hoc auctore, Suetonio, Juvenale & aliis, eſt id genus, quam Graeci recentiones παράστασιν vocant, cum honoris cauſa praeſentiam noſtram alicui commodamus. CASAUBON. Mediceus: *pretonis officio*, corrupte. Infra Epiſt. IX. n. 2. officio *togae virilis interfui*. Spartian. Adrian. cap. IX. *Romae praetorum & conſulum* officia *frequentavit*. Unde factum, ut ſequiore aetate omnes magiſtratuum adparitores & miniſtri *officia* vocarentur, de qua re bene multa interpretes ad Hiſtor. Aug. & ad Lactant. de mort perſecut. CORTE.

5 *Secretum petit.*] Quaerit mecum ſecreto loqui: quo dicendi genere Suetonius interdum utitur. CATAN. Sueton Tiber cap. XXV. *Et ſecretum petenti non niſi adhibito Druſo filio dedit.* adde Turneb. IV. Advers. cap. IV. Mox *penitius*, pro

[1] haereret, quod in Centumvirali judicio aliquando dixiſſet, cum
reſpondet mihi & [2] Satrio Ruſo, [3] *Satrius Rufus, & cui eſt cum Ci-
cerone aemulatio: & qui contentus non eſt eloquentia ſeculi noſtri.* Re- 12
ſpondi, nunc me intelligere maligne dictum, quia ipſe confiteretur:
caeterum potuiſſe honorificum exiſtimari. Eſt [4] enim, inquam, mihi
cum Cicerone aemulatio: [5] nec ſum contentus eloquentia ſeculi noſtri.
Nam ſtultiſſimum credo, ad imitandum [6] non optima quaeque pro- 13
ponere. Sed tu, qui hujus judicii meminiſti, cur illius oblitus es,
in quo me interrogaſti, quid de Metii Modeſti pietate ſentirem? Ex-
palluit notabiliter: quamvis [7] palleat ſemper: [8] & haeſitabundus, in-
quit, Interrogavi, non ut tibi nocerem, ſed ut Modeſto. Vide ho-
minis crudelitatem: qui ſe non diſſimulet [9] exuli nocere voluiſſe. Sub- 14
junxit egregiam cauſam. Scripſit, inquit, in epiſtola quadam, quae
apud

pro *penitus*, malebat Barthius ſine cauſſa. Nec melius Arnzen. *inhaereret*, pro *haereret*.

1 *Penitus haereret.*] Valde in eum iraſcerer. *Haerere animo* dicuntur maledicta, ac injuriae, quando à memoria nunquam recedunt. CATAN.

2 *Satrio Ruſo.*] Advocato: quem lib. VIII. commemorat pro Publico Certo quaedam dixiſſe in Senatu ambigua: & aquis publicis praefectum teſtatur Julius Frontinus IDEM.

3 *Satrius Rufus, cui eſt, &c.*] Scribendum *Satrius Rufus, & cui eſt.* CASAUBON. Caſaubonus vult, *& cui eſt*, nempe ut ad Plinium tacite referatur. Probo; ita namque exigunt ſequentia: *eſt enim mihi cum Cicerone aemulatio*, quae oſtendunt Plinium de ſe intellexiſſe dicta. SCHEFFER. Ita & Jac. Perizonius locum emendabat; cum vulgatae Edd. Copulam ET omitterent, quam ſenſus & orationis nexus deſiderat. Alii *Rufus* omittunt; quod tamen in MSS. haeret. Recentiores MSS. *cui* non *eſt cum Cicerone aemulatio, & qui contentus eſt eloquentia ſaeculi noſtri*, ſenſu nimis remoto, ſi Plinium tangere voluit, & alieno: cum proxime ſequentia in Plinii reſponſione aliud doceant, ut mirer, iſtam lectionem depravatam placere potuiſſe Iac. Bononienſi Adnotat. cap. XVII CORTE.

4 *Enim.*] At. ſic Terentius: *Enim non ſinam*: pro *at non ſinam*, & Diomedes, inquit, *enim* eſſe interjectionem cum interius aliquid demonſtramus: ex quibus apparet non ſemper reddere cauſam. CATAN. Mediceus hoc ordine: *Eſt enim* mihi, inquam, *cum C. ae.* Supra Helmſtad. *ceterum* puto *honorificum ex.* Arnzen. *puto eſſe*, pro *potuiſſe.* Bongarſ. *exiſtimare*, atque ita etiam Riccardianus bene vetuſtus. Voſſian. *ceterum potius honorificum fuiſſe exiſtimare.*

5 *Non contentus eloquentia noſtri ſeculi.*] Ironice dictum. Erant ſeculi Plinii oratores in eloquentia minores, quam ante: quod Tacitus luculenter diſſerit de cauſis corruptae eloquentiae. CATAN.

6 *Non optima quaeque proponere.*] Secutus eſt judicium praeceptoris Quintiliani in Inſtitutionibus: prius tamen hoc ſcripſerat Seneca, & ante eum M. Tullius de oratore libro ſecundo: *Quae*, inquit, *maxime excellunt, imitanda ſunt.* IDEM.

7 *Palleat ſemper.*] Sic libro ſexto de eodem: Pallor eſt malorum morum index, rubor bonorum. IDEM *Palleat ſemper*, vexatus a mala conſcientia. SCHEFFER.

8 *Et haeſitabundus inquit, interrogavi*, cet.] Sic MSS. noſtri omnes. Neſcio, qui factum, ut impreſſi omnes Copulam *Et* omittant, quae tam commode locum ſuum tuetur. Hackiana verbum *inquit* ignorat, quod melius quidem, quam iſta particula, exſulat; at contra librorum fidem non erat extrudendum. Deinde Lindenbr. & Voſſ. *ſed Modeſto*, ſine particula *ut*. CORTE.

9 Exuli *nocere.*] Significanter. id eſt, ei, qui ob hoc ipſum commiſerationem & auxilium merebatur, non maius nocumentum. Sed nimirum tale horum eſt ingenium, ut nullius quantacumque calamitate ſatietur. id quod ſupra quoque monui. SCHEFFER. Helmſtad. Arnzen. Bodlei. 2. *homini exſuli*, & Helmſtad. praeterea hoc ordine: *nocere* homini *exſuli voluiſſe.* Eleganter *homo exſul*, quomodo apud Tullium *homo gladiator*, apud Criſpum *homines adoleſcentes*, *mulier ancilla*, apud Fabium *homo hoſtis*, apud alios alia, de quibus ad Criſpi B. Iug. cap. XII. n. 5. Ita Arrian. Lib. II. Expedit. pag. 70. ἄλλως τε

apud Domitianum recitata eſt, Regulus omnium [1] bipedum nequiſſi-
15 mus. Quod quidem Modeſtus veriſſime ſcripſerat. Hic fere nobis
ſermonis terminus. Neque enim volui progredi longius: ut mihi o-
mnia libera ſervarem, dum Mauricus venit. Nec me praeterit eſſe Re-
gulum [2] δυσκαθαίρετον. Eſt enim locuples, [3] factioſus, curatur à mul-
tis, timetur à pluribus: quod plerumque [4] fortius amore eſt. Poteſt
tamen fieri, ut [5] haec concuſſa labantur. nam gratia malorum tam in-
16 fida eſt, quam ipſi. Verum, ut idem ſaepius dicam, exſpecto Mau-
ricum. Vir eſt gravis, prudens, multis experimentis [6] eruditus, &
qui futura poſſit ex praeteritis providere. Mihi & tentandi aliquid,
&

καὶ δ᾽ ἄλλοις ἀνθρώποις ἐλευθέρως ἐς χεῖρας ἥξειν. Infra Helmſtad. *ſcripſit, inquit, epiſtolam quamdam.* Arnz:n. *ſcripſit, inquit, epiſtola quadam.* quod non diſplicet. CORTE.

1 *Bipedum nequiſſimus.*] Satis modeſte Modeſtus: at M. T ι l ius pro domo ſua cap. XVIII. aſperius: *Hoc miniſtro*, inquit, *omnium non bipedum ſolum, ſed etiam quadrupedum nequiſſimo Rempub. perdidiſti.* CATAN.

2 Δυσκαθαίρετον.] Difficilem ad ſubvertendum alii legunt ἀκαταπάλαιστον, ineluctabilem. IDEM Hoc plus eſt. At, αὐθαίρετον plane alienam ab hoc loco ſignificationem habet. STEPH. Δυσκαθαίρετον Gryphius vertit *pertinacem.* Rectius Catanaeus. Qui enim opibus & factione pollent, quod mox de Regulo indicat Noſter, difficile evertuntur, atque ita Turnebus IV. Advers. cap. IV. In MSS. Arnzen. a manu ſecunda legitur ἀνκαθαίρετον. Unde vir doctus faciebat ἀυτῷ καθαίρετον, quod ipſum ex MS. Weſtmonaſt. adnotavit Th. Hearne at hoc ſenſus loci non admittit nec Voſſiani ἀνθαίρετον. CORTE.

3 *Factioſus.*] Diſcordiarum fautor. Factio enim pro diviſione civium in malum legitur apud Livium & Tacitum. CATAN. Non *diſcordiarum fautor*, ut exponit Catanaeus, ſed is, qui facile in partes ſuas trahit alios, qui multos habet ſectatores, qui a multis ſuſpicitur. Plaut. Aulul. Act II Sc. II vs. 49. *Venit hoc mihi, Megadore, in mentem, te eſſe hominem divitem, factioſum*, h. e. talem, qui facile quidvis efficiat apud alios, habeatque eos iunctos ſibi & obſequentes. *Factioſus* enim proprie, qui facile quid efficere poteſt. Itaque inertibus opponuntur apud eundem Plautum in Bacchid. A. III. Sc. VI. vs. 13. *Falſi falſimoniis, lingua* factioſi, *inertes opera.* Non ſatis convenienter Turnebus *dites dapſilium dictorum* explicat, quia factioſi veteribus opulenti. Nam contra diſtinguuntur ab opulentis, ut videmus ex loco Aululariae, & noſtro Pliniano. Factioſi ergo lingua, qui lingua tenus faciunt plurimum, at cum praeſtanda ipſa opera, tum vero ſunt inertes. SCHEFFER. *Factioſus* eo ſenſu, quo Plinius adhibet, frequenter apud Salluſtium occurrit, ut Iug. cap. VIII. n. 1. *In exercitu noſtro fuere complures novi atque nobiles*, factioſi, *domi potentes, apud ſocios clari magis, quam honeſti.* Item cap. XV. n. 4. cap. XXVII. n 2. Sequens *curatur a multis* ridicule exponit non nemo: *ut nihil mali ipſi accidat, multi ſunt qui provident.* cet. Immo *curare* Latinorum, pariter ac Graecorum θεραπεύειν, notat colere, obſervare. Martialis VI. Epigr. L.

Obſcenos, poſtquam coepit curare *cynaedos?*

Ubi duo MSS. noſtri *coepit ſervare*, quod interpretationem verbi *obſervare* mentitur, & male praefertur cum Grutero ab Salmaſio ad Spartiani Adrian. cap. IV. ubi rectius de eo loco & verbo *curare* Caſaubonus. CORTE.

4 *Fortius.*] Senſus eſt, interdum timore majora obſequia praeſtantur, quam amore. CATAN.

5 *Haec concuſſa labantur.*] Ille timor Reguli, illa multorum cura & ſectandi eius ſtudium. SCHEFFER. Duo Bodleiani MSS. *haec* conciſa *labantur*; Lindenbr. & Bongars. *conciſſa*; Arnzen. *conſilia*, falſo omnes. Deinde *infirma*, pro *infi.la*, malebat Trillerus. quod ſane eſſet omnes elegantias, omnemque nitorem ad plebeium ſermonem retrahere. *Infidum* millies occurrit pro fallaci, inconſtanti: ut *fides* ipſa conſtantia & veritas dicitur.

6 *Eruditus.*] Eſt eruditio multarum rerum exculta cognitio: & quanquam de literis ſaepius dicatur, ut Tranquillus in Caligula, tamen & de rebus aliis. Plin. libro XI. de araneis: *Erudita operatione conſpicuum.* CATAN.

8 *Ra-*

& quieſcendi illo auctore [1] ratio conſtabit. Haec tibi ſcripſi, [2] quia aequum erat, te, pro amore mutuo, non ſolum omnia mea facta dictaque, verum etiam conſilia cognoſcere. *Vale.* 17

VI. C. PLIN. CORN. TACITO SUO S.

Tacitum monet, ipſum in ſilvis exemplo ſuo poſſe & ſtudere & venari commode.

RIdebis, & licet rideas. Ego [3] ille, quem noſti, apros tris, & quidem pulcherrimos, cepi. Ipſe, inquis? [4] Ipſe, non tamen ut omnino [5] ab inertia mea, & quiete diſcederem. Ad retia ſedebam. Erant in proximo non [6] venabulum, aut [7] lancea, ſed ſtilus & [8] pugillares.

1 *Ratio conſtabit.*] Erit legitima cauſa. Conſtat enim ratio, quando legitima reddi poteſt. Valerius: *Liberalitatis duo maxime probabiles fontes, verum judicium, & honeſta benevolentia: nam cum ab his oritur, tunc demum ejus* ratio conſtat. Quod dicendi genus frequens eſt apud Secundum. CATAN. Sic Lib. VII. Epiſt. VI. n. 4.

2 *Quia aequum erat, te pro amore* cet.] Mediceus corrupte: *qui mecum erat.* Illa *pro amore mutuo* inepte vir doctus exponit *loco tuo amoris*; pueri norunt, *pro amore mutuo* eſſe ex conditione mutui amoris, ſive prout exigit mutuus noſter amor. Diximus olim ad Epiſt. Metelli inter Cic. Fam. Lib. V. Ep. I. n. 1. *Exiſtimaram* pro mutuo *inter nos* animo, & pro reconciliata gratia, *nec abſentem ludibrio laeſum iri.* Item ad Criſpi Cat. cap. XXXV. n. 4. *pro meo caſu.* Paullo poſt Arnzen. *dicta factaque.* Parum refert, & utroque ordine formulam hanc, de qua ad Criſpi Iug. cap. LXIV. n. 5. proferunt. editus tamen ordo frequentior eſt, & placuit Secundo etiam infra Lib. X. Epiſt. XX. extr. *Cum omnia* facta dictaque *mea probare ſanctiſſimis moribus tuis cupiam.* Item Tullio eo loco, ubi & *conſilia*, uti Secundus, ſubiungit Lib. III. de Finib. cap XI. *Virorum fortium, atque omni virtute praeſtantium* facta, dicta, conſilia *cognoſcens*

3 *Plinius ille.*] Per bene praeſtantiſſimi judicii vir *Gruterus* noſter vocem *Plinius* reſipere gloſſam librarii autumat. Non enim exſtat nec in codice noſtro ſcripto, nec in editione Bononienſi Beroaldi. BARTH. Omnino ſpurium eſt illud *Plinius*, quod in Helmſtad. & Voſſ. locum mutat, ab optimo autem Mediceo plane excluditur. *Ego ille, quem*, aut, quomodo Poëtae: *Ille ego, quem* ſuam habet venuſtatem, de qua Cl. Markland ad Statii V. Silv. III. vs. 8. Idem ille Mediceus in Inſcriptione Nomen *Cornelio* omittit, & mox Helmſtad. *tris*, ut Cicero aliique ſolent, ſcribit, pro *tres.* CORTE.

4 *Ipſe.*] Inquam, Plinius, venatus ſum. Alii ſic conjungunt. ipſe non, ſcilicet cepi. & tunc inertia & quiete accipietur pro cameraria ſedentatione, cum ſtudioſi homines ſint genus ignavum, quod tecto gaudet & umbra. CATAN.

5 *Ab inertia mea, &c.*] Id eſt, ſtudiis, quae inter venandum tractavit. Vid. Epiſt. 19 lib. V. & lib. IX. ep. 36. BUCHN. Vide etiam Schulting. ad Senecae I. Controv. I. pag. 59. & quae nos ad Criſpi Iug. cap. IV. n. 3. ubi Salluſtius de ſuo ſtudio: *Atque ego credo fore, qui .... tanto tamque utili labori meo nomen* inertiae *imponant.*

6 *Venabulum.*] Telum ad venandum. hinc Martialis:

Excipient apros, expectabuntque leones:
Intrabunt urſos, ſit modo firma manus.

CATAN.

7 *Lancea.*] Hiſpanicum verbum eſt, referente Gellio longius telum. Graeci vocant λόγχην. IDEM Vide ad Salluſt. Cat. cap. LVI. n. 3. *ſparos, aut* lanceas *portabant.* Arnzen. & Helmſtad. maiore ſpiritu: *non venabulum, non lancea*, de qua forma plura ad Lucani Lib. II. vs. 106. Riccard. *erat in proxuma.*

8 *Pugillares.*] Tabulae de ligno ſive alia materia ceratae: dicti à pugno videntur, quod eo contineri poſſent, de quibus Martialis:

Secta niſi in tenues eſſemus ligna tabellas,
Eſſemus Libyci nobile dentis onus.

lares. Meditabar [1] aliquid, enotabamque: ut ſi [2] manus vacuas,
2 plenas tamen ceras reportarem. Non eſt, quod contemnas hoc ſtudendi genus. Mirum eſt, ut animus [3] agitatione, motuque corporis excitetur. [4] Jam undique ſilvae, & ſolitudo: ipſumque illud ſilentium, quod venationi datur, magna cogitationis incitamenta ſunt.
3 Proinde, cum venabere licebit auctore me, ut [5] panarium & [6] lagunculam ſic etiam pugillares feras. Experieris non [7] Dianam magis montibus, quam Minervam inerrare. *Vale.*

VII. C. PLINIUS OCTAVIO [8] RUFO SUO S.

Roganti Octavio, ut vellet adeſſe Gallo contra Baeticos, pollicetur ſaltem

Sed Gellii verba haec clarius exprimunt, *Aſdrubal*, inquit, *epiſtolam ſcriptam ſuper rebus arcanis hoc modo abſcondit: pugillaria nova nondum etiam cera illita accepit, literas in lignum incidit, poſtea tabulas, uti ſolitum eſt, cera collivit.* Plinius ex Homero aſſerit pugillarium uſum fuiſſe ante Trojana tempora. Ex praecedentibus colligitur dici pugillares & pugillaria numero plurium. CATAN. Adde Corn Witellii Defenſ., contra Ge. Merulam Cap. III. Et ſic infra Lib. VII. Epiſt. XXVII. n. 7. *Poſcit* pugillares, *ſtilum*, *lumen*, de quibus mox n. 9. *rurſusque* ceris *&* *ſtilo incumbit.*

1 *Aliquid.*] Vox *aliquid* non eſt in libro. In edit. caſca: *aliqua.* quia mutat in editis, ego in eum ſenſum inclino, ut ſcripti libri ope furcillandam in malam omnino rem arbitrer. Praecipue cum ita abſolute *enotandi* verbo ſolens utatur Plinius. BARTH. Saepius vox *aliquid*, tamquam plebeia aut certe minus elegans, Criticis offendiculo fuit. Hoc vero loco ab Codd. noſtris omnibus vindicatur, & infra Plinium pari modo loquentem audiemus. Sic mox Epiſt IX. n. 4. *Aut lego* aliquid, *aut ſcribo.* Cic. V. de Finib. cap. XV. *Incipiunt commentari* aliquid, *&* *diſcere.*

2 *Manus vacuas.*] Alludit ad locum Virg. in Bucol. Ecl. I. vs. 36.

Non unquam gravis aere domum mihi dextra redibat.

BARTH.

3 Hac agitatione *motuque c.*] Riccard Helmſtad. Arnzen. & Lindenbr. *a cogitatione motuque* Bongarſ. *cogitatione.* Heinſio placebat: *hac agitatione*, ut patet ex Epiſt. CCCXIV. Graevii ad Eum; atque ita MS Voſſ. Edd. Sichardi, Gryphii, Hackiana. Primariae tamen membranae: *ut animus* agitatione *motuque c.* a quibus ego non receſſerim, non tam quod praecedit *hoc ſtudendi genus*, quamquam & hoc iteratum illud *hac* ſuſpectum reddit; ſed quod in univerſum de *agitatione* valet, quod Plinius hic enunciavit, &, ſi maxime de illa tantum *agitatione* corporis, quae obvenit in adminiſtratione venationis, intelligendum foret, ſequentia tamen non minus, quam ipſe contextus iſtum etiam ſenſum ſatis determinant.

4 *Jam.*] Valet quod *praeterea*, ſic Tacit *Jam opes tot victoriis quaeſitae.* CATAN. Egimus de hoc particulae uſu ad Salluſt I. Hiſtor. Orat Philippi. n. 21. item ad Lucani Lib. V. vs. 274. Voſſian. Nam *undique*; & paullo infra: *licet* & *pugillarem*, pro *licebit* ac *pugillares*, corrupte, ut quilibet videt *Iam undique ſilvae.*] Contra Quinctilian. Lib. X. cap III BUCHN.

5 *Panarium.*] Panis receptaculum, ut *granarium* grani CATAN.

6 *Lagunculam.*] Vas vinarium. Diminutivum a lagena, quae tumorem in medio extendit ſecundum Juvenalem. Graeci λάγυνον vocant per tria genera indiſcrete, ut Athenaeus in ſuis coenis notat IDEM.

7 *Dianam.*] Venationis deam. IDEM.

8 *Rufo Suo.*] Mediceus & Helmſtad. tantum *Octavio Suo S.* quod hic aeque ſufficiens eſſe poterat, ac Lib. II. Epiſt. X. quae eidem Octavio miſſa eſt. Mox. Riccard. *cum mihi* quidem *poteſtatis*, cet.

I T

ſaltem ab advocatione Baeticorum ſe deſtiturum, quos etiam cum ſuo periculo ſaepe juviſſet: in fine petit ſibi fieri copiam carminum, quae Octavius componebat.

VIde, in quo me faſtigio collocaris, cum mihi idem poteſtatis,
idemque regni dederis, quod Hom. Jovi Opt. Max. [1] Τῷ δ' ἕτερον
μὲν ἔδωκε πατὴρ, ἕτερον δ' ἀνένευσε. Nam ego quoque ſimili nutu ac [2] renu- 2
tu, reſpondere voto tuo poſſum. Etenim ſicut fas eſt mihi, prae-
ſertim te exigente, excuſare [3] Baeticis [4] contra unum hominem advo-
cationem: ita nec fidei noſtrae, nec conſtantiae, quam diligis, con-
venit adeſſe contra [5] provinciam, quam [6] tot officiis, tot laboribus,
tot etiam periculis meis aliquando devinxerim. Tenebo ergo hoc 3
temperamentum, ut ex duobus, quorum [7] alterutrum petis, eligam
id potius, in quo non ſolum ſtudio tuo, verum etiam judicio ſatis-
faciam. Neque enim [8] tanto opere mihi conſiderandum eſt, quid
vir

1 Τῷ δ' ἕτερον.] Huic autem alterum quidem pater dedit, alterum vero renuit. carmen ex ſextodecimo Iliados vs. 250. ubi Achilles precatur Iovem, ut Patroclus pugnaturus à navibus pugnam removeret, & ad ſe incolumis rediret: cui prius Iupiter conceſſit, ut rediret incolumis, non dedit. Sic, inquit Secundus, ego, tamquam Homericus Iupiter, alterum, quod petis, ut deſiſtam ab advocatione pro Baeticis, tibi concedam: quod vero exigis, ut Gallo adſim, renuam Hoc carmen imitatus & ex parte interpretatus eſt Virgilius lib. XI. vs. 794.

Audiit & voti Phoebus ſuccedere partem
Mente dedit: partem volucres diſperſit in auras.

Et Stratonicus citharoedus in rem ſuam aliter τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ, ἕτερον δ' ἀνένευσε, hoc eſt, male quidem pulſare dedit, bene autem cantare renuit. Athenaeus auctor. CATAN.

2 *Renutu.*] Vocabulum prorſus infrequens. SCHEFFER.

3 *Baeticis.*] Hiſpanis à flumine Baeti defluente à monte Caſtaone: qui naturam oceani erga fluxum refluxumque imitatur. Lege plura apud Philoſtratum. Baetica eſt pars Hiſpaniae. CATAN.

4 *Contra unum hominem.*] Quem?quemcumque nationis Baeticae. Hoc, inquit, poſſem excuſare ceteris Baeticis, ſi contra unicum tantum me paterer fieri advocatum. Nunc cum contra omnes Baeticos totamque provinciam fieri debeo, nequeo id facere ſalva fide mea. SCHEFFER. Mox MS. Bongars. *ita nec* fideli *noſtrae conſtantiae, quam diligis, convenit.*

5 *Provinciam.*] Sc. Baeticam. CATAN.

6 *Tot officiis.*] Non ſemel enim pro Baeticis egit, ut adverſum Caecilium Claſſicum: in qua cauſa magnos labores paſſus eſt, ut adverſum Bebium Maſſam, ubi fere periclitatus eſt. IDEM. Simili ratione Cicero adeſſe Caecilio contra Satyrum noluit, Vid. lib. I. ad Attic. ep. 1. BUCHN.

7 *Alterutrum.*] *Alterum* legit BOXHORNIUS. Item MS. Riccard. a prima manu, Helmſtad & alii.

8 Tantopere *mihi conſiderandum eſt.*] Certiſſima fiducia repoſui *tanto opere*, licet Codd hoc me loco deſerant, qui tamen alibi, ut videbimus, hanc lectionem Plinio ſatis conſtanter tribuunt. Vnicus Helmſtad. habet: Tanto tempore *mihi conſiderandum eſt*, quod ſufficit correctioni noſtrae. At infra Lib. II. Epiſt. XVII. princ. praeſtantiſſimus Mediceus: *Miraris, cur me Laurentinum . . . meum* tanto opere *delectet*. Idemque Lib. IV. Epiſt. XVIII. n. 1. Quanto opere *mirer epigrammata tua Graeca*. Unde patet, Secundum non aliter ſcribere voluiſſe. Secutus eſt Tullium ſuum, qui eodem modo in libris emendatioribus. Nec diſſentiunt ceteri ex Latinis, quorum paucos advocabimus. Ser. Sulpicius inter Cic. Fam. Lib. IV. Epiſt. V. n. 3. *Quid eſt, quod* tanto opere *te commoveat tuus dolor inteſtinus?* ubi notam noſtram lege ſis. Varro de vita pop. Rom. Lib. IV. *Quod arci, quos* ſummo opere *fecerat, feſſi pondere diu facti, celeriter corruiſſent.* Sic veterrimae noſtrae membranae Nonii cap. II. n. 71. Vulgo: *ſummo-*

vir optimus [1] in praeſentia velis, quam quid ſemper ſis probaturus. Me circa idus Octobres ſpero Romae futurum: eademque haec
4 praeſentem tua meaque fide [2] Gallo confirmaturum: cui tamen [3] jam nunc licet ſpondeas de animo meo, [4] Ἦ, [5] καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων. Cur enim non [6] uſquequaque Homericis verſibus agam tecum? qua-

mopere fecerat. Lucillius Lib. XXVI. *Et quod tibi magno opere cordi eſt, mihi vehementer diſplicet.* eaedem membranae cap II. n. 155. non *magnopere.* Tullius Lib. XI. in Verrem cap. LVIII. *Quod ſi quem ſtatuae* magno opere *delectant, & ſi quis earum honore & gloria ducitur.* Ita laudatae membranae cap. IV. n. 130. Apud Ciceronis editores altum ſilentium. Rurſus Lucillius Lib. XXIX. *Quare non video hic, quid* magno opere *optem*, in membranis Nonii cap. IV. n. 334. Afranius Vopiſco: *Male merentur de nobis heri, qui nos* tanto opere *indulgent in pueritia*, in eodem quantivis pretii codice cap. X. n. 19. Rurſus Tullius III. de Oratore: *Quid fuit in Graccho, quem tu melius, Catule, meminiſti, quod me puero* tanto opere *ferretur*, ibidem cap. XII. n. 25. Lucretius Lib. I. vs 639. in Gottorpianis vetuſtiſſimis, quarum excerpta habemus, aliisque membranis:

Magno opere *a vera lapſi ratione videntur.*

vs. 317.

Magno opere *a vero longeque erraſſe videntur.*

Lib. II. vs. 169.

Tanto opere *humanis rationibus, ac moderatis*

& vs. 176. idem verſus, qui 639 eſt Lib. I. eadem forma in MS. noſtro iteratur. Terentius Andr. Act. V. Sc. II. vs. 27.

—— *A, ne ſaevi* tanto opere.

Sic duo MSS. Livius Lib. IV. cap. III. Quanto opere *vos, Quirites, contemnerent patres.* ita optimus ex MSS. Palatinis, & ſaepius ita Livius, ut ad illum locum obſervavit Gebhardus in notis adhuc ineditis. Caeſar Lib. I. B. Gall. cap. XXXVIII. *Id ne accideret*, magno opere *praecavendum ſibi Caeſar exiſtimabat.* hoc notatum habemus ex optimo MS. Voſſiano. Idem Lib. II. Gall. cap. V. *Ipſe Divitiacum Aeduum* magno opere *cohortatus, docet* quanto opere *reip. communisque ſalutis interſit, manus hoſtium diſtineri.* ubi illud *magno opere* idem Voſſianus, τὸ *quanto opere* autem praeter eum Cod. etiam Gottorp. Egmont. & Lavanienſes membranae praeſtant. Apuleius Lib. II. Metam. p. 122. *Forte quadam die mecum* magno opere *Byrrhena contendit.* ſic membranae Guelferbytanae, quas cum maxime verſamus. atque ita illae pluribus aliis locis, quae aliquando ad Apuleium ipſum indicabimus. Hic enim finis faciendus eſt. CORTE.

1 *In praeſentia.*] Et *impraeſentiarum*, auctores indiſcrete utuntur. Ulp fere ſemper *impraeſentiarum*, ſic Apulejus in Floridis. Alii interdum *in praeſens*, ac *in praeſente*, & *ad praeſens.* contenderim *impraeſentiarum* legi debere conjunctim. CATAN.

2 *Gallo.*] Aquilium Gallum fuiſſe Juriſconſultum teſtantur Scaevola & Florent. IDEM.

3 *Confirmaturum.*] Rationibus firmis perſuaſurum, recte me facere, quod detractem adeſſe illi contra totam Baeticam provinciam. SCHEFFER. Vulgata lectio erat: *eademque haec praeſentem* quoque tua meaque fide Gallo *confirmaturum.* Tres libri ignorant iſta: *quoque tua meaque fide.* Excerpta Lindenbrogii: *praeſente quoq. t m* fide Aquilio *confirmaturum*; Mediceus: *praeſentem* tua atque Gallo *confirmaturum*, Mediceus: *praeſentem* tua atque Gallo *confirmaturum*, ceteris reſectis. Primum itaque particula *quoque* auctoris non eſt, & optimi libri auctoritate deleri meretur. Cetera ita refingerem: *praeſentem* tuo Aquilio *confirmaturum*, ut ultimam litteram, in voce *tua*, ab prima ſequentis vocabuli immutatam eſſe cenſeam. Aut legerem: *praeſentem* tuo Gallo *confirmaturum*, ut illud *atque* optimi codicis ex Gloſſa *Aq.* vel *Aqu.* nomini *Gallo* addita ortum duxerit, quo litterator aliquis indicare voluit non alium *Gallum* hic, quam *Aquilium Gallum* intelligi. Poteſt etiam ipſius Plinii eſſe: *praeſentem* tuo Aquil. Gallo *confirmaturum*, niſi quod haec coniectura ea difficultate prematur, quod Secundus uno fere Nomine contentus eſſe ſoleat, ubicumque illa *meus*, *tuus*, *noſter* adiungit.

4 *Jam nunc.*] *Nunc jam.* BOXHORN.

5 Ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' &c.] Dixit, & caeruleis ſuperciliis annuit Saturnius. verſus ex primo Iliad vs. 528. & libro XVII. ejuſdem vs 209. repetitus. CATAN. ubi ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε pro ἐπένευσε ὀφρύσι dictum eſt. STEPH.

6 *Uſquequaque.*] Semper. Sic idem lib. VII. & Columella, & Cic. CATAN.

1 Tu

quatenus [1] tu me tuis agere non pateris: quorum tanta cupiditate ardeo, ut videar mihi hac ſola mercede poſſe corrumpi, ut vel contra
Baeticos adſim. Pene praeterii, quod minime praetereundum fuit, 6
accepiſſe me [2] cariotas optimas, quae nunc ficis & [3] boletis [4] certandum habent. *Vale.*

VIII. C. PLINIUS [5] POMPEIO SATURNINO SUO S.

Mittit Pompeio orationem, quam apud municipes ſuos habuerat, dedicaturus

1 *Tu me tuis.*] Probati Codd. Riccard. *quatenus* tu vis *agere*; Bongarſ. *quatenus* tuus *agere.* Scribe: *quatenus* tuis *agere non pateris.* reliqua commode intelliguntur.

2 *Cariotas.*] Palmae fructus. Scribit Plin. ſua tempeſtate celebratas fuiſſe in cibo, cum ſucco uberrimae ſint. ex quibus praecipua vina orienti, iniqua capiti, unde etiam pomo nomen eſt à capite: verum nobilitas in Hierecunte Judaeae. Sunt & ſucco pingui lactentes, quodamque vini ſapore in melle praedulci. Diodorus in interiore Syria fieri Cariotas aliis excellentiores tum dulcedine, tum magnitudine, ac humore, reſtatur: his maiores multo Arabia fert ac Babylonia, quarum magnitudo eſt ſex digitorum. colore ſunt quaedam ſubaeraeo, nonnullae puniceo: aliae porphyreo aſpectu, amoenae & ſuaves guſtu. Deaurari ſoliras, & Calendis Januariis mitti, tradit Martialis. CATAN. *Careotas* legit BOXHORN. Mediceus: *carcotas*; ex qua ſcriptura natum Helmſtad. *carcoptas*, & Arnzen. *carcopas.* Riccard. & Voſſ. *careotas.*

3 *Boletis.*] Quanti fecerit *boletos* antiquitas, Martial notat in diſtichis, aſſerens, facilius donare Romanos aurum & argentum, quam boletos. & Juvenalis, *boletos* lautiſſimum ciborum regi & domino apponi pulſat. Plin. *Boletos* ſuilloſque gulae noviſſima irritamenta vocat. CATAN. Vulgarae omnes: *quae nunc* cum *ficis & boletis cert. habent.* Sed praeſtantiſſimus Mediceus recte Praepoſitionem *cum* delet, & *certare cui* Plinii aevo erat frequentiſſimum, ut iſtud Maronis Ecloga V. vs. 8.

Mentibus in noſtris ſolus tibi certet *Amyntas.*

Sic & Claudian. III. Stilic. vs. 50.

Votaque patricio certant *plebeja favori.*

Idem B. Gild. vs 335.

——— *auſus* Latio contendere *Gildo!*

Statius V. Silv. III. vs. 191.

Non tibi certaſſet *iuvenilia fingere corda*
Neſtor.

Silius Lib. V. vs. 104.

——— *ne* Coelicolis contendere *perſtet.*

qui alibi eadem ſtructura utitur. D. Ambroſius in Hegeſippo Lib. V. cap. XLVI. *Quota portio* vobis pugnavit, *quia univerſum nec regio veſtra ſuſtinere poterat?* Sic membranae noſtrae caſtiſſimae. Vulgo: *Quota portio* orbis *pugnavit*, vitio manifeſto. Guil. Brito Lib. XI. vs. 92.

Non puduit demum pugnare minoribus *ipſis.*

vs. 492.

——— *nec mille* uni pugnare *pudebat.*

CORTE.

4 *Certandum.*] Nihil erat cauſae, cur hac lectione viri docti offenderentur: qui profecto non meminerant, dixiſſe Plinium Ep. ſeq. n. 14. *Cum enitendum haberemus.* Et Lib. VIII. Ep. XIV. n. 4. *Quae facienda ipſi ac per vices quaſdam tradenda minoribus haberemus.* CASAUB. Catanaeus nempe, Gryphius, Aldus in poſteriore ediderant: *certamen habent*, atque ita MS. Helmſtadienſis. In Lindenbr. erat: *certamen* nondum *habent*, qui utramque lectionem in exemplari reperit. Sed veterrimi Codd. recte *certandum habent.* Ita Lib. X. Epiſt. LXXXII. *Ut honoribus eius praeſidio centurionis legionarii* conſulendum habuerimus. Panegyr. cap. XV. extr. *Nec* habent adnumeranda *tibi pro rep. vulnera, quibus ſtatim & laudator, & teſtis contigiſti.* Tacitus XIV. Ann. cap. XLIV. *Sed & ſi nunc primum* ſtatuendum haberemus, adde Pichen. ad IV. Annal. cap. XL. & interpretes ad iſta Petronii Sat. cap. XC. *Ceterum ne & tecum quoque* habeam rixandum.

5 *Pompejo Saturnino.*] Fuit hic acer cauſidicus,

caturus ibidem bibliothecam, & annuos ſumptus in alimenta ingenuorum pollicitus: excuſat quod in ea majores ſuos, & ſe laudet; denique Pompeio defert, ut de editione pro illius arbitrio ſit facturus.

PEropportune mihi redditae ſunt literae tuae, quibus flagitabas,
ut tibi aliquid ex ſcriptis meis mitterem, cum ego idipſum deſti-
naſſem. Addidiſti ergo [1] calcaria ſponte currenti, pariterque & tibi
veniam recuſandi laboris, & mihi exigendi verecundiam ſuſtuliſti.
Nam nec me timide uti decet [2] eo quod oblatum eſt; nec
2 te gravari quod depopoſciſti. [3] Non eſt tamen quod ab homine
[4] deſidioſo aliquid novi operis exſpectes. petiturus ſum enim, ut rur-
ſus vaces [5] ſermoni, quem apud [6] municipes meos habui, bibliothe
cam

ſive ex tempore, ſive meditata proferret: tum proſa, tum verſu clarus: in orationibus & hiſtoria mirabilis. Alterius Saturnini hiſtorici meminit Tranquil. Saturninum nominat Lucianus, & Q. Saturninum juriſconſultum Pomponius citat. Ille igitur Pompejus Saturninus moriens Secundum reliquit haeredem. CATANAEUS. Mediceus: *Plinius Saturnino Suo*, omiſſo nomine *Pompeio*: eamdemque ſimplicitatem ſupra animadvertimus Epiſt. III. IV. V. VI. VII. nec minus animadvertere licet infra Epiſt. IX. X. pluribusque ſequentibus. Alibi etiam ipſae Edd. non diſſentiunt, ut potiſſimum ex Inſcriptionibus Epiſtolarum Libri IX. patet. In ſerie etiam orationis hunc morem ab Secundo ſervari, ad Epiſtolam ſuperiorem monuimus. CORTE.

1 *Calcaria.*] Tranſlatio ab equo, id eſt, jam paratum ad id magis incitaſti. Ovid.

Acer & ad palmae per ſe curſurus honores,
Si tamen horteris fortius ibit equus.

CATAN. Graecum proverbium ex Homeri Iliad Θ. vs. 293. *σπεύδοντα ὀτρύνειν*, quo ſaepius uſus eſt Tullius, *currentem incitare, hortari*, vide V. ad Attic. Epiſt. IX. item Lib. VI. Epiſt. VII. & alibi. Uſurparunt & alii multi, quos citat Io. Savaro ad Sidon. Lib. IV. Epiſt. VII.

2 *Eo.*] Opera tua in corrigendis meis libellis, quam tu ultro mihi obtuliſti. CATAN.

3 *Non.*] *Nec* Edd. quaedam. Contra MSS.

4 *Deſidioſo.*] Semper de ſe parce loquitur, extenuando facultatem, & ſe deſidem appellando. CATAN.

5 *Sermoni.*] Orationi: an ideo ſermonem appellavit, quia ſecundum Porphyrionem ad praeſentes dicitur, an quod oratio illa eſſet remiſſa, & finitima quotidianae locutioni? Nam praeter M. T. teſtimonium, Seneca tradit ſermonem eſſe *orationem voce demiſſa, & tenui figura prolatam.* Accedit auctoritas Fabii ſcribentis, parum admodum ſermonem ab oratione differre. Servius inquit: *Sermo eſt conſertio orationis, & confabulatio duorum, vel plurium, à ſerendo dictus.* Antiſthenes apud Diogenem primus ita diffinivit: *Sermo eſt qui quid ſit aut fuerit, exprimit.* IDEM. Quaerit Catanaeus, cur appellet ſermonem, quae videtur fuiſſe oratio, idque ait factum, vel quod habita eſſet ad praeſentes, vel quod eſſet remiſſa & finitima ſermoni quotidiano. Verum neutrum horum cauſſa eſt. Non illud, quia & oratio ad praeſentes ſolet haberi. Non hoc, quia finitima ſermoni quotidiano non poſtulabat tantum curae meditationisque, quantum ſe adhibuiſſe teſtatur noſter, cum eam componeret, neque tantum emendationis ſollicitae, quantum exigit a Saturnino. Meminiſſe igitur Catanaeus debuerat, quod paullo ante monuit de modeſtia Plinii, ſemper parce de ſe loqui. Ea enim vera cauſſa, cur *ſermonem* maluerit vocare, quam *orationem*. SCHEFFER.

6 *Municipes.*] Novocomenſes. ſunt Municipes cives Romani in oppidis municipalibus ſuo jure, & ſuis legibus utentes, muneris tantum honorarii cum populo Rom. participes, à quo munere capeſſendo appellari videntur, nullis aliis neceſſitatibus, neque ulla populo Romano lege aſtricti. Satis conſtat municipium fuiſſe in meliori conditione, quam coloniam. Haec *Gellius.* Ulp. Juriſc. Proprie quidem municipes appellantur muneris participes recepti in civitate, ut munera nobiſcum facerent: ſed nunc abuſive dicimus muni-

cam [1] dedicaturus. Memini quidem te jam quaedam adnotaſſe, ſed 3
generaliter: ideo nunc rogo, ut non tantum [2] univerſitati ejus atten-
das, verum etiam particulas qua ſoles lima perſequaris. Erit enim &
poſt emendationem liberum nobis, vel publicare vel continere. Quin- 4
imo fortaſſe hanc ipſam [3] cunctationem noſtram in alterutram ſenten-
tiam emendationis [4] ratio deducet: quae aut indignum editione, dum
ſaepius retractat, inveniet: aut dignum, dum idipſum experitur,
efficiet. Quanquam hujus cunctationis meae cauſae non tam in ſcri- 5
ptis quam in ipſo [5] materiae genere conſiſtunt. Eſt enim paulo glo-
rioſius & [6] elatius. Onerabit hoc modeſtiam noſtram, etiamſi ſtilus
ipſe

municipes ſuae cujusque civitatis cives, ut puta Campanos, Puteolanos, ſic JCti. Niſi in quantum Paulus apertius videtur vocabulum interpretari de ſignificatione verborum, *Municipes*, inquit, *dicti*, *quod munera civilia capiant.* Siculus Flaccus, *Municipia*, inquit, *quidam putant, à munitionibus dicta, alii à munificentia: eo quod munificae eſſent civitates.* Feſtus tres municipiorum ſpecies facit, ſed auctorem ſatis eſt indicaſſe. CATAN.

1 *Dedicaturus.*] Aſſignaturus titulo, & Pomponio tradente, quaſi dicendo deſerturus. Nam etiam nunc Mediolani eſt videre in tabula licet confracta, Plin. in tutelam bibliothecae quaedam ſeſtertia contuliſſe. Oſtendit libro XXXV. cap. II. Plin. conſueviſſe Romanos, bibliothecas, id eſt librorum repoſitoria, quas Latinorum aliqui librarias vocant, conſecrare. IDEM. Locus obſervatu dignus, qui docet curam circa inſtruendas bibliothecas iis etiam temporibus. Atque primum quidem impendiſſe operam, ut haberentur bibliothecae in publico, neque Romae modo, ſed & in municipiis, ſicut hic nominatur bibliotheca a Plinio inſtructa Comi, deinde curam eam fuiſſe non modo principum virorum, ſed & privatos facultatibus pollentes hoc modo ſtuduiſſe utilitatem publico adferre. Poſtea bibliothecas illas publico traditas ſollemni quadam dedicatione. Poſtremo dedicationem iſtam eſſe factam oratione habita plerumque ab eo, qui dedicabat. cuius argumentum fuit muneris quaedam commendatio, partim ab animo donantis, ea cupide agendi, quae verae libertati ſint convenientia; partim a ratione muneris, cuius ſit ſolida utilitas & quae ad plurimos pertineat, duretque tempore longiſſimo. SCHEFFER. Paullo poſt tres MSS. *quaedam notaſſe*; veterrimi tamen *adnotaſſe.*

2 *Univerſitati.*] Argumento, [toti operis ſummae.] CATAN.

3 *Cunctationem.*] Edendi moram. IDEM.

4 *Ratio deducet.*] Arnz. *emendationis* non *deducet*, quod vitium ſcripturae compendium vocabuli *ratio* produxit. Helmſtad. *ratio* reducet, etiam vitioſe. Infra Mediceus: *dum id ipſum* experietur. non placet. Nec Voſſiani: *indignum editione* opus *dum ſaepius* cet.

5 *Materiae.*] Senſu rerum. CATAN.

6 *Elatius.*] Jactantius. Legimus etiam *latius*, & in aliquibus exemplaribus *lautius*, id eſt uberius, ut quod digrediatur. Placet prima lectio. IDEM. Similis fere ſcripturae varietas infra notabitur Lib. II. Epiſt. V. n. 6. Hic tamen *elatius* omnino legendum eſt, utut MS. Helmſt. *glorioſius & clarius* occinat. Patet ex ſequentibus *preſſus demiſſusque*, quae *elato* optime opponuntur, ut infra Lib. VII. Epiſt. XII. n. 4. *Nam cum ſuſpicarer futurum, ut tibi tumidius videretur, quod eſt ſonantius &* elatius, *non alienum exiſtimavi addere ſtatim* preſſius *quiddam & exilius.* Ita apud Fabium Lib. X. cap. I. pag. 890. *Alii* preſſa *demum & tenuia .... ſana & vere Attica putant. Quosdam* elatior *ingenii vis, & magis concitata, & plena ſpiritus capit.* Unde & ſtatim pag. 891. emendarem: *Hunc nemo in magnis ſublimitate, in parvis proprietate ſuperaverit. Idem* elatus, *ac* preſſus, *iucundus & gravis, tum copia, tum brevitate mirabliis.* Vulgo ediderunt: *Idem* laetus, *ac preſſus*, quod eſt contrarium Oppoſitioni ſuaviſſimae, & vel ideo repudiari meretur, quia mox ſequitur *iucundus. Elatius* Plinio etiam reddidit Iac. Bonon. Adnot. cap. XVII. Sed nondum locus perpurgatus eſt. Cur enim adeo timide Secundus: *Eſt enim paullo* quaſi *glorioſius & elatius?* Particulam *quaſi* & ipſe, & alii ſcriptores addere ſolent, ubi audaciore Tranſlatione utuntur. Sed quae iſta audacia: *materiae genus glorioſum & elatum?* Tollenda itaque eſt importuna particula, neque eam MSS. noſtri, praeter unicum, retinent. CORTE.

ipſe [1] preſſus demiſſusque [2] fuerat: propterea quod cogimur, cum de
6 munificentia [3] parentum noſtrorum, tum de noſtra diſputare. [4] Anceps hic & [5] lubricus locus eſt, [6] etiam cum illi neceſſitas [7] lenocinatur. Etenim ſi alienae quoque laudes parum aequis auribus accipi ſolent, quam difficile eſt obtinere, ne moleſta videatur oratio de ſe aut de ſuis diſſerentis? Nam cum ipſi [8] honeſtati, tum aliquanto magis gloriae ejus praedicationique invidemus: atque ea demum recte facta minus detorquemus & carpimus, quae in obſcuritate & ſilentio
7 reponuntur. [9] Qua ex cauſa ſaepe [10] ipſe mecum, nobiſne tantum quic-

1 *Preſſus.*] In tenui figura. quare potius ſermonem quam orationem appellavit. CATAN. *Preſſus*, non eſt *in tenui figura*, quod putabat Catanaeus, ſed argumento arctiſſime inhaerens, eaque tantum perſequens, quae in eo maxime ſunt neceſſaria, nec omitti poſſunt citra vitium. Opponitu que copioſo, qui ſe diffundit, & ad ea etiam venit, quae non ſunt neceſſaria, modo faciant ad amplificationem materiae, dignitatemque illius augeant & attollant. SCHEFFER. Ipſe Plinius ſe ſatis explicat infra h. l. Epiſt. XVI. n. 4. adde Lib. III Epiſt. XVIII. n. 10. Lib XII. Epiſt. XII. n. 4 & paſſim Auctor Dialogi de cauſſ. corr. Eloqu. cap. XVIII. *Inflatus & tumens, nec ſatis* preſſus. Optime Fabius Lib. IV. cap. II. pag. 347. *In parvis ergo ſit ille* preſſus, *& velut applicitus rei cultus*. vide locum. CORTE.

2 *Fuerit.*] *Fuerat*. BOXHORN. Miror Boxhornium putaſſe *fuerat* hoc loco legendum, quaſi reſpexerit ad orationem, ſicut eam habuit ad municipes. Contra enim loquitur de ea, prout debuit edi. Sententia haec eſt: etiamſi dedero operam, ut ne oratione ac ſtilo adtollam argumentum & amplificem, tamen glorioſior videbor SCHEFFER Fruſtra haec vir doctus: ſiquidem ſeries dictorum evincit, de oratione perfecta haec intelligi, licet illud *cogimur* ſequatur: qualis forma in tali narratione nova eſſe nequit. Neſcio equidem, unde ſuum *fuerat* Boxhornius hauſerit; at hoc teſtor, idem plane ab optimo MS. Mediceo exhiberi, cuius auctoritate repoſui At eaedem membranae & reliqui noſtri MSS vulgatum etiam ordinem verborum mutant, habentque: *etiamſi ſtilus ipſe preſſus demiſſusque fuerat*, quomodo & Edd Gryphii; Non, ut vulgo: *etiamſi ſtilus ipſe* fuerit *preſſus dem* In hoc etiam libris parui. Riccard. *preſſus* dimiſſus*que fuerit*, ſollemni confuſione. CORTE

3 *Parentum*] Majorum, qui uſi fuerant liberalitate erga patriam Comum: ex quibus apparet non ſolum Caecilium fuiſſe Comenſem, ſed etiam majores ſuos. CATAN.

4 *Anceps locus.*] Dubius, anceps enim pro mortifero & periculo proximo Plinius ſenior uſurpat. *Voluptas*, inquit, *tanta ancipitis cibi.* & Livius: *Quia revocare, aut vi retinere eos anceps erat:* & Virg. *ferrum anceps.* quod grammatici interpretantur utrinque acutum. IDEM.

5 *Lubricus.*] Qui facile ad malum flecti poteſt. IDEM.

6 *Etiam.*] Alibi conſentientis adverbium, quandoque pro adhuc & praeterea. IDEM.

7 *Lenocinetur.*] Blandiatur. tranſlatum à lenonibus. IDEM. Catanaeus *blandiatur*, quod eſt nihili. *Lenocinari* hoc loco eſt *adferre gratiam & favorem*, ut ſit ſententia: Licet monſtrata neceſſitate poſſit fieri, ut haec praedicatio gratiae ac favoris aliquid obtineat, quae alias, etſi citra neceſſitatem inſtituitur, ſolet eſſe odioſa. Ita auctor de cauſſ. corr eloqu. cap VI. *Ipſa ſollicitudo commendat eventum & lenocinatur voluptati.* Vide infra Lib. II. Epiſt. XIX. n. 7. SCHEFFER. Sidonius Lib. VIII. Epiſt. I. pr. *Amicorum gloriae, ſicubi locus*, lenocinaris. i. e. adiuvas eam. & *Lenocinium* pro commendatione Apuleius Lib VI Metam. pag. 176. *Turgidi ventris ſui* lenocinio *commovet miſerationem.* & alibi. Infra MS Arnzen. *de ſe aut de ſuis differentibus.* Mallem ego, ſi per membranas liceret, *differens.* Praeterea *lenocinatur*, non *lenocinetur*, habent primarii libri Medic. Riccard. Bongarſ. idque repoſui

8 *Honeſtati.*] Invidemus honeſtis viris, ſed praecipue eorum gloriae & laudi: quae vero bene geſta latent, & à nullo praedicantur, minus reprehendimus. CATAN.

9 *Qua ex cauſa.*] Scripti Palatini lectionem habes ex *J. Grutero*: in noſtro codice ne apex quidem unus mutatus à vulgata ſcriptura habetur. Et ſane videtur diſtinctione omne negotium belle poſſe componi: Lege, *Qua ex cauſa ſaepe ipſe mecum, nobiſne tantum, quicquid illud eſt, compe-*

quicquid illud eſt, compoſuiſſe, an & aliis debeamus ut nobis? Ad-
monet iſtud quoque, quod pleraque quae ſunt [1] agendae rei neceſſa-
ria, eadem peracta, nec utilitatem parem, nec gratiam retinent.
Ac, ne longius exempla repetamus, quid utilius fuit, quam muni- 8
ficentiae rationem etiam ſtilo proſequi? Per hoc enim aſſequebamur,
primum, ut [2] honeſtis cogitationibus immoraremur: deinde, ut pul-
chritudinem illarum longiore [3] tractatu [4] pervideremus: poſtremo ut
ſubitae [5] largitionis comitem poenitentiam caveremus. Naſcebatur
ex his exercitatio quaedam contemnendae pecuniae. Nam cum 9
omnes homines ad cuſtodiam ejus [6] natura reſtrinxerit, nos contra
multum ac diu penſitatus amor liberalitatis communibus avaritiae vin-
culis eximebat: tantoque laudabilior munificentia noſtra fore vide-
batur, quod ad illam non impetu quodam, ſed conſilio trahebamur.
Acce-

poſuiſſe; an & aliis debeamus? Ut nobis, admonet iſtud quoque, quod pleraque, &c. ita omni modo abſolutum videbis, quiſquis inſpicere non noles, in quo haeſit vir ſummae in inveniendo & judicando dexteritatis. BARTH.

10 *Mecum.*] Addunt alii *tractavi*. BOXHORN. Abſurdum illud Gloſſema *tractavi*, iam Stephanus damnavit, cujus Praefationem vide. Barthius manu ſua adſcripſerat: *ſaepe ipſe me conſulo*; recte autem poſtea hanc coniecturam deſeruit. Lucanus Lib. II. vs. 521.

—— *premit ille graves interritus iras*
Et ſecum: *Romamne petes pacisque receſſus.* cet.

ubi vide. Deinde Bongarſ. Voſſian. Helmſtad. *quidquid eſt illud*, neque aliter Mediceus, niſi quod *iſtud*, pro *illud*, praeferat. Placet *quidquid eſt illud*. Perplacet etiam diſtinctio diligentiſſimi Barthii: *debeamus? ut nobis, admonet iſtud* quoque, *quod pleraque* cet. Sed ut locus ſit perpurgatus demendum eſt *τὸ quoque*, quod Mediceus, Lindenbr. & Arnzen. ignorant: quae res ipſi diſtinctioni fidem facit. Ut vulgo interpungunt, nitorem in verbis *aliis*, *ut nobis* quaeſivit auctor, quem habes ſupra Epiſt. III. extr. & alibi. CORTE.

1 *Agendae rei neceſſaria.*] Dum rem agimus, neceſſaria ſunt, ſicut commendare liberalitatem ſuam, & majorum. CATAN. Etiam hunc locum Catanaeus male intellexit. Neceſſaria agendae rei ſunt, quae ad rem agendam, ſicut oportet, neceſſario requiruntur. Quale quid in hoc exemplo fuit non commendare liberalitatem, quod putat Catanaeus, id enim neceſſarium non fuit, ſed poſtquam fuit propoſitum commendare ipſam perorationem, meditari commendationis capita, cogitare de ratione verae liberalitatis, eadem, ne memoria excidant, conſignare ſtilo, & quae alia ſunt huius generis, ſine quibus ea oratio non potuit componi. SCHEFFER. Infra Helmſtad. Bongarſ. Lindenbr. & Arnzen. Aut, *ne longius ex. repetamus*, *Aut*, inquam, pro *Ac*, oſtentant. Deinde Voſſian. *quid* fuerit *utilius*.

2 *Honeſtis cogitationibus.*] Munificentiae laudibus. CATAN.

3 *Tractu.*] Placet ſic magis, quam *tractatu*, nam praeter fidem exemplarium ipſe ad Capitonem de oratione, inquit: *Illa tractu placet.* & M. T. de Oratore, *tractum verborum* in Antonio laudat. Tacitus, *tractum belli* pro mora & productione. IDEM. *Tractu* Helmſtad Voſſ. & Bongarſianus; At Lindenbr. & alii *tractatu*. Quinctil. Lib. V. cap. VIII. *Sed* latiore *varioque* tractatu, *ut omnes oratores plerumque fecerunt.* Infra Epiſt. XX. n. 3. *Nam pleriſque* longiore tractatu *vis quaedam & pondus accedit.* Ita ſcripti.

4 *Pervideremus.*] Alii *provideremus?* vel *produceremus* BOXHORN. Arnzen. *provideremus*; Gryphius *produceremus*. Reliqui omnes *pervideremus*, & veriſſime. Quo diutius honeſtas cogitationes *tractamus* in iisque verſamur, eo magis pulchritudinem earum agnoſcimus & in omnibus pervidemus. Illud *tractu produceremus* parum differt a ſuperiori *immoraremur*, adeoque abſonum eſt. Cic. Lib. V. de Fin cap. XVI. pr. *Intrandum eſt igitur in rerum naturam* & penitus, *quid ea poſtulet*, pervidendum.

5 *Largitionis.*] Liberalitatis. improprie uſus. Nam largitio eſt nimia & immoderata pecuniarum profuſio: & alii ſic uſurpant. CATAN.

2 *Natura reſtrinxerit.*] Pecuniarum avidi ſu-

10 Accedebat his cauſis, quod non [1] ludos aut [2] gladiatores, ſed [3] annuos
11 ſumptus in alimenta [4] ingenuorum pollicebamur. Oculorum [5] porro
& aurium voluptates adeo non egent commendatione, ut non tam
incitari debeant oratione, quam reprimi. Ut vero aliquis libenter
educationis taedium, laboremque ſuſcipiat, non praemiis modo, ve-
12 rum etiam exquiſitis adhortationibus impetrandum eſt. Nam ſi me-
dici ſalubres, ſed [6] voluptate carentes, cibos blandioribus alloquiis
proſequuntur: quanto magis decuit publice conſulentem utiliſſimum
munus, ſed [7] non perinde populare, comitate orationis [8] inducere?
Prae-

mus à natura. Vide de avaritia Senecam in epiſtolis. CATAN.

1 *Ludos.*] Qui evaneſcunt, non relicto aliquo utilitatis in poſterum exemplo, *ſeu* ſpectacula: erant enim ludorum genera. IDEM.

2 *Gladiatores.*] Quos in funeribus illuſtrium dari populo notum, & poſt coenam interdum, referente Athenaeo, qui ex auctoritate Hermippi aſſerit, Mantinenſes inveniſſe gladiatores, Demea oſtendente, qui in urbe primum Brutum in honorem patris defuncti, ſed Valerium in foro boario primum munus dediſſe teſtatur. IDEM.

3 *Annuos ſumptus.*] Ut ex reditu agri, (quem actori publico emancipaverat, & impoſito vectigali conduxerat,) pueri pauperes ingenui alerentur & educarentur, meminit hujus rei latius lib. VII. ad Caninium. IDEM.

4 *Ingenuorum.*] Ut ex reditu agri, quem actori publico emancipaverat, & impoſito vectigali conduxerat, pueri pauperes ingenui alerentur & educarentur. Meminit huius rei latius Lib. VII. Audio adhuc Comi exſtare veſtigium liberalitatis Plinianae. [Satis conſtat, Mediolani in lapide, quamquam fracto, legi Plinium in alimenta puerorum & puellarum multa ſeſtertia dediſſe] CATAN. Barthius *ingeniorum* malebat, pro *ingenuorum*, ſed perperam. Sic infra Lib. VII. Epiſt. XVIII. n. 2. *Pro quingentis millibus numûm, quae in* alimenta ingenuorum *promiſeram.*

5 *Porro.*] Praeterea: ut apud Terent. in Hecyra. aliis affirmantis adverbium. ſignificat etiam minus, interdum poſtea; quandoque temporis adverbium: alias expletiva, nonnunquam procul: alias hortantis. Exempla ſumes à Terent. & Virg. CATAN.

6 *Voluptate carentes.*] Alii *voluptatis parum habentes.* BOXHORN. Helmſtad. Bongarſ. & Riccard. *voluptati parentes.* Arnzen. *voluptati patentes.* At Mediceus & reliqui: *voluptate carentes*, optime & vere. Mox Helmſtad. *blandicioribus alloquiis.*

7 *Non perinde pop.*] Non multum vel *aeque* populo gratum: nam perinde multum ſignificat, & aeque. Tranquillus: *Quare adventus ejus non perinde gratus fuit.* CATAN. Ita Cicero I. de Finib. cap. XXI. *Vivendi artem tantam tamque operoſam, & perinde fructuoſam.* Plinius infra Lib. II. Epiſt. I. n. 1. *Maximi & clariſſimi civis*, perinde *felicis.* Salluſt. Fragm. p. 1004. *Mithridates corpore ingenti*, perinde *armatus.* Item Iug. cap. IV. Helmſtad. Riccard. & Arnzen. *ſed* perinde non *popularem.*

8 *Inducere.*] Inſtituere, perſuadere per inductionem, quae, ſecundum rhetores, eſt oratio de rebus non dubiis captans aſſenſionem ejus rei quae inſtituta eſt. CATAN. *Inducere* Catanaeus *perſuadere per inductionem*, quali rhetores utuntur. Immo *inducere munus* ſimpliciter eſt *dare*, *primum offerre.* Haec ſcripſeram, cum me opportune monet vir Cl. Io. Columbus, Poëſeos in hac Univerſitate Profeſſor Regius, gener meus dilectiſſimus, τὸ *inducere* videri ſibi poſitum pro *ornare*, *commendare*, quomodo *arma inducta argento* leguntur apud Iuſtinum. Puto veram eſſe hanc interpretationem. Nam & *tectorium* reperitur dici *inductum*, & *cruſta marmoris* apud Senecam, Palladium & alios. Etiam *colores* dicuntur *induci* quod in Graphice iam pridem notavi pag. 63. Horatius in Arte:

Humano capiti cervicem pictor equinam
Iungere ſibi velit & varias inducere *plumas?*

Barthius non intellexit, ſed exiſtimavit Medice locutum, quia & Medici dicuntur *inducere*, ſi quando unguenta & id genus inungunt. Contra Plinius potius hos reſpexerit praeſenti loco, quoniam de medicis praecedit. SCHEFFER. Non conſtat ſibi vir doctus, dum Catanaeum meliora docere cupit. *Inducere* ſimpliciter intellige *introducere*, inſtituere, ut millies apud quoſlibet ſcriptores. Decore autem Secundus *munus inducere* dixit, quod apud Romanos *munera* gladiatoria

Praeſertim cum enitendum haberemus, ut quod [1] parentibus [2] daba-
tur, & orbis probaretur, honoremque paucorum caeteri patienter
[3] & exſpectarent & [4] mererentur. Sed ut tunc communibus magis 13
commodis quam privatae jactantiae ſtudebamus, cum intentionem
[5] effectumque muneris noſtri vellemus intelligi: ita nunc in ratione
edendi veremur, ne forte non aliorum utilitatibus, ſed propriae laudi
ſerviſſe videamur. Praeterea meminimus [6] quanto majore animo ho- 14
neſtatis

ria *induci* dicebantur, & ſupra ludorum atque gladiatorum meminerat. Sic Tullius pro Sext. cap. LXIV. *Tenere ſe non potuit, quin hos gladiatores* induceret, *quorum eſſet ipſe pulcherrimus.* ubi plura notavit Abramius: adde Noſtrum Paneg. cap. XXXIV. Aliter ſi capias, non videbis, quomodo *munus* aut ornetur, aut illinatur *ſuavitate verborum.* MS. Voſſ. *comitate orationis* inde aducere. CORTE.

1 *Parentibus dab.*] Quod in laudem majorum meorum diſſertabam, & nobis praepararetur, qui eramus ad poſteros gloriam ex hoc munere conſecuturi. In alia lectione eſt, *dabatur etiam orbis probaretur.* ut intelligatur, hoc munus parentibus oblatum, & ideo ab illis probandum eſſe: ab his expectandum, donec filios ſuſciperent. CATAN.

2 *Dabatur, etiam nobis probaretur.*] *Datur & orbis probaretur.* BOXHORN. *Et orbis* ſcribit Mediceus, Helmſtad. & Bongarſianus; alterum autem *& nobis* nullum ſenſum habet, *Parentes* & *orbi* opponuntur, atque hi quidem ſunt & qui liberos amiſerunt, & qui nullos habent. Sic frequenter apud Senecam, Tacitum, Plinium, alios *orbitas* & *orbitatis praemia*, eo ſenſu; neque aliter ipſe Secundus infra Lib. IV. Epiſt. XV. n. 3. & ſic *orbitatem ἀτεκνίαν*, orbos *ἀτέκνους* Gloſſae vocant. Cum autem honorem aliorum, quo ipſi carent, non ſatis aequo animo adſpicere ſoleant homines, & hic de commodis eorum, qui educationis onera in ſe ſuſcipere voluerunt, Plinio agendum fuerit: curare profecto debuit, ut inſtitutum ſuum etiam illis probaretur, qui beneficii parentibus dati tunc quidem exſortes erant. Corrupte itaque Helmſtad. *& orbis properet*; Lindenbr. & Arnzen. *properetur.* Ceterum MSS. noſtri & antiquiores impreſſi: *quod parentibus datur.* CORTE.

3 *Et ſpectarent.*] *Exſpectarent* legit BOXHORN.

4 *Mirarentur.*] Legitur & *imitarentur*, etiam *mererentur.* CATAN. Erat in vulgatis: *ceteri patienter & ſpectarent, & mirarentur*, quod eſt abſonum, & contra Codd. fidem. Aldus, Gryphius aliique dederunt: *patienter exſpectarent & mererentur*, quomodo Riccard. Bongarſ. & Lindenbr. idque longe aptius eſt, ſi recte intelligatur. Voſſ. Helmſtad. & Arnzen. *exſpectarent & incitarentur.* Nos verae, & iam antiquis impreſſis probatae lectioni particulam *&* adiecimus, quia ita exhibebant Mediceae membranae: *ceteri patienter & exſpectarent, & mererentur.* De *orbis*, ſeu *ἀτέκνοις* loquitur: quorum cum duo ſint genera, & qui in poſterum liberos ſperare ac ſuſcipere, & qui ius liberorum indulgentia principis obtinere poſſunt, ad eos perquam eleganter verbum *exſpectare*, ad hos *mereri* retulit. Qui Plinium didicit, in his ingenium eius agnoſcet, quo alia lectio eſt indigniſſima. Iuris trium liberorum a principe impetrati frequens apud Noſtrum mentio. Vide Lib. II. Epiſt. XIII. n. 8. Lib. VII. Epiſt. XVI. n. 2. alibi. CORTE.

5 *Effectumque.*] Jacob. Bononienſis, loco ſaepius indicato, legere iubet: *intentionem* affectumque *muneris noſtri*, idque adprobavit vir doctus. Codices noſtri uno ore *effectumque*; quod genuinum exiſtimo. Qui diſſentiunt, quam pulchre *affectus muneris* in hoc nexu dicatur, viderint. Praecedit iam *intentio*, quod *adſectum* declarat, & ſic *intentio effectusque* coniungitur, ut *affectus effectusque* apud Sidon. Lib. III. Epiſt. ult. Lib. VII. Epiſt. I. Lib. IX. Epiſt. II. & alibi. Cumque *commodi* aliorum meminiſſet, non tam opus erat, ut *adſectum* muneris ſui, quam *effectum* intelligi laboraret. His de cauſſis *effectum* minime ſollicitari permittimus. MS. Helmſtad. *volebamus intelligi*, alibi audiendus. Corrupte etiam Arnzen. *intentione effectuque.* & Voſſian. *aliorum utilitati* CORTE.

6 *Quanto majore animo.*] Eſſe indicium excellentioris animi, contentos eſſe potius ſua conſcientia pro benefactis, quam laude. Sic Secundus Ariſtonem commendans, *Ornat haec*, inquit, *magnitudo animi: quae nihil ad oſtentationem, omnia ad conſcientiam refert, recteque facti non ex populi ſermone mercedem, ſed ex facto petit.* Videtur Plinius imitatus fuiſſe Tullium in Philippicis, *Satis*, inquit, *in ipſa conſcien-*

neſtatis fructus in conſcientia, quam in fama reponatur. [1] Sequi enim gloria, non appeti debet: nec, ſi caſu aliquo non ſequatur, idcirco
15 quod [2] gloriam meruit, minus pulchrum eſt. Ii vero qui benefacta ſua verbis adornant, non ideo praedicare, quia fecerint, ſed ut praedicarent [3] feciſſe creduntur. Sic, quod magnificum referente alio fuiſſet, ipſo qui geſſerat recenſente, vaneſcit. Homines enim, cum rem deſtruere non poſſunt, jactationem ejus [4] inceſſunt: ita ſi ſilenda feceris, factum ipſum: ſi laudanda, quod non ſileas ipſe, [5] culpatur.
16 Me vero peculiaris quaedam impedit ratio: etenim hunc ipſum ſermonem non apud populum, ſed apud [6] Decuriones habui, nec in propatulo,

ſcientia pulcherrimi facti fructus erat. & in Tuſculanis. *Quinetiam, &c.* Catan.

1 *Sequi.*] Per ſe comitari, *nam etſi* (ut idem refert Cicero) *nihil in ſe habeat gloria cur expetatur, tamen virtutem tanquam umbra ſequitur:* Idem. Plura dedimus ad Salluſt. Cat. cap. LIV. extr. *Ita quo minus* gloriam *petebat*, *eo magis* ſequebatur. Homerus Iliad. Δ. vs. 415.

Τούτῳ μὲν γὰρ κῦδος ἅμ' ἕψεται,

quod perperam corrigit vir doctus. Ita & Noſter ſupra Epiſt. V. n. 7.

2 *Gloriam non meruit.*] Haec vera eſt lectio, nam quod negationem quidam non agnoſcunt, illi vero fruſtra ſunt. *Meruit* eſt *ἔτυχε*. Senſus eſt: Praeclara facta, etiamſi laudatores non inveniant, non ideo minus eſſe pulchra. Verbum *mereri* non ſemper *ἀξιοῦσθαι* ſignificare, ſed *τυγχάνειν* & factum notare, non jus, notius eſt, quam ut probatione egeat. Casaub. Notiſſima eſt obſervatio de verbo *mereri*, quam hic dedit Caſaubonus, ut vulgatam lectionem (*quod gloriam non meruit*) ſervaret. Idem, praeter alios, monuerunt Barth. ad Paullin. I. de vita Mart. vs. 280. Gronov. Obſerv. in Script. Eccleſ. cap. VII. Heraldus ad Arnobii Lib. I. pag. 12. Columbus ad Lactant. de mort. perſec. cap. I. Neque aliter capio Minuc. Fel. cap. VI. *Priores, qui meruerunt deos vel faciles habere, vel reges.* Sedul. Lib. I. vs. 330.

— — — *tuus incola ſanctis*
Ut merear *habitare locis.*

Lib. V. vs. 318. de die dominico:

— — — *primusque videre*
Promeruit *naſci mundum.*

Sulpicius ſeu. Dial. I. cap. XI. *Periclitatos infantulos ſerpentis occurſu, & ipſos inſuper multa verbera victo ſerpente* meruiſſe. Dialog. II. cap. VI. extr. *Iſta non tantum audiſſe contenta, ſed &* meruit *ſervire ſapienti.* Rei vulgari diutius non immorabimur. At quis credat, Plinium tam dubie ſcripſiſſe: *quod gloriam* non *meruit?* Licet enim intelligere queas, quod gloriam non obtinuit, proprius tamen ſenſus eſt, quod gloria indignum eſt. Is autem cum menti ſcriptoris prorſus ſit contrarius, dubius autem ille ſaltem indecorus, aliamque lectionem planam apertamque offerat veterrimus Mediceus & alii Codd. nempe: *quod gloriam meruit*; hanc potius Noſtro reddendam eſſe cenſeo. Ordo ipſe confirmat. Si caſu aliquo gloria non ſequatur, idcirco non minus pulchrum eſt illud, *quod gloriam meruit.* Corte.

3 *Feciſſe.*] Secus laudat Trajanum in panegyrica oratione: *Non ideo* dixit *viciſſe videaris ut triumphares, ſed triumphare, quia viceris.* Catan.

4 *Inceſſunt.*] Infamant, (vellicant,) invehuntur. Idem.

5 *Culpatur.*] Sic praeter alios MS. etiam Palatinus: magis coacte hactenus: *ipſe culparis.* At apertior exit ſententia repetito bis illo *culpatur.* Gruterus. *Culpatur* noſtri omnes MSS. & ſic iam Gryphius atque alii ediderunt. At Mediceus praeterea *quod* omiſit: *ſi laudanda non ſileas ipſe, culpatur.* Poſſes ita conſtituere locum: *Ita ſi ſilenda feceris, factum ipſum: ſi laudanda non ſileas, ipſe culparis.* Eſt tamen, cur vulgata ſcriptura magis placeat. Infra Helmſtad. *non* ad *populum.*

6 *Decuriones.*] Senatores in municipiis, in quibus idem erat decurio, qui Romae ſenator, quod in ſenatu & conciliis municipalibus intereſſe poterat, ſi habuiſſet cenſum centum millium nummum. & decuriones quidam dictos ajunt ex eo, quod

patulo, ſed in curia. [1] Vereor ergo, ut ſit ſatis congruens, cum in 17
dicendo aſſentationem vulgi [2] acclamationemque defugerim, nunc
[3] eadem illa editione ſectari: cumque plebem ipſam cui conſulebatur,
limine curiae parietibuſque diſcreverim, ne quam in ſpeciem [4] ambi-
tionis inciderem, nunc [5] eos etiam, ad quos ex munere noſtro nihil
pertinet praeter exemplum, velut obvia [6] aſſentatione conquirere.
Habes cunctationis meae cauſas; obſequar tamen conſilio tuo, cujus 18
mihi auctoritas pro ratione [7] ſufficiet. *Vale.*

IX. C. Plinius [8] Minutio Fundano Suo. S.

Minutium hortatur ad ſeceſſum & ſtudium, cum in urbe occupati ſint homines rebus inanibus, ruri nihil audiant, quod audiſſe poeniteat.

Mi-

quod in initio coloniae cum deducerentur, decima pars eorum qui deducerentur, concilii publici gratia conſcribi ſolita ſit. Porro decurio ordo in militia, & qui ſuam quiſque curiam tuebatur, decurionem appellatum Dionyſ. aſſerit. decuriones quinquennales Apul. uſurpat pro ſacerdotibus Iſidis in quinquennium caeteris praefectis. Catan.

1 *Vereor ergo, ne.*] Variant Edd. & partim *Vereor ergo*, ut, partim *Vereor ergo*, ne *ſit ſatis congruens* oſtentant. *Ne* eſt etiam in MSS. Bongarſ. Helmſtad. Arnzen. Voſſ. & Lindenbr. licet Grammaticorum placita hoc non admittant. At Mediceus & Riccard. optimi & veterrimi Codd. *Vereor ergo*, ut *ſit*. Simile incertum ex pluribus Codd. apud Caeſarem notavi Lib. V. de B. Gall. cap. XLVII. notarunt alii apud Ciceronem II. Tuſcul. cap. XIX. Lib. XII. Fam. Epiſt. XIX. n. 1. & paſſim. Corte.

2 *Acclamationem.*] Laudem cum aſſenſu. quod juniores hiſtorici frequenter uſurparunt, & ipſe in orat. paneg. Interdum pro convicio accipitur, ut apud Lamprid. & Tranquil. Reclamationes autem contrariae ſunt acclamationibus. Catan.

3 *Eadem illa.*] Sic omnes libri: At Barthius ex coniectura *easdem illas* praeferebat: ſcilicet ut diſertius *adſentationem acclamationemque* inferret. quaſi ignoraverit, etiam poſt duo Feminina Neutrum Plurale recte adhiberi. Sic poſt *mortis ſalutisque* mentionem *haec cuncta* ſubiungit Lucanus Lib. V. vs. 342. Plura dedimus ad Salluſt. Cat. cap. V. n. 7. Inopia *rei familiaris &* conſcientia *ſcelerum*, quae utraque *his artibus auxerat.* & ad Iug. cap. XXXVIII. n. 8. ubi etiam ad cap. XIV. n. 21. de coniunctis iſtis *eadem illa* diximus. Membranae Riccard. *volgi adclamationem.* Corte.

4 *Ambitionis.*] Immoderatae laudis cupiditate. Eſt autem ambitio, cum ad publicos honores, & magiſtratus turpibus atque inhoneſtis artibus & blandiciis, precibus, largitione, contendimus: at ſecundum Dionyſ. eſt inanis gloria. Vide & Claudian. Catan.

5 *Eos etiam.*] Non tantum vulgus Comenſium, quod ex liberalitate noſtra tamen capit utilitatem, quando parvuli eius liberi per eam educantur; ſed alios quoscumque extra Comum, qui ex liberalitatis eius noſtrae commendatione, ſcripto comprehenſa, non alium habere poſſunt fructum, quam ut forte ad ſimilem honeſtam liberalitatem concitentur. Scheffer. Helmſtad. mendoſe: *nunc* dos *etiam*, *ad quos*. Arnzen. *nunc* & *ad quos.*

6 Aſſentatione *conquirere.*] Alii *oſtentatione*, quomodo & Riccard. Helmſtad. Bongarſ. & alii MSS. ſed nihili eſt iſtud vocabulum. Mediceus *adſentione.* confirmat hic *adſentatione*, quae propria eſt ambitioſis, ut patet ex Livio Lib. XXXIII. cap. IV. Cic. de petit. conſul. cap. VII. & aliis. Helmſtad. *conquaerere*, antiquo more, cuius exempla vide in notis ad Lucan. Lib. IV. vs. 417. Corte.

7 *Sufficiet.*] Sic Mediceus & Edd. aliquot, Alii autem & recentiores ſcripti *ſufficit*, quod Riccard. quoque agnoſcit.

8 *Minutio Fundano.*] Huic alibi in proximum

an-

Mirum eſt, quam ſingulis diebus in urbe ratio aut conſtet, aut
2 conſtare videatur, [1] pluribus cunctiſque non conſtet. Nam,
ſi quem interroges, *hodie quid egiſti?* reſpondeat, [2] *officio togae viri-*
lis interfui; [3] *ſponſalia aut nuptias frequentavi*; *ille me ad* [4] *ſignan-*
dum teſtamentum, ille in advocationem, ille in conſilium rogavit.
3 [5] Haec quo die feceris, neceſſaria; eadem, ſi quotidie feciſſe te repu-
tes, inania videntur: multo magis cum ſeceſſeris. Tunc enim ſubit
recor-

annum conſulatum auguratur. Eruditus fuit, ut qui ſe ab ineunte aetate altioribus ſtudiis dederat: ex duabus natis alteram vix pubertatem ingreſſam amiſit. proconſul Aſiae ex Adriani reſcripto monitus ne ſine objectu criminum Chriſtianos condemnaret. auctores Euſebius & Oroſius. Catan. *Minutio* deeſt membranis Mediceis. Vide ſupra ad inſcriptionem Epiſt. VII. & VIII. Riccard. Minutio Fundano Suo Salutem, omnibus litteris.

1 *Pluribus.*] Diebus vel potius nominibus. Catan. Probandam omnino lectionem MS. puto: *pluribus junctiſque.* Officiorum enim urbanorum occupationes uno aut altero die probari poſſe; quotidianos autem taedio & faſtidio haberi mens eſt auctoris, mox planius proponenda. Vulgata lectio *pluribus cunctiſque* exſul bonae mentis eſt. Barthius. Non eſt dubium, quin *iunctiſque* ſit legendum. Scheffer. *Cunctiſque* habent Codd. noſtri omnes, praeter Riccard. in quo diſerte *iunctiſque*, & Mediceum, qui longe doctiorem ſcripturam, & prorſus Plinianam ſuppeditat, nempe: *pluribus* cunctaque *non conſtet. Cuncta ratio* eſt plurium dierum ſimul collecta ratio, univerſa ſumma: quia *cunctus* idem eſt, quod *coniunctus*, ſi Feſto auſculteris. Certe *partes* & *cuncta* centies opponuntur, & *cunctam rationem* hic vel propterea admitti debere, quia *ſingulorum dierum* ratio obiacet, ex ſequentibus patebit. Neque moveor, hoc *cuncta* ab librariis aliis neglectum & corruptum eſſe Morem enim eorum novi, quod proximis vocabulis alia libenter adaptare ſoleant, & hic praecedit *pluribus*, cui melius *cunctis*, quam *cuncta*, reſpondere viſum eſt. vide ad Lucani Lib. III. vs. 382. & ad Lib. VIII. vs. 290. Deinde *cuncta* non melius intellexerunt, quam illa Flori Lib. IV. cap. XII. n. 64. *Sic ubique* cuncta *atque continua totius generis humani aut* pax *fuit, aut pactio.*

2 *Officio togae virilis.*] Officioſe comitatus ſum aliquem, Praeſtiti officium meum dum amicus togam virilem ſumeret: quae, auctore juriſconſulto, ad XVII. annum ſumebatur, quam aetatem militarem appellavit antiquitas. Legimus tamen apud Tranquil. XVI. aetatis anno ſumpſiſſe Auguſtum togam virilem, argumentum ſcilicet tranſeundi a pueris in virum: cui ſententiae Dio aſtipulatur, Et, *Seneca* inquit, *pueritia deponitur, ſed non puerilitas in pleriſque hominibus.* Fere in eundem ſenſum Martialis ad Potitum ſcribit. Catan.

3 *Sponſalia.*] Pacta ante nuptias. Idem.

4 *Signandum teſtamentum.*] Tria teſtamentorum genera Gellius nixus Laelii Felicis auctoritate tradit, ſed poſtquam in unum jus civile & praetorium junctum eſt, ſeptem teſtibus adhibitis, & ſubſcriptione teſtium, ſignacula teſtamentis ſunt impoſita ex edicto praetoris, ſicut ſubſcriptiones ex ſacris conſtitutionibus. Non enim olim ut nunc publici notarii ſtipulabantur, ſed domini, vel alii eorum nomine tabulas ſcribebant, quas à ſeptem teſtibus ſubſcriptas, lineo vinculo claudebant, notatas teſtium ſigillo. Teſtamentum compoſitum ex teſtatione mentis Sulpitius arbitratur: quod reprehendit Gellius arguens eſſe ſimplex verbum. Idem.

5 *Haec quo die &c.*] De varia & corrupta ſequentium lectione prolixus hic eſt *Barthius*, ſic ait: Ut lectionem quam pueri nos olim excogitavimus prae iſtâ non proponam, facere non poſſum: *in conſilium rogavit. Haec quo die feceris voces ſeria; eadem ſi quotidie feciſſe te reputes, inania videantur. Multoque magis cum ſeceſſeris.* Et ſane quis vetabit, ne iſta dicam gemina Germana Plinii eſſe, ut Latinum & elegans tinniunt, prae gloſſematis illis vulgatorum Nec voculam *ita haec quo die* inſerere auſim vetante libro noſtro, etſi MS. Pal volente; cum vel ex hoc uno loco pateat Ingenio nonnunquam Codices cedere. Noſter in hac Ep multis modis variat à vulgatis. Mox: *quot dies quam frigidis rebus abſum, ipſi!* in libro habeo: *quot dies quam frigidis rebus abſumſeris.* Porro: *nemo apud me quemquam ſiniſtris ſermonibus carpit; neminem ipſe reprehendo, niſi unum me cum parum commode ſcribo:* Ego ſcriptorem ſemper ſuſpicatus ſum membratim gloſſematis eſſe conciſum; id quod magnopere urget hujus codicis evolutio. Hoc quidem in loco nullâ

recordatio, quot dies, quam [1] frigidis rebus [2] abſumſi? Quod eve- 4
nit mihi poſtquam in [3] Laurentino meo aut lego aliquid, aut ſcribo,
aut etiam corpori vaco, cujus [4] fulturis animus ſuſtinetur. Nihil au- 5
dio, quod audiſſe, nihil dico quod dixiſſe poeniteat. Nemo [5] apud
me quemquam ſiniſtris ſermonibus carpit: neminem ipſe reprehen-
do, niſi unum me, cum parum commode ſcribo: nulla ſpe, nullo
timore ſollicitor, nullis rumoribus [6] inquietor, mecum tantum & cum
libel-

nullâ litterâ minus quam ad hunc modum praefert: *nemo apud me quemquam carpit, neminem ipſe; niſi cum parum commode ſcribo, unum me*: Mox continuis verbis ubi vulgo eſt: *nulla ſpe, nullo timore ſollicitor. Nullis rumoribus inquietor. mecum tantum & cum libellis loquor.* Nullo modo auſim ſcriptam lectionem prae iſtâ contemnere: *Nullis rumoribus inquietor. Mecum taceo, & cum libellis loquor.* Quod quietem animi fortaſſis alludit. Nec tamen ſol icitamus hoc loco quod excuſum eſt; Cum non ſine causà fortaſſis monachiſmum *τὸ taceo* olere poſſit. Poſt: O *rectam ſinceramque vitam! ô dulce otium honeſtumque! ac pene omni negotio pulcrius! ô mare! ô littus verum ſecretumque Μȣσεῖον, quam multa invenitis! quam multa dictatis?* MS. non paullo aliter: *ô terſam ſinceramque vitam! ô praedulce otium honeſtumque ac plene pulchrius omni negotio. ô mare, ô littus verum ſecretumque Muſarum, quam multa invenitis, quam multa dictatis!* Quae ego non ideo indico, ut continuo admirer; ſed cum in libro typographiâ longe antiquiore, videam, nolo ut per me ſtet quo minus lucem videant. Utinam vero integer eſſet Plinius in eo Codice. In fine Ep. reperio admodum elegantem ſcripturam, ſed quae videatur cum ultimis verbis non admodum convenire. Editur: *Proinde tu quoque ſtrepitum iſtum inanemque diſcurſum, & multum ineptos labores, ut primum fuerit occaſio, relinque; teque ſtudiis vel otio redde: Satius eſt enim, ut Attilius noſter, eruditiſſime ſimul & faceti ſſime dixit, otioſum eſſe, quam nihil agere.* Integrum locum adſcripſi, ut quivis de viâ ſine labore judicare valeat. Manuſcriptus: *teque ſtudiis velut otio redde.* Quod elegans admodum primâ fronte: tamen pugnare cum poſtremis potius, quam ut conſentiat videtur. *Attilii* nomen in MS. corruptum eſt in *Acilium* Haec CASP. BARTHIUS. Barthius vult *voces ſeria*, ſed non perſuadet. Reſpicitur hoc vocabulo ad id, quod praecedit, *ratio videtur conſtare.* Nam conſtat ratio, cum intelligitur, ex idonea & certa cauſſa quid impenſum eſſe. Itaque ut conſtet ratio actionis, non ſufficit, actionem eam eſſe ſeriam, ſed habere cauſſam & neceſſitate quadam eſſe ſuſceptam, quales hoc loco videntur, quae ex cauſſa civilium officiorum, ad quae ſibi mutuo praeſtanda tenentur, qui in eadem civili vivunt ſocietate, ſunt ſuſcepta. SCHEFFER. Helmſtad. *Ita haec quo die f.* Arnzen. a manu ſecunda: *Ut quo die.* Mediceus: *Haec quo* dies *feceris.* Supra Arnzen. *in conſilium vocavit*; Helmſtad *in conſilium rogavit vocavit.*

1 *Frigidis.*] Inutilibus. CATAN.

2 *Abſumſi?*] Ita Codd. noſtri, non *abſumſeris*, Barthius adſcripſerat pro coniectura *abſumti.* Alterum in vett. Edd. iam legitur, ut indigner notam Schefferi, qui Boxhornio & Buchnero hoc tribuit, & demum locum ita legendum putat: *frigidis rebus* abſumſi? Ipſi *quod evenit mihi.*

3 *Laurentino.*] Rure. quod Laurens etiam appellari poſſe libro ſequenti indicat, ubi totum graphice deſcribitur. CATAN.

4 *Fulturis.*] Tunc enim animus maxime vires ſuas operatur, cum nullo dolore corpus vexatur. Auſon.

Ampliat aetatis ſpatium ſibi vir bonus, hoc eſt,
Vivere, & his vita poſſe priore frui.

IDEM. Illuſtrat Gruterus Not. Polit. in Livii Lib. I. cap. XXXI. pag. 95.

5 *Apud me quemquam.*] MSS. Riccard. Voſſ. & Arnzen. *Nemo* me apud *quemquam*, quod eſſet contra illa: *Nihil audio*, cet. Mediceus ita, ut editur, ille etiam una cum reliquis MSS. *τὰ ſiniſtris ſermonibus*, & verbum *reprehendo* agnoſcit, quae immerito Barthio ſuſpecta fuerunt, quod in ſuo libro eadem non reperiſſet. Porro Helmſtad. Arnzen. & Lindenbr. *niſi* tamen *me; cum*; Voſſ. *niſi me*tum, *cum*; Riccard. tantum: *niſi* tamen *cum parum* cet. Mediceus in his etiam fidem ſervat; ut iure tam ceteros non audiamus, quam illos impreſſos, in quibus viſitur: *niſi* tum *me, cum* cet.

6 *Inquietor.*] Rarum inventu verbum apud antiquos, quo tamen Cyprianus frequenter utitur. CATAN. Saepius tamen apud Suetonium legitur. Utitur eodem & Tacitus, Seneca, Petronius, Quinctilianus, Ambroſius.

6 libellis loquor. [1] Rectam ſinceramque vitam! dulce ocium honeſtumque, ac paene omni negotio pulchrius! ô mare! ô littus, verum ſecretumque [2] μȣσεῖον, quam multa invenitis, quam multa dictatis?
7 Proinde tu quoque ſtrepitum iſtum, inanemque diſcurſum, & multum ineptos labores, ut primum fuerit occaſio, relinque, teque ſtudiis vel ocio trade.
8 Satius eſt enim, ut [3] Attilius noſter eruditiſſime ſimul & [4] facetiſſime dixit, ocioſum eſſe, [5] quam nihil agere. *Valle.*

X. C.

1 *O rectam ſin. vitam! o dulce ot.*] Mediceus: *Rectam ſinceramque vitam! dulce otium* cet. ſine Interiectione, quae manus eſt Plinii. Agnoſcas eam ex Lib. II. Epiſt. X. princ. Hominem *te patientem, vel potius durum, ac paene crudelem!* Epiſt. XX. n. 2. *Impudentiam hominis!* n. 5. *Clamat moriens*, hominem *nequam, perfidum!* ſic & eo loco membranae, non: *o hominem.* Lib. IV. Epiſt XXI. princ. *Triſtem & acerbum* caſum *Helvidiarum ſororum!* & ſic alibi. Seneca ad Marciam cap IV. *Egregium verſum, & dignum, qui non e Publio exiret!* ubi alia notavit Gronovius. Similem formam habet Lucanus Lib. VIII. vs. 544.

Hos animos!

ubi videſis. Porro Helmſtad. & Arnzen. *regiam ſinceramque vitam*, quod ſine fructu interpretatione adiuvare ſtudet Catanaeus. *Rectum* atque *ſincerum* ita coniungitur, ut apud Auct. Dialogi de Orator. cap. XXVIII. *Ut* ſincera, & integra, & nullis pravitatibus detorta *uniuscuiusque natura toto ſtatim pectore arriperet artes honeſtas*, & apud Tacit. IV. Hiſt. cap. LXIV. *Sincerus & integer populus.* Ita *indoles recta*, & *ingenia recta* apud Senecam, & *vita recta atque honeſta* apud Fabium. Noſter Lib. VII. Epiſt. XXXI. n. 1. *Vir alioqui* rectus, integer, *quietus.* Lib. IX. Epiſt. XXVI. princ. *De oratore ſaeculi noſtri*, recto *quidem &* ſano. ubi non nihil. CORTE.

2 Μȣσεῖον.] Poſſit Latinis ſcribi literis *Muſeum*, ut apud Varron. de re ruſt. ſcriptum eſt. Apud Spartian. quaedam exempl. male *Muſium.* HENR. STEPHAN. Eſt Muſarum locus, qualis bibliotheca: nam Athenaeus teſtatur, Ptolemaei Philadelphi bibliothecam vocatam muſaeum: & Strabo in deſcriptione Alexandriae, *Pars*, inquit, *regiarum eſt muſaeum, quod ambulacrum habet & exedram & maximam domum, in qua coenaculum eſt eorum, qui muſaeo participant, hominum circa diſciplinas verſantium. hic conventus communes pecunias habet, & ſacerdotem, qui muſaeo prae eſt: olim à regibus, deinde à Caeſare conſtitutum; & alterum veteri muſaeo aſtructum ſub Claudii nomine.* Ejus hiſtoriarum cauſam tradit Suetonius: inſtitutumque, ut quotannis in altero Cyrenaïcῶn libri, altero Carchedoniacῶn diebus ſtatutis velut in auditorio recitarentur toti, à ſingulis per vices. Libanius in monodia, Nicomediae aedificiorum ruinam deplorans, *Ubi*, inquit, *fora, ubi muſaea, ubi templa?* Lucianus in ſympoſio, multorum virorum ſapientium convivium, aſſerit eſſe muſaeum. Ad haec ſcribit Athenaeus, muſaeum Graeciae urbem Athenarum fuiſſe, magis ad diſciplinam doctrinamque, quam ad aedificia reſpiciens: quanquam Pauſanias libro primo referat Demetrium Antigoni filium muro cinxiſſe Athenarum urbem, muſaeumque appellatum quod erat intra antiquum ambitum è regione arcis, ubi dicunt Muſaeum ceciniſſe, & in ſenectute mortuum ibi, extructo monumento, ſepultum. Plinius ſenior, *Muſaea*, inquit, *in aedificiis vocant dependentis ad imaginem ſpecus arte reddendam.* CATAN. Arnzen. *Muſion*; Mediceus: ΜΟΥCΕΩΤΗΡΟΝ. *Verum* deſideratur in Arnzenianis Excerptis.

3 *Attilius noſter.*] Plures extitiſſe Attilios eo tempore lego. Plinius duos nominat, Spartianus totidem, Tacitus treis. Dubitari forſitan poſſet quem Secundus monſtraſſet, niſi ad Priſcum ſcribens diceret, *Noſti Attilii Creſcentis facetias:* inibique multis neceſſitudinem cum illo arctam teſtatur. CATAN.

4 *Facetiſſime.*] Facetum non tantum circa ridicula opinor conſiſtere: non enim diceret Horatius facetum Virgilio genus natura conceſſum. Hanc magis excultae cujuſdam elegantiae appellationem puto, ideoque in epiſtolis M. T. haec Bruti verba refert: *Ne ulli ſint pedes faceti, ac deliciis ingredientes mollius.* & quidam facetum dictum arbitrantur eum, qui facit verbis quod vult. Cicero de perfecto oratore, dicacem acrioris ingenii eſſe vult, facetum majoris artis: habent autem *facetiae* in narrando vim maximam. IDEM.

5 *Quam nihil agere.*] Quam multis rebus inanibus

X. C. Plinius [1] Atrio Clementi Suo S.

Duo intendit in hac epiſtola, Euphratem laudare à doctrina & humanitate, & Clementi perſuadere, ut quam primum in urbem veniat, ſeque Euphratis praeceptis expoliendum tradat. tandem queritur non licere ſibi occupatiſſimo circa quaeſturam aerarii eadem facere.

SI quando urbs noſtra [2] liberalibus ſtudiis floruit, [3] nunc maxi-
me floret. Multa [4] claraque exempla ſunt: ſufficeret unum,
[5] Euphrates philoſophus. Hunc ego [6] in Syria, cum adoleſcentu- 2
lus [7] militarem, penitus, & domi inſpexi, amarique ab eo labora-
vi,

nibus implicari. Sic Martial. in Attalum:

Eſt non eſt quod agas, Attale, ſemper agis.

Nam ſecundum Senec. qui futilia facit, nihil agit. Idem. Vide Cicer. III. de Offic. cap. I. & Alciat. IV. Parerg. cap. XIV. Barth.

1 *Atrio Clementi.*] Clementes pene innumeros ex diverſis auctoribus colligo floruiſſe Secundi temporibus, ſed hunc Atrium Clementem, ad quem alibi ſcripſit, ex Martiale opinor fuiſſe Patavinum, à quo uxor ejus Areſtina Sabino pro docta epigrammate celebratur. Catan. Alii pro *Atrio* legunt *Attio*. Boxhorn. Bongarſ. *Actio*; Arnz. *Atrios*. Mediceus, pro more, omittit.

2 *Liberalibus ſtudiis.*] Scientiis & diſciplinis, quas vocant liberales, quod homine libero dignae ſunt. Atqui Seneca ſolam philoſophiam ſentit eſſe liberalem, quod liberum facit hominem, hoc eſt ſapientem, ſublimem, fortem, magnanimum, caetera puſilla ac puerilia eſſe. *Ulp.* tit De variis & extraord. cognit. liberales artes appellat rhetoricam, grammaticam, geometriam, medicinam, juriſperitiam. Catan.

3 *Nunc.*] Sub Trajano. Idem. Barthius adnotaverat orae libri ſui, verbum *floruit* omitti debere, ut ſit: *Si quando urbs noſtra liberalibus ſtudiis, nunc maxime floret.* Verum Codd. noſtri omnes melius ſapiunt.

4 *Claraque.*] Virorum clarorum ut Taciti, Juvenalis, Silii, Martialis, Saturnini, Voconii, Tranquilli. Catan. Vulgo: *ſuffecerit* nobis *unum*; ſed illud *nobis* deeſt in omnibus MSS. noſtris, & aliquot impreſſis. Praeterea Mediceus, Riccard. Bongarſ. & Helmſtad. *ſufficeret unum*, quod cur deſeruerint Editores, cauſſam nullam exputo. Itaque τῷ *ſuffecerit* ſubſtitui.

5 *Euphrates.*] Hic Dinone patre genitus (quanquam pro *Euphrate* apud Lucianum *Eutrates* mendoſe legatur) Stoicam ſectam profeſſus, Veſpaſianum ab imperio deterrere conatus eſt, ſub quo uſque ad Adrianum vixit, comparatis maximis divitiis contra profeſſionem ſuam. Nam ut omittamus Apollonium Tyaneum, multis illum immodicum mercatorem & arrogantem increpantem, Philoſtratus tradit, comparaſſe ſibi divitiarum fontes. Jam enim inter foeneratorum menſas nuncupabatur caupo quaeſtuarius, foenerator, publicanus, nummularius, ad omnia venalia ſe convertens, foribus potentiorum magis affixus quam janitores. voluntaria morte exceſſit è vita. Veniam dederat ei Adrianus citra ignominiam, ut cicutam ſenectute & morbo ingraveſcente bibere poſſet. Hoc refert *Dion.* Catan.

6 *In Syria.*] Etiam Artemidorum philoſophum arcta familiaritate complexus eſt. Syria late littora tenet, terraſque etiam latius introrſus aliis aliiſque nuncupata nominibus. Nam & Coele dicebatur, & Meſopotamia, & Damaſcena, & Adiabena, & Babylonia, & Judaea, & Sophena; eadem fere Plinius, ex Aſia Pomponii mutuatus. Strabo aliter haec determinat, quem, ſi placet, vide. Catan.

7 *Militarem.*] Tribunus militum eſſem. Idem.

vi, etſi non erat laborandum. [1] Eſt enim [2] obvius, & expoſitus,
3 plenuſque [3] humanitate, quam praecipit. Atque utinam ſic ipſe,
[4] quam ſpem tunc ille de me concepit, impleverim, ut ille multum
virtutibus ſuis addidit! [5] Aut ego nunc illas magis miror, quia magis
4 intelligo: quanquam ne nunc quidem ſatis intelligo. Ut enim de [6] pictore,
[1] ſcul-

1 *Eſt enim, &c.*] Prodigioſa lectio haec eſt, cui ego quid faciam, ignoro. Ita in optimis libris vulgatum, nec quiſquam ſuſpectam habeat ſcripturam. Sed in libro haec eſt. *Eſt enim ex obvius & expoſitus plenuſque humanitate quam praecapit. Atque utinam ſic ipſe exemplum quod tunc ille de meis concepit, &c.* Nihil ego velim hinc veritati vendere longis logis, judicabit doctus aliquis; ſed nemo niſi qui uſu triverit Plinium. qui ex nullo auctore melius quam ſeipſo unquam interpretabitur. Et eam ego methodum ſuadeo inſiſtant omnes veterum auctorum tractatores, vulgo parum tritam. Librarium puto repetitione Praepoſitionis *ex* ſibi impoſuiſſe hoc loco, cujus ſonum auribus inhaerentem calamo concepit. BARTHIUS. Quae prodigia in vulgata lectione viderit popularis meus, nemo facile adſequatur: at quam ex libro ſuo protulit, ea monſtrum alit, & nullo ſemine auctoris, ſed ingenio & ſocordia librarii procreata eſt. Codices noſtri nihil variant.

2 *Obvius.*] Paratus, qui ſe ultro offert. CATAN.

3 *Humanitate.*] Quae vetat ſuperbum eſſe in ſocios, vetat avarum. Praeter ea autem, quae hac de re recitantur à *Seneca*, *Plato* humanitatem triplicem inducit: aliam, ait, per ſalutationem fieri, ut cum obvium quemlibet quis ſalutat, & dextram porrigens comiter excipit: aliam, cum in aerumnas jactato quis opem clementer impendit; tertiam, qua coenas & convivia inter ſe homines celebrant. At *Gellius* humanitatem non eſſe putat, amorem erga homines, quem φιλανθρωπίαν Graeci vocant, etſi ſignificet dexteritatem quandam benevolentiamque erga omnes homines promiſcuam: ſed humanitatem, quam iidem Graeci παιδείαν vocant, nos eruditionem, inſtitutionemque in bonas artes, quas qui ſinceriter cupiunt appetuntque, ii ſunt vel maxime humaniſſimi. Et hanc videtur Cicero pro Archia etiam expreſſiſſe. IDEM.

4 *Quam ſpem tunc* ille *de me.*] Sic recentiores impreſſi, atque conſentit MS. Riccardianus, & alii quidam. At Mediceus: *quam ſpem tunc* & *de me concepit.* Alii: *quam ſpem tunc de me concepit*, quos ego libenter ſequerer. Pueriliter Helmſtad. & Voſſ. *ſic ipſe* ſpem, quam *tunc ille* cet.

5 *At ego nunc illas miror.*] Recte faciunt, qui legunt *Aut*; debet autem ei ſimplex comma praemitti, quia illud *multum*, quod praecedit, & ad *addidit* refertur, etiam ad *miror* referendum eſt, cum alias τὸ *magis* non habeat, quo pertineat. SCHEFFER. Haeret hic vitium, cuius emendationem libris noſtris, ut alia debebis. Mediceus nempe, Riccard. & Bongarſ. optimi Codd. *Aut ego nunc*, quod iam ab aliis occupatum, nunc multo tutius Plinio tribuetur. Tribuit iam Aldus priore editione. Senſu autem alio, ac putat Schefferus, particula iſta intelligenda eſt. Servit enim correctioni, & idem fere notat, ac ſi ſcriptum eſſet: *ſaltem aut niſi forte nunc illas magis miror*, cet. Terentius in Andria: *Dehinc poſtulo*, ſive *aequum eſt*, *te oro Dave.* Livius Lib. XLII. cap. XLII. *Nihil inſanabile commiſi*, aut *fruſtra clementiae veſtrae fama vulgata per gentes eſt.* Manifeſta eſt correctio in illis Ovidii Amor. Lib. II. Eleg. XVI. vs. 17. ubi nullo praecedente *Aut*:

Aut *iuvenum comites iuſſiſſent ire puellas*,
Si fuit in longas terra ſecanda vias.

Sic & apud alios particulae *vel*, *ſeu*, *ſive* ſemel tantum exprimuntur, ut cognoſcas ex iis, quos laudavit Cl. Burmannus ad Valer. Flacc. Lib. I. vs. 100. Unde & hic intelligere queas, quaſi ſcriptum eſſet: *ut ille* aut *multum virtutibus ſuis addidit*, aut *ego nunc* cet. Ipſe tamen priori rationi inſiſto. Porro ne ſic quidem ſententia integra eſt, etiamſi legas: *Aut ego nunc illas miror, quia*, cet. Nam quod Schefferus exiſtimat *multum* ex ſuperioribus penes verbum *miror* exaudiendum eſſe, hoc rem non conficit. Si iam olim Euphraten penitus inſpexit, multum etiam mirari eum debuit. Non morabor te diutius. Scribendum ex veterrimo Mediceo & Lindenbr. *Aut ego nunc illas* magis *miror*, *quia* magis *intelligo.* Simile peccatum librariorum correximus Lib. VIII. Epiſt. XXIV. n. 2. & Lib. IX. Epiſt. XXI. n. 2. CORTE.

6 *Pictore.*] Non injucundum fuerit huc referre Apellem pictorem perfecta opera proponere ſolitum tranſeuntibus, atque poſt ipſam tabulam latentem judicium vulgi experiri: feruntque à ſutore

[1] ſculptore, [2] fictore, niſi artifex judicare: ita niſi ſapiens non poteſt perſpicere ſapientem. Quantum mihi tamen [3] cernere datur, multa 5
in Euphrate ſic eminent & elucent, ut mediocriter quoque doctos [4] advertant, & adficiant. Diſputat ſubtiliter, graviter, ornate, frequenter etiam [5] Platonicam illam ſublimitatem & [6] latitudinem effingit. Sermo eſt copioſus, & varius: dulcis imprimis, & qui repugnantes quoque [7] ducat & impellat. [8] Ad haec proceritas corporis 6
& decora facies, demiſſus capillus, ingens & [9] cana barba: quae licet fortuita & inania putentur, illi tamen plurimum venerationis acquirunt.

ſutore notatum quod in crepidis pauciores anſas una intus feciſſet. Eodem poſtero die ſuperbe ob emendationem priſtinae annotationis cavillante circa crus, indignatum Apellem denunciaſſe, ne ſupra crepidam ſutor judicaret. quod ipſum poſt in proverbium venit, quo admonemur ne ſupra noſtram artem judicemus, & convenit cum Caecilio, ne ſcilicet judicemus rem, quam non novimus. CATAN.

1 *Sculptore.*] Marmorario, ſtatuario, & qui pocula facit ἀνάγλιφα quanquam ſint qui diſtinguant, ut ſculptor ſit, qui ſcalpello ſtatuas effingit: ſtatuarius, qui alio modo: quia apud Plinium caput ſit de ſculptoribus & ſtatuariis. IDEM. In Riccardiano eſt *ſcalptore*, idemque vocabulum in margine ab antiqua manu, tamquam ſingulare, adnotatur. Coniungit iſta tria etiam Tullius II. de Nat. D. cap. LX. *Itaque ad* pingendum, *ad* fingendum, *ad* ſcalpendum *apta manus eſt.* Ita IV. Academ. cap. XXXI. *Non enim eſt e ſaxo* ſcalptus, *aut e robore dolatus*, ut eſt apud Nonium cap. II. n. 235. Edd. Ciceronis habent *ſculptus*. Eadem varietas eſt apud Ovidium X. Metam. vs. 248 apud Plinium Lib. XX. Hiſt. Nat. ubi *pictores & ſcalptores* coniunguntur. adde Eiusdem XXXVI. Hiſt. Nat. cap. IV. ſqq. Infra Mediceus: *niſi ita ſapiens*. CORTE.

2 *Fictore*] Qui & figulus dicitur, ex creta & argilla vaſa componens. CATAN.

3 *Cernere.*] Vera eſt diſerte ſcriptura ſcripta: *quantum mihi tamen conari datur.* Nimirum ſe in artificibus locare pudore non vult, etſi ad eorum ſummam adſcendere conari non diffiteri. BARTHIUS. Non placet acumen Barthii, licet ex Arnzen. notatum habeamus: *quantum tamen mihi* canere *datur.* Ex hac certe, aut ſimili ſcriptura illud *conari* extitit, cum *cernere*, quod optimi libri habent, vel praecedentia *intelligere* & *perſpicere* vindicent.

4 Advertant *& adficiant.*] Perperam Riccard. & Lindenbr. *evertant & adficiant.* Male etiam Voſſ. & Edd. nonnullae *vertant*, Vide ad Lucani Lib. VIII. vs. 857.

—— —— quem *non tumuli venerabile ſaxum*
Advertet.

5 *Platonicam ſublimitatem.*] De qua late Fabius. Platonem divinum appellat *Columella:* & *Diogenes* Platonicae orationis geminum ſtilum, ſed utrumque ſummum tradit. CATAN.

6 *Latitudinem*] Ubertatem, amplam facundiam. Reſpexit Plinius ad nomen. Nam quidam ajunt fuiſſe exercitatum apud Ariſtonem palaeſtritam, à quo Platonem pro egregio corporis habitu cognominatum, cum prius Ariſtoteles ex avi nomine vocatus eſſet. Sunt qui ab orationis ubertate & mira latitudine, ſic appellatum putent, ſive quod ampla fuerit fronte, ut Neanthes ſcribit auctore *Laërtio.* IDEM.

7 *Ducat & impellat.*] Riccard. *& qui repugnantis quoque* dicat, *impellat*, & Copula quidem ab aliis etiam duobus exſulat. Si *impellere* pro evertere, proſternere, cepiſſet, aptiſſimum erat *ducat* aut *impellat*; at iſta notio *dulci ſermoni* non, niſi importune, tribuatur. Quare obſequar membranis, & legam, *ducat*, *impellat* h. e in partes ſuas trahat, permoveat. Conſule notata ad Salluſt. Cat. cap. XXVI. n. 4. *Antonium pactione provinciae* perpulit, *ne contra remp. ſentiret.* Tacit. I. Hiſt. cap. VII. *A legatis bellum* ſuadentibus, *poſtquam* impellere *nequiverint*, *crimen ac dolum compoſitum ultro* Lucanus Lib. VIII. vs. 453.

—— —— —— *Non plura locutus*
Impulit *huc animos* . . . *victa eſt ſententia Magni.*

CORTE.

8 *Ad haec.*] Poſt animi bona enumerat & corporis ac fortunae. CATAN.

9 *Cana barba.*] Apollonius Tyaneus in epiſtolis

7 runt. [1] Nullus horror in [2] cultu, nulla triſtitia, multum ſeveritatis; reverearis occurſum, non reformides. [3] Vitae ſanctitas ſumma, comitas par. Inſectatur vitia, [4] non homines. [5] Nec caſtigat errantes, ſed emendat. [6] Sequaris monentem attentus, & [7] pendens: [1] &

ſtolis adverſus Euphratem, inquit: *Baculus erat tibi tunc, & barba cana & ingens, praeter haec nihil.* CATAN.

1 *Nullus horror, &c.*] Fere eodem modo legit Barthius: *nullus horror in cultu, nulla triſtitia, multum ſeveritatis, reverearis occurſum, non reformidas.* Ultima haec verba (pergit) de Catonis quadam hiſtoria manaſſe arbitror. Belle vero vir emendandi prudentiſſimus *Janus Gruterus*, qui hanc periodum ita ex MS. & VV. Edd. ſcripſit; cui accedere ſibi manuſcriptum noſtrum norit. Illud de inſerendis vocibus commentum non placet. Quod enim vultui erat adhibendum; id noſter Plinius mox τῷ occurſu expreſſit. *Reverendam* non & *timendum* Stiliconem ſuum facit Claudianus, aliumque virum gravitate eximium Symmachus in Epiſtolâ Auctario Juretiano inpacta. BARTHIUS

2 *Vultu.*] In quibusdam legitur: *in vultu.* Ac Solebant oſtentatores philoſophiae ducere ſupercilium, & concinnare ſeveram frontem, parandae famae gravitatis. Qnanquam iidem & ſordes in cultu, ſive veſtitu, praeferebant, ne quicquam praeter virtutem aeſtimare viderentur. Quare non abſurde quidam Gruteri amicus conjecit: *Nullus horror in cultu, in vultu nulla triſtitia.* Ut utrumque exprimeretur, & cultus ſordibus, & frons auſtera. BUCHNER. Omnes noſtri Codd. *in cultu.* Arnzen. *nullus honor in cultu*, ſed id quidem male. Velleius Lib. II. cap. XI. de Mario. *Natus equeſtri loco*, hirtus *atque* horridus, *vitaque ſanctus.* Ita *horridum* & *incomtum* conjungit Cicero, & *horrorem capilli* dixit Apuleius. Lege interpretes ad Petron. Sat. cap. XCIX. *Stetitque in limine* barbis horrentibus *nauta.* Lucilius Lib. XXVIII. *Adde eodem* triſtis *ac* ſeverus *philoſophus.* Apud Nonium cap. IV. n. 455. qui tamen perperam *triſtem* exponit *doctum.* Alibi de vocabulo illo diximus plura. Unum hic addamus Ciceronem, qui IV. de Finib. cap. XXVIII. horridiores *evadunt, aſperiores, duriores & oratione & moribus, quam illorum* triſtitiam *atque aſperitatem fugiens Panaetius, nec* acerbitatem *ſententiarum* cet. Infra Voſſ. *reverearis* ut *occurſum.*

3 *Vitae ſanctitas.*] *Integer vitae, ſceleriſque purus.* ſanctitas & ſanctimonia pariter Latine dicuntur: nam & illo *Fabius*, & hoc *Cicero* uſus eſt. ſed ſanctitudo vocabulum Apuleianum neſcio quid majoris dignitatis habet. Sanctum interdum quod ſacrum & religioſum, interdum incorruptum. cui ſententiae videtur accedere Martianus primo. ff. *Sanctum*, inquit, *eſt quod ab injuria hominum defenſum eſt atque munitum.* Dictum autem à *ſagmine* quadam herba, quam legati Romanorum ferre ſolebant, ne quis eos violaret. Aggenus Urbicus, ſanctum eſt plerumque ut incorruptum, & à *ſanciendo* ſanctum dicitur. & Ulpianus: *Sancta proprie dicimus, quae nec ſacra nec profana ſunt, ſanctione enim quadam confirmata.* Et Donatus, *ſanctum*, dixit, eſſe *quod eſt omni obſervatione inviolatum.* CATAN.

4 *Non homines.*] Taxat vitia, non vitioſos: in quam ſententiam ad Numatium Martialis:

Hunc ſervare modum noſtri novere libelli,
Parcere perſonis, dicere de vitiis.

IDEM.

5 *Nec caſtigat errantes.*] Si propoſitum reſpicias, nam alias ne emendare quidem poterat, niſi ut prius caſtigaret. Caſtigatio igitur non fuit eius ſcopus. Haec eſt ſententia. SCHEFFER.

6 *Sequaris.*] Hoc ad ſanctitatem Euphratis referendum eſt, qua plurimum ſane movere poterat. Notus eſt Menandri verſus ſuper quo Plutarchus alibi diſputat:

Τρόπος ἐσθ' ὁ πείθων τοῦ λέγοντος, οὐ λόγος.
Mores movent dicentis, haud oratio.

Vide & Fabium lib. XII. cap. II. BUCHNERUS.

7 *Pendens.*] Suſpenſus. exſpectans etiam poſtquam dixerit. Hinc,

Narrantis conjux pendet ab ore viri.

Ovidius. CATAN. Non eſt *ſuſpenſus* & *exſpectans*; quod vult Catanaeus, ſed adhaerens, qui non poteſt deſerere quem, qui ſine quo non poteſt eſſe aequo animo. Abſolute ita poni, hic notandum. SCHEFFER. Immo recte Catanaeus, & additum *attentus*, modo vere capias, adfirmat *pendentem* hic non alium eſſe, quam ſuſpenſum & inhaerentem gratiſſimis monitis, ut alibi rebus *intenti* ab iis *pendere* dicuntur. Dicuntur & *in-*

[1] & perſuadere tibi, etiam cum perſuaſerit, cupias. Jam vero [2] libe- 8
ri tres, [3] duo mares, quos diligentiſſime inſtituit. [4] Socer Pompejus
Julianus, cum caetera vita, tum vel hoc uno magnus & clarus, quod
ipſe provinciae princeps hunc, inter [5] altiſſimas conditiones, ge-
nerum, non honoribus principem, ſed ſapientia elegit. Quan- 9
quam quid ego plura de viro, quo mihi frui non licet? An,
[1] ut

inhaerere, adfixi eſſe. Vide Weitzium ad Valer. Flacc. Lib. I. vs. 481.

— — — pendebat *ab aſtro*;

& Drackenborch. ad Silii Lib. VIII. vs. 93.

— — — *ab imagine* pendet.

Quinctil. Lib. XI. cap. III. *Dominatur autem maxime vultus. Hoc* pendent *homines, hunc intuentur, hunc ſpectant, etiam antequam dicamus.* Sic ille & alii ſaepius. Quae ſtatim ſubiunguntur, iſtam vocabuli ſignificationem eſſe arripiendam, ſatis evincunt. Inepte Bongarſ. & Lindenbr. *&* *prudens*. CORTE.

1 *Et perſuadere tibi, &c.*] Sic & Pal. lepideque prorſus dictum; cujus gratia interierit, ſi aliud quid admiſerimus. GRUTERUS. Ferri fortaſſe poteſt, quid ſi tamen adjecta negatione legas, *etiam cum non perſuaſerit*, hoc eſt, etiamſi in re ab eo diſſentias, dulcedine tamen orationis ejus capiaris? CASAUBON. Haec ſcriptura ſane Pliniana videtur. Liber noſter rem decidere poterit, referendo: *Sequaris monentem attentus, & pendens. Et perſuadere tibi etiamnum cum perſuaſerit, cupias.* Ita omnino liber; etſi τὸ *pendens* videatur aeque *prudens* legi poſſe; ſi quis me ſententiam popoſcerit Caſaubonum Pliniano Genio ſatisfeciſſe arbitrer. Multa enim ſunt in dogmatibus Philoſophicis, quibus etiam ſumma comitate & eloquentiâ ſua ſuadente aliquo animus cujuſlibet non acquieſcat, qui cum haereat, ab auctoritate & veneratione praeceptoris praejudicatae doctrinae & judicii, mallet perſuaderi propter opinionem magiſtri, à quo diſſentire nefas velut arbitratur, etſi animum ut ſententiae accedat, vincere penitus non poſſit. Hîc genuinus ſenſus videtur, nolim tamen Grutero talium exactiſſimo Cenſori contradicere, cujus rationes iſta ſcribens non vidi; petendas enim ait ipſe ex libris ſuſpicionum, quos nos quidem dudum eſt cum deſideramus, quibus familiariori quadam acie optimi & perſpicaciſſimi ſenis ingenium cognitum eſt. BARTH. Hoc comitati eius, de qua paullo ante Noſter, adſcribendum: tum orationis dulcedini, quae, ut ſupra laudabat, repugnantes etiam duceret atque impelleret. Senſus igitur eſt: tantam comitatem & gratiam orationi & monitis eius adfuiſſe, ut licet corrigeret & emendaret, tamen non tantum non offenderet ſuis ſermonibus, ſed ita teneret ac duceret audientes, ut, licet perſuaſi iam eſſent omnia, plura tamen in eam ſententiam audire cuperent, quaſi nondum eſſent perſuaſi. BUCHNER. Codd. noſtri omnes omnino Grutero favent, & Caſaubonus pervertit ſenſum, ſuum *non* infarciendo. Vel iſta *attentus & pendens* alia omnia ſuadent, aut nexus totus tollendus eſt. Interim Mediceus: *&* perſuaderi *tibi, e. c. p. cupias.* non male, atque ita Ed. P. Stephani. Riccard. vero & reliqui *perſuadere.* Helmſtad. & Arnzen. *perſuadere*, ſine particula *&*. Infra Voſſian. *Iulianus, cum* etiam reliqua, tunc, *vel hoc*, cet.

2 *Liberi.*] Liberi pro filiis ſecundum Cajum ſemper proferuntur numero plurium, liberorum appellatione etiam foeminae intelliguntur, auctores ſunt JCti, & ſequentia indicant, cum poſt liberos tres, ſubdit duos mares & foeminam. Quinimmo referente Calliſtrato, nepotes & pronepotes caeterique, qui ex his deſcendunt, continentur: hos enim omnes liberorum appellatione lex XII. tabularum comprehendit. CATAN.

3 *Duo mares.*] Subaudi & tertiam foeminam. *Lucianus* in Dialogo, qui inſcribitur *Philopſeudes*, memorat Euphratem habuiſſe filios duos, quorum alter juvenis Mnuſon, & minor Euphratides nomine, quindecim annis natus, in palaeſtra ſe exercebant, eorumque matrem nomine Demaneten, tunc mortuam viſam ab Euphrate, dum libellum Platonis de anima legeret. Haec *Lucian.* IDEM.

4 *Socer.*] Euphratis. IDEM.

5 *Altiſſimas conditiones.*] Divitias, nobilitatem, honores, quibus Julianus excellebat, An, quod magis placet, cum eſſent multi & natalibus & opibus ac caeteris fortunae bonis praeſtantes, qui nuptias filiae ſuae ſtudioſe peterent. IDEM. *Hunc, inter altiſſimas conditiones, generum*, Haec eſt ſcriptura fidiſſimi Medicei, neque

hunc

[1] ut magis angar, quod non licet? Nam diſtringor [2] officio, [3] ut maximo, ſic moleſtiſſimo. Sedeo [4] pro tribunali, ſubnoto [5] libellos, conficio [6] tabulas, ſcribo plurimas, ſed [7] illiteratiſſimas literas. Soleo

hunc expungi meruit, quod alii Codd. aetatem unici illius non adtingentes neglexerunt. Melius Catanaeus, Stephani & alii, qui retinuerunt. *Conditiones*, autem poſteriore parte adnotationis ſuae recte cepit Catanaeus Arnobius Lib. IV. pag. 175. *Uxores enim dii habent, atque in conjugalia foedera* conditionibus *veniunt ante quaeſitis.* ubi Heraldum adeas, ut & Colvium ad Apulei. II. Florid. pag. 181. Et ſic infra Epiſt. XIV. n 9. *Hic quoque in* conditionibus *deligendis ponendus eſt calculus.* CORTE.

1 *Ut magis angar, &c.*] Senſus eſt: Magis crucier cum ſaepius illius, quo non, ut volo, frui licet ob occupationes publicas, mentionem faciam, CATAN. Scribe: *An magis angar, quod non licet*, omiſſo *ut.* CASAUB. Ita tamen diſtinguendum putavi cum veterrima editione. Poſteriores quippe, *An ut magis angar? quod non licet.* GRUTER. Veram diſtinctionem reperias etiam in Edd. Gryphii; ut fruſtra ſit Caſaubonus, qui contra MSS. conſenſum particulam *ut* expellit.

2 *Officio*] Praefectura aerarii, in qua collegam habuit Cornutum Tertullum. CATAN.

3 *Ut maximo, ſic moleſtiſſimo.*] Eadem repetit in fine orat. paneg. ſcil. Praefecti aerario, & ante hos, Quaeſtores, Praetores, Tribuni (ſic enim invenio mutata nomina praefectorum aerario) pecunias quoquomodo expenſas & acceptas in tabulas publicas reponebant. nam inter caetera legatis ſumptum dabant, & quae ad rempublicam ſpectare videbantur, diſtrahebant. IDEM.

4 *Pro tribunali.*] *Tribunal eſt ubi judex ſedet populo jus dicturus.* Pro tabulatis excreſcentibus Plinius ſenior utitur. Fabius notat eos, qui *tribunale* quam *tribunal* malunt dicere. IDEM.

5 *Libellos.*] Quos vulgo *ſupplicationes* appellamus. quare ſupplices & querulos *Martialis* vocat. *Secundus* pro accuſationibus alibi poſuit, & *Ulpian.* pro denunciatione, fere in idem concurrente Apuleio. *Fabius* etiam fieri libellos brevi annotatione memoriae cauſa teſtatur: at libella fabrorum & agri diviſorum eſt inſtrumentum. IDEM. Subſcribo, ſcribo in calce libelli, quid cenſeam de re propoſita per libellum, paucis brevibusque verbis. Vide Gutherium de Offic. Dom. Aug. Lib. I. cap. XXXV. SCHEFFER.

6 *Tabulas.*] In quibus rationes aerarii reponebant quanquam legerim apud Capitolinum, praefectos aerario tabulas publicas habuiſſe, quibus nomina ingenuorum puerorum referebant, ut ſi forte aliquis cauſam liberalem diceret, teſtationes inde produceret, quod Antoninus philoſophus etiam per provincias inſtituit. CATAN.

7 *Illiteratiſſimas litteras.*] Inornatas, forenſes, vulgares, ſtilo infimo, quibus utuntur rationarii (in) nominibus: quem locum minus feliciter *Sidonius* conatus eſt mutuari, *Illiteratiſſimis*, inquit, *literis vacans.* Videamus ergo, ſi placet, non importune, an omnes tunc Latine loquerentur, & quid ſit Latine loqui: quod ſane nihil aliud eſt, quam uti lingua Latia, & Romana. Nam *Cic.* inquit, *non tam praeclarum eſt ſcire Latine, quam turpe neſcire: neque tam id mihi oratoris boni, quam civis Romani proprium videtur*; & Pollionem legimus juſſiſſe filios loqui Latine, adeo ut Graece vel difficile, vel raro loquerentur. Livius libro 1. cap. 27. *Magna pars Fidenatium, ut qui coloni additi Romanis eſſent, Latine ſciebant.* Et à Varrone Fabioque, ubi de analogia diſputatur, quaeritur, *an aliud ſit Latine loqui, aliud grammatice*: nullam enim loquendi legem, ſed obſervationem quidam voluere, ut ipſam analogiam nulla res alia fecerit, quam conſuetudo. Quare Vitruvius ſe excuſat, *ſi quid contra grammaticam locutus ſit, quaſi Latine ſcripſerit, & non grammatice:* utitur enim interdum verbis quae grammaticus non admitteret. quamvis interdum Latine loqui, ſumatur pro eleganti ſermone uti. Hinc Juvenal. dixerat: *Cum ſit turpe magis noſtris neſcire Latine.* & Seneca l. v. Epiſt. *Nunc vulgo breviarium dicitur, olim cum Latine loqueremur, ſummarium vocabatur.* Ex verbis M. Tullii colligitur, grammaticam paulo ante ſuum ſeculum in urbem invectam: *Cum ſit*, inquit, *quaedam certa vox Romani generis, urbiſque propria, in qua nihil offendi, nihil animadverti poſſit, nihil ſonare aut olere peregrinum. hanc ſequimur, neque ſolum ruſticam aſperitatem, ſed etiam peregrinam inſolentiam fugere diſcamus. Equidem cum audio ſocrum meam Laeliam, ſic audio, ut Plautum mihi, aut Nevium videar audire, ſono ipſo vocis ita recto & ſimplici eſt, ut nihil oſtentationis, aut imitationis afferre videatur: ex quo ſic locutum ejus patrem judico, ſic majores: & ſunt praecepta Latine loquendi, quae puerilis doctrina tradit, & ſubtilior cognitio, ac ratio literarum alit, aut conſuetudo ſermonis quotidiani, ac domeſtici libri confirmant,*

&

Soleo nonnunquam (nam idipſum [1] quando contingit!) de his occupa- 10
tionibus apud Euphraten queri. Ille me conſolatur; affirmat etiam,
eſſe hanc philoſophiae, & quidem pulcherrimam partem, agere nego-
tium publicum, cognoſcere, judicare, promere, & exercere juſti-
tiam, [2] quaeque ipſi doceant, in uſu habere. Mihi tamen hoc unum 11
non perſuadet, ſatius eſſe iſta facere, quam cum illo dies totos au-
diendo, diſcendoque conſumere. Quo magis te, cui vacat, hortor,
cum in urbem proxime veneris (venias autem ob hoc maturius) illi
te

& lectio veterum. Caeſar quidem ſolum, & quaſi fundamentum oratoris. vides elocutionem emendatam & Latinam, cujus penes quos laus adhuc fuit, non fuit rationis aut ſcientiae, ſed quaſi bonae conſuetudinis. Mitto C. Laelium, P. Scipionem: aetatis illius iſta fuit laus tanquam innocentiae, Latine loquendi, nec omnium tamen: nam illorum aequales Caelium & Pacuvium, male locutos videmus. Verum omnes tum fere, qui nec extra urbem hanc vixerant, nec eos aliqua barbaries domeſtica infuſcaverat, recte loquebantur: ſed hanc certe rem deteriorem vetuſtas fecit & Romae & in Graecia. Confluxerunt enim Athenas & in hanc urbem multi inquinate loquentes ex diverſis locis: quo magis expurgandus eſt ſermo, & adhibenda quam abſterſa ratio, quae mutari non poſſit, nec utendum praviſſima conſuetudinis regula. T. Flaminium, qui cum Q. Metello conſul fuit, pueri vidimus, exiſtimabatur bene Latine loqui, ſed literas neſciebat. At Caeſar rationem adhibens, conſuetudinem vitioſam & corruptam pura & incorrupta conſuetudine emendat. Declaratur ergo *Latine loqui*, nihil aliud fuiſſe, quam uti verbis Romanis, propriis, & incorruptis, etiam non adhibita grammaticae ratione; & fuiſſe tempus, quo omnes Romani ſine ulla regula Latine loqui poterant, & aſſueverant: poſtea in urbem confluentibus advenis, & priſcorum lingua perturbata, paululum deflexiſſe ad vernaculam noſtram. quod, qui tunc erant ingenio acutiſſimo cernentes, de grammatica & Latinitate certas regulas tradidere. Nam & Tranquil. in lib. De grammaticis, ediſſerit, *ſero grammaticam in urbem Romam invectam*, ſcilicet inter ſecundum & tertium bellum Punicum, & vulgares ſermones fuiſſe meminit. Sic & Juvenalis conqueritur *linguam peregrinam in urbem introductam.* & Apuleius in limine ſuae Metamorph. aſſerit *ſe linguam Latinam didiciſſe nullo praeeunte magiſtro, at labore aerumnali.* Quod ſi omnes tunc Latine locuti fuiſſent, quid opus erat ſummo cum labore per ſe literas diſcere, cum in urbe verſaretur? verum quia tunc non conſuetudine, ut prius, ſed grammaticorum praeceptis literas diſcebant Romani, dixit *aerumnali labore:* id tamen non admodum mirabile, ſi Apuleius per ſe literas Latinas didicit, cum noſtra tempeſtate Benedictus Jovius Comi natus per ſe Graecas edidicerit. Quod autem M. T. II. Tuſculan. refert, *ſuas orationes judicio multitudinis approbatas, popularem enim facultatem eſſe, & effectum eloquentiae:* non ideo crediderim, omnes dicendi vim ſenſumque percepiſſe, ſed alios aliqua, quoſdam pauca admodum, ut nunc aſſolet in concionibus pro fide, pleroſque inſuper nihil intelligentes laudaſſe ſupra caeteros. Catan. Imitatur Sidonius Lib. IV. Epiſt. III. *Qui etiam cum perorant (ſalva pace potiorum) turba numeroſior* illitteratiſſimis litteris *vacant.*

1 Quandoque *contingit.*] Mediceus, Bongarſ. Helmſtad. Lindenbr. & alii: *quando contingit.* In Riccardiano fuit quidem *quandoque*, ſed τὸ *que* iam olim eſt abraſum. *quando contingit* iam Aldus atque alii vulgarunt, & genuinum erit, ſi recte diſtinguas. *Quandoque* autem apud meliores Latinorum aliud denotat, quam hoc loco denotare debet. ea de cauſſa neque Cellarius admittere voluit, ſed cum antiquis Edd. *quando* repraeſentare tutius eſſe putavit. Paullo poſt *apud Euphraten* ſcripſi ex Mediceo & Riccardiano, ut ſupra Epiſt. II. n. 2. *Demoſthenen.* Quatuor autem ſcripti, in iis ipſe Riccardianus, *queror* habent, pro *queri.* Corte.

2 *Quaeque ipſi doceant.*) Nempe *philoſophi*, licet praeceſſerit *philoſophiae.* de qua Figura Gronovius Lib. III. de Pec. Vet cap. XVII. Plura collegimus ad Lucani Lib. III. vs. 690.

—— — nec ceſſat naufraga virtus:
Tela legunt *deiecta mari.*

Salluſt. Cat. cap. XVII. extr. *Simul confiſum*, ſi coniuratio *valuiſſet, facile apud* illos *principem futurum.* Eadem ratione a Concreto, ut nominatur, tranſeunt ad Abſtractum, quod ad

 eun-

12 te [1] expoliendum limandumque permittas. Neque enim ego (ut multi) invideo aliis [2] bono, quo ipſe careo: ſed contra ſenſum quendam, voluptatemque percipio, ſi ea, quae mihi denegantur, amicis video [3] ſupereſſe. *Vale.*

XI. C. Plinius [4] Fabio Justo S.

Conqueritur de Fabio Juſto, quod tamdiu nihil ſcriberet.

[5] OLim mihi nullas epiſtolas mittis. Nihil eſt (inquis) quod ſcribam: [6] at hoc ipſum ſcribe, nihil eſſe, quod ſcribas; vel ſolum illud, unde incipere [7] priores ſolebant, *Si vales, bene eſt; ego valeo*

eundem Criſpum monui Iug. cap. LXXXV. n. 12. Similis eſt ſtructura in illis Senecae de Clement. Lib. II. cap. V. Miſericordia *eſt triſtitia ex alienis malis contracta, quae accidere immerentibus* credit. Corte.

1 *Expoliendum limandumque.*] Inveni *excolendum limandumque*; Mediceus: *extollendum limandumque*, minus recte. *Expolire* & *limare* eleganter coniunguntur, ut patet ex Sidon. II. Epiſt. X. ibique notatis. Noſter infra Lib. II. Epiſt. V. n. 1. *perpolire* ſimili ſenſu uſurpat. Vide ad Lib. V. Epiſt. XI. n. 3. Ita & *mores polire lege* habemus apud Petron. Sat. cap. IV. Sed Tullium ſuum ſequitur, qui Lib. III. de Orat. cap. XXXIV. *Quis Dionem Syracuſium doctrinis omnibus* expolivit? *non Plato?*

2 *Bonum.*] Elegantius, quam *invideo bono.* Catan. Suſpiceris itaque Catanaeum in libris *bono* reperiſſe. Sed quidquid eius fuerit, certe integerrimus Mediceus diſerte: *invideo aliis* bono, & haec loquendi ratio iſto aevo obtinebat. Habes eamdem infra Lib. II. Epiſt. XX. n. 8. Lib. III. Epiſt. VIII. n. 2. & Lib. IX. Epiſt. XIII. n. 6. Egimus de illa ad Lucani Lib. VII. vs. 798.

Invidet igne *rogi miſeris.*

Quamobrem haud cunctanter *bono* reſcripſi, pro *bonum.* Corte.

3 *Supereſſe*] Licere: vel potius abundare. *Gellius.* Catan.

4 Fabio Justo S.] Mediceus ignorat illud *Fabio*, at Riccard. omittit *Suo.* Illi facile accedimus, non huic.

5 *Olim* nullas mihi *epiſtolas.*] Veterrimi MSS. Mediceus & Riccard. item Arnz. *Olim* mihi nullas *epiſtolas*, quem poſitum praetuli, cum propter librorum praeſtantiam, tum quod certo ſcio ab ignavis hominibus transpoſitas eſſe voces, ne duo *m* in *Olim mihi* concurrerent. Refutavimus obſcuram iſtam diligentiam ad Salluſt. Cat. Excurſu II. & ad Lucani Lib. IV. vs. 778.

Ac ſi quis medium metuens *correpſit in agmen;*

ubi fecerant: *Ac ſi quis* metuens medium *corr. i. a. Olim* hic eſſe iam pridem, a longo tempore, adſcripſerat Barthius. Sic Lib. VIII. Epiſt. IX. princ. Olim *non librum in manus, non ſtilum ſumſi.* Olim *neſcio, quid ſit otium.* Vegetius Lib. I. cap. XXVIII. *Ita cura exercitii militaris primo negligentius agi, poſtea diſſimulari ad poſtremum* olim *in oblivionem perducta cognoſcitur.*

6 *At hoc ipſum ſcribe.*] Æmulatus eſt Cicer. qui ad Atticum inquit: *Tu mihi & ſi nihil erit quod ſcribas, tamen ipſum ſcribas velim, te nihil habuiſſe, quod ſcriberes.* Catan.

7 *Priores.*] Veteres. Idem. Cicero nempe, ut ex Epiſtolis ejus conſtat, & alii ejus aetatis uſque ad tempora Claudiana. Seneca Epiſt. XV. *Mos antiquis fuit, uſque ad meam ſervatus aetatem, primis Epiſtolae verbis adjicere*: Si vales bene eſt, ego valeo. *Recte & nos dicemus*, Si Philoſopharis, bene eſt. *Valere enim hoc demum eſt. Sine hoc, aeger animus eſt.* Buchner. *Priores*, id eſt, veteres, antiqui, ut apud Maronem, Horatium, Valerium Flaccum aliosque, quod aliquoties ad Papinium ſuum notavit Barthius. Vide eum ad Lib. IV. Silv. I. vs. 28. ad I. Theb. vs. 688. IV. Theb. vs 32. VI. Theb. vs. 302. adde Burmann. ad Valer. Flacc. Lib. IV. vs. 351 &, ne Poeticum putes, Tacitus III. Annal. cap. LV.

Nec

valeo. Hoc mihi ſufficit; [1] eſt enim maximum. Ludere me putas? 2
[2] ſerio peto. Fac ſciam, quid agas: quod ſine ſollicitudine ſumma neſcire non poſſum. *Vale.*

XII. C. PLINIUS [3] CALESTRIO TYRONI S.

Corellii Rufi voluntarium obitum propter longam pedum aegritudinem in ſinu amici Caleſtrii deflet, ſeque ideo maxime affligi teſtatur, quod amiſerit vitae ſuae moderatorem.

JActuram graviſſimam [4] feci, [5] ſi jactura dicenda eſt tanti viri amiſſio. Deceſſit [6] Corellius Rufus, & quidem ſponte, quod dolorem meum exulcerat. Eſt enim luctuoſiſſimum genus mortis, [7] quae non

Nec omnia apud priores *meliora, ſed noſtra quoque aetas multa imitanda poſteris tulit.* & alibi.

1 *Eſt enim maximum.*] Arnzen. *eſt* mihi *maximum* Voſſian. *eſt*que mihi *maximum*, quod Gryphius expreſſit. perperam omnino.

2 *Serio.*] Graviter, vere. Serium enim triſte & ſine riſu dixit antiquitas. extat Afranii auctoritas apud Nonium: *Non ego te novi triſtem, ſeverum, ſerium.* Sed juniores etiam hoc uſi ſunt, qualis Capitolinus, Fabius, ut & Curtius: *Itaque res in ſerium verſa eſt.* At *ſerius* comparativum à *ſero* diverſae ſignificationis eſt. CATAN. Helmſtad. *ſerio peto, fac ſciam: quid quod ſine ſollicitudine ſumma n. n. p.* male.

3 *Caleſtrio Tyroni.*] Fuerunt iiſdem temporibus Tyrones tres, *Caleſtrius Tyro*, ad quem alibi Caecilius, qui etiam meminit *Junii Tyronis*: tertius *Aponius Tyro.* CATAN. *Caleſtrio* deeſt in MS. Mediceo; at Bongarſ. *Cileſtrio* ſcribit.

4 *Feci.*] Ita quidem editiones noviſſimae. Sed exoletae habent *fero*, ſic etiam Pal. ut forte fuerit: *Jacturam graviſſimam! ſi jactura, &c.* Voxque altera acceſſerit ob ignorationem talis exclamationis. Certe eadem res nocuit Plinio Lib. II. Ep. X. Ubi enim legitur: *Nominem te patientem, vel potius durum, ac pene crudelem, qui tam inſignes libros tamdiu teneas.* reponendum fide vetuſtarum editionum & Palatini codicis: *Hominem te, &c.* GRUTER. Noſtri etiam MSS. *Iacturam. g. fero*, ex ignorantia notiſſimae hodie dictionis. Veterrimi tamen libri veram lectionem ſervarunt. Mediceus nempe aperte *feci*, & Riccard. utramque ſcripturam exhibet, praebens *feroci*, ſed ut mediae litterae *ro* punctis confodantur. Unde non erat, quod Gruterus ad conjecturam prolaberetur.

5 *Si jactura.*] Dubitat an hoc verbum *jactura* conveniat tantae calamitati, perinde ac ſi aliud verbum perquirat, quo ſignificantius atrocitatem mali oſtenderet. CATAN.

6 *Coroelius Rufus.*] *Coroelium* equitem Rom. Ateſte genitum, ſuomet ſurculo caſtaneam inſeruiſſe in Neapolitano agro ſcribit Plinius avunculus, quae ab ipſo nomen inter laudatas accepit. Fuit *Coroelius Rufus* juriſconſultus ſpectatiſſimus, à Caecilio cum admiratione dilectus, a quo in petendis honoribus ſuffragator & teſtis aſſumptus, in inchoandis deductor, in gerendis conſiliarius. Unde Plinius, ut paria *Coroelio* faceret, poſt ejus obitum *Coroelii* ſororem & filiam ſemper tuitus eſt; dum *Coroelius* viveret, fuit ſummae auctoritatis apud Nervam Imperatorem: mortuus autem ſub Trajano. IDEM. Vitioſe Gryphius: *Cornelius Rufus*, qui tamen infra recte *Corellium* dedit. ita enim eſt in MSS. niſi quod tres *Corelius*, unus autem *Cordius* ſcribant.

7 *Quae non ex, &c.*] Volunt tribus humanam contineri vitam, *natura, fato, fortuna*: *Natura* C & XX. annos conceſſos eſſe, *fato* XC. *fortunae* omnes alios caſus, ut ſunt ruina, incendia, naufragia, venena, voluntariae mortes. Unde Virg. de Didone Aen. Lib. IV. vs. 696. dixit:

Nam quia nec fato, merita nec morte peribat,
Sed miſera ante diem, ſubitoque accenſa furore.

2 non ex natura, nec fatalis videtur. Nam [1] utcunque in illis, qui
morbo finiuntur, magnum ex ipſa [2] neceſſitate ſolatium eſt; in iis vero
[3] quos arceſſita mors aufert, hic inſanabilis dolor eſt, quod creduntur
3 potuiſſe diu vivere. Corellium quidem ſumma ratio, quae ſapien-
tibus pro neceſſitate eſt, ad hoc conſilium compulit: quanquam
plurimas vivendi cauſas habentem, [4] optimam conſcientiam, opti-
mam famam, maximam auctoritatem: praeterea [5] filiam, [6] uxorem,
4 [7] nepotem, [8] ſorores, interque tot [9] pignera, veros amicos. Sed
tam longa, tam iniqua valetudine conflictabatur, ut haec tanta

[1] precia

M. T. in Philip. *Multa mihi imminere videbuntur praeter naturam, praeterque fatum.* CATAN. Mediceus ille: *quae non ex natura, nec* facilis *videtur.* Librarii, ut opinor, vitio. Vide modo quae Gellius ſuper locum Tullii, quem Catanaeus adſcripſit, de differentia *naturae* & *fati* diſputat Lib. XIII. Noct. Attic. cap. I. Similiter Iuſtinus Lib. II. cap. II. n. 13. *Neque plus hominum ferrum & arma, quam* naturalis fatorum *conditio raperet.* Spartianus Adriano cap. IV. *Commendo tibi provincias, ſi quid mihi* fatale *contigerit.* Supra Helmſtad. *quod dolorem meum exuberat*, pro *exulcerat.*

1 *Utcumque.*] Referendum eſt ad ſequens *magnum.* Eſt autem *utrumque magnum*, quod non ſimpliciter magnum, ſed ſuo modo tale, quatenus eſſe magnum poteſt. Quod hic elegantem habet ſententiam, ſi adtendatur illa infirmitas omnium ſolatiorum paganicorum contra mortem, de qua ſcriptores Chriſtiani ſaepiſſime. SCHEFFER.

2 *Neceſſitate.*] Id eſt, fato: quo mortales aegritudine & morbo intereunt circa XC. annum, modo ſerius, modo velocius ſecundum fata. CATAN. Signate *neceſſitate*, ut *naturae neceſſitatem* Seneca, Gallus Aſinius aliique dixerunt. Lege quae congeſſit Gronov. Lib. II. Obſerv. cap. II. Salluſt. Iug. cap. XIV. n. 15. *Pater, uti neceſſe erat*, naturae *conceſſit.* Cicero IV. in Catil. cap. IV. *Mortem aut* neceſſitatem naturae, *aut laborum ac miſeriarum quietem eſſe.* Hinc apud Tacitum *neceſſitas* praeciſe, item *neceſſitas ultima*, *ſuprema* pro quacumque morte: item apud Capitolin. Gordianis cap. XXII. At Treb. Pollio Tyrann. cap. XXXI. *Occiſa, ut alii adſerunt*, fatali neceſſitate *conſumta.* Helmſtad. in *ipſa neceſſitate*, pro *ex.* perperam. Mox Riccard. & Arnzen. *in* his *vero*; Helmſt. *in hiis*, ut ſolent librarii. CORTE.

3 *Quos accerſita.*] Qui manus ſibi inferunt, & ſponte moriuntur. CATAN. *Accerſita* vulgo ſcribebant. At Mediceus *arceſſita*, neque aliter ſcribendum eſſe, piget prope admonere, cum toties ab aliis inculcatum ſit. Vide, ſi tanti, ad Lucan. Lib. I. vs. 166. Is etiam adpoſite Lib. IV. vs. 483.

— *extremae momentum abrumpere lucis,*
Arceſſas *dum* fata *manu.*

Hic quoque vulgares libri *Accerſas.* Infra Lindenbr. Voſſ. Helmſt. & Arnz. *quod creduntur* poſſe *diu vivere.* vitioſe. CORTE.

4 *Optimam conſcientiam.*] Haec non leguntur in Mediceo; at in Helmſtad. ſequentia *optimam famam* deſiderantur. Unde patet librarios iterata voce *optimam* deceptos eſſe. Certe *bona conſcientia* non minus, quam *bona fama* inter *cauſſas vivendi* eſt, de quibus vide Interpp. Iuvenalis ad Sat. VIII. vs. 84.

Summum crede nefas animam *praeferre* pudori,
Et propter vitam vivendi *perdere* cauſſas.

5 *Filiam.*] Coroeliam Hiſpullam intelligit. CATAN.

6 *Uxorem.*] Hiſpullam. IDEM.

7 *Nepotem.*] Filium Coroeliae Hiſpullae bonae indolis. IDEM.

8 *Sorores.*] Quarum altera Coroelia Fuſco erat matrimonio conjuncta. IDEM.

9 *Pignera.*] Cognationes: in quem ſenſum bis in orat. paneg. uſurpat, hoc vocabulo latius uſus quam apud alios, praeter unum Tacitum, invenerim. Hic enim Lib. XVI. Hiſtoriar. inquit, *ne in caetera pignora ſaeviret*: non ſolum filiam, ſed & generum, & alios cognatos intelligens. Ideo autem *pignora* appellata, quia ſunt amoris hypothecae, ſed proprie liberos pignora dicimus, quia ſunt arctiſſimum conjugii vinculum. Alias *pignus* ſecundum Ulp. eſt, *quod ad creditorem tranſit*: at Cajus dicit, *pignus proprie*

rei

[1] precia vivendi mortis rationibus vincerentur. Tertio & triceſi-
mo anno ([2] ut ipſum praedicantem audiebam) pedum dolore corre-
ptus eſt. [3] Patrius hic illi. Nam plerumque morbi quoque per ſucceſ-
ſiones quaſdam, [4] ut alia, traduntur. Hunc abſtinentia, [5] ſanctita- 5
te, quoad viridis aetas, vicit & fregit: noviſſime eum ſenectute in-
graveſcentem, viribus animi ſuſtinebat. Cum quidem incredibiles 6
cruciatus, & indigniſſima tormenta pateretur (jam enim dolor non
pedibus ſolis, ut prius, inſidebat: ſed omnia membra pervagabatur)
veni ad eum Domitiani temporibus, in ſuburbano jacentem: Servi è
cubiculo receſſerunt. [6] Habebat [7] hoc moris, quoties intraſſet fide- 7
lior

rei mobilis conſtitui. IDEM. *Pignera* ſcribit Voſſian. & Riccard. Diximus ad Lucani Lib. II. vs. 370.

Pignera *nulla domus, nulli coiere propinqui.*

1 *Precia.*] Pignora intelligit. CATAN. Pignora intelligit, dicit Catanaeus, quod eſt ineptum. Pignora dantur pro re obtinenda. Sic pignora vitae erant, quibus obtinetur & ſervatur vita. Nil tale noſter vult hoc loco, ſed de pretiis vitae loquitur, quae ipſi ſunt mercedes, praemia, fructus. Hoc vult, etiamſi tot amici, cognati, liberi potuerint videri tanti, ut poſſet videri non exiguum percipere vitae ſuae commodum, ſi eam in ipſorum utilitates protenderet, tamen maluit ea carere. SCHEFFER. Ita tamen Schefferus nihil aliud dixit quam Catanaeus, ſi tantum amici, cognati & liberi intelligendi ſunt. *Pretia vivendi* ſunt omnes *cauſſae vivendi*, quas enumeravit, aut, ut Gronovius ad Plinii Hiſt. Nat. Lib. XXII. cap. VI. expoſuit, *blandimenta vitae.* Ibi avunculus Noſtri: *Addidere* vivendi pretia *deliciae luxusque.* Similiter apud Lucanum *pretium furoris, connubii pretium tertia iam ſoboles*, & infinita talia apud alios.

2 *Ut ipſum* praedicantem *audiebam.*] Plurimi MSS. noſtri aliorumque & aliquot impreſſi ignorant illud *praedicantem.* Cum tamen veterrimi libri agnoſcant, tentari non debet. Salluſt. Iug cap. XIV. n. 12. *Ego ſic exiſtumabam, ut* praedicantem audiveram *patrem meum.* Cat. cap. XLVIII. extr. *Ipſum Craſſum ego poſtea* praedicantem audivi, *tantam illam contumeliam ſibi ab Cicerone impoſitam.* unde ſimul vis verbi cognoſcitur, quam oſtendit idem B Iug. cap. CVIII. n. 3. Pro *praedicantem audivi* Cicero aliquoties adhibet *audivi cum diceret*, de quo egimus ad Lib. III. Fam. Epiſt. VII. n. 7. CORTE.

3 *Patrius.*] Hic morbus erat in patre Coroelii, unde non ſua intemperantia, ſed ex genitura parentis podagra correptus eſt. Nam Galenus aſſerit, *quoſdam morbos, uti podagram & artericam ex haereditate tradi, quia ſperma in parente vitiatum neceſſario filiorum pedes debilitat.* Avicenna etiam ſuperioribus addidit phthiſin & lepram. CATAN.

4 *Ut alia.*] Talia ſunt effigies, geſtus, mores, patrimonia, quae transmittuntur filiis. IDEM.

5 *Sanctitate*, quoad *viridis aetas, vicit e. f.*] *ſanctitate* i. e. temperantia & caſtitate. Sic laudatur infra Epiſt. XXII. BARTH Ita & infra Lib. III. Epiſt. III. princ. *vir graviſſimus & ſanctiſſimus* vocatur. adde Lib. II. Epiſt. IX. n. 4. & Epiſt. XI. n 5. & Criſpum Iug. cap. LXXXV. n. 40. ubi diximus nonnulla. Velleius Lib. II. cap. XXIX. *innocentia eximius*, ſanctitate *praecipuus.* MSS. Voſſ. exhibet: *abſtinentia ſanctitateque viridis aetas vicit & fregit*, ut Gryphius edidit. non placet. *Viridis* hoc ſenſu infra occurrit Lib. VII. Epiſt. XXIV. princ. Mox Riccardianus: *noviſſime* eum *ſenectute ingraveſcentem*, quomodo etiam, contra fidem ceterorum librorum omnium, Ed. Hackiana. minus eleganter. Paullo poſt Mediceus & Voſſ *cum quidem* incredibilis *cruciatus*, ἀρχαικῶς. Nec aliter Plinii aetate ſcribebant.

6 *Habebat enim.*] Coroelius. Legitur etiam loco *enim* is. CATAN Ma lem *habebant*, ut reſponderet τῷ *receſſerunt ſervi*, cum praeſertim mox ſequatur & de uxore *digrediebatur.* Liquet enim, ſermonem eſſe non de Corellio, ſed his. SCHEFFER. Sit ſermo de ſervis, tamen vel ſic *habebat* locum tuetur, ut explicat Catanaeus. Nihilominus etiam in Excerptis Lindenbr. *habebant* notatum video. Ceterum optimi libri Mediceus & Riccard *Habebat hoc moris*, cum vulgati *enim* immittere ſoleant Non his; ſed illis parendum eſſe duxi. Infra idem Mediceus: etiam *uxor*; ſed alii omnes: quin etiam *uxor.*

7 *Hoc moris.*] Ut juberet ſervos faceſſere è thalamo. CATAN.

lior amicus, quinetiam uxor, quanquam omnis [1] ſecreti capaciſſima,
8 digrediebatur. [2] *Circumtulit oculos, & cur* (inquit) *me putas hos tan-*
tos dolores tamdiu ſuſtinere? ut, ſcilicet iſti [3] *latroni vel uno die ſu-*
perſim. [4] *Dediſſes huic animo par corpus, feciſſet quod optabat.* Af-
fuit tamen Deus voto, [5] cujus ille compos, ut jam ſecurus [6] liberque
9 moriturus, multa illa vitae, ſed minora, [7] retinacula abrupit. Incre-
verat valetudo, quam temperantia mitigare tentavit; [8] perſeverantem
conſtantia fugit. Jam dies alter, tertius, [9] quartus. abſtinebat cibo.
miſit

1 *Secreti* capaciſſima, *digrediebatur.*] Cui tuto arcana omnia committi poterant. Pluribus hanc notionem illuſtramus ad Lucani Lib. I. vs. 461.

— — — *animaeque* capaces
Mortis,

ubi *rapaces* abſurde tentabant. Mediceus: *digradiebatur*, argumento aetatis ſuae. Sic alibi veteres libri: *refrangere*, *diſpargere*, *diſpartiri*, *impartire*, *detractare*. Vide ad Criſpum Iug. cap. LIII. extr. & ad Lucan. I. vs. 384. & Lib. III. vs. 657. Similiter ſupra n. 6. Helmſtad. *inſedebat*, pro *inſidebat*, offert.

2 *Circumtulit oculos.*] An alii adeſſent praeterquam Caecilius, viſurus. CATAN.

3 *Latroni.*] Male intelligunt, qui de podagra locutum ſentiunt, quod ſcilicet hic morbus etiam latera invaſerat. Nullum enim id ſecretum, ſed potius *Domitianum* indicaſſe dicimus, ſe avare & crudeliter in principatu gerentem. Optabat igitur Coroelius tamdiu vivere, donec interitum Domitiani videret, ſic poſtea libenter moriturus. IDEM.

4 *Dediſſes.*] More ſuo ſubtraxit, *ſi*: quod etiam Martial. in III. Ep. XXXVIII. fecit:

Audieris, dices eſſe Maronis opus

pro *ſi* audieris, & alii. Senſus eſt, ſi ita corpore ſicut animo valuiſſet, ſupervixiſſet Domitiano. IDEM. Occidiſſet Domitianum. BARTH. Interfecto ſcilicet Domitiano, ut ſupereſſet latroni. SCHEFFER. Hi rectius, quam Catanaeus. Ellipſin iſtam particulae *Si* multis exemplis confirmavimus ad Salluſt. Iug. cap. LXIV. n. 5. *Dimidia pars exercitus ſibi permitteretur, paucis diebus Jugurtham in catenis habiturum.* & copioſius ad Lucani Lib. X. vs. 191.

— — *ſpes* ſit *mihi certa videndi*
Niliacos fontes, bellum civile relinquam.

Mamertinus Paneg. cap. XVIII. Suſpendiſſes *benevolentiam tuam*, *& tuae iſti in me liberalitati contra mores tuos artificii aliquid* addidiſſes, *forſitan rogaſſem*, Bono illi viro, qui hic *adfuiſſet*, aut *ſtetiſſet* malebat pro *dediſſes*, ſatisfactum eſt ad Lucani Lib. X. vs. 448. CORTE.

5 *Cujus ille compos.*] Voti compotem dicimus eum, qui quod intendit obtinuit. CATAN.

6 *Liber.*] Sub Trajano optimo principe, qui libertatem per Nervam reductam, in melius augebat. IDEM.

7 *Retinacula.*] Cognationes, amicos, bonam conſcientiam, & reliqua. *Retinacula*, quae retinere potuiſſent Coroelium in vita, ſed minora, quam rationes, quae contra occurrebant. IDEM.

8 *Perſeverantem conſtantia fugit.*] *Perſeverantem* morbum ſcilicet. qui quia mitigari non poterat, ſed manebat idem, ideo plane quaeſivit eum effugere, idque per conſtantiam temperantiae, quam mox inediam adpellat. SCHEFFER. Haec paullo melior, quam Catanaei expoſitio: niſi quod *conſtantia* non de *conſtantia temperantiae*, ſed de conſtanti moriendi conſilio, quod infra declaratur, intelligenda eſt. Sic *conſtans* non modo imperterritus, timori haud obnoxius dicitur, quod obſervat Daviſius ad Caeſar I. B. Gall. cap. XL. & ad Lib. III. cap. XXV. ſed etiam ſingulatim qui mortis metui non cedit. Ita *conſtantiam* Perdiccae laudat Iuſtin. XIII. cap. III. n. 8. & Lyſimachi Lib. XIV. cap. III. n. 9. Saepius eodem ſenſu Tacitus, ut Lib. I Ann. cap. LIII. *Cervicem percuſſoribus obtulit*, conſtantia mortis *haud indignus Sempronio nomine.* Lib. XIII. cap. XXX. *Haud creditus ſufficere ad* conſtantiam *mortis ſumendae.* Lib. XV. cap. LXIII. *Sit huius tam fortis exitus* conſtantia *penes utrosque par, claritudinis plus in tuo fine.* & ſic ille paſſim ſupra Helmſtad. *quam temperantia mitigare* conſuevit *tentavit.* CORTE.

9 *Quartus.*] Subint. *Erat*, *quo*. CATAN.

1 *Hi-*

miſit ad me uxor ejus [1] Hiſpulla communem amicum C [2] Geminium cum triſtiſſimo nuncio, deſtinaſſe Corellium mori : nec aut ſuis aut filiae [3] precibus flecti, ſolum ſupereſſe me , à quo [4] revocari poſſet
ad vitam. Cucurri : perveneram [5] in proximum , cum mihi 10
ab eadem Hiſpulla [6] Julius Atticus nunciat , nihil jam , ne me quidem impetraturum: tam obſtinate magis ac magis [7] induruiſſe. Dixerat ſane medico admoventi cibum, [8] κέκρικα. Quae vox quantum
admirationis in animo meo, tantum deſiderii reliquit. Cogito, quo 11
amico, quo viro caream. Implevit quidem annum ſeptimum [9] & ſexage-

1 *Hiſpulla.*] *Hiſpullae* meminit Juvenalis, & Caecilii amitam fuiſſe lego IDEM.

2 *Geminium.*] Ad hunc plures extant Caecilii epiſtolae, & ad Trajanum ejus quoque meminit. Papinius inſuper ad legem Juliam de *adulteriis*, retulit Adrianum reſcripſiſſe *C. Roſiano Geminio. Geminii* fit mentio in memoriis Mediolanenſibus & apud Forum Julii *L. Geminii Meſii* curatoris aerarii Mediolanenſis. IDEM. Mediceus: *C. Germanium.*

3 *Precibus* flecti.] Eaedem membranae : *precibus* inflecti. Criſpus Iug. cap. LXIV. n. 3. *Poſtquam haec atque talia dixit , neque animus Marii* flectitur. item cap. LXII. n. 8. & alibi. Lucan. Lib. II. vs. 350.

Hae flexere *virum voces.*

Lib. VIII. vs. 107.

— *duri* flectuntur *pectora Magni.*

Contraria eſt Noſtro Lib. X. Epiſt. XCVII. n. 3. *inflexibilis obſtinatio.*

4 *Revocari poſſet ad vitam.*] Frequens locutio de illis, qui ſuadendo , orando aut aliis modis efficiunt , ut alius moriendi conſilium abiiciat. Vide Gronov. ad Senec. Hippol. vs. 264.

Haud facile quisquam ad vitam revocari *poteſt.*

5 *In proximum.*] In propinquum aedium. CATAN.

6 *Julius Atticus.*] Cujus eloquentiam & Graecam facundiam cum familia laudat Martialis Lib. VII.

Attice, facundae renovas qui nomina gentis, &c.

Atticum eximie coenaſſe tetigit Juvenal. *Julius Atticus* tempeſtate Columellae laudem meruit, quod de una ſpecie culturae, pertinentis ad vites , ſingularem librum edidit. IDEM. Voſſian. *Iulius Accius* ; Arnzen. *Actius.* Mox Helmſtad. & Arnz. *ne me quidem imperaturum* , pro *impetraturum.* Idem Helmſtad. voces *ac magis* omittit.

7 *Induruiſſe.*] Omnino mori decreviſſe. Imitatio Catulliana , *jam Catulle obſtinatus obdura.* CATAN.

8 Κέκμηκα.] *Vixi cum labore, ſuſtinui, mortuus ſum.* κεκμηκότας enim ſecundum Pollucem mortuos appellat Thucydid. & Ariſtot. in Ethicis. Praeteritum irregulare eſt à verbo κάμνω , id eſt laboro. Alia exempl. habent κέκρικα , id eſt *decrevi* , ſcilicet mori , ἀπὸ τοῦ κρίνω. IDEM. De utraque lectione *Stephanus.* Et quidem ultimam priori praefert , quia Plinius poſt dicit: *Cogito , quo viro caream.* Magni enim eſſe viri hoc etiam verbum κέκρικα videtur exiſtimare. De priori autem : Ego & ſignificationi hujus verbi & ſententiae hujus loci magis convenire dico, ut interpretemur *defeſſus ſum* , ut ſubaud. *vivendo.* Q. d. Taedet me vitae. Κέκρικα igitur eſt *ſtatui* , *decrevi* ſc. mori , ut Virg de Didone: *Decrevitque mori* , male vero exponitur vulgo *judicavi.* STEPH. Ineptum eſt illud κέκμηκα, licet Arnz. & Lindenb. MSS. ac impreſſi aliquot occinant. Sane in optimis libris Mediceo , Riccard. Bongarſ. aliis diſerte ΚΕΚΡΙΚΑ legitur. Idem dicit Atticus apud Corn. Nepot. cap. XXI. n. 6. *Nam* mihi ſtat *alere morbum deſinere.* Simile habemus apud Statium , & de Cornelia Lucanus Lib. IX. vs. 110.

Decrevit*que pati tenebras* ———
Compoſita in mortem iacuit.

Lege infra Epiſt. XXII. n. 10.

9 *Et ſexageſimum.*] Mediceus : *& ſexagenteſimum* , ridiculo lapſu , ſed qui ſcribae facilis fuit , quoniam is *ſexagenſimum* , pro *ſexageſimo* ; *quin-*

qua-

ageſimum, quae aetas etiam robuſtiſſimis ſatis longa eſt, [1] Scio. Evaſit perpetuam valetudinem, Scio. Deceſſit ſuperſtitibus ſuis, florente republ. quae illi omnibus ſuis charior erat, & hoc ſcio. [2] Tamen, tanquam & juvenis & firmiſſimi mortem doleo: doleo autem, licet me imbecillum putes, [3] meo nomine. Amiſi enim, [4] amiſi vitae meae teſtem, rectorem, magiſtrum. [5] In ſumma dicam, quod recenti dolore contubernali meo [6] Calviſio dixi, Vereor ne negligentius vi-

quagenſimum & alia ad eam formam ſcribere ſolet. Sic ſupra hac Ep. n. 4. dedit ille *tricenſimo*, pro *triceſimo*. Lib. II. Epiſt. I. n. 4. *octogenſimum*.

1 *Scio*] Omnino legendum eſt, ut verbum *ſcio* praecedentem ſententiam claudat, & hic & duobus deinceps locis, non inchoet, ut in aliis edit. Sic in Epiſt. XXI. Lib. IX. Tale illud Symmachi ad Auſonium. Lib. I. Ep. 17. *Quaeſtor es: memini, Conſilii regalis particeps; ſcio. Precum arbiter, legum conditor: recognoſco.* CASAUBON. Conſentit lectioni *Gruterus*, ſecutus judicium Caſauboni, & *Buchnerus*, allegans & Epiſt. XXII. Lib. IX. ubi Plinius, *iraſceris*, ait, *ſcio: & iraſceris merito, hoc quoque ſcio.* ſic venuſtior loci facies eſt. Significat igitur Plinius non ignorare ſe rationes, quas leniendo ſedandoque dolori ſubjicere poſſet Caleſtrius, hîc autem ipſe perſtringit; eas tamen impares eſſe, neque ſufficere ad compeſcendum luctum, quo ex amici caſu tabeſceret. Quare aliis & plane novis ſolatiis opus eſſe. BUCHNER. Simili ſtructura Lib. IX. Epiſt. V. n. 3. *A quo vitio tu longe* receſſiſti, ſcio. Diximus ad Cic. III. Epiſt. I. n. 3. & ad Salluſt. Cat. cap. LII. n. 13. Infra Helmſtad. *deceſſit ſuperſtitibus*, ſine vocabulo *ſuis*. at Mediceus: *quae illi omnibus carior erat*, illic *ſuis* omiſſo, uterque, mea ſententia, perperam.

2 Ego *tamen t. e. i. &* fortiſſimi morte *doleo.*] Gratia ſit libro Mediceo, qui hunc locum egregie purgat. Primo ille τὸ *Ego* ignorat, quod hic nulla vi ab iis tantum adpictum eſt, qui *Tamen* ab initio non poni poſſe putarunt. Aliud docuimus ad Cicer. XIV. Epiſt. XIII. n. 2. & ad ea Criſpi Cat. cap. XX. n. 12. Tamen *ſumma lubidine divitias vincere nequeunt.* Deinde incommodum eſt vocabulum *fortiſſimi.* At optime Mediceus *firmiſſimi*, quod etiam in Lindenbrog. Excerptis reperio. Perpetuo iſta commutantur inter ſe, ut videas ex dictis ad Lucani Lib. II. vs. 473.

——— — *quamquam* firmiſſima *pubes*
His ſedeat caſtris.

ut ibi eſt in plurimis MSS. Ante nos edebant illic: *fortiſſima pubes.* Hic *firmiſſimi*, ubi vigorem corporis, robuſtum & viridem hominem fingit, valde adpoſitum eſt. Sic Paneg. cap. IV. *Iam* firmitas, *iam proceritas corporis ... nonne longe lateque principem oſtentant?* Tacitus III. Annal. cap. XXXI. *Eius anni principio Tiberius, quaſi* firmandae valetudini, *in Campaniam conceſſit.* Iſta *corpora* firmare *cibo* apud Livium & alios. Sed vel contrarium *infirmus* rem conficit, & quod Secundus infra Lib. III. Epiſt. IX. n. 11. *robuſtiſſimum* & *firmiſſimum* coniungit. Denique illud *morte doleo* ſatis Latinum eſt, fateor, & in alio ſcriptore non temere ſollicitari permitterem: at elegantia Plinii noſtri non patitur iſta coniungi: *morte doleo... meo nomine.* Quare ex iisdem membranis repoſui *mortem doleo.* Sic apud Tullium, Tacitum alioſque: *Tuam* vicem *doleo.* Salluſt. Cat. cap. XL. n. 2. *Et quaſi* dolens *eius* caſum *requirere coepit.* ubi vide Lucan. Lib. VIII. vs. 627.

——— ——— *ne cede pudori*,
Auctorem*que* dole *fati.*

Adde Cic. in Bruto cap. I. ubi ſimili varietate *morte*, & *mortem doleo* legitur. CORTE.

3 *Meo nomine.*] Mea cauſa. CATAN.

4 Amiſi *vitae meae teſtem.*] Deeſt verbum *amiſi* in Mediceo. Iſta tamen iteratio adfectui ſcribentis optime convenire videtur. Adi Celeb. Burmann. ad Valer. Flacc. Lib. VII. vs. 44. & quos nominavimus ad Salluſt. Cat. cap. XX. n. 14. & ad Lucani Lib. I. vs. 225. De ipſa illa Corellii laude lege Lib. III. Epiſt. XX. n. 5. & Lib. IV. Epiſt. XVII. n. 6.

5 *In ſumma.*] Sic M. T. & Martialis, *ad ſummam omnium dixit.* Hoc dicendi genere utimur, cum aliquid concludimus. CATAN.

6 *C. Calviſio.*] Hujus in memoriis marmoreis fit mentio. Fuit is Secundo arctiſſima familiaritate conjunctus, unde hic & alibi ſuum contubernalem appellat: validiſſime etiam amavit *Calviſium*, nepotem, *C. Calviſium* arcta propinquitate

vivam. Proinde adhibe ſolatia mihi: non haec, *Senex erat*, [1] *Infirmus erat* (haec enim novi) ſed nova aliqua, ſed magna, quae audierim nunquam, legerim nunquam. Nam quae audivi, quae legi, ſponte ſuccurrunt, ſed tanto dolore ſuperantur. *Vale.* 13

XIII. C. Plinius [2] Sosio Senecioni Suo S.

Laudat ſua tempora, quibus ingenia longe proferebantur, ſed auditorum ignaviam taxat: ſe vero aſſerit omnium recitationibus adfuiſſe, indeque tardius in urbe reſtitiſſe.

MAgnum [3] proventum poëtarum annus hic attulit. Toto menſe Aprili [4] nullus fere dies, quo non [5] recitaret aliquis. Juvat me, quod vigent ſtudia, [6] proferunt ſe ingenia hominum, & oſtentant: tametſi ad audiendum pigre coitur. Plerique in [7] ſtationibus ſedent, 2
tempus-

tate complectentem. Erat enim filius ſororis. *C. Calviſii Januarii* Pontificis monumentum extat adhuc Mediolani, quod ei *Calviſia Rufina* filia fecerat. Calviſianae actionis JCti meminere. Catan.

1 *Infirmus erat.*] Haec deſiderantur in Helmſtad. Mox Arnzen. hoc *enim novi.* Deinde Riccard. *nam quae audii*, & Mediceus: *quae elegi*; & Arnzen. *ſponte ſuccurrerunt.*

2 *Soſio Senecioni.*] Hic alius fuit ab *Herennio Senecione*: ad eum ſcripſit Plutarchus Dionis vitam, quanquam pro *Soſi* mendoſe legatur *Socio.* Catan. *Senecioni* non viſitur in Mediceo.

3 Proventum *poetarum*] Ita Fabius *oratorum proventum.* Seneca *Socratici coetus proventum* nominavit. Vide, quae Bernegger & I. Fr. Gronov. adnotarunt ad Iuſtin. XIII cap. I. n. 12. *Neque enim umquam ante Macedonia, vel ulla gens alia tam clarorum virorum* proventu *floruit.*

4 *Nullus, &c.*] Accedit his Martial.

Auditur toto ſaepe poëta die.

& Juvenalis longa recitatione *columnas ruptas* exaggerat. Catan.

5 *Recitaret.*] Helmſtad. *incitaret*, & ſic idem codex infra n. 2. *incitator*, pro *recitator*, & n. 7. *inpetere*, pro *repetere*, ex male intellecta nota ſcripturae. Manifeſto errore. De *recitationibus* tunc temporis uſitatis vide ſupra Epiſt. V. n. 4. Infra Lib. II. Epiſt V. Lib VII Epiſt. XVII. Lib. VIII. Epiſt. XII. Dialog. de Orat. cap. X.

6 *Proferunt ſe ingenia* hominum.] Sic omnes libri, & tamen *τὸ hominum* diſplicebat viro docto. Sed vide, quae diximus ad Salluſt. Cat. cap. VIII. n. 3 *Sed quia provenere ibi* ſcriptorum *magna* ingenia. Verbum *Proferre* illuſtravimus ad Lucani Lib. VIII. vs. 702. & eodem, ac hoc loco, ſenſu infra Lib. IX. Epiſt. XIII. n 2. *Pulchra materia ſe* proferendi. Infra Helmſtad. *tametſi ad audiendum* pigreant, pro *pigre coitur.*

7 *Stationibus.*] In locis publicis, in quae poſt negocia ſolent cives convenire confabulandi, vel deſidendi gratia. Dicta *ſtatio*, quod ibi ad tempus ſtatur, de qua Juven. Satyr. XI. vs. 4. Item eſt locus, in quo naves ſtant ad tempus, & ubi milites ad tutelam ſtant, ſive caſtrorum, ſive oppidorum. Interdum pro cuſtodia, ut apud Tranquil. *abducta ſtatione militum:* aliquando pro ſtatu & conditione Vide Secundum in Paneg. & Ulp. tit *de Flaminibus*, cum Servio grammatico convenit, *ſtationem*, inquit, *dicimus à ſtando.* Is locus demonſtratur ubicunque naves tutae ſtare poſſunt. Catan. Significant & *municipiorum ſtationes* Vid Sueton. in Ner. Claud. C. XXXVII. ſic dictas ni fallor, quod legati municipiorum illic verſarentur. Adde Paul JC. Lib. VII. *Ex quibus cauſ major.* Torrent. Non ergo ſtabant tantum, licet a ſtando loca illa publica nomen accepiſſent ſuum, ac in eis ab initio fortaſſis tantum ſtaretur, ſed & frequenter ſedebant, quod notandum. Scheffer. Vide infra Lib. II. Epiſt. IX. n. 5.

1 Au-

tempuſque [1] audiendis fabulis conterunt, ac [2] ſubinde ſibi nunciari
jubent, an jam recitator intraverit, an dixerit [3] praefationem, an ex
magna parte evolverit librum: [4] tum demum, ac tunc quoque lente,
cunctanterque veniunt, nec tamen permanent, ſed ante finem rece-
3 dunt: alii diſſimulanter & furtim, [5] alii ſimpliciter & libere. At her-
cule [6] memoria parentum, [7] Claudium Caeſarem ferunt, cum [8] in Pala-
tio ſpatiaretur, audiſſetque clamorem, cauſam requiſiſſe: cumque
dictum eſſet, recitare [9] Nonianum, ſubitum recitanti inopinatum-
4 que veniſſe. Nunc ocioſiſſimus quisque multo ante rogatus, &
[1] iden-

1 *Audiendi.*] Sic libuit reſcribere cum Modio: cum prius legeretur litera amplius *audiendis fabulis*, ſenſu minus appoſito. Noſtrum iſtud vult, tempus auditorio debitum mutuis ſermonibus, iiſque de re non magna tranſmitti. Et ſic omnino legebatur in membranis Eraſmi Neuſtetteri, cujus memoria doctis omnibus, imo & ipſi doctrinae, jure ſancta. GRUTER. Modius emendationem iſtam propoſuit Novantiq. Lect. Epiſt. CVII. & legitur ſane *audiendi* in MS. Arnz. Bongarſ. & ipſis Edd. Gryphii. Mihi tamen, cum modo praeceſſerit: *ad audiendum*, hoc loco *audiendi*, minime placet, nec, quid ſibi Modius velit, cum adſerit, ſi *audiendis* legamus contrarium paene ſenſum effici, adſequor. Imo ſi *audiendis* cum MSS. Mediceo, Riccard. Lindenbr. Helmſtad. aliiſque tenemus, eleganter innui videtur, ineptiſſimis rebus illos homines *auditum* ſuum, cum poetis deberent, commodare. Revocavi itaque *audiendis fabulis*, iuſſu membranarum. Dictionem probe illuſtrat Pareus ad Fabii I. Inſt. Or. cap. XII. extr. *Ut tempora, quae ſpectaculis, campo, teſſeris, otioſis denique ſermonibus, ne dicam ſomno & conviviorum mora* conterunt, *geometrae potius ac muſico impendat.* Adde noſtra ad Salluſt. Cat. cap. IV. n. 1. *Socordia atque deſidia bonum* otium conterere. Sequens *ac* particulae *ſubinde* additum, deſideratur in Helmſtadienſi. CORTE.

2 *Subinde.*] Frequenter; in qua ſignificantia praeter ipſum alibi Valerius de Matello ſcribit: *Caſtrorum ſubinde locum mutavit*, & Columella utitur: *Stabula boum ſubinde emundanda, & equas ſubinde reſpicientes ſcribendo.* Sic Martialis Lib. I. & IV. Tranquil. in Julio Caeſ. *Subinde ſe obſervandum admonens.* Et Livius praedictis antiquior: *Ni ſubinde auro principum animi concilientur.* Plinius Sen Lib. VIII. *Atque in recentem ſubinde transfertur.* & *Ex eo ſubinde cernitur.* Et cap. de Chamaleonte: *Mutat namque colorem ſubinde & oculis & cauda & corpore.* CATAN.

3 *Praefationem.*] Eſt *praefatio*, quae ante opus praeponitur, conſilium ſcriptoris, & ſummam operis brevibus explicans. Non eſt pars operis, ut exiſtimant, cum dicatur omnino opus eſſe perfectum ſine praefatione. Ideo inventae ſunt ſecundum Cajum Juriſc. quod libentius nos ad lectionem perducant, & cum illuc venerimus, ejus evidentiorem praeſtant intellectum. IDEM.

4 *Tum demum.*] Leve eſt, ſed quod MS. Mediceus habet, non praetereundum duco. Is itaque cum Helmſtad. & tribus aliis praeſtat: *tunc demum.* Deinde Voſſian. *lente* ac *cunctanter veniunt.*

5 *Alii ſimpliciter.*] Sine ulla diſſimulatione. Opponitur enim *τῷ diſſimulanter.* SCHEFFER. Helmſtad. *ſimpliciter* alii *& libere*, qui ordo placet.

6 *Memoria parentum.*] Temporibus noſtrorum parentum, paulo ſupra aetatem noſtram. Ita ſolebant majores noſtri dicere. CATAN.

7 *Claudium Caeſarem.*] Quem Tranquillus aſſerit fuiſſe pertinaciter liberalibus ſtudiis deditum, ac multa ſcripſiſſe Graece & Latine. IDEM.

8 *In Palatio.*] Vocatur *Palatium*, auctore Dione, *domus regia Romanorum imperatorum, ubi Caeſares praetorem habebant.* quod olim Romuli domus, non procul à Tiberi, fere in media urbe P. Victor in decima regione locat. Antea *Pallantium* ſive *Pallanteum* dictum à *Pallanteo* urbe Arcadiae, vel à *Pallatio* urbe in agro Rheatino: alii quod *palantes* illuc cum Euandro venerunt, quidam à *Palantia* uxore Latini, ſive quod ibi pecus paſcens *balare*, vel *palare*, id eſt errare conſuevit. Alii à *Palantia* Hyperborei filia, quae ex Hercule Latinum peperit. Alii, quod *Pallas* ibi ſepultus ſit, quam opinionem Dionyſius arguit, tradens, Palantinum collem palatium dictum, confundente tempore certitudinem, & multis inconvenientium etymologiarum materiam praebente. IDEM.

9 *Nonianum.*] Fuit *Servilius Nonianus*, quem Plin.

[1] identidem admonitus, aut non venit, aut ſi venit, [2] queritur ſe
diem, quia non perdiderit, perdidiſſe. Sed tanto magis laudandi 5
probandique ſunt, quos à ſcribendi recitandique ſtudio haec audi-
torum [3] vel deſidia vel ſuperbia non retardat. Equidem prope [4] ne- 6
mini defui: erant ſane plerique amici. [5] Neque enim eſt fere quiſ-
quam qui ſtudia, ut non ſimul & nos amet. His ex cauſis longius, 7
quam deſtinaveram, tempus in urbe conſumpſi. Poſſum jam repe-
tere [6] ſeceſſum, & ſcribere aliquid, quod non recitem, ne videar,
quorum recitationibus adfui, non auditor fuiſſe, ſed [7] creditor.
Nam ut in caeteris rebus, ita in audiendi officio perit gratia, ſi
repoſcatur. *Vale.*

XIV.

Plin. ſenior conſulem vidit, & Quintilianus audivit, ingenio clarus, & ſententiis creber, minus preſſus quam hiſtoriae auctoritas poſtulabat. CATAN.

1 *Identidem.*] Saepius Liv. ab urbe condita: *Identidem, ne quis violaret, Thaſſalio ferri clamitatum eſt.* Apuleius: *Identidem boavi, non, non.* Curt. *Illa malis fatigata, identidem mulieris adhibere blanditias.* Cato in re ruſt. *ſuppletoque identidem.* & Columella: *locus identidem monere.* IDEM. *Et identidem admonitus* non legitur in Mediceo, librarii culpa.

2 *Queritur, &c.*] Senſus eſt: quisque ignavus lamentatur, ſi adfuit recitationibus, perdidiſſe diem in inutili, cum vere non perdiderit recitantes audiendo, ſed potius perdidiſſet ſi defeciſſet, & totum diem fabulis contriviſſet. CATAN. Mediceus: *q. non perdiderit.* Sic idem Codex pro *quia* ſcripſerat ſupra Epiſt. V. n. 12. Barthius ſuper haec videre iubet Lib. CLIV. cap. XIV. Adverſariorum ſuorum.

3 Vel *deſidia.*] Non adparet particula *vel* in Riccard. Helmſt. neque in aliis aliquot MSS. & impreſſis. Vindicat tamen eam Mediceus & Bongarſ. neque rarum eſt, particulas *&*, *vel*, *aut* & ſimiles, ubi bis ſcribi debent, ſemel ab negligentibus librariis negligi. Arnz. *non tardat.*

4 *Defui nemini.*] Audivi omnes. CATAN. Mediceus: *prope nemini* defuerant *ſane p. a.* Lindenbr. & Bongarſ. *propero nimis defui.* aperta vitia.

5 *Neque enim. &c.*] Senſus perſpicuus: turbant tamen libri in quibus aut: *quiſquam qui nos amet, ut ſtudia non ſimulet:* aut: *qui amet, ut ſtudia vel non ſimulet.* At Pal. habet; *quin nos amet, ut ſtudia non ſimulet.* GRUTER. Monet Gruterus in Palat. legi, *quin nos amet, ut ſtudia non ſimulet.* Illud *ſimulet* etiam in aliis occurrit. Quare puto locum totum ita legendum: *Neque enim eſt fere quisquam, qui nos amet, ut ſtudia non ſimul. Et his ex cauſis* &c. ſententia convenientiſſima. Vult oſtendere cauſſas longae morae in urbe, officia videlicet amicis praeſtanda, eaque, quae non poterant brevi tempore expediri, fuiſſe namque auſcultationes recitationum. Poterat quis dicere, unde tot recitationes? Reſpondet, quia qui mei ſunt amici, illi ſimul ſunt litterati, alios amicos vix habeo. Et quia habeo amicos non paucos, eosque litteratos, hinc eorum multae recitationes. SCHEFFER. Haec omnia fruſtra. Palatino quidem accedunt ex noſtris Bongarſ. Lindenbr. Helmſtad. Arnzen. Neque multum diverſus eſt Voſſ. qui habet: *qui nos ames, ut ſtudia vel non ſimules.* At receptam lectionem duo noſtri, Palatino longe praeſtantiores & vetuſtiores, Mediceus & Riccard. tuentur. Varietas illa inde orta eſt, quod Gloſſator ex *amet*, intelligendum eſſe *amat*, adſcripſerat. Eadem Figura eſt apud Cicer. II. Fam. Epiſt. XII. n. 5. Salluſt. Iug. cap. III. n. 4. cap. IV. n. I. Iuſtin. Praefat. n. I. paſſim, quod vel tirones norunt. Mox Mediceus *diſtinaveram* ſcripſit.

6 *Seceſſum.*] Sc. in villam. CATAN.

7 *Creditor.*] Ne audiendi mutuum ab illis repetere videar. IDEM. adeoque me illis officium praeſtitiſſe, quod viciſſim ab illis exigerem. GRONOV. Arnzen. *ne videar recitationis quorum adſui non* cet. & a manu ſec. *quorum recitationibus fui adſui*; & infra: *ſi reponatur*, Helmſt. autem a manu ſec. *ſi non repoſcatur*, abſurde.

XIV. C. Plinius [1] Junio Maurico Suo S.

Maurico ſuadet, ut filiam fratris deſpondeat Aciliano, quem à parentum ſplendore commendat, & honores geſſiſſe, opibuſque abundare, praeter virtutes, adfirmat.

PEtis, ut [2] fratris tui filiae proſpiciam maritum, quod merito mihi
potiſſimum injungis. Scis enim [3] quantopere ſummum illum vi-
rum ſuſpexerim dilexerimque: quibus ille adoleſcentiam meam ex-
hortationibus foverit, [4] quibus etiam laudibus ut laudandus viderer,
2 effecerit. Nihil eſt, quod à te mandari mihi aut majus aut gratius,
nihil quod honeſtius à me ſuſcipi poſſit, quam ut eligam juvenem,
3 ex quo naſci nepotes Aruleno Ruſtico deceat. Qui quidem diu quae-
rendus fuiſſet, niſi paratus & quaſi proviſus eſſet [5] Minicius Acilia-
nus, qui me, ut juvenis juvenem (eſt enim minor pauculis annis) fa-
4 miliariſſime diligit, reveretur ut ſenem. Nam [6] ita formari à me &
inſtitui

1 Iunio Maurico.] *Iunio* deeſt in Mediceo & Voſſiano. At Helmſt. pro *Maurico*, habet *Marito*; Bongarſ. Voſſ. & Lindenbr. *Marico*. Vide ſupra Epiſt. V. n. 15.

2 *Fratris tui.*] Aruleni Ruſtici. Catan.

3 *Quantopere.*] A Plinio eſt *quanto opere*, quod evincet nota ad Epiſt. VII. n. 3. Hic tamen omnes Codd. ſilent.

4 *Quibus etiam laud.*] Helmſt. *quibus & laudibus & laudandus v. e.* Arnz, *ut viderer laudandus.* Deinde Helmſt. *Nihil eſt* quidem *quod.* Variant etiam in aliis minutiis recentiores MSS. Sed cum veterrimi cum vulgata incedant, non opus eſſe exiſtimo, ut diverſitates illas adſcribam. Infra Mediceus: *Auruleno Ruſtico.*

5 *Munitius Acilianus.*] Hunc *Cor. Munitium Acilianum* appellatum, & ornamentum regionis ſuae, ſeu dignitate, ſeu moribus, natum ſplendidè, & facultatibus abundantem Lib. VII. ſcripſit Secundus. Catan. Alii pro *Munitius Acilianus* legunt *Minutius.* Steph. Palatinus MS. *Minutius Æmilianus Acilianus*, quod pro vero habuerim; ut ſcil. bina habuerit cognomina, ultimumque illud adoptationis notam. Gruter. Cum Palatino faciunt Lindenbr. Bongarſ. & Helmſtad. niſi quod in hoc corrupte exaratur: *Milicius Emulianus Attlinas.* Attamen & Riccard. hic habet *Milicius*, quod ortum eſt ex *Minicius*, quomodo Mediceus & hic & infra n. 5. hoc nomen ſcribit. Certe *Munitius*, qui Edd. aliquot occupavit, ab omnibus Codd. deſeritur; ipſe autem religioni duxi ab optimis libris recedere, & *Minicius* reſcripſi: tanto fidentius, quod tam *Minicii*, quam *Minucii* in Lapidibus aliiſque inſcriptionibus frequenter occurrunt. Simile vitium ſuſtuli infra Lib. VII. Epiſt. XXII. n. 2. Corte.

6 *Ita* a me *formari & inſtitui cupit.*] Riccard. Helmſtad. & Arnz. *ita formari* a me *& inſtitui cupit*, quem poſitum, cum ſit altero longe venuſtior, praetuli. Lindenbrog. perperam *informari.* Seneca Epiſt. XXXIV. *Qui ingenia educaverunt, & quae tenera* formaverunt, *adulta ſubito vident.* Epiſt. CXII *Cupio mehercule animum tuum* formari, *ut deſideras, &* inſtitui. Vide Bentlei. ad Horat. III. Od. XXIV. vs. 65.

—— —— & tenerae nimis
Mentes aſperioribus
Formandae *ſtudiis*

Eodem ſenſu *pueros* formandos *dare* eſt apud Ovid. IV. Ex Ponto Epiſt. XIII. vs 48. & infra Lib. VIII. Epiſt. XXIII. n 2 *formator morum* ac *magiſter* coniunguntur. Corte.

inſtitui cupit, ut ego [1] à vobis ſolebam. Patria eſt ei [2] Brixia, ex illa 4
[3] noſtra Italia, [4] quae multum adhuc verecundiae, [5] frugalitatis, atque etiam [6] ruſticitatis antiquae retinet ac ſervat. Pater [7] Minicius Macrinus, [8] equeſtris ordinis [9] princeps, quia [10] nihil altius voluit, allectus enim à Divo [11] Veſpaſiano inter [12] praetorios, honeſtam quietem huic

1 *A vobis.*] Maurico & Aruleno. CATAN.

2 *Brixia.*] Civitas in agro Cenomanorum ſita, ut Plinius & Ptolomaeus ſcribunt, à Gallis Juſtino auctore condita, quam gentis Cenomanorum caput fuiſſe Livius aſſerit. IDEM.

3 *Noſtra.*] Tranſpadana, ſicut Veronenſes alibi *ſuos* appellat. IDEM. Mediceus: & *illa noſtra Italia*, atque ita Arnzen Non probo.

4 *Quae multum.*] Expreſſi quod erat in Pal. tanto confidentius, quod iteraretur etiam illud *multum* in rejectis editionibus, quibus tamen deerat: *atque etiam ruſticitatis.* GRUTER. Conſentiunt MSS. noſtri.

5 *Frugalitatis.*] Nam hi remotis ab urbe municipiis ſeveram adhuc atque antiqui moris, ſecundum Tacit. retinebant Italiam. Fuerunt enim (ut omittam Latinos) auctore Athenaeo, frugales Romani, & in omnibus optimi, quibus tolerantia & tenuis victus patrius erat & indigena, quod Juvenalis Satyra XIV. pluribus laudat. CATAN.

6 *Ruſticitatis.*] Simplicitatis, juſtitiae. Virum bonum cùm laudabant antiqui, ita laudabant, bonum agricolam, bonumque colonum. Ampliſſimè laudari exiſtimabant, auctore Catone, qui ita laudabantur. Quare pro Roſcio inquit Cic. c. XXVII. *Vita haec ruſtica, quam tu agreſtem nominas, parſimoniae, diligentiae, juſtitiae magiſtra eſt.* IDEM. Iſta *atque etiam ruſticitatis* exſulant a plerisque Codd. Indoctis nempe librariis, homines ab ruſticitate laudari poſſe, incredibile erat. Sed recte Catanaeus mentem Plinii expoſuit. Simillima laus eſt veterum Romanorum apud Florum Lib. III. cap. XII. n. 2. *Dum ſincera adhuc & innoxia* paſtoriae *illius* ſectae *integritas diſciplinam veterem continebat.*

7 *Munitius Macrin.*] Fuit is ad quem Perſius ſcripſit. *Macrinum* virum praetorium refert Plin. Lib. XI. cap. *de ſanguine*, ſtatuto tempore paſſum ſanguinis profluvium per os. *M. Nonii Macrini* ſaepe fit mentio in memoriis Brixianorum & Moguntiacorum & Mediolanenſium CATAN.

8 *Equeſtris ordinis.*] Quae dignitas inter patres & plebem fuit. Severus imperator conſuevit hunc ordinem appellare *ſenatorum ſeminarium.* Judicandi jus aliquando habuit, unde *judices* appellati: deinde auctoritas nominis vario ſeditionum eventu ſubſtitit circa publicanos. Lege Roſcia jus ſedendi in quartodecimo gradu theatri habebant, & quia gerendorum annulorum auctoritatem tenuerunt, *illuſtres* ab hiſtoricis appellati; olim ſexcenti numero fuere. CATAN.

9 *Princeps.*] Auctoritate, ſcientia, divitiis. Non enim ſolum, qui rerum dominus eſt, princeps appellatur, ſed qui in civitate praeſtat auctoritate. Alibi dixit: *Acuent principes viros ad liberos ſuſcipiendos.* & de Quadratilla loquens: *Fovebat effuſius, quam principi foeminae conveniebat.* M. T. ultima Philipp. *Utinam illi principes viverent, qui me poſt meum conſulatum, cum ipſis cederem, principem non inviti videbant!* & *Princeps praelium inibat* dixit. It. de Divin. *Et princeps illi Diodorus Philo Antiochus.* Et de Finib. *Ut aequalium principes ſint.* Liv. item: *Prodita multitudine à principibus*, & Frontinus: *Aquarum praefecturam per principes viros ſolitam miniſtrari ſcripſit.* & Tranquillus: *Principes civitatis viginti ſibi delegit Tiberius.* Sic & Virg. Aen. Lib. V. vs. 160.

Cum princeps medioque Gyas in gurgite victor.

Nam *princeps*, ſecundum Pompejum, *eſt qui primum cepit, & primo loco eſt*, ut principes in acie. IDEM.

10 *Nihil* altius *voluit.*] Riccard. a prima manu: *quia nihil* antiquius *voluit*, ſed recte emendatum eſt *altius.*

11 *Veſpaſiano.*] Hic ampliſſimos ordines caede varia exhauſtos, & veteri negligentia contaminatos, repurgavit, ſupplevitque recenſito ſenatu, ſummotis indigniſſimis, & honeſtimo quoque Italicorum ac provincialium allecto. CATAN. Mediceus, Voſſian. Helmſtad. Bongarſ. *Adlectus* enim *a D. Veſpaſiano*, quomodo iam Gryphius vulgavit. Alii perperam negligebant particulam *enim*, quam nunc auctori reddidi. CORTE.

12 *Praetorios.*] Qui jus geſtandi praetoria ornamenta habent. *Praetorius* etiam dicebatur, qui praeturam geſſerat, ut *quaeſtorius*, qui quaeſturam, quare poſſemus interpretari, inter praetores. *Allecti* enim, Feſto referente, propriè dicebantur, *qui propter inopiam ex equeſtri ordine in ſenatorum numero aſſumpti erant.* CATAN.

I Am-

huic noſtrae [1] ambitioni dicam an dignitati, conſtantiſſime praetulit.
6 Habet aviam maternam Serranam Proculam è [2] municipio Patavino.
Noſti loci mores. Serrana tamen Patavinis quoque [3] ſeveritatis exemplum eſt. Contigit & avunculus ei [4] P. Acilius, gravitate, prudentia, fide prope ſingulari. In ſumma, nihil erit in [5] domo tota, quod
7 non tibi tanquam in tua placet. Aciliano vero ipſi plurimum [6] vigoris, & induſtriae, quanquam in maxima verecundia. Quaeſturam, Tribunatum, Praeturam honeſtiſſime [7] percucurrit, ac jam pro ſe tibi ne-

1 *Ambitioni.*] Dignitatibus, quas nos ambire ſolemus. CATAN. Sed, ſi *ambitionem* intelligas, ut Catanaeus voluit, perit vis oppoſitionis inter *ambitionem* & *dignitatem.* Uti ergo *dignitas* eſt verus honor, ita *ambitionem* vocat inanem ſtrepitum & adfectatam dignationem & honorem Vide, quae notamus ad Lucan. Lib. X. vs. 488.

Ambitioſa *domus.*

Ita alibi *ambitioſa paupertas*, item *ambitioſa fucoſaque amicitia*, & alia plura. Perſpicue cognoſcas idem, ſi comparaveris illud Lucani Lib. IV. vs. 376.

Ambitioſa *fames & lautae* gloria *menſae.*

cum illis ex Lib. X. vs. 156.

—— —— —— *quod luxus* inani
Ambitione *furens toto quaeſivit in orbe.*

Nec fruſtra eſt, quod *honeſtam quietem* &, ut alius locutus eſſet, *ambitioſam dignitatem* ſimul memoravit. CORTE.

2 *Municipio Patavino.*] Nata Patavii: quod olim inter ejus regionis urbes excellebat. Nam in eo cenſiti ſunt quingenti equeſtris ordinis viri. Antiquis annis centum & viginti militum millia emiſiſſe conſtat, quam vero civitas ipſa, & virorum probitate, & artium bonitate floruerit, magnitudo cum aliarum rerum, quae in urbem mittebantur, tum vero pannorum & veſtimentorum omnifaria mercatura declarat. CATAN. Lepidum errorem in ſcriptis aliquot & impreſſis reperias, nempe: *Serranam* procul a me *municipio Pat.* cuius ortum Helmſtad. oſtendit, in quo legitur: *Serranam* procula me *municipio.* Sed Mediceus, Riccard. & Voſſ. praeſtant noſtram lectionem. De ipſa *Serrana Procula* conſulendum eſſe Paul. Cigalinum de Plinii Patria pag. 1607. adſcripſerat Cl. Perizonius.

3 *Severitatis exemplum.*] Sanctiſſima, quam aliae ſequantur in ſeveritate. *Exemplum* eſt, quod ſequamur, aut vitemus: eſt enim ipſa res, quam imitamur, aut ſi ſors ita tulerit, evitamus. Pomponius auctor. CATAN. Confirmes licet ex dictis ad Lucani Lib. III. vs. 730.

Exemplum, *non miles erat.*

Mox Arnz. Contulit *& avunculus.* malc. Riccard. *avonculus*, ut ſolebant antiqui.

4 *P. Acilius.*] Ambiguum, an pater *Acilii Glabrionis* (quem collegam in conſulatu Trajano Domitianus interfecit, auctore Dione, quod cum feris pugnaret, re vera propter inviſum robur. Nam in Albano leonem confecit.) an ipſe *Acilius Glabrio.* Utrumque notavit Juvenalis Satyra IV. quanquam interpretes aliter ſentiant Iiſdem etiam temporibus *Acilium Rufum* conſulem deſignatum Secundus recitat, & *Acilii Glabrionis* ſub Antonino & Severo imperatoribus meminit *Ulp.* CATAN.

5 *Domo.*] Cognatione Aciliani. IDEM.

6 *Vigoris.*] Robuſti ſpiritus. *Vigor quoque, qui conſtat ex ſpiritu, non deſtituerat vultum.* Curtius Lib. IX. IDEM. Riccard. & Helmſtad. *plurimum vigoris induſtriae*, ſine Copula. Arnz. *vigoris induſtriam.* Mediceus ſtat a Vulgata. Diſtinctio loci in libris diverſa eſt. Quidam poſt *induſtriae* interpungunt, & illa *quamquam in maxima verecundia quaeſturam* cet. coniungunt. Sed noſtra diſtinctio ad ſententiam loci magis eſt adcommodata.

7 *Percucurrit.*] Ante aetatem adminiſtravit. CATAN. Catanaeus *ante aetatem adminiſtravit*, quod ignoro, unde collegerit. Nullum certe verbum ea de re in hac epiſtola, & quia paucis annis Plinio minor dicitur, contrarium potius ſequetur. Itaque illud *percurrere* notat honores alium poſt alium oblatos ſine multo temporum in-

neceſſitatem ambiendi remiſit. [1] Eſt illi facies liberalis, multo ſanguine, multo rubore ſuffuſa. Eſt ingenua totius corporis pulchritudo, & quidam [2] Senatorius decor: quae ego nequaquam arbitror negligenda. debet enim hoc caſtitati puellarum [3] quaſi praemium dari. 8
Neſcio, an adjiciam, eſſe patri ejus [4] amplas facultates. Nam cum 9
imaginor [5] vos, quibus quaerimus [6] generum, ſilendum de facultatibus puto, quum [7] publicos mores, atque etiam [8] leges civitatis intueor, quae vel imprimis cenſus hominum ſpectandos arbitrantur, ne id quidem praetereundum videtur. Et ſane de poſteris, & his pluribus, cogitanti, [9] hic quoque in conditionibus diligendis ponendus eſt cal-

intervallo, quod intercedebat alias inter honores aliorum. SCHEFFER. Recte. Sic infra Lib. VI. Epiſt. VI. n. 2. *Nam rurſus mihi videor omnium, quae* decucurri, *candidatus.* MS. Voſſ. & impreſſi aliquot *percurrit* hic habent, non *percucurrit*, quae varietas etiam loco modo citato obſervatur. Vtraque forma olim in uſu fuit. Notamus quaedam infra ad Lib. II. Epiſt. I. n. 8. *Sic ad omnes honores meos ex ſeceſſibus* adcucurrit.

1 *Eſt illi facies* &c.] Helmſtad. *Eſt* etiam *illi facies*, ut ſupra turbabat Arnz. *ac* etiam *pro ſe* ille *tibi.* Mediceus: *multo* robore *ſuffuſa. Rubore* recte habet, & is ſemper in laude. Spartian. Nigro cap. VI. *Erat oris verecundi & ſemper* rubri. De Pompeio Seneca Epiſt. XI. *Nihil fuit mollius* ore *Pompeii: numquam non coram pluribus* erubuit, *utique in concionibus.* & hoc *os probum* vocat Plinius Lib. VII. Hiſt. Nat. cap. XII. adde Salmaſ. ad Spartiani l. c. Hic autem cum praeceſſerit *multo ſanguine*, valde vereor, ne iſta *multo rubore* ex interpretatione nata ſint, aut pro ipſa ingenuitate & verecundia, quod tamen non bene procedit, debeant accipi. *Sanguinem* certe ſolum in ſimili deſcriptione memorat infra Lib. V. Epiſt. XVII. n. 3. *Commendabat haec voce ſuaviſſima, vocem verecundia; multum* ſanguinis, *multum* ſollicitudinis *in ore, magna ornamenta recitantis.* CORTE.

2 *Senatorius.*] Venuſtus, qualis convenit ſenatori. CATAN.

3 *Quaſi praemium dari.*] Vt poſſint voluptatem capere honeſtam etiam ex decenti forma mariti, nec iungantur illi, cuius etiam aſpectu terreantur. SCHEFFER. MS. Voſ. *caſtitati* puellari *quaſi p. d.*

4 *Amplas facultates.*] Satis conſtat habuiſſe ſaltem quadringenta ſeſtertia, quoniam erat eques, ſed ſi diligentius conſideramus Plinii ſcripta, longe plura dicemus Macrinum poſſediſſe. CATAN. Helmſtäd. & Lindenbr. *an adiciam, patri eius amplas facultates*, ſine verbo ſubſtantivo, quo tamen hic carere non poſſumus.

5. *Vos.*] Qui non cenſum in marito, ſed virtutes reſpicitis. Themiſtoclis conſilium ſequentes, qui unicae filiae patri, ſe conſulenti, utrum eam pauperi, ſed ornato, an locupleti, ſed parum probato collocaret, reſpondit: *malo virum pecunia, quam pecuniam viro indigere.* CATAN. Arnzen. *dum imaginor* ſummos *vos*, ex inconcinna Gloſſa.

6 *Generum.*] Improprie dixit. Non enim Maurico, ſed Aruleno gener futurus erat *Acilianus*, verum quia Mauricus natam fratris loco filiae habuit, ideo cum Aruleno ſocerum Mauricum appellat. CATAN.

7 *Publicos mores.*] Conſueviſſe omnes in genero quaerere amplas facultates: Id ſic indignatur Juven.

Quis gener huic placuit cenſu minor: atque puellae
Sarcinulis impar? quis pauper ſcribitur haeres?
IDEM.

8 *Leges civitatis.*] Quae vetabant quemquam ſedere in XIV. gradu, niſi habuiſſet cenſum quadringentorum millium: neque judices eſſe, niſi eadem ſumma cenſerentur. Vel ſaltem ex conſtitutione D. Auguſti, ducenta ſeſtertia poſſiderent, qui ducenari judices vocabantur, quod ducentûm millium cenſum haberent, unde hi de levioribus ſummis judicabant. Senatorum vero cenſus erat octingentorum, dimidio plus, quam equitum. Quare legimus apud Tacit. *Multos ob anguſtias familiares ordine ſenatorio ſponte ceſſiſſe: & motos, qui remanendo impudentiam paupertati adjicerent.* In quas leges Plin. ſenior. maxime invectus eſt. IDEM.

9 *Hic calculus quoque.*] Illa ratio & ſuffragatio plu-

calculus. Tu fortaſſe me putes [1] indulſiſſe amori meo, ſupraque iſta, quam res patitur ſuſtuliſſe: at ego fide mea ſpondeo, futurum ut omnia longe ampliora, quam a me praedicantur, invenias. Diligo quidem adoleſcentem ardentiſſime, ſicut meretur. Sed hoc ipſum [2] amantis eſt; non onerare eum laudibus. *Vale.*

XV. C. Plinius [3] Septicio Claro Suo S.

Septitius promiſerat ſe venturum ad coenam, fidemque fregerat: Secundus itaque enumerat paratos cibos, eumque in jus damni dati vocat.

[4] Heus tu, promittis ad coenam, nec venis. [5] Dicitur jus, [6] ad aſſem
2 impendium reddes, nec id modicum. Paratae erant, [7] lactucae ſingulae,

plurimum poteſt in electione. Vel legatur, *in deligendis conditionibus.* Catan. Offerebant nempe impreſſi quidam: *deligendi ponendus eſt calculus.* Sed *deligendis* eſt in omnibus noſtris MSS. & tantum non omnibus impreſſis. De *conditionibus* vide ſupra ad Epiſt. XI. n. 8.

1 *Indulſiſſe amori meo.*] Scripſiſſe de juvene, quem amo, plura quam eſſent. Catan. Helmſtad. *putas indulſiſſe.* Infra Riccard. & Lindenbr. *futurum, omnia longe ampliora .... invenias,* exclusa particula *ut.*

2 *Amantis eſt.*] Officium amici eſt, amicum mediocriter commendare. Catan.

3 *SEPTICIO* CLARO *SUO.*] Claro non comparet in Mediceo. Alii *ERUCIO* hanc Epiſtolam inſcribunt.

4 *Heus.*] Significationem habet ad conſiderationem revocantis. Vel, *Reus tu* ſcilicet es impendii facti, & accuſaris a me quod pacta fregiſti vi. Catan. Noſtri omnes uno ore *Heus tu.* atque ita frequenter Cicero, Apuleius & alii. Lindenbr. *promittis cenam.* vitioſe. M. Seneca Suaſor. II. pag. 18. *Ego illi* ad prandium promiſiſſem, *ad coenam renunciaſſem.* L. Seneca Epiſt. LXXXII. *Alacres illi & ad* prandium promiſerunt *& ad coenam.* Plura pete ex Notis ad Petron. Sat. cap. X. *Hodie quia tamquam Scholaſtici* ad coenam promiſimus, *non perdamus noctem.*

5 *Dicitur jus.*] Vel ſubintellig. *ſi*, more ſuo: vel interrogative pronunciandum. Senſus eſt, ſi jus redditur damni dati: cautum enim, ut damni dati ſit actio. Catan.

6 *Ad aſſem impendium reddes.*] In ſolidum reſtitues impenſam coenae. *Aſſem* pro univerſa haereditatis ſumma uſurpant JCti, ut hic pro tota convivii expenſa. vel *ad aſſem*, minimam quamque particulam. Nam aſſem ſic poni auctor eſt Catul. *Omnes unius aeſtimemus aſſis.* & Virg. in Priapeis, *Non aſſis faciunt.* Non placet quod cum ſuperioribus conjungatur, ſic, *dicitur jus ad aſſem:* ut ſit ſenſus, accuſo te, quod inutiliter aſſis ſit impenſus a me in paranda coena, quam contempſeris. *Impendium*, ſecundum Varr. *ſignificat pecuniam, quae in foenore ſorti accedit*, hoc eſt, uſuram ipſam, quod inter ſe jungat utrumque, fiatque quaſi compendium. Dicitur non minus Latine *impenſum*, a pendendo. Apuleius *Impendio*, pro *enixe* uſus eſt. Idem. Vide Alciat. Lib. II. Parerg. cap. XXXIV. Barth. Corrupte Arnzen. *adeſſe impendium reddes.*

7 *Lactucae ſingulae.*] Unicuique convivae una fuit lactuca appoſita, quae principio cibi paratur, non tantum ex conſuetudine, ſed teſte Martiale ad excitandum ſtomachum, ſicut apud antiquos, eodem referente, in fine coenae ad ſedandam ebrietatem. Eſt enim frigida, quod etiam Athenaeus teſtatur. Hanc a *lacte* dictam nemo ambigit. Catan. Sicut autem hic modicam & frugalem, ita paulo poſt lautam & opiparam coenam deſignat. Martial. Lib. XIII. Ep. LIII.

Dum pinguis mihi turtur erit, lactuca valebit,
Et cochleas tibi habe, perdere nolo famam.

Buchner.

1 *Coch-*

ſingulae, [1] cochleae ternae, [2] ova bina, [3] alica cum [4] mulſo [5] & nive, (nam hanc quoque computabis, immo hanc imprimis, quae [6] perit in ferculo) [7] olivae, [8] betacei, [9] cucurbitae, [1] bulbi,

1 *Cochleae.*] Haec tanquam vilia ſprevit Martialis diſticho ſuperiori. *Heſiodo* Φέρεοικος dicitur, quod ſecum domum portet. *Hammon.* παρὰ τὸ κόχλω, id eſt, circumdo, (quod a κύκλος eſt. *Varinus.* κόχλω τὸ γυρίξω, ἀφ᾽ οὗ κοχλίας) vel a convertendo, cochleam dictam deducit. Eſt autem id animalis, quod vulgo *limacha* appellatur. Quod ſi quis mihi parum fidei adhibet, legat Plinium. Eas ſaginari docet Cato, & eum ſecutus Plinius, generaque multa uterque recenſet. CATAN.

2 *Ova bina.*] Sorbilia: haec dabantur in coenae prooemio, vide Horat. in Serm. & Juvenal. ad Perſ. *Naucratias*, ſcribit Athenaeus, *in conviviis apponere ſolitos bina ova*, quae in ſecunda menſa dari, ſicut leporem & turdum, cum mellitis, apud eundem legimus. IDEM.

3 *Alica.*] Praeſtantiſſima fiebat *alica* in Italia, praecipue in parte Campaniae, juxta Theophraſt. ex quodam genere ordei ſylveſtris; ut ex eodem panis optimus fit. Unde quidam apud Hom. ζείδωρον interpretantur zeam, ex qua alica conficiebatur, ferentem. Tundebatur, auctore Plinio, granum ejus in pila lignea, & excuſſis inde tunicis, iiſdem armamentis nuda medulla concidebatur; tria alicae genera etiam numerat. Dicta *alica* ab alendo, ut Pompejus refert, mulſo vino eluebatur: quod Martial. tetigit:

Nos alicam, mulſum poterit tibi mittere dives:
Si tibi noluerit mittere dives, eme.

Illud addam, genus ex melle placentae, oleo & alica confici, ſubitallum nomine, auctores ſunt Feſtus & Athenaeus. IDEM. Mediceus, Voſſ. & Helmſtad. *halica* ſcribunt. Supra Helmſtad. *cochleae trinae.*

4 *Mulſo.*] Quo uſos antiquos teſtatur Plinius Lib. VII. Severus Imp. auctore Lampridio, lacte, pane, ovis, mulſo reficiebatur. Conficiebatur ex vino & melle ſecundum Cajum de *acquirendo rer. dom.* Mel vero recentiſſimum & Hymettium, vinum vetuſtiſſimum, ſi Macrobio fides, eſſe debebat, cujus cauſam idem refert Lib. VII. Saturnal. & in hoc diſtabat a melite, auctore Plinio, quod fiebat illud e vino veteri, hoc e muſto. Revocat mulſum aviditatem cibi, alvum mollit frigido potu, calido ſiſtit, corpus auget. unde Pollio Romulus interrogatus a D. Auguſto, qua ratione vigorem animi & corporis conſervaſſet ſupra centeſimum annum, reſpond. *intus mulſo, foris oleo.* Paulus Aegineta mulſum hoc modo parari ſcribit, *octoplum aquae melli adjicitur, ac donec ſpumare deſierit, coquitur. Spumam vero ſimulatque orta eſt, jugiter auferre oportet.* CATAN.

5 *Et nive.*] Qua in potu & ferculis refrigerandis eſt uſa antiquitas. Erant enim Romae officinae nivis reponendae, cujus ſaporem paleis, quibus cuſtodiebatur, inquinabant, in quam luxuriam Martialis invehitur;

Non potare nivem, ſed aquam potare rigentem
De nive commenta eſt ingenioſa gula.

Sed pluribus Seneca Lib. IV. Natural. quaeſt. & Plin. ſenior Lib. XIX. Eam Macrob. ex Ariſt. ſcribit eſſe corporibus noxiam. Non omittam, Athenaeum tradere, vinum ex nive reddi frigidiſſimum, & antiquam Graeciam eam bibiſſe: atque magno aeſtu ab Alexandro ſervatam. IDEM. Voſſian. *& iure*; Helmſt. *& vino*, pro *& nive*, quam lectionem probe illuſtrat Catanaeus, iunge Senec. Epiſt. LXXVIII. Gellium Lib. XIX. cap. V. & Barth. XXV. Adverſ. cap. I. Mox Riccard. & Helmſtad. *nam* haec *quoque computabis, immo* hanc *inprimis.*

6 *Perit.*] Reſolvitur in aquam poſita in cibis. CATAN. Mediceus: *periit.*

7 *Olivae.*] Quae inchoant & claudunt coenam. vide Martial. CATAN.

8 *Baeticae.*] Hiſpanae, a flumine Bethi Hiſpaniae, pars Bethicae maria proſpicit, ad occidentem Atlanticum, ad meridiem noſtrum. Commendatas fuiſſe olim praeter Plinium, Martialis Lib. XII. tradit, ultimo epigr.

Bethis olivifera, &c. — —

Hodie etiam majores ab Hiſpania mittuntur olivae, aptiores eſui, ſed oleo, ſecundum Columellam, inutiliores. Quare non admitto legentes *olivae*, *betacei*, ut duo ciborum genera intelligantur: legimus & *beta* loco *bethicae*, quod eſt olus ſatis obvium. IDEM. Facile fuerit Catanaeo probare, vulgatam lectionem *olivae Baeticae* manum Plinii eſſe. At Codd. optimis aliter viſum. Helmſt. habet *olivae lebeta*; Arnz. *olivae lebetae* & a manu ſecunda *olivae Betaci.* Ex tali ſcriptura provenit aliorum *olivulae betae*, &,

 quod

[1] bulbi, alia mille non minus lauta. Audiſſes [2] comoedos, vel le-
3 ctorem, vel [3] lyriſten, vel, quae mea liberalitas, omnes. At tu,
apud, neſcio, quem, [4] oſtrea, [5] vulvas, [6] echinos, [7] Gaditanas maluiſti. Dabis poenas, non dico quas. dure feciſti. invidiſti, neſcio an tibi, certe mihi, ſed tamen & tibi. Quantum nos luſiſſemus, riſiſſemus,

quod Gryphius habet, *olivulae baeticae.* Riccard. & Lindenbr. *olivo Lebeta.* Sed quidquid iſti turbent, veram ſcripturam ſervavit nobis praeſtantiſſimus Mediceus: *olivae*, *betacei.* Reperit hanc in aliis ipſe Catanaeus: reperit etiam in antiquo & fideli, ut ipſe fatetur, codice Iacobus Bononienſis, ſed nec ille ferre potuit. adeo illa Hiſpaniae provincia placebat. vide eum Adnot. Cap. XVII. Iuſtius Celeb. Heinſius, qui ad Graevium Epiſt. CCLIX. Plinio *betaceos*, ſine dubio ex iſto Mediceo, ſe reſtituiſſe gloriatur, quos ibi & Arnobio reddit Lib. IV. pag. 166. *Cur enim deus praeſit melli uni tantummodo, non praeſit cucurbitis, rapis, non cumilae, naſturtio, non coepiciis*, betaceis, *caulibus. Betaceum* autem pro *beta*, ut *malvaceum* pro *malva*, *puleiaceum* pro *puleio*, veteres dixiſſe, erudite probat Salmaſius in Solinum pag. 583. CORTE.

9 *Cucurbitae.*] Sunt & hae non minus gratae, & ſalubres in cibo, praecipue primus caulis: & quo longiores tenuioreſque, eo gratiores, & ſalubriores, juxta Plin. CATAN.

1 *Bulbi.*] Eorum radix optima, etiam cruda eſui. Tria bulborum genera quidam faciunt, Plinius plura; incitant multum Venerem, teſte Martiale. IDEM.

2 *Comoedum.*] Comoediae actorem. Solebant in convivio Romani audire poëmata, quod Perſius notabiliter taxat. IDEM. Arnz. *comoedes.* Offendit librarius fortaſſis, quod praeſtat optimus Mediceus *comoedos*, idque loco vulgati *comoedum* repoſui. De *lectore* coenae adhibito exemplum habes infra Lib. III. Epiſt. V. n. 11. Plura dat Buchner. ad Lib. VIII. Epiſt. I. CORTE.

3 *Lyriſten.*] Eſt qui lyram ſcit, inſtrumentum ab antiquis receptum, uti tibiae rejectum. Quod etiam Athenaeus probat ex Nicoſtratio: & multis Gell. Lib. XVIII. Suidas aſſerit, *muſicam interiiſſe, poſtquam ſympoſia introiit.* CATAN.

4 *Oſtrea.*] Horum vivaria primus in Lucrino inſtituit *Sergius Orata*, avaritiae, non luxuriae cauſa. Creſcunt luna creſcente, deficiente vero minuuntur. Multa eorum genera tradit Athenaeus, naſci in paludibus, fluminibus, mari: optima marina, ubi fluvius exoneratur. ac Graecorum antiquos oſtrea tantum dixiſſe, ſatis conſtat, in numero unius, foeminini generis, at in plurali neutrius. Celeberrima ſunt in Lacu Bajano ex *Martiale*, & Circeis, ex *Horatio* conſtat. CATAN.

5 *Vulvas.*] Vulva ex papillis porcarum, quam lege cenſoria interdictam fuiſſe meminit Plin. Erat ejectitia, quae fiebat enecto partu, & ante tempus ejecto melior ſane, quam edito: haec porcaria dicebatur. Unde Hipparchus apud Athen. *vulvae pulcher aſpectus ejectitiae, ſed pulchrior*, eodem referente, *primipara ejectitia*, quod etiam Martialis ſentit:

Te fortaſſe magis capiet de virgine porca;
Me materna gravi de ſue vulva capit.

Inde Horatio *ampla vulva* placuit. Graeci μητρῶν vocant, ſuaviſſimam quippe carnem, quam condiri aceto & jure ſecundum Lynceum ex Athenaeo ſcribente diſcimus. IDEM.

6 *Echinos.*] Optimi qui juxta Miſenum capiebantur, Horatius. Fuiſſe eorum uſum in cibis Martialis aſſerit. Sunt his ſpinae pro pedibus, includuntur enim echinato calice. Eſt & aliud genus, quod echinometra appellatur, cui ſpinae longiſſimae caulices minimi: ſed plura de eorum generibus Ariſt. Lib. IV. de animal. & Athenaeus in ſuis libris. Quidam dictum putant παρὰ τὸ συνεχεῖν, id eſt, a contrahendo ſeipſum in rotunditatem: nam in ulciſcendo ingruentem adverſarium reſtrictus ſpinarum circumferentiam objicit velut monumentum: aut quod habeat carnes ſpinis contectas: vel per contrarium, quod non poſſit tangi propter ſpinas. Nam echinus apud Athenaeum pro genere placentae ſumitur, auctoritate Lyncei Samii: & pro ventre bovis apud Suidam. Vid. & Hammon. pluribus. IDEM. *Echinos*, qui ſunt de genere teſtaceorum, quae gignuntur in mari. Miror Catanacum confudiſſe cum animali quadrupede. SCHEFFER.

7 *Gaditana.*]. Cantica, geſticulationes, quibus puellae Gaditanae plurimum praeſtabant. Unde Martial. Lib. V. pollicetur:

Nec de Gadibus improbis puellae
Vibrabunt ſine fine prurientes

La-

mus, [1] ſtuduiſſemus. Potes apparatius coenare apud multos: nuſquam hilarius, ſimplicius, [2] incautius: in ſumma, experire. [3] Et, niſi poſtea te aliis potius excuſaveris, [4] mihi ſemper excuſa. *Vale.* 4

XVI. C. Plinius [5] Erucio Suo S.

Erucium hortatur legere Pompeii ſcripta, cujus acumen in cauſis agendis, & ſplendorem in hiſtoriis, amiciſſime commendat; verſuum leporem admiratur, & epiſtolas uxoris ejus vetuſtatem redolentes exoſculatur.

Ama-

Laſcivos docili tremore lumbos.

Sic & in diſtichis, ac alibi. Pariter & Juven.

Scilicet expectas, ut, Gaditana canoro
Incipiat prurire choro. — —

Neque me praeterit paſſim legi, *echinos Gaditanos*, utpote, qui apud Gades Hiſpaniae praecipui naſcerentur. Catan. Legendum *Gaditanas*, vt Iuvenalis: Gaditana *canoro incipiat prurire choro.* Barth. *Gaditana* inepte *cantica* & *geſticulationes* explicat Catanaeus, cum ſit ſermo de eduliis. Addit tamen, legere quoſdam *Gaditanos*, ut ad *echinos* referatur. Verum libri omnes habent *Gaditana*, & eſt haec lectio veriſſima. Intelliguntur enim ſalſamenta. Oribaſius Lib. IV. Collect. *Laudatiſſima omnium, quae nunc in uſu ſunt*, Gaditana ſalſamenta, *quae nunc ſardae nuncupantur.* Nicoſtratus vocat Γαδειρικὰ ὑπογάςρια, quia fiebant ex tynnorum abdominibus, quorum copia fuit frequentiſſima circa Gades. Scheffer. Falſiſſimum eſt omnes libros habere *Gaditana.* MSS. Riccard. Helmſt. Arnz. Lindenbr. Bongarſ. clare *Gaditanos* praeferunt, &, quoniam ſcriptos Plinii libros non vidit Schefferus, potuiſſet ſaltem ex Ed. Gryphii *Gaditanos* agnoſcere. Rectiſſime Barthius *Gaditanas* corrigit, & ſic a prima manu habuit codex Riccardianus. Nam illa ratio viri docti, quod hic ſermo ſit de eduliis, non procedit. Sermo eſt de convivio & omni adparatu, ad quem molliores *Gaditanas* puellas referebant. Et quomodo ſupra in Plinii coena poſt edulia ſequuntur *comoedi*, *lector*, *lyriſtes*; ſic & hic in alia delicatula poſt cibos enumeratos, *Gaditanae* laudantur. Vide de illis Rader. ad Martial. I. Epigr. XXXV. & Interpretes Iuvenalis Sat. XI. vs. 162. Niſi haec certa clara forent, non ita abſurdum eſſet *Gaditana* retinere & *cantica* intelligere, quae habet Martialis Lib. III. Epigr. LXII. & alii. Heinſius *Gaditanam* malebat, adprobante Graevio in Epiſt. ad illum CLX. quod parum a noſtra lectione differt. Graevius etiam recte vidit, hominum hic fieri debere mentionem, non canticorum, ne comparatio claudicet. Corte.

1 *Studuiſſemus.*] Deeſt in Riccard. Helmſtad. Lindenbr. & Bongarſ. Ad mentionem tamen *lectoris* bene *ſtudere* infertur, idque habet aliquam gravitatem & inopinatam ſingularitatem, quam tantopere amat Secundus. Alibi tamen *ſtudere*, & coenam cum *lectore* opponit, ut Lib. III. Epiſt. V.

2 *Incautius.*] Eraſa eſt haec vox in Riccardiano, & pro illa Lindenbr. *cautius* vitioſe obtrudit. Optime *ſimpliciter* & *incaute* iunguntur, ut Lib. IV. Epiſt. IX. n. 6. *Hoc illum onerabat, quod homo* ſimplex *&* incautus *quaedam a provincialibus, vt amicis, acceperat.* Eſt ergo *incaute* idem ac ſine ſollicitudine & ullo reſpectu, libere, atque adeo ex animo.

3 *Et niſi poſtea, &c.*] Dicit; tum demum Septitio integrum fore, deinceps non venire ad coenam, ſi, poſtquam ſemel convivatus fuerit apud ſe, parum jucundas & gratas intellexerit coenas ſuas. Quaſi diceret, poſtquam ſemel expertus fueris coenarum mearum jucunditates, niſi optaris deinceps iis potius frui, & excuſare te aliis, a quibus vocatus, ut mecum eſſe poſſis, emane, age, ac te audacter excuſa: nihil diſputabo contra, & perlibenter penitus acquieſcam. Buchner.

4 *Mihi.*] Apud me. Sic Ovid. de Triſt.

Excuſem ne te ſemper amice mihi. Catan.

5 *Eruitio.*] *Erutius* ſive *Eruitius* (ſic enim apud varios

AMabam Pompejum Saturninum, hunc dico [1] noſtrum: laudabamque ejus ingenium, etiam antequam ſcirem, quam varium, quam flexibile, quam multiplex eſſet; nunc vero totum me tenet,
2 habet, [2] poſſidet. Audivi cauſas agentem [3] acriter & [4] ardenter, nec minus polite, & ornate, ſive meditata, ſive ſubita proferret. Adſunt [5] aptae, crebraeque [6] ſententiae, gravis & decora [7] conſtructio, ſonantia verba & [8] antiqua. Omnia haec mire placent. cum impetu quodam

varios auctores invenio) vir ſanctus, diſertus patronus & conſtans, morum literarumque veterum ſtudioſiſſimus, praefecturam urbis geſſit, bis conſul fuit, ſub altero ejus conſulatu naſcitur Severus, qui poſt imperavit. Ambiguum, an is fuerit, quem multo poſt tempore interfecit idem Severus ob crudelitatem, cum tamen videre vellet clementiſſimus: an ejus filius, ſicut haud dubie conſtat ipſum fuiſſe, ad quem Julianus Lib. 1. ff. refert divum Antoninum ſcripſiſſe, quanquam ibi pro *Euritio Claro*, corrupte legatur *Euriptio Claro*, ut in illis libris multa priſcorum nomina ſunt inverſa. Haec collecta ex Spartiano, Gellio, & ipſo Secundo. CATAN. MSS. noſtri omnes *Erucio ſuo*, non *Euritio*. De hoc *Erucio* ita vir doctus: Hunc puto eſſe Sextum Erucium Clarum, conſularem virum. Vide vetuſtos lapides, Gruterum, Fabrettum & Relandum in Faſtis Conſularibus. Item Part. I. Inſcript. Ant. Etr. Urbium pag. 418. n. 267. Haec ille. *Erucius* etiam, non *Euritius*, ſcribitur apud Spartian. Severo cap. I. & XIII. nec aliter apud Gellium. Vide huius interpp. ad Lib. VI. cap. VI. & ad Lib. XIII. cap. XVII. Haud cunctanter itaque *Erucio* emendavi. CORTE.

1 *Noſtrum.*] Amicum familiarem. Ex quibus adducor, alios fuiſſe Pompejos Saturninos iiſdem temporibus. Vide & Plin. ſeniorem. CATAN.

2 *Poſſidetque.*] MSS. Riccard. Bongarſ. Helmſtad. & quaedam Edd. ignorant Copulam, & ſic eſt in veteri formula iuris, quam ſervatam vide leg. 18. π. de Acceptilat. Nec inepte verbum *poſſidet* hic adhiberi, diſces ex Epiſt. III. n. 2. Mediceus inde a vocibus: *nunc vero totum*, usque ad Epiſt. XX. n. 7. verba: *multa dixiſſe*, nos deſerit, dum media omnia librarius negligenter omiſit. Sed vel ſine eius auctoritate particulam *que* delevi. Mox perperam Voſſian. *audivi* quaſdam *cauſſas agentem.*

3 *Acriter.*] Cum acrimonia & vehementia, quae potiſſimum convenit judicialibus cauſis. CATAN.

4 *Ardenter.*] Cum calore & incitatione corporis, ut ſolet fieri in contentione. IDEM.

5 Aptae *crebraeque ſententiae.*] MS. Arnzen. & Ed. Gryphii: acutae *crebraeque ſententiae.* Sed altera lectio pluribus libris nititur, & ſatis apta eſt. Supra Helmſtad. *ſive meditata*, *ſive* ſubata *proferret.* male.

6 *Sententiae.*] Sententia varie apud oratores accipitur, cum ſc. ex ſcripto & ſententia naſcitur controverſia, ubi videtur ſcriptoris voluntas cum ſcripto diſſentire, de qua ſane non loquitur Caecilius: ut nec de qua Fabius in Inſtit. Sunt & ſententiae *tranſlativae*, quas proprie ſententias dicimus, quae nihil habent cum ipſa controverſia implicitum, ut ſunt juxta Senec. de fortuna, de crudelitate, de ſeculo, de deliciis. Hoc genus Porcius Latro *ſupellectilem* vocabat, & M. T. *Sententia*, inquit, *eſt oratio ſumpta de vita, quae aut quid ſit, aut quid eſſe oporteat in vita, breviter oſtendit.* Has igitur Secundus intellexit. ſed cum dicit, *crebrae*, a praeceptis Cic. diſceſſit, qui in Rhetor. jubet *ſententias interponi raro, ut rei actores, non vivendi praeceptores videamur eſſe.* CATAN.

7 *Conſtructio.*] Compoſitio, ordo verborum. Nam ſunt verba verbis quaſi coagmentanda. IDEM.

8 *Antiqua.*] Latina, non peregrina, neque tamen obſoleta vetuſtate. In verbis intuenda eſt elocutio, in rebus inventio, in utriſque collocatio. CATAN. *Antiqua* non opponuntur peregrinis, quod vult Catanaeus, ſed novis & recenter effictis formatisque, qualia Graecis πεποιημένα, Ciceroni *ficta*, nec temere uſurpanda, ut magiſtri teſtantur. SCHEFFER. Primaria verborum virtus *Proprietas*, quam fere in *antiquis* verbis, quae veluti cum ipſis rebus nata ſunt, obtinere, locupletiſſimus teſtis eſt Fabius Lib. VIII. Inſt. Or. cap. III. p. 686. quem etiam legas Lib. I. cap. VI. *Antiqua* igitur hoc loco eadem propemodum, quae *propria* & vere *Latina*; qualium verborum ſtudium, ut omni aetate, ita & Plinii aevo elegantioribus neceſſarium erat, qui *non erant contenti eloquentia ſaeculi ſui*, quod in tranſlatis & fictis vocabulis multum ab antiqua proprietate deſciverat. De *ſonantibus* verbis vide cum-

dam, & [1] flumine praevehuntur: placent [2] ſi retractentur. Senties 3
quod ego quum orationes ejus in manus ſumpſeris, quas facile cui-
libet veterum, quorum eſt aemulus, comparabis. Idem tamen in 4
hiſtoria [3] magis ſatisfaciet vel [4] brevitate, vel [5] luce, vel [6] ſuavitate,
vel ſplendore, etiam & [7] ſublimitate narrandi. Nam in [8] concionibus
idem, qui in orationibus, eſt: preſſior tamen, & circumſcriptior
& [9] adductior. Praeterea facit verſus, quales [10] Catullus aut 5
[1] Cal-

eumdem Fabium Lib. VIII. cap. III. pag. 683. 684.

1 *Fulmine.*] Id Magis placet, quam *flumine*, ex antiquo codice, ad haec paulo poſt Periclem laudat oratorem, quod fulguraret, tonaret, &c. quanquam non inconvenienter legetur, *flumine*, id eſt copia, propter ſequentia. CATAN. *Flumine.*] Sic malui cum vetuſta editione & Pal. quae & praeterea habent *pervehuntur*. Recentiores habent *fulmine*, non quidem abſurde, minus tamen accommodate. GRUTER. Ex noſtris pauciſſimi *fulmine* exhibent. Riccard. certe, Helmſtad. Bongarſ. & Lindenbr. *flumine* praeſtant, quod recte adprobavit Gruterus. Numquam librarii haec vocabula diſtinguunt, & ex ſolo Virgilio & Lucano magnam vim exemplorum adferre poſſemus. Porro Riccard. quidem, Helmſt. & Arnzen. *pervehuntur* obtrudunt; alterum tamen verum eſt. Gryphius etiam, Aldus & Sichardus *flumine praevehuntur* ediderunt.

2 *Si retractentur.*] Sc. illo impetu, ſicque ſupervacua amputentur. CATAN. Non adſecutus eſt ſcriptoris mentem Catanaeus. Hoc vult, non placere tantum quando ſemel audiuntur, propter illum impetum, ſed & ſi audiantur & legantur ſaepius. Sunt nimirum quaedam grata, ſi prima vice audias, at ſi ſaepius, vt poſſis introſpicere ac examinare, perdunt gratiam, quia exterius tantum ſpeciem habent pulchritudinis, intus ſunt inania. SCHEFFER. Vide & ſupra Epiſt. VIII n. 7.

3 Tibi *magis ſatisfaciet.*] Delevi pronomen *tibi*, iuſſu Riccard. Voſſ. Helmſt. Bongarſ. Neglexerunt illud iam Aldus & alii. Eleganter autem Tertium Caſum, quem vulgus illius generis verbis aptaret, omitti, docuimus ad Salluſt. Cat. cap. LVIII. princ.

4 *Brevitate.*] Victorino ſic praecipiente, quod quidem Tacitus obſervavit, niſi electa, & ad exemplum pertinentia tradens. CATAN.

5 *Luce.*] Fit lucida hiſtoria, ſi cauſas, ob quas mirabilia, praeterque opinionem publicam opera perfecta ſunt, explicuerimus. IDEM.

6 *Suavitate.*] Quae fit, ſi verbis liberioribus, & remotioribus figuris narrandi taedium vitabimus. Suavitatem magis, quam dulcedinem commendat Macrobius. Et Homerus *mel dulce*, & *vinum ſuave* vocat. Id pertinere ad hiſtoricum confirmat M. T. *Xenophontis ore muſas eſſe locutas* exiſtimans. IDEM.

7 *Sublimitate.*] Sic audaces ſententias miramur in Tacito, ſicut bellicum canorem in Thucydide, auctore Cicer. IDEM.

8 *Concionibus.*] Quibus utuntur hiſtorici. Concio idem ſignificat, quod apud Graecos ἀγορά. locus eſt in quem populus convenit ad audiendum, ipſa multitudinis congregatio & oratio. IDEM. Vulgo legebant: *in concionibus* eadem quae *in orationibus* vis *eſt*, contra fidem ſcriptorum librorum. Riccard. enim, Voſſian. Lindenbr. Helmſt. *idem qui*, pro *eadem quae*, ſcribunt, & deinde pro *vis* Voſſ. & Bongarſ. dant *ſuis*, Helmſtad. autem & Riccard. neutrum agnoſcunt. Vnde emendavi: *Nam in concionibus* idem, qui *in orationibus eſt*, quam emendationem ſequentia *preſſior* &c. quae de *ſcriptore* apte, de *vi* autem abſurde dicuntur, poſtulant & adfirmant. Locutio ipſa *idem eſt in concionibus*, pro eo, quod diceres: eamdem proprietatem, ornatum ceteraſque virtutes dictionis adhibet, frequentiſſima eſt apud Tullium, Senecam, Fabium & alios. Cicero VIII. ad Attic. Ep. IX. *Eſt* idem, qui *ſemper in repub. fuit.* & Lib. I. Epiſt. XIII. *Apud bonos* iidem ſumus, quos *reliquiſti*. Alia, quae hoc verum eſſe dicant, pete ex Fabio Lib. X. cap. V. Mox Riccard. & Arnzen. *preſſior* tantum & *circumſcriptior*, quod genuinum puto. CORTE.

9 *Adductior.*] Compendioſior. Non enim latius evagatur, neque digreſſionibus gaudet. CATAN.

10 *Cat. meus.*] Scio in aliquibus exempl. non legi *meus*, ſed ſane legatur, & dicamus *meum* vocaſſe, quod ejus hendecaſyllabo caperetur. An, ſicut paulo ante, Brixiam ſuam appellavit, quod patriam Veronam habeat: ſic Plinius avunculus Catullum ſuum conterraneum appellat. Fuit hic etiam poëtarum mundiſſimus & elegantiſſimus, plu-

[1] Calvus. Quantum illis leporis, dulcedinis, [2] amaritudinis, amoris inſerit! ſane, ſed data opera molliuſculos [3] leviuſculoſque, duriuſculos
6 quoſdam: & hoc, [4] quaſi Catullus aut Calvus. Legit mihi nuper [5] epiſtolas, quas uxoris eſſe dicebat. [6] Plautum, vel Terentium metro ſolutum legi credidi, quae ſive uxoris ſunt, ut adfirmat, ſive ipſius, ut negat, pari gloria dignus eſt, qui aut illa componat, aut uxorem,
7 [7] quam virginem accepit, tam doctam, [8] politamque reddiderit. [9] Eſt ergo

plurimum leporis & gratiae ſcribendo adeptus. Catan. Vulgo erat: *quales Catullus* meus, *aut Calvus.* Sed cum illud *meus* abſit Editionibus vett. fideliter impreſſis, item ab MSS. Riccard. Voſſ. & Helmſtad. & aliis, tam hoc loco, quam paullo inferius, librorum auctoritate expunxi. Riccard. *qualis* habet; Helmſt. *quales* aut *Catullus.* Arnzen. *quales Catullus* meus: *aut Calvus revera quales Catullus, aut Calvus.* Sed idem codex infra ſimpliciter Pronomen *meus* negligit, ut videas, quid ſibi iſta repetitione voluerit. Corte.

1 *Calvus.*] *C. Licinius Calvus*, qui in adoleſcentia exceſſit eruditior Curione: tum etiam accuratius quoddam dicendi attulit genus, quod quanquam ſcienter eleganterque tractabat, nimium tamen inquirens in ſe, atque ipſe ſeſe obſervans, metuenſque ne vitioſum colligeret, etiam verum ſanguinem deperdit, atque ejus oratio nimia religione attenuata, doctis, & attente audientibus, erat illuſtris: a multitudine &. a foro, cui nata eloquentia eſt, devorabatur, &c. Tradit Seneca, eum habuiſſe iniquiſſimam litem de principatu eloquentiae: quare Fabius memorat inveniſſe qui Calvum praeferrent omnibus oratoribus, & qui contra crederent: ſed ſanctam, & brevem orationem, & caſtigatam in eo fuiſſe, & frequenter vehementem, imitatoremque Atticorum. compoſitionem ejus in actionibus ad exemplum Demoſthenis rigere, nihil in illa placidum, omnia & excitata & fluctuantia. Uſque eo violentus accuſator & concitatus fuit, ut in media actione ejus ſurgeret Vatinius reus, & exclamaret: *Rogo, vos iudices, nunquid ſi iſte diſertus eſt, ideo me damnari oportet?* Vid. de hoc pl. Plin. Tranq. in Caeſar & Ovid. Quintiliam amicam ex Propertio adamavit. memini etiam legiſſe *Bibaculum* pro Calvo in quibuſdam codicibus, quem ſcimus jamborum acerbum poëtam fuiſſe. Catan.

2 *Amaritudinis.*] Notando vitia, & infelices caſus ſcribendo. Idem. Intelligit aculeos, quibus pungit. Gronov.

3 *Leviuſculos.*] Hoc Martialis comprobaſſe videtur:

Sunt bona, ſunt quaedam mediocria, ſunt mala plura,
Quae legis: hic aliter non fit Avite liber.

Catan. Locus hic peſſime habitus in Catanaei aliorumque Edd. ubi ita legitur & diſtinguitur: *quantum illis l. d. a. amoris* inſerit! *ſane, ſed data opera* molliuſculos leviuſculosque, *duriuſculos quosdam*, quomodo vix hodie ſemibarbarus ſcripſerit. Recte autem viri docti diſtinctionem poſt verbum *inſerit* abſtulerunt, utpote quod ſequentia regit. priore autem membro exauditur *eſt*, vel *ineſt*, ut ſaepiſſime apud Criſpum. vide ad Cat. cap. XX. n. 13. Deinde multo aptius Gryphius dedit: *mollius leniusque*, nec aliter Aldus & alii conſentientibus MSS. noſtris fere omnibus niſi quod hi *leviusque* per conſuetam confuſionem ſcribant. De verſibus *duriuſculis* Catulli vide Harduin. ad Plinii mai. Praefat. pag. 2.

4 *Quaſi Catullus.*] Ad imitationem Catulli, quem Plin. in praefat. Naturalis hiſt. compoſuiſſe verſus duriores, quam natura carminis pateretur, aſſerit, utens nempe in primo hendecaſyllabi pede jambo. Verum Terentianus teſtatur, jambum & trochaeum in primo hendecaſyllabi pede recte poni. Catan.

5 *Epiſtolas*, quas *uxoris eſſe dicebat.*] Riccard. *epiſtolas: uxoris eſſe dicebat.* Agnoſcis Plinium.

6 *Plautum vel, &c.*] Plautinas vel Terentianas crederem. Nam ſolvi metrum dicitur, quando redigitur in orationem pedeſtrem. Videtur tamen imitatio Tulliana, apud quem ſcriptum De oratore perfecto eſt: *Equidem cum audio ſocrum meam Laeliam, ſic audio, ut Plautum mihi aut Naevium videar audire.* Catan.

7 *Quam* virginem *accepit.*] Barthius libro ſuo adſcripſerat, *quam* ignaram *accepit.* Sed non opus eſt, cum ruditas & ſimplicitas virginum Romanorum adeo nota ſit, ut ea nullo tali additamento declarata intelligatur.

8 *Politamque.*] Perfectam. Omnes enim perfectiones antiqui politiones dicebant. Catan.

9 *Eſt ergo.*] Scripta ejus in manibus habeo. Gronov. *Mecum*, id eſt, apud me. Vide Phaedrum. Scheff. Helmſt. *Eſt* enim *mecum.* 1 *Eun-*

ergo mecum per diem totum, eundem antequam ſcribam, eundem
quum ſcripſi, eundem etiam, quum remittor, non tanquam [1] eundem
lego. Quod te quoque, ut facias, & hortor & moneo. [2] neque enim 8
debet operibus ejus obeſſe, quod vivit. An ſi inter eos quos nun-
quam vidimus floruiſſet, non ſolum libros ejus, verum etiam [3] ima-
gines conquireremus: ejuſdem nunc honor praeſentis & gratia [4] quaſi
ſatietate langueſcet? At hoc pravum malignumque eſt, non admira- 9
ri hominem admiratione digniſſimum, quia [5] videre, alloqui, audire,
complecti: nec laudare tantum, verum etiam amare contingit. *Vale.*

XVII. C. Plinius [6] Corn. Titiano Suo S.

Com-

1 *Eundem.*] Semper enim aliquid novi in illo invenio. Catan. Male impreſſi aliquot: *eumdem cum remitto.* Scripti noſtri omnes *remittor.* Infra Lib. VII. Epiſt. IX. n. 9. *Fas eſt carmine* remitti. n. 13. *Nam mirum eſt, ut his opuſculis animus intendatur* remittatur*que.*

2 *Neque enim, &c.*] Nam viventes comitatur invidia. Hinc Martial.

Eſſe quid hoc dicam, vivis quod fama negatur?
Et ſua quod rarus tempora lector amat?
Hi ſunt invidiae nimirum Regule mores,
Praeferat antiquos ſemper ut illa novis.

Catan. Senſus igitur eſt; non debent ideo opera ejus non legi, quia recentia ſunt, nullumque, ſuperſtite adhuc auctore, a vetuſtate pondus habent. Multi enim nonniſi auctores veteres & mirabantur & legebant, neglectis contemtiſque ſeculi ſui Scriptoribus: quam rationem Plinius noſter & hic & alibi perſtringit. Buchner. Voſſian. *neque debet*, praeterita particula *enim*, quam & Gryphius inſuper habuit. Mox omnes ſcripti noſtri: At *ſi inter eos*, pro *An.*

3 *Imagines.*] Picturas ſimiles viventi Saturnino. Scriptorum enim imagines, inventore Aſinio Pollione, ſolebant in Bibliothecis locare, & quae non erant, fingebantur. pariebantque deſideria traditi vultus, quo maius nullum erat felicitatis ſpecimen, quam ſemper omnes ſcire cupere, qualis fuerit aliquis. Haec Plinius. At M. Tullius de perfecto Oratore teſtatur, Brutum imaginem Demoſthenis ex aere inter ſuas & ſuorum coluiſſe. Catan. Arnzen. puerorum more: *imaginem.* Vide ad Lucani Lib. II. vs. 298. De imaginibus illis vide ſequ. Epiſt. XVII.

4 *Quaſi ſatietate langueſcet.*] Riccard. Helmſtad. & impreſſi nonnulli *langueſcit*, quod interrogationi non convenit. Deinde Voſſian. & Helmſt. Et *hoc*, pro *At.* Miror autem, ut viro docto in mentem venerit τὸ *ſatietate*, mutare in *ſocietate.* Rerum praeſentium & hominum, quos ſemper ubique, prout volumus, adire aut complecti licet, facile taedium ſubit: certe deſiderium ceſſat. & haec eſt iſta *ſatietas.* Ita Lucan. Lib. IX. vs. 987. de Caeſare Troianas reliquias aliaque eius terrae inviſente:

Vt ducis implevit *viſus veneranda vetuſtas.*

Sidonius Lib. IV. Epiſt. XXI. *Sicque omnis* praeſentiae *veſtrae voluptas, quod tamen nullum* ſatias *coepit.* Cicero II. ad Attic. Epiſt. V. princ. *Cupio equidem, & iam pridem cupio Alexandriam reliquamque Aegyptum viſere, & ſimul ab hac hominum* ſatietate noſtri *diſcedere, & cum aliquo deſiderio reverti.* Atque ita paſſim. Corte.

5 *Videre*, adloqui, audire.] Duo poſteriora verba ignorant Riccard. Lindenbr. & Helmſtadienſis.

6 *Corn. Titiano.*] Varia exemplaria diverſimode ad quem ſcripta ſit epiſtola oſtendunt. Quaedam *Icciano*, alia *Piciano*: nonnulla *Cythiano*, aliqua *Titiano.* Magis approbo *Titiano*, cujus nominis crebra fit mentio ab hiſtoricis, qui res illorum temporum ſcripſerunt, ut omittam Tacitum & Tranq. Lucianus & Spartianus *Titiani*

me-

Commendat Titianum Capitonem, quod conſenſu Imperatoris L. Syllano ſtatuam poſuerit, & clarorum virorum imagines domi habeat.

EST adhuc curae hominibus fides & [1] officium. Sunt, qui defunctorum quoque [2] amicos agant. [3] Titinius Capito ab Imperatore noſtro impetravit, ut ſibi liceret ſtatuam [4] L. Syllani in foro
2 ponere. Pulchrum, & magna laude dignum amicitia principis [5] in hoc uti, quantumque gratia valeas, aliorum honoribus
3 experiri. Eſt omnino Capitoni in uſu, claros viros colere. mirum eſt, qua religione, quo ſtudio imagines [6] Brutorum, [7] Caſſiorum, [8] Ca-

meminere. Ad eundem quoque Libro VIII. ſcribit Caecilius. CATAN. Ex noſtris Voſſ. *Icciano*; Helmſt. *Cithiano*; Arnz. *Lyciano*. Riccard. *Cornelio Titiano*, qui tamen in Indice Nominum, ad quos Epiſtolae ſcriptae, libro I. praefixo *Cornelio* ſolummodo agnoſcit.

1 *Officium.*] Dictum, auctore Donato, quaſi *efficium*, ab efficiendo, eo quod quaeritur quid efficere in eo unumquemque conveniat pro conditione perſonarum. De officiorum ordine Lib. V. cap. 13. Gell. multa diſſerit, & Seneca De benefic. non ſatis probat illorum ſententiam, qui ita diſtinguunt, *quaedam beneficia eſſe*, *quaedam officia*, *quaedam miniſteria*. Aſconius, officium ad virtutem pertinere dicit: quod ſane convenit huic loco. Seneca aliquando videtur officio pro magiſtratu uſus, *Sexageſimus*, inquit, *annus ab officio me dimittet.* Hinc Apulejus *officialem* deduxit, pro eo qui magiſtratum gereret, vel potius pro lictore. Et Pollio *palatina officia*: ac Lampridius, in animo habuit omnibus officiis genus veſtium proprium dare. CATAN. *Eſt adhuc* cet. ita dictum, ut apud Papinium: *Eſtis io ſuperi.* BARTH.

2 *Amicos agant.*] Servent amicitiam etiam in mortuos. In re non diſpari laudatur Melior apud Martialem. CATAN. Dictio *amicum agere* habetur apud Tacitum, & Secundum ſequitur Sidonius Lib. VI. Epiſt. VIII. *Quia non parum mihi* intimos agunt, *quibus & ipſe ſatis intimus.* ubi Io. Savaro conſulendus.

3 *Titinius.*] *Titinnii Capitonis* bis factam memoriam apud Plin. invenies: & Lactantius in Div. inſtit. tradit, *Titinnium Capitonem ſcripſiſſe ſpectaculorum libros.* Et alibi Plinius Titinium Capitonem commendat, *quod ſtudioſos amaret*, *ſtudia coleret*, &c. Nam exitus virorum illuſtrium ſcribebat Capito. *Lucium Capitonem* hiſtoricum Suidas refert. *Capitonem* poëtam citat Athenaeus, ſed Alexandrinum fuiſſe meminit. CATAN.

4 *L. Syllani.*] Duos *L. Syllanos* viros claros tradunt hiſtorici. Alterum inſignem triumphalibus ornamentis, & gladiatorii muneris magnificentia, alterum eximia nobilitate, diſciplinaque C. Caſſii, apud quem educatus, ad omnem claritudinem ſublatum Nero ſenatu movit, ac municipio Apuliae, cui nomen eſt Barium, clauſum, Centurio juſſu imperatoris tanquam in pugna, quamquam inermem obnitentem, confecit. Hunc potius intelligo, cui potuit cum *Titinio* fuiſſe amicitia. IDEM. Scripti noſtri partim a prima, partim a ſecunda manu *Silani.* Supra Arnz. *ab imperatore impetravit*, ſine Provocabulo. Statuas olim promiſcue ponere licebat, poſtea non niſi auctore principe. Vide Interp. Suetonii ad Caligul. cap. XXXIV. & infra Lib. II. Epiſt. VII. princ. quae loca etiam Cellarius adſcripſit.

5 *In hoc.*] In amicis defunctis exornandis. CATAN. Proprie *in hoc* notat in hunc finem, pro quo non ita probe Lindenbr. *in haec.* Seneca Hippolyto vs. 1213. In hoc *redimus?* ubi vide I. Fr. Gronovium, & iunge Cl. Ducker. ad Flori Lib. IV. cap. VII. n. 13. *Speculator quoque* in id *miſſus.* Perperam Bongarſ. *amicitia principis in hoc*, ita quantum *gratia valeas* cet. Infra Helmſtad. *claros colere*, omiſſo Nomine *viros.*

6 *Brutorum.*] Scio multos Brutos eſſe, ſed hic praecipue intelligi *L. Brutum*, qui Tarquiniis expulſis libertatem Romanis aſſeruit: item *L. Brutum* plebejum, cujus conſilio populus tribunos plebis a patribus impetravit. item *D.* & *M. Brutos*, inter principes conjuratorum in necem Caeſaris dictatoris. CATAN.

7 *Caſſiorum.*] Occurrit agmen *Caſſiorum*, tum rebus bellicis, tum doctrina & juris ſcientia praeſtantium. Sed hic tyrannorum interfectores audiendos imprimis opinor, qualis *C. Caſſius* Julii Caeſaris, & *Caſſius Chaerea* Caligulae, interfectores, de quibus Juven. Satyr. V. Legimus apud Tranq. quendam hiſtoricum ultimos Roma-

[1] Catonum domi, [2] ubi poteſt, habeat. Idem clariſſimi cujuſque vitam egregiis carminibus exornat. Scias ipſum plurimis virtutibus abundare, qui alienas ſic amat. [3] Redditus eſt L. Syllano debitus honor, cujus immortalitati Capito proſpexit pariter, & ſuae. Neque enim magis decorum & inſigne eſt, [4] ſtatuam in foro populi Romani habere, quam ponere. *Vale.*

XVIII. C. Plinius [5] Tranquillo Suo S.

Deterritum Tranquillum, ne, quam acturus erat, cauſam, diceret, exemplo ſui monet agendam: quod ſi veretur, ſaltem pollicetur operam ſuam, ut in aliud tempus transferatur.

SCribis te perterritum ſomnio, vereri ne quid adverſi in actione patiaris. Rogas, ut dilationem petam, & pauculos dies: [6] certe proximum excuſem difficile eſt, ſed experiar: [7] ϗ γάρ τ᾽ ὄναρ ἐκ Διός ἐςιν. Re-

manorum appellaſſe Brutum & Caſſium: & Athenienſes decreviſſe ſtatuas aereas Bruto & Caſſio, tanquam libertatis propugnatoribus, juxta Harmod. & Ariſtogitona. Idem.

1 *Catonum.*] *Cenſorini* & *Uticenſis.* Fuerunt & alii, ſed obſcuriores, quos Gellius Libro XII. ſigillatim numerat. Idem.

2 *Ubi poteſt.*] Nam in loco publico tyrannicidarum ſtatuas ponere non licet, eas tamen domi, ubi poteſt, habet, quia difficulter inveniebantur. Nam Caligula Romanorum fax ſtatuas virorum illuſtrium ab Auguſto in Martium campum collatas ita disjecit, ut reſtitui ſalvis titulis non valuerint. Et legimus Caſſium damnatum, quod Caſſii effigiem domi haberet. An, *ubi poteſt*, quando poteſt, quia non licebat ponere ſtatuam in foro alicui ſine nutu Imperatoris. Idem. Prior expoſitio verior eſt.

3 *Redditus.*] Vel *reſtitutus*, cum olim ſtatua ei fuiſſet data, ſed poſtea disjecta. Catan.

4 *Statuam, &c.*] Prius effigies hominum non ſolebant exprimi, niſi aliqua illuſtri cauſa, ex membris ipſorum ſimilitudine expreſſa. excepta deinde res a toto terrarum orbe humaniſſima ambitione, & jam fori ornamentum ſtatuae eſſe coeperunt, prorogarique memoria hominum, & honores legi, & baſibus inſcribi, mox forum & in domibus factum, atque in atriis. Honos clientium inſtituit ſic colere patronos. Idem.

5 *Tranquillo.*] Scriptor hiſtoriae emendatiſſimus, & candidiſſimus, ſub Adriano epiſtolarum magiſter fuit. Vir, Secundi judicio, honeſtiſſimus, & eruditiſſimus, quem ob morum elegantiam, & ſtudia, in contubernium aſſumpſit, & ardenter dilexit: cui, quod parum felix in prole eſſet, jus trium natorum ab imperatore Trajano impetravit. In ſumma, ſicut Tacitum Secundus, ita Tranquillus Secundum ſuſpexit, & magiſtro uſus eſt. Idem.. Scripti libri *Suetonio Tranquillo ſuo.* Unus Helmſtad *Septicio Claro* inſcribit.

6 *Certe proximum excuſem.*] Diſtinctio in vulgatis corruptiſſima erat, & quae nullum ſenſum verborum admittebat. Quid enim inde efficias: *Rogas, ut dilationem petam, & pauculos dies: certe proximum excuſem difficile eſt, ſed experiar.* Connectenda ſunt omnino iſta: *& pauculos dies, certe proximum excuſem.* *Certe* eſt ſaltem, minimum, & ita *excuſare pauculos dies, ſaltem proximum* dictum eſt, ut ſupra Epiſt. VII. n. 2. *Excuſare Baeticis advocationem*, & Epiſt. XV. extr. *Mihi te ſemper excuſa*, quod poſterius Barthius hic adſcripſerat, licet alienum eſſe videatur. Corte.

7 Καὶ γὰρ τ᾽, &c.] *Nam ſomnium ex Jove eſt.* Sic enim ſcripſerat Suetonius Secundo ex Homer. Il. ά. vs. 63. ubi prout illum intellexiſſe, vel γὰρ τὸ ὄναρ, vel γάρ τε ὄναρ, vel γάρ τι ὄναρ (quod minus placet) exiſtimabimus, ita vel ge-

2 Refert tamen, [1] eventura ſoleas, an contraria ſomniare. Mihi repu-
tanti ſomnium meum, iſtud quod times tu, egregiam actionem por-
3 tendere videtur. Suſceperam cauſam [2] Julii Paſtoris cum mihi quie-
ſcenti viſa eſt [3] ſocrus mea advoluta genibus, ne agerem, obſecrare.
Et eram acturus [4] adoleſcentulus: adhuc eram [5] in quadruplici judicio:
eram contra potentiſſimos civitatis, atque etiam Caeſaris amicos,
quae ſingula excutere mentem mihi poſt tam triſte ſomnium poterant.
4 Egi tamen [6] λογισάμενος illud,

[7] Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνασθαι περὶ πάτρης.

Nam

generaliter quaeviſ ſomnia, vel quaedam tantum ab Jove eſſe, illum dicere exiſtimabimus. Quidam interpretantur *Hoc* ſomnium. STEPHAN.

1 *Eventura.*] Vera ſomnia, quae a Jove fieri creduntur, teſt. Servio Lib. VI. Æneid. Macrobius ὄνειρον dicit, quod tegit figuris & velut ambagibus. CATAN. Facinus vides in hac nota illius, qui Catanaei, inter Variorum adnotationes, vulgavit. Sed neque Catanaeus, ſi Commentarium eius inſpicias, dilucide ſententiam ſuam propoſuit. Hoc vult Plinius. Duo eſſe ſomniorum genera, alterum, quo res ita finguntur, ut ſunt eventura, v. g. videor mihi per ſomnum magiſtratum adipiſci, idque revera deinde mihi evenit; alterum, quo contraria illis, quae eventura ſunt, per quietem adparent, v. g. iugulari mihi videor, & contra bonum aliquod mihi obvenit. Haec genera diſtinguenda cuique eſſe ait, & antiquiſſima de ſomniis obſervatio eſt, quam ut adplicet Tranquillus, monet Plinius. Apuleius Lib. IV. Metam. pag. 155. *Nam praeter quod diurnae quietis imagines falſae perhibentur, tum etiam nocturnae viſiones* contrarios eventus *nonnumquam praenunciant. Denique flere & vapulare, & nonnumquam iugulari lucroſum proſperumque proventum nunciant*, cet. Lege, quae ibi adnotavit Elmenhorſtius. CORTE.

2 *Julii Paſtoris.*] In ejus conſpectu teſtatur Seneca, C. Caeſarem filium eius occidiſſe, apud quem etiam fit mentio *Paſtoris, declamatoris.* Crediderim Caecilium ſenſiſſe Paſtorem, ad quem Lib. IX. ſcripſit Mart. In quibuſdam exempl. non *Julii* ſed *Junii* legitur. CATAN. Prius haud aliter Pal. noſter. GRUTERUS. Riccard. Bongarſ. & Helmſtad. *Junii Paſtoris*; Arnz. *Ninii P.*

3 *Socrus.*] Pompeja Celerina. CATAN.

4 *Adoleſcentulus adhuc.*] Nam. XXI. aetatis anno dicere in foro coepit. IDEM.

5 *In quadruplici judicio.*] In centumvirali. Alibi hic locus declaratur, *quadruplici*, inquit, *judicio bona paterna repetebat.* Sedebant judices centum & octoginta, tot enim quatuor conſiliis conſcribuntur. Nam de una re baſilica Julia fiebant quatuor judicia apud totidem tribunalia. Vid. & Lib. IV. Ep. 24. unde Fabius Trachali oratoris vocem commendans XII. Lib. cap. V. *Certe*, ſcribit, *cum in baſilica Julia diceret Trachalus primo tribunali: quatuor autem judicia, ut moris eſt, cogerentur, &c.* Dicta ſunt centumviralia judicia a centumviris ſecundum Feſtum. Nam cum eſſent Romae XXXV. Tribus, terni ex ſingulis tribubus ſunt electi, & licet quinque amplius fuerint, tamen quo facilius nominarentur, centumviri ſunt appellati: dein procedente tempore aucti uſque ad centum octoginta, ſervata ſemper priori appellatione. Poſtea a Veſpaſiano electi, qui judicia centumviralia, quibus peragendis vix ſuffectura litigatorum aetas videbatur, extra ordinem dijudicarent, redigerentque ad breviſſimum numerum. Fuerunt inſtitutae centumvirales cauſae a Cor. Sylla, Carbone oratore agente admodum juvene, auctores ſunt M. T. & Pomponius. IDEM. Vide pl. Turnebum Lib. IV. adverſ. c. 3. BUCHNER.

6 Λογισάμενος.] Conſiderans. reputans. CATAN. & STEPH. Sine neceſſitate Graeco verbo hic uſum eſſe Plinium, plerique arbitrantur, & multus in eo eſt Stephanus, ut excuſet, quem vide in Praefat. ad Plinium. Puto non eſſe Latinum verbum, quod Graecum illud perfecte exprimat; at poſterior aetas non dubitavit *ratiocinans* eo ſenſu dicere, quamquam id paullo aliter olim acciperetur. Apuleius I. Metam. pag. 113. *His ego auditis mores atque parſimoniam* ratiocinans *Milonis, volensque me artius ei conciliare, Nihil, inquam, rerum iſtarum indigemus.* CORTE.

7 Εἷς οἰωνὸς, &c.] *Unum augurium optimum, pugnare pro patria.* Sententia ſimplex, quam

Aph-

[1] Nam mihi patria, [2] & ſi quid carius patria, fides videbatur. proſpere ceſſit: atque ideo illa actio mihi aures hominum, illa januam famae patefecit. Proinde diſpice, an tu quoque ſub hoc exemplo ſomnium 5
iſtud in bonum vertas: aut, ſi tutius putas illud cautiſſimi cujuſque praeceptum. [3] Quod dubitas ne feceris; idipſum reſcribe. Ego ali- 6
quam [4] ſtropham inveniam, agamque cauſam tuam, [5] ut ipſam agere, cum tu voles, poſſis. Eſt enim ſane alia ratio tua, alia mea fuit. Nam judicium centumvirale differri nullo modo, iſtud aegre quidem, ſed tamen poteſt. *Vale.*

XIX. C. Plinius [6] Romano Firmo Suo S.

Firmo pro liberalitate ſua dono promittit trecenta ſeſtertia ad explendum cenſum equeſtrem.

[7] MUniceps tu meus, & condiſcipulus, & ab ineunte aetate contu-

Aphthonius in ſuis Praeexercitamentis recitat, & M. T. ad Attic. citat. Lucianus Homero aſcribit, nam eſt Lib. XII. Iliad. vs. 243. Athenaeus Metagenis comici recognoſcit, tantum mutata ultima dictione ab Ulpian.. interlocutore pro commodo ſuo: εἷς οἰωνὸς ἄριςος ἀμύνεσθαι περὶ δείπνου Non diſſimile Hom. illud ex Lib. XV. vs. 496. Iliad. οὔ οἱ ἀεικὲς ἀμυνομένῳ περὶ πάτρης Τεθνάμεν *Non illi indecens pugnanti pro patria mori.* quod in ſuis carminibus ita tranſtulit Horat. *Dulce & decorum eſt, pro patria mori.* CATAN. Bono igitur augurio & bonis avibus pugnat, quiſque pugnat pro patria. STEPHAN. Homericum illud profert Cicero II. ad Attic. Epiſt. III. & Latinis verbis de Senectute cap. IV.

1 *Nam mihi patria, &c.*] Senſus eſt: fides quam dederam Julio Paſtori, videbatur mihi eſſe patria, ſi quid tamen mihi carius eſt patria. Perinde eſt, ac ſi diceret, nihil amo ſupra patriam. CATAN.

2 *Et ſi quid.*] Sic & Liber Neuſtetteri, nec non vetus editio. Nuperiores: *etſi quid carius patria?* minus venuſte. GRUTER. Modius Novantiqu. Epiſt. CVII. ex libro Neuſtetteri emendat: *Nam mihi patria, & ſi quid carius patria, fides* agi *videbatur*, quod additamentum omnes noſtri Codd. reſpuunt. Non advertit vir doctus, ex inſulſa interpretatione id verbum intruſum eſſe, quod ſi admittimus, nullo prorſus ſenſu iſta: *& ſi quid carius patria* adſcripta ſunt. Hoc vult: fides, quam dederam, mihi patria, & amplius quid, ſi modo quid carius patria eſſe poteſt, videbatur. CORTE.

3 *Quod dubitas.*] Riccard. Helmſtad. & Arnzen. *Quod dubites.*

4 *Stropham.*] Excuſationem doloſam ἀπὸ τοῦ ςρέφω. hac dictione uſus ſaepe Mart. ut & Prudent. *impune tantas furcifer ſtrophas.* CATAN. Sic Hieron. contra Rufin. *Vis ſcire totas argutiarum tuarum ſtrophas.*

5 *Ut* ipſam *agere.*] Riccard. Lindenbr. & Bongarſ. *ut* iſta *agere.* Male. Elegantiam captat in diverſo ſignificatu τοῦ *cauſſam*, quod hic cum Pronomine *ipſam* intelligi debet. Tale eſt illud Livii Lib. II. cap. XXX. *Vt imperium, ſuo vehemens, manſueto permitteretur* ingenio. item Cic. VII. Fam. Epiſt. XXIX. n. 1. 2. Vide ad Salluſt. Iug. cap. XLIX. n. 4. & ad Lucan. Lib. V. vs. 535. Falſi enim ſunt, qui illa *agam cauſſam tuam* aliter intelligunt, ac tua cauſſa laborabo, hoc eſt, te excuſabo. Helmſtad. & Arnzen. *ut ipſam agere tu, cum voles, poſſis.*

6 *Romano Firmo.*] Hunc *Firmum* ſub Antonino imperatore memorat fuiſſe Modeſtinus. alios inſuper *Firmos* recitant Tacitus & Secundus. *Firminum* praeterea lego in memoriis Comenſium.) CATAN. Riccard. *Romatio* habet, pro *Romano*; Voſſian. *Firmo* omittit, quod & Gryphius fecit.

7 *Municeps tu meus.*] Sic eſt a veteribus cuſis,

quos

tubernalis: pater tuus & matri, & [1] avunculo meo, mihi etiam, quan-
tum aetatis [2] diverſitas paſſa eſt, familiaris: magnae & graves cauſae,
2 cur ſuſcipere & augere dignitatem tuam debeam. Eſſe autem tibi
[3] centum millium cenſum, ſatis indicat, quod apud nos [4] decurio es.
Igitur, ut te non decurione ſolum, verum etiam equite Romano per-
fruamur, offero tibi ad implendas [5] equeſtres facultates trecenta millia
3 nummûm. Te memorem hujus muneris amicitiae noſtrae diuturnitas
ſpondet. Ego ne illud quidem admoneo, quod admonere deberem,
[6] niſi ſcirem ſponte facturum, ut dignitate a me data, [7] quam mode-
ſtiſſime,

quos firmat Palatinus, & ratio. Nuper cuſi: *Municeps tuus, &c.* quod reſpuit nexus verborum. GRUTER. Conſentiunt emendatae lectioni omnes noſtri MSS. ut & plerique Anglicani, ut indigneris, Thomam Hearne corruptum illud: *Municeps* tuus *& condiſcipulus*, repraeſentare potuiſſe.

1 *Avunculo.*] C. Plinio Secundo hiſtorico, cui per adoptionem factus eſt Caecilius filius, multum iſta confirmant opinionem, qui ſcripſere Plinium avunculum fuiſſe Novocomenſem. CATAN.

2 *Diverſitas.*] Magis enim par parem, delectat, ſecundum Graecum proverb. ἧλιξ ἥλικα τέρπει. IDEM.

3 *Centum millium.*] Nummum. Nam tanti erant mille nummi, quanti unum ſeſtertium: ergo centum millia nummum erant centum ſeſtertia. CATAN. Decurionum itaque cenſus centum millibus, hoc eſt, centenis ſeſtertiis aeſtimabatur. Neque enim Romae tantum, verum in municipiis quoque dignitates ordinum ad facultatum certum modum reſtringebantur. Ita, ut nemo eas conſequi poſſet, niſi bona illius & facultates definitam ſummam implerent: & ordinem adeo amitteret, ea qui decidiſſet: quod ex Libanii quoque de Patrociniis oratione cognoſcimus. BUCHNER.

4 *Decurio.*] Senator in municipio. CATAN. Vide quae diximus ad Ep. VIII.

5 *Equeſtres facultates.*] Cenſum equitum Romanorum, qui quadringentis ſeſtertiis conſtabat. Unde ſubtiliter illum locum Horat. in Epiſtol. eſt executus:

> *Si quadringentis ſex ſeptem millia deſunt,*
> *Eſt animus tibi, ſunt mores, eſt lingua fideſque,*
> *Plebs eris.* — —

Vid. & Martial. Lib. V. Cauſam huius exponit Plin. Lib. XXXIII. cap. 2. CATAN. Compendio fere dicebant, *quadringenta*, ſubint. *millia.* Cenſus vero Senatorius erat *octingenta millia*, ut in Auguſto prodit Suet. Nec abs re ſane in conferendis magnis iliis dignitatibus, cenſus opumque ratio fuit habita. Veriſſime quippe Tullus apud Dion. Halicarnaſſ. Lib. IV. Οὐκ ἂν γένοιτο φρόνημα εὐγενὲς ἐν ἀνδράσιν ἀπορουμένοις τῶν καθ' ἡμέραν ἀναγκαίων: *Nihil generoſius poteſt ſapere, qui quotidiani victus penuria premitur.* Adde, quod majori curae Remp. habent, quorum & privatim intereſt, eam eſſe ſalvam. BERNEGG. Cenſus equeſtris Romae quadringentis millibus definitus. Quoniam itaque iam tum centum millia poſſidebat Firmus, adhuc trecentis erat opus, ut eques Romanus fieret. BUCHNER. Voſſian. Arnzen. & Edd. Gryphii: equitis *facultates.* Lege omnino Martial. Lib. IV. Epigr. LXVII.

6 *Niſi* te *ſcirem ſponte facturum.*] Riccard. *niſi ſcirem ſponte* te *facturum.* Sed Helmſtad. Bongarſ. & Lindenbr. Provocabulum *te* plane negligunt, & recte. Adi noſtra ad Salluſt. Iug. cap. CII. n. 9. *Cui ſcilicet placuiſſe, & vim & gratiam noſtram experiri*, quo loco multi Codd. *te experiri.* Idem Cat. cap. LII. n. 16. *Eo magis refert mihi atque vobis timere*, ubi vulgo erat: *me mihi a. v. timere.* Sic ille ſaepiſſime Cic. X. Fam. Epiſt. X. *De te fama conſtans, nec decipi poſſe nec vinci.* Juſtinus XII. cap. V. n. 2. *Maxime indignabatur carpi ſermonibus ſuorum, Philippi patris patriaeque mores ſubvertiſſe.* Sic Edd. vett. & MS. quem vidimus. Vulgo: *carpi ſe ſermonibus.* CORTE.

7 *Quam modeſtiſſime, ut a me data, utare.*] Deſunt iſta: *ut a me data* in MSS. Arnz. & Lincoln. item in Edd. Sichardi, Thomaſii & Cellarii, ut quae ex Gloſſemate irrepſerint. Ipſe contra additum illud: *quam modeſtiſſime*, quod non comparet in Helmſtad. interpretis puto, cum Secundus numquam aliud Adverbium *ſollicitius* ſubiunxiſſet, ſi *quam modeſtiſſime* iam ſcripſiſſet. Sane

ſtiſſime, ut a me data, utare. Nam ſolicitius cuſtodiendus eſt honor, 4
in quo etiam beneficium amici tuendum eſt. *Vale.*

XX. C. PLINIUS [1] CORN. TACITO SUO S.

Conſulit Corn. Tacitum, an magis probet dicendi genus amplum, in quo profecto vis magna eſt: an brevius, quod placere cuidam ex diſputatione narrat, ſibi vero nequaquam.

FRequens mihi diſputatio eſt cum quodam docto homine & peri-
to, cui nihil aeque in cauſis agendis, ut brevitas placet: quam 2
ego cuſtodiendam eſſe confiteor, ſi cauſa permittat, alioquin [2] prae-
varicatio eſt tranſire dicenda. Praevaricatio etiam, curſim & brevi-
ter attingere, quae ſint inculcanda, infigenda, repetenda. Nam ple- 3
riſque longiore [3] tractu vis quaedam & pondus accedit. Utque cor-
pori ferrum ſic oratio animo non ictu magis, quam mora imprimitur.
Hic ille mecum [4] auctoritatibus agit, ac mihi ex graecis orationes [5] Lyſiae 4
oſten-

Sane formula iſta: *dignitate a me data, ut a me data, utare*, prorſus Pliniana eſt, ſaepe tamen a Librariis corrupta. Dicemus nonnihil infra ad Lib. VIII. Ep. XXIV. n. 2. *Miſſum ad ordinandum ſtatum liberarum civitatum, id eſt, ad homines* maxime homines, *ad liberos*, maxime liberos, *qui ius a natura datum* cet. Sic enim illic ex MS. Mediceo legendum eſſe, confirmabimus. Hoc loco id unum aliquam difficultatem adfert, quod particula *ut* tam brevi ſpatio repetita, aliquid ſcabri habere videtur: quod tamen facili negotio tolletur, ſi primo loco *ut* expungas, ut legamus: *Ego ne illud quidem admoneo, q. a. d. n. ſ. ſ. facturum, dignitate a me data, ut a me data, utare.* Antequam tamen aliquid mutes, vide quae diximus ſupra ad Epiſt. II. n. 1. *Quod nihil ante* peraeque eodem ζήλῳ *ſcripſiſſe videor.* CORTE.

1 *Corn. Tacito.*] Eloquentiſſimus & graviſſimus rerum ſcriptor, tantae fuit apud poſteros auctoritatis, ut *Tacitus*, qui poſt imperavit, eum parentem ſuum dixerit, & in omnibus bibliothecis collocarit: ac ne exemplorum raritate interiret, librum per ſingulos annos decies tranſcribi a vicorum principibus juſſerit; ſed nec ſolerti quidem iſta diligentia potuit omnino periculo occurrere. Nam quod extat (proh dolor) mancum, inverſum, neque pedes habens, ut vix Cornelii majeſtatem deprehendas. CATAN.

2 *Praevaricatio.*] Haec eſt ab officii ſui praeſcriptione deflexio, ſive malitia, ſive imprudentia. Unde Marcell. *Praevaricari eſt vera crimina abſcondere.* Nam *praevaricatorem* eum ſentimus, qui colludit cum reo, & tranſlativo munere accuſandi defungitur, quod proprias probationes diſſimularet, falſas excuſationes admitteret. Vid. & Ulp. Labeo a varia concertatione tractum ait. Nam qui praevaricatur, ex utraque parte conſiſtit, quinimmo ex adverſa. Alii a praetergrediendo. Fabius aſſerit, nunquam oratoris eſſe praevaricari; qui praevaricationes feciſſe, quive ob accuſandum, negociumve cui faciendum pecuniam accepiſſe judicatus erit, jus accuſandi non habet. IDEM. Omnes noſtri ſcripti *alioquin*, & ſic in Apuleii aliorumque MSS. ſemper datur.

3 *Tractu.*] Scripti noſtri uno ore: *longiore tractatu*, non *tractu*, atque ita emendavimus ſupra Epiſt. VIII. n. 8. *Ut pulchritudinem illarum* longiore tractatu *pervideremus.* Ubi vide.

4 *Auctoritatibus.*] Teſtimonio veterum oratorum. CATAN.

5 *Lyſiae.*] *Lyſias* orator Syracuſanus Cephali filius, Tiſiae & Niciae auditor, Socrati reo orationem obtulit qua ſe defenderet. Subtilis ſane oratio atque elegans, & quo nihil, ſi oratori ſatis ſit dicere, quaeras perfectius: nihil enim in illo eſt inane, nihil accerſitum: puro tamen fon-

ti

oſtentat, ex [1] noſtris, [2] Gracchorum [3] Catoniſque, quorum ſane plurimae ſunt circumciſae & breves. Ego Lyſiae [4] Demoſthenen, [5] Aeſchinen, [6] Hyperiden, multoſque praeterea: Gracchis, & Catoni, [7] Pollionem, [8] Caeſarem, [9] Caelium, imprimis [10] Marcum Tullium oppo-

ti quam magno flumini propior. Habet autem textum tenuem atque rarum. maxima in eo eſt gratia ſimplicis atque inaffectati coloris, fides ſumma: ſcribebat aliis, non ipſe dicebat. ſi ex ejus oratione verbum aliquod demas, muteſve, atque id commodiſſime facias, de ſententia tamen detraxeris: & praeter Suidae, Diogenis, Fabii & Gellii teſtimonium, M. Tullius de optimo genere oratorum, tenuem notat Lyſiam, quia & privatas, & parvarum rerum cauſas ſcripſit, inde jejunior eſſe videtur. Plato ſecundum Plutarchum in Lyſia inventionem & ordinem improbabat, accuſationem & verborum ſplendorem ac acumen laudabat. Catan.

1 *Noſtris.*] Latinis oratoribus. Idem.

2 *Gracchorum*] *Caii & Tiberii* fratrum trib. pl. aperte quantum dicendo uterque valeret, Plutarchus in vitis eorundem oſtendit. Praecipuus ſui temporis orator fuit *C. Gracchus* Catone ſane plenior, & uberior ſecundum Tacit. & Fab. Idem.

3 *Catonis.*] *Cenſorini*, quem quamvis non contentum eloquentia ſui temporis, & Romanum Demoſthenem dictum, Cicero tamen non putat imitandum. Nam omnis generis orationes, & pro ſe multas, & pro aliis, & in alios reliquit, non ſolum accuſando, ſed etiam dicendo fatigans inimicos. Illarum ſaepe meminit Gellius; quantum vero praeſtiterit ingenio circa res gerendas, ſi quis ſcire intendit, legat praeter Gellium, M. Tul. De oratore Lib. III. Liv. in bello Maced. & Plutarch. cum Nepote. Idem.

4 *Demoſthenem.*] Lyſia in dicendo fuit copioſior. De hoc M. Cicero De claris oratoribus egregie agit. Sic & Fabius: *Decem ſimul Athenis oratores magnos aetas una tulit, quorum longe princeps Demoſthenes, &c.* Idem. Riccard. *Demoſthenen*, *Aeſchinen*, & cum Lindenbr. porro *Hypericlen* etiam exhibeat, *Hyperiden* quoque ſcripſi. Vide ſupra ad Epiſt. II. n. 2. *Tentavi enim imitari* Demoſthenen. Diſtinctionem noſtram defendit Modius Novant. Epiſt. CVI.

5 *Aeſchinem.*] De hoc idem Fabius, *Demoſthene plenior Aeſchines, & magis fuſus, & grandiori ſimilis, quo minus ſtrictus: carnis tamen plus habens, lacertorum minus. in ſumma, inter Atticos oratores palmam Demoſtheni, proximum vero locum Aeſchini tribuerim.* Catan. De Demoſthene, & Aeſchine vide Aelian. Lib. VIII. Variar. hiſtor. cap. 12.

6 *Periclem.*] Quidam legunt *Hyperidem*, (nam utrique ſummi fuerunt oratores (fortaſſe ducti teſtimonio Quintiliani Lib. XII, ſcribentis: *Periclis eloquentiae nulla ad nos monumenta veniſſe*: & non multo poſt: *Nihil poſteritati manſuriſque mox literis reliquiſſe Periclem.* Hic quo me vertam? cum M. T. Lib. II. de Oratore prodiderit, *antiquiſſimos fere eſſe; & quorum ſcripta conſtent, Periclem & Alcibiadem*: & de claris orator. *ante Periclem neminem mandaſſe monumentis orationem.* Sed non noſtrum, inter duo Latinae linguae lumina judicium interponere, cum Lucian. in laudatione Demoſth. cum M. T. conveniat. *Hyperides* vero Athenienſis orator poſtulante Alexandro M. una cum Demoſthene, Lycurgo, Charidemo oratoribus, ab Athenienſibus capite damnatur, qui mortis metu urbe ceſſit: ſed cum poſtea Archias actor tragoediarum cum in Aeginam ad Aeacum confugiſſet, detractum in Cleonas miſit, ibique evulſa ab Antipatro lingua, necatus eſt. Fuit autem orator dulcis imprimis & acutus, ſed minoribus cauſis ut non dixerim utilior, ita magis par in illa oratione, quam admirabiliter egit pro Phryne meretrice. Putant eam liberaſſe conſpectu corporis ſpecioſiſſimi, quod illa revelaverat deducta tunica. Catan. Duo MSS. *Hypericlem*; Ceteri vero *Hyperidem.* Vulgatae quaedam *Periclem.* Ipſe, cum aliis, *Hyperiden*, auctoritate membranarum, repoſui, eumque Oratorem cum Demoſthene etiam Tullius coniungit I. de Orat. cap. XIII. De eodem Fabius Lib. X. cap. I. ut iam Cellarius adnotavit, qui & de reliquis eumdem Fab. Lib. XII. cap. X. & Dialog. de Orat. cap. XVII. legendum eſſe monet. Infra Riccard. & alii vetuſtiores, ut & quidam impreſſi Copulam ante *inprimis* expungere iubent: quibus parui.

7 *Pollionem.*] *C. Aſinius Pollio Trallianus*, philoſophus & orator ſumma diligentia uſus, adeo ut quibuſdam etiam nimia videatur. Conſilii & animi nitore, & jucunditate Ciceroni proximus, cui & aemulus & infenſus fuit: orationibus ſuis multum urbanitatis, & antiquorum poëtarum inſeruit. At Seneca ejus *compoſitionem* tanquam *ſalebroſam & exilientem* notat, & ubi minime expectes, *relicturam.* Sic & in prologo Declama-

oppono, cujus oratio optima fertur eſſe, [1] quae maxima. Et hercu-
le, ut aliae bonae res, ita bonus liber [2] melior eſt quiſque, quo
major. [3] Vides ut ſtatuas, ſigna, picturas, hominum denique, mul- 5
torumque animalium formas, arborum etiam, ſi modo ſint decorae,
nihil magis, quam amplitudo commendet. Idem orationibus evenit:
quin etiam voluminibus ipſis auctoritatem quandam & pulchritudinem
adjicit magnitudo. Haec ille, multaque alia, quae a me in eandem 6
ſententiam ſolent dici, ut eſt in diſputando [4] incomprehenſibilis & lu-
bricus, ita [5] eludit, ut contendat hos ipſos, quorum orationibus ni-
tor, pauciora dixiſſe, quam ediderint. Ego contra puto. Teſtes 7
ſunt multae multorum orationes, & Ciceronis pro [6] Murena, pro
Vareno: in quibus brevis & nuda quaſi [7] ſubſcriptio quorundam cri-
mi-

mationum Lib. IV. *Nunquam admiſſa multitudine declamavit: primus omnium Romanorum advocatis hominibus ſcripta ſua recitavit, primus bibliothecam dicando inſtituit, in ea ſcriptorum praeſtantiſſimorum imagines collocavit.* Hunc *Aſinius Gallus* filius auſus eſt Ciceroni conferre, & praeponere. Adverſus Catonem cauſas egit. CATAN.

8 *Caeſarem.*] *C. Julius Caeſar* ſummis oratoribus aemulus teſte M. Tullio, orationem elegantem, ſplendidam, magnificamque prae ſe tulit: ſententiis acutus & creber, quod niſi magnitudine rerum gerendarum occupatum divinum ejus ingenium fuiſſet, non alius ex noſtris contra Ciceronem nominaretur. IDEM. Ariſtone praeceptore uſus eſt, de quod vid. Ælian. hiſt. Var. Lib. VIII. cap. 21.

9 *Caelium.*] In hoc maxime laudatur indoles, nitor, & altitudo, & praecipue in accuſando multa urbanitas: ſed aſperitatem, & ſordem verborum in eo damnant. Nam hians compoſitio, & inconditi ſenſus redolebant antiquitatem. CATAN.

10 *M. Tullium.*] Quo nemo tam multa oratore, ne in Graeco quidem ocio ſcripſit: vim cujus in dicendo & copiam, a Fabio Libro X. & Seneca Suaſoriarum I. commendatam pluribus, quam ut deceat in commentarios conferre, ſatis habemus lectorem admonuiſſe. IDEM.

1 *Quae maxima.*] Qualis eſt pro Cluentio, & pro domo ſua apud Pontifices. IDEM.

2 *Quiſque m. e.*] Cum comparativo contra opinionem Laurentii. IDEM. *Melior eſt quiſque* hoc ordine Riccard. Bongarſ. & alii cum curatioribus impreſſis. Deteriores *quiſque melior eſt*, quibus adhaerebat Hackiana. Lindenbr. *eſt quiſque* omittit.

3 Vides, *ut ſtatuas.*] Elegans formula de re obvia & ſenſibus expoſita. Ovidius ex Ponto Lib. I. Epiſt. IV. n. 11.

Cernis, ut *in duris* (*& quid bove firmius?*) *arvis*
Fortia taurorum corpora frangat opus.

Epiſt. V. vs. 5.

Cernis, ut *ignavum corrumpant otia corpus.*

Et ſic ſaepius, qui & ſimili formula, *Vidi ego*, frequenter in ſimili ſenſu utitur.

4 *Incomprehenſibilis.*] Qui non poteſt comprehendi, capi, teneri, ſemperque ſua habet effugia. SCHEFFER.

5 *Eludit.*] *Subint.* Haec. fruſtratur. Cicero in Verrem: *Te vero Caecili, quemadmodum ſit eluſurus videre jam videor.* CATAN.

6 *Murena.*] *L. Murenam* accuſavit Cato crimine ambitus, Cicero defendit, abſolutus conſul creatus eſt. Extat pro Murena oratio, ſicut pro Vareno (cujus ſaepe fit mentio apud Fabium) intercidit. IDEM.

7 *Subſcriptio.*] Notatio. IDEM. Nam ſubſcriptio proprie accuſatorum ſecundariorum, qui ſe iungebant primario, nec ſemper in omnibus accuſationis capitibus, ſed quibusdam, alii his, alii illis: fiebatque in libello accuſatorio per ſubnotationem nominis cuiusque, & ſignificationem delicti, cuius reum accuſandum eſſe cenſeant ſuo quoque nomine, cum adiectione perbrevi cauſſarum atque rationum. SCHEFFER. Vide Cicer. Divinat. in Verr. cap. XV. & Scip. Gentil. in Apulei. Apolog. pag. 17. 18. Eſt tamen, ubi *ſubſcriptio* pro ipſa primaria accuſatione, brevi libello facta ſumitur, ut apud Senec. de

minum ſolis [1] titulis indicatur. Ex his apparet, illum permulta dixiſſe,
8 cum [2] ederet, omiſiſſe. Idem pro [3] Cluentio ait, *ſe totam cauſam
veteri inſtituto* [4] *ſolum peroraſſe*, & pro C. [5] Cornelio *quatriduo egiſſe*:
ne dubitare poſſimus, quae per plures dies, ut neceſſe erat, latius
dixerit, poſtea reciſa, ac [6] repurgata in unum librum, [7] grandem
9 quidem, unum tamen, coartaſſe. [8] At aliud eſt actio bona, aliud
oratio. Scio nonnullis ita videri, ſed ego ([9] forſitan fallor) perſua-
ſum habeo, poſſe fieri, [10] ut ſit actio bona, quae non ſit bona oratio:
non poſſe non bonam actionem eſſe, quae ſit bona oratio. Eſt enim
oratio

de morte Claudii cap. XVIII. adde Lipſium ad Senec. III. Benef. cap. XXVI. Sigon de Iudic Lib. II. cap. X.

1 *Titulis.*] Inſcriptionibus brevibus. *Officium ſcriptoris*, inquit Secundus, *exiſtimo ut titulum ſuum legat.* Martialis: *Addita per titulos ſua nomina rebus habebis.* Eſt enim titulus, index cujuſque operis: unde in ſtatuis & picturis titulum dicimus literas, quae vel artificis, vel ejus, cujus imago eſt, nomen demonſtrant. Sic apud Plin. *Appio Claudio, qui conſul cum Servilio fuit, placuiſſe in excelſo titulos honorum legi.* & Livius *inſignes imaginum titulos* ſcribit. Valerius: *Titulus namque datur.* Sed *tituli* milites etiam appellati, quaſi *tutuli*: quod patriam tuentur. Unde & Titi praenomen ortum. *Tituli* etiam debitorum nomina dicuntur, praeſertim in his debitis, quibus debitorum nomina ſcripta ſunt. CATAN.

2 *Ederet.*] De Oratione tamen pro Milone conſtat, eam longe diligentius poſtea ab Cicerone conſcriptam & ornatam eſſe, quam fuerit habita. Vide Dion. Caſſ. Lib. XL. pag. 146. & Scip. Gentil. ad Apuleii Apolog. pag. 8.

3 *Cluentio.*] *A. Cluentius Habitus Larinas* per multos annos invidia flagravit, quod per ejus pecuniam Oppianicus innocens condemnatus eſſet, cumque ideo & aliis criminibus impiae matris impulſu accuſaretur, a Cicerone longiſſima oratione protectus eſt. CATAN.

4 *Solum.*] Veteri inſtituto poterat orator dicere ſolus (ſine alio patrono) quot horis libuiſſet. Tacitus, ante Cn. Pompejum conſulem neminem intra pauciſſimas horas perorare coactum, & liberas comperendinationes fuiſſe, & modum dicendi ſibi quemque ſumpſiſſe, & numerum neque dierum neque patronorum cautum. Unde teſtatur Secundus, Tullium totam actionem pro Cluentio egiſſe ſine auxilio alterius patroni. IDEM.

5 *Cornelio.*] *L. Cornelio Balbo*, hunc civitate Romana a Cn. Pompejo donatum rebus in Hiſpania multis praeclare geſtis judices accuſarunt: quod contra leges & foedera uteretur. IDEM. Mediceus, nam hic eius ſuffragio, poſt longum ſilentium, uti iterum licet, *G.* addit, ut ſit *pro C. Cornelio*, & recte. Vide Patricium ad Fragm. Cic. Or. pro C. Cornelio pag. 951. Ed. Graev. Mediceo Arnz. conſentit.

6 *Purgata.*] Fabius: *Quod libris dicatur, & in exemplum redigitur, terſum, ac limatum, & ad legem ac regulam compoſitum eſſe oportet, quia veniat in manus doctorum, & judices artis habeat artifices.* Sic quoque Secundus ad Celerem. CATAN. Mediceus, Voſſ. Helmſt. & Arnz. *repurgata*, quod recepi. Similiter Livius, Curtius, alii Compoſito hoc pro Simplici uſi ſunt.

7 *Grandem.*] Amplam. Non enim tantum ad aetatem pertinet, ſed etiam ad alias res: vid. Senec. & Caton. CATAN.

8 *At aliud eſt.*] Proponit, quae poſſent objici. Senſus eſt: quibuſdam videri actionem bonam aliud eſſe, quam orationem, Fabius Lib. XII. teſtatur, *bene dicere* & *bene ſcribere*, idem eſſe: nec aliud eſſe orationem ſcriptam, quam monumentum actionis habitae. Eſt autem actio, *ſermo corporis, ex motu ejus & geſtu conſiſtens, quo magis menti congruens eſſe debet.* Haec M. T. Verum juriſc. Celſus, *Nihil aliud*, inquit, *eſt actio, quam jus quod ſibi debeatur in judicio perſequendi*, & Ulp. de Act. duo earum genera facit. IDEM.

9 *Forſitan fallor.*] Novitiae editiones *fallar*; ſed alterum reſtat in Pal. & approbant vetuſtae cuſae. GRUTER. *Fallor* eſt in Mediceo & aliis noſtris. Riccard. tamen *fallar*.

10 *Ut ſit actio bona, quae. &c.*] Sic & Pal. & vetus editio, non ut appictum margini editionum recentiorum, *ut ſit actio non bona, quae ſit.* Iidem tamen libri noſtri habent quoque alia illa: *non poſſe autem non bonam actionem eſſe, quae non ſit bona oratio*, quorum nihil admiſerunt editiones poſteriores. CATAN. Soli Bongarſ. & Voſſ. *ut ſit*

oratio actionis exemplar, & quaſi [1] ἀρχέτυπον. Ideo in optima quaque 10
mille figuras extemporales invenimus.; In his etiam, quas [2] tantum editas ſcimus, ut in [3] Verrem, *Artificem*, [4] *quemnam? recte admones. Polycletum eſſe dicebant.* Sequitur ergo, ut actio ſit abſolutiſſima, quae maxime orationis ſimilitudinem expreſſerit, ſi modo juſtum & debitum [5] tempus accipiat: quod ſi negetur, [6] nulla orationis, maxima judicis culpa eſt. Adſunt huic opinioni meae [7] leges, quae 11
longiſſima tempora largiuntur, nec brevitatem dicentibus, ſed copiam

ſit actio non bona, quae ſit bona oratio. Ceteri omnes ſapiunt. Sequentia autem: *non poſſe non bonam actionem eſſe, quae ſit bona oratio*, omnes noſtri praeſtant, niſi quod recentiores *autem*, poſt *non poſſe* inſerant, & iidem *quae* non *ſit bona oratio*, malint, quod tamen vitioſum eſt, & a veterrimis Mediceo & Riccard. refutatur.

1 Αʼρχέτυπον.] *Primitivum, & primam formam retinens.* Sic Suidas, & Martialis *nugas archetypas* dixit, manu auctoris ſcriptas. Sic Juven. *archetypos Cleantes, primas Cleantis ſtatuas.* Catan. Voſſ. in textu: *& quaſi forma prima*, ſed in margine ſiſtit ἀρχέτυπον, quod vocabulum Riccard. & Arnz. in ſecunda ſyllaba per αι ſcribunt ἀρχαίτυπον.

2 *Tantum editas.*] Scripto, non habitas per conſuetam actionem. Scheffer.

3 *Verrem.*] Verrinarum genus eſt admirabile, (quarum primam) quas Ciceronem egiſſe contra Secundi opinionem teſtatur Aſconius, ſed quare prima eſt de accuſatore conſtituendo, & non directe contra Verrem, ſed Caecilium, uterque auctor non eſt falſus, cum poſt illud Verres in exilium voluntarium iverit, neque quae ſequuntur actiones a Cic. actae ſint, ſed tantum editae. Sunt autem Libri in Verrem emiſſi, quod praetor in Sicilia totam illam inſulam exſpoliaſſet. Catan.

4 *Quemnam artificem.*] Verba ſunt ex VI. Verrinarum act. *Erant*, inquit, *aenea duo ſigna, non maxima, verum eximia vetuſtate, virginali habitu atque veſtitu, quae manibus ſublatis ſacra quaedam more Athenienſium virginum repoſita in capitibus ſuſtinebant.* Canophorae ipſae vocabantur, ſed earum artificem: *quemnam? recte admones, Polycletum eſſe dicebant*, cujus ſenſus: ſed quia eas virgines fabricaverat, tanquam ſi per haec M. Tullium adverſarius interrogaret. *Recte igitur*, inquit, *hoc loco me admones*: dicebatur Polycletus ille optimus ſtatuarius effigiaſſe. vel ea referantur ad Cicer. interrogantem pragmaticum, vel a quo didicerat cauſam, quiſnam eſſet artifex, & cum audiviſſet, eſſe Polycletum, ſubjunxerit, *recte admones.* In illis etiam plerunque ſunt nuda crimina, qualia illa: *Nolite expectare dum ego hoc crimen oſtiatim agam: a Terſchilo Tindaritano pateram abſtuliſti: a Thraſone item Tindaritano patellam: a Nymphodoro Agrigentino thuribulum.* Idem. Helmſtad. & Lindenbr. *artificem* quem? *recte admones.* Riccard. *artificem.... quemnam? recte admones.* qui quidem iſtam ſcripturam habuiſſe olim videtur, quam Tullio tribuit Quinctilianus: *artificem*, quem? *quemnam?* Lege Hottomann. & Gruter. ad Cic. Lib. IV. in Verr. cap. III. Mediceus & Voſſian. *Polyclitum* ſcribunt. Libri tamen manu exarati Iuvenalis & Martialis (illius novem huius ſex ſeptem excuſſimus) nihil variant. At eadem varietas eſt apud Fabium Lib. XII. cap. X. pag. 1087.

5 *Tempus accipiat.*] Ita Mediceus & impreſſi, nec moveo. Riccard. & Voſſ. *accipiet*; Helmſt. & Arnz. *acceperit.*

6 *Nulla* orationis.] Mediceus, Helmſt. Voſſ. a prima manu & Edd. Gryphii: *nulla* oratoris, *maxima* iudicis *culpa eſt*, quod *oratoris*, ob ſequens *iudicis*, aptiſſimum videtur. Mihi tamen vel ob iſtam coniunctionem ſuſpectum eſſe poterat, niſi & ſenſus faveret.

7 *Leges.*] Conſuetudine veterum judiciorum quod nemo intra pauciſſimas horas perorare coactus ſit. Primus conſul Cn. Pompejus aſtrinxit, impoſuitque veluti frenos eloquentiae, & accuſatori duas, reo autem tres horas ad dicendum dedit. Caecilius accuſatori ſex horas, reo vero novem ex lege datas: ita tamen, ut omnia ex foro, & legibus, omnia apud praetores gererentur. Unde Martialis Caecilianum irridet, qui contra legem majus temporis ſpacium impetraverat, cum eſſet ad dicendum ineptus. Aſconius teſtatur, viginti dies legitimos accuſatori, & totidem defenſori ad reſpondendum conceſſos. Catan.

piam, hoc eſt diligentiam, ſuadent: quam praeſtare niſi in [1] angu-
12 ſtiſſimis cauſis non poteſt brevitas. Adjiciam, quod me docuit uſus, magiſter egregius, [2] frequenter egi, frequenter judicavi, frequenter [3] in conſilio fui. Aliud alios movet, ac plerumque [4] parvae res maximas trahunt: varia ſunt hominum judicia, [5] variae voluntates: inde qui eandem cauſam ſimul audierunt, ſaepe diverſum, interdum idem, ſed ex diverſis animi
13 motibus ſentiunt. Praeterea ſuae quiſque inventioni favet, & [6] quaſi fortiſſimum amplectitur, quum ab alio dictum eſt, quod ipſe praevidit. Omnibus ergo dandum eſt aliquid, [7] quod teneant, quod a-
14 gnoſcant. Dixit aliquando mihi Regulus, quum ſimul adeſſemus: *Tu omnia*

1 *Anguſtiſſimis.*] Id eſt, aridis, non copioſum argumentum praebentibus. Gronovius.

2 *Frequenter egi.*] Haec deſunt Mediceo.

3 *In conſilio fui.*] Aſſumptus fui judex extra ordinem pro conſultatione rei dubiae. Nam in conſilio eſſe dicitur aliquis, cum ſuper re ambigua conſulitur. M. Tullius: *Ut haberet in conſilio & fratrem.* Catan. Nihil minus, quam quod vult Catanaeus. *In conſilio eſſe* dicebantur proprie ſolenniterque viri legum periti, qui adhibebantur a Praetore, ut de ipſorum ſententia poſſet iudicium ferri aequum ac conveniens. Cic. IV. Verr. ubi Verrem incuſat neglectae huius conſuetudinis: *Te tuo conſilio dimiſſo, viris primariis, qui in conſilio C. Sacerdotis tibique eſſe ſolebant, remotis, de re iudicata iu licaſſe, teque eum, quem C. Sacerdos adhibito conſilio cauſſa cognita abſolviſſet, eumdem remoto conſilio cauſſa incognita condemnaſſe.* Scheffer. Infra Lib. VI. Epiſt. XI. princ. *Adhibitus* in conſilium *a praefecto urbis audivi ex diverſo agentes ſummae indolis iuvenes duos*: *Conſiliarii* dicebantur, vide Sueton. Tib. cap. XXXIII. poſtremis temporibus *adſeſſores*, monſtrabit Io. Savaro ad Sidon. Lib. VIII. Epiſt. VI. & Noodt. de Iurisdict. Lib. I. cap. XI. quibus adde Cic. Lib. II. in Verrem cap. XXIX.

4 *Parvae res* maximas trahunt.] Horatius: *Nugae* ſeria ducunt. Barth. Riccard. Lindenbr. & Aldus: *Parvae res maxime trahuntur.* Helmſtad. & alii: *maxime trahunt.* Veram lectionem ſervat Mediceus, Bongarſ. Voſſian. item Catanaeus, Gryphius, alii: *parvae res maximas trahunt*, quae immerito pro corrupta habetur a viro docto. *maximas trahunt* eſt, maximas res conciliant, maxima momenta adferunt, ſive illa ſint favor aut odium iudicis, ſive alia momenta. Sic plane Lucanus Lib. III. vs. 55.

Gnarus & irarum cauſſas, & *ſumma favoris*
Annona momenta trahi.

Iuſtinus Lib. II. cap. VII, n. 5. *Qui tanto temperamento inter plebem ſenatumque egit, ut ab utriſque parem* gratiam traheret. Ovidius Art. Am. Lib. I. vs. 631.

Nec timide promitte, trahunt *promiſſa* puellas.

Et ſic paſſim cum quarto Caſu. Corte.

5 *Variae voluntates.*] Imitatio Perſiana:

Velle ſuum cuique eſt, nec voto vivitur uno.

Sic & Terentius in Phorm. *Verum ita eſt, quot homines, tot ſententiae. ſuus cuique mos.* Catan.

6 *Quaſi fortiſſimum* complectitur.] Mediceus & Arnz. *amplectitur*, quod praeferendum exiſtimavi. Ita Tullius: *amplexari & tueri iudicium ſuum*, Alibi *amplector & probo*, & ſimilia.

7 *Quod* teneant, *quod* agnoſcant.] Helmſtad. ordinem mutat: *Omnibus ergo dandum eſt*, quod teneant, aliquid, *quod agnoſcant.* Ceteri nihil movent. Exquiſita autem verba ſunt *tenere* & *agnoſcere*, quorum uſus eſt frequens in rebus valde amatis & quas pro noſtris habemus. Apuleius Lib. X. Metam. pag. 155. Teneo *te, inquit*, teneo *meum palumbulum*, *meum paſſerem.* De altero verbo diximus ad Lucani Lib. IV. vs. 254.

Tu Caeſar quamvis ſpoliatus milite multo
Agnoſcis *ſuperos.*

Agnoſcunt itaque audientes *ſuam* inventionem, & *tenent* quod pro fortiſſimo amplectuntur. Ceterum in eamdem ſententiam lege infra Lib. II. Epiſt.

omnia, quae ſunt in cauſa, putas exequenda: ego [1] *jugulum ſtatim vi-
deo, hunc premo* (premit ſane quod elegit, ſed in eligendo frequen-
ter errat.) Reſpondi, poſſe fieri, [2] ut genu eſſet, aut tibia, aut talus, 15
ubi ille jugulum putaret. At ego, (inquam) qui jugulum perſpicere
non poſſum, omnia pertento, omnia experior, [3] πάντα denique λίθον
κινῶ. Utque in agricultura non vineas tantum, verum etiam [4] arbuſta; 16
nec arbuſta tantum, verum etiam campos curo, & exerceo: utque
[5] in ipſis campis non far, aut [6] ſiliginem ſolam, ſed hordeum, fa-
bam, caeteraque legumina ſero; ſic in actione [7] plura quaſi ſemina
latius ſpargo, ut quae provenerint, colligam. Neque enim minus 17
imperſpicua, [8] incerta, fallaciaque ſunt judicum ingenia, quam tem-
pe-

Epiſt. V. n. 6. 7. & Lib. IV. Epiſt. XIV. n. 3. Corte.

1 *Jugulum.*] Firmiſſimum argumentum. Nam jugulus in homine maxime letalis: inde per translationem *jugulatum literis* dixit, in Verrem M. Cic. & in Philipp. *Jugulatam cauſam Pompejanorum*, & Terentianus Davus: *Jugulaſti hominem verbis.* Catan. Quictilian. Lib. VIII. cap. VI. pag. 746. *Nam illa in agendis cauſſis iam detrita, pedem conferre, & iugulum petere, & ſanguinem mittere, inde ſunt.* Mox ſcripti noſtri omnes: *premit ſane, quod elegit*, non *eligit.*

2 *Ut genu eſſet.*] Lucianus in Lib. qui inſcribitur *oratorum magiſtri*, aperte carpens malos oratores, inquit, *non referre ut pro fronte ſuram, pro ſura verticem accipiant. Genu* ſignificat partem cauſae leviorem. Eſt enim translatio. Catan. Helmſtad. & Bongarſ. corrupte: *poſſe fieri, ut* genuiſſet aut ſibi, aut aliis, *ubi* cet. Riccard. illa *aut tibia* non agnoſcit. idem codex, ut & Helmſtad. atque alii cum impreſſis quibusdam: *ubi iugulum putaret.* At optimus Mediceus: *ubi ille iug. put.* Infra Helmſt. & Arnzen. *qui iugulum* proſpicere *non poſſum*, quod veriſſimum arbitror.

3 Πάντα λίθον κινῶ.] *Omnem lapidem moveo.* Proverbium eſt, cujus multi meminere. Nicarchus in epigr. πάντα λίθον κινεῖ. Baſilius ad Monachos πάντα λίθον, κατὰ τὴν παροιμίαν, κινῶντες, & qui Graece vitam Auguſti ſcripſit: πάντα λίθον κινῶν, τὸ τῆς παροιμίας. Simile illud πάντα κινήσω πέτρον, quod a Suida pariter ſcribitur. Ejus originem inde tractam invenio: Polycrati Thebano ementi locum, ubi Mardonius caſtrametatus fuerat, reſpondit oraculum, ut inibi foderet, & omnem lapidem moveret, futurum ut magnam auri copiam offenderet. Quidam derivant a venatoribus, qui feras indagantes, magna diligentia omnia perluſtrant. Catan. Mediceus & Riccard. λίθον κεινῶ. Mox Riccard. Voſſ. Arnzen. & Edd. Gryphii: *Utque in* cultura agri *non vineas* cet. Quae ſequuntur: *verum etiam arbuſta, nec arbuſta tantum*, ea omnia neglexit Mediceus.

4 *Arbuſta.*] Loca arboribus conſita, vel arbores quibus vites maritantur. Vid. Plin. Varron. Columell. & Pallad. Catan.

5 *In ipſis campis non far.*] Liquet hinc, per campos iſto & ſuperiore loco agros eſſe intelligendos. Virgilius I. Georg. vs. 210.

Exercete, viri, tauros: ſerite hordea campis

Scheffer.

6 *Siliginem.*] Theophraſto & Plinio auctoribus, *ſiligo* genus grani nunquam pariter matureſcit, nec ulla ſegetum minus dilationem patitur propter teneritatem. Catan.

7 *Plura quaſi ſemina* latius *ſpargo.*] Voſſian. *plurima quaſi ſemina*, & ſic edidit. Gryphius. Mediceus: *plura quaſi* latius *ſemina ſp.* qui ſuſpicionem movet, particulam *latius* a mala manu infartam eſſe. Porro Barthius coniiciebat: *uti, ut quaeque provenerint, colligam.* Nihil eſt opus, & Codd. noſtri omnes vulgatae adhaerent.

8 *Incerta f.* ingenia.] Voſſian. Helmſt. Lindenbr. & Bongarſ. *& incerta.* Venuſte autem *iudicum & terrarum tempeſtatumque ingenia* coniungit, ut Statius II. Silv. II. vs. 44.

——— ——— ——— ——— loci*ne*
Ingenium, *an* domini *mirer prius?*

Ubi vide quae iudicavit Barthius, quibus adde Cl. Drackenborch. ad Silii Lib. IV. vs. 90.

peſtatum, terrarumque. Nec me praeterit, [1] ſummum oratorem Periclem ſic a comico Eupolide laudari,

[2] —— πρὸς δέ γ' αὖ τ8τῳ τάχ' ἡ
Πειθώ τις ἐπεκάθητο τοῖσι χείλεσιν.
Οὕτως ἐκήλει, ϗ μόν☉ τῶν ῥητόρων,
Τὸ κέντρον ἐγκατέλιπε τοῖς ἀκροωμένοις.

18 Verum huic ipſi Pericli nec illa πειθὼ, nec illud ἐκήλει brevitate, vel velocitate, vel utraque (differunt enim) [3] ſine facultate ſumma contigis-

Explorare locos conſul, collisque *propinqui*
Ingenium.

Et N. Heinſium ad Vellei. Pat. Lib. II. cap. CXV. n. 4.

1 *Summum oratorem Periclem.*] De cujus dicendi copia vide M. Tullium, & Val. Max. & pluribus Thucydid. & Plutarch. Hunc aſſerunt ob eloquentiam cognominatum Olympium. CATAN. Lindenbr. & Bongarſ. *Hypericlen*; ſed Mediceus clare *Periclen*. Vide ſupra n. 4.

2 Πρὸς δέ γ', &c.] Id eſt, *ad hoc ſuadela quaedam inſidebat labris, adeo demulcebat, & ſolus rhetorum aculeum relinquebat auditoribus.* Quae verba Eupolidis, veteris comoediae ſcriptoris ſaepe Cicero tranſtulit ad nos, ut De claris orat. c. 9. de Pericle ſcripſit Eupolis: *Cum delectatione etiam aculeos relinquebat in animis eorum a quibus eſſet auditus.* Ac Fabius Libro X. quod de Pericle teſtimonium eſt, in Platonem transferri poteſt juſtiſſime, in labris ejus ſediſſe *quamdam perſuadendi deam*: ſic enim interpretatur πειθὼ: quae ſane ab antiquis colebatur. Nam tradit Pauſanias, Thebis in Templo Veneris fuiſſe ejus imaginem, opus Praxitelis: & templum Pithus ſine ſtatua. Herodotus Lib. VIII. teſtatur, apud Andrios dixiſſe Themiſtoclem duas deas *Suadelam*, & *Neceſſitatem*. Suidas aſſerit, nihil aliud eſſe Pithus-templum, quam orationem. M. T. cum Lib. III. De orat. *leporem* πειθὼ appellaſſet: De claris orator. idem *ſuadelam* vocavit, cujus effectorem dicit eſſe oratorem: quam *Suadam* dixit Ennius. Ejus autem Cethegum medullam fuiſſe vult, ut quam deam in Periclis labris ſediſſe, hujus hic medullam Romanum oratorem fuiſſe dixerit: alii *Flexanimam* & *dicendi praeſidem*. Horatius etiam poëticam *mellam* vocavit: adde Cebetem. Syracuſium quendam Apollonius *Pithonem* appellabat, oratione ſua perſuadere conantem: de quo Philoſtratus Lib. VII. CATAN. Pro his:

--- Πρὸς δέ γ' αὖ τούτῳ τάχ' ἡ,

(Quam lectionem ſuſpectam reddebat & τάχα; cujus ſignificatio non apta eſt huic loco, & articulus non conveniens cum τις, quod ſequitur) legitur etiam πρὸς δέ γ' αὐτοῦ τῷ τάχει quam lectionem ſequi omnino oportere, oſtendunt haec quae proxime praecedunt verba, ταχὺς λέγειν μέν. Initium enim hujus loci eſt hoc apud ſcholiaſten Ariſtophanis, ex Eupolidis δημοῖς·

Κράτιςος οὗτος ἐγένετ' ἀνθρώπων λέγειν,
Ὁπότε παρέλθοι, ὥσπερ οἱ ἀγαθοὶ δρομεῖς,
Ἐκκαίδεκα ποδῶν ᾕρε λέγων τοὺς ῥήτορας.
Ταχὺς λέγειν μὲν, πρὸς δέ γ' αὐτοῦ τῷ τάχει
Πειθώ τις ἐπ. &c.

Atque ibi legitur etiam ἐπεκάθιζεν ἐπὶ τοῖς χείλεσι· quam lectionem habet & Diod. Siculus, Lib. XII. p. 307. Sed eumdem ſenſum utraque lectio efficit: illud autem τάχει quod altera lectio habet, agnoſcitur a Plinio, quum ſcribit: *Verum huic ipſi Pericli nec illa* πειθὼ, *nec illud* ἐκήλει, *brevitate*, &c. STEPHAN. Illa πρὸς δέ γ' ἀυτ8 τῷ τάχει confirmat Mediceus & Arnzen. In reliquis autem Mediceus ille aut mancus, aut corruptus eſt. Adponam tamen ejus ſcripturam: Προς ΕΤΕ ΑΥΤΟΥ Τωι ΕΙΠΙΚΘΗΤΟ ΤΟΙC ΕΙΡΗΜΑ CΤΝCΤΥΑΤΟCΕ ΚΑΛΕΙ ΚΑι μονος. Adi Politian. Miſcell. cap. XCI.

3 *Sine facultate ſumma.*] *Facultas* praeciſe, pro copia & facultate dicendi. Vopiſcus Probo cap. I. *Neque ego nunc facultatem eloquentiamque polliceor, ſed res geſtas, quas perire non patior.* ubi vide Salmaſium, Adde ſupra Epiſt. II. n. 2.

1 *Dele-*

giſſet. Nam [1] delectare, [2] perſuadere, copiam dicendi ſpatiumque deſiderant: relinquere vero aculeum in audientium animis, is demum poteſt, qui non [3] pungit, ſed [4] infigit. Adde, [5] quae de eo- 19
dem Pericle [6] comicus alter,

[7] Ἤστραπτ᾽ ἐβρόντα ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα.

Non enim amputata oratio & abſciſa, ſed lata, & magnifica, & excelſa tonat, fulgurat, omnia denique perturbat ac miſcet. [8] Optimus 20
tamen modus eſt, quis negat? ſed [9] non minus non ſervat modum, qui infra rem, quam qui ſupra: qui adſtrictius, quam qui effuſius
dicit. [10] Itaque audis frequenter, ut illud immodice & redundanter, 21
ita

1 *Delectare.*] Quod includit in ſe floridum dicendi genus: eſt praecipue prooemii proprium. CATAN.

2 *Perſuadere.*] Perſuademus grandi & robuſto genere dicendi, auctore Quintil. praeſertim argumentis tam ex arte, quam ſine. Hujus loci ſunt confirmatio & refutatio, ac peroratio, quamvis etiam & ſecundum rhetores, in narratione debeamus perſuadere. IDEM.

3 *Pungit.*] Leviter tangit, & brevibus agit. IDEM.

4 *Infigit.*] Multis immoratur, & ſuadet. IDEM.

5 *Quae de eodem Pericle.*] Impreſſi aliquot: *quae* aeque *de eodem P.* Sed ſcripti fere ignorant illud *aeque*, quod negotium faceſſebat etiam ſupra Epiſt. II. n. 1. Lindenbr. & Bongarſ. iterum: *de eodem Hypericle.*

6 *Comicus alter.*] Is eſt Ariſtophanes pariter comoediae veteris ſcriptor. CATAN.

7 Ἤστραπτ᾽, *&c.*] *Fulgurabat, tonabat, perturbabat totam Graeciam.* Et aliter ἤστραπτ᾽, ἐβρόντα, ξυνεκύκα τε πάντα, *Fulgurabat, tonabat, & convolvebat omnia.* M. Tullius De perfecto orat. *Nunquam*, inquit, *ab Ariſtophane poëta fulgurare, tonare, permiſcere Graeciam dictus eſſet Pericles, ſi tenui genere uſus fuiſſet.* Sic & Fabius Lib. XII. & Martianus, ubi de rhetorica agit: *At vero quid cum commotus publici nominis atteſtatione clamaverat? fulgurare, permiſcere, ardere omnia videbantur, quod adeo illi placuit, ut repetat haec cum in progreſſu arma concuſſerat, veluti fulgoreae nubis fragore colliſo, bombis diſſultantibus fracta diceres crepitare tonitrua: denique creditum, quod inſtar Jovis poſſet etiam fulmina jaculari: hanc totam fere Graeciam miſcuiſſe ferebant.* Unde quidam apud Secundum pro Ἑλλάδα legunt πάντα Iisdem fere verbis Suidas de Salmoneo utitur, ἤστραπτεν, ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὰς τῶν ὑπηκόων ψυχὰς, *id eſt, fulgurabat, tonabat, perturbabat ſubditorum animos.* IDEM. Praecedit autem nominativus Περικλέης οὐλύμπιος. STEPH. In Voſſiano & Arnz. eſt ξυνεκύκα τε πάντα. Quinctil. Lib. XII. cap. X. pag. 1102. *Hanc vim & celeritatem in Pericle miratur Eupolis, hanc* fulminibus *Ariſtophanes comparat.* Vide quae Almelov. notavit ad eumdem Fabium Lib. II. cap. XVI. extr. *Ut non loqui & orare, ſed, quod Pericli contigit*, fulgurare ac tonare *videaris.* Mox: *amputata oratio & abſciſa* cum Mediceo ſcripſimus, pro *abſciſſa.* Vide ad Lucan. Lib. III. vs. 33. & Lib. IV. vs. 503.

8 *Optimus, &c.*] Reſpondet quae poſſent objici, tenendum eſſe modum in oratione, ne ſit nimium redundans. CATAN.

9 Non minus non *ſervat modum.*] Riccard. *non minus* ...... *ſervat modum.* At Voſſian. *non* magis *ſervat modum*, quod Gryphius expreſſit.

10 *Itaque audis.*] Recentiores: *itaque quod audis, &c.* ſed illam vocem non reperies in vet. edit. nec in Pal. GRUTER. Solus Voſſian. apud nos: *Itaque* quod *audis frequenter.* Infra Mediceus: *immodice & retundantur*, librarii vitio.

11 *Infirme.*] Infra cauſam. Unde M. T. De perfecto orat. utrumque genus improbat, *Meae*, inquit, *aures & perfecto completoque verborum ambitu gaudent, nec curta ſentiunt, nec amant redundantia.* Nam copia, auctore Fabio, modum habet, ſine quo nihil nec laudabile, nec ſalutare eſt. Hinc De claris orat. tradit Cic. *Apollonium Molonem ſummum oratorem dediſſe operam, ut nimis redundantem, & ſuperfluentem juvenili quadam dicendi impunitate & licentia reprimeret, & quaſi extra ripas diffluentem coërceret.* CATAN.

1 *His*

ita hoc jejune & [11] infirme. Alius exceſſiſſe materiam, alius dicitur non impleſſe: aeque uterque, ſed ille imbecillitate, [1] hic viribus peccat. quod certe etſi non limatioris, majoris tamen ingenii [2] vitium eſt.
22 Nec vero cum haec dico, [3] illum Homericum ἀμετροεπῆ probo, ſed [4] hunc,

[5] Καὶ ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίοισιν·

non quia non & [6] ille mihi validiſſime placeat, [7] παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα [8] λιγέως. Si tamen detur electio, illam orationem [9] ſimilem nivibus hybernis, id eſt, crebram, & aſſiduam, & largam, poſtremo divinam
23 & [10] coeleſtem volo. At eſt gratior [11] multis actio brevis. [12] Eſt; ſed in-

1 *Hic.*] Adverte, *hic & ille*, poſitum a Secundo contra multorum uſum, apud quos, *ille* reſpicit longiora, *hic* propinquiora. Sunt tamen probati, qui ſimiliter utuntur. CATAN. Ipſum Ciceronem aliosque eo pacto Pronomina *Hic* & *Ille* tractaſſe, obſervarunt Victor. & Davis. ad Cic. Lib. IV. de Finib. cap. IV. ac Perizon. ad Sanct. Min. Lib. II. cap. IX. In ſententiam Fabius Lib. X. cap. I. pag. 896. *Sed redundat, atque effunditur: quod ut eſt reprehendendum, ita copiae vitium eſt.* adde eumdem Lib. XII. cap. X.

2 *Vitium.*] Peccatum, ſed quod peccatum majus in eo ingenium eſſe indicet. Hinc aliqui *indicium* legunt, quod magis probo. Nullum enim ingenium limatum, eo quod eſt limatum vitioſum eſt. CATAN. Veteres tamen iſtud praeferunt. GRUTER.

3 *Illum Homericum.*] Scil. verſum 212 ex ſecundo Iliados, Θερσίτης δ' ἔτι μόνος ἀμετροεπὴς ἐκολῴα, Ὃς ῥ' ἔπεα φρεσὶν ᾗσιν ἄκοσμά τε πολλά τε ᾔδη Μάψ. *Therſites autem adhuc ſolus ſine verborum menſura tumultuabat. qui certe verba mentibus ſuis incompoſita, multaque noverat fruſtra.* CATAN. Non verſum, ſed ipſum Therſiten ἀμετροεπῆ intelligit, pro quo fruſtra Arnz. ἀμετροεπέα. Mediceus: ΑΜΑΡΤΟΕΠΗ.

4 *Hunc.*] Ex tertio Iliadis vs. 222. in laudem Ulyſſis. CATAN.

5 Καὶ ἔπεα, &c.] *Et verba nivibus ſimilia hyemalibus.* Nam ejus oratio copioſe fluebat inſtar nivium. M. Tull. De claris orat. vim dicendi tradit aſſignatam Vlyſſi ab Homero. IDEM. Sed nota, νιφὰς (pro quo in ſoluta oratione potius dicitur νιφετὸς) non nivem ſimpliciter, ſed imbrem quendam nivalem ſignificat. Caeterum male (ut opinor) pronomina *Illum* & *Hunc* ad verſus Homeri referuntur, debentque illud ad *Therſitem*, hoc ad *Ulyſſem* referri. Sed crediderim, Plinium verſum etiam qui hunc proxime praecedit attuliſſe, quum alioqui non ſit verbum a quo pendeant illi accuſativi, ἔπεα ἐοικότα. STEPH.

6 *Ille.*] Verſus ſuper oratione Menelai ex eodem Iliadis. CATAN.

7 Παῦρα, &c.] *Pauca quidem, ſed valde acriter:* quia non multiloquus erat. de quo Cic. *Menelaum dulcem illum quidem refert Homerus, ſed pauca dicentem.* Brevitas laus eſt interdum in aliqua parte dicendi, in univerſa eloquentia laudem non habet. Omiſit Secundus tertium dicendi genus, ab eodem poëta ſub oratione Neſtoris deſignatum. Ἡδυεπὴς ἀνόρουσε λιγὺς Πυλίων ἀγορητὴς Οὗ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή. *Suaviloquus ſurrexit acer Pyliorum concionator. cujus etiam a lingua melle dulcior fluebat vox.* Quod & aſſerit Cic. & Plutarch. pleraque Homeri exponens, *Neſtorem refert ſuaviloquum introduci & gratum: Menelaum brevem, & elegantem, neceſſaria perorantem: Ulyſſem vehementem, & copioſum.* Vid. & Quintil. IDEM.

8 Λιγέως.] Quidam hoc explicant, *acriter*, quidam *canore*. Illam ſignificationem hoc adverbium non habet, quod ſciam: iſtam habet ſed non hoc loco. Explica igitur *argute*. STEPH.

9 *Similem nivibus hibernis.*] Lege Morell. ad Liban. Tom. II. pag. 24. & Fabium Lib. XII. cap. X. pag. 1102. Mox Mediceus aliique ſcripti: *crebram, & adſiduam, & largam*, cum vulgo prius & omittant. Sed alterum illud crebrae orationi, de qua loquitur, magis convenit. CORTE.

10 *Coeleſtem.*] Infra Lib. IX. Epiſt. XXVI. n. 7. *Sed opus eſt examine & libra, incredibilia ſint haec & immania, an magnifica &* coeleſtia. De Tul-

inertibus, quorum delicias deſidiamque, quaſi [1] judicium, reſpicere
ridiculum eſt. Nam ſi hos in conſilio habeas, non ſolum ſatius eſt
breviter dicere, ſed omnino non dicere. Haec eſt adhuc [2] ſententia 24
mea, quam mutabo, ſi diſſenſeris tu; Sed plane cur diſſentias, ex-
plices rogo. Quamvis enim [3] cedere auctoritati tuae debeam, re-
ctius tamen arbitror in tanta re, ratione quam auctoritate ſuperari.
Proinde, ſi non errare videor, id ipſum quam voles brevi epiſtola, 25
ſed tamen ſcribe: [4] confirmabis enim judicium meum; [5] ſi errare,
longiſſimam para. [6] Num corrupi te, qui tibi, ſi mihi accederes,
brevis epiſtolae neceſſitatem; ſi diſſentires, longiſſimae, impoſui?
Vale.

XXI.

Tullio Quinctilian. Lib. X. cap. II. pag. 926. *Noveram quosdam, qui ſe pulchre expreſſiſſe genus illud* coeleſtis *huius in dicendo viri ſibi viderentur, ſi in clauſula poſuiſſent, Eſſe videatur.*

11 *Multis.*] Vulgaribus, idiotis. more Graeco. CATAN.

12 *Eſt* quidem, *ſed inertibus.*] Mediceus, Riccard. & Voſſian. ignorant particulam *quidem*, quod genio Secundi optime convenit, & iam Aldus aliique amplexi ſunt.

1 *Judicium reſpicere.*] Velle dicere, illos habere judicium in eloquentia. CATAN. Lindenbr. *iudicium reſpuere*, corrupte. Infra Mediceus: *non ſolum ſatius, breviter dicere*, neglecto Verbo ſubſtantivo. Gryphius & alii quidam: *breviter, ſed omnino non dicere*, contra, ac iubent membranae, in quibus verbum *dicere* bis ſcribitur.

2 *Haec ſententia.*] Orationem debere eſſe copioſam. CATAN.

3 Cedere *auctoritati tuae.*] Inſulſe Helmſt. & Arnz. *credere tuae auctoritati.* Meliores *cedere* rectius amplectuntur. Cic. pro Ligar. cap. VII. Ceſſit auctoritati *ampliſſimi viri, vel potius paruit.* Hoc paſſim obvium eſt.

4 *Confirmabis.*] Non improbem *confirmaveris*, quomodo Pal. & Vet. edit. GRUTER. *Confirmaveris* habet etiam Helmſt. & Bongarſ. At optimus Mediceus, Riccard. & alii praeſtant *confirmabis*, quod cur reſpuamus, cauſſa nulla eſt. Supra Helmſt. voces *ſed tamen* induxit, contra perpetuum morem Secundi. Sic ſupra Epiſt. XVIII. extr. *Iſtud aegre quidem*, ſed tamen *poteſt.* Lib. II. Epiſt. XVII. n. 23. *Solem orientem ultra meridiem obliquum quidem*, ſed tamen *ſervat.* Ita & Lib. III. Epiſt. XI. n. 9. Lib. VI. Epiſt. XXVIII. n. 1. Lib. VII. Epiſt. XXX. n. 4. Lib. IX. Epiſt. XXV. n. 3. Epiſt. XXX. n. 3. & alibi. Placuit haec forma etiam aliis, ut obſervavimus ad Salluſt. Cat. cap. LXI. n. 3. & Iug. cap. LV. n. 1.

5 *Si errare.*] Subint. *Videor*: alia lectio, *ſi erravero*, placet ſuperior. CATAN. Riccard. Helmſt. & Lindenbr. *ſi erravero*; Bongarſ. *ſi erraro.* At Mediceus: *ſi errare*, a cuius partibus ſtare tutiſſimum eſt. *Vero*, quod vulgo inſerebant, nullus codex admittit.

6 *Non corrupi te.*] Imponendo neceſſitatem longioris epiſtolae, ſi diſſentires, & brevem approbando, ſi mecum ſentires. Alii legunt *num.* Solent enim plerunque vel nimium occupati amico ſententiam facile concedere, ne, ſi ſecus ſenſerint, cogantur animum intendere refellendo. CATAN. Sic etiam ora editionum hujus aevi, nec aliter Pal. GRUT. Lectio, *Non corrupi te*, non videtur idonea. Revera enim corrumpit, qui facit arte quadam, ut iudex tranſeat in ſuam ſententiam. At hoc facit Plinius, exigendo longam epiſtolam, ſi velit diſſentire. Neque melius, quod habent alii: *Num corrupi te*, quia idem dicitur per interrogationem. Malunt alii: *Nam corrupi.* Sed quia illud *Nam* cauſſale eſt, non video, qui poſſit hic quadrare, cum praecedat nihil, cuius cauſſa debeat adferri. Puto igitur ſcribendum: *Nunc corrupi te*, ut ſit confeſſio iocoſa. SCHEFFER. In Helmſt. eſt *Non*; in Voſſiano: *Nam.* At Mediceus, Riccard. & alii: Num *corrupi te*, quae interrogatio ſatis idonea eſt. Ea enim aperte propoſita longam epiſtolam, quidquid ſenſerit Tacitus, occulte extorquet, ne ſcilicet corruptus videatur. Schefferi *Nunc corrupi te* frigidiſſimum eſt, & ab omnibus libris damnatur.

XXI. C. Plinius [1] Paterno Suo S.

Commendat ſervos judicio Paterni emptos eſſe decoros: ſupereſſe ut ſint frugi.

UT animi tui judicio, ſic oculorum plurimum tribuo: non quia multum, [2] ne tibi placeas, ſed quia tantum, quantum ego, ſapis:
2 quanquam hoc quoque [3] multum eſt. Omiſſis jocis, credo decentes eſſe ſervos, qui ſunt empti mihi ex conſilio tuo: ſupereſt ut [4] frugi ſint: quod de venalibus, melius [5] auribus, quam oculis judicatur. *Vale.*

XXII.

1 *Paterno.*] Vel *Materno* ſcriptam in variis exemplaribus notatur. *Paternum* Praefectum Praetorii a Commodo trucidatum legimus. Dion *Maternum* militem ſcribit. Utriuſque meminit Martial. ut Libi X.

Municipi Materne tuo veterique ſodali,

Et XII. ditiſſimum oſtendit *Paternum*:

Nummi cum tibi ſint opeſque tantae,
Quantas civis habet Paterne rarus.

Dion refert Domitianum occidiſſe *Paternum* Declamatorem, quod contra tyrannos declamaſſet. Et de re militari ſcripſiſſe *Paternum* tradit Martianus Juriſc. ac *Julium Maternum* nominat Ulp. Catan. *Plinius Paterno ſuo*, ſic Mediceus. At Riccard. Lindenbr. & alii: *Plinio Paterno ſuo.*

2 *Ne tibi placeas.*] Ne ſurgant tibi in vertice criſtae ex laudatione Martialis:

Ne tibi regali placeas Cleopatra ſepulchro.

Catan. Lucanus Lib. II. vs. 276.

—— —— *Nimium* placet ipſe, *Catoni*
Si bellum civile placet.

Helmſt. nec *tibi placeas*; Arnzen. a prima manu, *Num*, a ſecunda, Non *tibi placeas.*

3 *Multum eſt.*] Sapere quantum ego. Jocatur cum amico. Catan. Mediceus: *hoc quoque multum* eſto. Miſſis *iocis.* Librario hunc errorem tribuo.

4 *Frugi.*] Utiles, neceſſarii: hinc deductum frugalitatis vocabulum putat Quintil. quod fruges humano generi ſint neceſſariae. Auctor eſt M. T. frugi hominem ſignificare non ſolum utilem, ſed moderatum & temperantem & parcum. ac in Epiſtolis ad Attic. referri ad ſervos & libertinos. quod cognomen in L. Piſone maxime laudatum fuit. quanquam idem pro Dejotari frugalitatis verbo laudari Regem non ſolere dicat: & frugi hominem non multum habere laudis in Rege. Catan.

5 *Auribus.*] Dum loquuntur. Poteſt alluſiſſe ad Aeſopum deformem, qui ob ſcommata emptus potius quam caeteri formoſiſſimi. An *auribus*, ſi male audiant an bene. Idem. Dum ex fama & teſtimonio aliorum de ipſis colligitur, quod ſperandum metuendumve ſit. Ad ſermonem ſervorum, quod putat Catanaeus, nihil hic reſpicitur. Scheffer. Invertit ſenſum Voſſ. MS. *melius* oculis, *quam* auribus *iudicatur*, & ſic Plinium cepiſſe videtur Iac. Dur. Caſellius Lib. I. Variar. cap. II. qui *non* ſuperaddit: non *melius auribus, quam oculis iudicatur.* Sed male, & prorſus contra mentem auctoris. Laudat in Paterno *oculorum iudicium* in emendis ſervis, eosque *decentes* eſſe, quod ſolum oculis adſequi licet, fatetur. Sed an ſervi ſint frugi, quis hoc oculis diiudicaverit? Aut, ſi oculis aliquid iudicare licet, *melius* tamen ex teſtimoniis aliorum ſtatuitur. Accedit, quod ſollemne erat in venditionibus ſervorum adiicere, fures non eſſe, non mendaces, aleatores, ebrioſos. Vide leg. 18. π. de aedil. edict. & quae collegit Briſſon. Lib. VI. de Form. pag. 493. Vnde liquet, veriſſimam eſſe receptam ſcripturam. Interim de oculorum iudicio circa

XXII. C. PLINIUS [1] CATILIO SEVERO SUO S.

Reddit cauſas Catilio ſuo tam diutinae in urbe morae, quod Titus Ariſton, (cujus peritiam juris ita laudat, ut admiretur) gravi valetudine premeretur, quod ſi Deus (ſic medici ſpondebant) meliora annuiſſet, ſe ſtatim Laurentinum ſuum ad ocium literarum petiturum, ſcribit.

DIu jam in urbe haereo, & quidem [2] attonitus. Perturbat me
longa & pertinax valetudo [3] Titi Ariſtonis, quem ſingulariter &
miror & diligo. Nihil eſt enim illo gravius, ſanctius, doctius, ut
mihi non unus homo ſed literae ipſae omneſque bonae artes in [4] uno
homine ſummum periculum adire videantur. Quam peritus ille & 2
[5] privati juris & publici? quantum [6] rerum, quantum exemplorum,
quantum [7] antiquitatis tenet? [8] nihil eſt, quod diſcere velis, quod ille
do-

circa emenda mancipia utilia collegit Caſellius l. c. cui jungas Caſaubon. ad Sueton. Aug. cap. LXIX. CORTE.

1 *Catilio Severo.*] Hic a Trajano Conſul, iterum ab Adriano creatus, dein Syriae praepoſitus, mox praefectus urbis ſub eodem, cum Antonini Pii adoptionem factam doluiſſet, re prodita quo ſibi imperium praepararet, accepto ſucceſſore dignitate privatus eſt: prius tamen graviter ab Imperatore objurgatus. Fuit autem *Catilius* maternus proavus Antonini Philoſophi, qui poſtea imperavit; Etſi ſciam apud Spartianum, *Catalium* ſcribi, & paulo poſt *Attilium.* Ac JCtus Florentinus, & poſtea Juſtinianus in Inſtit. prodiderunt *Statilio Severo* divum Adrianum reſcripſiſſe. CATAN. Eidem *Catilio Severo* Epiſtolam XII. Lib. III. inſcribunt quidam Codd. At hanc C. ATILIO SUO miſiſſe Plinium, adfirmat Mediceus: quaſi in reliquis libris idem vitium inoleverit, quod in libris Tullii Lib. I. ad Fam. Epiſt. VIII. n. 1. ubi ex *M. Plaetorio* fecerant *Emplatorium*, uti & *A. Gellio*, *Agellium*; ex *T. Ampio*, *Tampium.* Ne tamen optimis membranis hic accedam, perpetua earum conſuetudo facit, qua ſcilicet alibi Praenomina fere negligunt, & *Caium* non per *C.* ſed *G.* notare ſolent. CORTE.

2 *Attonitus.*] Mentis inops. Nam attonitus proprie is dicitur, cui caſus vicini fulminis, & ſonitus tonitruum dant ſtuporem. CATAN.

3 *Titi Ariſtonis.*] Cujus officia grata erant Secundo. *Ariſtonem* JConſultum fuiſſe Trajani temporibus, & ejus conſilio Imperatorem uſum teſtatur Papin & Ulp. qui ſaepe illius mentionem facit. Fuit & *Salvius Ariſto* quem Juliano reſcripſiſſe Julianus, titulo *de Legatis* refert. IDEM.

4 *Uno homine.*] Perinde ac ſi diceret, omnes bonae artes periclitantur aegrotante Ariſtone, qui ſi interierit, videntur mihi cum illo moriturae. IDEM.

5 *Juris publici & privati.*] Utriuſque definitionem pete ex Juſtiniano, Cajo JC. & Ulp. IDEM. Riccard. & Lindenbr. *Quam peritus ille* & privatus ille *& privati iuris e. p.* cuius lapſus cauſſa ſatis manifeſta eſt.

6 *Rerum.*] Quarum obſervationem quadruplicem eſſe tradunt. An magis hiſtoriarum, cum paſſim pro hiſtoriis res ponantur. CATAN.

7 *Antiquitatis.*] Severitatis antiquae. An rerum & verborum veterum gnarus vel potius quod *jus* XII. *tabularum* optime norat, cum id eſſet antiquum jus. IDEM.

8 *Nihil eſt.*] Nulla diſciplina eſt. Hic mihi videtur Caecilius, dum laudat Ariſtonem, demonſtrare illum ſummum oratorem, quem Craſſus apud M. T. quaerit: omni laude cumulatum, qui naturas & hominum mores ſciat, & hiſtorias, antiquitates, Reip. adminiſtrationem,

de-

docere non poſſit. Mihi certe, quoties aliquid [1] abditum quaero,
3 ille theſaurus eſt. Jam quanta ſermonibus ejus fides? quanta auctori-
tas? quam [2] preſſa & decora cunctatio? quid eſt, quod non ſtatim
ſciat? & tamen plerunque [3] haeſitat, dubitat diverſitate rationum,
quas acri magnoque judicio ab origine cauſiſque primis repetit, [4] diſ-
4 cernit, expendit. Ad haec quam parcus in victu? quam modicus in
cultu? Soleo ipſum cubiculum ejus ipſumque lectum, ut imaginem
5 quandam [5] priſcae frugalitatis aſpicere. Ornat haec [6] magnitudo ani-
mi, quae nihil ad oſtentationem, omnia [7] ad conſcientiam refert: re-
cteque facti, non ex populi ſermone mercedem, ſed ex facto petit.
6 [8] In ſummam, non facile quenquam ex iſtis, qui ſapientiae ſtudium
[9] habitu corporis praeferunt, huic viro comparabis. Non quidem
[1] gym-

denique ipſum jus civile cognoſcat. CATAN. Riccard. Voſſ. Lindenbr. Bongarſ. & Helmſt. *Nihil eſt quod* doceri *velis.*

1 *Abditum.*] Non vulgare. Nam libro nono ſubtiliter diſputat, & quaerit ab Ariſtone de Senatorio jure. CATAN.

2 *Preſſa cunctatio.*] Diligens mora & emuncta. Apul. *preſſiorem cautelam* pro vigilantiore & diligentiore dixit. Sic *preſſiores cogitationes*, id eſt, intentiores. Et *preſſum*, pro apprime. Nec Quintil. *preſſum* dicendi genus improbat. Video etiam *preſſum* pro attenuato uſurpari. Secundus Lib. VII. *Preſſus ſermo ex epiſtolis petitur.* IDEM. Quid ſit *preſſum* genus dicendi, explicatum vide ſupra ad Epiſt. VIII. n. 5. Unde patet *preſſam* cunctationem hic eſſe adſtrictam, brevem, nec effuſam & infinitam, quae ſane *indecora* eſſe ſolet. Male vir doctus *modeſtam* & *demiſſam* exponit.

3 *Haeſitat.*] Non quod ei rationes deſint, ſed multitudine earum & diverſitate dum illas expendit. CATAN.

4 *Diſcernit*, expendit.] Mediceus *extendit*, ſcribae vitio. Infra n. 10. *deliberare vero &* cauſſas *eius* expendere. Tacitus I. Hiſt. cap. LXXXVII. pr. *expenſis belli conſiliis.* Ita Tullius frequenter. Mox Arnz. & Bongarſ. *Ad hoc*, pro *Ad haec*, quae confuſa iam ſupra, ſaepiſſime autem in Criſpo vidimus. Deinde Riccard. & alii: *cubiculum illius*, at Mediceus: *cubiculum* eius *ipſumque* electum.

5 *Priſcae frugalitatis.*] Magnae parſimoniae. Fuerunt enim antiqui parciſſimi. CATAN.

6 *Magnitudo.*] Seneca vult magnanimitatem & fortitudinem idem eſſe. Diogenes magnanimitatem deſcribit eſſe ſcientiam, quae habitum facit excelſiorem omnibus quae contingere poſſint aequaliter bonorum ac malorum. IDEM. Seneca I. de benef. cap. I. *Hoc & magni animi & boni proprium eſt, non fructum beneficiorum ſequi, ſed ipſa.* Idem I. de Clem. cap. I. *Quamvis* recte factorum *verus fructus ſit feciſſe.* Cicero pro Milone cap. XXXV. *Fortes & ſapientes viros non tam praemia ſequi ſolere recte factorum, quam* ipſa recte facta. ubi plura Abram collegit. adde Cic. II. Philipp. cap. XLIV. extr. & Lib. XII. ad Attic. epiſt. XXVIII. Ovidium II. ex Ponte Epiſt. III. alios.

7 *Ad conſcientiam.*] In qua voluerunt veram tranquillitatem conſiſtere. Ariſto igitur, cum quid benefactum a ſe fuiſſet, ex conſcientia ſola, non ex populari aura praemium petebat; quibus virtutibus ſui temporis philoſophos longe anteibat. CATAN.

8 In ſumma, *non facile* quis *quenquam e. i. q. ſ. ſ. h. c.* praeferunt, *huic viro comparavit.*] Ita vulgo legebatur. At primo Mediceus pro *in ſumma*, ſcribit *in ſummam*: idque hoc loco non modo per conſuetam iſtam Enallagen, de qua abunde ad Salluſt. Cat. cap. XIX. n. 3. ſed etiam proprie admitti poteſt. Si *in univerſum* omnem vitam, omnes mores viri conſideraveris. Sic iterum iſtae membranae Lib. II. Epiſt. XI. extr. In ſummam, *niſi aeque longam epiſtolam reddes, non eſt quod poſtea, niſi breviſſimam exſpectes.* Supra tamen Epiſt. XII. n. 12. & Lib. VI. Epiſt. XXI. n. 7. idem codex *in ſumma* amplectitur. Pro eo *ad ſummam* frequentiſſimum eſt Petronio, vide ad eius cap. XXXI. Celeb. Burmannum, neque infrequentius ipſi Tullio. Deinde Voſſian. & quaedam Edd. *habitu corporis prae* ſe *ferunt.* Sed altera lectio aeque proba eſt ac membranis Florentinis confirmatur. Denique in ultimo verbo *comparavit* mire variant libri. Voſſian.

com-

[1] gymnaſia ſectatur, aut [2] porticus, nec diſputationibus longis aliorum ocium ſuumque delectat: ſed in toga, negociiſque verſatur; multos advocatione, plures conſilio juvat. Nemini tamen iſtorum caſtitate, 7
pietate, juſtitia, fortitudine, etiam [3] primo loco ceſſerit. Mirareris, ſi intereſſes, qua patientia hanc ipſam valetudinem toleret, ut dolori reſiſtat, ut ſitim differat, ut incredibilem febrium ardorem immotus [4] opertuſque tranſmittat. Nuper me, paucoſque mecum, quos 8
maxime diligit, advocavit, rogavitque ut medicos conſuleremus de ſumma valetudinis, ut, ſi eſſet inſuperabilis, [5] ſponte exiret e vita: ſin tantum difficilis, & longa, reſiſteret, [6] maneretque. Dandum 9
enim [7] precibus uxoris, dandum filiae lacrymis, dandum etiam nobis ami-

comparaverit, Riccard. & Bongarſ. *comparavit*; Helmſtad. & Arnzen. *comparabit*, proxime ad veram lectionem. Mediceus nempe & Lindenbr. *comparabis*, iique ſupra Pronomen *quis* expungunt. Ex horum conſilio locum conſtitui. CORTE.

9 *Habitu corporis.*] Barba & pallio. Athenaeus Lib. IX. & pluribus X. inſectatur ſimulantes philoſophum baculis & intonſis barbis. CATAN. Qui ſe ex cultu maxime oſtentant Philoſophos, criniti, barbati, palliati: aut alia ratione, vel inſolenter, veſtiti. Ut ille Onocratus, de quo in Demonacte Lucianus; qui in urſi pelle philoſophabatur. Notum illud Herodis Attici dictum in iſtoc genus hominum: *Video barbam & pallium; Philoſophum non video.* Tales Lucianus οὐ πρὸς ἀλήθειαν, ἀλλὰ πρὸς ἐπίδειξιν, philoſophari ait. BUCHNER.

1 *Gymnaſia.*] Scholas, exercitationes. Suidas academiam, lyceum, cynoſarges, tria Atticae gymnaſia fuiſſe tradit, in quibus non ſolum corporis vires, ſed & animi exercebant. Unde & quandam Dialecticae partem, quae in exercitatione conſtabat, *Gymnaſium* dixere, & *Gymnoſophiſtas* Indorum philoſophos ad reſpondendum acute & promte exercitatos. Vide Cicer. II. de Oratore. CATAN. Quia vero hic magna frequentia ſemper erat eorum, qui aut exercerent aetatem, aut ſpectando ac fabulando fallerent otium, ventitare quoque eo ſolebant qui Philoſophiam profitebantur, ut oſtentandae doctrinae ibi haberent ſcholas, ignava plerumque opera homines, philoſopha ſententia, ut Pacuvius dicebat. BUCHNERUS.

2 *Porticus.*] Quo ſolet frequens turba convenire. *Stoicos* deſignat, quorum princeps *Zeno* orationem formabat ad porticum poecilen, quae & peianacta dicebatur. Eo igitur diſcipuli confluebant: atque Stoici vocati, quod Graece ϛοὰ, Latine *porticus* appelletur. CATAN.

3 *Primo loco.*] Qui principatum inter Philoſophos obtinent. IDEM.

4 *Opertus.*] Pannis intectus, ut facilius ſudorem exprimat. IDEM. *Tranſmittat*, id eſt, perferat. Illuſtravimus hoc verbum largiter ad Lucani Lib. VII. vs. 212.

Attonitique omnes veluti venientia *fata*,
Non tranſmiſſa *legent.*

Supra Arnzen. omittit illa: *ut ſitim differat*, at Lindenbr. adnotavit *ſitim ferat*, quod ex Gloſſa natum. Ovidius VI. Metam. vs. 366.

Diſtulit *ira* ſitim.

Ubi Heinſium conſulas. Infra Bongarſ. *advocante rogavitque.* Riccard. a prima manu: *ut medicos conſeremus.* Et poſtea Arnzen. *ſi eſſet inexſuperabilis.*

5 *Sponte.*] Id eſt, *morte voluntaria*, ut infra hac ipſa epiſtola & alibi vocat; ſeu ſponte ſumpta per abſtinentiam a cibis ac medicamentis, quibus produci & ali potius; quam ſanari ac tolli morbus videbatur. Quod ſaepe ſoliti Veteres, cum ex deſperatis aut dubiis moleſtiſque morbis decumberent. Ut *Atticus*, de quo Nepos ejus vita; & *Corellius Rufus*, itemque *Silius*, de quibus noſter, & plures alii aliis relati. BUCHNER. Mox Helmſtad. *ſi tamen difficilis* Riccard. & Arnzen. *ſi tantum.*

6 *Maneretque.*] Viveret, duraret. CATAN.

7 *Precibus uxoris.*] Ratio, quia vitam protraheret, niſi medici deſperaſſent reſpectu uxoris & filiae & amicorum. IDEM.

amicis, ne ſpes noſtras, ſi modo non eſſent [1] inanes, voluntaria morte deſereret. Id ego arduum imprimis, & praecipua [2] laude dignum
10 puto. Nam impetu quodam, & inſtinctu procurrere ad mortem, commune cum multis: deliberare vero, & cauſas ejus expendere, utque ſuaſerit ratio, vitae mortiſque conſilium [3] ſuſcipere, vel pone-
11 re, ingentis eſt animi. Et medici quidem [4] ſecunda nobis pollicentur: Supereſt, ut promiſſis Deus adnuat, tandemque me hac ſolicitudine exſolvat; qua liberatus, [5] Laurentinum meum, hoc eſt libellos & [6] pugillares [7] ſtudioſumque otium repetam. Nunc enim nihil legere,
12 nihil ſcribere, aut aſſidenti [8] vacat, aut [9] anxio libet. Habes, quid timeam, quid optem, quid etiam in poſterum deſtinem. Tu [10] quid egeris, quid agas, quid velis agere, invicem nobis, ſed laetioribus epi-

1 *Inanes.*] Fruſtra ſperando eum poſſe convaleſcere. CATAN.

2 *Laude dignum.*] Quia virtus circa difficilia verſatur. IDEM. Sequitur: *impetu procurrere ad mortem*; at Voſſian. *currere* ſimplex ſcribit pro compoſito. Male. Utrumque verbum ex Romanorum militia deſumtum eſt, & in eadem cauſſa coniungit Seneca Epiſt. XXIV. *In utrumque monendi ac firmandi ſumus, & ne nimis amemus vitam, & ne nimis oderimus. etiam cum ratio ſuadet finire, non temere, nec cum* procurſu *capiendus eſt* impetus. *Vir fortis ac ſapiens non fugere debet e vita, ſed exire.* In re propria Lucan. Lib. IV. vs. 762.

——— — — *neque enim* impetus *illis*
Incurſus*que fuit*: *tantum* profertur *ad hoſtes.*

Adde notata ad Eiusdem Lib. VII. vs. 385.

Ergo utrimque pari procurrunt *agmina motu Irarum.*

CORTE.

3 *Suſcipere vel ponere.*] Debent diſtincte ad ſuperiora referri, ut *ſuſcipere* intelligatur de conſilio mortis, *ponere* de conſilio vitae. SCHEFFER. Immo non diſtincte intelligi debent iſta verba, ſi ad ſuperiora referuntur; generatim potius capiendum *ſuſcipere* vel *ponere* eligere & adprobare, vel reiicere, mori velle, & nolle. nam ſuperiora *vitae mortiſque conſilium* pro re nata, & veluti ex formula dicta ſunt, ut *ius vitae & necis*, *vitae neciſque poteſtas* apud Criſpum & alios. Vide quae adtulimus ad Lucan. Lib. VI. vs. 139. Ita *ſumere* & *deponere* coniungit Salluſt. Iug. cap. LXXXIII. n. 1. adde Sylvium ad Cic. pro Cluent. cap. II. CORTE.

4 *Secunda.*] Bonam valetudinem. CATAN.

5 *Laurentinum.*] Rus: cujus loci & ſitus amoenitate captus plurimum oblectabatur ocio literarum. IDEM.

6 *Pugillares.*] Vide quae obſervavimus ſupra ad Ep. VI. IDEM.

7 *Studioſumque ocium.*] Quia poteſt eſſe alterius rei ocium, ut ignaviae. IDEM.

8 *Vacat.*] Cum ſim occupatus circa remedia valetudinis. IDEM. Hoc rectius Catanaeus, quam Barthius, qui *adſidenti* exponebat de adſidente in iudicio. *Adſidere* dicuntur qui aegrotis adſunt. Infra Lib. VII. Epiſt. XIX. princ. *Angit me Fanniae valetudo. Contraxit hanc dum* adſidet *Iuniae, virgini Veſtali.* Quinctilian. Declam. II. cap. X. *Cui* adſident *omnes liberi, omnes parentes.* ubi vide Burmannum. Apuleius Lib. VIII. Metam. pag. 206. *quaſi parentem* adſideret *aegrotum.*

9 *Anxio.*] Abſenti, ſed cum dolore & cura. CATAN.

10 *Quid egeris* cet.] Imitatur Tullium ſuum, qui Lib. XII. Fam. Epiſt. XVIII n. 3. *Idque ut facias quam ſaepiſſime, ut & quid tu agas, & quid agatur ſcire poſſim; & etiam* quid acturus ſis, *valde te rogo.* adde ſupra Epiſt. V. extr. Deinde *latioribus epiſtolis* habebant Helmſtad. Arnz. & quidam impreſſi; ſed *laetioribus* tuetur Mediceus, & alii. Riccard. & Lindenbr. *ſed laetioribus* ſcripſeris *confuſioni meae* cet. Bongarſ. *ſcripſeris* eris *confuſioni.* corrupte.

1 *Con-*

epiſtolis, ſcribe. Erit [1] confuſioni meae non mediocre ſolatium, ſi tu [2] nihil quereris. *Vale.*

XXIII. C. Plinius [3] Pompeio Falconi Suo S.

Pompejus Falco, ad quem D. Adrianum epiſtolam de caſibus infecti teſtamenti Ulpianus ſcripſiſſe tradit, ſub Pertinace conſul libere Imperatorem pupugit. Sed nec minus acriter quam prudenter ab Imperatore remorſus eſt, cui poſtea Falco imperare volens, paravit inſidias, de quo conqueſtus eſt in ſenatu Imperator: Falconi tamen pepercit, & a ſenatu impunitatem ejus petiit. Denique Falco in rebus ſuis ſecurus vixit, & haerede filio periit, quamvis multi Falconem neſciſſe dixerint, imperium ſibi parari. Huic igitur conſulenti, an in tribunatu plebis cauſas ageret, reſpondet Secundus, ſe dum tribunatum ageret, ab advocatione abſtinuiſſe, cauſaſque, quibus motus fuerit, enumerat.

Conſulis, an exiſtimem te [4] in Tribunatu cauſas agere debere? Plurimum refert [5] quid eſſe Tribunatum putes: [6] inanem umbram, & [7] ſine honore nomen, an poteſtatem [1] ſa-

1 *Confuſioni meae.*] Perturbationi. Verbum novum. Scheffer. Sic. Lib. III. Epiſt. X. n. 2. *Veritus ſum, ne vos diebus feſtis* confunderem. Lib. V. Epiſt. V. n. 1. *Qui nuncius gravi me dolore* confudit. Sulpic. Sev. Epiſt. III. n. 19. *Etenim tam erat ſancta de illius gloria exſultatio, quam pia de morte* confuſio. Nec tamen adeo novum verbum, ut viſum eſt Scheffero aliisque. Ovidius certe Epiſt. XIX. vs. 193.

Nec minus heſternae confundor *imagine noctis.*

Quem, & Senecam, & Suetonium dabit Cl. Burmann. ad Valer. Flacc. Lib. I. vs. 79.

Tandem animi incertum confuſaque *pectora firmat*
Religio.

In re ſimili *terreri* placuit Lucano Lib. III. vs. 38.

2 *Nihil quereris.*] Nihil querulum & triſte in illis ſcripſeris. Catan.

3 *POMPEIO FALCONI.*] Mediceus: *Plinius Falconio ſuo.*

4 *In Tribunatu, &c.*] Dum geris Tribunatum, defendere reos oratione. Paulus III. ff. *Qui magiſtratum initurus eſt, idoneus defenſor non intelligitur.* Catan. Vulgo erat: *cauſſas agere decere.* Sed cum ſtatim ſequatur *deceat*, melius viſum, cum Mediceo, Riccard. Bongarſ. Voſſ. item Edd. Aldi, & Gryphii *debere* reponere, ſiquidem & illud de officio cuiusque, & quod illi conveniat, ſaepiſſime dicitur. Corte.

5 *Quid eſſe Tribunatum.*] Tribunatus dignitas plebeja, L. Junio Bruto & Spurio Sicinio inſtantibus inſtituta: cujus dignitatis officium erat, laeſis plebeis contra potentiores auxilio eſſe, quodque hi plebem rogaſſent id ratum eſſet. Summa, jus Tribunitiae poteſtatis magis ad impediendum, quam ad agendum introductum. Catan.

6 *Inanem umbram.*] Magiſtratum ſine poteſtate. Idem. Dixi ad Lucan. Lib. II. vs. 303.

— — — *tuumque*
Nomen, *libertas*, & inanem *proſequar* umbram.

7 *Sine honore.*] Quidam enim tradunt *Tribuna-*

ſacroſanctam, & quam [2] in ordinem cogi, ut [3] a nullo, ita ne a ſe
2 quidem deceat. Ipſe cum Tribunus eſſem, erraverim fortaſſe, [4] qui me eſſe aliquid putavi, ſed, tanquam eſſem, abſtinui cauſis agendis: primum, quod deforme arbitrabar, cui loco cedere omnes oporteret, hunc omnibus ſedentibus [5] ſtare: & qui jubere poſſet tacere quemcunque, huic ſilentium [6] clepſydra indici, & quem interfari nefas

natum plebis non eſſe magiſtratum. Unde creato Dictatore caeteri magiſtratu abibant praeter Tribunos. Satis tamen conſtat *Tribunatum* fuiſſe ſummam poteſtatem, poſt Dictatorem, qui ſi abfuiſſet, in urbe primam ac fere ſolam. CATAN. Ovidius I. Art. Amat. vs. 740.

Nomen *amicitia eſt*, nomen *inane fides.*

Ubi alia Burmannus. Lucan. Lib. V. vs. 389.

——— ——— ——— *&* nomen inane
Imperii rapiens.

Male autem haec omnia cepit Catanaeus. *Tribunatus* libera rep. minime inanis umbra, aut nomen ſine honore erat. At ſub Imperatoribus, qui ipſi tribunatum perpetuum ſibi adrogaverant, reliqui tribuni ex civibus creati minus poterant, & de iis optime Annaeus noſter l. c. vs. 397.

Inde perit primum quondam veneranda poteſtas Iuris inops.

Adde Lib. III. vs. 146. & Sueton. Aug. cap. XXVII. Budaeum in Pandect. pag. 345. quem adſcripſit etiam Barthius.

1 *Sacroſanctam.*] Venerabilem, ut rem divinam, & Deo conſecratam, cujus contrarium eſt profanum. Cic. pro Corn. Balbo: *Sacroſanctum eſſe nihil poteſt, niſi quod populus plebsve ſanxiſſet.* Et ſanctiones ſacrandae ſunt aut genere ipſo, aut obteſtatione, & conſecratione legis aut poenae, cum caput ejus, qui contra fecit, conſecratur. Nam creati Tribuni primi hanc legem tulerunt: *Tribunum invitum unum e multis nemo cogito agere, neque verberare, neque alteri ut verberet imperato, neque occidi jubeto. Si quis autem prohibitorum horum aliquid ſecerit, impius exſecrabiliſque eſto: bonaque ejus publicanto ad ſacra Cereris.* CATAN.

2 *In ordinem.*] Impediri, inter viles & abjectos, auctore Priſciano, numerari. Quod ex praedictis apparet non licuiſſe. Nullus enim alius magiſtratus compeſcere aut prohibere *Tribunum* poterat. Unde apud Liv. XXV. c. 3. Fulvius Conſul Tribunis inquit: *Videtiſne vos in ordinem coactos eſſe, & rem ad ſeditionem ſpectare?* Et Tranquill. ſcribit, Veſpaſianum *altercationibus inſolentiſſimis ab Helvidio pene in ordinem redactum.* Erat etiam Imperator poteſtate Tribunitia. IDEM. Livius ſaepe ea dictione uſus eſt de tribunis, qui iure ſuo uti vetantur. Ita & Lib. XLIII. cap. XVI. *Eo facto avocatam a ſe concionem tribunus queſtus, &* in ordinem ſe coactum. Hinc transtulit Seneca I. de Clement. cap. XXVI. *Crudelitatem ſuam* in ordinem coactam *putat.* Adde Sigon. ad Liv. XXV. cap. III. Mediceus hic: *in* ordine *cogi*, qualia innumerabilia in libris vetuſtis obſerves. Aeque frequens eſt iſte error, quem mox inferunt Voſſ. Helmſt. & Arnz. *ita* nec *a ſe quidem*, ſed quem certius conſtat errorem eſſe. CORTE.

3 *A nullo.*] Quam a Tribuno. Nam caeteros collegas unum aliquod volentes, unus tantum Tribunorum impedire poteſt. CATAN.

4 *Qui me eſſe aliquid putavi.*] Sic Iuvenalis: *ſi vis eſſe aliquid.* BARTH. Cicero VI. Fam. Epiſt. XIX. n. 5. *Qui* (liber) *ſi eſt talis, qualem tibi videri ſcribis*, ego *quoque* aliquid *ſum.* ubi diximus nonnihil. Tibullus IV. Carm. I. vs. 197.

Sum quodcumque, *tuum eſt.*

Plura ad illa Lucani Lib. VII. vs. 689.

Quid fueris, *nunc ſcire licet.*

Et ad Lib. IX. vs. 536. Ita in dictione nihil inſolens. Sollicitant tamen libri. Mediceus: *erraverim fortaſſe, aliquid putavi, ſed* cet. Helmſtad. *qui me aliquid putavi*, quomodo etiam in impreſſis tribus habetur. In duobus aliis MSS. *me eſſe* inducitur. Nihilo minus vulgarem ſcripturam veram eſſe arbitror. CORTE.

5 *Stare.*] Pedibus ſtantem agere. Sic etiam dicebant, quam conſuetudinem & apud Graecos fuiſſe oſtendit Hom. in Ilad. CATAN. Vide Corrad. ad Cic. Brut. cap. LXXIII. extr. & noſtra ad Saluſt. Cat. cap. XXXI. n. 7.

6 *Clepſydra.*] Vaſe quo defluente guttatim aqua, ut nunc pulvere, horarum ſpatia deſignaban-

fas eſſet, hunc etiam convitia audire, & ſi inulta pateretur, [1] inertem: ſi ulciſceretur, inſolentem videri. Erat hic quoque [2] aeſtus ante oculos, ſi forte me [3] appellaſſet, vel ille cui adeſſem, vel ille quem contra, [4] intercederem & auxilium ferrem, an quieſcerem

bantur, vel etiam quaeque temporis momenta. Apulejus Lib. III. *Quidam ſenior exſurgit, & ad dicendi ſpatium vaſculo quodam in vicem colli graciliter fiſtulato, ac per hoc guttatim defluo, infuſa aqua, populum ſic adorat.* Et III. Epiſtolarum Sen. *Clepſydra non extremum ſtillicidium exhaurit, ſed quicquid ante defluxit.* Suidas ſcribit Clepſydram eſſe vas anguſtiſſimo ore circa fundum, ad quod in judiciis aqua plenum propoſitum dicebant oratores, ut innuit Aeſchines in Cteſiph. quam conſuetudinem imitati poſt Romani. Nam & M. T. Aulum ad clepſydram vocat. Accipitur interdum pro inſtrumento aſtronomico horas metiente, & pro judicio apud Graecos ſcriptores. Pauſanias in vertice Ithoniae arcis Meſſenenſium fontem clepſydram oriri tradit. Inditum & meretrici cognomentum nomine prius Metichae, poſtquam ad clepſydram concubuit tota aqua defluente. Inde Euboli poëma Clepſydra appellatum. *Athenaeus.* Sic apud Suidam tit. *clepſydra* quaedam proverbia explicantur. Fuiſſe illam pro horologio, & ad alios uſus indicant, *Vegetius Lib. III. Cenſorinus, & alii. P. Cornelius Naſica Cenſor* ex aqua fecit horarium, quod & ex conſuetudine noſcendi a ſole horas, ſolarium coeptum vocari. *Vitruvius* teſtatur horologiorum ex aqua comparationem Cteſibium primum explicuiſſe. Et Lib. VIII. *Athenaeus* inquit, Hydraulicum inſtrumentum videtur eſſe Clepſydra. Satis conſtat clepſydram deduci *ἀπὸ τȣ̃ κλέπτω καὶ τȣ̃ ὕδατος, a ſubducendo aquam.* CATAN. Lege infra Lib. IV. Epiſt. XVI. & Lib. VI. Epiſt. II. Mediceus: *huic ſilentium clepſydrâ* indicere, recte fortaſſis, licet reliqua verba *ſtare, audire, videri* pro altero pugnare videantur. Sed amant hanc varietatem orationis optimi ſcriptores, ut paſſim a nobis obſervatum eſt. Nec, quamvis leviſſima mutatione, refingerem *clepſydram indicere*, nam & ille Sextus Caſus alii Nomini ſive expreſſo, ſive ſubintellecto additus, ſuum decus habet, de quo ad Lucani Lib. III. vs. 440. Intelligitur autem *quemquam*, vel *iudicem indicere*, atque ita Lib. VI. Epiſt. II. n. 8. *Etenim temerarium exiſtimo*, divinare *quam ſpatioſa ſit cauſſa inaudita, tempusque negotio* finire, *cuius modum ignores.* & eadem forma Salluſt. Cat. cap. LI. n. 40. ubi vide. CORTE.

1 *Inertem.*] Nimium patientem, non exercentem ſuam poteſtatem. CATAN. Helmſt. & Arnz. *& ſi* multa *pateretur*, facilis & ſaepe obvius librariorum lapſus. Sed Mediceus: *ſi inulta*, ſine Copula *&*, quam tamen hic non ſupervacaneam eſſe iudicabis.

2 *Aeſtus.*] Sollicitudo. CATAN. Riccard. Voſſ. Arnz. *Erat hic quoque aeſtus, ſi ante oculos forte me adp.* Unde Helmſtad. *aeſtus*, ſed *ante oculos forte m. a.*

3 *Appellaſſet.*] Provocaſſet. Appellandi jus, quam ſit frequens, & neceſſarium, qui neſciat, nemo eſt. Quippe, quod iniquitatem judicantium vel imperitiam corrigit, lege *Juriſconſultum. ff.* 49. *tit. de. Appellationibus.* Eſt autem auctore Aſconio *appellatio minoris ad potiores provocatio.* Significat & blanda oratione alterius pudicitiam attentare, *Ulpianus.* CATAN.

4 *Intercederem.*] Obſtarem. Intercedere eſt prohibere, cujus extremum jus erat apud Tribunos plebis. IDEM. *Intercederem & auxilium ferrem.* Dele, dele *τὸ &*, quantum potes. BARTH. Coniunctio hoc loco eſt delenda: niſi putamus ſcripſiſſe, *num & auxilium ferrem.* SCHEFFER. Obſecuti ſunt viris doctis Cellarius & alii quidam, qui Copulam eiecerant, ut olim fecerat Aldus atque Baſileenſes. Et verum eſt, prout vulgo diſtinguunt, *τὸ &* ſupervacuum eſt. Illud tamen Mediceus, Riccard. & ceteri MSS. noſtri omnes tuentur. Quare diſtinctione ſola totam litem compoſuimus. ita nempe interpungo: *ſi forte me adpellaſſet, vel ille cui adeſſem, vel ille* quem contra, *intercederem & auxilium ferrem* cet. & miror, tot editores non perſpexiſſe, hac ſola ratione locum perſanari poſſe. Nam dubium illud *&* ſive admittatur, ſive excludatur, ineptiſſime Plinio tribuitur, ut oratori & cauſſas agenti, *quem contra intercederem*, quod non qui cauſſas agit, ſed tribunus facit, de quo tamen aeque abſurde ſubiungitur *auxilium ferrem*, quod iam per illud *intercedere* declaratum eſt. Cauſſa corruptionis fuit abſciſum illud: *vel ille quem contra*, cui, ut ſaepe fit, proximum verbum aptarunt. At eadem brevitate ſupra Epiſt. V. n. 5. Aderam *Arionillae, Timonis uxori. Regulus* contra. i. Aderat alteri parti contra Arionillam. & ſic *adeſſe contra quem* plene protulit Epiſt. VII. n. 2. *Ita nec fidei noſtrae, nec conſtantiae convenit*

ad-

rem ſileremque, & quaſi [1] ejurato magiſtrato privatum ipſe me facerem.
4 His rationibus motus, malui me tribunum omnibus exhibere,
5 quam paucis advocatum. Sed tu (iterum dicam) plurimum intereſt, quid eſſe tribunatum putes: quam [2] perſonam tibi imponas, quae ſapienti viro ita aptanda eſt, ut [3] perferatur. *Vale.*

XXIV. C. PLIN. [4] BEBIO HISPANO SUO. S.

Hi-

adeſſe contra provinciam, *quam tot officiis .... aliquando devinxerim.* n. 5. *ut vel* contra Baeticos *adſim.* & paſſim. Iam *intercedere* & *auxilium ferre*, propria tribunis verba & ſollemnia, eleganter coniunguntur. alterum impedit ſaltem, ſed alterum adiuvat etiam. De *interceſſione* nota omnia ex Cicerone, Livio, & vel ex Caeſare I. B. Civ. cap. III. & VII. Alterum confirmat Livius Lib. II. Cap. XXXIII. *Ut plebi ſui magiſtratus eſſent ſacroſancti, quibus* auxilii latio *adverſus conſules eſſet.* & ſic Idem Lib. III. cap. LV. & alibi *auxilium tribunicium* memorat. Cicero III. de Legg. cap. III. *Plebes, quos pro ſe contra vim*, auxilii ergo, *decem creaſſit, tribuni eius ſunto.* cap. IX. *Sullam probo, qui tribunis plebis ſua lege iniuriae faciendae poteſtatem ademerit*, auxilii ferendi *reliquerit.* Ipſe Secundus infra Lib. IX. Epiſt. XIII. n. 19. *Rogo P. C. ne me cogatis implorare* auxilium *tribunorum.* Haec ſcripſeram, cum video Briſſon. Lib. II. de Form. pag. 271. eamdem diſtinctionem noſtram adprobare, eaque loco amiſſum nitorem reddi, cenſere. Plura illic de *adpellationibus*, *interceſſionibus* & *auxilio* tribunorum congeſta legere poteris, in quibus etiam illud Livii Lib. X. cap. XXXVII. *Inde inter tribunos plebis contentio orta, pars* interceſſuros *ne novo exemplo triumpharet aiebant*, *pars* auxilio *ſe adverſus collegas triumphanti* futuros. & mox: *Poſtero die* auxilio *tribunorum pl. trium, adverſus* interceſſionem *ſeptem tribunorum triumphavit.* CORTE.

1 *Ejurato.*] Depoſito. M. T. in Philipp. *Sic me iniqui ejurabant, de me querebantur.* Valerius: *Ignominioſa Conſulum ejuratione.* Ejurare, ſignificat id quod deſideratur non poſſe praeſtare. *Pompejus.* CATAN.

2 *Perſonam.*] Qualitatem & mores dignitati tuae competentes. Sic M. T. pro Sylla, *Denique*, inquit, *iſtam perſonam vehementem & acrem, jam voluntas & natura detraxit.* Et in Philipp. *Ut meminiſſem quam perſonam impoſitam a vobis ſuſtinerem.* Et Ovid.

Cum tibi contingat formam Junonis adire,
Fac ſis perſonae quam tueare memor.

Nec ignoro accipi ſaepe perſonam pro ſcenico habitu vel hiſtrione, a perſonando dictam, & pro corpore, ut ſaepius apud JC. IDEM. Plerique omnes MSS. & nonnulli ex impreſſis: Tuam *perſonam tibi imponas*, pro *quam.* Sed in Riccard. prima littera in *Tuam* non eſt ſani coloris, & Mediceus perſpicue *quam* ſcripſit, cui adſentimur.

3 *Perferatur.*] Ad finem uſque Tribunatus. In multis exempl. legi *praeferatur*, id eſt praeponatur, & nullo praetextu deformetur. CATAN. Ut cum honore deportetur in finem. BARTH. Ut perſonam illam poſſit ferre ac ſuſtinere, nec cogatur eam immutare. quia illa immutatio pugnat cum ratione ſapientis, qui proſpicit futura, nec temere quid ſuſcipit, cuius aliquando ipſum poſſit poenitere. Vide Cic. de Offic. Lib. I. SCHEFF. Etiam ex noſtris Voſſian. Helmſt. *praeferatur*, quod Gryphius dedit. Recte meliores *perferatur*, de quo verbo egimus ad Lucan. Lib. V. vs. 605.

Nec perfert *pontum Boreas ad ſaxa.*

Cic. pro Roſc. Am. cap. IV. *Id, quod ſuſcepi, quoad potero*, perferam. *quod ſi* perferre *non potero, opprimi me onere officii malo, quam id, quod mihi cum fide ſemel* impoſitum *eſt, aut propter perfidiam abiicere, aut propter infirmitatem animi deponere.*

4 *Bebio Hiſpano.*] Hic poſtmodum Conſul deſignatus ſub Adriano Praefectus urbis fuit. In quibuſdam exempl. eſt *Vipſano.* Nam *Vipſanum Meſſalam* legimus Tribunum legionis, cui praeerat Aponius Saturninus, virum egregium, & qui ſolus ad id bellum artes bonas attuliſſet. Alioquin ſub Veſpaſiano pietatis eloquentiaeque famam adeptus nondum aetate Senatoria pro fratre Aquilio Imperatorem auſus deprecari: cujus lauretum Martialis memorat. CATAN. Legi-

tur

Hiſpanum rogat, ut pro Tranquillo agellum juſto pretio compáret, ne ſit poenitentiae locus.

TRanquillus, contubernalis meus, vult emere agellum, quem
venditare amicus tuus dicitur. Rogo cures quanti aequum eſt e- 2
mat. Ita enim delectabit emiſſe. Nam [1] mala emptio ſemper ingra-
ta, eo maxime, quod exprobrare [2] ſtultitiam domino videtur. In hoc 3
autem agello (ſi modo arriſerit precium) Tranquilli mei [3] ſtomachum
multa ſolicitant, [4] vicinitas urbis, [5] opportunitas viae, mediocritas
villae, [6] modus ruris, qui avocet magis, quam diſtringat. [7] Schola- 4
ſticis

tur alias *Fabio Hiſpano.* Pal. habet *Belio.* GRUTER. Arnz. etiam a manu ſecunda *Belio*, a prima *Bello.* Riccard. *Baebio Kispano*, & in Indice, principio libri praefixo, *ad Baebium.* Perizonius *Fabio Hispano* legendum ſibi videri, adſcripſerat. Mediceus nude: *Plinius Hispano S.* atque ita Lib. VI. Epiſt. XXV. Si *Bebii* nomen retinendum, mallem cum Riccard. *Baebio* ſcribere, quomodo permulti veteres lapides.

1 *Mala emtio ſemper ingrata* eſt, *eo m.*] *Mala*, i. nimis cara, cum pretium excedit plurimum bonitatem rei, ſicut contra *bona emtio*, cum pretium eſt minus. Unde *bene emere*, qui vili pretio emit apud Senecam & alios. SCHEFFER. Sic & apud Plaut. Amphitr. Act. I. Sc. I. vs. 32. *Scortum* male *conductum.* item Epidic. Act. III. Sc. IV. vs. 36. & alibi Vide Donat. ad Terent. Eunuch. Act. IV. Sc. IV. vs. 2. Praeterea Mediceo deeſt Verbum ſubſtantivum, pro more Plinii, idemque codex ſupra *aequom*, pro *aequum*, recte ſcripſit, ut ſcribitur in emendatis Maronis, Horatii aliorumque libris.

2 *Stultitiam.*] Ignorantiam, qui pluris emiſſet, quod minoris eſſet. CATAN.

3 *Stomachum.*] Appetentiam. IDEM.

4 *Vicinitas.*] Cenſet Columella in propinquo agrum mercari, quo frequenter dominus veniat: ſub hoc enim metu cum familia villicus erit in officio. IDEM.

5 *Opportunitas.*] Multum enim confert agris iter commodum. IDEM.

6 *Modus ruris.*] Médiocritas agri. Huc pertinet illud poëtae:

— Laudato ingentia rura:
Exiguum colito. —

Quid? vir eruditiſſimus traditum vetus praeceptum numeris ſignavit, ne majorem quam ratio calculorum patiatur emere agrum velimus: quippe acutiſſimam gentem Poenos dixiſſe convenit, imbecilliorem agrum, quam agricolam eſſe debere. *Modus* autem erit, unicuique voluntas facultaſque. Nec ſatis eſt poſſidere velle, ſi colere non poſſis. IDEM. *Modus* non diſtincte mediocritatem, ſed ſpatium, magnitudinem notat. Diximus ad Lucani Lib. V. vs. 182.

Non modus Oceani, *numerus non decrat arenae.*

Ubi & alium Secundi locum adſcripſimus. Sequebatur autem in Hackiana aliisque Edd. *qui* advocet *magis, quam diſtringat*, atque ita MSS. Voſſ. Helmſt. Arnz. nullo ſenſu. Recte Mediceus, Riccard. Lindenbr. *avocet* cum Aldo & Gryphio. *Avocet* ab aliis negotiis, quibus dominus diſtringitur, & removeat, adeoque recreet & reficiat. Similem confuſionem ſupra intrudebant Epiſt. III. n. 2. *crebris excurſionibus* avocaris, ubi melius *advocaris* tolerari poterat. adde infra Lib. IX. Epiſt. II. n. 1. Appoſite Paneg. cap. LXXXII. *Simul cogito, quam ſint iſta* ludus *&* avocamentum *huius, illae ſeriae & intentae, & a quibus ſe in tale otium recipit, voluptates.* Apuleius I. Metam. pag. 111. *Sed huic ego gratas gratias memini, quod lepidae fabulae feſtivitate nos* avocavit. ubi in duobus MSS. reperi *advocavit.* Idem vitium aliis locis Apuleii, qui crebro hoc verbo utitur, obſervavi. CORTE.

7 *Scholaſticis.*] Qui adhuc inſtituuntur, & in ſchola verſantur. An quod in declamando ſe exercebat Tranquil. CATAN. Perſpicue autem expungenda vox *ſtudioſis:* quae ſine dubio ex gloſſa eſt profecta, & in editione Florentina non habetur. Legitur & *dominis* pro *ſtudioſis*, aeque inepte; niſi putet quis in *hominibus* eſſe mutandum, ſervatis ejus vocis veſtigiis, quod non diſpliceat. *Jacobus* vero *Lectius*, vir, ſine dolo dicam, magnus & ingenii incertum majoris an iudicii,

ſticis porro dominis, ut hic eſt, ſufficit abunde tantum ſoli, [1] ut relevare caput, reficere oculos, [2] reptare [3] per limitem, [4] unamque ſemitam terere, omneſque viticulas ſuas noſſe & numerare arbuſculas poſſint. Haec tibi expoſui, quo magis ſcires, [5] quantum ille eſſet mihi, quantum ego tibi debiturus, ſi praediolum iſtud, quod commendatur his dotibus, [6] tam ſalubriter emerit, ut poenitentiae locum non relinquat. *Vale.*

ita hunc locum legebat & diſtinguebat: *Scholaſticis porro, domus ut hic eſt, ſufficit abunde: tantum ſoli, &c.* Is. Casaub. *Scholaſticis, &c.*] Sic quoque veteriores, neque tamen inepte Pal. *Scholaſticis orto, ut hic eſt.* Sed tamen quomodo tunc procedat argumentum, non video. Gruter. Eſt etiam in Arnzen. *Scholaſticis porro* ortus, *ut hic eſt*, id eſt, *hortus.* Unde patet, ex quo fonte Palatini ſcriptura profluxerit, quae adeo morari non debet. Neque vero vulgarem lectionem: *Scholaſticis porro, ut hic eſt, ſufficit*, nec aliorum: *Scholaſticis porro* ſtudioſis, *ut hic eſt*, multis refutabimus. Sufficit, eas ſcripturas a membranis & optimis libris recedere. Nam Mediceus, Riccard. Voſſ. Lindenbr. Bong. Helmſtad. cum Aldo & Gryphio praeſtant: *Scholaſticis porro* dominis, *ut hic eſt, ſufficit*, quod cur ineptum viſum ſit viro magno, vellem indicaſſet. Ex Gloſſa certe natum non eſt, quod ſtatuit alius vir doctus. Et ſi *ſcholaſticis hominibus* melius viſum eſt, ego contra longe elegantius putarem *ſcholaſticis dominis*, ut ſcholaſticis emtoribus, eruditis poſſeſſoribus. Ita enim ſupra n. 2. *mala emtio exprobrare ſtultitiam* domino *videtur.* Paneg. cap. L. n. 1. *Non enim exturbatis prioribus* dominis, *omne ſtagnum.... immenſa* poſſeſſione *circumvenis.* Cato de R. R. cap. 1. *De* domino *bono* colono *bonoque* aedificatore *melius emetur.* Cicero I. Offic. cap. XXXIX. *Nec domo* dominus, *ſed* domino *domus honeſtanda eſt.* ubi aliquoties eodem ſenſu iteratur. Lucan. Lib. V. vs. 515.

Rectorem dominumque *ratis.*

Livius Lib. IV. cap. LIII. *Iniuſti* domini *poſſeſſione agri cedant.* Columella Lib. III. de R. R. cap. XXI. *Verum quocumque* domini *praeſentis oculi frequenter acceſſere, in ea parte maiorem in modum fructus exuberat.* Lib. IV. cap. XVIII. *Oculos & veſtigia* domini (*res agro ſaluberrima*) *facilius admittit.* Pudet fere, de re notiſſima haec adiinere: ſed infelix iſta de membranarum ſcriptura dubitatio coegit. De *Scholaſticis* dico infra ad Lib. II. Epiſt. III. n, 5. Corte.

1 *Ut relevare caput* cet.] Mediceus & Helmſt. *revelare caput*, quomodo etiam boni codices peccant apud Lucan. Lib. VIII. vs. 268.

Ut nequeam relevare caput.

Ubi vide. Riccard. *refingere oculos*, ſed *n* punctis notatum, factumque *refigere*, quod in Voſſ. Helmſt. & Lindenbr. habetur. male.

2 *Reptare.*] Lente & quaſi teſtudinis paſſu ire, ut conſuevere qui ſpatiantur. Sic Horat.

An tacitum ſylvas inter reptare ſalubres.

Catan.

3 *Per limitem.*] Sunt lapides, qui ad agrorum diſtinctionem in agris ponuntur. Horum duo maximi ſunt, cardo & decumanus. Decumanus eſt, qui agrum ab exortu aequinoctiali ad occaſum aequinoctialem ſecat. Cardo a meridie ad ſeptentrionem: reliqui anguſtiores ſunt, diſtantque inter ſe paribus intervallis. *Plinius ſen.* Idem.

4 *Unamque ſemitam terere.*] Voſſ. *una ſemita terras omneſque* cet. Et ſic edidit Gryphius, nullo, aut ſaltem importuno ſenſu. Helmſtad. *unam ſemitam terere*, ſine Copula. At Lindenbr. *unamque* plane omittit, non male. Sic enim vis omnis ex Verbo *terere* pendet, ut ſupra ex *reptare* Mediceus mox *viteculas*, pro *viticulas*, & deinde *poſſit*, pro *poſſint* ſcripſit.

5 *Quantum ille* cet.] Riccard. a manu ſecunda: *quantum ille eſſet, quantum ego tibi debiturus.* Helmſt. *quantum ille eſſet mihi, ego tibi debiturus.* Utrumque defendi poterat. Sed a recepta ſcriptura, quam & Mediceus aliique ſervant, non temere receſſerim.

6 *Tam* ſalubriter.] i. conſulto. Barthii. Obſcurum hoc. *Salubriter* eſt bene, levi pretio. Lib. VI. Epiſt. XXX. n. 3. *Adtendimus ergo, ut quam* ſaluberrime *reficiantur.* Sic expoſuit Salmaſius ad Solini cap. L. pag. 694. Illudque Martialis comparavit ex Lib. X. Epigr. ult. *pretio paret ſalubri.* Supra *dotes* agello tribuit, ut, ſenſu ſingulari, ICtis *dotes praediorum* notae ſunt ex leg. 2. §. 1. & leg. 20. §. 1. π. de inſtr. vel inſtrum. legat. Hic virtutes, commoda, opportunitates & quidquid commendare poteſt notat, ut alibi *dos oris*, *dotes templi*, & multa alia. Congeſſit quaedam Gudius ad Phaedr. Prolog. I. vs. 3. *Duplex libelli dos eſt.*

C. PLI-

C. PLINII CAECILII SECUNDI EPISTOLARUM

LIBER SECUNDUS.

Epiſt. I. C. Plinius Secundus [1] Romano Suo S.

ARGUMENTUM.

Voconium admonet, Virginio Rufo publice factum funus honeſtiſſimum, virumque ſummum pari laude celebrat: &, quamvis ſenem, tamen ut juvenem deflet.

POst aliquot annos inſigne, atque etiam memorabile populi Romani oculis ſpectaculum exhibuit [2] publicum funus [3] Verginii Rufi,
maximi & clariſſimi civis, [4] perinde felicis. [5] Triginta annis gloriae 2
ſuae

1 VOconio *Romano Suo.*] Illud *Voconio* MSS. ignorant; ignorant etiam aliquot impreſſi.

2 *Publicum funus.*] Qui viri inſignes, ſtrenue pro patria pugnando occubuiſſent, aut reip. operam ſuam prompte navaſſent, publice funerabantur, tracta conſuetudine a Bruto, qui a Collega Valerio publice tumulatus eſt. Erat autem *publicum funus*, ut Plutarch. in vita Publicolae oſtendit, *cum quis propter ſua in rempubl. beneficia publicis ſumptibus ſepeliebatur.* Comitabantur praeterea Conſules, Tribuni ac Senatores, denique omnis magiſtratus uſque in forum, ubi vir aliquis orationem pro laudibus defuncti habebat: deinde ad locum ſepulturae profectis omnibus, quidam incenſam facem accipiens quam maxime alte poterat efferebat, re teſtans licere quidem, ſed honori parcendum. Funus auctore M. Tullio pro Mil. c. 13. fiebat *imaginibus, exequiis, pompa, laudatione, cantu, ludis, lamentationibus, rogo.* Sic Tranq. L. Vitellium, Auli Vitellii patrem, publico funere a Senatu honoratum aſſerit. Catan.

3 *Virginii Rufi.*] Hic equeſtri familia ignoto patre, cum omnes a Nerone ad Galbam deficerent, ipſe in Gallia Germanicum ducens exercitum per ſeſe agebat: Praeerat enim potentiſſimis legionibus. Idem. MSS. plerique *Verginii*, atque ita Dio, Tacitus, Plutarchus in Galba. p. 1055. & Inſcriptiones veteres. Infra tamen Lib. IX. Epiſt. XIX. Mediceus *Virginius* ſemper: plane ut in nomine *Virgilii* optimi Codd. variant. Lege de eodem Lib. VI. Epiſt. X.

4 *Et perinde felicis.*] Cum Caeſares, quibus ſuſpectus erat, evaſit. Catan. Vulgo erat: *& perinde felicis*; in aliis corruptius: *& proinde f.* Nos Copulam *&*, iuſſu optimi Medicei, expunximus, qua brevitate mox n. 4. *exceſſit in altiſſima tranquillitate*, pari *veneratione*, & alibi ſaepiſſime Secundus uſus eſt. De particula vero *perinde* dictum ad Lib. I. Epiſt. VIII. n. 12. *Utiliſſimum munus, ſed non* perinde *populare.* Corte.

5 *Triginta, &c.*] Poſt victoriam adeptam contra Vindicem vixit inſuper triginta annis. Catan.

ſuae ſupervixit. Legit ſcripta de ſe carmina, legit [1] hiſtorias, & [2] poſteritati ſuae interfuit. perfunctus eſt [3] tertio conſulatu, ut ſummum faſtigium [4] privati hominis impleret, [5] cum principis noluiſſet.
3 [6] Caeſares, quibus ſuſpectus, atque etiam [7] inviſus virtutibus fuerat, evaſit: reliquit incolumem [8] optimum atque amiciſſimum, tanquam ad hunc

Similiter Cicero ad Lucceium Lib. V. Fam. Epiſt. XII. n. 30. *illa nos cupiditas accendit feſtinationis, quod alacres animo ſumus, ut & ceteri viventibus nobis ex libris tuis nos cognoſcant, & noſmetipſi* vivi gloriola noſtra *perfruamur.*

1 *Hiſtorias.*] Quas ſcripſerunt Cluvius Rufus, Plinius ſenior, & Corn. Tacitus. Catan.

2 *Poſteritati ſuae interfuit.*] Vidit literarum monumenta, per quae victurus erat apud poſteros. Praeter aliorum ſcripta ipſe inſuper Virginius reliquit *Rhetoricae libros*, ut meminerunt Tacitus & Quintil. qui Lib. III. Inſtitut. aperte oſtendit opus ſuum emiſiſſe ſub Trajano. *Accuratius*, inquit, *Gallione ſcripſit Celſus & Lenus, & aetatis noſtrae Virginius, & Plinius Tutilius.* Sunt & hodie clari ejuſdem operis auctores. Ex quibus apparet cum haec ederet, jam Virginium e vita migraſſe. Eum autem Trajano imperante conceſſiſſe, praeter hujus epiſtolae teſtimonium etiam illa ex panegyr. verba ſignificant: *Erat in Senatu ter Conſul.* quibus Virginium intelligit. Hic dicet aliquis, Si Fabii Inſtitutiones contendis Trajano imperante emiſſas, cur in quibuſdam praefationibus Domitianum commendat? Ea ſane fuit ſcriptoris conſtantia & magna ſub Trajano libertas, ut quae vivo ſcripſerat, mortuo non detraheret: & licebat ſub optimo principe impune ſcribere. Quare crediderim Domitiano imperante multa ac fere omnia quae in Inſtit. continentur compoſita, & quaedam publicata, vel eo invito, ut ipſe teſtatur: poſtea diu limata ſub Trajano emiſſa. Idem. *Interfuit.*] Hoc eſt, vivus videnſque, ea gloria fruitus eſt, quae alios mortuos a poſteritate demum manet. *Certus poſteritatis cum futura gloria vixit*, ut infra Lib. IX. Epiſt. III. loquitur. Buchner.

3 *Tertio Conſulatu.*] Primum geſſit cum Memmio Regulo, alterum cum Pompejo Vopiſco, referente Tacito: tertium cum Nerva Imperatore, auctor Julius Frontinus de aquaeduct. Et Dion inquit: *Nerva Virginium ſaepius Imperatorem nominatum non timuit in Conſulatu ſuo Collegam aſſerere. In cujus mortui tumulo hoc epitaphium inciſum eſt:*

Hic ſitus eſt Rufus pulſo qui Vindice quondam
Imperium aſſeruit, non ſibi ſed patriae.

Non ideo intellige Virginium mortuum ſub Nerva, ſed ut in tranſitu tam memorabile facinus tangeret, hoc addidiſſe Dionem, quod tamen apud eum metro non conſtat. Catan.

4 *Privati.*] Non principis. Sic in Paneg. *privatum* dixit reſpectu principis, & Tacitus in eundem ſenſum. Ex quibus patet non tantum *privatum* dici qui ſine magiſtratu eſt. Idem. Sed & qui non eſt princeps aut imperator. Quia igitur conſulatus ſecundus eſt proximus principatui honor, ideo *ſummum faſtigium privati hominis* hic appellatur. Nec aſcendere quiſquam altius poterat, & eſſe privatus. Buchner. Frequentiſſime ita *privatos* accipit Eutropius, ut jam Cellarius adnotavit. Vide praeterea Caſaubon. ad Vopiſci Aurelian. cap. XLVI. pag. 552. & adde noſtra ad Lucani Lib. IX. vs. 193. ubi de Pompeio:

— — *Et ſolus, plebe parata*
Privatus *ſervire* ſibi.

5 *Cum principis.*] Faſtigium implere noluiſſet, delatum ei a milite imperium contemnebat. Sed dubium fuit, an pro Galba imperare voluiſſet, imparem ratus ſi accepiſſet: tutum, ſi recuſaſſet. Haec Tacitus pro commodo ſuo. Catan. *Noluiſſet.* Nam iterum iterumque ipſi Imperium a militibus delatum recipere noluit. Non tantum cum Otho ſibi intuliſſet manus, ut bello Civili, quod Vitellius moverat, finem imponeret, de quo Tacitus Hiſtor. II. cap. LII. ſed & dejecto Vindice ante qui contra Neronem rebellaverat Imperium ambiens, de quo Dio Caſſius Lib. LXIII. & Tacitus Hiſt. I. cap. VIII. quod maximae gloriae ei fuit. Quare & ejus memoriam ſuo ſepulchro incidi voluit ac juſſit ipſe, de quo noſter Lib. IX. Epiſt. XIX. Meminit & Dio in Trajani Hiſtoria Lib. LXVIII. Buchner.

6 *Caeſares.*] Neroni, Galbae, Othoni, Vitellio, Domitiano ſupervixit: & eorum immanitatem vitavit. Nam praecipuae opes erant bonis artibus inoffenſa tot principum malitia. Et in conjuratione Piſoniana ſcribit Tacitus: *Virginium Rufum claritudine nominis in exilium pulſum, quod ſtudia juvenum eloquentia foveret.* Catan.

7 *Inviſus virtutibus.*] Id eſt, propter virtutes.

Ita

hunc ipſum honorem publici funeris [1] reſervatus. Annum tertium & octogeſimum exceſſit in altiſſima tranquillitate, pari veneratione. Uſus eſt firma valetudine, niſi quod ſolebant ei manus [2] tremere, citra dolorem tamen: [3] aditus tantum mortis durior longiorque, ſed hic ipſe laudabilis. Nam cum vocem praepararet, acturus in [4] conſulatu principi gratias, liber, quem forte acceperat grandiorem, [5] & ſeni &

4

5

Ita enim Latinis caſus ſextus uſurpari ſaepe ſolet. Nepos Chabria: *Hoc ille nuncio Athenas rediit.* Tacitus III. Annal. cap. LII. *Patris ira profugus.* Qu ita aliis innumeris locis. Ad ipſam rem illud Saluſtii pertinet de Catilina: *Regibus boni, quam mali ſuſpectiores ſunt: ſemperque his aliena virtus formidoloſa eſt.* Item illud noſtri Paneg. LXVIII. *A malo principe tanquam ſucceſſor timetur, quiſquis eſt dignior.* Hoc eſt, quiſquis eſt melior. Buchnerus. Plura diximus ad citata Salluſtii ex Cat. cap. VII. n. 2. Ad ſtructuram pertinet Idem VI. Hiſt. Orat. Cottae. n. 6. *Quoniam defectione ſociorum & Sertorii per montes fuga neque manu certare poſſunt, neque utilia parare.* Spartian. Caracalla cap. II. *Fratrem magna eius humilitate deſpexit.* Alia dabit Gronovius ad Senec. VI. benef. cap. VIII. *Et iudices quem damnaturi erant cauſſa, damnare gratia noluerunt.* Ut videas ſollicitudinem iſtam fruſtraneam fuiſſe, qua Arnzen. τὸ *virtutibus* omiſit. Ceterum & Riccard. & Bongarſ. inde a verbis: *atque etiam* usque ad *optimum* omnia omittunt, quod eo factum puto, quod duos verſus particula *atque* inchoaret. Corte.

8 *Optimum.*] Trajanum. Eo enim cognomento maxime gloriabatur tradente Dione. Et Secundus in paneg. hoc pluribus extollit. Catan. At a Tacito conſule, in mortui Verginii locum ſuffecto, laudatus dicitur infra n. 6. Is vero conſulatum geſſit Nerva ſuperſtite. Nerva itaque hic intelligendus eſt, non Traianus, quod nec Cellarium latuit. Nervam etiam *optimum* nominat, in Paneg. cap. LXXXIX. n. 1.

1 *Reſervatus.*] Convenit cum Plutarcho quem diximus ſcripſiſſe *Virginium* invidia Junii ad meliorem vitam reſervatum. Nam ſub peſſimo principe nunquam talem honorem fuiſſet conſecutus. Catan. Hanc lectionem quoque habet Pal. Interim requirit conſtructio vocum, *reſervatum*, quamvis poſſet abeſſe illud verbum. Sane Pal. annectit ſequentibus, hoc modo: *publici funeris. Reſervatus annum tertium, &c.* Sed tunc legendum fuerat, *anno tertio, &c.* Gruter. Notat Gruterus haec, *reſervatus. Annum*, in Palatino iungi. Sed tunc putat *anno tertio* fuiſſe ſcribendum. Credo ego, lectionem eſſe bonam, ſi poſt *octogeſimum* ſcribatur comma. Nempe poteſt intelligi *reſervatus annum*, pro *reſervatus ad annum.* Sane *exceſſit annum*, pro *defunctus eſt*, *mortuus eſt illo anno*, non exiſtimo probari poſſe, ac ſic neceſſario cum antecedente debere coniungi. Scheffer. Iunguntur iſta *reſervatus annum* etiam in Helmſtad. qui praeterea, ut vult Schefferus, poſt *octogeſimum* diſtinguit. Sed Ellipſis illa, quam ſtatuit vir doctus, in tali ſtructura: *ad hunc honorem Annum LXXX reſervatus*, inaudita eſt. Nec tamen propterea *reſervatum* probo, quod expreſſit Sichard. & Gryphius, & quod conſtructionem requirere putat Gruterus. Immo *reſervatus ad hunc honorem* de Verginio intelligi neceſſe eſt: ſiquidem, ſi vel Nerva deceſſiſſet, ab optimo Trajano eumdem honorem ſperare potuiſſet: quod illud *reſervatum* negat. Habent autem omnes omnino noſtri MSS. *reſervatus*, idque pluribus illuſtramus ad Lucani Lib. X. vs. 433.

——— — *Caeſar* dilatus *in ortus.*

Quod denique Schefferus putat: *Annum tertium & octogeſimum exceſſit*, iungi non poſſe, ut ſignificet *mortuus eſt illo anno*, in eo ratio ipſum vehementer ſefellit, quod *excedere*, pro *mori* habuit. Notat enim *ſuperare* hoc loco, tranſire, ut vitam ultra LXXXIII. annum propagaſſe dicat. Nam de morte ex ſuperioribus abunde conſtat: & ne ſequentia *in altiſſima tranquillitate* cet. ad omnem eius vitam trahas, proxima ſatis efficiunt, ubi de malis principibus, & de optimo Nerva verba fecit. Corte.

2 *Tremere.*] Celſus *tremorem manuum* inter genera paralyſis: ejuſque curationem ponit. Catan.

3 *Aditus.*] Praeludium, principium & acceſſus. Idem.

4 *Conſulatu.*] Quarto, cui fuerat deſignatus a Trajano. Catan. Immo in conſulatu ſuo III, principi Nervae, in conſulatu collegae.

5 *Et ſeni, & ſtanti, ipſo pendere.*] Tria ponit, ſenium Rufi, & quod pedibus ſtaret, ac magnitu-

& ſtanti ipſo pondere elapſus eſt. [1] Hunc dum conſequitur colligitque, per [2] laeve & lubricum pavimentum fallente veſtigio cecidit, coxamque fregit, quae parum apte collocata, [3] reluctante aetate,
6 male coiit. Hujus viri [4] exſequiae magnum ornamentum principi, magnum ſeculo, magnum etiam [5] foro & roſtris attulerunt. Laudatus eſt a conſule Cornelio Tacito. Nam hic ſupremus felicitatis ejus
7 [6] cumulus acceſſit, laudator eloquentiſſimus. Et ille quidem [7] plenus annis abiit, plenus honoribus, illis etiam quos recuſavit: nobis tamen quae-

tudinem libri, quibus oſtendit in majus luxatam illius coxam. Catan.

1 Hunc *dum* conſequitur *colligitque.*] MSS. Riccard. & Voſſ. *Haec dum ſequitur*; Bongarſ. & Gryphius: *Hunc dum ſequitur.* Sed *conſequi* eleganter dicitur, qui eumdem cum fugiente libro locum petit, qui librum prolapſum repetit, ut apud Plautum Rud. Act. I. Sc. I. vs. 24.

Conſequamur *gradu* vocem.

Voſſian. *colligitque* omittit.

2 *Laeve.*] Lithoſtratum, & ideo lubricum, laevigatum, politum. Catan.

3 *Reluctante aetate.*] Quia difficilius ſenes in fracturis curantur. Idem. Voſſian. *repugnante aetate*, ex Gloſſa. Deinde Mediceus & Helmſtad. *male coit*, quemadmodum infra Riccard. & Lindenbr. n. 7. *plenus annis abit.* *Coire* vulnera, cicatrices ſaepiſſime dicuntur: ſed etiam quae luxata & abrupta in priſtinum locum redeunt Lucan. Lib. VI. vs. 490.

Viperei coeunt, *abrupto corpore*, nodi.

4 *Exſequiae.*] Indifferenter pro funere: quanquam funus majora complectatur. Catan.

5 *Foro & roſtris.*] Ubi agebat cauſas & concionabatur, an in quibus laudatus eſt. Nam Romani omnes claros viros (auctor Dionyſius) ſive quod bellorum ducatum acceperint, ſive civilium negociorum magiſtratus, & ſua prudentia actiones pulchras ediderint, neque tantum bello morientes ſed & caeteros qualicunque functos vitae fine laudari in foro inſtituerunt, ſumpto initio a Publicola, qui Bruti corpus ibi proponens ornatum decenter in lectulo, advocata populi concione pro roſtris funebrem orationem habuit. Inde Tacitus Lib. III. ſcribit, Tiberium non prohibuiſſe quo minus Juniae C. Caſſii uxoris & M. Bruti ſororis laudatione pro roſtris funus cohoneſtaretur. Nec me praeterit roſtra pro magiſtratibus ſumi, quod in his concionarentur, & Cornelium Severum pro eloquentia poſuiſſe. *Roſtra*, inquit Livius, *ex navibus Antiatum, ex quibus ſuggeſtum in foro extructum adornari placuit, roſtraque id templum appellatum, ad Comitium prope juncta curiae, ſed poſtea loco mota.* Vid. & M. T. in Vatinium, & pro Dejot. & in Legibus. Suet. Juven. Catan. Voſſian. *foro roſtriſque.* Publico funere elati pro roſtris laudabantur, neque tam dubie rem certam proponere debebat Catanaeus. Inſignis eſt locus Polybii Lib. VI. cap. LI. LII. qui legi meretur. Adde Lucan. Lib. IX. vs. 215. 216. *Laudare*, *Laudator*, & *Laudatio* ſollemnia ea in re verba ſunt. Vide Daviſ. ad Cic. I. Acad. cap. II.

6 *Cumulus.*] Id eſt, copia. Legitur & *calculus*, id eſt ſuffragium. Catan. Noſtri omnes *cumulus*, quod genuinum eſt. Praeterea autem optimus Mediceus & Helmſtad. *felicitatis*, quod ex tam egregio libro depromptum ſpernere nequeo. Cicero XVI. Fam. Epiſt. XXI. *Nam cum maximam cepiſſem laetitiam ex humaniſſimi & cariſſimi patris epiſtola: tum vero iucundiſſimae tuae litterae* cumulum *mihi* gaudii *attulerunt.* Eodem modo Noſtri locum conſtituere poſſes. Cum enim ille Mediceus hunc ordinem praetulerit. *Nam hic eius ſupremus* felicitatis *cumulus acceſſit*, refingere licebit: *Nam hic ei ſupremus* felicitatis *cumulus acceſſit.* Sed etiam ſi vulgarem ſcripturam ſervaveris, tamen Caſum illum patrium non reiiculum exiſtimo. Animadverti enim ſaepiſſime contra optimorum librorum fidem Tertium Secundo Caſui ſubſtitutum, quia hoc elegantiae eſſe credebant. Lucanus Lib. I. vs. 100.

Craſſus erat belli *medius mora.*

vs. 158.

Hae ducibus cauſſae ſuberant, ſed publica belli. Semina.

Utro-

quaerendus ac deſiderandus eſt, ut exemplar [1] vitae prioris: mihi ve-
ro praecipue, qui illum non ſolum [2] publice [ſed etiam privatim]
quantum admirabar, tantum diligebam. Primum, quod utrique 8
[3] eadem regio, [4] municipia finitima, agri etiam poſſeſſioneſque con-
jun-

Utroque loco quidam libri *bello.* Lucanus Lib. VII. vs. 345.

> *Extremum* ferri *ſupereſt opus.*

ubi vir doctus corrigebat *ferro.* Lib. VIII. vs. 240.

> *Egreditur* famuli *raptos indutus amictus.*

ubi *famulo*, *famulis* in aliquot libris. vs. 802.

> ——— ——— ——— *quare*
> *Unus in Aegypto* Magni *lapis.*

ibi vulgo erat *Magno.* Cicero II. de Fin. cap. IX. *Qualis iſta philoſophia eſt, quae non interitum adferat* pravitatis, *ſed ſit contenta mediocritate vitiorum.* Sic omnes ſcripti. At Victorius *pravitati*, quem Cl. Daviſius nimia facilitate ſecutus eſt. Livius Lib. III. cap. L. *Quippe ab ipſis datum locum* ſeditionis *eſſe.* Sic omnes MSS. at Glareanus *ſeditioni.* Idem Lib. eod. cap. XLVI. *Inquietum hominem locum* ſeditionis *quaerere.* ubi non erat, cur contra omnes libros I. Fr. Gronovius mallet *ſeditioni.* Hegeſippus Lib. V. cap. XL. *Tua ſuavitas animam tenuit meam, & produxit* matris *miſerae diem mortis.* Sic membranae litteris uncialibus ſcriptae. At vulgo: *matri.* Martian. Capella Lib. II. pag. 32.

> *Ac ſic favente mundo*
> *Nurus adderis* Tonantis.

ſic optimae membranae. Vulgo *Tonanti.* Mitto plura huius generis, cum iam illa ſatis declarent, quam odioſus ſaepe Genitivus fuerit correctoribus. adde infra Lib. III. Epiſt. IV. n. 7. Lib. IV. Epiſt. VII. n. 1. ubi alia quaedam notamus. Corte.

7 *Plenus annis.*] Senex admodum, ſepultus eſt in Alſienſi villa. Catan. Statius II. Silv. II. vs. 129.

> ——— *dubio quem non in turbine rerum.*
> *Deprendet ſuprema dies, ſed abire paratum*
> *Ac* plenum vita.

ubi Barthium conſulas. Lucanus Lib. V. vs. 666.

> ——— ——— ——— *quamvis* plenus honorum
> *Et Dictator eam, ſtygias & Conſul ad umbras.*

Porro Barthius adſcripſerat: *quos recuſavit*, acc enſentur enim hi geſtis.

1 *Aevi prioris.*] Mediceus & Lindenbr. *vitae prioris.* Alterum quidem vulgatius; at Plinius uterque *vitam* ſaepiſſime adhibent, pro hominibus, ut *audax vita*, *rudis vita*, & ſimilia. Vide quae collegit Cl. Burmannus Comment. ad Phaedr. Prolog. Lib. I. vs. 4.

> *Et quod prudenti* vitam *conſilio monet.*

Quare *vitae* recipiendum eſſe duxi, cuius Gloſſa ſit vulgatum *aevi.* Corte.

2 *Publice.*] Boni publici cauſa. *Privatim.*] Reſpectu meo. Eſt & alia lectio, *qui illum non modo publice, ſed etiam privatim quantum adjuvabat, tantum diligebam.* Catan. In verbo quidem *admirabar* noſtri Codd. nihil movent, obferunt vero aliud, quod maiore adtentione dignum eſt. Nempe Mediceus, Riccard. Lindenbr. & reliqui omnes ignorant prorſus trigam iſtam: *ſed etiam privatim*, quam adeo ab interpretibus additam exiſtimare licet. Notum enim eſt, non modo poſt *non ſolum* ſaepe omitti *ſed etiam*, ut multis comprobavimus ad Lucanum, ſed etiam ſaepe integer ſenſus exaudiendus eſt, ut docuimus quondam ad Cic. IV. Fam. Epiſt. III. n. 2. & ad Lib. VI. Epiſt. VIII. n. 2. Hic vero ne ſumma quidem neceſſitas eſt intelligere *ſed etiam privatim*, tantum abeſt, ut illud exprimere ſit opus. Sumtum eſt fortaſſe illud additamentum ex Epiſt. VII. n. 6. huius libri. Corte.

3 *Eadem regio.*] Inſubria ſcil. Catan. Puto hic deeſſe quidpiam. Nam *eſt mihi haec regio*, pro *in hac regione natus ſum*, *eſt mihi patria haec regio*, non puto inveniri apud quemquam probatorum. Scheffer. Suſpicionem Scheſſeri augent codices. Nam Riccard. Lindenbr. & Bongarſ. Leid. & Oxon. vocem *regio* neſciunt. Helmſtad. ita exhibet: *quod* eadem utrique *regio*, *municipia finitima* utrique, *agri* &c. Arnz: *quod* eadem regio, *municipia finitima* utrique, *agri* &c. Quaſi fuiſſet Plinii: *quod* eadem *utrique* regione *municipia finitima.* Mediceus tamen vulgatae ſuffragatur, nec video, quod abſurdum ſit

junctae. Praeterea quod [1] ille tutor mihi relictus, affectum parentis ex-
hibuit. Sic [2] candidatum me ſuffragio ornavit, ſic ad omnes honores meos
[3] ex ſeceſſibus adcucurrit, cum jam pridem ejuſmodi officiis renunciaſ-
ſet, ſic [4] illo die, quo ſacerdotes ſolent nominare, quos digniſſimos ſacer-
9 dotio judicant, me ſemper nominabat. Quinetiam in hac noviſſima vale-
tudine, veritus, ne forte inter [5] quinqueviros crearetur, qui minuendis
pu-

ſit *eadem utrique eſt regio*, pro *uterque eſt ex eadem regione* oriundus. Sic ſane Lib. VI. Epiſt. VIII. n. 2. *Hunc ego, non ut multi, ſed artiſſime diligo.* Oppida noſtra *unius diei itinere dirimuntur.* Ubi vide notas.

4 *Municipia finitima.*] Sumus & ex municipiis quae ſunt in eadem regione. Et cum Ptolomaeus inter Inſubres quatuor tantum municipia ponat, *Novariam*, *Ticinum*, *Mediolanum*, *Novumcomum*, addendo municipia finitima & contermina, neceſſe eſt Virginium Mediolanenſem. Satis enim conſtat Secundum fuiſſe Novocomenſem, neque ullum praedictorum oppidorum quam Mediolanum Como terminum. CATAN.

1 *Ille* tutor mihi *relictus.*] Riccard. Leid. & Bongarſ. *ille* mihi tutor *relictus*, quod ſuavius ſonat. Oxon. adfectus *parentis.*

2 *Candidatum.*] Petentem honores. Mos erat magiſtratum petituris, ut abſque interiore tunica in comitium candida operti veſte deſcenderent; *ſive* ut eo habitu ad ſupplicandum humiliores accederent, *ſive* innocentiam ſuam per album indicantes colorem, *ſive* ut qui cicatrices haberent, manifeſte ſigna fortitudinis aperirent. Nec ſolum magiſtratus petitores dicebantur *candidati*, ſed etiam aliarum rerum. Nam Tranquillus in Veſp. diſpenſationis *candidatum* dixit, petentem diſpenſationem. *Candidati* item Caeſaris appellati, qui Principis epiſtolas in Senatu legebant. Et milites principales *candidatos* teſtatur Vegetius privilegiis muniri. CATAN.

3 *Ex ſeceſſibus accurrit.*] Tametſi abeſſet, tamen cum praeſenſerat me petere magiſtratus, ſtatim properabat ut mihi adeſſet. IDEM. Membranae noſtrae, uti & Aldus & Catanaeus *adcucurrit*, quod verum eſt. Sic Tacitus, Apuleius, Paullinus Petrocc. frequenter. Apuleius Lib. I. Metam. p. 104. *Feſtinus adcucurri*, ut recte Elmenhorſtius. BARTH. Sic etiam MSS. Mediceus, Riccard. Bongarſ. Helmſtad. & alii: atque ita ſupra Lib. I. Epiſt. XIV. n. 7. *Quaeſturam, tribunatum, praeturam honeſtiſſime* percucurrit. Infra Lib. III. Epiſt. VII. n. 2. *ad mortem* decucurrit. Lib. VI. Epiſt. VI. n. 2. *quae decucurri.* Prudentius περὶ σ. Paſſ. I. vs. 11.

Fama nam terras in omnes percucurrit *proditrix.*

Paſſ. XII. vs. 21.

Ut teres orbis iter flexi rota percucurrit *anni.*

Sic apud Caeſarem & Livium *decucurrit*, & *procucurrerunt.* Plura habent interpretes Flori ad Lib. IV. cap. II. n. 33. *Mutuis ictibus in ſe* concucurrit. Aliud praeterea hic obſervandum. Mediceus, Riccard. Oxon. Lindenbr. Leid. Bongarſ. & Arnz. habent: *ad omnes honores meos* ex ceſſibus *adcucurrit*, pro *ex ſeceſſibus*, & ſic iterum Mediceus infra Epiſt. XIII. n. 5. *Ille in* ceſſu *contubernalis*, & Lib. VIII. Epiſt. IX. *Negotia amicorum nec* cedere, *nec ſtudere patiuntur*, pro *ſecedere* vulgato. Alibi tamen, ut Lib. I. Epiſt. XIII. n. 7. Lib. II. Epiſt. XVII. n. 29. nihil mutant illae membranae, ut neque hoc loco aliud, quam ſcribae vitium ſubeſſe, ſtatuendum ſit. Idem. Mediceus: *ad omnes* honoris *meos.* CORTE.

4 *Illo die.*] Calendis Januariis. Lege Ovid. in Faſtis, & Tacit. qui Quindecimvirale ſacerdotium ſcribit principio anni ſolenne jusjurandum ſolitum jurare, & nuncupationibus votorum adeſſe. Et Secundus Lib. IV. Frontinum, cui in Auguratu ſucceſſit, teſtatur ſe per multos annos ante obitum ſui inter ſacerdotes nominaſſe, tanquam in locum ſuum cooptaret. Puto intelligere Auguratum, de quo M. T. in II. Philipp. *Quo enim tempore me Augurem a toto collegio expetitum Cn. Pompejus & Q. Hortenſius nominaverunt: neque enim licebat a pluribus nominari.* Et in XII. *Imprimis paternum auguratus locum, in quo ego eum, ut quod a patre accepi, filio reddam, mea nominatione cooptabo.* CATAN. MSS. variant. Quidam: *illo die, qua*; Alii: *illa die, quo*; Alii: *illa die, qua.*

5 *Quinqueviros.*] Erant quinqueviri magiſtratus extraordinarii: *primo* creati ſunt de legibus imperio conſulari ſcribendis, *deinde* agris dividendis, quibus aliquando Triumviros praeponebant. *tertio* de muris turribuſque conficiendis, non-

publicis ſumptibus [1] judicio Senatus conſtituebantur, quum illi tot amici
ſenes, [2] conſulareſque ſupereſſent, me hujus aetatis, per quem excuſare-
tur, elegit, his quidem verbis: *Etiamſi filium haberem, tibi mandarem.*
Quibus ex cauſis neceſſe eſt tanquam [3] immaturam mortem ejus in ſinu 10
tuo defleam: ſi tamen fas eſt [4] aut flere, aut omnino mortem vocare,
qua tanti viri mortalitas magis finita, quam vita eſt. [5] Vivit enim, 11
vivetque ſemper, atque etiam latius in memoria hominum & ſermo-
ne verſabitur, poſtquam [6] ab oculis receſſit. [7] Volui tibi multa alia 12
ſcribere, ſed totus animus in hac una contemplatione defixus eſt.
Verginium cogito, Verginium video, Verginium jam [8] vanis imagini-
bus, recentibus tamen audio, alloquor, teneo: cui fortaſſe cives aliquos
virtutibus pares, & habemus & habebimus, gloria neminem. *Vale.*

II. C. Plinius [9] Paulino Suo S.

Paulinum monet ut aliquid ſcribat, cum tamdiu ab urbe nihil literarum miſerit.

IRaſcor, nec liquet mihi an debeam, ſed iraſcor. Scis, quam ſit amor

nonnunquam minuendis ſumptibus, cum Imperatorum liberalitate civitas gravari videretur. Catan.

1 *Judicio Senatus.*] Senatuſconſulto & electione, cui Trajanus multum tribuit. Idem.

2 *Conſulareſque.*] Qui Conſulatum geſſerant. Cicero in Philipp. *Ego ſine ulla controverſia Conſularis.* Et ad Plancum: *Complures in perturbatione reip. Conſules dicti, quorum nemo Conſularis habitus, niſi qui animo extiterit Conſularis.* Conſulares etiam foeminas dicimus *Conſularium* uxores. Adjicit Saturninus matres, quod nuſquam relatum eſt, neque repertum auctore Ulpiano. At Senatores aliud erant. Nam omnes Conſulares Senatores erant, non omnes Senatores, Conſulares. Hoc aperte colligitur ex Lib. II. belli Punici ſecundi apud Livium. Idem.

3 *Immaturam.*] Ante tempus, reſpectu deſiderii Secundi. Nam ſi reſpexeris ad tertium & octogeſimum annum, erat matura. Idem.

4 *Aut flere, aut* cet.] Mediceus: *aut* fieret, *aut*, corrupte. Riccard. & Leid. *fleri.* Deinde Mediceus & alii meliores *vocare*, non *vocari*, quod impreſſi quidam exhibent. Helmſtad. perperam *mortalitatis*, pro *mortalitas*, quod etiam Leid. ingerit.

5 *Vivit enim vivetque.*] Quomodo de Tullio Velleius Lib. II. cap. LXVI. *Vivit, vivetque per omnium ſaeculorum memoriam.* Infra vitioſe Helmſt. *verſabit*, pro *verſabitur.*

6 *Ab oculis receſſit.*] Remota invidia, raro enim ante cineres gloria venit. Catan.

7 Volui *tibi multa.*] Sic Mediceus & alii. Sed Riccard. Leid. Helmſtad. Oxon. & Edd. quaedam: Volo *tibi m. a. ſ.* Mox Voſſian. Leid. Lindenbr. Oxon. & Bongarſ. *in hac contemplatione defixus eſt*, omiſſa voce *una.* Deinde iſta: *Verginium cogito*, deſunt Mediceo.

8 *Vanis imaginibus*, recentibus *tamen audio.*] Tantum non inane eſt, quod *recentibus* additur. Uſitatiſſimum enim & vulgare eſt, cum nuper mortuo *recentibus* imaginibus ludere. MS. certe Bongarſ. ut & Leidenſ. hoc *recentibus* ignorant, & ſi expungatur, habemus eam formam, de qua pluribus actum ad Lib. I. Epiſt. XX. n. 25. *Id ipſum quam voles brevi epiſtola*, ſed tamen *ſcribe.* Voſſ. Helmſt. Arnz. *iam* variis *imaginibus.* Infra Voſſ. *cives alios*, & ſic edidit Gryphius, quem iſto MS. Voſſ. uſum eſſe, pluribus documentis didici. Ceteri omnes *aliquos.* Corte.

9 *Paulino.*] Hic circumjectas Galliae Narbo- nenſi

amor iniquus interdum, impotens ſaepe [1] *μικραίτιος* ſemper. Haec tamen cauſa magna eſt, neſcio an juſta: ſed ego tanquam non minus juſta, quam magna ſit, graviter iraſcor, quod a te tamdiu literae nullae.
2 [2] Exora me: potes uno modo, ſi nunc ſaltem plurimas, & longiſſimas miſeris. haec mihi ſola excuſatio vera, caeterae, falſae videbuntur. Non ſum auditurus: *Non eram Romae*, vel *occupatior eram.*
3 Illud enim nec dii ſinant, [3] ut infirmior. Ipſe ad villam partim ſtudiis, partim deſidia fruor, quorum utrumque ex [4] ocio naſcitur. *Vale.*

III. C. Plinius [5] Nepoti Suo S.

Explicata Iſaei ſumma facultate & eloquentia hortatur Nepotem, ut eum auditum veniat, cum viva vox magis afficiat.

MAgna [6] Iſaeum fama [7] praeceſſerat, major inventus eſt. [1] Sum-

nenſi civitates Vitelliana tempeſtate in verba Veſpaſiani, cujus ante fortunam amicus erat, adegit: concitiſque omnibus, qui exauctorati a Vitellio, bellum ſponte ſumebant, Forojulienſem coloniam clauſtraque maris praeſidio tuebatur: eo gravior auctor quod Paulino patria Forumjulii. Et honos apud Praetorianos, quorum quondam Tribunus fuerat, ipſique pagani favore municipali & futurae potentiae ſpe juvare patres annitebantur. Moriens jus libertorum ſuorum Secundo reliquit. *Paulinum* Tribunum in bello Judaico Joſephus, & alterum Praefectum Alexandriae refert. Martialis pedum pernicitatem in *Paulino* admiratur, & *Paulinum* a Severo Imp. interfectum legimus. CATAN.

1 *Μικραίτιος.*] Pro minima quaque re iraſcibilis, quique parva cauſatur. Lucianus in Fugitivis, ubi philoſophos ſui temporis notat ſupra infantulos iracundos *ὀξυχόλους* & *μικραιτίους* appellat, & in dialogo Merc. & Mariae *ὀξυχόλους* amantes. IDEM. *μικραιτιος* igitur, non ſimpliciter querulus, ſed qui levi etiam de cauſa queri ſolet. STEPH. Bongarſ. *φιλαίτιος* perperam. Mediceus & Riccard. cum Lindenbr. *μεικραίτιος*, atque illi codd. infra etiam aliquoties *ει* pro *ι* ſcribunt. Mox Voſſian. *an iuſta neſcio*, quem ordinem Gryphius exhibet.

2 Exorare me *potes uno modo.*] Sic vulgo legebatur. At nos praeferendam duximus ſcripturam optimi Medicei: Exora me: *potes uno modo* cet. Ut enim ſignum ſummae familiaritatis eſt, quod ſupra ſcripſit *Iraſcor*, ita eodem pertinet, quod iam addit *Exora me*, hoc eſt, placa me. quo ſenſu verbum habes infra Epiſt. V. n. 6. *Huius triſtitiam reliquae partes actionis* exorare *debebunt.* Propertius Lib. III. Eleg. XVI. vs. 23.

Exoranda *canis tria ſunt latrantia colla.*

CORTE.

3 *Ut.*] *Subint.* Si diceres; eram infirmior. CATAN.

4 *Ocio.*] Quiete: difficile enim lucubramus in tumultu & animi perturbatione. IDEM.

5 *Nepoti.*] *Licinius Nepos* diu orbus ſuſcepta filia captatores fruſtratus domum habuit apud ſacellum Florae ad veteres Ficelias, auctore Martiale, in Praetura ſumma uſus conſtantia & ſeveritate. Fuit & *Calviſius Nepos*, Caecilii contubernalis. *Nepotem* Adrianus loco hoſtis habuit. Et *Nepotis Piſtoris* meminit Juvenalis. IDEM.

6 *Iſaeum.*] Duos invenio *Iſaeos* praeſtantiſſimos rhetores Athenienſium: unum Demoſthenis praeceptorem, ut Philoſtratus tradit, alterum Aſſyrium declamatorem, quem Suidas viguiſſe ſub Adriano & plurima ſcripſiſſe refert, Lolliani Epheſii Declamatoris magiſtrum. Et Juvenalis illius dicendi torrentem veneratur per tranſitum. Unde proverbium illud, *Tantali hortos vindemiari*, traxiſſe originem Philoſtratus & Suidas enarrant. IDEM.

7 *Praeceſſerat.*] Ante adventum ejus in urbem. IDEM.

[1] Summa eſt facultas, copia, [2] ubertas. Dicit ſemper ex tempore, ſed tanquam [3] diu ſcripſerit. Sermo Graecus, immo [4] Atticus. Praefationes terſae, graciles, dulces; graves interdum, & erectae. [5] Poſcit controverſias plures, electionem auditoribus permittit, ſaepe 2
etiam

Idem. Summa haec laus eſt, quod *maior inventus* ſit. Alioquin verum eſt illud Claudiani B. Gild. vs. 385.

— — *minuit praeſentia famam.*

Barth. Sed ita laudat idem Claudian. III. Stilic. vs. 5.

Totus adeſt oculis, aderat qui mentibus olim,

Spe maior, famâ melior.

1 *Summa* eſt *facultas.*] Mallem, *ſumma* ei *facultas*, niſi putes utrumque ſcribendum, *ſumma* ei eſt *facultas.* Sane *eſt*, quam *ei* rectius aberit per Ellipſin, ac intelligetur. Scheffer. Ita quidem vulgo ſtatuunt, & modus loquendi ſatis frequens eſt. Videbimus quaedam infra ad Epiſt. IX. n. 4. At qui brevitati ſtudent, illi non minus Pronomen *ei*, vel *eius*, quam Verbum Subſtantivum reticere ſolent. Diximus ad Salluſt. Cat. cap. XV. n. 5. *Igitur* color exſanguis, *foedi oculi, citus modo, modo tardus inceſſus*: ubi ſimili errore alii libri *color* ei *exſanguis*, alii *color* eius *exſanguis.* Cap. IX. n. 1. *Concordia maxuma, minuma avaritia* erat, ubi Codd. *in illis*, *inter ipſos*, aut *illis erat.* adde Cap. LI. n. 12. Tacitus Agric. cap. IV. *Mater Iulia Procilla* fuit, *rarae caſtitatis.* Noſter Lib. I. Epiſt. XIV. n. 4. Pater *Minucius Macrinus, equeſtris ordinis princeps.* Lib. III. Epiſt. V. n. 8. *Sed* erat *acre ingenium, incredibile ſtudium, ſumma vigilantia.* Lib. IV. Epiſt. XIX. n. 2. *Summum* eſt *acumen*, *ſumma frugalitas.* Lib. VI. Epiſt. XXVI. n. 1. Domus *patricia*, pater *honeſtiſſimus*, mater *pari laude. Ipſe ſtudioſus, litteratus.* adde Lib. V. Epiſt. XIX. n. 3. Corte.

2 *Ubertas.*] Fertilitas cum delectu. Sic pingue dicendi genus *Caecilio* aſſignat Macrobius, uti copioſum *Ciceroni.* Et Philoſtratus *Iſaeo* non aridum, ſed immenſum ac naturale & rebus ſufficiens tribuit. Catan.

3 *Diu ſcripſerit.*] Stilo elaboraverit. *Quintilianus* praecipit multo ac fideli ſtylo elaborandam orationem, ut ſcriptorum colorem etiam ea, quae ſubito effuſa ſunt, reddant. Idem.

4 *Atticus.*] Optimus. Nam Attici inter alios Graecos optimi, id eſt, preſſi & integri ſunt. Unde Xenophon pro dulcedine eloquii & incredibili facilitate, *Attica muſa* appellatus. M. T. de Optimo Gen. Orat. *Attice dicere* tradit eſſe, ornate, apposite, eleganter, in unoquoque dicendi genere differere. Sale & facetiis uti vel maximo Atticum eſt. Et de Claris Orat. *Attice dicere*, eſt ad ſimilitudinem Demoſthenis dicere, ut non omnes qui Attice, iidem bene: ſed ut omnes qui bene, iidem etiam Attice dicant. Idem.

5 *Poſcit.*] Sibi dari ab auditoribus. Lego tamen melius, *proponit controverſias.* A. Gellius: *Introiit adoleſcens & praefatur arrogantius, & elatius, quam aetati ejus decebat, ac deinde jubet exponi controverſias.* Quid vero ſit controverſia pete ex Seneca: & artem tractandae controverſiae Aphthonius praebet, & plures Seneca etiam exponit, quas Silo Pompejus apud eundem, quoties commodum erat, exiſtimabat, ſumi poſſe de hominibus legis verbis. Idem. Rectius *ponit.* Si enim popoſcit, non potuit ab aliis, quam auditoribus. At his mox permittitur electio. Ipſe ergo *ponebat*, id eſt *proponebat.* Scheffer. Idem videbatur Giſb. Cupero Lib. III. Obſerv. cap. XX. ubi illud *ponere* illuſtrat: neque ego multum niterer contra, niſi omnes Codd. & mos Sophiſtarum vulgatum illud *poſcit* tuerentur. De more illo Sophiſtarum, quo controverſias poſcebant, vide omnino Philoſtratum Vit. Sophiſt. Lib. I. n. XX. Breviter Cicero Laelio cap. V. *Doctorum eſt iſta conſuetudo, eaque Graecorum, ut iis* ponatur *de quo diſputent quamvis ſubito.* ubi interpretes conſulas, & praeterea Senecam Epiſt. XLIX. Ratio Schefferi non ſufficit ad mutationem. Si enim *plures* controverſias popoſcit, potuit utique electionem etiam auditoribus permittere. Quod ſi tamen verum eſt, quod l. c. Philoſtratus de Iſaeo tradidit, eum orationes antea multo labore confectas, quaſi ſubito ſibi natas recitaſſe, ſine dubio *ponit* legendum erit. At ne hanc quidem ſuſpicionem Secundus dubio eiuſmodi verbo intuliſſet. Quare optimum eſt, vulgatam & omnium librorum ſcripturam ſequi. Corte.

6 *Partes.*] Sic eſt in codice antiquo. Et ſenſus eſt: ſaepe etiam *partes* controverſiae permit-

etiam [6] partes. [1] Surgit, [2] jam igitur incipit: ſtatim omnia, ac pene pariter ad manum. Senſus reconditi, occurſant [3] verba: ſed qualia? quaeſita, & exculta. [4] multa lectio in ſubitis, [5] multa ſcriptio elucet.
3 [6] Prooemiatur apte, narrat aperte, pugnat acriter, colligit fortiter, ornat excelſe: Poſtremo docet, [7] delectat, afficit; quid [8] maxime, du-

tit auditoribus, ut ſive defenſionem ſive accuſationem tranctandam ſibi ſumant. Legunt & *paratus*, & tum ſenſus eſt, Iſaeus aliquando accedit ad declamandum praemeditata oratione, cum alias ex tempore declamaret: oblata auditoribus facultate ut ſibi proponerent plures controverſias, eligerentque quam a ſe tractati vellent. CATAN. Recte *partes*, idque praeſtat Mediceus, & alii meliores. Recentiores cum Aldo *partis.* Gryphius *paratus* edidit, quod eſt in Voſſ. & Oxon. *Partis* ideo ſe probavit, quia intelligendum putarunt *electionem partis*: at *permittere partes* auditoribus nude etiam recte dicitur, & talia ſaepiſſime ſtudio coniungi docuimus ad Lucani Lib. IV. vs. 177.

Hoſpitis *ille ciet* nomen, *vocat ille* propinquum.

quo loco ex ſimili ignorantia fecerant *propinqui.* CORTE.

1 *Surgit, &c.*] Ita diſtingue: *Surgit, amicitur, incipit; ſtatim omnia, ac pene pariter ad manum ſenſus reconditi: occurſant verba: ſed qualia? quaeſita & exculta.* Fortaſſe & legendum, *ſcin, qualia*, non *ſed*, familiare Comicis, quos hic non raro imitatur. CASAUB.

2 *Amicitur.*] Pallio, quia Graecus ſe componit. Sic enim Lib. IV. de Liciniano, *Cum*, inquit, *Graeco pallio amictus intraſſet poſtquam ſe compoſuit, circumſpexitque habitum ſuum, Latine dixit, declamaturus ſum.* Nam ſi Romanus, toga: cujus formam in Oratore Quintil. optime deſcribit. Alii codices habent, *jam ergo*, loco *amicitur*, quod minus probo. CATAN. Vulgo obtinebat: *ſurgit*, amicitur, *incipit*, & de pallio, ut vides, intelligebant. At ridiculus fuiſſet Iſaeus, ſi ſine pallio auditorium intraſſet, & poſt controverſiam poſtulatam amiciri coepiſſet. Non ita ineptum aut Sophiſtam, aut Plinium faciunt codices, in quibus *iam igitur*, aut *iam ergo* pro inepto iſto verbo ſcribitur. Sed cum meliores, ut Mediceus, Riccard. Lindenbr. Voſſ. & alii prius exhibeant, ex iis nunc revocavi: *Surgit, iam igitur incipit*, h. e. ſimulac ſurrexit incipit. Alii enim diu ſe componebant ad dicendum, & magno molimine ac moleſto adparatu captabant, quae poſt longam exſpectationem proferrent. Nota eſt vis particulae *iam*, quae ſaepe *ſtatim*, *mox* denotat, & cum illo Inceptivo *igitur* coniuncta quam maxime opportunum ſenſum hic fundit. Diſtinctio in ſequentibus corruptiſſima erat. nos emendavimus eam partim ex Caſaubono, partim ex Libb. Vett. CORTE.

3 *Verba.*] Utrumque tetigit ex quibus oratio conficitur ex verbis & rebus. In *rebus* intuenda inventio, in *verbis* elocutio, in utriſque collocatio. CATAN.

4 *Multa lectio, &c.*] Cum dicit Iſaeus ex improviſo, apparet multa legiſſe. Comparatur enim facultas extemporalis ex multa lectione, & longo ſtilo ac fideli. Vide Lib. II. de Oratore M. Tullium. IDEM. *Multa* non habetur in Mediceo. Fortaſſe reperit librarius: *Lectio in ſubitis* multa, multa *ſcriptio elucet*: quomodo in Arnzen. ſcriptum eſt.

5 *Multa ſcriptio.*] Multum ſcripſiſſe. Nulla enim res tantum ad dicendum proficit quantum ſcriptio, auctor eſt Cic. de Claris Orat. CATAN.

6 *Prooemiatur.*] Verbum novum. SCHEFF. Erudite de hoc verbo Io. Savaro ad Sidon. Lib. IV. Epiſt. III. *In quo dum ad meum nomen prooemiaris, hoc munus potiſſimum cepi*, cet. Infra Mediceus: *ac pugnat acriter.*

7 *Delectat, afficit.*] Diſtingue, *afficit. quod maxime dubites, crebra, &c.* CASAUB.

8 *Maxime dubites.*] Vix credas fieri poſſe extemporali oratione. CATAN. Perperam Catanaeus: neque Caſauboni diſtinctio medetur vitio, Senſus eſt: quid maxime ex his efficiat, dubites, quia aequaliter omnia praeſtat. Unde *quid*, non *quod*, ſcribendum fuit. Viderunt hoc iam alii.

9 *Crebra* ἐνθυμήματα.] *Frequentes ſyllogiſmi.* Enthymema Latine commentum interpretamur, rhetoricus eſt ſyllogiſmus: ab aliis pars dicitur ſyllogiſmi, ut a Thoma, ſyllogiſmus detruncatus procedens ex praecognito. Νοήματα.] Id eſt, intellectus, excogitationes. CATAN. Haec Latini quoque Enthymemata & Noëmata dicunt: de quibus lege Fabium. Catanaeus in codice ſuo antiquo non fuiſſe ſcribit, ſed tantum νοήματα, quod placet (ait) quia ſequitur, *crebri ſyllogiſmi*, cum ἐνθυμήματα & ſyllogiſmi pene idem ſint. Sed contra in Ald. edit. & quibuſdam aliis legi-

dubites. [9] crebra νοήματα, crebri [1] ſyllogiſmi, [2] circumſcripti & effecti:
quod [3] ſtilo quoque aſſequi magnum eſt. [4] Incredibilis memo- 4
ria, [5] repetit altius quae dixit ex tempore, ne verbo quidem labitur.
ad tantam [6] ἕξιν ſtudio & exercitatione pervenit. Nam diebus &
noctibus nihil aliud agit, nihil audit, nihil loquitur. Annum ſexage- 5
ſimum exceſſit. & adhuc [7] ſcholaſticus tantum eſt. quo genere homi-
num nihil aut ſimplicius, aut ſincerius, aut melius. Nos enim, qui
in foro veriſque litibus terimur, multum malitiae, quamvis nolimus,
addiſcimus. Schola & [8] auditorium, [9] ut ficta cauſa, [10] ita res [11] iner- 6
mis,

legitur duntaxat ἐνθυμήματα. STEPHAN. Etiam Riccard. Voſſ. Oxon. Lindenbr. Arnz. ignorant illud additamentum καὶ νοήματα. Mediceus ſimiliter uno vocabulo contentus fuit, ſed quod exhibet, ex eo tam ἐνθυμήματα, quam νοήματα, extundas. ſcribit enim: *crebrae NOEEMNATA*, *crebri ſyllogismi*. Sed aut ſequentia: *circumſcripti & effecti*, ex inſulſa Gloſſa profluxerunt, & ea de cauſſa inducenda ſunt, aut ἐνθυμήματα locum hic habere nequeunt. Sunt enim ἐνθυμήματα, quod omnes norunt, *ſyllogismi circumſcripti*, licet alii aliter id vocabulum interpretati ſint, ut patet ex Fabio Lib. V. Inſt. Orat. cap. X. princ. Scripſit itaque: *crebra* νοήματα, crebri *ſyllogismi*, *circumſcripti & effecti*. Male Edd. multae & recentiores MSS. τὸ *crebri* omittunt, quod, ut vidimus, ſervat Mediceus. CORTE.

1 *Syllogiſmi.*] Syllogiſmus eſt inſtrumentum ad manifeſtandum aliquid obſcurum manifeſtis & cognitis. De quo & enthymemate lege latius Fabium & Hermog. Lib. III. Rhetoricorum. CATAN.

2 *Circumſcripti.*] Breves. Nam brevibus interpretabatur Iſaeus, & univerſum argumentum paucis colligebat. *Philoſtratus.*

3 *Stilo.*] Meditatione. CATAN.

4 *Incredibilis.*] Admiranda. Exempla rarae memoriae Plinius Lib. VII. & Solinus referunt. Seneca tradit ſe in hac floruiſſe, ut non tantum ad uſum ſufficeret, ſed in mirandum uſque procederet: quae ſane theſaurus eſt rerum omnium, & niſi cuſtos inventis cogitatiſque verbis & rebus adhibeatur, intelligimus etiam ſi fuerunt praeclariſſima in oratore peritura. Hinc M. T. definit: *Memoria eſt animi firma rerum & verborum diſpoſitionis perceptio.* IDEM.

5 *Repetit altius.*] Seneca duo millia nominum recitata quo ordine erant dicta referebat, & ab iis qui ad audiendum praeceptorem convenerant, ſingulos verſus ad ſingulos datos, cum plures quam ducenti efficerentur, ab ultimo incipiens uſque ad primum recitabat. IDEM.

6 Ἕξιν.] Habitum. HENR. STEPH.

7 *Scholaſticus.*] Declamator, ſolum in fictis cauſis & ocioſis verſatus, non in veris litibus. CATAN. Sic. Lib. I. Epiſt. XXIV. n. 4. Scholaſticis *porro dominis, ut hic eſt, ſufficit abunde* cet. Infra h. l. Epiſt. XX. n. 9. *Sufficiunt duae fabulae. An* ſcholaſtica *lege tertiam poſcis?* Auctor Dial. de Orator. cap. XV. *Contentus* ſcholaſticorum *clamoribus.* Lege, ſi placet, Creſoll. Theatr. Rhet. Lib. III. cap. II. & Quinctilian. Lib. XII. cap. XI. Oxon. *ſcholaſticus* tamen *eſt.*

8 *Auditorium.*] Et pro ipſis auditoribus, & loco in quem audituri conveniunt, frequenter uſurpatur. CATAN.

9 *Ut ficta cauſa.*] Ubi declamationes & fictae controverſiae tractantur. IDEM.

10 *Ita.*] Abeſt haec vocula veteri editioni & Pal. GRUTER. Abeſt ea particula etiam Bongarſ. Helmſt. Arnzen. & Voſſiano: quod factum ſi probamus, legendum erit cum Riccard. & Voſſiano: *Schola & auditorium* & *ficta cauſſa res inermis, innoxia eſt*, quae lectio Gryphio adriſit; aut cum Lindenbr. Oxon. & Bongarſ. *Schola & auditorium ficta cauſſa, res inermis, innoxia eſt.* Mediceus tamen vulgatae patrocinatur, neque ea commodo ſenſu deſtituitur. Supra Voſſ. & Gryphius: *quamvis nolentes*; Helmſt. & Lindenbr. *quamvis nolumus*, quod falſum non eſſe, obſervatio noſtra declarat ad Lucani Lib. II. vs. 658.

— — — quamvis poſſederat *omnem Italiam.*

Pro *terimur* peſſime nonnulli *terimus aetatem*; cum alterum aeque probum, & Noſtro maxime familiare ſit. Vide infra Lib. VII. Epiſt. III. n. 3. Terere in *hac turba, ut te ſolitudo delectet*, ubi nonnihil dicemus. CORTE.

11 *Inermis.*] Intelligit *res ſcholaſticas*, in quibus ſcholaſtici omnium ſincerrimi verſantur, quas

ſe-

mis, innoxia eſt: nec minus felix, ſenibus praeſertim. Nam quid
7 in ſenectute felicius, quam quod dulciſſimum eſt in juventa? Qua-
re ego Iſaeum non diſertiſſimum tantum, verum etiam beatiſſimum
judico, quem tu niſi cognoſcere concupiſcis, [1] ſaxeus ferreuſque es.
8 Proinde ſi non ob alia, noſque ipſos, at certe ut hunc audias veni.
Nunquamne legiſti [2] Gaditanum quendam Titi Livii nomine gloria-
que commotum, ad viſendum eum [3] ab ultimo terrarum orbe veniſſe,
ſtatimque ut viderat abiiſſe? [4] ἀφιλόκαλον, illiteratum, iners, ac pene
etiam turpe eſt, non putare tanti cognitionem, qua [5] nulla eſt jucun-
9 dior, nulla pulchrior, nulla denique humanior. Dices, *Habeo hîc, quos legam, non minus diſertos.* Etiam: ſed legendi ſemper occaſio eſt, audiendi non ſemper. Praeterea [6] multo magis, (ut vulgo dicitur) viva vox afficit. Nam licet acriora ſint, quae legas, altius tamen in animo ſedent, [7] quae pronunciatio, vultus, habitus, geſtus etiam

felices praedicat, id eſt, proſperum ſucceſſum recipientes. CATAN.

1 *Saxeus ferreusque es.*] i. durus & immobilis. Radulph. Ardens Homil XC. *Plango quosdam ſolo nomine Chriſtianos, qui quaſi* ferrei aut ſaxei *eſſent, ſuper adflictos nulla moventur pietate.* BARTHIUS. qui plura talia congeſſit ad Papin. IV. Theb. vs. 340. Supra Mediceus *ipſe eum*, pro *Iſaeum*, ſcripſit, & infra *ad certe*, pro *at certe*; Riccard. autem Oxon. & Bongarſ. illud *at* plane omittunt.

2 *Gaditanum.*] Baeticum virum. *Gades* enim in Baetica. Hoc latius tractat D. Hieron. in praef. Bibliorum Epiſt. CIII. ad Paullinum. CATAN.

3 *Ab ultimo terrarum orbe.*] A Gadibus, ultra quas eſt mare Oceanum. IDEM. *Ab ultimo.*] Id eſt, ab ultima parte orbis terrarum. Ut apud Terentium: *Eſt mihi in ultimis aedibus conclave.* Veteres enim cum nondum repertae occidentales Indiae eſſent, Gades, extremae Hiſpaniae Inſulam, unde hic venit, finem orbis terrarum & navigationum, ibique Solem occidere crediderunt. BUCHNER. *Ultimum orbem* illuſtrant, quae diximus ad Salluſt. Cat. cap. XVI. n. 5. *Cn. Pompeius in* extremis terris *bellum gerebat.* & de Iberis Lucanus Lib. VII. vs. 541.

— — — extremi*que* orbis *iberi.*

4 Ἀφιλόκαλον.] Id eſt: *Alienum ab homine honeſtatis ſtudioſo:* ſive, *rerum honeſtarum.* Affertur & alia lectio, ἀπειρόκαλον: id eſt *ineptum.* STEPHAN. Noſtri omnes ἀφιλόκαλον, praeterquam quod Mediceus ΑΦΙΑΟΚΑΑΟΝ, & Riccard. ΑΦΙΛΟΚΑΝΟΝ ſcribunt, ex quibus tamen vulgata non minus confirmatur.

5 *Nulla eſt jucundior.*] Cum caeterae voluptates ſint momentaneae, haec pene divina. Unde interrogatus *Zeno Cinicus* quomodo quis felicem vitam duceret? Reſp. *ſi cum mortuis immoraretur.* Significans ſi libris & eruditioni ſtuduiſſet. CATAN. *Cognitionem, qua nulla.*] Excidiſſe vocula videtur. *Cognitio* praeſentiam perſonae notare debet. BARTH. Male haec Barthius. Supra ſcripſerat: *quem tu niſi* cognoſcere *concupiſcis, ſaxeus ferreusque es*, quo haec referuntur. Sed ne *viri* quidem *hominis*, aut *eius* intelligendum eſt, cum ipſa illa *cognitio* per ſequentia *qua nulla* cet. ſatis determinetur. Lib. III. Epiſt. V. n. 2. *Eſt enim* haec *quoque ſtudioſis non iniucunda* cognitio.

6 *Multo magis viva vox afficit.*] Hanc ſententiam celebratam a Seneca Fabius his verbis retulit: *Licet ſatis exemplorum ad imitandum ex lectione ſuppeditet, tamen viva (ut dicitur) vox alit plenius., praecipueque praeceptoris.* CATAN. Illud *Praeterea*, quod impreſſi quidam neglexerunt, omnes noſtri ſcripti exhibent. Deinde Riccard. *ut* volgo *dicitur.* Locus Fabii, ubi de *viva voce*, exſtat Lib. II. Inſtit. Or. cap. II. ubi plura Interpretes, quibus adde Cl. Bentleium ad Horat. Art. Poet. vs. 318. & Cicer. Lib. VII. Fam. Epiſt. XIX.

7 *Quae pronunciatio, &c.*] In hunc ſenſum M. T. de Perf. Oratore, *Carent*, inquit, *libri ſpiritu illo, propter quem maiora eadem illa cum aguntur, quam cum leguntur, videri ſolent. Pronunciatio.*] A voce nomen accepit, cui in toto ge-

etiam dicentis adfigit. [1] Niſi vero falſum putamus [2] illud Aeſcinis, 10
qui cum legiſſet Rhodiis orationem Demoſthenis, admirantibus cunctis, adjeciſſe fertur, [3] *τί δὲ εἰ αὐτοῦ τοῦ θηρίου ἀκηκόειτε.* & erat Aeſchines, ſi Demoſtheni credimus, [4] *λαμπροφωνότατος*: fatebatur tamen longe melius eadem illa pronunciaſſe ipſum [5] qui pepererat. Quae omnia huc 11
ten-

genere dicendi Demoſthenes palmam dedit. *Vultus.*] De hoc ſic M. Tull. de leg. Lib. I. *Is qui appellatur vultus, qui in nullo animante eſt praeterquam in homine, poteſt judicare mores: cujus vim Graeci norunt, nomen omnino non habent. Habitus.*] Eſt corporis qualitas, & a M. Tullio deſcribitur, quod ſit *commoditas aliqua non natura data ſed ſtudio & induſtria parata.* Et Fabius Lib. XI. pleraque multa de eo diſſerit. *Geſtus.*] Motus corporis, qui debet eſſe magis ad ſenſus quam ad verba accommodatus. Nam flexus ille & (ut ſic dixerim) motus dat actum quendam ad id, quod factum eſt. CATAN.

1 Niſi vero *falſum.*] Scribe: *Niſi forte.* BARTH. Et hoc praecipitanter. Eleganter quidem *Niſi forte* in re incredibili & veluti per Ironiam dicitur, ut vidimus ad Criſpi Cat. cap. XX. extr. Niſi forte *animus fallit*; at eodem modo etiam *Niſi vero* uſurpatur. Cicero pro Milone cap. III. Niſi vero *exiſtimatis dementem P. Africanum fuiſſe.* & ſic iterum cap. V. VII. XXI. XXX. & ſaepiſſime. Quae ſupra de *pronunciatione*, *vultu* &c. dixit, optime illuſtrat Sidonius Lib. VIII. Epiſt. IX. & Lib. IX. Epiſt. IX. CORTE.

2 *Illud Aeſchinis.*] Dictum, cujus Fab. & Plin. ſenior meminere. *Aeſchines* Athenienſis orator cum accuſationem, qua fuerat uſus, Rhodi legiſſet, legit & defenſionem Demoſt. ob quam in illud depulſus fuerat exilium: mirantibuſque Rhodiis, tum magis miraturos fuiſſe dixit, ſi ipſum orantem audiviſſent, in calamitate teſtis ingens factus inimici. Hanc rem M. Tul. Lib. III. de Oratore clarius eſt executus: *Mihi melius etiam ab Aeſchine illud dictum videri ſolet, qui cum per ignominiam judicii ceſſiſſet Athenis, & ſe Rhodum contuliſſet, rogatus a Rhodiis legiſſe fertur orationem illam egregiam, quam in Cteſiphontem contra Demoſthenen dixerat, qua perlecta, petitum eſt ab eo poſtridie ut legeret illam etiam, quae erat contra a Demoſthene pro Cteſiphonte edita: quam cum ſuaviſſima & maxima voce legiſſet, admirantibus omnibus, quanto, inquit, magis admiraremini ſi ipſum audiviſſetis.* CATAN.

3 *Τί δὲ εἰ αὐτοῦ τοῦ θηρίου (τὰ αὐτοῦ ῥήματα βοῶντος) ἀκηκόειτε.*] Id eſt, *Quid ſi illam ipſam belluam (ſua verba vociferantem) audiviſſetis?* Sed plura exemplaria brevius (manente alioqui eadem ſententia) *τί δὲ εἰ αὐτοῦ τοῦ θηρίου ἀκηκόειτε*, id eſt, *quid ſi illam ipſam belluam audiviſſetis?* STEPHAN. Nempe vulgo erat: *τί δὲ εἰ αὐτοῦ τοῦ θηρίου τὰ αὐτοῦ ῥήματα βοῶντος ἀκηκόειτε.* At inſititia illa: *τὰ αὐτοῦ ῥήματα βοῶντος*, in nullo ex noſtris MSS. habentur, & ex Hieronymo male videntur adſuta. Praeterea pro *ἀκηκόειτε* in Mediceo eſt, *ἠκούσατε*; in Riccard. *ἠκούετε ἀκηκοειτι*; in Lindenbr. *ἠκούετε.*

4 *Μεγαλοφωνότατος.*] Id eſt, *maximae vocis.* Legitur etiam *λαμπροφωνότατος*, id eſt, *clariſſimae vocis.* Male quidam codices habent *μικροφωνότατος*, id eſt, *minimae vocis.* Nam Aeſchines in Cteſiphont. teſtatur ſolitum Demoſthenem comparare *vocis ſuae ſuavitatem ſirenum cantilenae.* Et Demoſthenes in orat. pro Corona ſcribit, Aeſchinem fuiſſe ſplendidiſſime vocalem, etiam dum puer in ſacris caneret, qui poſtquam in virum evaſit, ſplendore vocis tragoedus factus, multas tragoedias recitavit. Et ibidem *λαμπροφωνότατον* appellat, ut alibi *εὔφωνον* & *μεγαλόφωνον*: praeſertim de tranſgreſſa legatione magnitudinem vocis ejus pluribus commemorans. CATAN. & STEPH. Unus Arnz. *μικροφωνότατος* habet, quod manifeſte falſum eſt. Vulgo erat *μεγαλοφωνότατος*, ſed contra membranarum fidem. Certe in optimo Mediceo, Oxon. Lindenbr. & Voſſ. perſpicue datur *λαμπροφωνότατος*, & ſic ipſe Demoſthenes Aeſchinen appellat: quare ſummo iure id vocabulum reſtitui. Confirmat idem Bongarſ. in quo *λαμπροφώτατος* legitur, & Riccard. in quo MIN.... ΡΟΦΟΤΑΤΟC. Confirmat etiam Quinctilian. Lib. XI. cap. III. ubi plura de oratoris voce. CORTE.

5 *Qui pepererat.*] *Intell.* Demoſthenem auctorem. CATAN. Helmſtad. *ipſum qui properat.* corrupte. Ipſe Tullius *parere verba*, & *dialectici ſpinoſiora pepererunt* dicere non refugit. Eadem ratione ſcripſit Lib. I. Epiſt. III. n. 4. *Effinge aliquid, & exclude, quod ſit perpetuo tuum*, ut eſt in optimis membranis. *Foetus ingenii*, *foetus litterarii* nemini ignoti ſunt.

O 1 Ut

tendunt; ut audias Iſaeum: vel ideo tantum, [1] ut audieris. *Vale.*

IV. C. Plinius [2] Calvinae Suae S.

Perſoluto aere alieno, quo premebatur Calvinae pater, eo mortuo Plin. hortatur filiam, ut adeat haereditatem, quam propter grande debitum recipere timebat.

SI pluribus pater tuus, vel uni cuilibet [3] alii, quam mihi, debuiſſet, fuiſſet fortaſſe dubitandum, an [4] adires haereditatem
2 etiam viro gravem: cum vero ego ductus [5] adfinitatis officio, dimiſſis omnibus, qui, non dico moleſtiores, ſed diligentiores erant, creditor ſolus extiterim: [6] cumque ego nubenti tibi in dotem centum millia contulerim, praeter eam ſummam, quam pater tuus, quaſi de meo dixit (erat enim ſolvenda de meo) magnum habes faci-

1 *Ut audieris.*] Ut per ea cognoſcas Iſaei ingenium & eloquentiam tanquam ſi eum audiviſſes. Hoc magis placet, quam vel duntaxat audias, ut poſſit gloriari te audiviſſe illum. Catan.

2 *Calvinae.*] *Calvinas* tres fuiſſe lego, *Juniam Calvinam* originem ab Auguſto trahentem, quae Veſpaſiano ſupervixit: aliam *meretricem*, tertiam *Calvini*, ad quem ſcribit Juvenalis, *parentem.* Quanquam & *Calvillae* epiſtolam miſſam legimus, quae maritum habuit Anulum Verum Praetura functum, ex quo filium ſuſcepit M. Antoninum, virum in omni vita philoſophantem, qui Imperator creatus vitae ſanctitate omnes principes ſuperavit. Idem. Mediceus, aliique noſtri in nomine *Calvinae* nihil variant; at illi omnes addunt *Suae*, quod editores fortaſſe ex frivola cauſſa, ne familiare nimis aut ſuſpectum pro femina eſſet, omiſerunt. Certe tale quid in mentem venit Barthio infra ad Lib. III. Epiſt. X. Non tamen ita ſolliciti fuerunt iidem illi Lib. IV. Epiſt. XIX. Lib. VII. Epiſt. XIV. & tuto, arbitror, hic etiam membranas ſequimur.

3 *Alii, quam mihi.*] Sichardus, Gryphius & alii: *alii* plus, *quam mihi*, quod tamen additamentum MSS. ignorant. Lindenbr. & Oxon. *aliqua etiam mihi.* Illud *aliqua* profluxit ex veteri ſcriptura *ali*, pro *alii.* Ita enim in Riccard. legitur. Helmſtad. *alii quam* etiam *mihi.*

4 *Adires haereditatem.*] Neceſſariis haeredibus permittit Praetor volentibus ſe abſtinere ab haereditate, ut potius parentum quam ipſorum bona ſimiliter a creditoribus poſſideantur. *Calvina* igitur patris neceſſaria haeres verebatur haereditatem parentis recipere preſſam multo aere alieno. Catan.

5 *Adfinitatis officio.*] Videtur innuere, *C. Calviſium* parentem *Domitiae Calvillae Caecilio* arcta propinquitate conjunctum. Idem. Alii: adductus *adfinitatis officio*, quod etiam MSS. quidam agnoſcunt. Mox *dimittere creditorem* eſt creditori ſatisfacere, ut etiam *debitores*, qui liberantur, *dimitti* dicuntur. Leg. 28. π. de pactis dotal. *Si pacta ſit mulier, ut ex fundi fructibus, quem dedit in dotem*, creditor *mulieris* dimittatur, & mox: *iam de ſuo maritus paciſcitur, ut* dimittat creditorem.

6 *Cumque* vivente eo *nubenti tibi.*] Ita vulgo circumferebant, nec vitii quiſquam ſuſpecta habuit, utut iam ſonus verborum *vivente eo nubenti tibi* aurem vellere potuiſſet. Sed abſurdum etiam eſt, hic *vivente eo* addi, cum certe, quae ſupra memoravit, non minus *vivente patre* Calvinae evenerint, ut nempe dimiſſis ceteris, ſolus creditor exſiſteret. Non urgebo, quod ſtilo Noſtri minus conveniens ſit, hic legi *vivente eo*, cum ſequatur *pater tuus.* Faceſſant ergo odioſae illae voces, & adhaereamus membranis Mediceis, in quibus ita legitur. *Cumque* ego *nubenti tibi in dotem C. milia contulerim.* Supra ſcripſerat: cum *vero* ego *ductus adf. off.* & nunc alteram cauſſam addit: *cumque ego* cet. Nec repe-

facilitatis meae pignus, cujus fiducia debes [1] famam defuncti pudo-
remque ſuſcipere, ad quod ne te verbis magis quam rebus horter,
quicquid mihi pater tuus debuit, [2] acceptum tibi fieri jubebo. Nec 3
eſt, quod verearis, ne ſit mihi oneroſa iſta donatio. Sunt quidem
omnino nobis modicae facultates, dignitas ſumptuoſa, reditus pro-
pter [3] conditionem agellorum, neſcio minor, an incertior, ſed quod
ceſſat ex reditu, frugalitate ſuppletur, ex qua, [4] velut ex fonte, libera-
litas noſtra decurrit. Quae tamen ita temperanda eſt, ne nimia pro- 4
fuſione [5] inareſcat. ſed temperanda in aliis, in te vero facile [6] ratio
conſtabit, etiamſi modum exceſſerit. *Vale.*

V.

repetitio Pronominis *ego* in commemoratione tantorum beneficiorum fruſtranea eſt, nec iteratio Particulae, de qua forma diximus ad Salluſt. Cat. cap. L. n. 1. Dum *haec in ſenatu aguntur*, & dum *legatis Allobrogum... praemia decernuntur.* Illud *vivente* ex Particula *que* plene perſcripta manavit, quae in vett. Libb. per nudum *q.* ſiſti ſolet. Corte.

1 *Famam defuncti.*] Debes quamprimum adire haereditatem paternam: hoc pacto tutaberis famam patris tui, ſin minus declarares omnia ſua dilapidaſſe, quod ſummo dedecore illum inureret. Catan. *Suſcipere* hoc ſenſu frequentiſſimum Tullio, pro tueri & defendere, ut *ſuſcipere remp. ſuſcipere ſalutem reip. ſuſcipere cauſſam amici*, & Lib. V. Fam. Epiſt. IX. n. 3. Vatinius: *Quare ſi me, ſic ut ſoles, amas*, ſuſcipe *me totum.* Supra pro *facilitatis*, perperam in Helmſtad. *felicitatis*, in Bongarſ. *facultatis* legitur. MS. Riccard. hinc usque ad Epiſt. XII. n. 4. nos deſerit.

2 *Acceptum ferri.*] Volo, ut procurator meus vel diſpenſator eam ſummam rationibus ferat, me tibi donaſſe ſcilicet. Modus dicendi apud antiquos elegans & frequens. Plin. ſen. Lib. VIII. *Magnitudini fatorum accepta ferri aequius, quam ferarum naturae arbitror.* Et Caecilius, an potius Domit. in Epiſt. ad Terent. Max. *Summam expenſam liberalitati meae feres*, ubi ſubticuit acceptam. Catan. *Acceptum tibi ferri iubeo* vulgatae Edd. omnes ingerebant. Contra omnes omnino MSS. noſtri *acceptum t. fieri* exhibent, nec debebat dictio illa repudiari. Sic iterum Lib. VI. Epiſt. XXXIV. n. 3. *Tu tamen meruiſti, ut* acceptum tibi fieret, *quod quo minus exhiberes, non per te ſtetit*, ubi male Gruterus contra omnes libros *ferrent* malebat. Saepe ita maior Plinius, ut videtis ex nota Gronovii ad Lib. XXVIII. Hiſt. Nat. cap. II. *Quod ſi verum eſt, homini* acceptum fieri *oportere*, ita enim illic quoque MSS. pro vulgato: *acceptum* ferri *oportere.* ICtis non modo *acceptum fero*, ſed etiam *acceptum habeo, acceptum facio* nota ſunt. Leg. 7. π. de acceptilat. *Sane & ſic acceptilatio* fieri poteſt: *Accepta* facis *decem? ille reſpondit*, facio. Leg. 8. §. ult. Eod. *Et ideo puto & Graece poſſe* acceptum fieri, atque ita paſſim. Ipſe Catullus ex eo more Carm. XXXVI. vs. 16.

Acceptum face, *redditumque* votum,
Si non illepidum neque invenuſtum eſt.

Praeterea pro *iubeo*, optimus Mediceus cum Lindenbr. & Arnzen. *iubebo*, iisque ſubſcripſimus. Denique ex eodem Mediceo mox repoſuimus: *ne ſit mihi* oneroſa iſta *donatio*, cum Vulgatae haberent *iſta oneroſa donatio.* Corte.

3 *Conditionem agellorum.*] Sterilium admodum, quales poſſedit juxta Larium. Nam in Thuſcis ſoli ubertatem commendat. Catan.

4 *Velut ex fonte.*] Sic eſt in MSS. noſtris. Alii *a fonte*, aut *e fonte.*

5 *Inareſcat.*] Extinguatur. Perſtat in Metaph. cum praemiſiſſet fontem. In hanc rem M. Tull. *Res familiaris nec ita claudatur, ut eam benignitas aperire non poſſit: nec ita reſeretur, ut pateat omnibus. modus adhibeatur, iſque referatur ad facultates.* Catan. Mediceus a prima manu: *nimia* profeſſione *inareſcat.*

6 *Ratio conſtabit.*] In promptu erit cauſa, quod tibi affinis, quod famam parentis tui protexerim. Catan. Vide Catanaeum ad Lib. I. Epiſt. V. extr. & Schefferum ad Lib I. Epiſt. IX. princ.

V. C. PLINIUS [1] LUPERCO SUO S.

In dedicatione bibliothecae in patria orationem habuit de laudibus ſuorum, & ſoli natalis apud municipes, ejus partem corrigendam Luperco deſtinat, rogans, ut ſuperflua amputet, concedat tamen aliquas digreſſiones, praeſertim in deſcriptione locorum.

[2] ACtionem [3] & a te frequenter efflagitatam, & a me ſaepe promiſſam exhibui tibi, [4] nondum tamen totam. adhuc enim pars ejus
2 perpolitur. Interim quae abſolutiora mihi videbantur, non fuit alienum judicio tuo [5] tradi. His tu rogo, [6] intentionem ſcribentis accommodes. nihil enim adhuc inter manus habui, cui majorem ſolici-
3 tudinem praeſtare deberem. Nam in caeteris actionibus [7] exiſtimationi hominum diligentia tantum & fides noſtra, in hac etiam pietas ſubjicietur. Inde & liber crevit, dum ornare patriam & amplificare
4 gaudemus, [8] pariterque & defenſioni ejus ſervimus, & gloriae. Tu ta-

A rationibus deducta formula, quae tum *conſtare* dicuntur, ſi accepta & expenſa bene conveniunt, aut legitima ſumma computationi reſpondet. Adpoſite ad hunc locum Plinius in Paneg. cap. XXXVIII. *Augeo P. C. principis munus, cum oſtendo*, liberalitati *eius* ineſſe rationem. *ambitio enim, & iactantia & effuſio, & quidvis potius quam* liberalitas *exiſtimanda eſt*, cui ratio *non* conſtat. Lindenbr. & Bongarſ. hic praeferunt: *facile* & *ratio conſtabit.* Voſſian. ignorat particulam *vero.*

1 *Luperco.*] *Mutius Lupercus* Legatus legionis adverſus Civilem inclytus fama, & potior. *Lupercum* refert Martialis librum ſuum ſaepe exegiſſe: ſed diſpari eventu a Caecilio. Nam ille ſemper negaverat, hic pollicitus mittit. CATAN.

2 *Actionem.*] Orationem, quam egi apud municipes meos. IDEM.

3 Et a te *frequenter.*] *Et* non viſitur in Bongarſ. Oxon. neque in Voſſiano, cum quibus Gryphius facit. Mediceus *et a ti*; Riccard. in Indice Epiſtolarum Libri Secundi *aetate*, uterque Copulam defendit, quam oſcitantes librarii ſaepe omittere ſolent, ut iam ad Criſpum vidimus. Arnzen. *frequenter a te efflagitatam*; Helmſtad. *frequenter & a te efflag.* Illi mox vitioſe *ſemper*, pro *ſaepe*, ſcribunt.

4 Nondum *tamen totam.*] Vulgo: non *tamen totam.* Noſtram lectionem Mediceus, Helmſtad. Lindenbr. & Arnzen. praeſtant.

5 *Tradi.*] Demandari. CATAN. Pal. & editio Vetus habent illud Marginale: *Traditum iri: Rogo intent. &c.* GRUTER. *Traditum iri. Rogo* cet. legitur etiam in Voſſ. Oxon. Helmſtad. Lindenbr. Bongarſ. mendoſe. At Mediceus receptae lectioni favet.

6 *Intentionem.*] Mentem, animum. Intentio eſt animadverſio, qua animus ad quod intenditur, dirigitur. Alias eſt, ex qua ſtatus principium habet, quae depulſione conficitur. Hanc non intelligit cum laudativum genus nullum habeat ſtatum. CATAN. *Intentionem ſcribentis accommodes.*] Non minori intentione, id eſt, cura & ſtudio legas, quam ſcripſi ipſe. BUCHNER. Buchnerus refert ad intentionem Plinii, *non minore cura legas*, ait, *quam ſcripſi* ipſe. Mallem ego de quocumque ſcribente accipere, ut intentio ſcribentis ſit ea, quam adhibet, quiſquis ſcribit. Cuiusque ſcribentis enim curam & intentionem eſſe maiorem, quam legentis, apertum eſt. SCHEFF. Verum tamen ſequentia docent, Buchnerum Secundi mentem recte perſpexiſſe. Similiter Fabius Lib. X. cap. I. p. 882. *Ac diu non niſi optimus quisque, & qui credentem ſibi minime fallat, legendus eſt, ſed diligenter, ac paene* ad ſcribendi ſollicitudinem.

7 *Exiſtimationi hominum.*] Diligens & fidelis ſui clientibus, ut bonam mihi apud homines famam pararem. CATAN.

8 *Pariter*que *& defenſioni eius* deſervimus.] Mediceus, Oxon. & Voſſ. *pariter & defenſioni*, ne ſcilicet duae Copulae concurrerent, ex qua cura

tamen haec ipſa, quantum ratio exegerit, reſeca. Quoties enim ad faſtidium legentium, deliciaſque reſpicio, intelligo nobis commendationem [1] ex ipſa mediocritate libri petendam. Idem tamen, qui a te 5
hanc [2] auſteritatem exigo, cogor id, quod diverſum eſt, poſtulare, ut in pleriſque [3] frontem remittas. Sunt enim quaedam adoleſcentium auribus danda, praeſertim ſi materia non refragetur. Nam deſcriptiones locorum, quae in hoc libro frequentiores erunt, non [4] hiſtorice tantum, ſed prope poëtice proſequi fas eſt. Quod tamen ſi 6
quis extiterit qui putet nos [5] laetius feciſſe, quam orationis ſeveritas exi-

cura librarii ſaepius peccarunt. *Deſervimus* vulgo legebatur, atque ita Plinius Paneg. cap. LXXVII. *honoribus deſervire* dixit. Tamen MSS. Bongarſ. Lindenbr. Voſſ. praeferunt *ſervimus*, quod huic loco magis congruit, & Tullio frequentiſſimum eſt, ut monuimus ad Salluſt. Cat. cap. LII. n. 23. *Ubi domi voluptatibus, hic pecuniae aut gratiae* ſervitis. Adde Rivium ad Cicer. Brut. cap. LXIX. & Heinſium ad Prudentii Pſychomach. Praefat. vs. 12. Auct. Dialog. de Orator. cap. X. princ. *Nec opinio quidem & fama*, cui *ſoli* ſerviunt, *aeque poetas quam oratores ſequitur.* Δουλεύειν Graeci ſimiliter frequentant, quod alibi docemus. Hinc Caeſar II. B. Civ. cap. XXVII. *Auribus ſervire*, &, qui huc proprie facit, Cicero XIV. Fam. Epiſt. IV. n. 6. *Illius miſellae &* matrimonio, *&* famae ſerviendum *eſt.* Noſtra lectio placuit etiam Gryphio. CORTE.

1 Etiam *ex ipſa libri mediocritate.*] Τὸ *etiam* abeſt ab MSS. Medic. Voſſ. Bongarſ. Oxon. Arnzen. & Ed. Sichardi, quorum auctoritate expunximus. MS. Helmſtad. & Aldus: &*ex ipſa*; Lindenbr. *etiam ipſa med. libri.* Unde patet, Praepoſitionem *ex* primo *&*, ut infinitis locis, deinde *etiam* peperiſſe.

2 *Auſteritatem.*] Severitatem, aſperitatem. Graecum vocabulum, cuius contrarium eſt *ſuave.* CATAN.

3 *Frontem remittas.*] In laetitiam reſolvaris. Nam ſeveriores ſunt fronte contractiore & caperatiore. Hinc Martial.

Triſte ſupercilium durique ſevera Catonis
Frons. ——

CATAN. De *fronte* vero *hilaro*, & quam diſerte id dicatur, vide A. Gell. in Noct. Atticis Lib. XV. c. 9. Sidonius Lib. VIII. Epiſt. IX. *Tantum tu utcumque moderere Catonianum ſuperciliosae frontis arbitrium.* Hinc Martialis Lib. I. Epigr. V.

Contigeris noſtros, Caeſar, ſi forte libellos
Terrarum dominum pone ſupercilium.

ubi plura Raderus. quaedam etiam Scioppius ad Priapei. Praefat.

Carminis incomti luſus lecture procaces
Conveniens Latio pone ſupercilium.

Eadem locutione uſus eſt Sedulius Carm. Paſch. Prolog. vs. 3. Infra Mediceus: *nam* diſcriptionem *locorum.* Vide ſequ. Epiſt. VI. n. 2.

4 *Hiſtorice.*] Vere. quod adeo probat ut Lib. VII. dicat: *Saepe in oratione quoque non hiſtoricae modo, ſed prope poëticae deſcriptionis neceſſitas incidit.* CATAN.

5 *Latius feciſſe.*] Pluribus complexos. Non diſplicet *lautius*, hoc eſt, uberius & copioſius. Verum ſi leges *laetius*, id opponetur, triſtitiae accommodatius. CATAN. Probem alterum *laetius.* Hoc enim τῷ *ſeveritati* ac *triſtitiae* rectius opponitur. BUCHNER. *Lautius*, id eſt, copioſius, ſplendidius. BARTH. In Arnz. eſt a prima manu *ſatius*, a ſecunda autem idem, quod in Helmſt. Bongarſ. Voſſ. legitur, nempe *latius.* Sed optimus Mediceus perſpicue *laetius*, idque longe praeſtat vulgato *lautius*, ut iam vidit Buchnerus, & confirmatur ab his, quae coniunguntur *poetice*, *ſeveritas*, *triſtitia.* Eſt enim *laeta ſcriptura* eadem, quae *florida* hodie vocatur, eoque ſenſu iterum Secundus infra Lib. III. Epiſt. XVIII. n. 10. *Ac mihi quidem confido in hoc genere materiae* laetioris *ſtili conſtare rationem, cum ea potius quae* preſſius *&* adſtrictius, *quam illa quae* hilarius, *& quaſi* exſultantius *ſcripſi, poſſint videri arceſſita & inducta: non ideo tamen ſegnius precor, ut quandoque veniat dies, quo* auſteris *iſtis* ſeverisque dulcia *haec* blanda*que vel iuſta poſſeſſione decedant.* Ubi eadem coniuncta ſimulque optime explicata vides. Sed illic etiam contra optimi libri fidem *latioris ſtili* vulgaverant:

exigat: hujus, ut ita dixerim, [1] triſtitiam reliquae partes actionis exorare debebunt. Adniſi certe ſumus, ut [2] quamlibet diverſa ge-
7 nera [3] lectorum per plures dicendi ſpecies teneremus. Ac ſicut veremur, ne quibuſdam pars aliqua ſecundum ſuam cujuſque naturam non probetur: ita videmur poſſe confidere, ut univerſitatem omni-
8 bus varietas ipſa commendet. Nam & in ratione conviviorum, quamvis a pleriſque cibis ſinguli temperemus, totam tamen coenam laudare omnes ſolemus: nec ea, quae ſtomachus noſter recuſat, adi-
9 munt gratiam illis, quibus capitur. Atque haec ego ſic accipi volo, non

Cicero I. de Oratore cap. XVIII. *Nitidum quoddam* genus *eſt* verborum *&* laetum, *ſed palaeſtrae magis & olei, quam huius civilis turbae ac fori.* Quinctilianus Lib. VIII. cap. III. *Ut liqueat, augere quid velimus, an minuere: concitate dicere, an moderate:* laete, *an* ſevere: *abundanter, an preſſe.* & paullo poſt: *Proinde quaedam hebes, ſordida, ieiuna,* triſtis, *ingrata, vilis oratio eſt. quae vitia facillime fiunt manifeſta contrariis virtutibus. Nam primum acuto, ſecundum nitido, tertium copioſo, deinceps* hilari, *iucundo, adcurato diverſum eſt,* & ad finem illius capitis: *Alia copia locuples, alia* floribus laeta; *virium non unum genus.* Idem Lib. IX. cap. IV. *Nam neque illud in Lyſia dicendi textum tenue atque rarum* laetioribus *numeris corrumpendum erat.* Lib. XII. cap. X. extr. *Sic erunt magna, non nimia: ſublimia, non abrupta: fortia, non temeraria:* ſevera, *non* triſtia: *gravia, non tarda:* laeta, *non luxurioſa: iucunda, non diſſoluta: plena, non tumida.* Atque ita ille ſaepiſſime, ut qui inter dicendi genera *laetum* ſaepius recenſet. Auctor Dial. de Orator. cap. XIV. *Et Materni pro carminibus ſuis* laeta, *utque poetas defendi decebat,* poetarum *quam oratorum ſimilior* oratio. Cap. XX. *Vulgus quoque adſiſtentium, & adfluens ac vagus auditor, adſuevit iam exigere* laetitiam *& pulchritudinem* orationis, *nec magis perfert in iudiciis* triſtem *& impexam antiquitatem* cet. Cap. XXI. *Nolo Corvinum inſequi, quia non per ipſum ſtetit, quo minus* laetitiam *nitoremque noſtrorum temporum exprimeret.* Cap. XXII. de Cicerone: *Primus excoluit orationem, primus & verbis delectum adhibuit, & compoſitioni artem, locosque* laetos *attentavit, & quasdam ſententias invenit.* Cap. XXIII. *Nam & te, Meſſalla, video* laetiſſima *quaeque antiquorum imitantem.* Ne nimii ſimus, alia omitto. CORTE.

1 *Triſtitiam.... exorare debebunt.*] *Triſtitiam* illam ea, quae modo adduximus, ſatis illuſtrant, eamque *ſeveritati* oppoſuit Lib. I. Epiſt. X. n. 7. atque ſic Lib. I. Epiſt. II. n. 2. *Acres enim, non triſtes eſſe volebamus.* Voſſian. *exonerare debebunt*, perperam omnino, cum *exorare* idem ſit, ac placare, ut dictum ſupra ad Epiſt. II. n. 2. Lindenbr. & Arnz. *debuerunt.* Supra Helmſt. *orationis facultas*, pro *ſeveritas*, etiam corrupte.

2 *Quamlibet diverſa.*] Multum diſtantia. Legitur & *quaelibet diverſa.* CATAN.

3 *Lectorum.*] Senſus eſt: cum variae ſint hominum ſpecies, ſic & dicendi: ſtuduimus aſpergere totam orationem dicendi varietate, ut unuſquiſque pro ingenio ſuo haberet aliquam partem, qua detineretur. IDEM. Lege ſupra Lib. I. Epiſt. XX. n. 12. 13. *Quaelibet diverſa* in unico Helmſt. reperimus; ceteri omnes, ut editur. Infra in Excerptis Lindenbrogianis iacet: *videmur poſſe conficere.*

4 *Quibus capitur.*] Sic. MSS. noſtri, praeter Arnz. qui olim habuit: *a quibus capitur*, quod aliis placuit. Nec ego diſſentirem, propter illa, quae congeſſi ad Lucani Lib. IV. vs. 108.

—— *Sterili non quidquam* a frigore *gignit.*

Et ad Salluſt. Iug. cap. XXXI. n. 2. *Animus ab ignavia & ſocordia* corruptus; ſed contra Codd. nihil mutare auſim, praeſertim cum alterum placuerit Noſtro infra Epiſt. XIX. n. 4. *Nullis extrinſecus aut* blandimentis capta, *aut aculeis excitata.* Lib. IX. Epiſt. VI. n. 3. *Capio aliquam voluptatem, quod* hac voluptate *non* capior. & alibi. Seneca Epiſt. CIX. *Eſſe debet ita aptatus lingua palatoque ad huiusmodi guſtum, ut ille* tali ſapore capiatur, *non offendatur.* Similis varietas occurrit infra Lib. V. Epiſt. VI. n. 38. ubi *a marmore ſplendet* edunt, cum in Optimo ſit *marmore.* CORTE.

1 *Aſ-*

non tanquam [1] aſſequutum me eſſe credam, ſed tanquam aſſequi labo-
raverim, fortaſſe non fruſtra, ſi modo tu curam tuam admoveris in-
terim [2] iſtis, mox his quae ſequuntur. Dices te non poſſe ſatis diligenter 10
id facere, niſi prius totam actionem cognoveris. fateor: in praeſentia
tamen & iſta tibi familiariora fient, & quaedam ex his talia erunt,
ut per partes emendari poſſint. Etenim ſi [3] avulſum ſtatuae ca- 11
put, aut membrum aliquod inſpiceres, non tu quidem ex illo poſſes
congruentiam aequalitatemque deprehendere, poſſes tamen judicare
an idipſum ſatis elegans eſſet. Nec alia ex cauſa [4] principia librorum 12
circumferuntur, quam quia exiſtimatur pars aliqua etiam ſine caeteris
eſſe perfecta. Longius me provexit dulcedo quaedam tecum loquen-
di. ſed jam finem faciam, ne modum, quem etiam orationi adhiben-
dum puto, in epiſtola excedam. *Vale.*

VI. C. Plinius [5] Avito S.

Ad-

1 *Aſſecutum.*] Varietatem orationis commode diſtinxiſſe. Catan. Vulgatae omnes: *aſſecutum eſſe* me *credam*, & notum eſt, eleganter Pronomen non Verbo Infinitivo, ſed Indicanti non ſuo adiungi, ut multis comprobavimus ad Salluſt. Cat. cap. XLVIII. n. 4. *Is cum* ſe diceret indicaturum *de coniuratione*, & ad Lucani Lib. III. vs. 83.

—— — — *Et non* ſe mallet *amari.*

Hic tamen cum Verbum Infinitivum praecedat, quod alii fere in iſta collocatione ſubiungere ſolent, ac membranae Mediceae praeferant: *adſecutum* me eſſe *credam*, hunc potius ordinem a Plinio eſſe cenſeo. Ceteris vero, ut delicatulis, ingratus fuit litterarum *m m* concurſus: qua de cauſſa plura veterum loca corrupta eſſe, diximus ſupra ad Lib. I. Epiſt. XI. princ. Corte.

2 *Iſtis.*] Id eſt, parti, quam miſi. *Mox iis quae ſequentur.*] Id eſt ei parti, quam poſtea deſtinabo. Jam enim praedixerat actionis partem exhibere, quaedam apud ſe continere in aliud tempus. Catan. *Admoveris, interim iſtis.* Aliqui pro commate hic punctum ponunt; ſed abeſſe debet omnis diſtinctio. Cohaerent enim, *curam tuam admoveris iſtis.* Scheff. Sine diſtinctione Mediceus: *admoveris* interem *iſtis*, qui more ſuo *interem*, pro *interim* ſcripſit; quo tamen facto alios induxit ut abſurde ſcriberent: *admoveris interremptis*, quod ex V. C. Lindenbrogius notavit, & in Oxon. legitur. Helmſtad. & Arnzen. *iſtis* omittunt. Idem Mediceus: *mox* his, *que ſecuntur.* Alii Codd. *ſequentur*, & *iis*, pro *his*, exhibent.

3 *Avulſum.*] Exemptum, detruncatum. Statuis enim ſolebant pro arbitrio capita demere & reponere, quibus aliam atque aliam effigiem addebant interdum. Catan. Hac de re ſic Sueton. in Calig. cap. XXII. *Dato negotio, ut ſimulacra Numinum — apportarentur, quibus capite demto ſuum imponeret.* Veenh. Mediceus *avolſum.* Corrupte autem Helmſtad. *Etſi enim avulſum.*

4 *Principia librorum.*] Ea intelligit, quae auctores ſpeciminis loco offerre amicis aut peritioribus ſolebant, ut ex eis darent iudicium de toto opere integroque libro. Habes exemplum apud Phaedrum Lib. IV. Fab. VII. ubi notanter Phaedrus ſubdit, *quid tibi videtur?* Scheffer. Lindenbr. Bongarſ. Helmſtad. & Arnz. *principiorum libri circumferuntur*, notabili errore. Mox Mediceus: *qua quia exiſtimatur.* Lindenbr. *pars aliqua* & *ſine ceteris.*

5 *Avito.*] Scio *Avitum Antoninum* procuratorem Caeſaris in Cilicia iiſdem quibus Secundum temporibus floruiſſe, & divum Antoninum *Martio Avito* Praetori reſcripſiſſe, ac *Avitum Stertinium* monumentis a Martial. celebratum, ut omittam *Lollianum Avitum* virum Conſularem, cujus Capitolinus & Apulejus meminere. Sed *Julio Avito*, aut *Junio* ſcriptam fuiſſe hanc Epiſtolam crediderim: nam *Junii Aviti* Aedi-

litatis,

Admonet Avitum, ut ſimul fugiat & nimiam lautitiam & ſordem, commemorando coenam cujuſdam, qui alia aliis poſuerat.

LOngum eſt altius repetere, nec refert quemadmodum acciderit,
ut homo [1] minime familiaris coenarem apud quendam ut ſibi vi-
debatur, lautum [2] & diligentem: ut mihi, ſordidum ſimul & ſum-
2 ptuoſum. nam ſibi & paucis optima quaedam, caeteris vilia & [3] minuta
ponebat. Vinum etiam parvulis lagunculis in tria genera [4] deſcripſe-
rat,

litatis candidati obitum Lib. VIII. amariſſime deflet, ut *Julii Lib.* V. ubi ſui amantiſſimum, ſumma fuiſſe conſecuturum aſſerit, ſi maturuiſſent ejus virtutes. Fuit & ſub Nerone *Julius Avitus* Germanicis copiis praefectus, quanquam apud Tacitum parum diligentes legant *Dubium Avitum.* CATAN.

1 *Minime familiaris.*] Non ſolitus foris coenare: vel illi amico non domeſticus. IDEM. Sic infra Lib. IV. Epiſt. XVII. *Amicus potius, quam familiaris.* BARTH. Oxon. & Voſſ. a prima manu: *ut* homini *minime familiaris.* Arnzen. originem vitii prodit, in quo fuit olim *homoni*, ut illud *ni* ex prima ſyllaba vocis ſequentis adſumtum eſſe videatur.

2 *Diligentem.*] Parcum. Nam *diligentia*, judicio M. Tul. ex Lib. II. de Oratore, *virtutes reliquae continentur.* CATAN. Recte Catanaeus *diligentem* exponit *parcum*, aut, quod mallem, frugalem, & nugatur ille, qui hic de ſeligente aut deligente cogitavit. *Diligens* & *diligentia* ſaepiſſime in laudem patrum familias, qui ſunt ad rem attenti & rerum ſuarum ſatagentes, dicuntur, quod poſt alios obſervavit Cl. Duckerus ad Flori Lib. I. cap. VI. extr. *Ac ſi maxima civitas minimae* domus diligentia *contineretur.* Sic ſupra Epiſt. IV. n. 2. *Diligentiores creditores* notione non multum diverſa adpellantur. Hic vero *diligenti* obiicitur *ſumtuoſus*, quod veram interpretationem docere potuiſſet. Infra MSS. recentiores cum aliquot impreſſis *opima quaedam*; ſed optimi tuentur *optima.* CORTE.

3 *Minuta.*] Minima. An forſan reſpexit ad piſciculos: quod Juvenal. damnat non ſecius in Varrone. CATAN. *Ponere* eſt adponere, ut apud Iuvenal. Sat. XI. vs. 84.

Et natalitium cognatis ponere lardum

BARTH. Lucanus Lib. X. vs. 158. de coena Cleopatrae:

—— — *Multas volucresque ferasque*
Aegypti poſuere *deos.*

ubi dixi. Iuvenalis eosdem, quos hic Plinius, mores quorundam hoſpitum graviſſime perſtringit Satyra V. eam legas. plura dabunt interpretes Petronii ad Satyr. cap. XXXI. Paullo poſt Mediceus: *parvolis lagunculis.*

4 *Deſcripſerat.*] Diviſerat, denotaverat. M. T. pro Milone: *Cum me latronem ac ſicarium abjecti homines deſcribebant.* At Julius Caeſar vir tantus piſtorem alium panem, quam ſibi, convivis ſubjicientem compedibus vinxit: facinus haud diſſimile rebus vitae ſuae geſtis. Erant etiam quidam divites ſibi, pauperes amicis, atrociter hoc Juvenale inſectante. Et Plinius ſenior frugalitatem Catonis redeuntis ab Hiſpania cum triumpho laudans, *Non aliud* inquit, *vinum bibit, quam remiges: in tantum diſſimilis iſtis, qui etiam convivis alia quam ſibimet ipſis miniſtrant, aut procedente coena ſubjiciunt.* CATAN. Mediceus *diſcripſerant.* Nihil in iſta ſcriptura pro ſingulari ſignificatu quaeras: nam ita eaedem membranae ſupra Epiſt. V. n. 5. *Nam* diſcriptionem *locorum* cet. & infra ter in una Epiſtola VI. Lib. V. n. 43. & 44. *Arma diſcribat, villa diſcribitur, qui diſcribit.* Hieronymus Epiſt. ad Auguſtinum IV. *Qui vitas virorum inluſtrium* diſcripſerunt: ſic in veterrimis membranis ſcriptum legimus. Manilius Lib. IV. vs. 740.

Et certis diſcripta *nitent regionibus aſtra*,

ut legitur in membranis Paullinae noſtrae. Eadem varietas ſcripturae in ſimili ſignificatu dividendi aut diſtribuendi eſt apud Cic. XII. Epiſt. I. n. 5. *Tabulae figuntur, immunitates dantur, pecuniae maximae* deſcribuntur: ubi vide ſis, quae notavimus. Ita verbo *deſcribere* de diſtributione aquarum utitur Frontinus de Aquaed. Art. LXXXVII. pag. 155. Ed. Poleni. Reſtituendum

rat; non ut poteſtas eligendi, ſed ne jus eſſet recuſandi; [1] aliud ſibi
& nobis, aliud minoribus amicis (nam gradatim amicos habet) aliud
ſuis noſtriſque libertis. Animadvertit qui mihi proximus recumbe- 3
bat, &, an probarem, interrogavit. [2] Negavi. Tu ergo, inquit,
quam conſuetudinem ſequeris? Eadem omnibus pono, ad coenam
enim non ad [3] notam invito: cunctiſque rebus exaequo, quos menſa
& toro aequavi. Etiamne libertos? etiam: [4] convictores enim tunc, 4
non libertos puto. Et ille: Magno tibi conſtat: Minime. [5] Qui fieri
poteſt? Poteſt. Quia ſcilicet liberti mei non idem, quod ego bi-
bunt, ſed idem ego, quod liberti. Et Hercule, ſi gulae temperes, 5
non eſt oneroſum, quo utaris ipſe, communicare cum pluribus. Illa
ergo reprimenda, illa quaſi [6] in ordinem redigenda eſt, ſi ſump-
ti-

dum eſt illud etiam Marciano Capellae Lib. II. pag. 25. *Verum illud quod... fallax mortalium curioſitas aſſeverat, in digitos calculumque deſcribit.* ita veterrimae membranae Guelferbytanae. Vulgo ex Gloſſa dederunt *diſtribuit.* Plura de hoc verbo Gronov. ad Senec. Lib. V. de Benef. cap. VI. princ. Graevius ad Cic. I. de Offic. cap. V. Schulting. ad Calpurn. Flacci Declam. II. Cl. Duckerus ad Flori Lib. I. cap. II. n. 2. CORTE.

1 *Aliud.*] Explicat illa tria vini genera, *primum* optimum ſibi & dignioribus miſcebat, *ſecundum* minoribus, ut clientibus, quod Mart. non ſine ſumma indignatione ſaepius mordet. *Tertium*, id eſt viliſſimum, libertis. CATAN. Vulgo dabant: & *aliud ſibi & nobis.* Sed, praeterquam quod ingrata eſt repetitio eiusdem Particulae, ne habet quidem hic Copula, quod agat, niſi aliud verbum adieceris. Itaque cum Mediceus dictam Copulam ignoret, delevimus illam. Pendet autem oratio a verbo *deſcripſerat*, & tria iſta genera vini nunc diſtincte enumerantur. CORTE.

2 *Negavi.*] Deeſt hoc Verbum in Mediceo, incuria librarii, cui ſimilitudo ultimarum ſyllabarum Verbi *interro*gavit, impoſuit. At mox idem Codex Verbo locupletior eſt. Exhibet enim: *Reſpondi: Eadem omnibus pono.* Talia quidem in recenſione ſermocinationis omitti ſolent, ut infra n. 4. *Etiam*; *Minime*; *Poteſt*, ubi ad ſingula *Reſpondi* eſt ſubintelligendum. Sic Lib. I. Epiſt. V. n. 9. *Evigilaveram. Nuncius a Spurinna: Venio ad te.* Immo *ego ad te:* Et vel ex uno Cicerone innumera talia commemorari poterant. Vide interim, quae notavimus ad Lib. I. Epiſt. VIII. n. 7. Nihilominus praeſtantia Codicis facit, ut hoc loco illud *Reſpondi* Secundo non abiudicem, cum praeſertim Lib. I. Epiſt. V. n. 5. & 7. ut & alibi verbum *inquam* ſimiliter expreſſerit, & hic ſatis longa ſermocinatio commemoretur, cuius principio *Reſpondi* tam commode praemittitur, quam *inquit* (*Tu ergo*, inquit, *quam* cet.) Quod poſtea ſemper omittitur. Sic cum alibi Noſter, tum Lib. VII. Epiſt. XXXIII. n. 4. *Qua concordia*, inquit, *iniunctam* cet. Reſpondi, *cum ſimus advocati* cet. CORTE.

3 *Notam.*] Infamiam: ut per vini ſpecies amici cognoſcantur quoto ſint loco apud me. Scio etiam notam vini eſſe. CATAN. *Notam*, i. diſtinctionem. BARTH. Ad originem verborum haec referenda. *Coena* a κοινὸς *communis* adpellatur: *Nota* eſt character, quo diſcriminamus. CELLAR.

4 *Convictores.*] Convictorem appellamus familiarem convivam, qui quotidie nobiſcum vivat. Horat.

Nunc quia ſum tibi Mecoenas convictor.

Tranquillus: *Fuit Tiberius nihilo lenior in convictores Graeculos.* CATAN.

5 *Qui fieri poteſt? Poteſt. Quia.*] Alterum *Poteſt* ſcripti nonnulli & impreſſi omittunt. In aliis etiam *Qui* reſecatur, & haec omnia connectuntur? *minime fieri poteſt*, *quia ſcilicet* cet. Duo praeterea: *magni tibi conſtat.* Vulgatam, quae & Medicei eſt, non eſſe ſollicitandam, res ipſa docet.

6 *In ordinem redigenda.*] Vide ſupra ad Lib. I. Epiſt. XXIII. n. 1. ubi *in ordinem cogi.*

 1 *Alie-*

ptibus parcas, quibus aliquanto rectius tua continentia, quam
6 [1] aliena contumelia conſulas. [2] Quorſus haec? Ne tibi optimae [3] indolis juveni quorundam [4] in menſa luxuria ſpecie frugalitatis [5] imponat. Convenit autem amori in te meo quoties tale aliquid inciderit
7 ſub exemplo praemonere, quid debeas fugere. Igitur memento, nihil magis eſſe vitandum, quam iſtam luxuriae & ſordium [6] novam ſocietatem: quae cum ſint turpiſſima, diſcreta ac ſeparata, [7] turpius junguntur. *Vale.*

VII. C. Plinius Macrino Suo S.

Imperatorem Spurinnae rebus praeclare geſtis ſtatuam triumphalem decreviſſe, & filio ejus Cottio defuncto in ſolatium patris, Macrinum monet.

[1] HEri

1 *Aliena contumelia.*] Notando gradus amicorum per cibos. Catan.

2 Quorſum *haec.*] Mediceus, Oxon. Bongarſ. Helmſtad. & Arnzen. *Quorſus haec?* Probo. Multum enim in talibus Particulis veteres auribus dederunt, ut ex illarum iudicio modo *adverſus*, modo *adverſum*; *rurſus*, aut *rurſum*; *prorſus*, aut *prorſum*; *vorſus* aut *vorſum* ſcriberent, adeoque in his merito illud iudicium & veteres libros ſequimur. Obſervavi certe veterrimas membranas non ita uni ſcripturae adhaereſcere, ut alterum prorſus repudient. Sic infra Epiſt. XVII. n. 4. Mediceae recte dant *adverſus*, ubi vulgatur *adverſum.* Ita & Edd. Ciceronis in Bruto cap. LXXXV. Quorſus, *inquam, iſtuc?* item III. de Offic. cap. XVI. extr. Quorſus *haec?* ubi vide & Fabrit. & Graevium. adde infra Lib. VII. Epiſt. XXIV. n. 8. Corte.

3 *Indolis.*] Spei. Eſt autem indoles virtutis indicium in adoleſcente. Valerius de indole, *Attingam*, inquit, *nunc quaſi cunabula quaedam & elementa virtutis, animique praecedente tempore ad ſummum gloriae cumulum perventuri.* Livius numeratis Annibalis virtutibus & vitiis, ſuperaddit: *Cum hac indole virtutum ac vitiorum triennio ſub Aſdrubale Imperatore meruit.* Catan.

4 *In menſa.*] Sic libuit reſcribere, praeeuntibus membranis a Modio excuſſis. Hactenus editi male, *immenſa luxuria.* Gruter. Modius protulit hanc emendationem & pluribus interpretatus eſt Novant. Epiſt. CVII. In Mediceo etiam aliiſque vetuſtioribus *in menſa* ſcribitur, & corruptio talis facillima fuit, quia etiam Adiectivum *inmenſa* veteres per *in*, non ut vulgus ſolet per *im* ſcribebant. Eſt etiam *luxuriae* in Mediceo, quaſi olim *luxuries* fuerit. Deinde *ſpeciem*, pro *ſpecie*, peſſime exhibent Helmſt. & Arnzen.

5 *Imponat.*] Te decipiat. Juvenal.

— *Facile eſt barbato imponere regi.*

A quo impoſtor, id eſt deceptor. emendanda dictio apud JC. cum paſſim legatur *impoſteres* pro *impoſtores*, & ita perverſe a quibuſdam interpretetur. Catan.

6 *Novam ſocietatem.*] Inauditam & inuſitatam conjunctionem diverſarum rerum, cum dicatur duo contraria non poſſe ſimul ſtare in eodem ſubjecto. Catan. Vide, quae dicta ſunt ad Salluſt. Cat. cap. V. n. 8. *Quos peſſima ac diverſa inter ſe mala, luxuria atque avaritia vexabant.* Helmſtad. in marg. *vanam ſocietatem.* Lindenbr. & Bongarſ. *turpiſſima* ac *diſcreta* & *ſeparata.* corrupte.

7 *Turpius junguntur.*] Adverte comparativum habere majorem ſignificantiam ſuo ſuperlativo. Sic in paneg. orat. *Meliorem optimo genuit.* Et M. T. in fine Offic. *Te mihi quidem eſſe chariſſimum: ſed multo fore chariorem.* Catan.

1 Heri

[1] HEri a Senatu [2] Veſtricio Spurinnae, Principe auctore [3] triumphalis ſtatua decreta eſt: non ita [4] ut multis, qui nunquam in acie ſteterunt, nunquam caſtra viderunt, nunquam denique [5] tubarum ſonum, niſi in ſpectaculis, audierunt: verum ut illis qui decus iſtud ſudore & ſanguine [6] & factis aſſequebantur. Nam Spu- 2
rinna [7] Bructerum regem vi & armis induxit in regnum: oſtentatoque bello, ferociſſimam gentem (quod eſt [8] pulcherrimum victoriae genus) terrore perdomuit. Et hoc quidem virtutis praemium, illud ſola- 3
tium

1 Heri *a ſenatu.*] Mediceus, & in indice Riccard. *Here* ſcribunt, quae illa aetate recepta ſcriptura erat, cum contra *Heri* pro antiquo haberent. auctor eſt Fabius Lib. I. Inſt. Or. cap. VII. pag. 90. Adde Gellium Lib. X. cap. XXIV. Sic iidem Codd. infra Epiſt. XIV. n. 6. Here *duo nomenclatores mei*, cet.

2 *Veſtricio Spurinnae.*] Hic Othoniani exercitus dux ad occupandas Padi ripas praemiſſus, Placentiam coloniam adverſus Cecinnam ſtrenue tutatus eſt. Nam indomitum militem & belli ignarum, nec imperio parentem intra moenia continuit, ſummo tamen ſui ipſius diſcrimine, ne a ſuis proderetur, ſed ipſe volentes moenibus eduxit: deinde noctis interventu, cum Cecinna venire nunciaretur, timentes introduxit, ſtrenueque coloniam tunc maxime florentem tutatus eſt: ibi relicto modico praeſidio, Macro cum cohortibus ſubvenit. Vir ſanctiſſimus, qui ex longa ſenectute nihil praeter ſolam prudentiam habebat, utraque lingua doctiſſimus, & in ordine vitae diſpoſitus. CATAN. Voſſian. Helmſtad. & Arnzen. inſulſa traiectione: *Veſtricio principe auctore Spurinnae triumphalis* cet. nec aliter quidam impreſſi. At Mediceus Bongarſ. aliique receptum ordinem confirmant, eumque reſtituebat Lipſius ad Tacit. II. Hiſt. cap. XVIII. princ.

3 *Triumphalis ſtatua.*] In habitu triumphantis. Lege de honore ſtatuarum. Plin. ſen. Lib. XXXIV. cap. IV. CATAN.

4 *Ut multis.*] Quibus paſſim in foro pro libidine principum ſtatua dabatur: in quod Juven. ſatyricum fulmen torquet Satyra I. CATAN. *Ut multis, qui numquam caſtra viderunt*, ſic Mediceus, mediis omiſſis propter Particulam *numquam*. Hoc genus vitiorum in illo Codice frequentiſſimum eſt.

5 *Tubarum ſonum.*] Calpurnius Ecloga I. vs. 67.

Inter ſacra tubas, *non inter bella ſonare.*

BARTH. Iuvenalis Sat. X. vs. 213.

Quid refert magni ſedeat qua parte theatri
Qui vix cornicines exaudiet, *atque* tubarum
Concentus.

6 Et factis *adſequebantur.*] Olim in mentem venerat, *& fatis*, hoc eſt morte, ut conveniret praecedentibus: *ſudore*, *& ſanguine*, *& fatis.* Sed unice vera eſt vulgata, quae in omnibus quoque MSS. habetur: nec propoſui coniecturam, niſi ut monerem eos, quibus ſimile quid in mentem venire poſſet. *Sudor* proprie de bellico ſudore dicitur, ut patet ex Lib. IX. Epiſt. II. & ex dictis ad Salluſt. Iug. cap. LXXXV. n. 41.

7 *Bructerum.*] Pro *Bructerorum. Bructeri* ſunt Germaniae populi ſecundum Claudian. ſylvae Hercyniae accolae, qui quondam vicinarum conſenſu nationum ſuper ſexaginta millia ciciderunt. deinde cum novos motus in Germania adverſus Romanum nomen excitaſſent, & aliquando ſuperiores facti mortua regina, Velleda, imperium ſub Domitiano recuſarunt. Poſtea eorum Regem, qui ad Romanos confugerat, Veſtricius Spurinna Trajani juſſu in regnum introduxit ſine ſanguine & caede, ſed terrore ſolo domitis Bructeris: qui tamen pariter ſub Nerone a bello metu deterriti ſunt per Julium Avitum. *Tacitus.* CATAN.

8 *Pulcherrimum,*] Sine ſanguine & pugna hoſtem ſuperare. Ii autem merebantur ovationem minorem triumpho. CATAN. Claudianus I. Stilic. vs. 187.

Miramur rabidis hoſtem ſuccumbere bellis
Cum ſolo terrore *ruant?*

Idem IV. Cos. Honor. vs. 457.

Quis victum meminit ſola formidine *Rhenum?*

BARTH. Habet is plura ad Claudianum, & nos quaedam ad Lucan. Lib. V. vs. 661.

 1 *Do-*

tium [1] doloris accepit, quod filio ejus Cottio quem amiſit abſens,
habitus eſt honor ſtatuae. Rarum id in juvene, ſed pater hoc quo-
que merebatur, cujus [2] graviſſimo vulneri magno aliquo fomento
4 medendum fuit. Praeterea [3] Cottius ipſe tam clarum ſpecimen in-
dolis dederat, ut vita ejus brevis & anguſta debuerit hac veluti im-
mortalitate [4] proferri. Nam tanta ei ſanctitas, gravitas, auctoritas
etiam, ut poſſet ſenes illos provocare virtute, quibus nunc honore
5 adaequatus eſt. Quo quidem honore, quantum ego interpretor,
non modo defuncti memoriae, dolori patris, verum etiam exemplo
proſpectum eſt. [5] acuent ad bonas artes juventutem adoleſcentibus
quoque (digni ſint modo) tanta praemia conſtituta: acuent principes
viros ad [6] liberos ſuſcipiendos & gaudia ex ſuperſtitibus, & ex amiſſis
6 tam glorioſa ſolatia. His ex cauſis ſtatua Cottii publice laetor, nec
privatim minus. Amavi conſummatiſſimum juvenem tam ardenter,
quam nunc impatienter requiro. Erit ergo pergratum mihi hanc
effigiem ejus ſubinde reſpicere, ſub hac conſiſtere, praeter hanc
comme-

1 *Doloris.*] Quem interitu filii conceperat. Abſens quidem in expeditione contra Bructeros. CATAN.

2 *Graviſſimo* vulneri.] Dolori, quem ſingulatim ex amiſſis charis ſentimus. Lib. VIII. Epiſt. V. princ. *Grave* vulnus *Macrinus noſter accepit. amiſit uxorem ſingularis exempli.* Aliter non multum Auſonius Ephemer. vs. 67.

> —— —— *ſine* vulnere *nominis huius*
> *Non animo doleam, non corpore.*

BARTH. MSS. Voſſ. Arnzen. & Ed. Gryphii *Coctio*, & deinde *Coctius*, *Coctii* ſcribunt.

3 *Cottius.*] Cujus mater *Cottia* & avus maternus *Cottejanus*. CATAN.

4 *Proferri.*] Helmſtad. *perfrui*. peſſime. *Proferre* eſt extendere, longam efficere, ut loquitur Criſpus Cat. cap. I. *Et quoniam* vita *ipſa*, *qua fruimur*, brevis *eſt*, *memoriam noſtri quam maxume* longam efficere. ubi vide quae diximus, & de Verbo *proferre* ad Lucan. Lib. I. vs. 404.

> *Finis & Heſperiae*, promoto limite, *Varus.*

Noſter Lib. III. Epiſt. VII. n. 14. *Quidquid eſt temporis, ſi non datur factis, certe ſtudiis* proferamus. Mediceus: *hac* velut *immortalitate*, & infra: *nam tanta* & *ſanctitas*. Helmſt. & Arnz. *tanta ei gravitas, auctoritas, ſanctitas etiam*: qui putarunt praecipuum vocabulum eſſe *ſanctitas*; & propterea ultimo loco poni debere.

5 *Acuent.*] Incitabunt. Inde Auguſtus in publicis decorus, opera cujuſque ducis manentibus titulis reſtituit, & ſtatuas omnium triumphali effigie in utraque fori ſui porticu dedicavit. CATAN. *Acuent*, &c.] Diſtingue, *Acuent ad bonas artes juventutem, adoleſcentibus quoque (digni ſunt) modo praemia conſtituta: acuent principes*, &c. CASAUBON. Fallitur vir praeſtantiſſimus, ſi modo iſta ab eius manu fluxerunt: nec melius Helmſt. Lindenbr. & Arnzen. *Ut digni ſint modo.* Vulgata parentheſis veriſſima eſt, & innumeris exemplis comprobari poteſt. Adſcripſimus nonnulla ad Lucan. Lib. I. vs. 202.

> — *En! adſum victor terraque marique*
> *Caeſar, ubique tuus* (liceat modo) *nunc quoque miles.*

Veenhuſius tamen in eo peccaverat, quod poſt *iuventutem* mediam diſtinctionem poſuit.

6 *Liberos ſuſcipiendos.*] Ad uxorem ducendam. Multi enim ſub malo principe coelibem vitam malebant, cum viderent in perniciem ſui plerunque filios tolli, quoſdam avaritia detinebat, orbitatis munera aucupantes. Nam lex illa de maritandis ordinibus jam exoleverat, qua locupletes ad tollendos liberos ingentia praemia & pares poenae cohortabantur. CATAN.

1 *Domi*

commeare. Etenim ſi defunctorum imagines [1] domi poſitae dolorem 7
noſtrum levant, quanto magis hae, quibus in celeberrimo loco non
modo [2] ſpecies & vultus illorum, ſed honor etiam & gloria refertur?
Vale.

VIII. C. PLINIUS CANINIO SUO S.

Si quando poterit occupationibus urbanis diſſolvi, promittit Caninio ſe venturum ad Larium, ubi & ſtudere & piſcari, venarique commode liceat.

STudes? an piſcaris? an venaris? an ſimul omnia? poſſunt enim
omnia ſimul fieri ad [3] Larium noſtrum. nam lacus piſcem, feras
ſylvae, quibus lacus cingitur, ſtudia altiſſimus iſte [4] ſeceſſus affatim
ſuggerit. Sed ſive omnia ſimul, ſive aliquid facias, non poſſum dice- 2
re, invideo: angor tamen non & mihi licere, quae ſic concupiſco,
ut [5] aegri vinum, balinea, fontes. [6] Nunquamne hos arctiſſimos laqueos 3
ſi

1 *Domi poſitae.*] In atrio ſupertabulino, qui locus erat atrio proximus auctore Feſto, ſed Vitruvio referente pars erat atrii. CATAN.

2 *Species & vultus.*] Species eſt totius corporis. Nam ſolebant effigiem exprimere, & imaginem viventis quantum per artem poterant reddere. *Plinius ſenior.* IDEM. *Referre* eſt repraeſentare & in memoriam revocare, ut docuimus ad Lucani Lib. I. vs. 358.

Servati civis referentem *praemia quercum.*

Supra Mediceus: *quanto magis* haec. Scripſi *hae*, pro vulgato *eae*, idque Arnz. & Ed. Gryphii iam exhibent. Helmſt. vitioſe *ex*.

3 *Larium noſtrum.*] *Larium* lacum ad Comum patriam noſtram: ex quo *Abdua* fluvius exit. Polybius tamen referente Strabone, contra omnium opinionem reſcriptum reliquit: *Larium longitudine fere ſtadiorum tercentum, latitudine triginta, amnem ejicere Ticinum, Verbanum vero Abduam.* Quod quidam parum diligentes, tanquam menda eſſet interpretis ſive Strabonis, corrigunt: non anteriora reſpicientes, ubi Strabo Polybium dicit hoc aſſerere; quaeque uſque ad finem Libri IV. referuntur ex ejus ſententia dici, & alibi ſaepius Strabonem ſentire *Larium* emittere *Abduam*, non *Ticinum*. Appianus tamen niſi menda eſt (quoniam opinor ſcribendum *Lirim*) ſcribit Lib. I. bellorum civil. *flumen Larium ad Linternum defluere.* Appellatus eſt *Larius* a Larone, qui lingua Hetruſca nobilis princeps dicitur. CATAN.

4 *Seceſſus.*] Locus remotus a rebus urbanis: & *ſecedere* eſt ab urbe rus proficiſci ocii cauſa. IDEM. *Seceſſus affatim ſuggerit* ſcribunt omnes noſtri MSS. cum vulgo *ſuggerunt* praetulerint, praeter paucos, qui veram lectionem exſcribi curarunt. Ceteri nimis Grammatici fuerunt, dum propter praecedens *ſilvae* hic Verbum Plurale ſubiecerunt. Optimi enim ſcriptores ſaepe proximo tantum vocabulo Numerum verbi aptare ſolent, quod pluribus oſtendo ad Lucani Lib. I. vs. 200.

— — — *Phrygiique* penates
Gentis Iuleae, & rapti ſecreta *Quirini*
Veſtalesque foci, *ſummique o numinis inſtar*
Roma fave *coeptis.*

Mediceus: *nam* lacu *piſcem*, fera *ſilvae*, corrupte. CORTE.

5 *Aegri.*] Deſiderant vinum, balnea, aquam. Hinc

Setinum dominaeque nives, denſique trientes:
Quando ego vos medico non prohibente bibam?

Martialis. CATAN. Helmſt. & Arnzen. *ut* aeger *vinum.*

6 *Numquamne hos arct... abrumpam.*] Helmſtad. & Arnzen. *Numquam.* hosne *artiſſimos* cet.

 Scripſi

ſi ſolvere negatur, [1] abrumpam? nunquam puto. Nam [2] veteribus negociis nova accreſcunt, nec tamen priora peraguntur, tot nexibus, tot quaſi [3] catenis majus indies occupationum agmen [4] extenditur. *Vale.*

IX. C. PLINIUS [5] APOLLINARI SUO S.

Apollinari Euritium commendat, ut eum in petitione Tribunatus adjuvet: exponens quot in illum beneficia contulerit, quibus virtutibus, & parentum laudibus ornetur.

ANxium me & inquietum habet [6] petitio Sexti Erucii mei. afficior cura: & quam pro me ſolicitudinem non adii, quaſi [1] pro

Scripſit Secundus, ſine iſta Particula: *Numquam hos artiſſimos laqueos abrumpam?* atque ita diſerte MSS. Oxon. & Bongarſianus. Lucanus Lib. IX. vs. 67.

> — — — numquam *dare iuſta licebit*
> *Coniugibus*: numquam *plenas plangemus ad urnas?*

Idem Lib. V. vs. 769.

> — — non *olim caſu pendemus ab uno?*

ubi vide, quae notamus. Deinde Voſſ. *ſi ſolvere non datur*, idque Gryphius in textum recepit. At idem ſenſus eſt in vulgata, cui litem vel propterea movere nolim, quod in ceteris MSS. reperiatur. Infra Lib. VI. Epiſt. XVI. n. 14. *Ut, ſi longior in cubiculo mora, exitus* negaretur. Lucanus Lib. VI. vs. 59.

> *Aut aliquem mundi, quamvis natura* negaſſet,
> *In melius mutare locum.*

Quo loco alia adſcripſimus. Eadem varietas eſt Lib. VIII. Epiſt. IV. n. 4. ubi vide.

1 *Abrumpam.*] Saltem relinquam imperfectos, vel incidam tanquam nodum Gordianum. CATAN.

2 *Veteribus negotiis nova* adcreſcunt.] MSS. recentiores omnes cum paucis impreſſorum: *in veteribus negotiis nova adcreſcunt.* Sed Mediceus Praepoſitionem ignorat, ex eoque receptam lectionem recte vindicavit N. Heinſius ad Valer. Flacc. Lib. I. vs. 128.

> — — *fraternae ſi des* adcreſcere ſamae.

3 *Catenis.*] Sicut catenas annuli connexi efficiunt in majus. Et Martialis catenatos labores appellat multiplices & conjunctos Lib. I. Ep. XVI. CATAN. Lege Iuretum ad Paullin. III. de Vita Mart. vs. 427. BARTH.

4 *Extenditur.*] Legam *obtenditur.* BARTH. Legitur ſane in Voſſ. & Arnz. *oſtenditur*, quod ad illud *obtenditur* facere videtur. Sed hoc ortum fortaſſis ex vitioſa ſcriptura, quam Lindenbr. notavit, *eſt tenditur*, quod corruptum de *extenditur.* Et quis ignorat *agmen extendi* frequentiſſimum eſſe? Ac dum negotia negotiis accreſcunt, neceſſarium eſt *occupationes extendi.* Quare nihil mutandum. Sic *extendere preces* infra Epiſt. XIII. n. 11. & quae ſupra ad Epiſt. VII. n. 4.

5 *Apollinari.*] *Claudium Apollinarem* praefectum claſſis Tacitus, *Apollinarem tragoedum* Gellius, *Ceſennium Apollinarem* JC. Paulus memorant. Fuerunt & alii plurimi *Apollinares*, antiquiores, & Secundo poſteriores. Sed ſuſpicor ſcriptam epiſtolam *Domitio Apollinari* Conſuli deſignato, cujus Secundus Lib. IX. meminit. Vel *Sulpitio Apollinari* doctiſſimo, quem ſane ex verbis Gellii conjector fuiſſe Caecilii temporibus: ad quem Martialis ſuum ſcazonta mittit Lib. IV. & Graeca ſcripſiſſe epigrammata ſcimus. CATAN. Bongarſ. *Arriano* Libri V. Epiſt. VI. etiam *Apollinari* miſſa eſt, qui, ſi Indici Riccard. MS. fides habenda, *Domitius Apollinaris* fuit.

6 *Petitio.*] Nempe Tribunatus. Uſus eſt vocabulo aeque praeciſe Criſpus Cat. cap. XXI. extr.

[1] pro me altero patior: & alioquin meus pudor, mea exiſtimatio, mea dignitas in diſcrimen adducitur. Ego Sexto [2] latum clavum a 2
Caeſare noſtro, ego quaeſturam [3] impetravi: meo ſuffragio pervenit ad [4] jus Tribunatum petendi: quem niſi obtinet in Senatu, [5] vereor, ne decepiſſe Caeſarem [6] videar. Proinde adnitendum eſt mihi ut 3
talem

extr. *Cohortatus*, *ut* petitionem *ſuam curae haberent*, quem locum quidam male intellexerunt, ut ibi docuimus. Praeterea ex optimis & plurimis MSS. *Sexti Erucii* revocavimus, pro vulgato *Euritii*. Diximus ad Lib. I. Epiſt. XVI. princ. Poſtea Mediceus: *quam pro me* ſolitudinem *non adii*, corrupte. Voſſ. *quam pro me* curam *non adii*, ex Gloſſa. CORTE.

1 *Pro me altero.*] Pro *Euritio*: quem alterum me exiſtimo. CATAN. Voſſian. *pro me* in *altero*, quod male adripuit Gryphius. Antiquiſſimum dictum eſt, quo amicus intimus audit *alter ego*, ἄλλος αὐτός. de quo vide noſtra ad Cic. II. Fam. Epiſt. XV. n. 5. *Quoniam* alterum me *reliquiſſem.* quibus adde, ſi placet, Syneſium Epiſt. C. & Interpretes Minucii Fel. cap. I.

2 *Latumclavum.*] Dignitatem Senatoriam. Erat enim *latuſclavus* veſtis Senatoria, ut docet Spartianus & Tranq. in Aug. referens liberis Senatorum, quo celerius reipub. aſſueſcerent, protinus virilem togam latumclavum induere, & curiae intereſſe permiſiſſe. Et ib. *laticlavios* Senatores appellat, ac ſumenti Auguſto virilem togam tunicam *laticlavi* reſutam ex utraque parte ad pedes ejus decidiſſe: quo ſigno oſtendebatur Senatum futurum ei dicto parentem. Lamprid. in Severo, non *latumclavum* ſed *laticlaviam* vocat, dicens illum Praefectis Praetorii ſui Senatoriam addidiſſe dignitatem, ut viri clariſſimi & eſſent & dicerentur. Quod antea vel raro fuerat, vel omnino non fuerat, eouſque ut ſi quis Imperatorum ſucceſſorem Praefecti Praetorii dare vellet, *laticlaviam* eidem per libertum ſubmitteret. Sic Valer. Lib. V. *laticlaviam* appellavit tunicam. Vopiſcus *clavatam* veſtem, & Lamprid. auro inſperſam appellant. Erat autem *clavus aureus* purpurae infixus, quam tunicam *laticlavi* in modum gauſape texi ſuis temporibus inceptam tradit Plin. ſenior. CATAN. Eſt & *Anguſticlavium*, quo deſignatur equeſtris ordo. Nam clavo equites & ſenatores diſcreti: quid fuerit erudite diſſerit Cujac. Lib. XII. obſ. cap. 39. SCHEGKIUS. Vid. & Turneb. Adverſ. Lib. I. cap. 2. XXV. c. 17. A. Manut. ad Vell. Paterc. & Salmaſ. ad Sueton. in Auguſto. Ruben. de re Veſt. Lib. I. cap. XIV.

3 *Impetravi.*] Cum non eſſet civis R. Senatoriam dignitatem ac Quaeſturam ab Imp. impetravi. An, quia ante tempus gerendorum honorum, quamvis civis eſſet. Nam, inquit Ulp. de minoribus annis XXV. ad munera ſive honores creandis, juſta aetas ſervanda eſt: nec ante tempus legitimum niſi ab Imperatore ad magiſtratus creari poterant. CATAN.

4 *Jus Tribunatus.*] Non enim omnibus licebat petere magiſtratus. Unde tradit Tacitus *Vejenonem* accuſatum, quod ab eo vendita fuiſſent munera Principis, & adipiſcendorum honorum jus. Nam etſi fuiſſet jure municipali, quo tantum muneris honorarii cum populo Romano particeps erat, tamen auctore Gellio id jus jam obliteratum, & per innotitiam inuſitatum manebat. *Tribunatus.*] Plebis intellige, pro quo conſequendo, Clodius plebejum ſe fecit, cum non liceret nobilioribus eam dignitatem petere, quem modum potuit ſervaſſe Euritius. Sequentia faciunt ut credam fuiſſe Tribunatum plebis, magis quam legionum: quanquam Tranquillus tradat Auguſtum ſtatim poſt virilem togam liberis Senatorum latumclavum induliſſe, & curiae intereſſe permiſiſſe, militiamque auſpicantibus non Tribunatum modo legionum, ſed etiam praefecturas alarum dediſſe. IDEM. Vulgo: *ius* tribunatus *petendi*, neque id vitioſum eſt. At Mediceus *tribunatum*, cui parendum fuit. Sic & Criſpus Cat. cap. XVI. n. 5. *Ipſi* conſulatum *petundi magna ſpes*, ubi quaedam de iure petitionis, de quo hic Catanaeus, diximus. CORTE.

5 *Vereor ne decepiſſe.*] Sic Pal. & vetus edit. non *Vereor ut decepiſſe*, ſicut impreſſi recentius. GRUTER. *Vereor ne, &c.*] Corruperunt hunc locum, qui inſeruerunt de ſuo τὸ *ut*, quod etiam priores editiones non habent, nec ferri poteſt. CASAUB. Voſſ. *quem niſi obtinet*, *vereor ut in ſenatu*, *ne decepiſſe C. v.* Lindenbr. & Bongarſ. *niſi obtinet*, *vereor in ſenatu decepiſſe C. v.* Ex quo ſuſpicio exſiſtere poſſet voces *in ſenatu* a mala manu additas eſſe. eas tamen agnoſcit vetuſtiſſimus Mediceus, qui plane vulgatam ſcripturam & ordinem exhibet. Infra Helmſtad. & Arnzen. *Ut talem omnes eum iudicent*, *qualem* eum *eſſe princeps mihi credidit*.

6 *Videar.*] Si rejiciatur tanquam indignus, & Trajano dignum omni dignitate perſuaſerim. CAT.

1. *Eu-*

talem eum judicent omnes, qualem eſſe Princeps mihi credidit: quae cauſa ſi ſtudium meum non incitaret, adjutum tamen cuperem juvenem probiſſimum, graviſſimum, eruditiſſimum, omni de-
4 nique laude digniſſimum, & quidem cum tota domo. Nam pater ei [1] Erucius Clarus, vir ſanctus, [2] antiquus, diſertus, atque in agendis cauſis exercitatus quas ſumma fide, pari conſtantia, nec verecundia minore defendit. Habet avunculum [3] C. Septitium, quo nihil
5 verius, nihil ſimplicius, nihil candidius, nihil fidelius novi. Omnes me certatim, & tamen aequaliter amant: omnibus nunc ego in uno referre gratiam poſſum. Itaque [4] prenſo amicos, ſupplico, ambio domos, [5] ſtationeſque circumeo: quantumque vel auctoritate vel
6 gratia valeam, precibus experior. Te quoque obſecro, ut aliquam [6] oneris mei partem ſuſcipere tanti putes. Reddam vicem, ſi repo-

1 *Euritius Clarus.*] Fuit praefectus urbis, morum litterarumque veterum ſtudioſiſſimus. Gellius Lib. VI. cap. VI. CATAN. *Nam pater ei Erucius Clarus*, ſic & Mediceus, & reliqui noſtri MSS. ut alii male *Euritius* ſcripſerint, male *Clarus* omiſerint, aut *clarus vir* coniunxerint, male denique *ei* in *eius* mutaverint: nam & hoc *ei* exſtat in Mediceo, Voſſ. Lindenbr. & a manu ſecunda in Arnz. Supra Epiſt. VII. n. 4. *Nam tanta* ei *ſanctitas*, *gravitas*, *auctoritas etiam*, *ut poſſet ſenes illos provocare virtute.* Infra Epiſt. XI. n. 11. *Imaginare*, *quae ſollicitudo* nobis, *qui metus*, *quibus* cet. Epiſt. XIII. n. 3. *Pater* ei *in equeſtri gradu clarus*, *clarior vitricus*, *immo pater alius.* Et ſic Noſter ſaepius. adde Lib. I. Epiſt. XVI. n. 5. & notam ad Salluſt. Iug. cap. VII. n. 4. *Qui tum* Romanis *imperator*, atque ad Lucani Lib. VII. vs. 7. CORTE.

2 *Antiquus.*] Antiquae integritatis, aut *antiquis ſimilis*, ut loquitur Lib. VII. Epiſt. XXXIII. n. 9.

3 *C. Septitium.*] Septitium (Clarum:) cujus conſilio epiſtolas publicavit. CATAN. Vid. Lib. I. Ep. I.

4 *Quo nihil* verius.] Non ad veracitatem viri, quae mendacio opponitur, hoc pertinet, ut Lib. IX. Epiſt. XXV. n. 2. *Virum veriſſimum* laudavit; ſed ad ſinceritatem. Sic Cicero *verum* & *ſincerum* coniungit; ſic alii *verum* & falſo & fucato opponunt. Lib. III. Epiſt. XI. n. 6. *Nam ex omnibus*, *qui nunc ſe philoſophos vocant*, *vix unum aut alterum invenies tanta* ſinceritate, *tanta* veritate, quod male mutat Modius, ut ibi dicimus. Ita Lib. IV. Epiſt. XXII. n. 3. *Quo viro nihil firmius*, *nihil* verius. Lib. VI. Noſter *ſimplicitatem* & *veritatem* coniungit. Lege Cel. Burmann. ad Ovid. I. Art. Am. vs. 62.

Ante oculos veniet vera puella *tuos.*

De modo loquendi olim quaedam produximus ad Cic. IV. Fam. Epiſt. IV. n 6. *Nec id victoris vitio*, *quo* nihil moderatius, & ſic Noſter Lib. I. Epiſt. XXII. n. 1. Nihil *eſt enim* illo gravius, *ſanctius*, *doctius.*

5 *Prenſo.*] Sic diſerte editio antiquior & Pal. ſive *prehenſo.* Non ut retro vulgati, *prendo.* GRUTER. *Prendo* habet Lindenbr. & Bongarſ. pro quo Oxon. & Arnz. *prehendo*; Helmſtad. *prehenſo*, quod & alii habent. Sed primarius ille Mediceus *prenſo*, verbum antiquum & uſitatiſſimum, quod pueri ex Cicerone, Livio & aliis norunt.

6 *Stationes.*] Ubi conſident cives fabulandi cauſa. CATAN. Vide obſervata ad Lib. I. Epiſt. XIII. Gryphius diſtinguit: *Supplico*, *ambio*, *domos ſtationesque circumeo*, ut cohaereant *amicos ambio*, quomodo Salluſt. Iug. cap. XIII. n. 8. Singulos *ex ſenatu* ambiundo, & alii. Non nemo uno verbo contentus erat: *ambio domos*, *ſtationes: quantumque* cet. Sed neutrum audio. Non Gryphium: nam ſatis verborum priori vocabulo adiecit, dum dixit *prenſo*, *ſupplico*; Non illum alterum: quia ſaepius plene loquuntur auctores, ubi magiſtri multa detraherent. Salluſt. Cat. cap. XII. n. I. *Paupertas probro* haberi, *innocentia pro malevolentia* duci *coepit.* Lucanus Lib. V. vs. 274.

— — — *iam* reſpice *canos*
Invalidasque manus, *&* *inanes* cerne *lacertos.*

Utrobique plura dedimus: nam & illa loca Criticorum ſtilum experta ſunt.

7 Oneris *mei partem.*] Mediceus: muneris *mei partem*:

repoſces: reddam [1] & ſi non repoſcis. Diligeris, coleris, frequentaris. oſtende modo velle te, nec deerunt, [2] qui id, quod tu velis, cupiant. *Vale.*

X. C. PLINIUS OCTAVIO SUO S.

Octavium admiratur poſſe tamdiu continere verſus ſuos, hortaturque ad editionem.

[3] HOminem te patientem, vel potius [4] durum, ac pene crudelem, qui tam inſignes libros tam diu teneas! Quouſque & tibi & 2
nobis invidebis? tibi, [5] maxima laude: nobis, voluptate? Sine per ora

partem: forte, quia ex praecedenti voce ultima littera ſequenti vocabulo adcrevit. Lindenbr. & Voſſ. *Teque obſecro*, quae & Gryphii ſcriptura eſt. Arnzen. *honeris*, ex quo vir doctus faciebat *honoris*, quod fieri non debebat, quandoquidem certa librariorum natio ſemper *honus*, *honeris*, pro *onus* ſcribere ſolet. *Onus* Plinii vere exiſtimari poſſe hanc pro amico ſollicitudinem ex tota Epiſtola patet.

1 *Et ſi non* repoſcis.] Sic reſtitui ex Mediceo, cum vulgo eſſet: *ſi non repoſces.* Varietas enim iſta Temporum mire placuit optimis ſcriptoribus, quod paſſim; coniunctionem autem Futuri & Praeſentis ad Salluſt. Cat. cap. LVIII. n. 10. ad Lucan. Lib. I. vs. 333. & Lib. VIII. vs. 371. demonſtravimus. Eadem legeretur in Marone Ecloga V. vs. 76. ſi per ſciolos licuiſſet:

Dum iuga montis aper, fluvios dum piſcis amabit,
Dumque thymo paſcuntur *apes, dum rore cicadae*,
Semper honos, nomenque tuum, laudesque manebunt.

Ita enim ſcriptum videmus in vetuſtiſſimis membranis, quas Marq. Gudius tantopere commendavit, non *paſcentur*. Helmſtad. & Arnz. *& ſi ne repoſces.* corrupte. *Vicem repoſcere* dixit Martial. Lib. VIII. Epigr. XXXVIII.

Qui praeſtat pietate pertinaci
Senſuro bona liberalitatis,
Captet forſitan, aut vicem repoſcat.

Mox in Mediceo eſt *Dilegeris.*

2 *Qui* id, *quod tu velis, cupiant.*] Vulgo: *qui, quod tu velis, cupiant*, neque ego id Latio abiudico, nec ipſi Plinio, ſi alio loco haberetur, aut ſaltem Codd. conſpirarent. At praeſtantiſſimus Mediceus cum Lindenbr. noſtram lectionem adſerunt, quam alii immerito repudiarunt. Cicero I. de Invent. cap. XXXIX. *Niſi* id, quod *ſcriptum eſt in lege, ſequimini.* Sic membranae noſtrae, cum vulgo ibi quoque *id* omittere ſoleant. Voſſian. *quod velis*, ſine Pronomine: quem, more ſuo, ſecutus eſt Gryphius.

3 *Nominem.*] Vera lectio, non *hominem:* ut Laur. Vallam, & alios video legere. CATAN. *Hominem.*] Vera lectio eſt, quam immerito Catanaeus non probat: *Hominem te patientem, vel potius durum! qui tam inſignes libros tamdiu teneas.* Quis in Epiſt. M. Tullii illa non obſervavit? *Homines ridiculos! qui, &c.* Item: *Hominem ridiculum! qui.* & alibi: *Lepidum amicum Salluſtium! qui, &c.* Talia ſunt ſexcenta in Cic. ſimile principium Epiſt. XXI. infra Lib. IV. *Triſtem, & acerbum caſum Helvidiarum ſororum!* nec multo aliter orditur Epiſtolam XXIV. Lib. VI. Is. CASAUB. *Hominem.*] Neque aliter quoque Pal. aut editio antiqua. GRUTER. Noſtri etiam MSS. uno ore *Hominem*, pro more Plinii, de quo ad Lib. I. Epiſt. IX. n. 6. diximus.: *Rectam ſinceramque vitam!*

4 *Durum.*] Aſperum, nimium ſeverum, inurbanum. Sic Ulp. tit. *de Furtis*, & idem in paneg. Papinianus etiam pro inhumano; ſicut M. T. de Perfecto Oratore pro agreſti. CATAN.

5 *Maximam laudem, nobis voluptatem.*] Sic Edd. omnes. At MSS. Helmſtad. & Voſſ. *maximas laudes*, *nobis voluptates*, quod iam indicio eſſe poterat genuinam ſcripturam eſſe depravatam. Optime Mediceus & Lindenbr. *maxima laude, nobis voluptate.* Hic eſt ſtilus Plinii, prout monuimus ad Lib. I. Epiſt. X. n. 12.

ora hominum ferantur, iiſdemque quibus lingua Romana [1] ſpatiis pervagentur, magna etiam longaque exſpectatio eſt: quam fruſtrari adhuc
3 & differre non debes. [2] Enotuerunt quidam tui verſus, & invito te, [3] clauſtra ſua refregerunt: hos, [4] niſi retrahis in corpus, quandoque,
4 ut [5] errones, aliquem, [6] cujus dicantur, invenient. Habe ante oculos mortalitatem, a qua adſerere te hoc uno monimento potes. [7] nam caetera

Neque enim ego (ut multi) invideo aliis bono, *quo ipſe careo.* CORTE.

1 *Spatiis.*] Per imperium Romanum. Nam Latinitatem conati ſunt Romanorum priſci una cum imperio diffundere. Teſtatur Valerius Maxim. Lib. II. cap. de inſtitutis. CATAN. Helmſt. & Arnz. *quibus* Romana lingua *ſpatiis.* Et mox: *magna* enim *longaque exſpectatio eſt*, malebat vir doctus.

2 Enotuerunt *quidam tui verſus.*] Hoc Edd. habent. At Mediceus: Enituerunt *quidam tui verſus*, quod Verbum Plinianum eſt. Panegyr. cap. IV. Enituit *aliquis in bello, ſed obſolevit in pace.* Huic loco tamen aliud magis conveniret. Sane cum mox *clauſtrorum*, quae perfregerint verſus, meminerit, non abſurde legas: Emicuerunt *quidam tui verſus. Emicare* enim eſt proſilire, & deinde pro eniteſcere, enoteſcere, ſaepe ponitur. Priori ſenſu frequenter Maro. ut V. Aeneid. vs. 318.

—— *longeque ante omnia corpora Niſus*
Emicat, *& ventis & fulminis ocior alis.*

vs. 337.

Emicat *Euryalus.*

Lib. IX. vs. 735.

— — — *tum Pandarus ingens*
Emicat.

Et de equo, qui abruptis vinculis fugit, Idem Lib. XI. vs. 496.

Emicat, *arrectiſque fremit cervicibus alte*
Luxurians.

Statius IX. Theb. vs. 246.

Nec prius emerſi quam ſumma per aequora flexus
Emicet.

De poſteriore ſignificatu egi ad Lucan. Lib. VII. vs. 599.

Mors tamen emicuit *clarorum in ſtrage virorum*
Pugnacis Domiti.

Ut eſt in optimis MSS. pro vulgato *eminuit.* Illic, etiam pedeſtris orationis ſcriptores Verbo pari ſignificatione uti, oſtendimus. CORTE.

3 *Clauſtra* ſua *refregerunt.*] Vulgo: *clauſtra tua.* Noſtra ſcriptura ex MSS. Mediceo & Arnz. deſumta eſt. Livius Lib. XXXVI. cap. VII. *Ferae beſtiae vinctae aut clauſae* refringere clauſtra *cupient.* IDEM.

4 *Niſi* retrahis *in corpus.*] Vulgo: *niſi* retrahes *in corpus.* Emendata lectio auctoritate MSS. Medicei, Bongarſ. & Helmſt. nititur. Eam confirmat frequens uſus auctorum, de quo copioſius actum ad Lucan. Lib. III. vs. 362.

— — — niſi *robore denſo*
Occurrunt *ſilvae.*

Sic rurſus infra Lib. V. Epiſt. VIII. n. 4. niſi *eloquentia* eſt *ſumma.* CORTE.

5 *Errones.*] Vagabundi ſervi, fugitivi, ſic enim interpretatur Ulp. tit. *de ſervis fugitivis:* quanquam Arrianus de re militari, velit *erronis* crimen in ſervo levius eſſe, quam *fugitivi.* Inde Labeo puſillum fugitivum *erronem* appellat, ut ex diverſo fugitivum *magnum erronem.* In ſumma, *erro* eſt, qui non equidem fugit, ſed frequenter ſine cauſa vagatur, & temporibus in res nugatorias conſumptis ſerius domum redit. Hinc Columella *erronem* apum ducem cenſet detractis alis velut quadam compede domi retinendum. P. Nigidius ſtellas erraticas, auctore Gellio, *errones* appellabat, quas Apulejus *erronias* & *vagas* vocat. CATAN.

6 *Cuius* dicantur, *invenient.*] Mediceus: *cuius* dicuntur, *invenient.* quod tueaaris ex dictis ad Lucan. Lib. I. vs. 126. & Lib. VI. vs. 593. Nec multum diſſimilia ſunt iſta Lib. III. Epiſt. XII. n. 4. & Epiſt. XII. n. 4. & Epiſt. XXI. n. 4. quae vulgo ex Grammaticorum placitis corruperant. Bongarſ. *inveniant.* Idem codex cum Arnzen. Habet *ante oculos*, & praeterea Arnz. *immortalitatem.* Oxon. *Hebetante oculo mortalitatem.*

7 *Nam cetera fragilia.*] Nota ſententia:

Vivitur

caetera, fragilia & caduca, non minus, quam ipſi homines, occidunt
deſinuntque. Dices, ut ſoles, Amici mei viderint. Opto equidem 5
amicos tibi tam fideles, tam eruditos, [1] tam laborioſos, ut tantum
curae intentioniſque ſuſcipere & poſſint & velint. ſed diſpice, ne ſit
parum providum, [2] ſperare ex aliis, quod tibi ipſe non praeſtes. Et 6
de editione quidem interim, ut voles, [3] recita ſaltem, quo magis li-
beat emittere: utque tandem percipias gaudium, quod ego olim [4] pro
te non temere praeſumo. [5] Imaginor enim, qui concurſus, quae ad- 7
miratio te, qui clamor, quod etiam ſilentium maneat: [6] quo ego,
quum dico vel recito, non minus quam clamore, delector. ſit modo
ſilentium acre, & intentum, & cupidum ulteriora audiendi. Hoc 8
fructu tanto, tam parato, deſine ſtudia tua infinita iſta cunctatione
fraudare: quae quum modum excedit, verendum eſt, ne [7] inertiae &
deſidiae vel etiam timiditatis nomen accipiat. *Vale.*

XI. C. PLINIUS [8] ARRIANO SUO S.

Ma-

Vivitur ingenio, cetera mortis erunt.

BARTH. Adſcripſerat ille etiam Horatii & Ovidii loca ſimilia, quae dedit etiam ad Statii XII. Theb. vs. 810. ut hic denuo non fuerint adponenda. Lege ſupra Lib. I. Epiſt. III. n. 4.

1 *Tam laborioſos.*] Haec deſunt in Lindenbr. Bongarſiano, & Oxonienſi.

2 *Sperare ex aliis.*] Ennius apud Gellium:

Hoc erit tibi argumentum ſemper in promptu ſitum,
Ne quid exſpectes amicos, quod tute agere poſſies.

BUCHN.

3 *Recita.*] *Recitare* eſt librum, vel ſuum, vel alienum repetere. Cicero pro Cluentio: *Tris & ipſe excitavit* recitatores *cum ſingulis libellis.* CATAN.

4 *Pro te non temere* praeſumo.] i. animo anticipo & cogitatione repraeſento. Lib. III. Epiſt. I. n. 13. *Voto & cogitatione* praeſumo. Vide Budaeum ad Pandect. pag. 391. BARTH. Adde Buchner. infra ad Lib. IX. Epiſt. III. n. 1. *Bonae manſuraeque famae* praeſumtione *perfruitur*, & Caſaubonum ad Salmaſ. ad Spartiani Adrian. cap. II. & IV. Auctor Epithalam. Maxim. cap. VII. *Sed hoc profecto iam tum divina mente* praeſumſeras, *hoc, cum ferret aetas, ut rogareris, optaveras*, cet. Oxon. *quod ego olim non pro te temere praeſumo.*

5 *Imaginor.*] In animum & phantaſiam induco, ac per imaginem intueor. CATAN. Hunc locum interpretatur Caſaubonus ad Theophraſti characteres, cap. περὶ κολακείας. BUCHN.

6 *Quo ego ... delector.*] Mediceus & Lindenbr. quod *ego ... delector.* Sed ſequitur *honore*: & quamquam diverſi ſaepe Caſus coniungantur, ad unumque Verbum referantur, vix tamen admittendum puto. Diceres, librarios nova conſtructione permotos proximum *honorem* mutaſſe in *honore*, at in remotiore *quod* de iſta conſtructione non cogitaſſe. Nam *delectari aliquid* ita facile ferrem, ut *laetari* & *gaudere aliquid*, pro *aliquo*, de quibus ad Lucani Lib. VIII. vs. 430. aut ut *potiri regnum*, *abuti facultates*, *fungi officium*, *frui eſcam*, *uti cretam* & ſimilia apud Apuleium, Iuſtinum, Vegetium, Hieronymum, Proſperum Aquitanicum. Quidquid fuerit, non negligendum eſt, ſi tam egregiae membranae novum aliquid obferunt. CORTE.

7 *Inertiae.*] Nimia cunctatio ſolet non modo pigritiae, ſed timiditati aſcribi: & ipſa emendatio finem habet auctore Quintiliano, apud quem plura lege Lib. X. cap. de emendatione. CATAN.

8 *ARRIANO SUO.*] Bongarſ. *Apollinari Suo*; Helmſt. *Arinio Suo.*

1 *Si*

Marius Priſcus Africae Proconſul a provincialibus cum ſuis miniſtris accuſatus repetundarum, agente Secundo damnatus eſt.

SOlet eſſe gaudio tibi, [1] ſi quid actum eſt in ſenatu dignum ordine illo. Quamvis enim quietis amore ſeceſſeris, inſidet tamen animo tuo [2] majeſtatis publicae cura. Accipe ergo quod [3] hos dies actum eſt, [4] perſonae claritate [5] famoſum, ſeveritate exempli ſalubre, rei ma-
2 gnitudine aeternum. Marius Priſcus [6] accuſantibus Afris, quibus [7] pro conſule praefuit, [8] omiſſa defenſione [9] judices petiit. Ego & Cornelius

1 *Si quid* actum *eſt.*] Helmſt. a prima manu: *ſi quid* actii *eſt.* at Mediceus clare: *ſi quid* acti *eſt*, quod puto recipiendum. Conſule modo, quae indicavimus ad Lucani Lib. II. vs. 657.

> Nil *credens* acti, *cum quid ſuperaret agendum.*

Sic Seneca de vita B. cap. XVIII. *Cui* aliquid acti *eſt.* Leg. 33. π. de contrah. emt. *Primum ſpectari oportet*, quid acti *ſit.* Infra membranae Florentinae: *inſidit tamen*, pro *inſidet.* Vide infra ad Lib. III. Epiſt. I. n. 5. ubi *conſidit*, pro *conſidet.* CORTE.

2 *Majeſtatis.*] Publicae Senatus dignitatis, & amplitudinis, quae majoribus inſunt. Unde Jovi majeſtatem aſcribunt poëtae, & Imperatoribus rerum ſcriptores, de qua Valerius: *Eſt & illa quaſi privata cenſura majeſtas clarorum virorum, ſine tribunalium faſtigio, ſine apparitorum miniſterio, potens in amplitudine ſua obtinenda, grato enim & jucundo introitu animis hominum illabitur, admirationis praetexta velata. Quam recte quis diceret longum & beatum honorem eſſe ſine honore.* CATAN.

3 Per *hos dies actum eſt.*] Ita omnes impreſſi. Solus Mediceus ignorat Praepoſitionem, eiusque auctoritas praegravat. Sic Ovidius I. Art. Am. vs. 647.

> *Dicitur Aegyptos caruiſſe iuvantibus arva*
> *Imbribus, atque* annos *ſicca fuiſſe* novem.

Ubi plura Celeb. Burmannus, qui & ex Servio docet, per Accuſativum temporis innui continuationem, per Ablativum intervallum. Eadem ratione Caeſar: *omnes ſuperiores dies*, ubi contra MSS. dederunt *per omnes ſuperiores dies*, item Salluſt. Iug. cap. LXIII. n. 3. *Sed is natus, atque* omnem pueritiam *Arpini altus*, ubi plures Codd. *per omnem pueritiam.* Plura ibi congeſſimus. CORTE.

4 *Perſonae.*] Marii Priſci, Viri conſularis & ſeptemviri epulonum. CATAN.

5 *Famoſum.*] Clarum, cognitum. Vocabulum medium, quo Apulejus cum laude utitur, & Juvenalis: etſi nonnulli legant *fumoſos*, non *famoſos* equites: ſecus alii. IDEM.

6 *Accuſantibus Afris.*] Vide infra Lib. III. Epiſtolam IX.

7 *Proconſul praefuit.*] Proconſulatu ſuo rexit Africam, an magis loco Conſulis? M. Tull. in Philipp. *Nam Sertorianum bellum a Senatu privato datum eſt: quia Coſſ. recuſabant: cum L. Philippus Proconſulem ſe eum mittere dixit non Proconſule.* CATAN. MSS. Mediceus, Voſſ. Oxon. Lindenbr. Bongarſ. Arnz. & Bodlei. *quibus* pro conſule *praefuit*, & ſic ſemper ſcripſit Plinius, ſcripſerunt & alii, ut infra pluribus declaramus. Vide ad Lib. VII. Epiſt. XVI. n. 3. CORTE.

8 *Omiſſa defenſione.*] Non enim poterat dicere hanc cauſam non conſtare, nec factum negare, nec non eſſe quod objiciebatur, nec ut recte factum defendi poterat. Quare contentus erat ut relictis caeteris criminibus, de repetundis tantum judicarent: ne dum ſe defendere conatur in Senatu atrociora detegerentur, & Judices facilius quam Senatores putabat poſſe corrumpere. CATAN.

9 *Judices petiit.*] Poſtulavit ut ſibi darentur judices. Primum judicia in manu Equitum fuerunt: deinde per Syllam ad Senatum traducta, poſtea lege Aurelia ad Equites, Senatores, Tribunos Aerarios. Julius Caeſar ad duo genera judicum redegit, Equeſtris ordinis, & Senatorii. Tribunos Aerarios, quod erat tertium, ſuſtulit. Temporibus Domitiani a Senatu Judices dari ex ordine Senatorio inceptum eſt. Nam in ejus vita ſcribit Tranquill. illum auctorem fuiſſe Trib. pl. Aedilem ſordidum repetundarum accuſandi, & in

nelius Tacitus adeſſe [1] provincialibus [2] juſſi, exiſtimavimus fidei noſtrae convenire, notum ſenatui facere, exceſſiſſe Priſcum immanitate & ſaevitia crimina, quibus [3] dari judices poſſent, quum ob innocentes [4] condemnandos, [5] interficiendos etiam, pecunias accepiſſet. Reſpon- 3
dit [6] Fronto Catius, deprecatuſque eſt: ne quid ultra [7] repetundarum legem quaereretur, omniaque actionis ſuae [8] vela vir movendarum lacrymarum peritiſſimus, quodam velut vento miſerationis implevit. Magna

in eum Judices a Senatu petendi. Idem. Bongarſ. & Helmſtad. *iudices petit*; Oxon. & Arnz. a prima manu: *iudices cepit.* male.

1 *Provincialibus.*] Afris. Fuit enim Africa poſt deletam Carthaginem redacta in formam provinciae, ſublatis Regibus & aliorum principatu, paruit Romanis legibus & judicibus, tributis inſuper impoſitis. Quod praeter Oroſium & Tacit. Caeſar Lib. VII. belli Gallici docet. Catan.

2 *Juſſi.*] Solitos dari patronos publice praeter Secundum oſtendit M. T. pro Murena. An quia tunc Plin. erat praefectus aerario Saturni, & ideo omnibus advocationibus renunciavit, ut toto delegato ſibi officio vacaret? Unde ipſo ad Trajanum referente, cum patronum ſe provinciales optaſſent contra Marium Priſcum, petiit hujus muneris veniam, & impetravit, nam juſſit Senatus ut ageret. Idem. Lege Budaeum ad Pandect. pag. 239. Barth.

3 *Dari judices.*] Quos judicii cauſa delegiſſet Senatus. Nam judices dabantur a Senatu in rebus tenuioribus & ambiguis. Catan.

4 *Condemnandos.*] In exilium detrudendo, ut Equitem Romanum unum. Idem.

5 *Interficiendos.*] Ut ſeptem ejus amicos, & alterum equitem Rom. Idem.

6 *Fronto Catius.*] *Frontones* multos fuiſſe lego. Nam *Frontonis* cum Tito amicitia conjuncti bis meminit Joſeph. & Tacitus. *Julii Frontonis* in rebus Othonis: & *Licinium Frontonem* monſtrat Ulp. fuiſſe ſub Imperatore Antonino. *Frontonem* Conſulem ſub Nerva Dion, quem Martialis & bello & pace clarum praedicat. Fuit igitur *Cornelius Fronto Catius* orator nobiliſſimus, Romanae eloquentiae non ſecundum, ſed alterum decus (quanquam illi Macrobius ſiccum dicendi genus aſcribat) Antonini Philoſophi praeceptor. Dion teſtatut in Adriano plurimum floruiſſe, & primas in agendis cauſis partes habuiſſe: cujus Caecilius alibi, & Juvenalis in I. Satyra meminerunt. Neque ignoro Ulpianum de Poenis, tradere *Julio Frontoni* reſcripſiſſe Adrianum. *Catiorum* cognomina vetuſtiſſima teſtantur ſcriptores & ſepulchrorum antiqua epitaphia, quae nos Veronae interdum, ſed inter Inſubres frequentius annotavimus, hodieque Novariae ampliſſima familia parili cognomento durat. Idem. Alios Codd. *Fronto Captius* habere, adnotavit Lindenbrogius.

7 *Repetundarum legem.*] Ne de rebus capitalibus ageretur, ſed tantum de repetundis. Lata *repetundarum lex* primum a L. Piſone Tribuno pleb. alii a Manlio Acilio Glabrione. Demum a Julio Caeſare lex Julia repetundarum appellata, quae pertinet ad eas pecunias, quas quis in magiſtratu, poteſtate, curatione, legatione, vel quo alio officio, munere miniſteriove publico acceperit, vel ex cohorte cujus eorum eſt, vel quo magis aut minus quid ex ſuo officio fecerit. *Marcellus & Venulejus.* Alii brevius circumſcripſere, legem repetundarum latam eſſe contra eos, qui in magiſtratu pecunias, vel vi vel fraude abſtuliſſent. *Ultra legem.*] Ultra quadruplum ex lege conſtitutum, quanquam *Marcellus ff.* XLVIII. dicat non fuiſſe certam poenam damnatis repetundarum conſtitutam; ſed puniri, vel exilio, vel etiam durius prout admiſiſſent. Quid enim ſi ob hominem necandum pecuniam acceperint: vel, licet non acceperint, calore tamen inducti interfecerint? vel innocentem, vel quem punire non debuerant? capite plecti debent, vel in inſulam deportari. Catan. Verbum *quaereretur* illuſtrabit Budaeus Adnot. Poſt. ad Pandect. pag. 74. Barth. Nos quaedam ad Salluſt. Iug. cap. XXXI. n. 7. *In plebem Romanam* quaeſtiones *habitae ſunt.*

8 Vela ... vento *miſerationis implevit.*] Cicero IV. Tuſcul. cap. V. *Quaerebam igitur, utrum panderem* vela orationi *ſtatim, an eam ante paullulum dialecticorum* remis *propellerem.* Sed adeundus eſt de hac metaphora Tollius ad Longinum περὶ ὕψους cap. IX. n. 21. Adde notam ad Lib. IV. Epiſt. XX. n. 2. *In quo tu ingenii ſimul dolorisque* velis *latiſſime vectus es.* Perperam Helmſtad. & Lindenbr. viro *movendarum lacrymarum* peritiſſimo.

 1 *Cogni-*

4 Magna contentio, magni utrinque clamores, aliis [1] cognitionem Se-
natus [2] lege concluſam, aliis liberam ſolutamque dicentibus: quantum-
5 que admiſiſſet reus, tantum vindicandum. Noviſſime [3] conſul deſi-
gnatus [4] Julius Ferox, vir rectus & ſanctus Mario quidem judices inte-
rim cenſuit dandos: evocandos autem quibus diceretur innocentium
6 poenas [5] vendidiſſe. Quae ſententia non praevaluit modo, ſed omni-
no poſt tantas diſſenſiones fuit ſola frequens: adnotatumque experi-
mentis, quod favor & miſericordia acres & vehementes primos impe-
tus habent, paulatim conſilio & ratione, quaſi [6] reſtincta, conſidunt.
7 Unde evenit, ut quod multi clamore permixto tuentur, nemo tacen-
tibus caeteris dicere velit. Pateſcit enim, cum [7] ſeparaferis a turba, con-
8 templatio rerum quae turba teguntur. Venerunt qui adeſſe erant
juſſi, [8] Vitellius Honoratus, & [9] Flavius Marcianus: ex quibus Ho-
noratus trecentis millibus exilium equitis Romani, ſeptemque amico-
rum

1 *Cognitionem ſenatus.*] Jus inquirendorum criminum per Senatum, (quod tamen judicibus permiſſum eſt.) *Cognoſcere* enim eſt diſquirere & examinare crimina. Unde Virgil. de Minoë tanquam de judice dixit,

— — *Vitaſque & crimina diſcit.*

CATAN.

2 *Lege.*] Repetundarum: quia Senatus ſecundum eam cenſuerat ut mulctaretur. An magis lege, qua cautum erat ne bis de eadem re agere liceret. IDEM.

3 *Conſul deſignatus.*] Qui proximis Calendis Martiis creati fuerant Conſules, ſeq. Calendis Januariis Conſulatum inibant: quamvis etiam prius initum legamus, ut apud Liv. Calendis Martiis. Qui vero poſtea creabantur in ſequentem annum, ii deſignati dicebantur auctore Fl. Vopiſco. Poſtremo adeo crevit ambitio ſub Impp. ut uno anno tradat Lampridius ſub Commodo fuiſſe viginti quinque Conſules deſignatos. Cum igitur res aliqua relata fuerat ad ſenatum, Conſules qui praeſidebant, primum deſignatos Conſules ſuper ea ſententiam rogabant, ac deinceps caeteros Senatores. IDEM.

4 *Julius Ferox.*] *Feroci* ſcripſiſſe Proculum meminit JC. Paulus *Julium Berocum* clariſſimum virum & plurimae auctoritatis teſtantur Trajani literae. Hunc Secundus alibi doctiſſimum memorat, & Tiberis curatorem antiquus in lapide titulus adhuc extans. *Ex auctoritate Imperatoris Caeſ. Divi Nervae Trajani Auguſt. Germanici. Pont. Max. Trib. Pot. V. Coſſ. IV. PP. Tit. Julius Ferox curator alvei & riparum Tyberis, & cloacarum urbis terminavit ripam; P. R. ad prox. cip. p. XXII. ſcientiam II. S.* IDEM.

5 *Vendidiſſe.*] Marium ſubaudi. IDEM.

6 *Relicta.*] Praeſidio deſtituta. Eſt alia lectio ſatis commoda *reſtincta.* IDEM. Noſtri omnes *reſtincta.* Inſignis locus eſt Lucani Lib. IV. vs. 279. ſqq. ubi *impetus cadere*, *deflagrare*, *langueſcere* & *mentes tepeſcere* dicuntur. Et ſicuti de igne Ovidius XIII. Metam. vs. 408. dixit:

— — *neque adhuc* conſederat *ignis;*

ita de motu ſedato Tacitus I. Annal. cap. XXX. *Quia praeſentia ſatis* conſederant, *in urbem rediit.* Supra Arnz. *conſilio & oratione*, corrupte. Voſſian. a manu ſecunda: *Unde venit.*

7 *Separaris a turba.*] Cum ſolus ſententiam dicis attentis caeteris. CATAN.

8 *Vitellius Honoratus.*] *Fabium Honoratum* in antiquis memoriis reperio. Spartianus in Severo *Honorati* cujuſdam mentionem fecit, & Plutarchus in vita Galbae *Antonini Honorati*, ubi etiam Vitellium Martianum nominat. D. Hieron. *Honoratum* Praefectum Praetorio Galliarum primum. IDEM.

9 *Flavius Martianus.*] *Martiano* Lib. VI. ſcribit Martialis: & *Martianum* JC. fuiſſe lego: & *Aelium Martianum* Uticae Proconſulem imperante Antonino Pio refert Ulp. ut omittam *Icelium* libertum cognomento *Martianum* ac virum eruditiſſimum *Martianum Capellam.* Satis conſtat ex teſtimonio Caliſtrati ff. quarto *Martianum* ſub Trajano fuiſſe accuſatum. IDEM. Haec omnia: *& Flavius Marcianus: ex quibus*

rum ejus [1] ultimam poenam: Marcianus unius equitis Romani ſeptingentis millibus plura ſupplicia arguebatur emiſſe. Erat enim [2] fuſtibus caeſus, damnatus [3] in metallum, [4] ſtrangulatus in carcere. ſed Honoratum cognitioni Senatus mors [5] opportuna ſubtraxit: 9
Marcianus [6] inductus eſt abſente Priſco. Itaque [7] Tutius Cerealis con-

quibus Honoratus, familiari & frequenti lapſu ſcriba Medicei omiſit. Is tamen poſtea ſemper *Marcianum* per *C* ſcribit.

1 *Ultimam poenam.*] Necem. Hanc enim JC. interdum ſummum, modo ultimum ſupplicium appellant. CATAN. Lucanus Lib. VIII. vs. 395.

— — *quoniam mors* ultima poena,
Nec metuenda viris.

Prudentius περὶ στεφ. Paſſ. V. vs. 63.

Atque ipſa poenarum ultima
Mors Chriſtianis ludus eſt.

Adde Leg. 9. §. 1. π. ad L. Pomp. de Parricid. Mediceus: *ſeptemque* inimicorum *eius ultimam poenam.* Sic *eius* poſitum eſſet pro *ſuorum*, quod ea aetate non erat inſolens. Scioli tamen potius aut librarii errorem eſſe ſtatuo.

2 *Fuſtibus.*] Nodoſis ſtipitibus, & virgis. Sunt qui legant *faſcibus*: ſed *fuſtibus* eſt in frequentiori uſu. CATAN. Hinc *Fuſtuarium*, poena militaris, qua milites, qui deliquerant, fuſte feriebantur. Teſtatur id Liv. Lib. V. *Fuſtuarium meretur, qui ſigna relinquit, aut praeſidio decedit*: Et Polybius: ξυλοκοπῶται δὲ καὶ ὁ κλέψας τι τῶν ἐκ τοῦ στρατοπέδου. καὶ μὴν ὁ μαρτυρήσας ψευδῆ παραπλησίως. Quomodo haec animadverſio fiat vide apud Turneb. Adverſ. Lib. XXVIII. cap. 34. VEENH. Unus Arnz. ex noſtris *faſcibus caeſus* ingerit, vitio manifeſto. Inſulſe autem Veenhuſius *fuſtuarium* militare cum hac fuſtium poena confundit. Modus enim utriusque poenae longe diverſus eſt, quod ex Polybio aliisque conſtat.

3 *In metallum.*] Qui ad effodienda metalla damnati erant, cum die noctuque in labore perſeverarent, continua defatigatione moriebantur: cum nulla eis ab opere daretur requies aut laboris intermiſſio: ſed verberibus coacti raro diu viverent. Robuſtiori quidam corpore & animi vigore, plurimum temporis in illa verſabantur calamitate: quibus tamen ob miſeriae magnitudinem mors erat vita optabilior. *Diodorus.* CATAN. Adi Buchnerum ad Lib. X. Epiſt. XVI. n. 3.

4 *Strangulatus.*] Suffocatus laqueo. Haec omnia patraverat contra legem Juliam de repetundis, qua praecipitur, ne quis ob hominem in vincula publica conjiciendum, vinciendum, vincirive jubendum, exve vinculis dimittendum, neve quis ob hominem condemnandum, abſolvendumve, neve ob litem aeſtimandam, judiciumve capitis faciendum, pecuniae aliquid accipiat. CATAN.

5 *Opportuna.*] In tempore. Nam morte declinavit dedecus & ſupplicia, quae ſubiviſſet ſi vixiſſet: & damnatus nemo videri poſſit, antequam de eo forte judicium redditum & pronunciatum eſſet, neque cujuſque mortui bona, antequam de eo Romae pronunciatum ſit, publicata ſunt: eaque bona haeredes poſſidere debent. Vide Martian. tit. de bonis eorum, qui ante ſententiam mortem ſibi conſciverint. IDEM.

6 *Inductus.*] Sic eſt in Pal. & vet. edit. Vulgati nuper *introductus*, (quod explicat Catanaeus *intromiſſus in Senatum.*) Alterum repetitur noſtro Lib. V. Ep. IV. GRUTER. Noſtri omnes *inductus eſt*, quod plene protulit Epiſt. ſequ. XII. n. 2. *Firminus* inductus in ſenatum *reſpondit crimini noto.* Sed nomen loci aut termini, quo ducuntur, non modo penes verbum *inducere*, ſed etiam penes *ducere*, *trahere*, *perducere*, *introducere* perpetuo fere reticetur, ut oſtendimus ad Salluſt. Cat. cap. XLVI. n. 5. & Lucan. Lib. II. vs. 202. Ita & Epiſt. XIV. n. 4. *Nec inducuntur, ſed irrumpunt.* Lib. III. Epiſt. IV. n. 4. *Legati rurſus inducti iterum me poſtulaverunt advocatum.* item Lib. V. Ep. IV. n. 2.

7 *Tutius Cerealis.*] *Cereales* multos circa illa tempora fuiſſe noto. *Mimum Cerealem* & *Junium* filium ſub Adriano. Ad *Vellium Cerealem* alibi Secundus. Sicut Martialis ad *Julium Cerealem* libro undecimo, qui bellum giganteum heroico ſcripſit. *Tertullii Cerealis* & *Petilii* Tacitus cum Joſepho & Dione meminere. Suidas inſuper *Primum Cerealem* citat. CATAN. *Tutius.*] Alias legitur *Titius*, ſed non in antiquiſſima editione, quae firmat publicatam. At Palatinus noſter mavult, *Tucius.* GRUTER. Mediceus: *Ductius Cerialis*; Lindenbr. *Tuccius Cerealis.* quod probarem. *Cerealis* autem & *Cerialis* promiſcue in-

conſularis [1] jure ſenatorio poſtulavit, ut Priſcus certior fieret: ſive quia miſerabiliorem, ſive quia invidioſiorem fore arbitrabatur, ſi praeſens fuiſſet, ſive (quod maxime credo) quia aequiſſimum erat, [2] commune crimen ab utroque defendi, &, [3] ſi dilui non potuiſſet,
10 in utroque puniri. Dilata res eſt in proximum Senatum, cujus ipſe conſpectus [4] auguſtiſſimus fuit. [5] Princeps praeſidebat (erat enim [6] Conſul) ad hoc [7] Januarius menſis, [8] cum caetera, tum praecipue Senatorum frequentia celeberrimus, praeterea cauſae amplitudo, auctaque dilatione exſpectatio, & fama, inſitumque mortalibus ſtudium
11 magna & inuſitata noſcendi, omnes undique exciverat. Imaginare, quae

in lapidibus vett. aliisque monumentis ſcribuntur.

1 *Jure Senatorio.*] Jus Senatoris erat, ut ſententiam rogatus ante quicquid vellet, & quoad vellet de alia re diceret. Gellius Lib. IV. cap. 10. Catan.

2 *Commune crimen.*] Marii vendentis plura ſupplicia Equitis Romani, & Martiani ementis. Idem.

3 *Si* dilui *non potuiſſet.*] Helmſt. *& dilui non potuiſſet*; Arnz. *&*, *ſi non potuiſſet*, nempe *defendi*, quod ſupra expreſſerat. Lib. III. Epiſt. IX. n. 32. *Dari ſibi diem ad* diluenda crimina *poſtulavit*, ſed is locus corruptus eſt. Lib. IV. Epiſt. IX. n. 7. *Rem manifeſtam inficiari, augentis erat* crimen, *non* diluentis. Apuleius Apolog. pag. 275. *Quod ſi forte inepta videbor & oppido frivola velle* defendere, *illis debet ea res vitio verti, quibus turpe eſt etiam haec obiectaſſe, non mihi culpae dari, cui honeſtum erit etiam haec* diluiſſe. Oxon *delui.*

4 *Auguſtiſſimus.*] Majeſtatis plenus, Trajanus enim Imp. praeſidebat. Et Dion: *Octavius Auguſti cognomen recepit, tanquam majus aliquod ſupra mortales.* Omnia enim veneranda & ſacra, *Auguſta* Romani appellant, quod luculentius Tranquillus exequitur. Ab illo igitur ſecundum Dionem omnes deinceps Imperatores *Auguſti* cognomentum ſibi vendicaverunt, quo ſignificatur omnium rerum poteſtas. Catan.

5 *Princeps.*] Trajanus caeteros Senatores praeibat, quod princeps Senatus erat & Coſ. Nam Conſulum alter interdum vel Senatus princeps univerſo Senatui praeerat, habebatque poteſtatem rogandarum ſententiarum. Principem Senatus a Romanis, *πρόκριτον* a Graecis appellatum quidam prodidere. Sciendum praeſidis nomen, *Martiano ff.* primo atteſtante, generale eſſe, eo quod & Proconſules & Legati Caeſaris, & omnes provincias regentes, licet Senatores ſint, Praeſides appellantur: quinimo Plinius ſen. Lib. VII. divum Auguſtum Praeſidem appellavit. Idem.

6 *Conſul.*] Nam Conſulatus omnium dignitatum fere apex fuit, unde Chryſoſt. in orat. *ἡ τῶν ὑπάτων ἀρχὴ καθάπερ κορυφὴ καὶ κεφαλὴ πάσαις ἐπίκειται.* Ut non immerito ipſi Impp. cum caeteras dignitates infra ſe haberent, Conſulatus tamen infulas non ſolum fortunae ſuae congruere, ſed & nomini Auguſto, ut Valent. in novell. ad ſporar. loquitur, decus addere exiſtimarunt. Vide Claudian. in Eutrop. I. & in Stilicon. II. Liban. in Julian & Julianum ipſum in laude Euſebiae Auguſtae. Sirmond.

7 *Januarius.*] Quo ſolebant Conſulatum inire, auctore Ovidio in Faſtis. Catan. MSS. Helmſtad. Lindenbr. Bongarſ. Oxon. & Arnzen. *adhuc Januarius menſis*, vel *erat enim conſul adhuc*, pro *ad hoc.* corrupte.

8 *Cum* cetera ... *celeberrimus.*] Sic MSS. Mediceus, Lindenbr. Bongarſ. omneſque alii cum optimis Edd. Aldi, Stephani aliorumque. Inepte Gryphius & quidam recentiores: *cum propter cetera*; ineptius illi qui *ceterâ* ſexto Caſu acceperunt, ut nimirum *cetera frequentia* intelligatur. *Cetera* eſt quartus Caſus, quem veteres per *quoad cetera* interpretari ſolent. Horatius I. Epiſt. X. vs. 2.

— — hac in re *ſcilicet una*
Multum diſſimiles, at cetera *paene gemelli.*

Adi illic Celeb. Bentleium. Salluſt. Iug. cap. XIX. n. 7. *Praeter nomen*, cetera *ignarus populi R.* & Lib. VI. Hiſt. pag. 1009. *ſanctus alia.* ubi quaedam adſcripſimus. Ammian. Lib. XV. cap. XIII. *Prudens alia tolerabiliſque provinciis, & mitis & blandus.* Marcianus Capella Lib. I. pag. 3. *Chlamydeque indutum parva, invelatum cetera, humerorum cacumen obnubere ſine magno riſu Cypridis*

quae ſollicitudo [1] nobis, qui metus, quibus ſuper tanta re, in illo [2] coe-
tu, praeſente Caeſare, dicendum erat. Equidem in Senatu non ſe-
mel egi: quinimmo nuſquam audiri benignius ſoleo. nunc me tamen,
ut nova omnia novo metu permovebant. [3] Obverſabatur praeter illa, 12
quae ſupra dixi, cauſae difficultas: [4] ſtabat modo Conſularis, modo
Septemvir [5] Epulonum, [6] jam neutrum. Erat ergo perquam onero- 13
ſum accuſare damnatum, quem, ut premebat [7] atrocitas criminis, ita
[8] quaſi peractae damnationis miſeratio tuebatur: utcunque tamen ani-
mum, cogitationemque collegi. Coepi dicere, non minore audien-
tium aſſenſu, quam ſollicitudine mea. Dixi horis pene quinque. Nam 14
[1] duo-

pridis non ſinebant. Sulpic. Sever. Dialog. I. cap. X. *Quibus ſummum ius eſt, ſub abbatis imperio vivere, nihil arbitrio ſuo agere,* omnia *ad nutum illius poteſtatemque pendere.* Sic vetuſtiſſimae membranae Weiſſenburgicae. Vulgo *per omnia.* Iunge his, quae larga manu ad Lucan. Lib. IV. vs. 726. & Lib. V. vs. 170. congeſſimus. CORTE.

1 *Nobis.*] Advocatis. Nam cauſa una a pluribus defendebatur, quod introductum temporibus Ciceronis videtur, qui Lib. de Claris orat. hoc multis reprehendit. Raro tamen ſupra quatuor utebantur patronis. Poſt bella civilia ante legem Juliam uſque ad duodenos eſt proventum: deinde quot Senatui placuiſſent. CATAN.

2 *Coetu.*] Senatorum conventu. Priſcis temporibus tercentum Senatores fuiſſe legimus. M. Tullius quadringentos & decem numerat in orat. quam in Senatu pro reditu ſuo dixit. Tranquillus imperante Auguſto ſupra mille per gratiam & praemium allectos ſcribit, quos tamen idem princeps ad modum priſtinum & ſplendorem redegit duabus lectionibus. IDEM.

3 *Obverſabatur.*] Nempe animo. Male Mediceus *Obſervabatur*, quale mendum infra iterum notabimus. Helmſtad. & Arnz. *Obverſabaturque.*

4 *Stabat.* Occurrebat Priſcus in animo, quod fuiſſet Conſul & Septemvir Epulonum: & rurſum mihi videbatur omni honore privatus. CATAN.

5 *Epulonum.*] Quos antiqui *Epulones* auctore Feſto dixerunt, Jovis Opt. Max. *paraſiti* erant. Dicti, quod epulas indicendi Jovi, caeteriſque diis poteſtatem haberent. Unde Martialis Capitolinas & Pontificum dapes, Epulonum vocat, quas puto Tranquillum notaſſe in Auguſto, ubi refert ſex deos & totidem deas in Capitolio diſcubuiſſe, & Varronem de Agricult.- Collegiorum coenas, quae tunc innumerabiles excandefaciebant annonam macelli. In hos D. Auguſtin. Lib. VI. de Civ. D. tanquam in paraſitos Jovis & mimos, Varrone dictante, invehitur: & Lib. III. helluones atque ſacrificiorum adipibus inhiantes, & fallacium divinationum caliginem appellando. M. Tullius de Reſponſis Aruſpicum, teſtatur, ſi quid in ludis eſſet praetermiſſum aut commiſſum, Epulones ſolitos ad Pontifices referre, quorum de ſententia illi iidem renovati & inſtaurati celebrabantur. Et III. de Oratore, *Pontifices,* inquit, *veteres propter ſacrificiorum multitudinem tres viros Epulones eſſe voluiſſe, cum eſſent ipſi a Numa, ut etiam illud ludorum epulare ſacrificium facerent, inſtituti. Poſtea auctus eſt numerus & ſeptem creari coepti.* Vid. Lucan. & Juven. Erant autem *Epulones* ſummae auctoritatis, Flaminibus, Auguribus, Quindecimviris pares. & cujus pater, ſecundum Gellium, Septemvir Epulonum fuiſſet, eam excuſationem merebatur, ne in conſortium Veſtae legeretur. Plura lege apud Macrob. & recentiores. IDEM.

6 *Iam neutrum.*] Neque conſularis, neque Septemvir Epulonum. Sic Cicero Lib. I. Offic. cap. I. *Quoniam* utrumque *& Socratici & Platonici eſſe volumus.* Ubi plura Gronovius. Adde, quae ſupra ad Lib. I. Epiſt. XXIII. n. 2. *Qui me eſſe* aliquid *putavi.* Mox Mediceus: *Erat* ergo *perquam oneroſum*, ubi vulgo: *Erat igitur.* Oxon. *iam venturum.*

7 *Atrocitas.*] Immanitas. Non enim ſolum lege repetundarum, ſed etiam Cornelia de ſicariis tenebatur, qua cavetur contra eos qui cum in magiſtratu eſſent eorum quid fecerint adverſum hominis necem quod legibus permiſſum non ſit. Legis Corneliae de ſicariis & veneficis, poena eſt in inſulam deportatio, & omnium bonorum ademptio, niſi honeſtiore loco poſiti fuerint, ut poenam ſuſtineant, ſicut mox interdictum Mario urbe Italiaque. CATAN.

8 *Quaſi.*] Nam etſi judices petierat, nondum tamen pronunciaverant de eo. IDEM.

[1] duodecim clepſydris , quas ſpatioſiſſimas acceperam, ſunt additae
quatuor. adeo illa ipſa , quae dura & adverſa dicturo videbantur, ſe-
15 cunda dicenti fuerunt. [2] Caeſar quidem mihi tantum ſtudium, tantam
etiam curam (nimium eſt enim dicere ſollicitudinem) praeſtitit, ut
libertum meum poſt me ſtantem, ſaepius admoneret, [3] voci laterique
conſulerem, quum me vehementius putaret [4] intendi, quam [5] gracili-
tas mea perpeti poſſet. Reſpondit mihi pro Marciano Claudius Mar-
16 cellinus. [6] Miſſus deinde Senatus & revocatus [7] in poſterum. neque
enim jam inchoari poterat actio, niſi ut [8] noctis interventu ſcinderetur.
Poſtero

1 *Decem clepſydris...ſunt additae quatuor.*] Clepſydra poterat diſtingui, per quodcunque temporis ſpatium libuiſſet: unde legimus apud Philoſtratum in Adriano declamatore fuiſſe clepſydram diſpoſitam ad menſuram centum verſuum. Hîc ſane quinque clepſydrae ſpatium unius horae complectebantur. Unde inquit, *Dixi horis pene quinque* cum praemiſiſſet *viginti quatuor clepſydras impetraſſe.* Si enim quinque & viginti accepiſſet, quinque ſolidas horas egiſſet. Quod ſi leges *decem*, ut eſt in codice antiquo loco XX. tunc tres clepſydrae unam horam continebunt. Catan. *Decem.*] Librorum marginibus adjectum eſt *duodecim*, nec aliter Pal. At avorum aevo impreſſi: *Nam* 22. *clepſydris quas ſpacioſiſſime*, &c. quod habuerim pro falſo, arridetque admodum illud *duodecim.* Gruter. Mediceus etiam, Bongarſ. Oxon. & Arnz. *duodecim* agnoſcunt, & hoc verum eſt. Helmſtad. *Nam* XXII. *clepſydris*, cui numero ſi additas quatuor iungas, numerum horarum non expedies, niſi inconcinnam horae diviſionem inferas. Ipſe etiam numerus, pro gravitate cauſſae, ſatis ingens eſt, cum apud Martialem Lib. VI. Epigr. XXXV. & Lib. VIII. Epigr. VII. tantum quatuor, aut ſeptem clepſydrae petantur. De more ad clepſydram dicendi praeter alios vide Colvium ad Apuleii Apolog. pag. 244. Aliorum *decem* in nullo ex noſtris reperitur; at *ſpatioſiſſime* ex Oxon. Lindenbr. & Arnz. notatum habemus, cum receptum *ſpatioſiſſimas* ſincerum & rectum ſit.

2 *Caeſar* quidem *mihi.*] Voſſ. Helmſt. & a prima manu Arnz. τὸ *quidem* non agnoſcunt, & deinde praeferunt: *tantam curam etiam.* Oxon. *tantum mihi ſtudium.*

3 *Voci laterique.*] Curanda haec in oratore. Nec vox ultra vires urgenda. Nam & ſuffocata ſaepe & majore niſu minus clara eſt: & fatigatio ut corpora non ad praeſens modo, ſed etiam futurum, vocem deſtruit. Quare reprehenditur apud Senecam Portius latro, quod nihil vocis cauſa faceret, non illam paulatim ab imo uſque ad ſummum perduceret, non rurſus a ſumma contentione paribus intervallis deſcenderet. Catan. Vide infra Lib. IV. Epiſt. VII. n. 4.

4 *Intendi.*] Sic quoque Pal. & exoticae editiones, nec ſcio a quibus manarit illud *incendi*, ad oram poſitum editionibus noviſſimis. Hoc ſcio, falſum eſſe, nec admittendum. Gruter. Gryphius etiam *incendi* vulgavit, ſed MSS. noſtri omnes *intendi*, quod a fidibus deſumtum eſſe, putabat Barthius. Immo ab arcu deduxit Cicero de Senect. cap. XI. Ita autem *intentus clamor*, *intentus ventus* aliaque dicuntur. Vide ad Lucan. Lib. V. vs. 569.

5 *Gracilitas.*] Tenuitas. Fuit enim Secundus corpore non admodum robuſto, quod etiam teſtatur Trajanus in reſcriptis ad eundem, *Cuperem*, inquit, *& ſine querela corpuſculi tui & tuorum pervenire in Bithyniam potuiſſes.* Catan.

6 *Miſſus.*] Dimiſſus, Senatus diſſolvebatur his verbis: *Nihil vos moramur Patres Conſcripti.* Haec ſumpta ex Capitolino. Idem.

7 *In poſterum.*] Sic optimi & plurimi libri. Unicus MS. Voſſ. *in poſterum diem*, quod ſtatim adripuit Gryphius: quaſi non Caeſar Lib. VII. B. Gall. cap. XI. ſcribere debuiſſet, ut ſcripſit: *Huc biduo Caeſar pervenit, & caſtris ante oppidum poſitis, diei tempore excluſus*, in poſterum *oppugnationem differt.* Is tamen non facile quod ad ſenſum pertinet omittere ſolet, cum contra Plinius & brevitati ſtudeat, & ſtatim ſubiecerit *Poſtero die.* Similiter Cicero aliique locuti ſunt, & vulgus novit, vocabulum *dies* ſaepe ſubintelligi. Deinde Mediceus, Lindenbr. Bongarſ. *neque enim* iam *inchoari poterat actio*, *niſi* ut *noctis interventu ſcinderetur.* Alii autem *iam* omittunt, ut Sichardus, alii *ut*, ut Idem ac MSS. Oxon. Voſſ. & Helmſtadienſis. Corte.

8 *Noctis interventu.*] Nam neque poſt occaſum ſolis, neque ante ortum liceret, Senatum habere. Gellius. Catan.

1 *Sal-*

Poſtero die dixit pro Mario [1] Salvius Liberalis, vir ſubtilis, 17
[2] diſpoſitus, acer, diſertus, in illa vero cauſa omnes artes ſuas protulit. Reſpondit Cornelius Tacitus eloquentiſſime &, quod eximium
orationi ejus ineſt, [3] σεμνῶς. Dixit pro Mario rurſus Fronto Catius in- 18
ſigniter: utque jam [4] locus ille poſcebat, plus in precibus temporis, quam in defenſione conſumpſit. Hujus actionem veſpera incluſit: non tamen ſic, ut abrumperet. itaque in tertium diem [5] probationes exierunt. Jam hoc ipſum pulchrum & [6] antiquum, [7] Senatum nocte dirimi, triduo
vocari, triduo contineri. [8] Cornutus Tertullus Cos. deſignatus, vir egre- 19
gius,

1 *Salvius Liberalis.*] Qui ſub Domitiano accuſatus eſt, eumque Secundus aſſerit fuiſſe vehementem, & diſertum oratorem. Nam ſi Tranquillum audimus, in defenſione Divitis auſus eſt dicere: *Quid ad Caeſarem, ſi Hipparchus ſeſtertium millies habet?* Quod dictum, quamvis audacius, Veſpaſianus laudavit. *Salvio* Legato Aquitaniae reſcripſiſſe Adrianum refert Caliſtratus tit. de accuſat. Seneca *Liberali* patriam Lugdunum aſſignat. Item *Liberalis* ſub Tito Centurionis Joſephus meminit. CATAN.

2 *Diſpoſitus.*] In coaptando ſingula locis ſuis. Eſt enim diſpoſitio, rerum inventarum per locos diſtributio. IDEM. Catanaeus putat *virum diſpoſitum* vocari, qui ſit aptus in coaptando ſingula locis ſuis. Ego putem eum intelligi, qui poſſit promptitudine ſingulari ac dexteritate occurrere omnibus, quae poſſunt obiici, aut cauſſae ipſius nocere. SCHEFFER. Rectius *diſpoſitus* erit ordinatus, diſtinctus, prout Secundus ipſe hoc vocabulum interpretatur. Lib. III. Epiſt. I. n. 1. 2. ubi *diſpoſitam vitam* modo *certam* ordine & *diſtinctam*, modo *placidam & ordinatam* vocat, atque *confuſae* opponit. Vide locum. Mox Bongarſ. & Lindenbr. *ſacer*, pro *acer* exhibent. peſſime id quidem. Nam ut Lib. III. & IV. *Acre ingenium* laudat, ſic apud Fabium & alios *acriter argumentari*, *acres ſententiae*, *acer animus*, *praeceptor* taliaque plura frequenter occurrunt. Quid generatim ſit *vir acer*, dictum ad Salluſt. Iug. cap. XLIII. n. 1.

3 Σεμνῶς.] *Graviter & venuſte.* Nam proprium oratoris eſt dicere graviter & ornate, & hominum ſenſibus ac mentibus accommodate juxta Cic. I. de Oratore. CATAN. Σεμνῶς.] *Graviter.* Qui autem & *Graviter* & *Venuſte* exponunt, ex duabus expoſitionibus unam veram alteram falſam aſſerunt. STEPHANUS. Bongarſ. *Quod eximium orationi eius*, σεμνῶς, quod probarem, niſi Mediceus verbum *ineſt* tueretur, atque ita Tullius & Criſpus ſaepiſſime loquuntur. In Arnz. *eius* deeſt.

4 *Locus ille poſcebat.*] Ultimum cauſae genus eſt deprecatio, cum nulla alia ratione tueri reum poſſumns. Ea ubicunque juris clementia eſt, locum habet. CATAN.

5 *Probationes.*] Sunt exhibitae tabulae & teſtes, quas inartificiales probationes Rhetores appellant, de quibus lege pluribus Fabium. Praeterea ff. XXII. tit. eſt de probationibus & praeſumptionibus. Aſconius lege Pompeia de vi cautum ſcribit, ut priuſquam cauſa ageretur, teſtes per triduum audirentur: deinde uno die & ab accuſatore & ab reo perorari jubebatur, rurſus poſtera die ſortitio judicum fieret. IDEM.

6 *Antiquum.*] Hactenus enim ſub Domitiano nec fam aſſidue, quam aut Rep. liberâ, áut ſub Auguſto, Senatus habitus; & multum remiſſum de cura atque intentione reddendi juris fuerat. Huc pertinet noſtri illud Paneg. LXXVI. *Jam quam antiquum, quam conſulare, quod triduum totum Senatus ſub exemplo tui ſedit? Antiquum* dixit, quod ad antiquum morem fiebat. Simili ratione *antiquiſſimam victoriam*, infra dicit Lib. X. Epiſt. IX. BUCHNER. Adde, quae ſupra ad Epiſt. IX. n. 4.

7 *Senatum.*] Id etiam interdum ab uno factum. Nam Manlius Torquatus de filio cognitione ſuſcepta domi conſedit, ſoluſque utrique parti per totum biduum vacavit: ac tertio die pleniſſime & diligentiſſime auditis teſtibus pronunciavit. CATAN. *Senatum nocte dimitti* omnium Edd. lectio erat. Quanto elegantius Mediceus & Helmſtad. *nocte dirimi?* Plane ut ſupra n. 16. *Neque enim iam inchoari poterat actio, niſi ut noctis interventu* ſcinderetur, & Lib. IV. Epiſt. IX. n. 9. *Actionem meam, ut praelia ſolet*, nox diremit. Cicero ad Quint. Fr. Lib. II. Epiſt. XIII. *Actum eſt eo die nihil*, nox diremit. Eiusdem eſt *dirimere ſocietatem*, *coniunctionem*, ut Criſpi Cat. cap. XVIII. extr. *dirimere conſilium.* ubi vide. CORTE.

8 *Cornutus.*] *Tertullus* in Praefectura aerarii, & Conſulatu, Secundo collega, Aemiliae viae

 cu-

gius, & [1] pro veritate firmiſſimus, cenſuit ſeptingenta millia, quae [2] acceperat Marius, [3] aerario inferenda, Mario urbe Italiaque [4] interdicendum: Marciano hoc amplius, Africa. In fine ſententiae adjecit, Quod ego & Tacitus injuncta [5] advocatione diligenter & fortiter functi eſſemus, arbitrari ſenatum, ita nos feciſſe, ut dignum mandatis partibus fuerit. Aſſenſerunt Conſules deſignati, omnes etiam conſulares uſque ad [6] Pompejum Collegam: ille & [7] ſeptingenta millia aerario inferenda, & Marcianum in quinquennium relegandum, Marium [8] repetundarum poenae, [9] quam jam

curator fuit: ſummo neceſſitudinis vinculo pariter conjuncti. *Tertulli* & *Maximi* conſulatus meminit Ulp. ad legem Juliam de adulteriis. Sequens tamen Epiſtola demonſtrat *Tertullum* fuiſſe deſignatum Cos. cum *Nerva*, & Tertulliano Senatuſconſulto, quod factum eſt temporibus D. Adriani, Juſtinianus aſſerit traxiſſe appellationem a *Tertullo*. D. Auguſtinus irridendo auctor eſt, *Tertullum* virum gravem, & philoſophum, Aedilem futurum clamaſſe in auribus civitatis, inter caetera ſui magiſtratus officia ſibi Floram matrem ludorum celebritate placandam. Nam quae Jul. Capitolinus de *Tertulo* ſcribit, non de *Cornuto*, ſed ejus filio, vel alio dicta autumo. CATAN.

1 Pro *veritate firmiſſimus.*] Lindenbr. Oxon. & Bongarſ. *veritate firmiſſimus*, ſine Praepoſitione, quae tamen hic ita neceſſaria eſt, ut apud Criſp. Iug. cap. XXVIII. n. 5. *Firmiſſimus* contra *pericula & inſidias.* quo loco alia notamus. Cicero pro Milone cap. XXXIII. *Vir & in rep. fortiſſimus*, *&* in *ſuſcepta* cauſſa firmiſſimus.

2 *Acceperat.*] A Martiano. Nam trecenta non potuerant ſatis probari Honorato morte intercepto. CATAN.

3 *Aerario.*] In pecuniam publicam reponenda. Non enim erant reſtituenda Martiano obnoxio majoribus ſuppliciis, quod ea ſumma necem equitis Rom. emiſſet. Aerarium erat, quo publica pecunia per Praefectos referebatur, ſicut Fiſcus quo Principis tantum. Dictum ab aere: nam ante argentum, ac pene etiam aurum, in precio fuit aes. Erat autem Saturni aedes, quod tempore, quo Italiam incoluit, fertur in ejus finibus nullum eſſe furtum commiſſum, & quod ſub illo nihil erat cujuſque privatum. ideo apud eum locaretur populi pecunia communis, ſub quo fuiſſent cunctis univerſa communia. An quod fructuum inventor & agricolationis eſſe credatur? fructuum vero copia ac venditio pecuniam gignat? Haec ex Plinio ſen. Macrobio, & Plutarcho. IDEM.

4 *Interdicendum.*] Marium. Uſitatius dicitur *interdico Mario urbe*, quam *urbem*, ſicut, *interdico tibi aqua & igni*, quam *te aqua & igni.* interdum tamen accuſativo jungimus diverſis modis. Nam idem Lib. V. *Interdicendum ei advocationem* dixit. Apud Senecam ter idem dicendi genus notamus, *poſſeſſionem interdico tibi*, *& illi domum meam interdicam*, *& non interdicit ſibi ac ſuis admirationem.* At Julius Caeſar, *Arioviſtum* inquit *omni Gallia Rom. interdixiſſe. Edico* & *interdico* differunt: *edicimus*, quae jubemus: *interdicimus* vero, quae vetamus. Itaque Praetoris edicta & interdicta dicuntur. Tacitus inſuper pro *interdici aqua & igni*, uſus eſt *arceri.* IDEM.

5 *Advocatione.*] Accuſatione demandata a Senatu. Nam Advocatus commune verbum eſt tam accuſatoris quam defenſoris, qui ſi inutilis foro extitiſſet, vulgo Cauſidicus dicebatur. Fabius. IDEM. Mediceus, Bongarſ. & Arnzen. *advocatione diligenter* & fortiter *functi eſſemus*, non *fortiterque*, quod eſt in omnibus vulgatis.

6 *Pompejum Collegam.*] Apud Joſephum Lib. VII. falſo legitur *Collegas* pro *Collega*, *Vix*, inquit, *motus eorum potuit reprimere*, *Collega adhuc juvenis*, *Legatus*, *poſtulans ſibi praemitti ad Caeſarem geſta.* CATAN. *Collegam.*] Scribe *Collegam*, & ita deinceps ſemper in hac epiſtola. CASAUB.

7 *Septingenta millia*, quae acceperat Marius, *aerario inferenda.*] Ita cunctae Edd. Contra MSS. noſtri omnes omnino, item Bodleiani & Lincoln. quos Hearne excuſſit, tres voces *quae acceperat Marius* prorſus excludunt. & merito quidem: ſiquidem repetita ſunt iſta ex loco ſuperiore n. 19.

8 *Repetundarum poenae.*] Ut quadruplum ablati perſolveret, nec exularet. CATAN.

9 *Quam jam paſſus eſſet.*] Sic omnes editiones & Pal. Iverim tamen pedibus in ſagaciſſimi viri Petri Fabri ſententiam, cenſentis illa, *quam jam*

paſſus

jam paſſus eſſet, cenſuit relinquendum. Erant in [1] utraque ſententia 21
multi, fortaſſe etiam plures in hac vel ſolutiore vel molliore. Nam quidam ex illis quoque, qui Cornuto videbantur aſſenſi, hunc, qui poſt ipſos cenſuerat, ſequebantur. ſed quum fieret [2] diſceſſio, qui [3] ſellis 22
Conſulum aſtiterant, in Cornuti ſententiam ire coeperunt. Tum illi, qui ſe Collegae [4] adnumerari patiebantur, [5] in diverſum tranſierunt, Collega cum paucis relictus. Multum poſtea de impulſoribus ſuis, praecipue de Regulo, queſtus eſt, qui ſe in ſententia, quam ipſe [6] dictaverat, deſeruiſſet. Eſt alioquin Regulo tam mobile ingenium, ut [7] plurimum audeat, plurimum timeat. Hic finis cognitionis am- 23
pliſſimae, ſupereſt tamen [8] λειτούργιον non leve, [9] Hoſtilius Firminus, [1] legatus

paſſus eſſet, eſſe mali alicujus interpretis. Rationes ſuas dilucide promſit Lib. II. Semeſtrium cap. XXV. Gruterus & Buchnerus. Noſtri Codd. retinent *quam iam paſſus eſſet*, & Petrus Faber immerito verba illa ſuſpecta facit. Vidimus ſupra n. 5. & 6. datos eſſe judices Mario, eos autem damnaſſe Marium n. 13. indicat: neque enim de Marciano iſta intelligi poſſunt. Vere itaque poenam iam paſſus erat. Si vero properantius iſta acta videntur, cogitandum, quod Marius ipſe ad illam poenam repetundarum feſtinaverit, n. 2. quo ſe alii cognitioni ſenatus ſubduceret.

1 *Utraque.*] Tertulli & Collegae. Catan.

2 *Diſceſſio.*] Fiebat Senatusconſultum duobus modis, aut per diſceſſionem, ſi conſentiretur: aut ſi res dubia eſſet, per ſingulorum ſententias exquiſitas. *Gellius.* Ad illam conſuetudinem alludens Apulejus dixit: *Non pedibus, ſed totis animis latrones in ejus vadunt ſententiam.* At Cicero rem ipſam notavit: *Proſpiciebatur*, inquit, *in Hortenſii ſententiam multis partibus plures ituros.* Sed Fl. Vopiſcus *manuum elevationem* ſuperioribus modis addidit. Poſt haec interrogati plerique Senatores ſententias dixerunt: deinde aliis manum porrigentibus, aliis pedibus in ſententiam euntibus, pleriſque verbo, conditum eſt Senatusconſultum. Qui pedibus ſententiam ferebant erant viliores, & ii *Pedarii Senatores* vocabantur. Vide Tacitum Lib. III. Suffragia per elationem manuum pluribus Suidas exequitur. Catan. Lege infra Lib. VIII. Epiſt. XIV. n. 19. & quae nos ad Salluſt. Cat. cap. L. n. 4. Male Helmſtad. & Arnz. *cum fieret diſſenſio.*

3 *Sellis Conſulum.*] Juxta Conſules, qui in ſellis ſedebant curulibus, aut tribunalibus. Hi majora judicia ſecundum Aſconium exercebant, ut Conſules & Praetores, ſicut qui in ſubſelliis, minora, ut Tribuni, Triumviri, Quaeſtores. Erant autem ſellae quatuor pedum. Vopiſcus in Firmo dicitur habuiſſe duos dentes elephanti pedum denum, e quibus Aurelianus ipſe ſellam conſtituerat facere, additis aliis duobus. Sellarum inventores fuerunt Ethruſci. Erant praeterea ſellae familiares, quibus ad uſum domeſticum utebantur, ut Varro in agricult. ſcribit. Catan.

4 *Adnumerari patiebantur.*] Numerabantur enim ſententiae, non ponderabantur, quod Noſter Epiſt. ſequente queritur. Buchner.

5 *In diverſum tranſierunt.*] Nam cum diverſae ac diſcrepantes ſententiae eſſent, mos erat, ut auctores illarum diverſas ſubſelliorum partes tenerent, in quas concederent, qui ſentirent una, & inde diſcederent, qui diſſentirent. Unde formula illa, qui Conſul diſceſſionem hujuſmodi permittebat, QUI HAEC SENTITIS, IN HANC PARTEM: QUI ALIA OMNIA, IN ILLAM PARTEM ITE, QUA SENTITIS. Vide Noſter Lib. VIII. Epiſt. XIV. Idem.

6 *Dictaverat.*] Compoſuerat. Nam *dictare* quantum ex Lib. V. Epiſtolarum Senecae colligere poſſumus hoc differt a *dicere*, quod *illud* eſt tarde, & divulſe enunciare, quae alius excipiat: *hoc* eſt continue & uno tenore orare. Quanquam etiam *dictare* pro continenter dicere uſurpetur, ſicut Trebellius Pollio: *Non ſcribo, ſed dicto, & dicto cum ea feſtinatione ut reſpirandi non habeam facultatem.* Catan.

7 *Plurimum audeat.*] Cum audebat, omnium audaciſſimus, cum timebat, omnium timidiſſimus erat. Idem.

8 *Λειτούργιον.*] Officium pertinens ad remp. Inde recentiores Λειτουργίαν, ſacrificium publicum, quam *miſſam* vulgo appellant. Potius facit ut λειτούργιον ſcribatur, & interpretentur quidam tenue & leve miniſterium. Idem. Λειτούργιον.]

[1] legatus Marii Priſci, qui [2] permiſtus cauſae, graviter vehementerque vexatus eſt. Nam & [3] rationibus Marciani & ſermone, quem ille habuerat in ordine [4] Leptitanorum, operam ſuam Priſco ad turpiſſimum miniſterium commodaſſe, [5] ſtipulatuſque de Marciano [6] quinquaginta millia denarium [7] probabatur: ipſe praeterea accepiſſe [8] ſeſtertium decem millia, foediſſimo quidem [1] titulo

Negotium pertinens ad Rempubl. vel negotium publicum. Ita enim malo, quam, Officium aut miniſterium pertinens ad Rempubl. STEPHANUS. Bongarſ. λιτȣγιον Riccard in Indice ΔΙΗϹΥΡΓΙΟΝ ſcribit principio nempe Epiſtolae ſequentis. Mediceus ΜΠΟΧΡΓΙΟΝ, ſed Epiſt. ſeq. ΛΙΙΤΟΥΡΓΙΟΝ habet,

9 *Hoſtilius Firminus.*] Neminem legimus *Hoſtilium Firminum* circa illa tempora. CATAN. *Hoſtilius Firminus* Mediceus aliique MSS. Male nonnulli impreſſi *Firmus*; Helmſtad. *Firmius.*

1 *Legatus.*] Qui Proconſulis imperio parebat, ut magiſter Equitum Dictatoris. Quare Apulejus Conſularem in Legato auctoritatem dixit. is enim, ſi aberat Proconſul, vicarias vices agebat. Aliae autem ſunt Legati partes, aliae Proconſulis. ille omnia agere ad praeſcriptum, hic libere ad ſummam rerum conſulere debet. Nam Legatus ſecundum Ulp. accipit juriſdictionem a Proconſule ſuo: ſi quid tamen erit, quod majorem animadverſionem exigat, remittere Legatus ad Proconſulem debet: neque enim animadvertendi, vel coercendi, vel atrociter verberandi jus habet. At Cajus, *Caeſar aequata Legati potentia, ſuo Proconſuli, Proconſulare jus minuit, & Legatorum auxit.* CATAN.

2 *Permiſtus cauſae.*] Conſcius & miniſter rapinarum Marii. Nam in comites judicum, qui repetundarum rei ſunt, lege Julia judicium datur. Auctor Marcellus JC. IDEM.

3 *Rationibus.*] Calculis & computis ſeptingentorum millium, dum per haec Romani Equitis plura ſupplicia emeret. IDEM.

4 *Leptitanorum.*] Leptis in Africa, Tyriis, ut Carthago, ut Utica condita: immunis ac libera, Hirtio tradente: Neapolin dictam teſtatur Strabo. Prius in ditione Carthaginenſium fuit, quibus ſingula talenta quotidie pendebat, poſt ad Maſiniſſam, deinde ad Romanos pervenit. Livius. IDEM.

5 *Stipulatuſque de Martiano.*] Obligaſſe Martianum nomine Marii. Nam ſtipulari eſt obligare alium interrogando. Seneca: *Utinam nulla ſtipulatio emptorem venditor obligaret.* Interprete Ulpiano generaliter novimus *turpes ſtipulationes nullius eſſe momenti.* Poſſumus igitur exponere ſtipulatum Firminum de Martiano quod obligationem ſcriptis notaſſet, quam Martianus fecerat Priſco ad ſummam quinquaginta millium denariûm. *Stipulari* enim interrogare ſignificat, quod obſervant etiam nunc notarii in obligationibus. Et *ſtipulatio*, Pomponio teſte, *eſt verborum conceptio: quibus is qui interrogatur, daturum facturumve ſe id quod interrogatus eſt, reſpondet.* IDEM.

6 *Quinquaginta millia denariûm.*] Denariûm pro denariorum uſitata dicendi forma. *Denarius*, inquit Plutarchus, *ex decem aereis erat.* Pariter Varro de Latinitate, & Feſtus & Plin. ac Priſcianus inquit: *Denarius olim decuſſis valebat, & decem librarum nummus erat.* Vitruvius in denarios. denos aeris conſtituiſſe antiquitatem aſſerit, & ea re compoſitionem nominis ad ſuam uſque aetatem denarium retinere: quamvis ſtatim ſubjiciat, aereum denarium valuiſſe XVI. aſſes. Gellius denarium valuiſſe quanti drachmam oſtendit. IDEM. Voſſ. Helmſt. Bongarſ. & Arnz. *denariorum* ſcribunt, nec aliter Gryphius.

7 *Probabatur ipſe: praeterea.*] Diſtinctio haec mihi prava videtur. Mallem *ipſe* coniungere cum *praeterea.* Sententia eſt, ſtipulatum ſummam a Marciano, ſed pro Priſco, cui hanc operam commodaverat; ipſum autem pro ſe accepiſſe ſummam aliam. SCHEFFER. Favent Scheffero plerique Codd. Sed iam Gryphius aliique ita, ut ille voluit, diſtinxerunt. Mediceus *probatur.*

8 *Seſtertium decem millia.*] Opinor *millia* tollendum, Nam fidem excedit, niſi ſecundum Feſtum velimus dicere ſeſtertium quartam partem denarii dictam. & Plin. ſcriptum reliquit ſcrupulum olim valuiſſe ſeſtertiis vicenis, quod efficit in libras ratione ſeſtertii qui tunc erat, ſeſtertios novenos. Nec negaverim ſeſtertium in maſculino fuiſſe longe minoris, quam neutro genere, quod declaratur ſeqq. auctoritatibus. *Valerius* equitibus ſingulas libras argenti & quingentos ſeſtertios dari imperavit. *Tranq.* in Caeſ. Dictatore ſcribit, eundem annuam habitationem uſque ad bina millia nummûm (quae procul dubio faciunt duo ſeſtertia) in Italia non ultra quingenos ſeſtertios remiſiſſe. Sic Fabium Valentem tradit *Tacitus* addidiſſe tricenos ſingulis militibus ſeſtertios, ubi

[1] titulo, [2] nomine unguentarii, qui titulus a vita hominis compti ſem-
per & [3] pumicati non abhorrebat. Placuit cenſente Cornuto referri 24
de eo proximo Senatu: tunc enim caſu incertum, an [4] conſcientia,
abfuerat. Habes res urbanas: invicem ruſticas ſcribe, quid arbuſcu- 25
lae

ubi ſane longe minoris eſt. *Juſtinianus in Inſtit.* pro re minima ſeſtertium poſuit, ut pro mille ſeſtertiis unus aureus computetur, & *Plutarchus in M. Antonino* (niſi menda eſt) cuidam ex amicis dari juſſerat millia viginti quinque. hoc Romani decies ſeſtertium appellant, quanquam *Aruntius apud Priſcianum* inquit, ſeſtertius olim dupondius & ſemis, id eſt, duae librae & ſemis, quaſi ſemiſtertius, quo tempore denarius decuſſis valebat: hoc eſt poſt duos ſequens tertio loco eſt ſemis. duobus enim & ſemis antiquus ſeſtertius eſt. & veteris conſuetudinis ut retro aera dicerent, ita ut ſemis quintus, ſemis quartus, ſemis tertius nunciarent: ab ſemis tertius *ſeſtertius* dictus: cui aſtipulantur Varro, Seneca, & Feſtus. CATAN. Haec hodie, poſt virorum doctorum, maxime Io. Fr. Gronovii, commentationes tironibus notiora ſunt, quam ut multis debebant illuſtrari. Ceterum Bongarſ. Voſſ. Helmſt. & Arnz. *ſeſtertia* ſcribunt, quomodo & Gryphius; cum tamen immane quantum differant *ſeſtertia decem millia*, & *ſeſtertium decem millia.* Mediceus *decim* ſcribit, pro *decem.*

1 *Titulo.*] Inducenda videtur vox *titulo*, reſcribendumque *foediſſimo quidem unguentarii nomine: qui titulus, &c.* GRUTER. At omnes Codd, vulgatam lectionem ſervant, & emendatio ipſa violenta nimis eſt, utpote quae non modo vocabulum expungit, ſed & duo alia tranſponit. Ipſe in tanto conſenſu librorum nihil mutandum cenſeo, ſed potius interpretatione duriuſculum illud molliendum. Addas itaque *nempe*, hoc pacto: *foediſſimo quidem titulo*, nempe *nomine unguentarii*, nam hac ratione optimos ſcriptores ſeſe explicare, obſervavimus ad Cicer. IV. Fam. Epiſt. VII. n. 5. Similiter Iuſtinus Lib. XIII. cap. VII. n. 2. *Cum* ad oraculum Delphos *deum deprecaturus veniſſet.* Vide ſupra ad Lib. I. Epiſt. II. n. 1. Miror autem, virum doctum propterea nomen *titulo* ſuſpectum habuiſſe, quia excipit *qui titulus*: quaſi non centies apud Caeſarem legatur *iis locis*, *quae loca*; *eo die*, *qui dies* & alia ad eamdem formam. Ipſe Tullius II. Verr. cap. XV. *Interea* dies *advenit*, *quo* die *ſeſe ex inſtituto* cet. cap. LXXIV. *Erant haec ex eo* genere, *quod* genus *maxime ex ſociorum litteris reperire cupiebam.* Pro Sext. cap. XLV. *Duo* genera *ſemper in hac civitate fuerunt ... quibus ex* generibus *alteri*, cet. Lib. IX. Fam. Epiſt. XIII. n. 2. *Oppreſſus eſt enim* bello *repentino*, quod bellum *commotum a Scapula.* Lib. XIII. Epiſt. LVIII. *Is* cauſſam *habet*, quam cauſſam *ad te deferet.* Et aliis locis pluribus. CORTE.

2 *Nomine unguentarii.*] Tanquam ſi *Martiano* unguentum vendidiſſet: quod hodie faciunt honeſtiores foeneratores, nomen rei, non rem ipſam vendentes. Cavetur autem principalibus conſtitutionibus, ne qui provinciam regunt, quive circa eos ſunt, negocientur, mutuamve pecuniam dent, foenuſve exerceant. CATAN. Nomine donationis a provincialibus legato factae ad unguenta. Donativum enim eſt *unguentarium*, ut *clavarium.* Sic interpretatur Lipſius ad Taciti III. Hiſt. cap. L. BARTH. Tamquam ſi Marciano unguentum vendidiſſet, inquit Catanaeus. quae explicatio ſine dubio eſt falſa. Quomodo enim hoc conveniet cum vita hominis comti & pumicati? an vendere nemo unguenta poteſt niſi pumicatus? *Unguentarium* ergo dici puto pecuniam, quae cui datur pro comparando ſibi unguento, quemadmodum & *calcearium* tali ſenſu legimus apud Sueton. Veſpaſ. cap. VIII. ubi de curſoribus claſſiariorum: *petebant conſtitui ſibi aliquid* calcearii *nomine.* Adde Torrentium ad hunc locum, ubi docet pariter *clavarium*, *camelarium*, *vaſarium* apud Tacitum, Ammianum, Ciceronem ipſum ita poſitum reperiri. SCHEFFER. Sic etiam Muretus Lib. XII. Var. Lect. cap. V. interpretatur pecuniam, quam quaſi pro unguentis exegerat: & componit *linguarium*, *vaſarium*, *cerarium*, *ſalarium*, *hordearium uxorium.*

3 *Pumicati.*] Molles, pumice laevigati. CATAN. Sidonius Lib. I. Epiſt. VII. *Paullo ante detonſus* pumicatus*que.* Et Lib. VIII. Epiſt. III. *Inter ſatrapas regum tiaratorum myrrhatos*, pumicatos, *malobatratos.* ad quae loca plura Io. Savaro.

4 *Conſcientia.*] Qui ſe participem rapinarum *Marii* ſciret: ideo cum hoc cognoſceretur ſponte abfuerit a diſquiſitione. CATAN. Arnzen. *Affuerat*; Mediceus *afuerat*, quomodo antiqui ſolebant ſcribere. Vide interpretes ad Valer. Flacc. Lib. III. vs. 629.

— — — *unum tanto* afore *coetu.*

Oxon. *caſu incertum*, *an conſcius.*

1 *Quid*

lae tuae, quid vineae, [1] quid ſegetes agant, quid oves delicatiſſimae. [2] In ſummam, niſi aeque longam epiſtolam reddes, non eſt quod poſtea niſi breviſſimam exſpectes. *Vale.*

XII. C. PLINIUS ARRIANO SUO S.

Noto jam per ſuperiorem epiſtolam argumento, ſignificat quem finem cognitio Firmini habuerit.

ΛΕΙΤΟΥ΄ΡΓΙΟΝ illud, quod ſupereſſe Marii Priſci cauſae proxime ſcripſeram, neſcio an ſatis circumciſum, [3] tamen & abraſum eſt.
2 Firminus inductus in Senatum [4] reſpondit crimini noto. Secutae ſunt diverſae ſententiae Conſulum deſignatorum. Cornutus Tertullus cenſuit [5] ordine movendum: acutius [6] Nerva, [7] in ſortitione provinciae rationem ejus non habendam: quae ſententia, tanquam [8] mitior,
3 vicit. cum ſit alioquin [9] durior triſtiorque. Quid enim miſerius [1] quam

1 *Quid ſegetes* agant.] Mediceus *agat.* male. *Agere* de inanimis dixit, ut Lib. I. Epiſt. III. n. 1. *Quid* agit *Comum tuae meaeque deliciae?* cet.

2 *In ſummam.*] Sic Mediceus, vulgo *in ſumma.* Diximus ad Lib. I. Epiſt. XXII. n. 6.

3 *Tamen & abraſum eſt.*] *Abraſum* plus eſt quam *circumciſum.* Res enim circumciſas porro abradere ſolemus. Contrarias notiones adfinxit verbis vir doctus. Gryphius edidit *adraſum eſt.*

4 *Reſpondit crimini noto.*] Mendoſa verba ſunt. BARTH. Nihil hic mendoſum. Crimen notum intelligit ex Epiſt. ſuperioris n. 23.

5 *Ordine movendum.*] Prohibendum ne ingrederetur Senatum, dignitate Senatoria privandum. CATAN. Vide ad Salluſt. Cat. cap. XXIII. n. 1. *Quem Cenſores* ſenatu *probri gratia* amoverant.

6 *Nerva.*] Conſul deſignatus, non Imperator. *Trajanus* ipſe enim praeſidebat. Fuerunt autem plures *Nervae*, quorum quietem Martialis commendat. CATAN.

7 *In ſortitione provinciae.*] Dum Senatus ſortiretur provincias, quarum ſortitione Senatorii viri ad eas regendas mittebantur. IDEM. Adi Budaeum ad Pandect. pag. 329. BARTH.

8 *Mitior.*] Quia non movebatur ordine, & ſane erat mitior: nam ſi motus Senatu fuiſſet, ex *Caſſii Longini* ſententia propter turpitudinem, judicare vel teſtimonium dicere non poterat, quia lex Julia repetundarum haec fieri vetat. Hinc non mirum, ſi tantum haec ſententia a *Secundo* reprehenditur, tanquam contra Juliam legem. CATAN.

9 *Quam exectum.*] Nihil variant libri, niſi quod quidam *exactum.* Faber Lib. II. Semeſtr. cap. 16. malebat, *exutum & exemtum.* non abſurde. GRUTER. Et recte, ut arbitror. Nam multo honeſtius iſtud altero eſt. BUCHNER. Faber mallet *exutum & exemtum*, quod Buchnero probat. Verum quia Codices diſſentiunt, contra unus eſt, qui habet *exactum*, plane puto ſic fuiſſe ſcriptum. *Exactus* enim idem ac expulſus. SCHEFFER. *Exactum* etiam Barthio placet, & Gryphius aliique in margine oſtentant. MSS. tamen uno ore *exſectum*, vel *exectum* occinunt, a quibus ego quidem haud temere diſſenſerim. Abs Tullio ſuo dictionem repetiiſſe videtur. Ita ille VIII. Philipp. cap. V. *In corpore ſi quid eiusmodi eſt, quod reliquo corpori noceat, uri, ſecarique patimur... ſic in reip. corpore, ut totum ſalvum ſit, quidquid eſt peſtiferum* amputetur. Hinc Idem pro Sext. cap. LXV. *Hi medentur reip. qui* exſecant *peſtem aliquam, tamquam ſtrumam civitatis.* Ubi interpretes conſulendi, qui Livium etiam ſimili notione *perſecare* adhibuiſſe oſtendunt. Hinc & Rutilius l. Itiner. vs. 311.

Quidquid id eſt, mirus Latiis annalibus ordo,
Quod Lepidum *toties* recidit *enſe malum.*

Eſt & altera ratio, cur Plinius *exſectum & exemtum* coniunxerit. Illius nempe aevo *exſecare mares*, & *eximere teſticulos* de eunuchis ſollemniter dicebant, eaque de cauſſa haec tanto facilius

quam exſectum & exemptum honoribus ſenatoriis, labore & mole-
ſtia non carere? quid gravius, quam tanta ignominia affectum, non in
ſolitudine latere? ſed in hac [1] altiſſima ſpecula conſpiciendum ſe mon-
ſtrandumque praebere? Praeterea, quid publice minus aut [2] con- 4
gruens, aut decorum: [3] notatum a Senatu in Senatu ſedere? ipſiſque
illis, a quibus ſit notatus, [4] aequari? & ſubmotum a [5] Proconſulatu,
quia ſe in legatione turpiter geſſerat, de Proconſulibus judicare? da-
mnatumque ſordium, vel damnare alios vel abſolvere? Sed hoc [6] pluri- 5
bus viſum eſt. numerantur enim ſententiae, non ponderantur: nec
aliud in publico conſilio poteſt fieri, in quo nihil eſt tam [7] inaequale,
quam [8] aequalitas ipſa. nam cum ſit impar prudentia, par omnium jus
eſt. Implevi promiſſum, [9] priorisque epiſtolae fidem exſolvi, quam 6
ex

lius coniunxit. Sunt certe & aliae duriores Translationes obviae apud Noſtrum, cur non & illam feramus? CORTE.

1 *Altiſſima ſpecula.*] Curia, quam propter frequentiam & dignitatem Senatorum tranſlative *altiſſimam ſpeculam* appellavit. CATAN. Rationem huius dicti legas apud Salluſt. Cat. cap. LI. n. 12. ubi & Hieronymi verba adſcripſimus, qui illuſtres viros *in ſpecula* conſtitutos eſſe dicit. Sic & Symmachus Lib. I. Epiſt. XXVI. *Vir in* ſpecula *honorum locatus.*

2 *Congruens, aut decorum.*] Ita animandam duxi ſententiam. Recentiores enim editiones, ut juvarent credo ſenſum, objecerant nobis: *decorum, quam notatum, &c.* quae vox nec in Pal. aut edit. Vet. Iidem etiam admiſcuerant infra verbum *lenius*, quod in nullis vetuſtioribus: *Sed hoc pluribus lenius viſum, &c.* itaque ibi quoque abjecimus. GRUTER. Mediceus: *quid* ſubplice *minus aut congruens, aut decorum, notatum* cet. corrupte. Gryphius *congruum* edidit, contra librorum, certe noſtrorum, fidem, qui etiam omnes *quam* omittunt.

3 *Notatum a Senatu.*] Vide ad Livium Lib. XXVII. cap. XXV. GRONOV. Omnes noſtri, etiam Riccard. cuius ſuffragio hic etiam uti licet, *notandum a ſenatu.* Unus Mediceus veram lectionem *notatum*, ſervavit. De nota Senatus, praeter Gronovium l. c. legas licet Abram. ad Cic. II. Philipp. cap. XXII.

4 *Aequari.*] Habere aequale jus dicendae ſententiae. CATAN. Mox Copulam *&* ex Mediceo, Helmſt. & Bongarſiano adiecimus: *& ſubmotum*, quae vulgo deſiderabatur. Quidam etiam, ut Voſſian. & Helmſt. infra: *damnatum ſordium*, ſine Copula.

5 *Proconſulatu.*] Ab adminiſtratione provinciae, ſeu Proconſulari imperio. Nam qui in populi provincias (quanquam & in Imperatorum quandoque) mittebantur, ad regendum illarum ſtatum, *Proconſules* appellabantur. BUCHNER.

6 *Pluribus.*] Majori parti Senatorum. Nam quod major pars curiae efficit, pro eo habetur, ac ſi omnes egerint. *Scaevola.* An *pluribus.*) Impudentioribus. Sapientes enim rariores ſunt. Unde Liv. in praef. ſecundi belli Punici dicit, *ut plerunque fit, major pars meliorem vicit.* Et Graecum ad hoc proverb. τῶν πλειόνων ψῆφος νικᾷ, id eſt, Plurium ſuffragium vincit. CATAN. Gryphius cum paucis: *ſed hoc pluribus* lenius *viſum*, contra omnes Codd. noſtros, & damnavit iam ſupra Gruterus. Perperam autem haeſitat Catanaeus circa *plures.* Omnino maior pars Senatus intelligenda, ex cuius ſententia decernebatur. Adludit Seneca IV. de Benef. cap. XXI. *Conſcientia cum ingentem ex altera parte turbam contra ſentientium adſpexit*, non numerat ſuffragia, *ſed una ſententia vincit.* & de Vita Beata cap. II. princ. *Cum de vita beata agitur, non eſt, quod mihi illud diſceſſionum more reſpondeas.* Haec pars maior eſſe videtur. *ideo enim peior eſt.* ibi alia ſuppeditant Lipſius & Gruterus. Barthius praeterea adſcripſerat Budaeum ad Pandect. pag. 244. & 271. Supra *ſolvere*, pro *abſolvere*, habet Oxonienſis.

7 *Inaequale.*] Iniquum, quia alii prudentes, alii inſipientes. CATAN.

8 *Aequalitas.*] Quod unuſquiſque Senator aequale jus ſuffragii habeat: erat in Senatoribus idem jus, ſed diſpar prudentia. IDEM.

9 Priorisque *epiſtolae f. e.*] Mediceus: priorique *epiſtolae fidem exſolvi*, quod defendi poteſt. Debebat enim hoc Plinius non minus *priori* epiſtolae

ex ſpatio temporis jam recepiſſe te colligo. nam & feſtinanti & dili-
7 genti tabellario dedi, niſi quid impedimenti in via paſſus eſt. Tuae nunc partes, ut primum illam, deinde hanc [1] remunereris literis, quales iſtinc redire uberrimae poſſunt. *Vale.*

XIII. C. Plinius [2] Prisco Suo S.

Voconium Romanum, majoribus clarum & virtutibus ſuis, praeſertim eruditione, Priſco commendat ſumma arte & gratia.

ET tu occaſiones obligandi me avidiſſime amplecteris, & ego ne-
2 mini libentius debeo. Duabus ergo de cauſis a te potiſſimum petere conſtitui, quod impetratum maxime cupio. Regis exercitum ampliſſimum, hinc tibi beneficiorum larga materia: longum praeterea
3 tempus, quo amicos tuos exornare potuiſti. Convertere ad noſtros,
[3] nec hos multos. Malles tu quidem multos, ſed meae verecundiae ſufficit unus aut alter, ac potius unus. Is erit [4] Voconius Romanus:
4 [5] Pater ei in equeſtri [6] gradu clarus, clarior [7] vitricus, immo pater alius.

ſtolae, quam ipſa epiſtola promittens id debebat; atque ita Lucanus Lib. IX. vs. 98.

Exſolvi tibi, *Magne*, fidem, *mandata peregi.*

Per me tamen Vulgata non ſollicitetur. Vide ad Lucan. Lib. II. vs. 16.

Ergo ubi concipiunt, quantis ſit cladibus orbi
Conſtatura fides ſuperum.

Cicero XII. Fam. Epiſt. VII. n. 5. *Quod autem & in ſenatu pluribus verbis diſſerui, & dixi in concione, in eo velim* fidem meam *liberes.* ubi vide. Corte.

1 *Remunereris.*] Helmſt. & Arnzen. *remuneres.*

2 *Priſco.*] Sunt, qui *Julium Priſcum*, qui per Vitellium ad Praefecturam cohortis pervenit, intelligant. Qui propius vero accedunt, *Neratium Priſcum* temporibus Trajani JC. celeberrimum, auctore Pomponio, & Papiniano ac Secundo amicitia conjunctum, a quo Lib. III. fatetur ſe impetraſſe Tribunatum militarem. Hunc igitur *Priſcum Neratium Marcellum* Trajanus unice dilexit: adeo ut frequens opinio fuerit id animi fuiſſe Trajano relinquendi illum, non Adrianum ſucceſſorem imperii, multis amicis in hoc conſentientibus: uſque eo, ut *Priſco* aliquanpo dixerit; *Commendo tibi provincias ſi quid mihi fatale contigerit.* Hunc poſtea Adrianus in conſilio habuit, quem geſſiſſe Conſulatum cum Antonino teſtatur Venulejus ad legem Corneliam de ſicariis: & Pomponius de origine juris Conſulatus *Neratii* meminit. *Neratium* etiam *Aticilinum* inter JC. memorat Paulus, ſicut Ariſtonem legimus *Neratio Appiano* reſcripſiſſe. Neque crediderim *Statio Priſco* miſſam hanc epiſtolam: per quem ſub Antonino Philoſopho res proſpere ſunt geſtae, & bellum Parthicum adjuvantibus aliis duobus confectum eſt. Catan.

3 *Nec hos multos.*] Lindenbrog. Helmſt. & Voſſ. *nec hos* quidem *multos*, id quod Gryphius expreſſit. Optimi tamen Mediceus & Riccard. nihil mutant. Infra Riccard. *ad potius*; Voſſ. *ſed potius*; Lindenbr. & Bongarſ. *aut potius unus.*

4 *Voconius Romanus.*] De hoc Lib. I. ad Ep. V.

5 *Pater* ei *in equeſtri g. c.*] Sic optimi libri nulla, aut exigua varietate; & ſic ſupra Epiſt. IX. n. 4. *Nam pater* ei *Erucius Clarus*, ut nos ex membranis emendavimus. At Lindenbr. Helmſt. & Arnzen. *Pater* Plinii *in equeſtri g. c.* Quomodo Gryphius. Voſſ. *Pater* Plinii & *in equeſtri g. c.* Bongarſ. *Patre* plurimum *in equeſtri g. c.* Nugae merae.

6 *Gradu.*] Dignitate. Reſpexit ad id, quod Equi-

alius. nam [1] huic quoque nomini pietate ſucceſſit. Mater e primis
[2] citerioris Hiſpaniae: Scis quod [3] judicium provinciae illius, [4] quanta
ſit gravitas: [5] Flamen proxime fuit. Hunc ego, cum ſimul 5
ſtuderemus, arcte familiariterque dilexi. ille meus in urbe, [6] ille in
ſeceſſu contubernalis.[7] cum hoc ſeria, cum hoc jocos miſcui. Quid enim 6
[1] illo

Equites lege Roſcia in quartodecimo Theatri gradu ſedebant. CATAN.

7 *Vitricus.*] Cujus correlativum privignus, & quia nomen eſt inviſum ſicut *noverca*, correxit, patrem alterum dicendo. Modeſtinus *vitricum*, *novercam* & *privignum* ita circumſcribit: *Ex alia uxore natis, noverca dicitur matris vir, ex alio viro natus, vitricus appellatur; eorum uterque natos aliunde, privignos privignaſque vocant.* CATAN.

1 *Huic quoque nomine.*] Senſus eſt, ex vitrico condigne pater dici poteſt reſpectu pietatis & amoris in privignum *Voconium* quem adoptavit, quod ipſe ad Trajanum teſtatur: & tunc ſic legetur, *nam huic quoque nomine & pietate ſucceſſit. Mater e primis citerioris Hiſpaniae:* Verum ſi legatur, *nam huic quoque nomine matris pietate ſucceſſit*, erit ſenſus, *Voconius* accepit etiam nomen vitrici, quia ab eo fuerat adoptatus: unde merito alterum patrem vitricum appellavit. & hoc conſecutus eſt pietate eximia erga matrem. Dum enim illum Plinius petit promovere in Senatum, *Summa*, inquit, *pietate liberalitatem ſeſtertii quadringenties a matre meruit, & ſtatim patris haereditatem & adoptionem a vitrico.* CATAN. *Huic quoque nomini pietate, &c.*] Emendatio eſt a Pal. aſtipulantibus relectitiis editionibus. Primus intulit illud hactenus receptum: *Nam huic quoque nomine & pietate ſucceſſit*, Aldus Manutius Pater. GRUTER. Mediceus quoque, & Riccard. emendatam iſtam lectionem: *nam huic quoque nomini pietate ſucceſſit*, tuentur. Helmſt. *nomine pietate ſucceſſit* Lindenbr. & Bongarſ. *nam huius quoque nomini & pietati ſucceſſit*, & *huius*, pro *huic*, etiam in Voſſ. legitur. Praeterea in aliquot MSS. & impreſſis haec ſequentibus adhaerent: *ſucceſſit mater. E primis* cet. Unde illa Catanaei diſcrepans lectio provenit. Inde etiam Riccard. Bongarſ. Helmſt. cum Gryphio: *E primis* ipſe *citerioris Hiſpaniae.*

2 *Citerioris Hiſpaniae.*] Tarraconenſis, cujus veterem formam ſicut aliarum provinciarum ſcribit Plinius mutatam fuiſſe. Lege plura apud eundem & Strabonem, Diodorum, Juſtinum, qui ab Hiſpallo cognomentum ſumpſiſſe aſſerit. CATAN.

3 *Judicium illius provinciae.*] Nam ab ea plurimi viri clariſſimi fuerunt oriundi. Inde Pacatus, ubi Hiſpaniam laudat, *Haec*, ait, *duriſſimos milites, haec expertiſſimos duces, haec facundiſſimos oratores, haec clariſſimos vates parit: haec judicum mater, haec principum eſt.* Et ſane ſunt Hiſpani ingenio excuſſo. IDEM.

4 *Quanta ſit gravitas.*] Vulgatae omnes: *ſcis, quanta ſit gravitas.* Sed Mediceus, Oxon. Lindenbr. & Bongarſ. verbum *ſcis* ignorant, idque nullo ſenſus emolumento, immo invenuſte repetitur.

5 *Flamen.*] Dialis, quem majorem flaminem Patricii generis appellabant: minorem vero plebei. Nam inter quindecim flamines Dialis maximae dignationis erat: ſuper quo apud Liv. Plutarch. Gell. D. Auguſtin. Serv. & Macrob. multa offendes. CATAN. *Dialis* etiam eſt pro *dio* ut *flamen Dialis*, pro *Jovialis*, & Apuleio *Diale fulmen.* Inde & *ſub Dio*, quod alii dicunt *ſub Jove.* Eſt & Δῖον templum Jovis. *Salmaſ. ad Suet.* Flamines dicti a *filo*, quo utebantur, quaſi *Filamines.* In capite enim pileum habebant, in quo erat brevis virga, deſuper habens lanae aliquid. Quod cum per aeſtus portare non poſſent, filo tantum capita religare coeperunt. Nam nudis penitus capitibus eos incedere nefas erat, quanquam diebus feſtis pilea erat neceſſe accipere. vid. *Serv.* & *Marc. Donat.* A flamine *flaminium* eſt; ſic *flaminia* ſunt flaminum ſacerdotia, quanquam & *flamonii* vocem pro flaminio agnoſcant veteres gloſſae & inſcriptio Albae Juliae:

L. FL. VALENS.
OB HONOREM
FLAMONI
B. P. D.

Id *flaminicum munus* dicitur in alia inſcriptione. Vid. Sirmond. ad Sidon. conf. & Aul. Gell. in Noct. Lib. X. capite XV. VEENH. Vulgo dabant: *ipſe Flamen proxime fuit*; ſed illud *ipſe* deeſt Mediceo, Voſſ. Oxon. Bongarſ. Helmſtad. Arnzen. & iam Aldus & Sichardus neglexerunt.

6 *Ille in* ſeceſſu *contub.*] Mediceus: *ille in* ceſſu *contubernalis*, de quo vitio diximus ſupra ad Epiſt. I. n. 8.

7 *Cum hoc ſeria, cum hoc iocos miſcui.*] Eſt

 Enniana

[1] illo aut fidelius amico, aut ſodale jucundius? mira in ſermone, mira
7 etiam in ore ipſo vultuque ſuavitas. Ad hoc [2] ingenium excelſum,
ſubtile, [3] dulce, facile, eruditum in cauſis agendis. [4] Epiſtolas qui-
8 dem ſcribit, ut [5] Muſas ipſas latine loqui credas. amatur a me pluri-
mum, [6] nec tamen vincitur. Equidem [7] juvenis ſtatim juveni,
quan-

Enniana deſcriptio familiaritatis amicorum:

Cui res audacter magnas parvasque iocumque
Eloqueret.

Barth. Vide iſtam Ennii deſcriptionem apud Gellium Lib. XII. Noct. Att. cap. IV. ubi plura in hunc ſenſum. Formulam ipſam *iocos*, *ſeria miſcere*, abunde illuſtravimus ad Salluſt. Iug. cap. XCVI. n. 2. *Ioca atque ſeria cum humillimis agere*, quibus adde Daviſium ad Cic. II. de Fin. cap. XXVII. *At quicum* ioca, ſeria, *ut dicitur*, *quicum arcana*, *quicum occulta omnia?* Ex quo patet proverbialem locutionem fuiſſe.

1 Illo aut *fidelius amico.*] Sic reſcripſi auctoritate Medicei codicis. Vulgo erat: aut illo *fidelius amico.*

2 *Ingenium* excelſum.] Forte Plinius ſcripſit *ingenium exultum.* Barth. Eſt ſane in Helmſtad. *ingenium excuſſum*, ex quo Barthium defendas: ſed quamobrem diſplicet *excelſum?* Non magis, credo, diſplicere debet, quam *altum*, *erectum*, *ſublime*, *humile*, quae toties apud optimos leguntur.

3 *Dulce.*] Poteſt referri hoc verbum ſicut praecedens & ſubſequens ad epigrammata, quorum ſcriptorem fuiſſe teſtatur Apulejus. Catan. Putat Catanaeus ad epigrammata referendum, quorum ſcriptor fuerit. Atqui ſequitur in eadem periodo *in cauſſis agendis. Dulce* itaque intelligendum, quod opponitur aſpero, torvo, quale nonnullorum, cum ad diſceptationem veniunt. Scheffer. Cicero I. de Offic. cap. I. *Niſi forte Demetrius Phalereus in hoc numero haberi poteſt*, *disputator ſubtilis*, *orator parum vehemens*, dulcis *tamen*, *ut Theophraſti diſcipulum poſſis agnoſcere.* Idem in Hortenſio apud Nonium cap. IV. n. 218. *Quid enim aut Herodoto* dulcius, *aut Thucydide gravius?* & ſic ille ſaepius.

4 Epiſtolas *quidem ſcribit.*] Mediceus: Epiſtolis *quidem ſcribit*, non male, ut *carmine*, *verſu ſcribere.* Spartianus Adriano cap. XIV. *Nam & de ſuis dilectis multa* verſibus *compoſuit.* Cicero Lib. I. Epiſt. IX. n. 68. Scripſi *etiam* verſibus *tres libros de temporibus meis.* Similem varietatem apud eumdem reperias. Lib. III. Epiſt. III. n. 5. ubi nonnihil diximus. Adde notam ad Lucani Lib. IV. vs. 729.

5 *Muſas ipſas loqui credas.*] Cum volumus oſtendere orationem alicujus ſuavem, doctam, abſolutam, dicimus muſas diſciplinarum praeſides per os illius locutas. Nam ex Aelii Stilonis ſententia refert Fabius *Plautino ſermone locuturas fuiſſe muſas*, *ſi Latine loqui voluiſſent.* quod dubium exemit Secundus a Voconii ſcriptis, Latine dicens, loqui credas. Catan.

6 *Nec tamen vincitur.*] Quid eſt hoc *vincitur?* An vinci debet qui amatur? quae autem iſta debet eſſe victoria, vel quarum rerum? Niſi accipias de amore, quo ſuperantur alicuius merita, non video, quid haec velint: ut *vincitur* ſit idem ac, non amatur amplius, quam merita eius admittant. Non excedit, non ſuperat aut vincit amor iſta merita. quamquam ambigam, an ſe recte habeat ſcriptura. Scheffer. Immo nulla hic difficultas noſtro quidem animo. *Amatur a me plurimum*, *nec tamen vincitur* hoc ſignificat, a Voconio Plinium mutuo ita amari, ut eius amor maior eſſe videatur; Plinius eum ſaltem amore non ſuperet. *Vincere* & *vinci amore* eleganter dicitur, ut *duritia*, *beneficiis*, *munificentia vinci*, de quibus egimus ad Salluſt. Iug. cap. CX. n. 5. *Nam regem armis*, *quam* munificentia vinci, *minus flagitioſum.* Noſter Lib. IV. Epiſt. I. n. 5. *Nam* vinci in amore *turpiſſimum eſt.* Quomodo Origines περὶ εὐχῆς pag. 36. ἐμοὶ γὰρ τὸν δὲ πρέπει ΝΙΚΑΝ ἐν ταῖς εὐποιΐαις, καὶ χορηγεῖν πλείονα, ὧν αἰτῆσαι κεχώρηκε. Sic & Xenophon Cyropaed. Lib. V. pag. 327. αἰτοῦμαί σε, δός μοι τοὺς ἐμὲ τιμῶντας ΝΙΚΗΣΑΙ εὖ ποιοῦντα. & Lib. VIII. pag. 581. Καὶ τῷ μὲν δὴ μεγέθει δώρων ΥΠΕΡΒΑΛΕΙΝ, οὐ θαυμαστόν· τῇ δὲ θεραπείᾳ καὶ τῇ ἐπιμελείᾳ τῶν φίλων βασιλεύοντα ΠΕΡΙΓΕΝΕΣΘΑΙ, τοῦτο ἀξιολογώτερον. Phocylides Admonit. vs. 76.

ΝΙΚΑΝ εὖ ἔρδοντας ἐπὶ πλεόνεσσι καθήκει.

Phalar. Epiſt. XCVI. Φάλαριν γὰρ οὔτ᾽ εὖ ποιῶν τίς, οὔτε κακῶς ἐνίκησε. *Vincit* ergo, qui plus facit; *vincitur* qui minus praeſtat. Voconium quando *non vinci* dicit, eum aeque ardenter, aut etiam ardentius Plinium amare, indicat. Similiter dicunt *cedere amore*, *benevolentia*, & alia. Corte.

7 *Iuvenis* ſtatim *iuveni q.* potui *p. ae.*] Mediceus

quantum potui per aetatem, avidiſſime contuli, & nuper ab optimo Principe [1] trium liberorum ei jus impetravi. quod quanquam [2] parce & cum dilectu daret, mihi tamen, [3] tanquam liceret, indulſit. Haec beneficia mea tueri nullo modo melius, quam ut augeam, poſſum. praeſertim cum ipſe illa tam grate interpretetur, ut dum priora accipit, poſteriora mereatur. Habes qualis, quam probatus caruſque ſit nobis. Quem rogo pro ingenio, pro fortuna tua exornes. inprimis ama hominem. [4] Nam licet tribuas ei quantum ampliſſimum potes, nihil tamen amplius potes amicitia tua: cujus eſſe eum [5] uſque ad intimam familiaritatem capacem, quo magis ſcires, breviter tibi ſtudia, mores, omnem denique vitam ejus expreſſi. Extenderem preces, niſi & tu rogari

ceus: *Equidem iuvenis iuveni, quantum per aetatem, avidiſſime contuli*, excluſis vocibus *ſtatim* & *potui*. Mea ſententia τὸ *ſtatim* recte expungitur, *potui* autem bene ſervatur. Lib. III. Epiſt. XI. n. 5. *Quantum* licitum eſt *per aetatem*. Lib. I. Epiſt. XIV. n. 3. *Qui me ut* iuvenis iuvenem *familiariſſime diligit*. Lib. IX. Epiſt. XIII. n. 2. *Quod in ſenatu* ſenator ſenatori *manus intuliſſet*. Quamquam Mediceae lectioni patronos non defuturos credam.

1 *Trium liberorum jus.*] Quod impetrabatur ab iis qui parum felices in prole fuiſſent, de quo Martial. Lib. II.

Quod fortuna vetat Caeſar permitte videri,
Natorum genitor credat ut eſſe trium.

Et Secundus ad Trajanum, dum pro Tranquillo jus idem petit. *Parum*, inquit, *felix matrimonium expertus eſt, impetrandumque a bonitate tua per nos habet, quod illi fortunae malignitas denegavit.* Qui ergo id impetraſſent, in dignitatibus & muneribus anteponebantur carentibus liberis, Tranquillo & Juriſconſulto auctoribus. Et Dion inquit, in Auguſto, jus trium natorum dabatur mulieribus, quae tres peperiſſent, etiamſi ſtatim mortui fuiſſent, tradente Gellio, ad retribuendam partem aliquam gratiae: fruebantur enim per id honoribus & privilegiis a quibus ſteriles arcebantur. CATAN. Lege omnino de hoc iure Lipſium Excurſu ad Tacit. III. Ann. cap. XXV. Et Vertrunium Maurum ſingulari libro. Mediceus autem, Helmſt. Oxon. Bongarſ. & Arnz. Pronomen *ei* omittunt, quae Ellipſis non inuſitata eſt, quod declaravimus ad Lib. I. Epiſt. XVI. n. 4. Hic tamen voculam *ei* ſubſequens *ius* librariis ſubtraxiſſe videtur: quae ſi abeſt, oratio obſcura redditur. Voſſ. *liberorum* ſibi *ius impetravi.*

2 *Parce & cum delectu.*] Raris & bonis. Extat Trajani epiſtola, qua Secundo jus trium liberorum pro Tranquillo petenti reſpondit, ſe favere illius deſiderio, ſed nolle excedere numerum concedendi jus trium natorum, quem profeſſus fuerat apud Senatum. CATAN. Mediceus & Helmſtad. *parce & cum dilectu*, quae vera eſt ſcriptura. Vide ſis ad Lucani Lib. III. vs. 181.

Exhauſit totas, quamvis dilectus, *Athenas.*

3 *Tamquam* eligeret, *indulſit.*] Forte: *tamquam* gliſceret, *indulſit*. Sed latet aliud. BARTH. Latet certe aliud, atque *indulſit*, tamquam *eligeret* non bene cohaerent, etiamſi *eligere* verbum de ſingulari favore, ut infra Lib. X. Epiſt. XXIX. capias, uti quidem cepit Cl. Marckland. ad Statii V. Silv. II. vs. 175.

— — *tantisque* electus *ſuffice donis.*

Indulſit, inquam, non dilectum, ſed licentiam infert. Quare veriſſima eſt ſcriptura Medicei: *tamquam* liceret, *indulſit*, quam etiam Catanaeus in libris ſuis reperit. *Parce & cum dilectu dare* eleganter obiicitur τῷ *licenter*, ſeu *per licentiam dare*, quae promiſcue & nullo reſpectu largitur. *Licet* hoc ſenſu habes apud Lucan. Lib. VII. vs. 554. & paſſim. CORTE.

4 Nam *licet tribuas ei.*] Riccard. Lindenbr. Oxon. & Bongarſ. Ama *licet*, corrupte. Infra Riccard. Helmſt. & Arnzen. *nihil tamen amplius poteſt*, quae omnia Mediceus plane omittit: unde patet eum bis *potes* in exemplari legiſſe, & ſimilitudine verborum in iſtum errorem, ut saepiſſime, abſtractum eſſe.

5 *Usque* in *intimam familiaritatem.*] Sic ante nos legebatur, atque ita Seneca Epiſt. LXXXV.

rogari diu nolles, & ego [1] tota hoc epiſtola feciſſem. Rogat enim & quidem efficaciſſime, qui reddit cauſas rogandi. *Vale.*

XIV. C. Plinius [2] Maximo Suo S.

Centumvirales cauſas, tanquam obſcuras, & veterem formam non ſervantibus actionibus, per epiſtolam apud Maximum notat.

VErum opinaris, diſtringor centumviralibus cauſis, quae me exercent magis quam delectant. ſunt enim pleraeque parvae & [3] exiles. Raro

Certi ſunt domitores ferarum, qui ſaeviſſima animalia docent pati iugum: nec aſperitatem excusſiſſe contenti, usque in *contubernium mitigant.* Idem de Benefic. Lib. IV. cap. V. *Neque enim neceſſitatibus tantummodo noſtris proviſum eſt:* usque in *delicias amamur.* Lucanus Lib. VI. vs. 300.

—— *totus mitti civilibus armis*
Usque *vel* in *pacem potuit cruor.*

Sed Mediceus & Helmſtad. *usque* ad *intimam familiaritatem* praeſtant, & hoc ſperni non debet. Similiter Lib. III. Epiſt. VII. n. 7. *Erat φιλόκαλος* usque ad *emacitatis reprehenſionem.* Lib. X. Epiſt. IV. princ. Graviſſima valetudine usque ad *periculum vitae vexatus.* Spartianus Adriano cap. III. usque ad *ſummam peritiam & facundiam Latinis operam dedit.* Capitolinus Pio cap. X. *Nuptias filiae ſuae*... usque ad *donativum militum celeberrimas fecit.* Vopiſcus Saturnin. cap. VII. *Novarum rerum* usque ad *cantilenas publicas cupientes.* Gellius Lib. XV. cap. II. *Erat autem nihili homo & nugator* ... *praeterea vini libidine* ad usque *ludibria ebrioſus.* Hegeſippus Lib. II. cap. X. extr. *Metilius ipſe praefectus militum rogando & obſecrando, ſimul pollicens* usque ad *circumciſionem quoque Iudaeum futurum, ſolus reſervatur.* Sic capio iſta Lucani Lib. V. vs. 112.

—— *Heſperii ſcrutator* ad ultima *fati.*

Satis haec de formula: neque crediderim, quia de *intima* familiaritate ſermo eſt, quemquam eo proceſſurum, ut propterea vulgarem Praepoſitionem tueatur. nam eodem iure, eademque vi argumentabimur, *in intimam* vel auribus odioſum eſſe. Corte.

1 *Tota* hac *epiſtola feciſſem.*] Emendavi: *tota* hoc *epiſtola feciſſem*, quod vel ſequentia exigunt: cum contra *hac* langueat, & nihil paene ſignificet. Firmant emendationem noſtram MSS. Bongarſ. Helmſt. & Arnz. atque tralatitium eſt, auctores per *idem facere*, *hoc facere*, *quod fecit* praecedens verbum, ut hic eſt *rogare*, repetere ſolere, quod nos alibi pluribus comprobavimus. Librarii autem morem ſuum ſecuti ſunt, & proximo vocabulo illud *hoc* adcommodarunt, ex quo fonte infinitae depravationes ortae ſunt, ſicuti oſtendimus ad Lucani Lib. III. vs. 382. & Lib. VIII. vs. 290. Mox Riccard. *efficaciſſume* ſcribit, ut Epiſt. ſequ. n. 11. *Noviſſume* & alia aliis locis.

2 *Maximo.*] Interdum alibi ad *Maximum* ſcribit, ut ubi hortatur edere libros, quos in Blateram compoſuerat. ſive is fuerit *Gavius Maximus* vir ſeveriſſimus Praefectus praetorii uſque ad viceſimum annum: cui poſtea *Tatius Maximus* ſucceſſit. quod vero proximum videtur. Nam Secundus noſter eundem in Achaia Legationem Proconſulari imperio gerentem monet Lib. VIII. ut mollius & clementius ſubditos tractaret. Scio tamen multos fuiſſe *Maximos*: ad quos potuit ſcripſiſſe, ut ad *Claudium Maximum* Stoicum inter praeceptores divi Antonini, & *Albium Maximum* virum doctum Mart. commemorat. Et Secundi extant epiſtolae, quibus teſtatur Domitianum ſcripſiſſe *Terentio & L. Appio Maximis*: refert Dion adverſum Antonium rebellantem eundem imperatorem miſiſſe *L. Maximum* & Trajanum. Idem auctor eſt, *Maximum* praefectum, cum ipſe ad oceanum navigaret, deſtinaſſe adverſum deficientes: a quibus pugna victus interiit. *Urbio Maximo* divos fratres reſcripſiſſe Ulp. mentionem facit. Catan.

3 *Exiles.*] Obſcurarum perſonarum. Nam illud, ad cauſas, hoc, ad perſonas refertur. Vel legatur *ex illis* ſcilicet cauſis, & tunc ſenſus clarior erit. Idem. In Mediceo eſt: *& exilis*, quod

Raro incidit vel perſonarum claritate, vel negotii magnitudine inſi-
gnis. Ad hoc, [1] perpauci, cum quibus juvet dicere. caeteri audaces, 2
atque etiam magna ex parte adoleſcentuli obſcuri [2] ad declamandum
huc tranſierunt, tam irreverenter & temere, ut mihi Attilius noſter
expreſſe dixiſſe videatur, *Sic in foro pueros a centumviralibus cauſis
auſpicari*, [3] *ut ab Homero in ſcholis.* Nam [4] hic quoque, ut illic pri-
mum coepit eſſe, quod maximum eſt. At hercule ante memoriam 3
meam, ([5] ita majores natu ſolent dicere) ne nobiliſſimis quidem ado-
leſcentibus locus erat, niſi aliquo [6] Conſulari producente: tanta vene-
ratione

quod Catanaei *ex illis* quodam modo confirmat. Sed iſtae membranae perpetuo *e* & *i*, ut veterrimae quaeque, confundunt, ac paullo ante etiam *deſtringor*, pro *diſtringor*, ſcribunt.

1 *Perpauci.*] Mediceus *pauci*; Riccard. *in pauci.* Bongarſ. Helmſt. & Arnz. *cum quibus* iuvat *dicere.*

2 *Ad declamandum huc tranſeunt.*] Forte *a declamando*, i. e. ſtatim a ſchola. GRONOV. Probo impenſe, quod ſuſpicatus eſt optimus Gronovius, *a declamando.* SCHEFFER. Impenſius probavit Cellarius, qui etiam in textum recepit. At Codicibus longe aliter viſum, in quibus omnibus haeret *ad declamandum*, ſenſu perquam venuſto. Alias *ad declamandum* in ſcholas ibant; at illi ſtudium iſtud in forum tranſtulerunt, & in forum *veluti* ad declamandum veniunt. Praeterea Mediceus, Riccard. Lindenbr. & Bongarſ. *tranſierunt* obferunt, quod pro vulgato *tranſeunt* ſubſtitui.

3 *Ut ab Homero in ſcholis.*] Fabius Lib. I. cap. VIII. *Ideoque optime inſtitutum eſt*, *ut* ab Homero *atque Virgilio lectio inciperet*: *quamquam ad intelligendas eorum virtutes firmiore iudicio opus eſſet.* Idem iterum Lib. X. cap. I. pag. 891. Paullinus Euchariſtic. vs. 73.

Nec ſero: exacto primi mox tempore luſtri
Dogmata Socratis, & bellica plasmata Homeri
Erroreſque legens cognoſcere cogor Ulyſſis.

Ubi Barthius Auguſtin. I. Confeſſ. cap. XIV. adſcripſit, & videre iubet Lib. CLXVII. Advers. cap. XIII. quem locum etiam Plinii ſui margini adpinxerat. Vide praeterea interpretes ad Petron. Sat. cap. V.

4 *Hic.*] Quorundam auctoritates faciunt, ut referatur ad ſcholas, ſicut *illic*, ad Centumviros, quod eſt proximius. quod etiam interdum alibi annotavimus. Ut Liv. ultimo belli Punici: *Melior tutiorque eſt certa pax, quam ſperata victoria: haec in tua, illa in deorum manu eſt.* Apulejus Lib. XI. ſui aſini: *Vidi aſinum pinnis adglutinatis adambulantem cuidam ſeni debili, ut illum quidem Bellerophontem, hunc autem diceres Pegaſum.* Ovid.

Utque ſit hic ſomno proditus, ille dolo.

Nam, hic, ad Rhoeſum refertur, ille, Dolona reſpicit, verbum propius. CATAN. Vide ad Lib. I. Epiſt. XX. n. 21.

5 *Majores.*] Recepi in textum lectionem Marginalem, excluſa altera, quod eam firmaret editio omnis ante Aldinam, nec aliter reſtaret in Pal. *Manutius* invexerat libris, *majores natu, ita dicere ſolebant.* Miror, quare? altera enim ſcriptura melior & planior, quae vult ſe juvenem adhuc, uſurpare tamen ſermonem ſeniorum; hoc eſt, *ante memoriam meam.* Quo notat, paucos ante annos ſubverſum morem priſtinum. GRUTER. Bene Gruterus. Sed praeterea ex optimis libris concinnior verborum ordo conſtituendus erat. Nam in Mediceo, Riccard. Bongarſ. Oxon. & Helmſt. legitur: *ita maiores natu ſolent dicere*, non, quod vulgo obtinet, *maiores natu* ita *ſol. dic.* ac meliorem poſitum recepit iam Gryphius, niſi quod is *ſolebant*, pro *ſolent*, perperam ſcribat. Mox Riccard. & Helmſt. *aduleſcentulis*, pro *adoleſcentibus.*

6 *Conſulari procedente.*] Viro ſummae auctoritatis & dignitatis in forum comitante. Sic legimus Auguſtum ampliſſimo praeditum magiſtratu *Cajum* & *Lucium* filios ſuo quemque tyrocinio deduxiſſe in forum: ſic Tiberium Romam reverſum filium ſuum *Druſum.* Hanc rem Tacitus de cauſis corruptae eloquentiae latius exequitur. *Ergo*, inquit, *apud majores noſtros juvenis ille, qui foro & eloquentiae parabatur imbutus jam domeſtica diſciplina, refertus honeſtis ſtudiis, deducebatur a patre, vel a propinquis,*

ad

4 ratione pulcherrimum [1] opus colebatur. Nunc [2] refractis pudoris & reverentiae clauſtris, omnia patent omnibus; [3] nec inducuntur, ſed irrumpunt. Sequuntur auditores actoribus ſimiles, conducti & redempti [4] mancipes: [5] convenitur in media [6] baſilica, ubi tam palam [1] ſpor-

ad eum oratorem qui principem locum in civitate tenebat: hunc ſectari, hunc proſequi, hujus omnibus dictionibus intereſſe, utque (ſic dixerim) pugnare in proelio diſceret. CATAN. Lege etiam Cicer. I. Offic. cap. XXXIV. & Lib. II. cap. XIII. Senec. Epiſt. IV. alios.

1 *Opus* colebatur.] Sic Mediceus, Riccard. Bongarſ. Helmſtad. & impreſſi aliquot, non *celebrabatur*, quod Arnz. Hackiana & quaedam aliae praeferunt. Et verba, & ſenſus non aliter ſcribere iubent.

2 *Refractis clauſtris pudoris.*] Proſtituto pudore, abjecta omni reverentia. Hinc legimus apud M. Tullium Rhetores Graecos dicendi magiſtros urbe pulſos a Craſſo Cenſore edicto, quod noluiſſet ille vir tantus ingenia obtundi & impudentiam corroborari. CATAN.

3 *Nec inducuntur.*] Mediceus: *nec* ducuntur, *ſed irrumpunt*, quod non diſplicet; utut de verbo *inducere*, tamquam Pliniano, certi eſſe queamus ex dictis ad Epiſt. XI. n. 9.

4 *Mancipes.*] Oratores ſervorum precio conducti ad agendum. *Manceps* eſt, quicquid a populo emitur condiciturve juxta Feſtum: apud quem tamen ſic legendum puto. *Qui aliquid a populo emit conducitve, quia manu ſublata ſignificat ſe auctorem emptionis eſſe.* quanquam alibi apud eundem legatur. *Manceps eſt quod manu capitur.* Quo loco ſignificare ſervum videtur. Aſconius, *mancipes*, ſcribit, *ſunt publicanorum Principes, Romani homines, qui quaeſtus ſui cauſa decimas redimunt: ſic paſtum aut pecora publica ſuo periculo & reipubl. repraeſentant.* Quos non intelligit Secundus, ſed ſervos, qui precio conducti erant ad audiendum. Nam *redemptores* ſunt, qui precium accipiunt: & *manceps* a Cic. in Praetura urbana ſic accipitur, *ſi opus pupillo redimeretur, ſi res abiret ab eo mancipe quem ipſe appoſuiſſet, ſibi nullam praedam eſſe videt.* CATAN. Lege Budaeum ad Pandect. pag. 275. BARTH. Auditores itaque pretio, veluti ſervitia, redemtos *mancipes* vocat, ſi vera eſt haec lectio. Adde infra Lib. III. Epiſt. XIX. n. 7. At Riccard. vocem *mancipes* ignorat; Lindenbr. *& redemti mancipes* non agnoſcit; in Oxon. *conducti & redemti mancipes* non viſitur. Mediceus *manceps* ſcribit, pro *mancipes*, ut fortaſſe totum hoc ita ſcribendum & diſtinguendum ſit: *ſequuntur auditores actoribus ſimiles, conducti & redemti*: manceps convenitur: *in media baſilica tam palam ſportulae, quam in triclinio dantur.* Ita multis vitiis ſimul medemur. *Manceps* ergo erit, qui conducendis auditoribus praepoſitus fuit, ut apud Plinium Lib. X. Hiſt. Nat. cap. XLIII. *Manceps ſutrinae.* Certe ipſos actores ſportulas diſtribuiſſe, vero non eſt ſimile, ſed habebant, quibus mandarent; pariter ac illi, qui in campum Martium procedebant, & per amicos ſuos, non ipſi, ſuffragia emebant. *Manceps convenitur* i. concurritur ad mancipem: adeunt mancipem, ut Cicero, Ovidius, Seneca aliique ſolent. Hoc pacto verbum illud non ſine ſenſu eſt; cum contra in vulgata haec frigidiſſime cohaereant; *convenitur in baſilica*, Graviſſime etiam ſic ſententia inchoatur: *In media baſilica tam palam ſportulae* cet. Nam illud *ubi*, quod vulgatae infarciunt, a MSS. exſulat, ut mox dicemus. *Manceps* autem ita in *mancipes* mutatum eſt, ut *ancipes, praecipes* & ſimilia, pro *anceps* in libris vett. occurrunt, idque eo magis placuit, quia *redemti* hic proximum erat. CORTE.

5 *Convenitur.*] A *conductis* ſervis *& redemptis* oratoribus. CATAN. *Convenitur.*] Vetus editio omnis: *Convenitur a conductis & redemtis. In media baſilica tam, &c.* Primuſque Aldus adjecit, *ubi*, aliterque diſtinxit. Et vero ſectio antiqua ferri queat, ut cum ſtomacho repetat illud *a conductis & redemtis*, innuatque inſuper extra eos nullos praeterea adeſſe auditores. GRUTER. Fruſtra Gruterus inficetam Gloſſam: *a conductis & redemtis* defendere nititur, quam Mediceus ille praeſtantiſſimus delere iubet, & Gryphius a vet. ſuo Cod. abeſſe teſtatus eſt. Ceteri ex noſtris propinant illam quidem, ſed alii detruncatam exhibent, alii manifeſtam traiectionem produnt. nam qui agnoſcunt, iis ſuperiora *conducti & redemti* deſunt. Particula autem *ubi* in uno recentiſſimo tantum habetur; neque eam deſiderabis, dummodo noſtram emendationem ſequaris.

6 *Baſilica.*] Julia, ubi cauſae Centumvirales agebantur. Teſtatur ipſe alibi, *Deſcenderam*, inquit, *in Baſilicam Juliam auditurus quibus proxima comperendinatione reſponderem.* Juliae baſilicae dedicationis meminit Euſeb. in Chron. Erat

[1] ſportulae, quam in triclinio dantur. [2] Ex judicio in judicium pari mercede tranſitur. Inde jam non inurbane [3] Σοφοκλεῖς vocan- 5
tur: iiſdem latinum nomen impoſitum eſt, [4] *laudicoeni.* Et tamen creſcit indies foeditas [5] utraque lingua notata. Heri duo [6] nomen- 6
clatores

rat autem locus capaciſſimus, ubi ſaepius conſilia publica & privata judicia arbitriaque conficiebantur. Inde Seneca, *Fremitu judiciorum baſilicae reſonant.* Extructae enim ſunt in urbe praeter *Juliam*, aliae baſilicae, ut *Portia* & *Ulpia*, de quibus omnibus fit mentio a P. Victore. CATAN.

1 *Sportulae.*] Munuſcula, quae dabantur amicis officii cauſa, ut centum quadrantes: de quibus Martialis, & interdum pro minori ſummula. Nam Secundus de diviſ. ſportularum, *Qui virilem*, inquit, *togam ſumunt vel nuptias faciunt, vel ineunt magiſtratum, vel opus publicum dedicant, ſolent totum Senatum atque etiam e plebe non exiguum numerum vocare, binoſque denarios, vel ſingulos dare. Sportae* autem & *ſportulae* ac *ſportellae*, quo verbo Tranquillus utitur, ſunt nummorum receptacula, ſicut *ſacci*, *ſacculi*, *ſacelli*, auctore Pediano. Dion frequenter narrat ſportulas fuiſſe teſſerulas ligneas, quas ex vertice theatri in populum ſpargebant Imperatores: quibus ſigna inerant eſculenti, aut veſtis, aut argenti, praeterea vaſis, aut auri, equorum domitorum, pecorum, ſervorum. Eas, qui excepiſſent, oportebat ad diſtributores afferre, a quibus quod inſcriptum erat, accipiebant. CATAN. Vide & Jac Sirmond ad Sidon.

2 *Ex judicio.*] Scil. primo. Nam quatuor judicia fiebant in Baſilica Julia, ubi erant totidem tribunalia. CATAN.

3 Σοφοκλεῖς.] Ἀπὸ τοῦ σοφοῦ καὶ τοῦ καλεῖσθαι, id eſt, *ab eo quod Sophi dicuntur.* Nam qui dicentibus ſolebant adulari, clamabant *Sophos.* Perinde, ac ſi dicerent ſapienter dictum, quod teſtatur Martialis Lib. ſexto.

> *Quod tam grande ſophos clamat tibi turba togata,*
> *Non tu Pomponi, coena diſerta tua eſt.*

Sic & Claudianus. Plutarch. inquit, καλῶς καὶ σοφῶς ſuis temporibus fere deſueviſſe, & iam a quibuſdam dici divine & phanatice. Superflue additum fuerat in codice poſt Σοφοκλεῖς. ἀπὸ τοῦ σοφὸς καὶ τοῦ καλεῖσθαι, hoc ex fide veteris exemplaris, & Pliniana inſita brevitate. Fuerat enim cujuſdam interpretatio forte ſuperinducta, & poſtea a rudi ſcriptore inter codicis verba inſerta. IDEM. Etiam Riccard. Voſſ. Lindenbr. Bongarſ. Oxon. &, quod mireris, Mediceus expoſitionem iſtam exhibent, hoc modo: *Inde iam non inurbane* σοφοκλεῖς *vocantur* ἀπὸ τοῦ σοφῶς καὶ καλεῖσθαι: *iiſdem Latinum nomen* cet. ut interpretatio ſit oppido antiqua, quam tamen recte ſuſtulerunt viri docti. Gryphius tamen vet. cod. laudat, qui non habeat; ſed nec habet Arnzen. & Helmſtad. quamquam hic quidem omnia Graeca negligere ſoleat. In Voſſ. eſt καλεῖν pro καλεῖσθαι.

4 *Laudicoeni.*] Qui laudarentur ob coenam, quod convenit cum Martiale. Sunt qui σοφοκλεῖς & *laudicoeni* referant ad auditores, non ad oratores, quod illi coenarum cauſa ſapientes vocarent, & laudarent cauſidicos. Hunc morem tetigit Lucianus quando malum oratorem inſtruxit. CATAN. Lege Scaligerum ad Feſtum V. *Alumento* pag. 14. Meurſium ad Plauti Poenul. pag. 197. Budaeum ad Pandect. pag. 161. BARTH. Gronovius quoque ad Plinii Hiſt. Nat. Lib. XXI. cap. V. *Laudicoeni* dictum putat, pro *Laodicoeni*, ut *Laudicea*, *Lautumiae*, *Laudice*, *Laudamia* ſcribuntur. Teſtor tamen, membranas Mediceas praeferre *Laodiceni.*

5 *Utraque lingua.*] Graeco vocabulo eos appellando σοφοκλεῖς, & *laudicoenos.* CATAN.

6 *Nomenclatores.*] *Nomenculator* ſive *nomenclator* per ſyncopen a *nomine calando*, id eſt citando dicitur, qui vel Principi vel magiſtratui vel candidato nomina ſuggerit & notat. Spartianus in Adriano, *Nomina plurimis ſine nomenclatore reddidit: quae ſemel & congeſta ſimul audierat ut nomenclatores ſaepius errantes emendaverit.* M. Tullius pro Murena, *Quid? quod habes nomenclatorem, in eo quidem fallis & decipis.* Cum Romani ſervorum legiones domi alerent, neceſſe erat habere qui eos nomine citarent. in quod Plinius ſenior ſic invehitur: *Hoc profecere mancipiorum legiones, & in domo turba externa acta: ſervorum quoque cauſa nomenclator adhibitus.* Extat Auguſti ſcomma de nomenclatore oblivioſo, dicente Imperatori, Nunquid ad forum mandas? *accipe*, inquit, *commendatitias*, *quia illic neminem noſti.* Et illud Fabii, de ingrato litigatore cauſidici conſpectum vitante in foro per nomenclatorem miſſum ad eum, *Amas me*, inquit, *quia te non vidi.* Hunc prius *ſartorem*
dictum,

clatores mei, (habent ſane aetatem eorum, qui [1] nuper togas ſumpſerint) ternis denariis ad laudandum trahebantur. tanti conſtat, ut ſis diſertiſſimus. Hoc precio [2] quamlibet numeroſa [3] ſubſellia implentur, hoc ingens [4] corona colligitur: hoc infiniti clamores commo-
7 ventur, cum [5] μεσόχορος dedit ſignum. Opus eſt enim ſigno apud non intelligentes, [6] ne audientes quidem: nam plerique non au-
8 diunt, nec ulli magis laudant. Si quando tranſibis per Baſilicam, & voles ſcire quomodo quiſque dicat, nihil eſt quod tribunal aſcendas, nihil quod praebeas aurem: facilis divinatio.
9 Scito eum peſſime dicere, [7] qui laudabitur maxime. Primus hunc audiendi morem induxit [8] Largius Licinius, hactenus tamen, ut

dictum, ut qui clam infarciret nomina in aurem domini, Porphyrio & Feſtus ſcribunt. Martialis qui piſcem mugilem nomine citabat, per tranſlationem *nomenclatorem* appellavit: ac *nomenclaturam* Plinius, & Columella *nomenclationem* dixerunt. CATAN. Romae Ara coeli exſtat tabula marmorea cum hac inſcriptione: L. VOLUSIO. URBANO. NOMENCLATORI. CENSORIO. MARCELLUS DONATUS.

1 *Nuper togas ſumpſerunt.*] Qui XVII. aetatis annum ingreſſi ſunt. Placet intelligere virilem togam, quae eo aetatis ſumebatur, referente JC. CATAN. *Qui nuper.*] Circumſcribit XVII. annorum aetatem. Nam nati ann. XVI. togam puram, ſive virilem, praetextâ poſitâ, ſumebant Romani, viriliaque officia auſpicabantur. BUCHNER. *Nuper, &c.*] Error vulgaris. Quindecim annorum aetatem voluit dicere: nam annos quatuordecim nati praetexta puerili poſita togam puram ſumebant. GRONOVIUS. Quinto decimo anno togam virilem ſumſiſſe docet H. Noriſius Cenot. Piſan. Diſſert. II. cap. IV. quem adeas. *Sumſerint* exhibet Mediceus, pro vulgato *ſumſerunt*, idque loco magis convenit.

2 *Quamlibet.*] Vel maxima quantumvis. Quintilianus: *Quamlibet multa legerimus, quodam tamen modo recentes ſumus ad id quod incipimus.* CATAN.

3 *Subſellia.*] Sedes promiſcuas. Sic Tranquill. vocat ad ſpectandos ludos in Theatro comparata ſedilia. Et C. Celſus *ſubſellium* pro ſella privata poſuit. Aſconius tamen *ſubſellia* prodidit eſſe Tribunorum, Triumvirorum Quaeſtorum, & hujuſcemodi judicia minora exercentium, qui non in ſedibus curulibus & tribunalibus, ſed in ſubſelliis conſidebant. IDEM.

4 *Corona.*] Audientium circulus, concio. Significat enim circulum uniuſcujuſque rei: hominum praeſertim ſtantium. Ovid.

Conſedere duces, & vulgi ſtante corona.

M. Tullius de Cl. Orat. *Si a corona relictus ſim, non queam dicere.* Sic & Seneca in Natural. Palladius, In faſtigiis murorum Praetorii juſſit coronas prominentes fieri. Demum Cato in re Ruſtica, extremitates agrorum *coronas* poſſe dici demonſtrat, cum circum coronas & vias, ulmos ſeri praecipit. IDEM.

5 *Μεσόχορος.*] Qui in media turba eſt, compoſitum vocabulum, ἀπὸ τοῦ μέσου καὶ τοῦ χόρου, id eſt, *a medio choro.* CATAN. & STEPHANUS. Lege Colvium ad Sidon. Apollin. Lib. VIII. BARTH. Mediceus, Riccard. Voſſ. ceterique noſtri Latinis litteris *Meſochorus*, atque ita apud Sidon. Lib. I. Epiſt. II. & aliis locis editur. De ſimili Graeco vocabulo Latina civitate donato diximus ad Lib. I. Epiſt. III. n. 1.

6 Ne *audientes quidem.*] Mediceus: nec *audientes quidem*, perpetua iſta confuſione, cuius mille exempla ex Libb. vett. in promtu habemus. Sic modo n. 3. vitioſe in MS. Arnz. legebatur: nec *nobiliſſimis* quidem *adoleſcentibus*, ubi recte editur *ne quidem.* Et adſentior Gronovio, qui omnia loca corrupta cenſet, in quibus *nec quidem*, vel *neque quidem* legitur, ubi ſimpliciter *ne quidem* ſignificare volunt. At hoc loco non ſimpliciter *ne quidem*, ſed & *ne quidem* notatur: quare optime ex optimo libro legas *nec quidem.* Hanc ſententiam noſtram iam diximus ad Salluſt. Iug. cap. LI. n. 5.

7 *Qui laudabitur.*] Helmſtad. & Arnz. *qui* prae ceteris *laudabitur maxime.*

8 *Largius Licinius.*] Qui Plinii avunculi commentarios quadringentis millibus emere voluit. Vir Praetorius, & poſt Praeturam factus Legatus, cui jura reddenti Carthagine accidit mordenti tuber, ut deprehenſus inde denarius primos dentes inflecteret. Haec ex Plinio, apud quem legitur

ut auditores [1] corrogaret. Ita certe ex [2] Quintiliano, praeceptore meo, audiſſe memini. narrabat ille, Aſſectabar [3] Domitium Afrum, [4] quum apud centumviros graviter & lente: hoc enim illi actionis genus erat. audit [5] ex proximo immodicum inſolitumque clamorem: admira-

legitur *Lartius Licinius:* pariter Lib. XXX. *Latinum Largum* Paulus JC. commemorat. CATAN. Alii *Titum Licinium* vocant, ſed in Mediceo eſt *Largius Licinus*, & ſic n. 11. *Licinus:* item Lib. III. Epiſt. V. n. 17. *Largio Licino:* quomodo in Baſi Marmorea *L. LICINI. T. F.* reperit Gudius, ubi Gruterus pag. 455. n. 4. dedit *Lucini*, & quod magis huc facit, pag. 392. n. 2. *LICINIUS* legitur, cum alii ſculptum viderint *LICINUS*. Riccard. & Lindenbr. *Larcius Licinius* habent; Oxon. *Tarcius Licinius.*

1 *Corrogaret.*] Rogando convocaret. CATAN.

2 *Quintiliano.*] *M. Fabio Quintiliano* ſummo oratore, operibus ſuis & praeconio Juvenalis celeberrimo. Hic ex Calagura Hiſpaniae oppido oriundus inter Patricios Romanos inſertus, ſive jure Latii, ſeu Principum liberalitate, quod multis factitatum videmus, & Secundo noſtro. Nam ille, auctore Auſonio, Conſularia ornamenta per Clementem adeptus eſt: unde non mirum ſi Juvenalis eum nobilem per lunata calceamenta deſignavit. Immo ut magis probem fuiſſe Romanum civem, addam Trebellii Pollionis dictum: ubi Poſthumii junioris eloquentiam laudat, adeo probatam aſſerens ut ejus controverſiae *Quintiliano* dicantur inſertae, quem declamatorem Romani generis acutiſſimum, unius capitis lectio prima fronte demonſtrat. Romani generis appellavit, vel ob eloquentiam, vel quorum majores urbe donati fuerant. CATAN.

3 *Domitium Afrum.*] Hic recens Praetura modicus dignationis, & quoquo facinore feſtinans clareſcere, ſub Tiberio juxta Tacitum, Claudiam pulchram & Furnium reos peregit. Inde primoribus oratorum additus, divulgato ingenio & aſſecuta Caeſaris aſſeveratione, qua ſuo jure diſertum eum appellavit, mox capeſſendis accuſationibus, aut reos tutando proſperiore eloquentiae quam morum fama fuit, niſi quod aetas externa multum etiam eloquentiae dempſit, dum feſſa mente retinet ſilentii impatientiam. Fabius confitetur Lib. V. *Domitium Afrum*, ſenem ſe adoleſcentulum coluiſſe, cum adhuc cauſas ageret: quo tempore multum de priſtina auctoritate perdidit, prius fori princeps creditus, inde aemulatione quadam ſub Cajo reus, (Conabatur enim is Imperator omnes oratores, *Domitium* imprimis acerrimum & ſummum dicendo ſuperare) praeter ſpem abſolutus eſt: quod nihil Cajo accuſanti reſponderit, neque ſe defenderit: ſimulabat autem vereri & Imperatoris vim admirari. quare ad preces converſus tremebundus dicebat *ſe magis Cajum oratorem*, *quam Caeſarem expaveſcere.* quibus princeps captus perſuadens dicendi acrimonia viciſſe (Calliſto liberto inſuper adjuvante) *Domitium* judicio liberavit, & Conſulem renunciavit, abrogatis qui tunc in eo fuerant honore. Haec *Dion.* Mortis ejus meminit Tacitus, ſed adeo circumciſe, ut nemini dubium eſſe poſſit, quin pars aliqua hiſtoriae interciderit: nam nec cauſas nec modum, quod alibi aſſolet, ibi explicat. Euſebius in Chron. tradit mortuum fuiſſe Afrum in coena ex cibi redundantia. CATAN.

4 *Quum apud centumviros* diceret *graviter & lente.*] In optimo Mediceo Verbum *diceret* non viſitur, neque in Excerptis Lindenbr. reperitur. Alii quoque in libris ſuis non reperiſſe videntur, qui habent: *Domitium Afrum apud centumviros* agentem *graviter & lente.* Et Mediceus quidem hoc modo: *Afrum*, *cum aut centum graviter & lente*, ubi facilis lapſus fuit librarii, ſiquidem *centumviros* hac nota *CV.* ſignare ſolebant; Lindenbr. autem: *cum apud centumviros graviter & lente*, exaudi ex ſequenti *actionis* verbum *ageret*, quale Synezeugmenon illuſtravimus ad Salluſt. Cat. cap. XXX. n. 6. & Iug. cap. LXXXV. n. 12. Nec difficile erit *ageret* hic exaudire, cum alibi *dicere* & ſimilia Verba frequenter omitti ſoleant. Vide ad Lucan. Lib. II. vs. 493. Quare ſpurium illud *diceret* induximus. CORTE.

5 *Ex proximo.*] Dicebat enim Licinius in Baſilica Julia apud aliud tribunal. Erant autem quatuor, ideo *Centumviralis haſta* appellatur, alibi *quadruplex judicium* a Secundo. CATAN. Mediceus ceterique omnes omnino MSS. noſtri: *audit ex proximo*, pro vulgato *audiit*, atque illud iam adoptavit Gryphius, ut quod narrationi magis reſpondet. Alii mutarunt, propter ſequentia: *admiratus reticuit*, quos meliora docuimus ad Lucan. Lib. V. vs. 369.

— — vincit *patientia ſaevi*
Spem ducis, *& iugulos*, *non tantum* praeſtitit
enſes.

admiratus reticuit: [1] ubi ſilentium factum eſt, repetit quod abruperat:
iterum clamor, iterum reticuit: & poſt ſilentium coepit idem tertio.
11 Noviſſime quis diceret, [2] quaeſivit. reſponſum eſt, Licinius. Tum
12 [3] intermiſſa cauſa, *Centumviri*, inquit, *hoc artificium* [4] *periit.* quod
alioquin perire incipiebat, quum periſſe Afro videretur: nunc vero
prope funditus exſtinctum, & everſum eſt. Pudet referre, quae,
quam [5] fracta pronunciatione dicantur: quibus, quam teneris clamo-
13 ribus [6] excipiantur. Plauſus tantum, [7] ac potius ſola [8] cymbala & [9] tympana
illis

illic & alium Secundi noſtri locum ſimul caſtigavimus.

1 *Ubi ſilentium factum eſt.*] Lindenbr. Oxon. Bongarſ. cum Gryphio: *ubi* ſibi *ſilentium factum.* Sed Mediceus fruſtraneum additamentum excluſit.

2 *Quaeſivit.*] In MSS. omnibus eſt *quaeſiit*, ut ſaepe in MSS. Caeſaris & Apuleii offendimus. Ita *quaeſiſti* apud Terentium & alios; *quaeſiſtis*, *quaeſieris* apud Lucanum, Ovidium cet.

3 *Intermiſſa cauſa.*] Digrediens a re quam tunc agebat. CATAN.

4 *Periit.*] Mediceus, Helmſt. & Arnz. *perit.* Mox *alioquin* ex MSS. dedimus, ut aliis locis quam plurimis. Barthius pro eo *igitur* vel *tum* ſubſtituere cogitabat nequidquam.

5 *Fracta.*] Enervata, molli, ſcenica. in quod acerrime Fabius invehitur. *Sed quodcunque*, inquit, *magis tulerim quam quo nunc maxime laboratur in cauſis omnibus ſcholiſque cantandi: quod inutilius ſit an foedius neſcio. Quid enim minus oratori convenit quam modulatio ſcenica? & nonnunquam ebriorum, aut comeſſantium licentiae ſimilis?* CATAN.

6 *Excipiantur.*] *Excipere* eſt rem ab aliis praenunciatam pariter referre vel ſcribere, & notare: per tranſlationem dicimus *excepta vulnera.* interdum tamen ſimpliciter pro ſuſcipere. ut Curtius, *Legatos ab Alexandro exceptos*, id eſt admiſſos. & Plin. ſenior *excipulas* vocat naſſas, quibus anguillae capiuntur. IDEM. *Excipiantur*, ab auditoribus videlicet edentibus clamores, dum laudant & adprobant. Supra: *infiniti clamores commoventur.* Quae hic Catanaeus notat, pretii nullius ſunt. SCHEFFER.

7 *Ac ſola.*] Haec eſt lectio Vett. edd. & Pal. Poſteriores adjecerunt vocem *Ac potius ſola cymbala*, *&c.* Natam in officina Aldi Manutii. GRUTER. Minime Aldus procreavit voculam *potius*, ſed ea exſtat in veterrimis membranis Mediceis, Voſſ. Riccard. Oxon. & Bongarſ. Recentiores omiſerunt, quia ignorarunt Plinio proprium eſſe, per *ac potius* ſuperius dicta veluti corrigere: qualis correctio hic perquam neceſſaria erat, quia *plauſus* mentionem fecerat, qui ab *immodicis & inſolitis clamoribus* faventium vix abeſſe ſolet. Sic ſupra Epiſt. XIII. n. 3. *Sufficit unus aut alter*, ac potius *unus.* Epiſt. XVII. n. 25. *Sed puteos*, ac potius *fontes habet.*

8 *Cymbala.*] Dicta a concavitate & curvatione, ſicut *cymbia pocula.* κυφὸς enim curvum, quaſi κυφαλὰ, id eſt curva aliqua. Hinc Lucret.

Tympana tenta tonant palmis & cymbala circum
Concava rauciſonoque minantur cornua cantu.

Nam *cymbala* tinnitum, ſicut *tympana* ſonitum edunt auctore Apuleio. & in epigr. Alexidis *cymbala* acuti ſoni vocata. Athenaeus ſcribit in *tibiis* bombum, in *cymbalis* tinnitum, & *tympanis* ſonitum dici. Erant autem *cymbala* tutelae matris deorum aſcripta, quod ſimilia ſunt hemicyclis coeli, quibus terra deorum mater cingitur. Et Diodorus ſcribit, *Cybelen inveniſſe cymbala & tympana.* Et *cymbaliſtam* dicimus qui cymbalis, ſicut *tympaniſtam* qui tympanis utitur. CATAN. Conf. Turneb. Adv. XXVI.

9 *Tympana.*] Bellica Indorum inſtrumenta pro tubis, qui in aëre ſuſpenſa ſcuticis diverberabant, unde horrendus quidam ſonitus emittebatur. Conficiebantur autem ex trunco abietis cavato orichalci tintinnabulum in eo collocantes, & taurino corio circumtegentes. Haec in pugnas elata ferebant, cum vero ſtrepitum maximum, aut ſigno aliquid ſignificare volebant, convertentes ad os, ligneum vas concutiebant: at quae in eo erant tintinnabula multa, & magna in arcto reſonantia, intus obſcurum quendam ſonitum faciebant: quem mugitu non diſſimilem hujus rei ignari difficile poterant diſcernere inſtrumenti an beluae ruditus eſſet. Hammonius, *tympanum pellibus contectum pulſatur.* A verbo τύπτω *tympanum*, & interpoſitione (*m*) deductum: baccharum inſtru-

illis canticis deſunt. ululatus quidem ([1] neque enim alio vocabulo poteſt exprimi, theatris quoque indecora laudatio) large ſuperſunt. Nos tamen adhuc & utilitas amicorum, & [2] ratio aetatis moratur, ac retinet. Veremur enim ne forte non has indignitates reliquiſſe, ſed laborem [3] refugiſſe videamur. Sumus tamen ſolito [4] rariores, quod initium eſt gradatim deſinendi. *Vale.*

XV. C. Plinius Valeriano Suo S.

Interrogat Valerianum quantum veteribus, & nuper comparatis agris oblectetur.

[5] QUo modo te veteres [6] Marſi tui? Quo modo emptio nova? placent agri, poſtquam tui facti ſunt? Rarum id quidem, [7] nihil
enim aeque gratum eſt adeptis, quam concupiſcentibus. Me praedia 2
materna parum commode tractant: delectant tamen, ut materna, &

ſtrumentum, & in ſacris Dionyſii ferri ſolitum refert Athenaeus. Tranquillus, *Gallum tympanizantem* dixit, quod tympanum pulſaret, & maſculino genere prolatum Suidas non ſine auctore ſcripſit. Julius Pollux *tympana* vaſorum nomina eſſe, quae & *cymbala* dicuntur, aſſerit. Plinius, *Tympanas margaritas, quibus una facies rotunda, & planicies averſis eſſet. Tympana* praeterea vehiculorum tecta legimus. Et apud Celſum *tympanitem* genus hydropis. Et *tympanum* carnificis lignum eſt, quo noxios torquet. Inde τυμπανίζεται, id eſt flagellat, excoriat. Catan. *Cymbala & tympana.* quae ſi adeſſent, Ideae matris aut Cybeles ſacerdotum, Gallorum & eviratorum cantus poſſent videri. Haec loci eſt ſententia. Nam inſtrumenta iſta ad ſacerdotes illos pertinent, quemadmodum & *ulatus*, de quo ſequitur. Videndus Apuleius & qui de Iſide ſcripſerunt. Scheffer. Immo ab ſcena omnia petita. Lege modo Valeſ. ad Ammian. Lib. XIV. cap. VI. pag. 32.

1 *Neque enim.*] Diſtinctio hujus loci a me eſt. Nam ut antea interpungebatur a nemine profecto intellectus eſt. Scribebatur enim: *Ululatus quidem (neque enim alio vocabulo poteſt exprimi) theatris quoque, &c.* Gruter.

2 *Ratio aetatis.*] Nondum enim pervenerat ad LX. annum, vel LXX. juxta alios, cum licebat ſe excuſare a civilibus officiis. Catan.

3 Refugiſſe *videamur.*] Bongarſ. Oxon. Hel uſt. & Arnz. fugiſſe *videamur.*

4 *Rariores.*] Rarius quam conſueveramus apud Centumviros agimus. Catan.

5 *Quo modo.*] Placent tibi, ſcilicet agri aviti? Idem. Scilicet *tractant*, quod mox exprimit n. 2. Barth.

6 *Marſi.*] Quos in Marſis poſſides. *Marſi* a velocitate pedum dicti, populi ultra Picenum in ſecunda regione: terrori ſunt ſerpentibus, referente Plinio & Dionyſio. A Strabone & Tacito etiam *Marſi* aſſignantur Germaniae. Catan. *Marſos tuos* vocat, quia illic praedia habebat, ut Cicero *Baias noſtras*, & Velleius *Carinas ſuas* vocat. vide Gronovium ad Plinii Hiſt. Nat. Lib. XXXI. cap. II. Sic & Lib. V. Epiſt. VI. n. 25. *Habes cauſſas, cur ego* Tuſcos meos Tuſculanis, Tiburtinis, Praeneſtinis*que* meis *praeponam.* Talia notamus ad Lucani Lib. VII. vs. 800.

— *& Libya ſuccenſae lampade* Cannae.

7 *Nihil tamen.*] Quanquam poteſt evenire ut emptio nova cum deſideratur placeat. Sunt qui velint, *nihil tamen uſque ad me*, fuiſſe quandam gloſſulam & epiſtolae inſertam. quid ſi *ademptis*, pro emptis? Catan. Illud *tamen* locum hic non habet, eſt enim adverſativum, cum potius requiratur cauſſale. Suſpicor ſcripſiſſe Noſtrum, *Nihil* tam *gratum eſt*, poſtea irrepſiſſe vocabulum *aeque* per Gloſſam, qua quis illud *tam* expoſuerat: ita factum eſſe *tam aeque.* Quod cum alius ineptum videret, ſuſpicatus eſt, illud *tam* eſſe

[1] & alioquin longa patientia [2] occallui. Habent hunc finem aſſiduae querelae, quod queri pudet. *Vale.*

XVI. C. Plinius [3] Anniano Suo S.

Annianum hortantem, Aciliani codicillos, quia non eſſent teſtamento confirmati, irritos habendos, monet ſe pluris facere defuncti voluntatem, quam jus ipſum.

TU quidem [4] pro caetera tua diligentia admones me, [5] codicillos Aciliani, qui me ex parte inſtituit haeredem, pro non
2 ſcriptis habendos, quia non ſint [6] confirmati teſtamento. Quod jus ne mihi quidem ignotum eſt, cum ſit iis etiam notum, qui nihil aliud

eſſe compendium τȣ *tamen.* Scheffer. Nihil opus eſt iſtis ſuſpicionibus longisque ambagibus. In optimis Codd. ſcriptis & impreſſis legitur: *Nihil* enim *aeque gratum eſt*, eaque lectio veriſſima eſt. Quae Catanaeus de *ademtis* adtulit, ipſius ingenio non debentur. Exſtat enim in optimo Cod. Mediceo *ademtis*, pro *adeptis.* Ego tamen illo non moveor, cum in huiusmodi verbis ſimiles librariorum aberrationes ſint frequentiſſimae. Seneca Epiſt. XV. ad fin. *Diſcedent aliquando iſta inſidioſa bona, & ſperantibus meliora, quam* adſecutis.

1 *Et alioquin.*] Hoc debemus Mediceo, cum vulgati Copulam omitterent, & diſtinctione locum corrumperent. Suffragatur Mediceo Oxonienſis.

2 *Occallui. Habent.*] Sic omnes editi & Pal. Calamo exaratus verbo amplius *occallui aliis. Habent.* De quo viderint, quibus otium. Gruter. Apud nos etiam Helmſt. *Aliis habes*, Voſſ. *ab eis habent.* Sed nihil hic videndum, niſi error ſcribarum, qui ex ultimis ſyllabis verbi *occallui* fecerunt *aliis*, *ab eis:* id quod Arnz. probat, in quo pro ipſo verbo *occallui* ſcribitur *aliis.* Riccard. *inocallui.* Oxon. *hoc alias.*

3 *Anniano.*] Vide in monumentis Brixianorum, *C. Lucretium Annianum.* Praeterea in quibuſdam exemplaribus memini legere ad *Annium* ſcriptam epiſtolam. Sive is fuerit *Annius Gallus* ab Othone peditum rector deſtinatus, & cum Veſtritio iterum copiarum rector ad occupandas Padi ripas praemiſſus: deinde a Mutiano dux cum Petilio Cereale electus. Sive *Annius Verus*, qui poſtea aſcito nomine Antonini imperavit. Potuit & mitti *T. Annio Flaviano* aquarum curatori Veſpaſiano quinto, & Tito Coſſ. Frontino auctore. Catan. Riccard. obfert *ANNIO SUO*; Voſſ. *Ammiano* tribuit; Arnz. *Ariano.* Sed Mediceus ac reliqui, ut editur.

4 *Pro* cetera *tua diligentia.*] Voſſian. *pro* certá *tua diligentia*, quod Gryphius ſtatim adripuit.

5 *Codicillos.*] Epiſtolas. Fabius: *Codicilli dubium ad quem ſcripti.* Plinius tradit Homerum ſcripſiſſe Bellerophonti *codicillos datos.* Tranq. Othonem ſcripſiſſe ad ſororem *codicillos conſolatorios.* Derivatio tamen verbi aliud quam epiſtolas importare videtur, referente Seneca. Nam caudex, ſive codex, a quo *codicilli*, plurimarum tabularum contextus eſt. Catan. Vide & A. Manut. Erant quoque Officiorum ſeu dignitatis *codicilli.* Sueton. *immutatos officiorum datorum codicillos.* in Tib. Cl. ad quem loc. vid. Is. Caſaubon. Veenh. Stupor inſignis. Quid ſint *codicilli*, ubi de teſtamentis agitur, omnes dupondii ſciunt, & mox quaedam de illis Catanaeus. Mediceus *codicillos Acilliani*, duplici *L.* Helmſt. & Arnz. *Atiliani*; Voſſ. *Attiliani*; Oxon. *Axelliani.*

6 *Confirmati teſtamento.*] Ante Auguſti tempora conſtat codicillorum jus in uſu non fuiſſe, ſed primus L. Lentulus codicillos introduxit, cujus auctoritatem multis ſequentibus idem Imperator Trebatio ſuadente conſtituit codicillos jure optimo eſſe. Et cum ante teſtamentum codicilli facti erant, Papinianus ait, Juſtiniano referente, non aliter vires habere, quam ſi ſpeciali poſt ejus voluntate confirmentur. Quae enim poſtea ſequuntur prioribus derogant. Catan. Mediceus: *quia*

aliud ſciunt: ſed ego [1] propriam quandam legem mihi [2] dixi, ut
defunctorum voluntates, [3] etiamſi jure deficerentur, quaſi perfectas
tuerer. Conſtat autem codicillos iſtos Aciliani [4] manu ſcriptos.
Licet ergo non ſint confirmati teſtamento, a me tamen ut confir- 3
mati obſervabuntur. praeſertim cum [5] delatori locus non ſit. Nam ſi 4
verendum eſſet, ne quod ego dediſſem, [6] populus eriperet, cuncta-
tior fortaſſe, & cautior eſſe deberem. Cum vero [7] liceat haeredi do-
nare, [8] quod in haereditate ſubſedit, nihil eſt quod obſtet illi meae
legi, cui publicae leges non repugnant. *Vale.*

XVII.

quia non ſunt *confirmati*. Infra idem codex: *cum ſit* his etiam *notum*.

1 *Propriam.*] Convenientem. Sunt qui legant *proximam* non inconvenienter. Julianus, *De quibus cauſis ſcriptis legibus non utimur, id cuſtodiri oportet. quod moribus & conſuetudine inductum eſt, & ſi qua in re defecerit, tunc quod proximum, & conſequens eſt.* Catan. *Proximam* haeret in unico Mediceo, ſed qui vett. Codd. tractarunt iis haud nova erat iſta varietas. *Propriam* omnino tenere debemus.

2 *Dixi.*] Conſtitui. Defunctorum voluntates, quod ſaepe mandant JCti tit. de militari teſtam. & poſtea ſecundum Juſtinianum Severus & Antoninus reſcripſerunt, Ex his codicillis, qui teſtamentum praecedunt, poſſe fideicommiſſum peti: ſi appareat eum, qui teſtamentum fecit, a voluntate quam in codicillis expreſſerat, non receſſiſſe. Hinc Julianus ff. XXIX. *Codicillorum jus ſingulare eſt, ut quaecunque in his ſcriberentur, perinde haberentur, ac ſi in teſtamento ſcripta eſſent.* Catan.

3 *Etiamſi jure deficerentur.*] Pal. & Vett. edd. *jure deficerent*. Inde putarim ortum illud noſtrum marginale, *jura deficerent*. Gruter. Nempe apud nos quoque Arnz. & Voſſ. *iura deficerent*, quod Gryphius in textu perperam exhibet. Nec melior eſt lectio Palat. Helmſt. Oxon. & Bongarſ. *iure deficerent*, quam temere amplexus eſt Cellarius. Optime primarii Codd. Mediceus, Riccard. & Lindenbr. *etiamſi iure deficerentur*, antiqua loquendi ratione. Sic Epiſt. ſequ. n. 25. *Haec utilitas, haec amoenitas* deficitur aqua *ſalienti*. Lib. X. Epiſt. XCI. princ. *Sinopenſes, Domine*, aqua deficiuntur. Minuc. Fel. cap. XVIII. n 3. *Britannia* ſole deficitur. Cicero de Haruſp. Reſp. cap. XIX. *Ne patres* auxilio *deminuti* deficiantur. ibi Graevius. Seneca Epiſt. XCII. *Etſi aliquibus* commodis deficitur, qualia Gronovius ad Eiusd. Epiſt. XXX. Plura autem interpretes Phaedri ad Lib. I. Fab. XXI. vs 3. Unum addo, ut emendem Auct. de Vita Contemplat. Lib. III. cap. II. *Nobis autem irreprehenſibiliter vivere velle non ſufficit, niſi ipſum velle noſtrum, quod languida* poſſibilitate deficitur, *divina virtus adiuverit.* Sic eſt in membranis Weiſſenburgicis, quadrata littera ſcriptis: Vulgo: *poſſibilitate deficit.* Statim Mediceus: *quaſi perfectas* verer. Corte.

4 *Manuſcriptos.*] *Martianus* & *Paulus*, Codicillos, neque ſua manu ſcribere, neque ſignare licet, valent tamen. Conficiuntur autem quatuor modis; aut enim in futurum confirmantur, aut in praeteritum, aut per fideicommiſſum, aut ſine teſtamento. Catan. Mediceus: *manus ſcriptos.*

5 *Delatori locus non ſit.*] Per Trajanum enim legimus id genus hominum exactum in exilium. Catan. Immo delatori non eſt locus, quia non ſunt bona caduca, aut hereditas incapacibus relicta, ut fiſco cedere debeat: vel quia nullo iure ad aerarium populi trahi poteſt, ut in ſequentibus explicat.

6 *Populus.*] Aerarium publicum, quod ſub Trajano ſilens & quietum fuit, relegatis delatoribus, qui omnia teſtamenta prius irrita faciebant. An populus Brixienſis qui haeres erat eorum qui ſine haerede legitimo moriebantur. Catan. Sententia eſt, ne id, quod ego remiſiſſem, irritos habendo codicillos illos, id ſibi vindicaret populus, ac tamquam quod nullius eſſet, iuſtoque careret domino, dum per codicillos ablatum eſt heredi, is, cui codicillis datum, non vult accipere, invaderet. Scheffer.

7 *Liceat heredi donare.*] Mihi ſcilicet. Vult, etiamſi accipiat, quod ſibi datum ſit per codicillos, poſſe tamen id donare heredi, atque hoc beneficio eum devincire ſibi. Idem. Haec longe abeunt ab mente Secundi. Plinius ex parte heres inſtitutus erat, ſed codicillis iubebatur de

parte

XVII. C. Plinius [1] Gallo Suo S.

Reſpondet Gallo admiranti cur tantopere Laurentino agro detineretur, locique opportunitatem & villae ſtructuram mire deſcribens hortatur, ut villam tot rebus ornatam contubernio ſuo magis commendet.

MIraris, cur me Laurentinum, vel (ſi ita mavis) [2] Laurens meum tanto opere delectet? deſines mirari, cum cognoveris gratiam villae,
2 opportunitatem loci, [3] litoris ſpatium. [4] Decem & ſeptem millibus paſſuum ab urbe ſeceſſit: ut peractis, quae agenda fuerint, [5] ſalvo jam & compoſito die poſſis ibi manere. Aditur non una via: nam & [1] Lauren-

parte hereditatis legatum ſoluere: quia vero codicilli teſtamento confirmati non erant, ordinario iure ex iis nihil debebatur, & legatum apud heredem ſubſidebat, i. remanebat. Cum tamen liceat heredi, quod ſubſederit, vel donare, neque hanc donationem leges impediant; hoc etiam titulo Secundus pecuniam ad legatarium transferre ſe poſſe putabat, ut voluntati defuncti, licet iuris ſollemnitatibus deſtitutae, ſimul ſatisfaceret.

8 *Quod in hereditate* ſubſedit.] In computatione aſſis relictum eſt, remanſit. CATAN. *Subſidere* dicuntur, quae tendunt deorſum & ad inferiora. Sic *ſubſidere in hereditate*, quae per codicillos tendunt ad alios, infra conditionem heredum conſtitutos, neque manent ſuo loco apud ipſos heredes. SCHEFFER. Iterum fallitur Schefferus, & recte Catanaeus *relictum eſt*, *remanſit* veluti alii debitum, ſed non perfecte. Infra Lib. IV. Epiſt. XII. n. 2. *Cum in provinciam quaeſtor exiſſet, ſcribamque, cui ſorti obtigerat, ante legitimum ſalarii tempus amiſiſſet, quod acceperat ſcribae daturus, intellexit & ſtatuit* ſubſidere *apud ſe non oportere*. Leg. 76. §. 1. π. ad Leg. Falcid. *Legata, quae legatarii non capiunt, cum apud heredes* ſubſederint, *hereditario iure apud eos remanere intelligi.*

1 *Gallo.*] Sive is fuerit *Didius* vel *Annius Gallus*, de quo ſupra, an ille *Gallus* cujus favore Adrianus Trajano fuit acceptus. *Galli* Praefecti urbis fit mentio apud Juvenal. Satyr. XVI. *Rubrium Gallum* cum Caelio Piſone Conſulem, per quos ſubventum libertatibus eſt Senatuſconſulto, teſtatur Ulpianus fuiſſe temporibus divi Trajani. Poſſumus etiam intelligere *Numatium Gallum*, quem Martial. Lib. X. ſcribit fuiſſe ſimplicitate priſca, & bonitate Socrati parem. CATAN.

2 *Laurens.*] Per correctionem. Quanquam alibi ſemper *Laurentinum* dicat, non ſine analogia, utpote a *Laurento* oppido deductum: tametſi ab eo *Laurentes* vocemus. An quia uſus fuerat diminutivo, ne tam egregium opus minueretur, grandiori vocabulo dictum correxerit? IDEM. Utraque extremitas *Laurens* & *Laurentinum* in uſu eſt, ut *Picens*, *Picentinum*; *Camers*, *Camertinum* & alia. Vide ad Salluſt. Cat. cap. XXVII. n. 1. & Interpretes Flori ad Lib. I. cap. XIX. princ. Praeterea Mediceus: tanto opere *delectet*, quod Secundo reddendum fuit. Diximus ad Lib. I. Epiſt. VII. n. 3.

3 *Litoris ſpatium.*] Vox *Litoris*, de ipſo ſeceſſu villae in litore poſitae capienda eſt: *Spatii* vero de diſtantia ejus ab urbe Roma quam mox deſcribit: ab ultimo eorum, quae propoſuerat, incipiens: quod ſaepe ſolent auctores, *Litora* pro *ſeceſſibus* (quod hi plerumque ibi amoenitate eorum peterentur) & Tacitus dixit Hiſt. III. cap. LXIII. *In eundem modum & Mucianus compoſuit Epiſtolas: quibus plerumque fidere Vitellius, ac de numero ſervorum, electione litorum loqui.* Paulo ante *ſecreta Campaniae* dixerat: mox, *beatus Campaniae ſinus*, appellat. Qui & alibi *amoena litorum*, pro amoenioribus ſeceſſibus litorum dixit. BUCHNER.

4 *Decem & ſeptem m. p. a. u.* ſeceſſit.] i. Semotum eſt, diſtat. BARTH. Ita & *ſeducitur* & ſimilia verba uſurpare ſolent. Mediceus: *Decim ſeptim milibus paſſuum a. u. s.*

5 *Salvo jam & compoſito die.*] Naſcitur dies, mane; moritur, veſperi: inter haec duo tempora adoleſcit quaſi atque maturat. Nam & Virgilius *maturam lucem* de adulta ac plena dixit:

— *In-*

[1] Laurentina & Hoſtienſis eodem ferunt, ſed Laurentina a quartodecimo [2] lapide, Oſtienſis ab undecimo relinquenda eſt [3] Utrinque excipit iter aliqua ex parte arenoſum [4] iunctis paullo gravius & longius, equo

—— Interea revoluta ruebat
Matura jam luce dies.

Qui & *Soles maturos* in Georgicis dixit, de Solſtitiali tempore, cum plena aeſtas eſt, & Sol ex incrementis ſuis maxime potens. Nam ſimul declinare incipit, quod a ſolſtitio accidit, ſimul remitti & calor ejus ſolet. *Maturum* itaque in talibus τέλειον, ἄκρον eſt: hoc eſt, quod ad ſuam ἀκμὴν pervenit. Apud Statium in Silvis legimus:

Jam moriente die rapuit me caena benigni
Vindicis.

Moriente die, id eſt, declinante, & jam eunte in veſperam ac noctem. Porro ut moritur dies, ita & ſepelitur. Virgilius:

Ante diem clauſo componat veſper olympo.

Horatius:

Condit quiſque diem collibus in ſuis.

Componere enim & *condere*, ſepelire eſt. Horatius:

———— Eſt tibi mater?
Cognati? queis te ſalvo eſt opus? haud mihi quiſquam,
Omnes compoſui.

Quare & hic *compoſitus dies* ſepultus erit, hoc eſt, finitus atque peractus. *Salvus* autem, qui adhuc durat & vivit quaſi. Vivit enim dies, cum adhuc lucet, nec jam elapſus totus eſt. Nam & Sophocles ζῶον χρόνον de praeſenti & nondum praeterito tempore dixit. At quanam ratione *ſalvus* atque *compoſitus*, ut duo contraria, hic conjunguntur? An, pro *ſalvo*; *ſoluto*; vel *abſoluto*, legendum eſt? Nam ex ſcripturae compendio facile potuit corrumpi locus. Et *ſolvi* etiam atque *abſolvi*, quandoque mori eſt. An retinendum *Salvo*; & disjunctione ac inductione particulae *&* tentandum remedium? Ita ſcilicet: *Ut peractis quae peragenda ſalvo; jam compoſito die poſſis ibi manere.* Ut ſignificet eodem die ſe potuiſſe venire in villam, & ordinare negotia ante veſperam, & ibi deinde quieſcere per noctem. Nam *manere*, per noctem quieſcere eſt. Unde & *manſio* locum ſignificat, ubi confecto diei itinere quieſcendi cauſa manemus per noctem, quod in Gloſſario docendum erit. BUCHNER. *Salvo jam & compoſito die.*] Fruſtra ſudat his Buchnerus. *Salvo & compoſito die*, eſt omni penſo diei confecto: ut nihil omiſeris eorum, quae illo die curanda habebas & curare conſtitueras, ut non temporius ex urbe exeas, quam functus omni officio ejus diei fueris. *Dies* pro opere diei, haec omnis difficultas. Adde & Senecam de Ira III. 36. GRONOVIUS. Sed ſi *dies*, pro opere diei ſumitur, bis idem ſcripſit Plinius: *peractis, quae agenda fuerint, ſalvo iam & compoſito die.* Ego *diem* proprie accipio, ſed tempus diei quietum nulliſque occupationibus turbidum intelligo. Quamdiu enim negotiis diſtricti ſumus, dies veluti laborat, noſter non eſt, varieque turbatur: laboribus autem peractis, *ſalvo* ac *compoſito die* frui licet. Mediceus: *ſalva iam & compoſito die.*

1 *Laurentina.*] Quae Laurentum ducit: ſicut *Hoſtienſis*, quae Hoſtiam. CATAN. Mediceus, *Laurentiana.*

2 *Lapide.*] Miliario. Unum enim quodque miliarium ſignabant ab urbe lapide in via erecto: & nunc quoque plurimis vicis manſit appellatio, a numero lapidum. CATAN.

3 Utrinque *excipit iter.*] MSS. Voſſ. & Bongarſ. cum Gryphio: Utraque *excipit iter.* Fortaſſe *Utramque* ſcripſit Plinius. Lucanus Lib. II. vs. 429. de Appennino:

Gallica rura videt, devexaſque excipit Alpes.

4 *Jumentis.*] Alii *junctis*, id eſt, equis conjugatis. Unde Tranq. Suet. in Dictatore, *poſt ſolis occaſum mulis e proximo piſtrino ad vehendum junctis.* Sequentium tamen ſcriptorum auctoritas facit, ut magis credam legendum *jumentis*, quod etiam in quibuſdam codicibus receptum. Idem Tranq. in Ner. *Sed & in viae Appiae vico repente puerum citatis jumentis haud ignarus obtinuit.* IDEM. *Jumentis.*] Hoc habet editio Manutii, at ea priores *junctis*, & ſic Pal. quoque noſter, nec prorſus diſplicet. GRUTER. Veteres habuiſſe *iunctis* teſtatur Catanaeus. Idem in Palat. reperiri ait Gruterus. atque ſic omnino legendum eſt. *Iuncta* notant vehiculum ſive currum. Solet autem in arena iter eſſe difficilius vehiculis, quia rotae impediuntur ab arena cedente

3 equo [1] breve & molle. Varia hinc atque inde facies. nam modo
occurrentibus ſilvis via coarctatur: modo latiſſimis pratis diffunditur
& pateſcit. multi greges ovium, multa ibi [2] equorum, boumque ar-
menta: quae montibus hyeme depulſa, herbis & tepore verno [3] nite-
4 ſcunt. Villa uſibus capax, non ſumptuoſa tutela. Cujus in prima
parte [4] atrium frugi, nec tamen ſordidum: deinde porticus in [5] D
literae ſimilitudinem circumactae, quibus parvula, ſed feſtiva [6] area
includitur, [7] egregium adverſus tempeſtates receptaculum: nam [8] ſpe-
5 cularibus, ac multo magis imminentibus tectis muniuntur. Eſt contra

[1] me-

dente altaque. id ergo noſter voluit, quod non intelligitur, ſi *iumentis* legatur. *Iuncta* pro vehiculo, & iunctis ad id iumentis uſurpari, docui pridem in de Re Vehic. Lib. I. cap. XII. SCHEFFER. *Iunctis* legitur in Mediceo, Riccard. Lindenbr. Bongarſ. Oxon. Arnz. item Bodlei. 1. Lincoln. idque diutius exſulare non ſum paſſus. Helmſtad. habet: *unclis iunctis*. Credo autem *iunctos* nempe equos, mulos, aut *iuncta* nempe iumenta dici, ut plura Adiectiva praeciſe ponuntur. Ita certe Columella Lib. II. cap. XXII. *Collo vel mulo clitellario adferre, ſed* iuncto *advehere non permittitur.* Et ipſe Plinius Lib. IV. Epiſt. II. n. 3. *Habebat puer* manulos *multos, & iunctos, & ſolutos.*

1 *Breve.*] Quia facilius equo viarum compendia rapiuntur. CATAN.

2 *Equorum boum*que *armenta.*] Mediceus & Riccard. vetuſtiſſimi libri: *equorum, boum armenta*, ſine Copula.

3 *Niteſcunt.*] Pingueſcunt. Virgil.

——— *Quae cura nitentes.*
Paſcere equos. ———

CATAN.
Sedulius Lib. V. vs. 111.

— — — — *ergo* nitentes
Paſtor amans augere greges.

Phaedrus Lib. III. Fab. VII. vs. 4.

—— *unde* ſic, quaeſo, nites?
Aut quo cibo feciſti tantum corporis?

Vide illic Celeb. Burmannum. Riccard. *in montibus.* Helmſt. Bongarſ. Oxon. & Arnz. *tempore verno*, corrupte.

4 *Atrium frugi.*] Non ſumtuoſum. *Atrium* erat in prima parte domus, inde quidam opinatur dictum, quod eſſet *anterius.* Varro ab *Atriatibus Tuſcis* appellatum credidit: illinc enim exemplum ſumptum. At Feſtus, inquit, *Atrium* proprie eſt genus aedificii ante aedem continens mediam aream: in quam aqua collecta ex omni tecto deſcendit. Dictum autem *atrium* quod a terra oriatur quaſi *atrarium.* Vide pluribus Macrob. & Gell. qui pleraque de atrio tradidere. CATAN.

5 *O literae.*] In rotunditatem ad typum literae O. Fuit etiam in ſecunda lectione in Δ literae, ut ſcilicet porticus illae triangulares eſſent. IDEM. Neque O. neqne Δ ſimilitudinem per litteras Secundo opus erat exprimere, quam per circulum vel triangulum deſcribere poterat. Mediceus & Riccard. legunt: *in de litterae ſimilitudinem*; at Lindenbr. *in D litterae ſimilitudinem*, quomodo ſcribendum eſſe exiſtimo, cum vel ipſe locus talem figuram poſtulet. Oxon. pro var. lect. *in S. litterae ſ.* Mox Mediceus *parvola.*

6 *Area.*] Locus in aedibus ſub dio. Florentinus: *Area locus in urbe ſine ædificio: in rure ager appellatur*: *idemque ager cum aedificio fundus dicitur.* At Paulus: *Area pars inſulae eſt, & quidem maxima.* Feſtus: *Area locus vacuus quaſi exaruerit, & non poſſit quicquam generare.* Eſt & triturae locus, quam *aream* Varro fieri praecipit circularem. *Celſus* pro morbo *aream* ponit. CATAN.

7 *Egregium* hae adverſum *tempeſtates receptaculum.*] Alii: *egregium* haec *adverſum t. r.* Riccard. *egregium* ea *adverſum t. r.* Sed praeſtantiſſimus Mediceus nihil tale agnoſcit, ſecundum quem nos ſcripſimus. Adpoſitio ſic erit multo venuſtior, quales frequentiſſimae apud Tacitum, ut de mor. Germ. cap. XII. extr. *Centeni ſingulis ex plebe comites*, conſilium *ſimul &* auctoritas, *adſunt.* Cap. XVI. *Suam quisque domum ſpatio circumdat, ſive adverſus caſus ignis* remedium, *ſive inſcitia aedificandi.* & mox: *Solent & ſubterraneos ſpecus aperire, eosque multo inſuper fimo onerant*, ſuffugium *hiemi &* receptaculum *frugibus.* Plura ad Lucan. Lib. II. vs. 195. & Lib.

[1] medias [2] cavaedium hilare: mox triclinium ſatis pulchrum, quod in litus excurrit; ac ſiquando [3] Africo mare impulſum eſt, [4] fractis ſimul, & noviſſimis fluctibus leviter adluitur. Undique valvas, aut feneſtras non minores valvis habet: [5] atque ita a lateribus, a fronte [6] quaſi tria maria proſpectat: a tergo cavaedium, porticum, aream: [7] porticum rurſus, mox atrium, ſylvas, & longinquos reſpicit montes. Hujus 6
a laeva retractius paulo [8] cubiculum eſt amplum: deinde aliud minus, quod

Lib. VII. vs. 545. Eaedem optimae membranae *adverſus* nobis dederunt, pro vulgato *adverſum*, & conſentiunt Voſſ. atque Oxon. Diximus ſupra ad Epiſt. VI. n. 6. Corte.

8 *Specularibus.*] Sicut noſtra tempeſtate vitreis orbibus conglutinatis frigus & ventos arcemus: ſic olim lapidibus *ſpecularibus* in quamlibet tenues cruſtas fiſſis. Hiſpania & Cappadocia multitudine & magnitudine Cyprum & Ciliciam ſuperant. Sunt tamen obſcuriores, ut in agro Bononienſi breves, & maculoſi. Candido *ſpeculari* mira natura ineſt: cum neque ſeneſcat, facileque ſolem & frigus ſuſtineat. In quem fuerint uſum vide apud Iuven. Martial. Ulpian. Columell. Pallad. &c. Catan. Riccard. Oxon. & Lindenbr. *ſpeculatoribus*, quomodo ipſe Mediceus infra n. 21. peccavit Lactantius de Opif. Dei. cap. VIII. *Tranſpiciat quaſi per feneſtras lucente vitro, aut* ſpeculari lapide *obductas*. Vide Lipſium ad Senec. de Provid. cap. IV. & Epiſt. XC. & Plinium. Hiſt. Nat. Lib. XXXVI. cap. XXVI.

1 *Medias.*] Porticus. Quidam legunt *meſaulas* non medias, de quibus Vitruvius; *Inter duo autem piſtyla itinera ſunt, quae meſaulae dicuntur: quod inter duas aulas media ſunt interpoſita.* Catan. Noſtri omnes *medias*, & recte.

2 *Cavædium.*] Vitruvius & Varro disjunctum protulere, *cava ædium* appellantes. Erat autem intra parietes locus tectus & patulus ad uſum omnium maxime ſalutantium relictus. Nam etiam non invitati illuc commeare poterant, ſic ad veſtibulum & periſtylia. Aedificabantur autem juxta triclinium in quinque genera diſtinctum *Thuſcanicum*, *Corinthium*, *Tetraſtylum*, *diſpluviatum*, *teſtudinatum*, quare ſtatim ſubnectit *triclinium*. Catan. Vide & ex Vitruv. Lib. VI. cap. 3. Turneb. Adverſar. Lib. X. cap. 17. Riccard. *cavendium*, & infra Helmſt. *cavendum*; Arnz. *canedium*. Mediceus & alii ſapiunt.

3 *Africo.*] Vento ab Africa ſpirante. Catan.

4 *Fractis* iam, & *noviſſimis fluctibus.*] Sic. n. 13. *Sub hoc triclinium, quod turbati maris non niſi fragorem & ſonum patitur, cumque* iam *languidum & deſinentem.* Probe etiam iam poſtponitur, ut vidimus ad Salluſt. Iug. cap. LII. n. 6. Lucanus Lib. I. vs. 222.

— *fracti* faciles iam *fluminis undas.*

Aliud tamen ſpectavit Mediceus, in quo legitur: *fractis* ſimul, & *noviſſimis fluctibus leviter adluitur*, quem deſerere difficile eſt. Ita maluit infra n. 17. *Diverſiſſimos ventos, alium alio latere*, frangit & finit. *Simul* autem pro *&* ponitur, quaſi ſcriptum eſſet: & *fractis*, & *noviſſimis*, de qua ratione plura diximus ad Salluſt. Iug. cap. LXX. n. 5. qui forma iſta vehementer delectatur, ut cap. XCII. n. 2. *Milites modeſto imperio habiti* ſimul, & *locupletes.* Auctor infra Epiſt. XIX. n. 2. *Ut quas ſoleant commendare* ſimul, & *accendere iudicum conſeſſus.* Manilius Lib. I. vs. 232.

Exoriens ſimul, atque *cadens.*

Apuleius X. Metam. pag. 231. *Uxorem medici* ſimul, & *ſuam filiam veneno eodem perculit.* Sic iſta diſtinguenda, cum vulgo *ſimul, atque, ſimul &* connectere ſoleant. Pari vitio liberabo Suetonium Iulio cap. LXVII. *Habebatque tam cultos, ut argento & auro politis armis ornaret*, ſimul *ad ſpeciem*, & *quo tenaciores eorum in praelio eſſent.* Sic recte membranae noſtrae. Perperam vulgatae: *ſimul* & *ad ſpeciem*, *& quo* cet. Corte.

5 *Atque ita a lateribus, a fronte.*] Alii: *& a fronte.* Sed Mediceus, Oxon. & Lindenbr. *a lateribus* fronte *quaſi* cet. Voſſ. Oxon. Lindenbr. & Arnz. *ita* neſciunt.

6 *Quaſi tria maria.*] Nam revera mare Tyrrhenum tantum proſpectabat, ſed cum a tribus locis, a fronte ſcilicet & duobus lateribus proſpectum haberet, quaſi tria maria dixit propter diverſam faciem. Catan.

7 *Porticum rurſus.*] Alteram porticum: an praecedentis partem? Idem.

8 *Cubiculum.*] Dictum autumat Feſtus a *cuba* Sabinorum lingua, quam militares *lecticam* vocant.

quod altera feneſtra admittit [1] orientem, occidentem altera retinet.
7 Haec & ſubjacens mare longius quidem, ſed ſecurius intuetur. Hujus
cubiculi, & triclinii illius objectu includitur angulus, qui puriſſimum
[2] ſolem continet, & accendit. Hoc [3] Hybernaculum, hoc etiam
[4] Gymnaſium meorum eſt. Ibi omnes ſilent venti, exceptis, qui [5] nu-
8 bilum inducunt, & ſerenum [6] antequam uſum loci eripiunt. Adne-
ctitur angulo cubiculum [7] in apſida curvatum, quod ambitum ſolis fe-
9 neſtris omnibus ſequitur. Parieti ejus in bibliothecae ſpeciem [8] armarium
inſer-

cant. *Cubicula* etiam Vitruvius ſolet appellare tignorum & aſſerum ſuſtentacula. CATAN. *Retractius* adverbialiter a *retracte*, nec enim convenit alias *retractius amplum*. Quod non obſervarunt editores Fori Romani, qui pro nomine venditarunt. Eſt autem *retracte*, ſi quid retro actum, poſitum, collocatum. SCHEFFER. Immo *retractius* eſt interius, ut *reductum* apud Senecam frequenter. Lib. VII. Nat. Quaeſt. cap. XXXI. *Illa arcana non promiſcue, nec omnibus patent: reducta & in interiore ſacrario clauſa ſunt.* Eo ſenſu *vallem reductam* Poetae, quam non cepit Barthius ad Statii VI. Theb. vs. 255.

1 *Orientem.*] Solem. Nam cubicula, ſicut bibliothecae orientem ſpectare debent: cum illa matutini luminis uſum poſtulent, in his libri non putreſcant. CATAN. *Retinet*, ſcilicet usque dum totus occidat. BARTH. *Admittit orientem.* Non video, quae ſit ratio horum verborum, collata cum ſequentibus, *occidentem altera retinet.* Poteſt ſane retinere etiam qui admittit. An ſcripſit noſter *amittit?* Ut ſit ſententia, ſolem orientem non ſatis longo tempore ibi durare, contra quam fit in ſole occidente ad alteram feneſtram. SCHEFFER. Haec momenti ſunt prorſus nullius. Altera feneſtra ad orientem, altera ad occidentem poſita erat: quomodo ergo illa, quae admittebat primam ſtatim lucem, potuiſſet occidentem ſolem retinere?

2 *Solem continet.*] Id eſt, *teporem ſolis infuſi repercuſſu auget*, ut infra de Xyſto & Cryptoporticu loquitur. BUCHNER. Lucanus Lib. V. vs. 68.

Incendere diem *nubes oriente remotas.*

adde Lib. IX. vs. 499.

3 *Hybernaculum.*] Locus hyberno tempore idoneus: ſicut *hybernacula* militum ſtativa per hyemem ſolemus appellare. Vide pluribus Vitruvium. CATAN.

4 *Gymnaſium.*] Locus ubi exercebantur: proprie tamen de athletis, quoniam nudi contendebant, poſtquam primum nudus Orſitus cucurrit in Olympia. Fuerat enim antiquis conſuetum ſubligaria ferre circum pudenda in gymnaſiis: Orſito vero Lacedaemonio certanti ſoluta fibula cauſam doloris incuſſit, unde lex conſtituta, ut nudarentur. Novimus publicas etiam balneas *gymnaſia* dici: quare Suidas *unctuaria*, & *lavacra* appellat. Immo etiam certamina equeſtria, & venationes, quod corpus exerceant, quidam dixere *gymnaſia*, & *Baleares gymnaſias* Graeci vocarunt: quod nudi aeſtate incederent. IDEM.

5 *Nubilum inducunt.*] Tempus nubilum faciunt quales ſunt auſtrales, notus, aphricus, libonotus, & eurus plerunque. IDEM.

6 *Antequam uſum loci.*] Prius ſol obducitur nubibus, quam calor faceſſat. IDEM.

7 *In apſida.*] Id eſt, in curvaturam rotae ſive teſtudinis. Hoc enim ſignificat ἁψὶς, familiaris dictio Plinio ſeniori, ubi de aſtronomicis tractat. Et cameras ἁψῖδας dictas Suidas interpretatur. Recentiores ſcribunt in Bajano & Lucrino adhuc *apſidas* extare celſi ſuperbique operis: quarum partem balnea, partem ſacella, partem cubicula, & villarum aulas occupare; in earum aliquibus ferramenta ſemicorroſa ſuperne adhuc pendere. Legunt & *in aſpida curvatum*, id eſt, in formam aſpidis circumactum. *Aſpis* eſt ſerpentis ſpecies. IDEM. Hoc notandum. Habuiſſe veteres cubicula figura non ſemper ex rectis lineis, ſed & curvis conſtante, ſpecie lunari. Videnturque id feciſſe ſtudioſe, ut in eis ſolem haberent perpetuum, quod in alteris fieri non poteſt. SCHEFF. Voſſ. & Helmſt. *in aſpida*; Arnz. *hoſpida*; Riccard. *haſpida.* At Mediceus *hapſida.* Pluribus de *abſide*, ut ipſe ſcribit, agit Gronovius ad Plin. Hiſt. Nat. Lib. XXXVI. cap. XII. cui addas Salmaſ. ad Spart. Peſcenn. Nigr. cap. VI.

8 *Armarium.*] Rerum receptaculum, veluti veſtiarium: in cujus formam vidimus bibliothecas comparatas interdum. CATAN.

1 *Lecti-*

inſertum eſt, quod non legendos libros, ſed [1] lectitandos capit. Adhaeret dormitorium [2] membrum, tranſitu interjacente, qui [3] ſuſpenſus & [4] tabulatus conceptum vaporem ſalubri temperamento huc illuc digerit & miniſtrat. Reliqua pars lateris hujus [5] ſervorum liber-
torum-

1 *Lectitandos.*] *Lectitare* eſt idem, ac frequenter legere. Vult itaque copiam librorum non fuiſſe magnam, ut qui paullo eſſet ſtudioſior, eumdem librum ſaepius cogeretur relegere. SCHEFFER.

2 *Membrum.*] Pars domus. Nam Columella cum Apulejo ſic nominat. Videtur autem fuiſſe *dormitorium membrum*, quod ipſe Lib. V. in alterius villae deſcriptione *dormitorium cubiculum* dixit. CATAN. *Membrum* pars domus, ut Lib. V. Epiſt. VI. n. 15. *Multa in hac* membra: *atrium etiam ex more veterum.* Apuleius VII. Metam. *Et ipſa* membra, *in queis omne patrimonium condi ſolebat, curioſe perſpexerat.* BARTH.

3 *Suſpenſus.*] Elevatus. Lege Vitruvium de ſuſpenſuris caldariorum. CATAN. Multa de hoc verbo Gronovius ad Senec. Epiſt. LXXXIV. *Magno adgeſtu* ſuſpenſa *veſtibula.* quaedam Lipſius ad Eiusd. Epiſt. XC. *Ut* ſuſpenſuras *balneorum & impreſſos parietibus* tubos, *per quos circumfunderetur calor, qui ima ſimul & ſumma foveret aequaliter.*

4 *Tabulatus.*] Tabulis ubique interpoſitis, per quas vapor huc & illuc digeratur. quod magis placet, quam *ſublatus ſubulonibus*, id eſt, tibicinibus ſuffultus. *Subulones* enim tibicines Thuſci, auctoribus Feſto & Varrone, dixerunt, ad cujus ſimilitudinem unicornes cervos appellavere *ſubulones.* Et *Deſubulare*, Marcello tradente eſt, perfodere, a *ſubula* tractum. Legimus etiam *quod ſuſpenſum & tabulatum*, ut iſta referantur ad dormitorium. CATAN. *Suſpenſus & tabulatus.*] Pal. & ed. vetus, *membrum* & *tranſitu*, mox Palatinus, *qui ſuſpenſus ſublatus conceptum*, &c. Modius cum inveniſſet in Neuſtetteri MS. *qui ſuſpenſus ſubditis*, legendum pronunciat, *ſuſpenſus ſublicis* aut *ſubliciis.* GRUTER. Jac. Sirmond ad Sidon. in deſcript. Burg. Pontii Leontii, *Tubulatum* legi vult. Per *tubulos* enim parietibus impreſſos, ut loquitur Seneca Epiſt. XC. vapor emittitur. *Tubulus* etiam canna eſt, qua aqua deducitur, Varr. de Re ruſt. c. 8. Et *Tubos viſcerum* dixit Martial. Lib. II. VEENH. Aſſentior iis, qui hic *tubulatus* legunt. SCHEFFER. *Subulatus* placebat Jacobo Bonon. Annot. cap. XVII. extr. ut notetur locus, qui per tubos ac fiſtulas veluti tibicen ſufflabat, & ita vaporem diffundebat. *Subulatus* enim quaſi ſufflatorius. *Subulo* namque Pompeio auctore Thuſce tibicen dicitur. Haec ille, & ne cui quid invideamus, ita, nimirum *ſubulatus*, in MS. Riccard. & Oxon. exhibetur. Sed cui perſuadebunt Plinium Tuſca voce uſum eſſe in politiſſima villae deſcriptione? Lindenbr. Bongarſ. & Arnz. *Qui ſuspenſus & ſublatus*; At quid opus erat idem bis dicere? Modius reperit in MS. *Qui ſuspenſus ſublitis*, atque inde faciebat: *qui ſuspenſus ſubliciis.* Verumtamen neque Seneca, neque alii, qui vocabulo *ſuſpenſus* hoc ſenſu utuntur, tale additamentum agnoſcunt, & quid *ſublicae*, ſeu pali ad hunc tranſitum? an alio tibicine fultus eſſe non poterat? *ſublicae* certe parum decorae pro reliqua aedificii elegantia, &, ſi uſum ſpectes, ne aptae quidem. Edidit tamen, quod viros doctos fugit, iam Gryphius: *qui ſuspenſus ſublicis.* Mediceus praefert: *quod ſuspenſum & tabulatum*, manifeſto vitio, utpote quod *dormitorium* in ipſum vaporarium & hypocauſton mutat. Cum vero MS. ſatis vetuſtus Riccard. *ſubulatus*, Mediceus & alii *tabulatum* vel *tabulatus* exhibeant, leviſſima medicina erit ex more veterum petita, ſi *tubulatus* legamus; de quibus tubis vidimus modo ex Seneca, cui adde notam Jo. Savar. ad Sidon. Lib. II. Epiſt. II. pag. 105. Vox ipſa *tubulatus* Plinii maioris eſt, & ſimili lapſu *tabularius* ac *tubularius* apud Ammianum miſcentur. CORTE.

5 *Servorum libertorumque*, &c.] Non ſolicitarem hanc lectionem, ſi per ſequentia ſtaret. Nam qua ratione *mundos* vocari ſervorum *uſus*; aut *hoſpites* potuiſſe *accipere* exiſtimabimus? Forte an per compendium ſcriptum *uſibus* fuit: quod qui non capiebant, *uſibus* poſtea reſcripſerunt, cum *manſibus* aut *manſionibus* deberent. Nam *manſus* & *manſio* idem eſt: ut *habitatio*, & *habitatus.* Vet. Gloſſae: οἴκησις. *Habitatio*, *habitatus*, *habitaculum.* Et paulo ante perſtrinximus, quid *manere* & *manſio* Latinis dicatur. Quare ſi horum alterutrum admittimus, omnia expedita erunt & plana. Poſſis tamen & ita: *Servorum libertorumque uſibus detinetur pleriſque oecis,* (vel *membris*) *tam mundis, ut accipere hoſpites poſſint.* *Membra* frequenter dicuntur domus partes: ſuppeditatque haec ipſa Epiſtola exempla. *Oecos* apud Vitruvium legimus. Qui tamen huc nihil faciunt. Apud Lucianum nunc

torumque uſibus detinetur, [1] pleriſque tam mundis, ut accipere hoſpites poſſint.
10 Ex alio latere cubiculum eſt politiſſimum, deinde vel cubiculum grande, vel modica [2] coenatio, quae plurimo ſole, plurimo mari lucet. Poſt hanc cubiculum cum [3] procoetone, altitudine aeſtivum, [4] munimentis hybernum. eſt enim ſubductum omnibus ventis. Huic cubiculo aliud, & procoeton communi pariete junguntur.
11 Inde balinei, [5] cella frigidaria, ſpatioſa & effuſa, cujus in contrariis parie-

οἶκοι nunc *οἰκήματα* appellantur, quaelibet membra balinei, Caeterum *οἴκημα*, Vetus Gloſſarium *Cellam* interpretatur. Ac vocant Latini frequenter *cellas*, ubi ſervi morantur, ac cubant. Sic *Atrienſis cellam* apud Suetonium Caligula: & *Oſtiarii cellam* apud Petronium legimus. Quo nomine tamen hic uti Plinius noluit: quod non ad rationem cellarum hae manſiones extructae eſſent, anguſtius ſcilicet, ac parum munde; ſed in legitimorum cubiculorum morem laxius ac elegantius. quamquam neque *cubicula* appellare voluit propter conditionem utentium; & *oecos* appellavit forte potius; quod illud nominis nec disconveniret ſervorum manſionibus; & honeſtioribus habitaculis etiam aptari poſſet. BUCHNER. Sine cauſſa laboravit bonus Buchnerus, ut mox oſtendet Gronovius. *Uſibus* dixit, ut n. 4. *Villa* uſibus *capax*, *non ſumtuoſa tutela.* Et ſi mox *uſus mundi* vocantur, non magis inſolitum videri debet, quam *coenatio*, *geſtatio*, aliaque talia, quae pro locis ubi *coenatur*, aut alia peraguntur, poni ſolent. Vide & Gellium Lib. XVIII. cap. VII. Infra Riccard. Lindenbr. & Voſſ. *Et ex alio latere*, Bongarſ. *etiam ex alio l.*

1 *Pleriſque tam mundis.*] Non *uſu ſervorum* Plinio *mundi* vocantur, nec *manſionibus*, *manſibus*, *oecis*, *membris*, locus eſt. Sana ſunt omnia, neque habent quicquam difficultatis, modo recte accipiantur. *Pleriſque*, puta reliquae partis lateris hujus locis vel membris, *tam mundis*; in quo intelligitur participium verbi ſubſtantivi. Cum dicit *ſervorum libertorumque uſibus detinetur*, ſignificat ibi eſſe cellas vel membra, in quibus illi cubent. Tum, *pleriſque tam mundis*, id eſt, & pleraque eorum, quae ſervorum & libertorum uſibus detinentur, tam munda ſunt, ut etiam hoſpites ingenuos eo collocare poſſis. GRONOVIUS.

2 *Coenatio.*] Locus ad coenam ſumendam. Sidonius pro *diaeta* indifferenter ponit. Columella praecipit coenationes in villa hyberni temporis aequinoctialem occidentem, ſed aeſtivas hybernum orientem ſpectare. *Coenatorium* autem veſtis eſt, qua in coenis utebantur: At *coenacula* in ſuperiore domus parte erant, ad quae ſcalis aſcendebatur, ſolita inquilinis locari, auctoribus Juvenale, & Pompejo. & Ulpianus *coenaculariam exercere* uſurpat pro eo, quod eſt *coenacula locare.* CATAN. Liquet hinc, coenationes a cubiculis fuiſſe diverſas magnitudine potiſſimum, & cubicula fuiſſe minora, Coenationes vero ampliſſimas, quoniam etiam grande cubiculum vix aequare potuit Coenationem modicam. Quare puto & coenationem fuiſſe diſtinctam a triclinio. Scio pleroſque triclinium & coenationem accipere pro eodem; at Noſter diſtinguere videtur, quia ſupra triclinia memoraverat. quemadmodum & Sidonius facit: *Ex triclinio fit in diaetam ſive coenationem tranſitus.* SCHEFFER. Mediceus: *quae plurimo mari lucet*, mediis omiſſis.

3 *Procoetone.*] Id eſt, antithalamo: quod ſatis congrue facit, & Columella hoc vocabulo uſus eſt. *Nec putant*, inquit, *ſe habere villam niſi multis vocabulis retineant Graecis: quin vocent particulatim procoetona, palaeſtram, adodyterion.* Graecum eſt Προκοιτὼν Antethalamum, Antecubiculum. Legunt etiam *Proceſtrio*, quo proceditur in muro. Aelius etiam referente Feſto *aedificia dicit extra portam.* Artorius, quae ſunt ante caſtra *proceſtria* ſcripſit. Caeſar *Erycinum* videtur vocare. CATAN. *Procoetone.*] In Pal. eſt *proceriore*, moxque infra *proceriori.* Sed vett. edd. utroque in loco habent *proceſtrio.* GRUTER. Helmſtad. etiam, Voſſ. Oxon. & Arnzen. *proceriore*, ſed Mediceus & Riccard. *proccetone*, niſi quod Mediceus infra *procoetois*, pro *procoeton* ſcribat. Infra *ventis* deeſt Oxonienſi.

4 *Munimentis.*] Parietibus, ſpecularibus aptum ad uſum hyemis. CATAN. Voſſian. & Arnz. *munimento*; Helmſt. *munimentum.* Infra Mediceus: *inde balnei*, pro *balinei.*

5 *Cella frigidaria.*] Ubi aqua frigida, ſi poenituiſſet teporis, lavabantur. Nam balinei cellae tres erant: *caldaria*, ubi calida, *tepidaria*, ubi tepida: *frigidaria*, ubi frigida ſervabantur. Vitruvius in balnearum diſpoſitione cum calidariam & tepidariam memoravit, ſtatim frigidarii aheni me-

parietibus duo [1] baptiſteria, [2] velut ejecta ſinuantur, abunde capacia, [3] ſi innare in proximo cogites. Adjacet [4] unctorium [5] hypocauſtum, adjacet [6] propnigeon balinei. mox duae cellae magis elegantes, quam ſumptuoſae. cohaeret calida [7] piſcina mirifice, ex qua natantes mare aſpiciunt. Nec procul [8] ſphaeriſterium, quod calidiſſimo ſoli, inclinato 12
jam

memoriam facit. Nam praefurnio tria ahena imponebantur, caldarium, tepidarium, frigidarium, ut ex tepidario in caldarium, quantum aquae exierit, influat, de frigidario in caldarium. CATAN. *Frigidaria.*] Caldariam vel calidariam vocarunt Θερμὸν οἶκον. Galen. Lib. I. Tepidariam ἠρέμα χλιαινόμενον οἶκον & ἠρέμα θερμὸν οἴκημα. Frigidariam vero ψυχρὸν οἶκον. Vide Salmaſ. not. in Fl. Vopiſcum. VEENH.

1 *Baptiſteria.*] Lavacra. ἀπὸ τοῦ βάπτω, a *lavando*, de quo Sidonius. Huc e locis calore venientibus triplex medii parietis aditus per arcuata intervalla reſeratur. ubi tria cellarum genera jam praedicta demonſtrantur. CATAN.

2 *Velut ejecta.*] Tanquam a pariete eminentia. *Sinuantur.*] Circumvolvuntur. Nam extra parietem hemicycli formam retinebant. IDEM.

3 *Si innare in proximo, &c.*] Diſtinctio haec eſt a Pal. & Vett. edd. Recentiores *abunde capacia, ſi innare in proximo cogites. Adjacet, &c.* GRUTER. At quid *unctorio, & hypocauſto* cum natatione? Vel hoc ſolum docere potuiſſet, vitioſam eſſe diſtinctionem Hackianam, quam propterea ſuſtuli. Mediceus: *ſi* mare *in proximo cog.* Helmſt. Oxon. & Arnz. *ſin* mare *in p. cogites.* Lib. V. Epiſt. VI. n. 25. *Si* natare *latius aut tepidius velis, in area piſcina eſt, in proximo puteus,* Vide locum.

4 *Unctuarium.*] Ubi ſervabatur oleum unctui opportunum. CATAN. *Unctuarium.*] Hoc Lucian. ἀλειπτήριον οἶκον vocat, & ita deſcribit μεθ' ὃν ἐν δεξιᾷ οἶκος εὖ μάλα φαιδρὸς, ἀλείψασθαι προσηνῶς παρεχόμενος, ἑκατέρωθεν εἰσόδους ἔχων Φρυγίῳ λίθῳ κεκαλλωπισμένας, τοὺς ἀπὸ παλαίστρας ἀξιόντας δεχόμενος. Meminit & unctuariae cellae Dialogus Adr. Imp. cum Epicteto, verba vide apud Salmaſ. in Fl. Vopiſc. Carin. cap. XVII. Adde Urſinum de Triclin. pag. 62. Sed locum, ut vulgo circumfertur, contaminatum eſſe, Codd. docent. Primo omnes conſenſu *unctorium* habent, non *unctuarium*; *unctorium*, ut *deverſorium*, *dormitorium*, *ſudatorium* & ſimilia. Deinde Lindenbr. *Adiacet unctorium* immo *hypocauſton*; Mediceus: *Adiacet* unctorio immo *hypocauſton.* Certe *unctorium hypocauſton* ſubſiſtere nequit, quia locus ubi uugebantur ab hypocauſto eſt diverſiſſimus. Neſcio tamen, an Medicea lectio ſit recipienda, hac forma: *Adiacet* unctorio imo *hypocauſtum.* Qui balnea intrabant, ungebantur, & qui exibant ſimiliter. Duo ergo *unctoria* habuiſſe videntur, quorum alterum, quod proximum erat cellae calidae, *unctorium imum* vocabant. Ordo cellarum, & ipſa deſcriptio Pliniana tale quid exigere videtur.

5 *Hypocauſtum.*] Quod *hypocauſtum* Graece, nos Latine *ſuccenſum* appellamus. Erat autem locus in thermis concameratus & fornicatus, habens ante praefurnium quo igne impoſito illas calefaciebant. Nam ὑπὸ, *ſub*, & καυστικὸν *ardens vaporarium* a quibuſdam vocatur, quia vaporandis cubiculis adhibebatur. Vitruvius. CATAN.

6 *Propnigeon.*] Suida interprete, πνιγεὺς *caminum* & *furnum* ſignificat: & proprie ubi carbones accenduntur. quod Latine dici poteſt *Praefurnium.* Sic Vitruvius utitur: apud quem *propigneum* inverſum vocabulum offendes. magnus etymologic. πνῖγος aeſtum interpretatur. CATAN. *Propnigeon* os patens furni, praefurnium. BARTH. Mediceus *pronigaeon*; Voſſ. Helmſt. & Oxon. *propingeon.*

7 *Piſcina.*] *Non piſcandi ſed natandi cauſa ſine fructu*, inquit Varro de piſcinis. Palladius: *Piſcinales cellae in aeſtivis balneis a Septentrione lumen accipiant, in hyemalibus a Meridie.* Aquae calidae piſcinam Moecenas primus in urbe ſtruxit: & nimiam piſcinarum luxuriam Seneca taxat. CATAN. Mediceus: *Cohaeret calida piſcina mirifica.* Vulgatum ſane, *cohaeret mirifice*, otioſum eſt. An fuit: *Cohaeret* calidae *piſcina mirifica?* Duas cellas memoraverat, tepidam, ut puto, quam alibi mediam vocat, & calidam. *Calidae* iſti cohaerebat piſcina mirifica.

8 *Sphaeriſterium.*] Locum putant a ludo ſphaerae quam pilam poſſumus appellare. Nam σφαιρίζειν & σφαιροπαικτεῖν, eſt *pila ludere*: & σφαιριστὴς *qui pila ludere ſcit*, qualis Lycon Peripateticus, auctore Athenaeo. Lampridius non pro loco, ſed ludo uſus eſt. *Poſt lectionem*, inquit, *palaeſtrae, aut ſphaeriſterio, aut curſui, aut luctaminibus mollioribus operam dabat.* Inde Papinius Lib. IV. Sylvarum, in praef. *Sed &*,,
inquit,,

jam die, occurrit. Hinc turris erigitur, ſub qua [1] diaetae duae, totidem in ipſa. praeterea [2] coenatio, quae latiſſimum mare, longiſſimum
13 mum littus, amoeniſſimas villas proſpicit. Eſt & alia turris: in hac cubiculum, in quo ſol [3] naſcitur conditurque: lata poſt [4] apotheca & [5] horreum. Sub hoc triclinium, quod turbati maris non niſi fragorem

inquit, *Sphaeromachias ſpectamus, & pilaris luſio admittitur.* Et Tranquillus ſcribit Veſpaſianum fuiſſe ſolitum in ſphaeriſterio fauces & caetera membra diſtringere. Pauſanias: *Eſt*, inquit, *& ſtatua antiqua Herculis, cui ſacrificant ſphaeris qui ab ephebis in viros transeunt.* CATAN. Helmſtad. *ſphaeriſterion.*

1 *Diaetae.*] *Diaeta* locus erat in quo per diem, verſari ſolebant. a verbo Graeco, διαιτάομαι, quod eſt *vivo* & *dego*. Sive vocabulum *diaetae* a *die*, & *edendo* tractum videatur: quod in ea de die coenaretur. Nam fuiſſe idem quod coenaculum Ulpianus de extraordinariis criminibus innuit. Athenaeus *diaetas tetraclinias* ſcribit ſuſcepiſſe triginta viros, & nata aram *diaetam* in Hieronis navi lectos habuiſſe quindecim. Et Sidonius: *Ex triclinio fit in diaetam ſive coenationem tranſitus.* Fuiſſe autem *diaetas* ſuperiores & inferiores oſtendit Scaevola de donationibus: & Pollux ἐνδιαιτήματα delectationis cauſa conſtrui tradit. Et Imp. Alexander in Palatio ſtruxit *diaetas* nomine matris ſuae. *Diaeta* etiam cibum unius diei ſignificari receptum eſt, & ſpeciem medicinae quae victu medetur, *diaeticam* appellatam Celſus teſtatur: de qua Rufus Epheſius ſcripſit libros quinque, unum de *diaeta* ſcilicet navigantium. Suidas *diaetas* vocat judicia, quae non fiunt pro tribunali: qualia ſaepe audivimus hodie fieri apud Germanos, & *diaetatas* judices ad hoc electos. Nam διαιτέω eſt judico. CATAN. *Diaetae.*] Pal. & vet. edd. *ſub qua zetae duae.* GRUTER. Veteres & Palatinus *Zetae duae*, Recte, neque debet immutari. Vide Lamprid. Heliog. cap. XXX. & ibi Salmaſ. Et ſic infra legendum. SCHEFFER. At vetuſtiſſimi Mediceus, Riccard. Lindenbr. & Bongarſ. *dietae duae*, quamvis in Helmſt. & Arnz. hic & perpetuo *zotae* haereat. id quod ex enunciatione & modis ſcribendi provenit. Sic enim & *Zabulus*, pro *Diabolo*, ſcribitur, *Zaconi* pro *Diaconi*, *Zariti* pro *Diariti*, *Numiza* pro *Numidia*, *catomidiare* a κατωμίζειν. Vide, quae collegerunt interpretes ad Lactant. de mort. perſecut. cap. XVI. *Novem praeliis Zabulum cum ſatellitibus ſuis debellaſti.* BARTH. Ad Paulin. Petrocc. Lib. II. vs. 67. & Muncker. ad Fulgent. Contin. Virg. pag. 150. Quamobrem antiquior ſcriptura *diaeta*, quam optimi Codd. ſervant, non eſt deſerenda: quidquid Briſſonius, Spanhemius aliique contra dicant. Adde Catanaeum infra ad n. 20. & Lib. V. Epiſt. VI. n. 20.

2 *Coenatio.*] Locus eminens & patulus, quales ſaepius eſt videre in Genuenſium villis, ubi & cibum capiunt, & littus ac mare proſpectant, *terratias* vulgo appellant: quod ſunt patenti coelo & planae, quanquam ſummo inſtar aequatae terrae. CATAN. Differt ergo *Zeta* & *Coenatio.* Sed quae eſt differentia? quod haec eſſet maior, illa minor: quod colligitur, quia hic *coenatio* una *zetis* opponitur duabus. Non ſatis commode Voſſius in Etymolog. *Zeta ſignificat aedificium ac partem domus, quae cubiculum habeat ac coenationem.* Contra potius res ſeſe habuit, ut liquet. SCHEFFER. In Mediceo haec ita leguntur: *coenatio, quae* laetiſſimum *mare, l. l. a. villas* poſſidet. mendoſe ſine dubio. *Spectare, adſpicere, deſpicere, proſpicere* de inanimorum ſitu paſſim obvia ſunt, ut vel ex Caeſare conſtat. Supra n. 5. *Triclinium quaſi tria maria* proſpectat. Infra. n. 20. *Heliocaminus cryptoporticum feneſtra* proſpicit. atque ita ſaepius Auctor. Silius Lib. III. vs. 417. de Pyrene:

Diviſos Celtis late proſpectat *Hiberos.*

Seneca Phoeniſſ. vs. 68.

Hic alta rupes *arduo ſurgit iugo*
Spectat*que longe* ſpatia *ſubiecti maris.*

Sic mox n. 13. *videt.*

3 *Naſcitur conditurque.*] Altera feneſtra Orientem, altera Occidentem ſolem admittit. Lucianus domum commendat quae patentibus feneſtris ſolem Occidentem excipit. CATAN.

4 *Apotheca.*] Cella vinaria. Nam quamvis *apotheca* poſſit eſſe locus, quo res ſervandae reponuntur ἀπὸ τοῦ ἀποτίθεσθαι, a *reponendo* dictus: tamen pro cella vinaria accipi ſolet auctoribus Plinio avunculo & Columella. Sic & Ulpianus. CATAN. Teſtatur & hoc Salmaſ. in Ael. Spartian. Adr. cap. XI.

5 *Horreum.*] Granarium ab *hordeo*, quod in eo ſervabatur, quidam dictum autumant. Debet autem

rem & ſonum patitur, eumque jam languidum ac deſinentem. hortum & [1] geſtationem videt qua hortus includitur. Geſtatio buxo aut rore 14
marino, ubi deficit buxus, ambitur. Nam buxus qua parte defenditur tectis, abunde viret aperto coelo, apertoque vento: &, quanquam [2] longinqua aſpergine maris, inareſcit. Adjacet geſtationi 15
interiore circumitu [3] vinea tenera & umbroſa, nudiſque etiam pedibus mollis & cedens. Hortum [4] morus & ficus frequens veſtit, quarum arborum illa vel maxime ferax eſt terra, malignior caeteris. [5] Hac non deteriore, quam maris facie, coenatio remota a mari fruitur. [6] Cingitur diaetis duabus a tergo, quarum feneſtris ſubjacet [7] veſtibulum villae, & hortus alius [8] pinguior & ruſticus. Hinc

autem eſſe ſicciſſimum, & ſicut cella vinaria ad Septentrionem ſpectare, averſum omnino ab auſtro. auctores ſunt Vitruvius, Plinius, Palladius, & Columella. CATAN. *Horreum.*] *Horreum* & *apotheca* aequipollent, quamvis horreum generalius. Deſcendit ex Gr. ὠρεῖον, quod eſt cujuſvis rei φυλάκιον. Falluntur enim, qui ὠρεῖον ex Latino flexum autumant, eamque vocem ut barbaram in ſuis lexicis notant. Salmaſ. in Ael. Spartian. l. c. VEENH. Infra Lib. VIII. Ep. XVIII. n. 11.

1 *Geſtationem.*] Locum, quo geſtabantur, quamplurimum ſub dio ambulacrum. CATAN. Vide ad Ep. III. Lib. I. *Geſtationem.*] Eſt haec praeterea ipſa etiam exercitatio, qua geſtamur, ac vehimur, equo, lectica, vel quovis alio genere. Sidon. Lib. II. Epiſt. LX. transfert ad ambulationem, cum tamen alii ab ea diſtinguant. Vid. Senec. Epiſt. LV. antiq. Plin. ſen. Lib. XXVII. apud Jac. Sirmond ad Sidon. VEENH. De geſtatione adeundus Budaeus ad Pandect. pag. 442 BARTH. Infra Lib. V. Epiſt. VI. n. 17. Paullo poſt Mediceus: *ubi deficit buxu.*

2 *Longinqua aſpergine.*] Ut vix poſſit conſpergi rore ſalſo. Fit enim *aſpergo* maris ex concuſſione vicini ſcopuli. Hinc Virgil.

Objectae ſalſa ſpumant aſpergine cautes.

CATAN.

3 *Vinea tenera & umbroſa.*] Hoc non adſequor. Quomodo enim dici poteſt vinea *nudis pedibus mollis ac cedens?* Nihil tale ſpectatur aut commendatur in vinea. Quare lego *via* pro *vinea.* SCHEFFER. Non poterat frigidius. Haeſitarunt tamen & alii, adeo, ut ipſe Aldus prima editione *vinca*, pro *vinea*, exprimeret, quod ſuos admiratores invenit. Spectantur autem omnino in vineis etiam ſemitae [vide Columellam Lib. IV. cap. XVIII.] & an illae ſatis molles ſint, inprimis ab his, qui *unam ſemitam terunt, omneſque viticulas ſuas noſſe volunt*, ut loquitur Lib. I. Epiſt. XXIV. n. 4. ſed & ab aliis. Mediceus *circumitu* ſcribit, & Helmſt. voculas *mollis &* neglexit. Vide Lib. I. Epiſt. III. n. 1.

4 *Morus.*] Arbor Palladi dicata, quod ſero germinat: ideo nullis vernis ſubjecta tempeſtatibus. CATAN.

5 *Hac non deteriore.*] Senſus eſt: alia quamvis procul a mari coenatio, tamen fruitur aſpectu tam amoeno quam illa, quae mari adjacet. IDEM.

6 *Cingitur diaetis.*] Conjunguntur duae *diaetae* coenationi continentem verſus. Ad idem fere legitur, *vincitur.* IDEM. *Diaetis.*] Pal. & edd. vett. *zetis duabus.* GRUTER. Sic & Helmſt. ac Arnz. Sed Voſſ. *dizetis.* Veterrimi tamen recte *diaetis*, ut diximus ſupra ad n. 12. Mediceus: *Vincitur diaetis duabus*, quod verbum exquiſitius eſſe videtur, & alioquin *cingere* & *vincire* frequenter permutantur, ut monuit Celeb. Burmann. ad Ovid. Art. Amat. Lib. III. vs. 53. & 392.

7 *Veſtibulum.*] Ingreſſus. Ex auctoritate Caecilii Galli, Gellius, & eadem ad verbum tranſcribens Macrobius, refert non in ipſa domo nec partem aedium, ſed locum ante januam eſſe, per quem de via aditus acceſſuſque ad aedes fit, cum dextra ſiniſtraque inter januam & tecti, quae ſunt viae juncta, ſpatium relinquitur. Fiebat autem in aedibus ampliſſimae fortunae. *Veſtibuli* derivationem aliam refert Ovidius in Faſtis a Gellio & Macrobio, a *Veſta* deducens more poëtarum. Vitruvius & Ulpianus vocabulo Graeco utentes *prothyrum* appellarunt: alii *propylaeon*, ut Maximus & Thucydidis interpres. CATAN.

8 *Pinguior.*] Sic Pal. & edd. vett. publicati *pinguis.* GRUTER. *Pinguior* omnes noſtri, & Gryphius aliique.

16 Hinc [1] cryptoporticus [2] prope publici operis extenditur. Utrinque feneſtrae, a mari plures, ab horto ſingulae, [3] ſed alternis pauciores. Hae, cum ſerenus dies [4] & immotus aer, omnes: cum hinc vel inde

1 *Cryptoporticus.*] Occulta & latens porticus. *κρύπτω* enim abſcondo & *Crypta* locus abditus, & concameratus, quam pro *cryptoporticu* reor Vitruvium poſuiſſe: *In aedibus*, ait, *cryptae*, *horrea*, *apothecae.* Juvenalis pro ſubterranea caverna fornicata, id eſt, cloaca, uſurpavit. CATAN. Confer Iſ. Caſaub. in Spartian. Adrian. cap. X. & infra Lib. V. Ep. VI. n. 27.

2 *Prope publici operis inſtar*, *&c.*] Sic recentiores, Pal. & editio vetus habent: *Hinc Cryptoporticus*, *prope publici operis*, *extenditur.* GRUTER. *Inſtar* non eſt in Mediceo, Riccard. Oxon. neque in ceteris melioribus, & ſummo iure deletur. Sueton. Iul. cap. XLVII. *Gemmas*, *toreumata*, *ſigna*, *tabulas* operis antiqui *ſemper animoſiſſime comparaſſe.* Nerone cap. IX. extr. *Ubi & portum* operis ſumtuoſiſſimi *fecit.* Velleius Lib. II. cap. LXIX. *Caſſius Rhodum*, *rem* immanis operis, *ceperat.* Iuſtinus Praefat. pr. *Prorſus rem* magni *& animi*, *&* operis *adgreſſus*, ubi plura l. Fr. Gronovius. Anaſtaſius Biblioth. in Leone IV. *Beati Petri Apoſtoli oraculum* mirae pulchritudinis ſummi*que* decoris *conſtruxit.* in Gregorio IV. *Fecit in patriarchio Lateranenſi triclinium* mirae magnitudinis. Quales Genitivi frequentiſſimi ſunt apud optimum quemque, ut vidimus ad Cicer. Lib. IX. Fam. Epiſt. XXI. n. 5. Salluſt. Cat. cap. LI. n. 23. Lucan. Lib. V. vs. 52. & Lib. VI. vs. 508. Alio Caſu Spartianus Adriano cap. XII. *Per idem tempus in honorem Plotinae baſilicam apud Nemauſum* opere mirabili *exſtruxit*, &, qui noſtrum reſpexit, Sidonius Lib. II. Epiſt. II. *Hinc frigidaria dilatatur*, *quae piſcinas* publicis operibus exſtructas, *non impudenter aemularetur.* CORTE.

3 *Et altius pauciores.*] Sed in eminentiore parte ſunt pauciores, quam in inferiore. Legitur etiam: *Sed alternis pauciores:* ut ſit ſenſus, ab horto habet pauciores feneſtras dimidio quam a mari. Poteſt etiam legi *alterius*, ut multi codices habent, in eundem ſenſum, ſcilicet feneſtris alterius partis. CATAN. Helmſtad. Oxon. & Arnz. *& alterius pauciores*; Riccard. Lindenbr. Bongarſ. Voſſ. *& alternis pauciores*; Mediceus: *ſed alternis pauciores.* Perizonius corrigebat, *& alteris pauciores.* Ipſe praeſtantiſſimo Mediceo adhaereo, quem, quod ad vocem *alternis*, ceteri meliores firmant. *Alternis* autem non ut Catanaeus, ſed ita capio, ut infra Lib. V. Epiſt. VI. n. 35. Alternis *metulae ſurgunt*, alternis *inſerta ſunt poma.* Epiſt. XVIII. n. 2. *Ego in Tuſcis & venor & ſtudeo*, *quae interdum* alternis, *interdum ſimul facio.* Senec. Nat. Quaeſt. Lib. I. cap. III. *Haec inaequalitas* alternis *lucem umbramque permiſcet*, *& exprimit illam mirabilem arcus varietatem.* Epiſt. XCVI. *Ceteri decidunt ſubinde & reponuntur*, *& inter omiſſa adpetitaque*, alternis *fluctuantur.* qui ita ſaepius. Varro III. de R. R. cap. XVI. *Omnes ut in exercitu vivunt*, *atque* alternis *dormiunt*, *& opus faciunt pariter.* Priapeia Carm. LII.

> Alternis *ineundo & exeundo.*

Ciris vs. 351.

> *Quem pavidae* alternis *fugitant optantque* puellae.

Adde Cl. Bentleium ad Horat. Lib. II. Epiſt. II. vs. 176. ubi ex *alterius* fecit *alternis.* Supra eaedem veterrimae membranae: *Utrimque feneſtrae* mari *plures*, ab *horto ſingulae.* Nobili elegantia, ſed quam hodie plerique ignorant, in libris vett. etiam ſaepe corruperunt indocti librarii. Eſt autem Zeugma Particulae *ab*, licet illa ultimo loco poſita ſit. Sic iterum optimus Mediceus Lib. VII. Epiſt. I. n. 6. *Atque ita ſpe balinei placide leniterque dimiſſa*, abſtinentiam *rurſus*, *non ſecus ac modo* ad balineum *animum vultumque compoſui.* Alia collegimus ad Lucani Lib. II. vs. 85.

> — — — *non ille* favore.
> *Numinis*, *ingenti ſuperum protectus* ab ira.

CORTE.

4 *Et immotus*, *omnes.*] Sic vulgo edebant, ut *immotus* ad diem pertineret. Belle *immotus dies* dicitur Tacito I. Hiſt. cap. LXXXVI. *Statuam Divi Iulii* ſereno & immoto die *ab Occidente in Orientem converſam.* Plinius ita non ſcripſit, hoc pro certo ſcio: Mediceus: *cum ſerenus dies*, *&* iam motus aer, *omnes.* Unde repoſui: *& immotus aer*, ut ille ſolet eſſe, cum venti quieſcunt. Lucanus Lib. VI. vs. 104.

> *A tergo pelagus*, pulſusque *Aquilonibus* aer.
> *At liber terrae ſpatioſis collibus hoſtis*
> Aere *non* pigro, *nec inertibus angitur undis.*

Planc-

inde [1] ventis inquietus, qua venti quieſcunt, ſine injuria, patent.
17 Ante cryptoporticum [2] xyſtus violis [3] odoratus. teporem ſolis infuſi [4] repercuſſu cryptoporticus auget, quae ut tenet ſolem, ſic aquilonem [5] inhibet, ſummovetque, quantumque caloris ante, tantum retro

Plane ut noſter mox n. 19. *aerem pigrum & manentem* dixit. Similiter infra Lib. V. Epiſt. VI. n. 5. *Semper* aer *ſpiritu aliquo* movetur, *frequentius tamen* auras, *quam* ventos *habet.* Corte.

1 Ventus *inquietus.*] Et haec mera ignavia eſt vulgatarum Editionum, ſed quae ex ſuperiore vitio profluxit. Scripſi cum Mediceo *ventis inquietus*, nempe aer. Lucanus Lib. IX. vs. 498.

Utque calor ſolvit quem torſerat aere ventus.

Sic *aera turbant venti* apud Ovid. XIV. Metam. vs. 544. Lucretius Lib. VI. vs. 366.

—— & ventis *furibundus fluctuet* aer.

Ventis iam edidit Gryphius. Mox Mediceus *ſine incuria.* Idem.

2 *Xyſtus.*] Vitruvius *Xyſtum* ampla latitudine porticum, in qua athletae per hyberna exercebantur, eſſe voluit Graeca appellatione noſtrosque hypaetras ſub dio ambulationes *xyſta* vocare, quae Graeci *paradromidas* dicunt. Sed Lib. V. a ſuperioribus in quibuſdam auctor idem discrepat. *Haec*, inquit, *porticus xyſtus apud Graecos vocitatur, quod athletae per hyberna tempora intectis ſtadiis exercentur.* (Unde Pollux antiquos teſtatur dixiſſe *xyſtos dromos*, & Xenophontem in Oeconomico ſine *dromo* ſcripſiſſe *xyſtum.*) *Faciunda autem Xyſta ſic videntur, ut ſint inter duas porticus ſylvae, aut platanus, & in his perficiantur inter arbores ambulationes, quas Graeci* paradromidas, *noſtri* xyſta *appellant, in quas per hyemem* e xyſto *ſereno coelo athletae prodeuntes exercentur.* Nam modo *xyſtum* vocabulum eſſe Graecum, modo Latinum dicit: & *xyſtum* tam neutro quam maſculino genere uſurpat, cum apud caeteros maſculino proferatur, quem puto M. Tullium intellexiſſe. Apud Tranq. in Auguſto accipimus in eundem ſenſum dici *xyſtum.* Quidam Graecorum *xyſtum* interpretantur eſſe locum politum & aequatum, ſignificare etiam parvum haſtale ſeu jaculum. Hinc Arrianus inquit, *Signa electi exercitus, aquilae, imagines regiae: coronae, omnes aureae ſuper xyſtis argenteis.* *Xyſtis* autem veſtis Tragicorum crocea. Et *Xyſtion* vulgarem quandam gemmam ex India mitti refert avunculus Secundi. Catan. Conf. Salmaſ. exercit. in Solin. Polyhiſt. p. 371. Veenh. Seneca III. de Ira cap. XVIII. *In* xyſto *maternorum hortorum, qui porticum a ripa ſeparat, inambulans.* ubi Lipſium conſulas, qui non fruſtra de corruptione vocabuli queritur. Eſt eadem corrupta apud D. Ambroſium in Hegeſipp. Lib. II. cap. VIII. extr. ubi ex veterrimo noſtro Cod. ita lego: *Et loci, qui templo proximus & ponte diviſus* Xyſtus *adpellabatur, huiusmodi orationem habuit.* Vulgo editur inepte & contra Ioſephum: *Sixtus adpellabatur.* Sic eod. Lib. cap. IX. *Nam & ipſa erat in* Xyſti *ſuperioribus.* Mancus hic eſt Mediceus, in quo haec ſaltem leguntur: *Ante cryptoporticum* area, *quae ut tenet ſolem, ſic* cet. quod partim propter rarius vocabulum, partim ob repetitum *cryptoporticus* accidit. Arnz. *mollis odoratus.*

3 *Odoratus.*] Odore repletus. *Odoratum* eſt quod aliunde accipit odorem, ut odoratum templum. *Odorum*, quod per ſe habet. Martialis:

Tantos veris honos, & odorae gratia Florae.

Haec tamen poëtarum licentia confunduntur. Catan.

4 *Repercuſſu cryptoporticus.*] Objectu parietis auſtralis cryptoporticus. Idem.

5 *Inhibet* ſummovetque.] Verbum aptiſſimum *ſubmovet*, neque ſollicitem. Diximus de illo ad Lucani Lib. II. vs. 385.

Submoviſſe hiemem *tecto.*

Tamen Optimus habet: *inhibet cohibetque*, ut his verbis idem dicat, quod mox aliis expreſſit, *frangit* & *finit.* Nec me multum terreret coniunctio ſimilium verborum, qui Salluſtii Cat. cap. I. extr. *indigens eget* cogito, item Iuſtini Lib. IV. cap. IV. n. 6. *clauſos intercludant*; Gellii Lib. VI. cap. V. *purum putum*; Plauti Trin. A. I. Sc. II. vs. 134. *totum integrum*; Apuleii Lib. VII. Metam. vs. 135. *univerſi omnes.* Et ſic Auctor ſupra Epiſt. IX. n. 5. ambio *domos, ſtationesque* circumeo, Epiſt. XI. ad fin. *foediſſimo* titulo, nomine *unguentarii*, *qui* titulus ab *vita* cet. Epiſt. XIV. n. 1. parvae & exiles *cauſſae.* Simillima ratione *ſuſpicit deſpicitque* coniungit Lib. V. Epiſt. VI. n. 38. ita & hac Epiſt. n. 21.

retro frigoris. ſimiliter Africum ſiſtit, atque ita diverſiſſimos ventos
18 [1] alium alio latere frangit & finit. Haec jucunditas ejus hieme, major aeſtate. Nam [2] ante meridiem xyſtum, poſt meridiem [3] geſtationis, hortique proximam partem umbra ſua temperat, quae ut dies [4] crevit decrevitve, modo brevior, modo longior [5] hac vel illa
19 cadit. Ipſa vero cryptoporticus tunc maxime caret ſole, cum ardentiſſimus culmini ejus inſiſtit. Ad hoc patentibus feneſtris favonios accipit, [6] tranſmittitque: nec unquam aëre pigro & manente
20 ingraveſcit. In capite xyſti deinceps cryptoporticus, [7] horti diaeta eſt

velis obductis reductisque: qua forma vehementer delectatus eſt. Corte.

1 *Alium alio a latere.*] Mediceus, Bongarſ. Oxon. Lindenbr. Helmſt. & Arnz. Praepoſitionem omittunt, quibus accedo. Sic *frangere ſaxo*, *litore*, *remis*, *obiectu*, *obice* perquam uſitata ſunt, & collegimus quaedam ad Lucani Lib. VI. vs. 266. Idem.

2 *Ante meridiem xyſtum.*] Quia aeſtate ſol habet ortum magis ſeptentrionalem, ſic & occaſum: unde mane xyſtum, quippe qui juxta frontem orientalem ad meridiem ſitus eſt. Catan.

3 *Geſtationis.*] Jacebat enim juxta frontem occidentalem. Idem. *Geſtationis.*] Sequutus ſum codices Modianos. In vulgato quippe plurali numero, *geſtationes.* Gruter. Modium vide Novantiqu. dicta ſaepius Epiſt. CVII. Illi ſuffragatur apud nos Voſſ. & Bongarſ. Sed pridem Gryphius *geſtationis* ediderat, eiusque deſcriptio, ut legitur n. 13. 14. non aliud admittit.

4 *Crevit decrevitque.*] Manifeſta eſt Diſiunctio, ut & ſequentia diſiunctive efferuntur. Scribendum itaque: *crevit decrevitve*, id quod Mediceus etiam imperat. Vide ad Lucan. Lib. II. vs. 398.

Altius intumuit, *propius*ve *acceſſit Olympo.*

Sic infra n. 21. *Velis obductis reductis*ve, ubi perperam Edd. quaedam *reductisque.* Corte.

5 *Hac.*] A ſeptentrione. Catan. Optimi Mediceus & Riccard. *hac vel* illa *cadit.* Diceres primam litteram ſequentis verbi fraudi fuiſſe, niſi auctoribus *illa* aeque, ac *illac*, placuiſſet. Tacitus Germ. cap. XXXIV. *Ipſum quoque Oceanum* illa *tentavimus.* Sic *hac*, illa *circumcurſans* in membranis Terentii. Similiter *illo*, pro *illuc* in optimis libris, ut multis oſtendimus ad Lucani Lib. III. vs. 550.

Huc *abeunt fluctus*, illo *mare.*

Corte.

6 *Tranſmittit.*] Per alias feneſtras: ſic moto aëre, impigroque refrigeratur. Catan.

7 *Horti diaeta.*] Structa in horto. Nam ex JCto oſtendimus diaetam in hortis fieri. Idem. Legitur etiam *Zeta*: Super qua dictione videtur mihi operae pretium referre, quid hactenus compererim. Lampridius in Heliogabalo, *Odores Indicos ſine carbonibus ad vaporandas zetas juſſit incendi.* Sidonius Lib. IX. *Quod ſupradicto tamdiu potes uti libello, ut eum non amplius zetecula tua quam memoria includat.* Colligi hinc poteſt *zetam* pro bibliotheca uſurpari. Sed Sidonii auctoritatem in hoc non magnifacio: cum nec Ulp. Lib. XXXII., ubi de bibliothecis multa diſſerit, ullam *zetae* mentionem faciat. Quidam arbitrantur *zetam* locum, quem antiqui deducta per parietes aqua frigida refrigerabant, vel ferventi calefaciebant. Neratius hunc modum deducendorum rivulorum per parietes notat. Alii propter ſequentia *zetam* locum eſſe voluerunt unius lecti cum ſellis duabus, qui velis obductis & reductis modo adjiciebatur cubiculo, modo auferebatur: & traxiſſe nomen, quoniam tribus e partibus feneſtras & proſpectus habeat, atque ſolem multipliciter accipiat, ἀπὸ τοῦ ζεῖν, quod eſt *fervere.* Nam Homerus inquit, ὡ, δὲ λέβης ζεῖ, id eſt, *ut autem lebes fervet:* quando & *heliocaminus* in ipſa *zeta* ponebatur. vel ἀπὸ τοῦ ζῆν, quod in ea commodiſſime vivatur. Alii omnino mendam ubique inoleviſſe & *diaetam* legendum. Nam praeter fidem veterum exemplarium hac utuntur ratione, quod cum prius *diaeta* & *ziaeta* ſcriberetur, indifferenter *d* in *z* mutatis, ut *Medentius* Mezentius auctore Priſciano: poſtea ex *ziaeta* ſcriptum eſſe *zeta*, eorum inſcitia, qui neſciebant *ziaetam* & *diaetam* idem eſſe. Nec obſtat quod aqua calefieret, nam hoc commodiſſime fieri poterat *diaeta*, in quam ſe recipi ſolitum Saturnalibus ad ſtudia teſtatur Secundus. Catan. *Diaeta.*] *Zeta* eſt in vulg. edd. vett. item in Pal. Gruter. Dictum ſupra ad n. 12.

eſt, amores mei: re vera amores. ipſe poſui. In hac [1] heliocaminus
quidem, alia xyſtum, alia mare, utraque [2] ſolem: cubiculum autem
valvis, cryptoporticum feneſtra [3] proſpicit: [4] qua mare contra 21
parietem medium [5] zotheca perquam eleganter recedit, quae [6] ſpecula-

12. Supra Mediceus: *aegre pigro*, pro *aere*, & infra *amoris mei*, pro *amores*, librarii vitio.

1 *Heliocaminus.*] Concameratus locus totus ſoli expoſitus, ac hyberno tempore calorem ex illo recipiens & continens diaetae pars, noſtri *vaporarium ſolare* vocant: ſive *ſolarium* ut apud Plautum in milite glorioſo. Nam *heliocaminus* Graecum eſt. ἥλιος enim *ſol* & κάμινος *fornax.* Ejus meminit Ulp. octavo ff. de ſervitutibus urbanorum praediorum. Miror quoſdam prodere auſos olim *caminos* non fuiſſe in membris domus, cum Sidonius ſecus apertiſſime oſtendat his ververbis: *A cryptoporticu in hyemale triclinium venitur: quod arcuatili camino ſaepe ignis animatus pulſa fuligine infecit.* Tranq. in Vitellio: *Nec ante in Praetorium rediit, quam flagrante triclinio ex conceptu camini.* Lucianus in Saturnalibus, ubi hyemem deſcribit, *Multi*, inquit, *circum caminum verſantur.* Et Didymus in re Ruſtica praecipit, faciundum *caminum* in balneis. *Alia.*] Parte. Catan. Evolvendus eſt de *Heliocamino* Budaeus ad Pandect. pag. 441. Barth. & Turneb. Lib. XVIII. Advers. cap. XXII.

2 *Solem.*] Quem ut exciperet, ideo ſtruebatur *heliocaminus.* Unde merito Juriſconſultus reſpondet, arbores quae illum inumbrarent ſuccidi & tolli debere. Catan.

3 *Proſpicit.*] Aliae edd. *recipit.* Boxhornius. Immo *reſpicit* eſt in Lindenbr. & Bongarſ. At veterrimi *proſpicit*, quod hic repudiari non debet, cum *reſpici* illa proprie dicantur, quae ſunt a tergo poſita, ut vides ex n. 5. Oxon. *recipit.*

4 *Qua.*] Pal. & edd. vett. non agnoſcunt illud, & pro *diaeta* habent *zeta.* Gruter. Helmſtad. ſolus ex noſtris omittit *Qua*; at aliis *Qua mare* deeſſe adnotavit Lindenbrogius. Optimi nihil mutant, nec ſenſus mutationem admittit. Idem Helmſtad. & Arnz. *zeta* quidem ingerunt, ſed reliqui aliud habent, ut mox dicemus.

5 *Zotheca.*] Nunc vulgata exemplaria, correctorum vitio, quia in toto Epiſtolae textu *diaetarum*, *zetarum*que mentio crebra recurrit, hoc etiam in loco *diaetam* exhibent. Sed certa eſt veterum lectio, quam repraeſentavi. Ex Plinii autem verbis non difficile eſt cognoſcere, *zothecas* proprie dictas ſecretiores oecos & habitatiunculas domus cubiculis adjunctas, in quibus Domini diverſabantur, privatiſque ſtudiis operam dabant, qualia ſunt, quae vulgo *Studia* aut *Cabineta* dicimus. Utitur hac voce Sidonius etiam Lib. VIII. Epiſt. XVI. & Lib. IX. ep. XI. extatque in Tiburtina Inſcriptione, quam Savaro protulit, & in hac Reatina nondum hactenus edita:

TI. CLAUDIO AUG. L. FELICI SCAPULANO D. III. Q. III. QUINQUENNALI INMUNI TRIPLICARIO BENE MERENTI EX CONSENSU DECURIAE UNIVERSAE HONORIS CAUSA ZOTHECAM PUBLICE DEDERUNT ATIMETUS L. SUA PECUNIA ADORNAVIT. Jac. Sirmond. Membranae noſtrae *Zotheca*, quod verum ac merum Plinianum eſſe, vidit quoque Sirmondus ad Sidonii Lib. VIII. Epiſt. XVI. pag. 157. Barth. Sirmondus explicat cubicula, in quibus privatis ſtudiis operam dabant, qualia ſunt quae vulgo *Studia* aut *Cabineta.* Sed haec nimis generalia, nec vocem explicant. Puto *Zothecam* dictam, quod in ea ſervarentur ſigilla, picturae, tabulae, alia id genus viſu rariora. Nam ut *Zographus* is dicitur, qui pingit, qui res varias, animalia, homines exprimit coloribus, ita & *Zotheca* ubi res eiusmodi, animalia, homines, ſive picta, ſive alio modo formata cuſtodiuntur. Qualia & ipſa hodie *Cabineta* dici conſueverunt. Scheffer. At quod *lecti* hic & *cathedrarum* mentio fit, *lecti* etiam infra Lib. V. Epiſt. VI. n. 38. ad alia mentem Schefferus advertere debebat. Immo ſi legiſſet Sidonium qui *libros* & *Zotheculam*, *armaria* & *Zotheculas* coniungit, de picturis ſuis & ſignis numquam cogitaſſet. Conſulendus eſt omnino Salmaſ. ad Solinum pag. 850. & 851. ubi oſtendit *Zothecas* quidem, vi nominis, cellulas animalibus ſaginandis deſtinatas, aut etiam *vivaria* notaſſe; poſtea vero pro quolibet parvo conclavi & pro bibliotheca poſuiſſe. Quae de gallinis cubantibus ibidem adtulit, haec nolim eo rapi, quaſi bibliothecae nomen inde tulerint, quod inibi libris incumberent. Hoc certum eſt, pereximias membranas Mediceas hic perſpicue *Zotheca*, ut Lib. V. Epiſt. VI. n. 38. *Zothecula* exhibere. Proxime accedit MS. Riccard. & Oxon. in quibus *Ziotheca*, & Lindenbr. *Ziotheta*; Arnzen. *Ziothecha.* Reineſius ad Claſſ. IX. Inſcript. LII. *Zothecam* ſecretius ταμεῖον, ſeu conclave quodcumque, aedis maioris adpendiculam interpretatur, & deinde alia ſubiungit, quae non ſunt ſatis emendata & perpolita

6 *Specularibus.*] Lapidibus translucentibus, eundem quem nunc vitrum, in feneſtris uſum prae-

cularibus & velis obductis reductiſve modo [1] adjicitur cubiculo, modo aufertur. Lectum & [2] duas cathedras capit, a pedibus mare, a tergo villae, a capite ſilvae, tot facies locorum, totidem feneſtris
22 & diſtinguit & [3] miſcet. Junctum eſt cubiculum noctis & ſomni. non illud voces ſervulorum, [4] non maris murmur, non tempeſtatum motus, non fulgurum lumen, ac ne diem quidem ſentit, niſi feneſtris apertis. Tam alti abditique ſecreti illa ratio, quod interjacens [5] andron parietem cubiculi, hortique diſtinguit, atque ita omnem ſonum
23 [6] media inanitate conſumit. Applicitum eſt cubiculo hypocauſtum perexiguum, quod anguſta feneſtra ſuppoſitum calorem, [7] ut ratio exegit, aut effundit, aut retinet. Procoeton inde & cubiculum porrigitur in ſolem, quem orientem ſtatim exceptum, ultra meridiem, obliquum

praeſtantibus. CATAN. Mediceus *ſpeculatoribus*, quod ſupra monuimus ad n. 4.

1 *Adjicitur cubiculo.*] Auget cubiculum remotis velis, & minuit eiſdem obductis. Seneca Natural. IV. ſcripſit coenationem velis & ſpecularibus muniri ſolitam. CATAN. Voſſ. *cubiculo meo*, quod Gryphius expreſſit.

2 *Duas.*] Palat. habet quidem *duas*, ſed intra lineas. In contextu viſitur *denas.* GRUTER. Noſtri omnes *duas*, & vere. Cui uſui *denas?*

3 *Miſcet.*] Quia a quacunque feneſtra tria iſta videri poterant: an, quod magis probo, quod anguſtia loci per tres feneſtras uno aſpectu omnia licebat intueri? CATAN. *Diſtinguit* ſi per unam feneſtram in unam partem verſus proſpicias; *Miſcet*, ſi omnibus feneſtris intendas. Sed paullo difficilior eſt ad haec iſta deſcriptio, *a pedibus*, *a tergo*, *a capite.* Pro ultimo *a capite* in aliis eſſe *a latere*, adnotavit Lindenbrogius; ſed hoc nihil iuvat. A poſitu cubantis & vel ſtudentis, vel ſcribentis deſcriptionem deſumſit.

4 *Non maris* murmur.] Voſſian. *non maris fremitum*, atque ita margo Gryphii. Obvium hoc eſſe, dixi ad Lucan. Lib. X. vs. 321.

Cuncta fremunt *undis*, *ac multo* murmure *montis*
Spumeus invitis caneſcit fluctibus amnis.

Sed ex eodem patet, meliorum librorum *murmur* aeque probum eſſe. Sic idem Lib. I. vs. 260.

—— *mediusque tacet ſine* murmure *pontus.*

Mediceus: *voces ſervolorum*, antiquo more; deinde: *tempeſtatem motus*, corrupte; denique: *non fulgorum lumen*, de quo ad Lucani Lib. V. vs. 17.

5 *Andron.*] Locus domicilii appellatur anguſtior longitudine, in quo viri plurimum morantur, ſicut *Gynaecium* ubi mulieres, auctores ſunt Feſtus, Suidas, Pollux, qui *androna* etiam Libro ſexto pro loco convivii interpretatur. *Ad haec*, inquit Ariſtophanes, *judicia omnia & porticus andronas faciam.* Athenaeus: *Majores domus heroum Homerus* μέγαρα *vocat. &* δώματα, & κλισίας; *nos vero* ξενῶνας & ἀνδρῶνας. Et ubi de conviviis Cretenſium agit: *Sunt*, inquit, *ubique in domibus duo loca conviviis celebrandis aſſignata, quorum alterum vocant* ἀνδρεῖον, *alterum, in quo hoſpites dormiunt,* κοιμητήριον, ἀπὸ τοῦ κοιμάω, *quod eſt dormio.* Idem auctore Pyrgione, ἀνδρεῖον dictum aſſerit ξενίαν a Jove hoſpitali. Herodotus magnam domum vocat *andreona.* Leonidas in epigrammate, & alii Graecorum pro triclinio uſurpant, ſicut legimus geminos extra *androna* vocaſſe Simonidem, & ſtatim corruiſſe. Vitruvius Lib. VI. c. 10. ſcribit Graecos appellare *andronas oecos*, id eſt, domos ubi convivia virilia ſolent eſſe, quod eo mulieres non accedant, quanquam jam dixiſſet, Graeci *meſaulas* inter duas aulas poſitas nominant, eas noſtri *andronas.* Ut per haec *andron* modo Latinum, modo Graecum ſit, quod non poteſt convenire, niſi dicamus cum teſtatur *andron* eſſe Graecum vocabulum reſpexiſſe originem & derivationem ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς, id eſt a viro: cum vero Latinum, quod a noſtris receptum eſſet, & pro ſuo uterentur. CATAN.

6 *Media inanitate.*] Spatioſo androne interpoſito. IDEM.

7 *Ut ratio* exigit.] Mediceus *exegit*, quod mutarunt, quia ſequentia alio tempore efferuntur. Obſcuram iſtam diligentiam refutavimus ſupra ad Epiſt. XIV. n. 10. ubi *audit* & *reticuit* conjungun-

quum quidem, ſed tamen ſervat. [1] In hanc ego diaetam cum me re- 24
cepi, abeſſe mihi etiam a villa mea videor. magnamque ejus [2] volupta-
tem praecipue Saturnalibus capio, cum reliqua pars tecti [3] licentia
dierum, feſtiſque clamoribus perſonat. nam nec ipſe meorum luſibus,
nec illi ſtudiis meis obſtrepunt. Haec utilitas, haec amoenitas, de- 25
ficitur aqua ſalienti, [4] ſed puteos, ac potius fontes habet. Sunt enim
in ſummo, & omnino litoris illius mira natura. quocunque loco move-
ris humum, obvius & paratus humor occurrit, iſque ſincerus, ac ne
leviter quidem [5] tanta maris vicinitate ſalſus. Suggerunt [6] affatim ligna 26
pro-

guntur. Plura ad Lucani Lib. II. vs. 328. ubi, *Pulſatae* ſonuere *fores*, *quas* irrumpit *Marcia*. Eodem modo mox n. 24. vulgo peccabant. CORTE.

1 *In hanc ego diaetam.*] Hic *diaetam* vocat, quod paullo ante dixit *cubiculum*. Id quod notandum. docet enim, iſta promiſcue uſurpari. SCHEFFER. Mox Mediceus: *cum me recepi*, quod ex modo dicta abſurda cauſſa corruperunt. Confirmat Riccard. in quo eſt *recipi*. Ille deinde, *ab villa*.

2 *Voluptatem praecipue Saturnalibus.*] A Saturno *Saturnalia* dicta: & in ejus honorem inchoata nemo dubitat. Quo autem tempore & a quibus inſtituta, magna inter eruditos concertatio. Nam alii a Jano, quidam ab Hercule tradidere, Plutarchus a Numa. Livius etiam Conſulibus A Sempronio & M. Minutio aedem Saturno dicatam: *Saturnalia* diem feſtum inſtitutum prodidit. Martialis a Jove initium cepiſſe. Athenaeus apud Graecos longe multa explicat. Beroſus apud Athenaeum tradit de menſe Auguſto, die undecimo agi feſtum, cognomento *Saceam*, diebus quinque, quibus moris erat regi dominos a ſervis, & eorum unum deduci regia ſtola indutum, quem vocarent *Zoganem*. Baton Sinopenſis rhetor ſignificat *Saturnalium* feſtum Graecum eſſe, & apud Theſſalos *Peloria* dici, ubi ab Athenaeo longa fabula ſuper hoc enarratur. Servis autem conceſſa licentia, quod Saturno rege nemo ſervitio vel libertate diſcriminabatur, ut ſcilicet vita illa ſimplex & antiqua per *Saturnalia* repraeſentaretur, primo per diem celebrata qui eſt quartuſdecimus Calendar. Januarii. Quanquam Acron primo die menſis Decembris *Saturnalia* fieri referat, ſed poſtea edictis C. Julii Caeſaris duobus diebus huic menſi adjectis. & Auguſti edicto, trium dierum feriae *Saturnalibus* ſunt additae, & *ſigillariorum* adjecta celebritas in ſeptem dies diſcurſum publicum & laetitiam religionis extendit. Nonnulli tamen nulla *ſigillariorum* habita mentione ſeptem dierum *Saturnalia* fuiſſe ſcribunt. M. Tullius ad Attic. *ſecundis & tertiis Saturnalibus*, pro ſecundo & tertio Saturnalium die dixit. Nemo illis diebus officiis publicis occupabatur, neque toga ſeu trabea vel paludata veſte, praetextataque utebatur, verum ſola ſyntheſi. CATAN. *Voluptatem praecipue Saturnalibus capio.*] Editio vetus & Palat. legunt *voluptatem ecce Saturnalibus praecipue capio*. GRUTER. In Riccard. etiam, Voſſ. Helmſt. Oxon. & Arnzen. haeret illud *ecce*, quod Gryphius in contextu ſiſtit, ſed in vet. cod. non eſſe, ſimul adnotavit. Excluditur quoque a Mediceo, Lindenbr. & Bongarſ.

3 *Licentia dierum.*] Saturnalibus licebat ſervis ſumptis pileis non modo veſci cum dominis, ſed pares honores illis in domo gerere, jus dicere, & omni ludorum genere remitti: cujus rei veſtigia in aliquibus Italiae oppidis publice adhuc reſtant poſt natalem Redemptoris noſtri. CATAN.

4 *Sed puteos ac potius fontes habet.*] Cur *fontes* potius vocare debeat, mox ſubjicit, cum ait, *ſunt enim in ſummo*. Hoc enim *fons* a *puteo* differt, quod hic in imo, & ille in ſummo ſit. Ulpianus Leg. 1. §. 6. D. de aqua cottidiana & aeſtiva: *Sunt quaedam aquae, quae etſi perennes ſunt, duci tamen non poſſunt: ut puta puteales, & quae ita ſubmerſae ſunt, ut deſtruere extra terram non poſſint.* Columella carmine de horto:

Aut fons illacrimet putei non ſede profunda,
Ne gravis hauſturis tendentibus ilia rumpat.

BUCHNER.

5 *Tanta maris vicinitate* ſalſus.] Ita quidem Mediceus cum Vulgg. Edd. At Riccard. Bongarſ. Oxon. Voſſ. Helmſt. Arnz. cum olim editis: *tanta maris vicinitate corruptus*, cuius lectionis illa altera Gloſſa videri poſſit.

6 *Affatim.*] Abunde. quod dictum credit Feſtus

proximae ſilvae. caeteras copias [1] Oſtienſis colonia miniſtrat. Frugi quidem homini ſufficit etiam [2] vicus, quem una villa diſcernit. in hoc balinea [3] meritoria tria: Magna commoditas, ſi forte [4] balineum domi,
27 vel ſubitus adventus, vel brevior mora calefacere diſſuadeat. Littus ornant varietate gratiſſima nunc continua, nunc intermiſſa tecta villarum, quae praeſtant multarum urbium faciem, [5] ſive ipſo mari, ſive

ipſo

ſtus a copia fandi. & Terentium *affatim* id eſt, ad laſſitudinem protuliſſe. Columella *affatim pileas* dixit, & plerunque eo dicendi genere uſus eſt. Ammianus referente Gellio putat prima acuta pronunciandum. CATAN. Sic *commeatum affatim* dixit Salluſtius, qui & alias huius notionis particulas in tali conſtructione ponere ſolet. Vide ad Catil. cap. XXI. n. 1.

1 *Oſtienſis colonia.*] Oſtiam coloniam maritimis commeatibus opportunam Septentrionali parte ad oſtium Tyberis Ancus Martius Romanorum Rex deduxit teſtimonio Cor. Nepotis, Plinii avunculi, & Stephani. quanquam is, ut ſcriptorum alii ab eo conditam fuiſſe tradat, eam Strabo neutro protulit. Appellatam *Oſtiam* Dionyſius autumat, quod in oſtio Tyberis ſita ſit, quondam Romanorum navale, quamvis antea importuoſum, ſed Imperatore Claudio portum extruente aegre tamen, ut quod poſt undecim annos triginta hominum millibus ſine intermiſſione laborantibus hoſpitale factum eſt. *Colonia eſt, quae ab urbe propagata* ſecundum Siculum Flaccum *ad ipſos propinquiores municipiorum populos coercendos vel hoſtium incurſus repellendos, jura inſtitutaque populi Romani habet, non ſui arbitrii: quae conditio cum ſit magis obnoxia & minus libera quam municipii, potior tamen ac praeſtabilior exiſtimatur propter amplitudinem majeſtatemque populi Rom. cujus quaſi effigies parva, ſimulacrumque eſſe videtur: & ſimul, quia obſcura oblitarataque ſunt, municipiorum jura, quibus uti jam per innotitiam non queunt.* Coloniarum genera duo Aſconius eſſe voluit; *municipium* ſcilicet & *coloniam* intelligens, quorum illud extrinſecus in civitatem venit, hoc ex civitate in alium locum mittitur: hinc auctore Dionyſio coloniae in urbe patronos habebant, qui colonos tanquam filios gratis defendebant. Mittebantur autem coloniae ad exonerandam urbem multitudine oppreſſam, & ut ſocios haberent tanquam ejuſdem generis nomine Romano fideliores. Charax hiſtoricus apud magnum etymologicum refert Silenorum ſtatuas cum utribus, quos vitium cultores Bacchus ad bellum iturus ſeneſcentes in Italia reliquerat, ſolitas poni in Coloniis, ut his ſacrorum communicatio denotaretur: ſed quia erant in compedibus, voluiſſe per hoc demonſtrare eas Colonias populo Romano fuiſſe ſubjectas, & legibus Romanorum vixiſſe. CATAN.

2 *Vicus.*] In oppidis conſtat ex plurimis domibus, in agris ex villis, cujus incolas, *vicanos* Livius appellavit. Neque ignoro *Vicanos* populos eſſe, quos Coriolanus debellavit. *Vicinia* autem eſt ipſa vicinitas, & *vicinales* vias propinquas dixit Frontinus. CATAN. Peſſima diſtinctio, quam tamen ſervant omnes. Scribendum: *Frugi quidem homini ſufficit. Etiam vicus, quem una villa diſcernit. In hoc* cet. Sententia eſt: Copiae, quas praeſtat Oſtienſis Colonia, poſſunt ſufficere homini frugi. Praeſtat tamen etiam vicus aliquas copias, inter quem vicum & Laurentinum interiecta eſt unica tantum villa. Hoc enim eſt *diſcernit*, videlicet *ſecernit*, *diſcriminat* a Laurentino nempe. SCHEFFER. De poſtremis hiſce non diſſentio. At diſtinctionem minime ſollicitandam eſſe arbitror. Quid enim? num is homo frugi, cui copioſiſſima pariter ac opulentiſſima Colonia vix ſufficit? Immo is vere frugi, cuius uſibus vel proximus vicus ſatisfacit. Et huic ſententiae ſervit vulgaris diſtinctio. Mox Mediceus *balnea*, & *balneum*.

3 *Meritoria.*] Mercedis cauſa ſtructa. ſic Juvenalis (ſive *balnea* ſive *diverſoria* mercede conducta intellexerit) Sat. III.

—— *nam quae meritoria ſomnum*
Admittunt. ——

Tranquillus *meritoriam* rhedam vocat mercede conductam: ut *meritoriae* dicuntur mulieres, quae mercedis gratia proſtituuntur. M. Tull. in Philipp. *Ingenui pueri cum meritoriis.* CATAN.

4 *Balineum* domi.] Riccard. & Arnz. *balineum domini*, ut Gryphius ſcripſit. Voſſian. a prima manu, *balineum mihi.* Vincat reliquorum *domi.* Mediceus mox *calfacere.*

5 *Sive ipſo mari.*] Mediceus *maris*, quod ſcribae tribuo. At alios *ipſo* non legere, adnotavit Lindenbrogius, & cum his ipſe libenter facio.

1 *Soleas*

ipſo littore utare, quod nonnunquam longa tranquillitas mollit, ſaepius frequens & contrarius fluctus indurat. Mare non ſane precioſis 28
piſcibus abundat: [1] ſoleas tamen & [2] ſquillas optimas ſuggerit. Villa vero noſtra etiam [3] mediterraneas copias praeſtat, lac in primis. nam illuc e paſcuis pecora conveniunt, ſi quando aquam, umbramve ſectantur. Juſtisne de cauſis [4] eum tibi videor incolere, inhabitare, 29
diligere ſeceſſum? quem tu, [5] nimis urbanus es, niſi concupiſcis: atque utinam concupiſcas, ut tot tantiſque dotibus villulae noſtrae maxima commendatio ex tuo contubernio accedat! *Vale.*

XVIII. C. Plinius [6] Maurico Suo S.

Pollicetur Maurico, cum omnes rhetores audiverit, ſe reſcripturum, ad quem mittat fratris filios.

Quid a te [7] mihi jucundius potuit injungi, quam ut praeceptorem fratris tui liberis quaererem? Nam beneficio tuo in ſcholam redeo, & illam [8] dulciſſimam aetatem quaſi reſumo. Sedeo inter juvenes ut ſole-

1 *Soleas.*] *Solea* piſcis genus, tranſlatum auctore Fabio a *ſolea* pedis tegumento: ex genere planorum, ut *rhombus* eſt & *paſſer*. Catan.

2 *Squillas.*] Juvenalis tanquam precioſum piſcem *ſquillam* introducit:

Aſpice quam longo diſtendat pectore lancem,
Quae fertur domino ſquilla, & quibus undique ſepta
Aſparagis, &c. —

De hac lege Plin. ſen. Lib. IX. & M. Tullium de Nat. deorum. Idem. Lindenbr. Helmſt. Arnz. & Gryphius: *ſquillas optimas egerit.* Si ſquillae margaritae, ſuccinum aut alia eiectamenta maris forent, non improbarem: nunc *ſuggerit* plane legendum eſt. Oxon. & Helmſtad. *exquillas.*

3 *Mediterraneas* copias *praeſtat.*] Mediceus: *mediterraneas* optimas *praeſtat*, quod vocabulum ex ſuperiore verſu decidit. Supra n. 26. *ceteras* copias *Oſtienſis colonia praeſtat.* Lib. I. Epiſt. IV. princ. *Quantum* copiarum *in Ocriculano, in Narnienſi, in Carſulano, in Peruſino tuo, in Narnienſi vero etiam balineum.*

4 Eum *tibi videor incolere... ſeceſſum.*] Mediceus: iam *tibi videor.* Probo. *iam i.* poſtquam deſcripſi, & tu ſatis cognoviſti amoenitatem & gratiam villae. Oxon. *dirigere*, pro *diligere.*

5 Nimis *urbanus es.*] Voſſ. & Helmſt. *minus urbanus es.* perperam. Ludit in verbo, quod alias hominem elegantem, hic autem amicum urbis & vitae urbanae, oſorem ruſticae, notat.

6 *Maurico.*] Invenio non *Maurico*, ſed *Mario*, in quibuſdam etiam codicibus *Martio* inſcriptam epiſtolam. Catan. Etiam ex noſtris Lindenbr. *Martio*; Arnz. & Oxon. *Marcio*; Helmſt. *Mario*; Riccard. *Murcio.* Sed Primarius ille Mediceus *Maurico*, ut editur. Vide Lib. I. Epiſt. V. & XIV.

7 *Iucundius* mihi *potuit.*] Mediceus & in Indice Riccard. *a te* mihi *iucundius potuit*, quem ordinem reſtitui. Corte.

8 *Dulciſſimam aetatem.*] Adoleſcentiam. Catan. Similiter Minucius Fel. Octav. cap. I. *Contubernalis memoriam recenſenti, tanta dulcedo & adfectio hominis inhaeſit, ut ipſe quodammodo mihi viderer in praeterita redire..* Barth. Eadem Minucii laudavit ad iſta Claudiani IV. Coſ. Hon. vs. 400.

— *Latium retro te confer in aevum.*

ſolebam : atque etiam experior quantum apud illos auctoritatis [1] ex
2 ſtudiis habeam. Nam proxime [2] frequenti auditorio inter ſe, coram multis [3] ordinis noſtri, clare loquebantur. intravi, conticuerunt. [4] Quod non referrem, niſi ad illorum magis laudem, quam ad meam pertineret, ac niſi ſperare te vellem, poſſe fratris tui filios probe di-
3 ſcere. Quod ſupereſt, cum omnes, qui profitentur, audiero, [5] quid de quoque ſentiam, ſcribam : efficiamque, quantum tamen epiſtola
4 conſequi potero, ut ipſe omnes audiſſe videaris. Debeo enim tibi, debeo [6] memoriae fratris tui hanc fidem, hoc ſtudium, praeſertim ſuper tanta re. Nam quid magis intereſt [7] veſtra, quam ut liberi, (dicerem tui, niſi nunc illos magis amares) [8] digni illo patre, te patruo repe-

Seneca Praefat. Controv. *Eſt, fateor, iucundum mihi* redire in antiqua ſtudia *velioresque ad annos reſpicere.*

1 *Ex ſtudiis.*] Quantum mihi deferant propter eloquentiae ſtudia. CATAN.

2 *Frequenti auditorio.*] In magna auditorum copia. Nam frequenter auditorium pro auditoribus uſurpat. Tranquill. *Cum primum frequenti auditorio commiſiſſet*, id eſt, multis auditoribus. IDEM.

3 *Ordinis noſtri.*] Patricii. IDEM. *Multis ordinis noſtri, clare jocabantur.*] Sic Membranae a Modio excuſae. Prius editi: *multi noſtri ordinis.* Illud *jocabantur*, exſtat praeterea in Pal. & Vet. edit. nam neotericae habent, *loquebantur.* GRUTER. *Coram multis* iam Gryphius edidit, idque praeſtat Mediceus. Modius emendationem ſuam protulit loco ſaepius dicto. At eaedem optimae membranae ut & Oxon. *loquebantur* defendunt, quamquam in reliquis noſtris *iocabantur* occurrat, pro quo Riccard. *iocubantur.* Mihi non vero fit ſimile, iuvenes iſtos coram multis ſenatorii ordinis iocos egiſſe, & venerationem Plinii melius declararunt *claros ſermocinationes*, quam iocos intermittendo : denique ſi *iocabantur* Secundus dediſſet, cur *clare* adiicitur ? Revocavi itaque vetuſtiſſimam lectionem.

4 *Quod non* referrem.] Optimus : *Quod non referam.* Dictum hoc eſſet, ut illud Maronis VI. Aen. vs. 292.

> *Et, ni docta comes tenues ſine corpore vitas*
> *Admoneat volitare cava ſub imagine formae,*
> Irruat, *& fruſtra ferro* diverberet *auras.*

Nam diverſa illa tempora iungit etiam Criſpus Cat. cap. XXXIV. n. 1. *Si quid ab ſenatu petere* vellent, *ab armis* diſcedant, *Romam ſupplices* proficiſcantur. CORTE.

5 *Quid de quoque ſentiam.*] Sic Pal. & Vet. ed. Recentiſſimae, *quid de illis quoque ſentiam*, quod ne quidem in Aldina eſt. GRUTER. Cum Palatino incedunt Bongarſ. Oxon. Voſſ. Helmſt. Gryphius & alii. At vitium illud non eſt recentiſſimarum Edd. Forte ex Mediceo fluxit, in quo falſa repetitione particulae librarius dedit: *quid* de te *quoque ſentiam*; Riccard. *quid* de isde *quoque ſentiam.*

6 *Memoriae.*] Quia tunc defunctus erat. Sic enim de mortuis ſolebant fari. Apulejus: *Cum fratre optimae memoriae viro dixit.* Eſt adhuc videre in epitaphiis antiquorum, *B. M.* id eſt *beatae memoriae*: quem dicendi modum pariter de mortuis vulgo uſurpamus. CATAN.

7 *Veſtra.*] Recentiores ſcripti *noſtra*, quos Gryphius perperam ſecutus eſt. Deinde Lindenbr. Oxon. Bongarſ. & Arnz. *dicerentur tui*, corrupte.

8 *Digni illo patre.*] Lindenbr. Oxon. Helmſt. & Arnz. auctius: & ut *digni i. p.* Voſſ. *& digni*; Bongarſ. *ut digni*, quem ſolum ſequerer, ſi Mediceus in partibus eſſet. Solent enim poſt Parentheſin Particulas iterare, ut Apuleius Apolog. pag. 548. *Perſuaſi*, ut *filiis pecuniam ſuam repoſcentibus, de qua ſupra iam dixi*, ut *eam pecuniam ſine mora redderet.* De aliis Particulis hoc modo adhibitis agunt Salmaſ. & Ducker. ad Flori Lib. II. cap. VI. n. 19. Si (*quod Poenum illum dixiſſe Adherbalem Bomilcaris ferunt*, ſi *Hannibal quemadmodum ſciret vincere, ſic uti victoria ſciſſet.* Vide etiam noſtra ad Cic. XV. Fam. Epiſt. X. n. 1. Sic & Terentius Andr. A. V. Sc. I. vs. 11.

> — *perpuliſti me*, ut *homini adoleſcentulo,*
> *In alio occupato amore, abhorrenti ab re uxoria,*
> *Filiam* ut *darem in ſeditionem, atque incertas nuptias.*

Sic omnes libri Faerni, aliorumque & noſter; ſic

reperiantur: quam curam mihi [1] etiamſi non mandaſſes, vindicaſſem. Nec ignoro ſuſcipiendas [2] offenſas in eligendo praeceptore. Sed oportet me non modo offenſas, verum [3] ſimultates pro fratris tui filiis tam aequo animo ſubire, quam parentes pro ſuis. *Vale.*

XIX. C. Plinius [4] Cereali Suo S.

Cereali petenti ut quandam orationem recitaret, multas cauſas proponit, quibus deſiſtere debeat: poſtremo tamen aſſerit ſe judicium ejus ſecuturum.

HOrtaris ut orationem amicis pluribus recitem. faciam, [5] quia hortaris: quamvis vehementer addubitem. Neque enim me praete- 2
rit, actiones, [6] quae recitantur, impetum omnem caloremque, ac prope [7] nomen ſuum perdere: [8] ut quae ſoleant commendare ſimul, & accendere judicum [9] conſeſſus, celebritas advocatorum, exſpectatio eventus, fama [10] non unius actoris, diductumque [11] in partes audientium ſtudium: ad hoc, dicentis geſtus, [12] inceſſus, [13] diſcurſus etiam, omni-

ſic Donatus. Oblitus eſt ſui Cl. Bentleius, qui hic libros omnes valere iuſſit, atque alterum *ut* induxit. Mediceus: *digni illo patri*, corrupte. Vide ad Salluſt. Iug. cap. IX. n. 2. *En! habes virum* dignum te *atque* avo *ſuo Maſiniſſa*. Corte.

1 *Etiamſi non mandaſſes.*] Helmſt. & Arnz. *Quam curam* etiamſi mihi *non mandaſſes*. Mediceus & Voſſ. *vindicaſſe*.

2 *Offenſas.*] Quia omnes praeceptores hanc provinciam ambibant. Catan.

3 *Simultates.*] Inimicitias. Idem.

4 *CEREALI SUO.*] Arnz. *Celeri ſuo*; ſed Mediceus *Ceriali*, per *I* in ſyllaba ſecunda, uti & infra Lib. IV. Epiſt. XXI. Oxon. *Coreali*.

5 Quia *hortaris.*] Helmſt. *quam hortaris*; Arnz. *quae*; Gryphius: *quod hortaris*. Optimi *quia*.

6 *Quae recitantur.*] Sic Gryphius aliique cum optimis MSS. At Aldus & recentiores ſcripti: *quae recitentur*.

7 *Nomen ſuum.*] Quia cum agebantur, actiones dicebantur, ſed recitatae jure videbantur appellandae recitationes. Catan.

8 *Ut* quas *ſoleant commendare* &c.] Sic omnes vulgatae. Primarius autem: *ut* quae *ſoleant commendare: quae*, nempe impetum, calorem & omnem actionem. Duo ſcripti cum Gryphio: *ut quas* ſolet *commendare*. Praeterea ſtolidam diſtinctionem poſt verbum *commendare*, qua *ſimul* & compingebatur, ſuſtuli. Rationem reddidi ſupra ad Epiſt. XVII. n. 5. Corte.

9 *Conſeſſus.*] Nam in Tribunali iudices ſedebant, advocati vero aſtabant. Catan. Scripti omnes *conſenſus*, praeter Optimum, in quo *conſeſſus*. Oxon. *iudicium*, *conſenſus*.

10 *Non unius actoris.*] Multorum. Nam plures advocati unam eandemque cauſam agebant. *Actoris.*) Litigatoris. *Actor* eſt qui agit cauſam vel tragoediam, & ſimilia. Varro putat *actorem* tantum dici, qui aliquid agit motu corporis. poteſt enim aliquis *facere*, non *agere*, ut poëtae comoediam: & *agere*, non *facere*, ut comoedus tragoediam. Catan.

11 *In partes.*] Diverſas. Nam id ſolet fieri, ut diſceptantium uni magis faveat auditor: etſi neuter nec beneficio, nec injuria ſit incognitus. Catan. Lindenbrog. *deductumque in partes*. Recte *diductum*, & diximus ad Lucani Lib. II. vs. 294.

Diducti*que fretis alio ſub ſidere reges.*

ubi ſimilis varietas.

12 *Inceſſus.*] M. Tullius rarum in actione inceſſum, neque admodum longum probat. Catan.

13 *Diſcurſus.*] Modo ſit brevis & moderatus, alias improbandus. Quare tradunt Virginium Flavium

3 omnibuſque motibus animi conſentaneus vigor corporis. unde accidit
ut hi qui ſedentes [1] agunt, quamvis illis maxima ex parte ſuperſint
[2] eadem illa quae ſtantibus, tamen hoc quod ſedent quaſi debilitentur
4 & deprimantur. Recitantium vero praecipua pronunciationis adju-
menta, [3] oculi, manus, [4] praepediuntur, quominus mirum eſt ſi au-
ditorum [5] intentio langueſcit, nullis [6] extrinſecus aut blandimentis
5 capta, [7] aut aculeis excitata. His accedit quod oratio de qua loquor
pugnax [8] & contentioſa eſt. Porro ita natura comparatum eſt, ut ea
6 quae ſcripſimus cum labore, [9] etiam cum labore audiri putemus. Et
ſane [10] quotuſquiſque tam rectus auditor, quem non potius dulcia
haec & ſonantia, quam auſtera & preſſa delectent? Eſt quidem omni-
no turpis iſta diſcordia; [11] eſt tamen, quia plerumque evenit, ut
aliud auditores, aliud judices exigant, [12] cum alioquin praecipue au-
ditor

vium interrogaſſe quendam ſuum antiſophiſtam quot millia paſſuum declamaſſet? CATAN.

1 *Agunt.*] Cauſam dicunt. IDEM.

2 *Eadem illa.*] Vox, caput, vultus, oculi, ſupercilia, & reliquae corporis partes, geſtus etiam & motus: non autem inceſſus & diſcurſus. IDEM.

3 *Oculi, manus.*] Merito haec praecipua pronunciationis adjumenta vocat. Oculi enim in ipſo vultu plurimum valent ex Lib. XI. Fabii, & ſine manibus trunca eſt actio & debilis: Vixque dici poteſt, quot motus habeant, cum pene ipſam verborum copiam proſequantur. IDEM.

4 *Praepediuntur.*] Multum diſturbantur ab officio ſuo. IDEM. *Praepediuntur*, impediuntur, & oculi quidem, quia intenti debent eſſe ſcripto: recitatio enim fiebat de ſcripto: manus vero, quia librum ſeu ſcriptum coguntur tenere. SCHEFFER.

5 *Intentio* langueſcit.] Riccard. Helmſt. Arnz. uterque Bodlei. & Gryphius: *intentio relangueſcit.* Alterum placuit Mediceo, Lindenbr. & aliis. Lib. III. Epiſt. IX. n. 19. *Ne iuſtitia cognoſcentium ſeveritasque* langueſceret. Plura petas ex nota ad Salluſt. Cat. cap. XLIII. n. 3. *languentibus aliis.*

6 *Extrinſecus aut blandimentis.*] Motu ſc. corporis opportuno. CATAN. Lactantius Lib. III. cap. I. *Etiam mendacio credunt* capti *orationis* ornatu, lenocinio*que verborum.* & mox: *Veritas ſatis ornata per ſe eſt, ideoque ornamentis* extrinſecus *fucata corrumpitur.*

7 *Aut* aculeis *excitata.*] Riccard. Oxon. & Lindenbr. *aut* oculis *excitata*: Helmſt. *eculeis* corrupte. *Aculei orationis* frequenter apud Noſtrum occurrunt, ut Lib. I. Epiſt. XX. n. 18. & Lib. IV. Epiſt. V. n. 3. *Rhodii cum ipſis orationum virtutibus, tum etiam comparationis* aculeis excitabantur.

8 *Et* contentioſa *eſt.*] Helmſt. *& intentioſa eſt*; Mediceus: *&* quaſi *contentioſa eſt*; Forte fuerat: *pugnax* quaſi, *& contentioſa eſt.* Nam *contentioſa oratio*, niſi velis ob extremitatem vocabuli, per illud additamentum excuſari non debet, cum & Lib. I. Epiſt. II. n. 3. bona cum venia ſcripſerit: *erat enim prope tota in* contentione *dicendi.* ubi vide. Similis locus eſt Lib. VII. Epiſt. IX. n. 7. *Sed non ideo ſemper* pugnacem *hunc, &* quaſi bellatorium *ſtilum ſuaſerim.*

9 *Etiam* cum labore *audiri putemus.*] Deſunt voces *cum labore* Mediceo, & in aliis locum hoc modo concipi: *quae ſcripſimus cum labore, etiam* ſic *audiri putemus*, adnotavit Lindenbrogius. Si ex conſuetudine librarii, quam toties ex Medicei lectionibus cognoſcere licet, coniectura ferenda eſt, ſcriptum fuit: *ut ea, quae ſcripſimus* cum labore, cum labore *etiam audiri putemus.* Sic geminatio earumdem vocum corruptionem intulit.

10 *Quotuſquiſque.*] Cujuſcunque ſit conditionis & ordinis. Quota enim & ordinem dignitatis & minimum ſignificat, apud M. Tullium, Plinios utroſque, Tacitum, Senecam, Martialem. In foeminino genere hucuſque tantum pro re minima notavimus, praeterquam apud Horat. in Serm. ubi *hora quota* ſignificat ordinem, & Cic. in Rhet. *Quota noctis hora.* CATAN.

11 *Eſt tamen*, quia.] Sic Mediceus, Lindenbr. Bongarſ. Alii dederunt *quod*; in Riccard. & Arnz. eſt *quae.* Oxon. *& tamen plerumque evenit.*

12 *Cum* alioqui *praecipue.*] Mediceus: *cum* alioqui his *praecipue*; Riccard. Lindenbr. Arnz. & Oxon.

ditor iis [1] affici debeat, quibus idem, ſi foret judex, maxime permo-
veretur. Poteſt tamen fieri, ut, quanquam in his difficultatibus, libro 7
iſti [2] novitas lenocinetur. novitas apud noſtros: apud Graecos enim eſt
quiddam quamvis ex diverſo, non tamen omnino diſſimile. Nam ut 8
illis erat moris, leges quas ut contrarias prioribus legibus arguebant,
aliarum collatione [3] convincere: [4] ita nobis ineſſe repetundarum lege
quod poſtularemus, cum hac ipſa lege, tum aliis colligendum fuit:
quod nequaquam blandum auribus imperitorum, tanto majorem apud
doctos habere gratiam debet, quanto minorem apud indoctos habet. Nos 9
autem, ſi placuerit recitare, adhibituri ſumus eruditiſſimum quemque:
ſed plane adhuc an ſit recitandum, examina tecum, omnesque [5] quos
ego movi in utraque parte [6] calculos pone. Idque elige, in quo vicerit
ratio. [7] a te enim ratio exigetur, nos excuſabit obſequium. *Vale.* XX.

Oxon. *cum* alloquiis *praecipue*, quod ex ſuperiore varietate corruptum. Illud autem *his* ex ſequenti loco: *auditor* iis *adfici debeat*, translatum, aut ex littera N formatum eſt. nam in Helmſt. reperio: *cum* alioquin *praecipue auditores adfici debeat*.

1 *Affici.*] Moveri. Eſt enim *affici* trahi ad unamquamque rem ex aliqua animi perturbatione. Seneca *affectus* eſſe voluit motus animi ſubitos, improbabiles & concitatos, quanquam Maximus egregium humani animi *affectum* dixerit. Graeci τὰ πάθη vocant, de quibus plura Quint. & Macrobius. CATAN.

2 *Novitas lenocinetur.*] Novi dicendi ſpecies. Blandiatur, gratiam addat. IDEM. Vide Lib. I. Epiſt. VIII. n. 6. & ſupra ad n. 4. huius Epiſtolae.

3 *Convincere.*] Senſus eſt, in conſtitutione legitima ex contrariis legibus, quas leges probabant eſſe contrarias aliis legibus, Graeci conſueverunt comparatione aliarum meliorum legum confutare. Scias autem neceſſe eſt, jure ipſo nullam eſſe legem legi contrariam, quia ſi diverſum juſſiſſet, alterum altero abrogaretur, ſed eas caſu & evento collidi, & diverſas videri. CATAN.

4 *Ita nobis.*] Ordo eſt, ita fuit argumentandum & probandum nobis cum ipſa lege repetundarum, tum aliis legibus ineſſe legi repetundarum, id eſt, contineri ea lege quod accuſaremus: videtur autem iſta fuiſſe oratio, qua Marium Priſcum accuſavit. IDEM. *Ita nobis ineſſe.*] Pal. & Vetus habent: *ita nobis eſſe repetund. &c.* GRUTER. Veteres & Palatinus habent *eſſe*, quod haud dubie eſt rectum. Ordo: *colligendum fuit cum hac ipſa lege* (repetundarum) *tum aliis* (legibus), *eſſe nobis*, *quod poſtularemus lege repetundarum.* Illud *eſſe nobis* eſt, nos habere. Catanaeus aliena habet. SCHEFFER. Catanaeus cum aliquot ſcriptis & impreſſis legit: *ineſſe repetundarum legi*, idque ſi tenemus, non aliena ſunt, quae adtulit. Habent quidem apud nos Lindenbr. Bongarſ. Oxon. Voſſ. & Helmſt. *ita nobis* eſſe *quod* cet. plerique tamen eorum *legi* ſervant, & ſic τὸ *eſſe* ſubſiſtere nequit, quod etiam propterea odioſum eſt, quia n. 6. 7. 8. hoc verbum toties legitur. Veterrimos itaque Mediceum & Riccard. ſequi debemus, qui *ineſſe* praeſtant, licet Mediceus *lege*, pro *legi*, exhibeat, unde forte omnis iſta varietas manavit, cum tamen libro illi familiariſſimum ſit tertiam & ſecundam Vocalem inter ſe permutare. Niſi forte putas, *ineſſe lege*, pro *in lege eſſe*, auctorem dixiſſe, ut alii *inhaerere re*; *te impendent*; *invigilare labore*, de quibus dictum ad Salluſt. Cat. cap. II. n. 9. *Aliquo negotio intentus.*

5 *Quos ego novi.*] Malim, *quos ego movi.* Supra enim diſputavit in utramque partem, & dubitandi rationes protulit. Juvat idem Auctor Lib. III. ubi *motus conſilii* pro cauſis & rationibus conſilii dixit, Ep. IV. Is. CASAUB. Hoc confirmari non ſolum a Pal. MS. ſed etiam a vet. edit. jam nunc teſtor. GRUTER. *Movi* confirmatur praeterea ab Mediceo, Bongarſ. & Helmſtadienſi, & dicendi ratio exigit. Oxon. *in utramque partem.*

6 *Calculos.*] Difficultates, rationes. Qui enim computabant, calculis utebantur. Unde Vegetius *Calculare*, & Mart. *calculatorem*, quem vulgo ratiocinatorem dixerunt. Et *ratio* pro calculo, ſicut *calculus* pro ratione uſurpatur. Columella *calculos* pro ſumptu & redditu accipit, cum praecipit ne majorem agrum quam ratio calculorum patitur, emere velimus. CATAN. De forma loquendi vide Budaeum ad Pandect. pag. 396. BARTH.

7 *A te enim ratio exigetur.*] Helmſtad. *a te e-*

XX. C. Plinius Calviſio Suo S.

Calviſium tribus de M. Regulo fabellis delectat, latenter tempora ſua pulſans, quibus mali multo majora, quam boni praemia conſequebantur.

[1] ASſem para, & accipe [2] auream fabulam: fabulas immo, nam me
priorum nova admonuit: nec refert a qua potiſſimum incipiam.
[3] Verania Piſonis [4] graviter jacebat. ([5] Hujus dico Piſonis, quem [6] Gal-
2 ba adoptavit.) Ad hanc Regulus venit. Primum impudentiam homi-
nis, qui venerit ad aegram, cujus marito [7] inimiciſſimus, ipſi inviſiſ-
3 ſimus fuerat. Eſto, ſi venit tantum. At ille etiam proximus toro
ſedit, [8] quo die, qua hora nata eſſet, interrogavit. Ubi audiit, [9] com-
ponit vultum, intendit oculos, movet labra, agitat digitos, compu-
tat, nihil, niſi ut diu miſeram exſpectatione [10] ſuſpendat. *Habes* (in-
quit)

num exigetur; Mediceus : *ut enim ratio exegit*, *nos excuſabit obſequium.* non male. Epiſt. XVII. n. 23. *ut ratio exegit.*

1 *Aſſem.*] *As* antiquitus *libralis*, id eſt duodecim unciarum fuit, juxta Donat. Priſc. Gellium. Q. Fabio Dictatore *uncialis* factus : mox lege Papyriana *ſemiuncialis.* Prius non fuit pecunia numerata, ut poſtea. Dionyſio & Feſto auctoribus aereus erat as, Plutarchus argenteum ſcribit. Varro & eum ſecutus Pompejus ab aere dictum cenſent. Catan. *Aſſem para.*] Hoc verbo utuntur circumforanei & circulatores etiam nunc fabellas populo vendituri. Veenh.

2 *Auream fabulam.*] Eximiam. ſic Venerem, & mala *aurea* appellare ſolemus. Nam *aurum* reliquis metallis pulchrius & precioſius. Quare ſuum Apuleius aſinum dici *aureum* voluit, quaſi admirandum & ſupra caeteros. Catan.

3 *Verania Piſonis.*] Uxor, quae maritum poſt caedem compoſuit quaeſito capite, quod venale interfectores ſervaverant. Tacitus. Idem.

4 *Graviter jacebat.*] Gravi morbo preſſa lecto ſe continebat. Idem.

5 *Hujus dico.*] Nam fuit & *C. Piſo*, qui in Neronem conjuravit, ac alii plures. Idem.

6 *Galba adoptavit.*] Imperator Galba, cum Germaniae legiones duce Aulo Vitellio defeciſſent, ſe vero non tam propter ſenectutem quam orbitatem deſpici intelligeret, *L. Piſonem Frugi Licinianum* egregium juvenem, generoſum, mitem, prudentem, M. Craſſo ex Scribonia genitum, vultu habituque moris antiqui recta interpretatione ſeverum, deterius interpretantibus triſtiorem adoptavit, cujus adoptionem a Galba ſecreto habitam cum in caſtra protuliſſet: milites nullo donativo dignati aegre tulerunt. quod indignanti Othoni, quia non ſe adoptaſſet, materiam praebuit deficiendi. *Piſo* poſtea in veſtibulo Veſtae ab Othonianis militibus interficitur ſexto poſt adoptionem die. Hanc rem copioſius tractant Tacitus, Tranquillus, Plutarchus, Dion. Idem.

7 *Inimiciſſimus.*] Vivo Nerone. Neque minus poſt mortem Galbae. nam Montanus Regulo objecit Piſonis mortui caput morſu appetitum. Idem.

8 *Quo die.*] Mediceus & Voſſ. *qua die.* Mox iidem & ceteri MSS. *ubi audiit*, pro vulgari *audivit.*

9 *Componit vultum.*] In gravitatem & dubitationem format. Catan. Sic *togam componere* eſt attentum eſſe, aut ſe ad attentionem parare, Flac. in eccl.

Audire atque togam jubeo componere, &c.

Conf. Turneb. Adverſ. Lib. IX. Veenh. Infra Lib. III. Epiſt. XVI. n. 5. *Siccis oculis*, compoſito vultu *redibat.* Lib. VII. Epiſt. I. n. 6. *Ad abſtinentiam rurſus animum* vultumque compoſui. Eumen. Flav. nom. cap. X. *Perfricare frontem*, vultum componere, *confirmare animum.*

10 *Suſpendat.*] Excutiat, ambiguam & ſuſpenſam teneat. Fuit in alia lectione: *Computat nihil, diu miſeram expectatione ſuſpendit.* Catan.

Iſta

quit) [1] *climactericum tempus*, *ſed evades. Quod ut tibi magis liqueat*,
[2] *haruſpicem conſulam*, *quem ſum frequenter expertus.* Nec mora: 5
ſacrificium facit. Affirmat [3] exta cum ſiderum ſignificatione [4] congruere. Illa, ut [5] in periculo, credula, poſcit codicillos, [6] legatum Regulo ſcribit: [7] mox ingraveſcit, clamat moriens: [8] *Hominem nequam*, *perfidum*, *ac plus etiam quam perjurum*, *qui ſibi* [9] *per ſalutem filii pejeraſſet*: Facit hoc Regulus non minus ſcelerate quam frequenter, 6
quod iram deorum, quos ipſe quotidie fallit, in caput infelicis [10] pueri deteſtatur. [11] Vellejus Blaeſus, ille locuples Conſularis, noviſſima va- 7
letu-

Iſta lectio, quae *niſi* omittit, habetur etiam in Oxon. & Arnzeniano; Contra Helmſtad. *nihil* omittit. Praeterea male coniungebant *computat nihil*. Eſt Ellipſis Praepoſitionis *Ob*, vel *Propter*. Ea omnia, quae memoravit, agebat *ob* nullam aliam cauſſam, *niſi ut* cet. Cicero Lib. IX. Fam. Epiſt. III. n. 6. *Sed* quid *ego nunc haec ad te*, *cuius domi naſcuntur?* nihil *ſcilicet*, niſi ut *reſcriberet aliquid*. ubi diximus.

1 *Climactericum tempus.*] Arduum, difficile, contrarium Suida interprete: & Sidonius Lib. VIII. pleraque de climacterico, quod per hebdomadas fiebat. Septenarium enim annum aetatis Chaldaei periculoſum putabant, ſed maxime ſexageſimum tertium: unde *climactericum* quaſi *ſcalarium* dixere Graeci. Quare Auguſtus apud Gellium gratulatur Cajo nepoti quod evaſiſſet *climactericum*: cum jam quartum & ſexageſimum natalem ageret, periculoſum profecto ſenibus ſi fides adhibenda ſcriptoribus: ſed Cenſorinus in eo opuſculo, quod de natali compoſuit, explicatius quam ſuperiores ſuper climacterico ſcripſit, annum referens quadrageſimum nonum longe letaliſſimum: minus vero ſuſpectum tertium & ſexageſimum, ac unum & nonageſimum: quanquam & ipſi letales ſint. CATAN. De annis climactericis conſule praeter Cenſorinum & Iul. Firmicum Gellium Lib. III. cap. X. & Lib. XV. cap. V. item Beroaldum Adnot. cap. XLVII. & Rappolt. Comment. ad Horat. pag. 575.

2 *Aruſpicem.*] Qui victimarum exta introſpiciebat, aruſpex dictus. Dionyſius quos Graece *hieroſcopos*, Romanos vetuſti nominis parum cuſtodes dixiſſe putat *aruſpices*. At Fabius a *ſpectando* a poſteriore parte dictos aſſerit. Donatus ab *aruga*, quae & hoſtia: vel ab *ara*, in qua ſervatur, nomen ſumpſiſſe. Aruſpicinae inventum Delpho Plinius tradit, alii a Tage Thuſco ad Romanos tranſiiſſe. CATAN. Mediceus *haruſpicem* ſcribit. Vide Salluſt. Iug. cap. LXIII. n. 1. ubi & *ſacrificii* fit mentio.

3 *Exta.*] Praecordia uno nomine in homine dicuntur CATAN.

4 *Congruere.*] Eadem ſignificare, ut ſcilicet liberaretur. IDEM.

5 *In periculo.*] Qui ſunt in aliquo periculo. Unde in morbo nulli ſtatim magis quam medico credimus. IDEM. In omni periculo homines credulos eſſe, multis comprobavimus ad Criſpi Cat. cap. XXX. n. 1.

6 *Legatum.*] Haereditatis partem. Eſt autem legatum, delibatio quaedam haereditatis, qua teſtator ex eo quod univerſum haeredis foret, alicui quid collatum voluit. *Florentinus.* Et brevius, *Legatum*, eſt quaedam donatio teſtamento relicta. *Modeſtinus.* CATAN.

7 *Mox ingraveſcit.*] Sic abſolute poni, notandum eſt. Niſi ſuſpicetur aliquis, fuiſſe olim, *morbus ingraveſcit*. Poſt per compendium factum eſt *mos*, quod *mox* pepererit. SCHEFFER. Fruſtranea eſt haec ſuſpicio. Nam ut *graves* praeciſe languentes, item *gravari* pro languere dicunt, ſic & *ingraveſcit homo* proba ratione dicitur.

8 O *hominem nequam.*] Mediceus Particulam O omittit. Optime, & ex perpetuo more Secundi. Diximus ad Lib. I. Epiſt. IX. n. 6. *Rectam ſinceramque vitam! dulce otium*, ubi vulgo pariter Interiectionem adſuunt. Iunge notas ad Lib. II. Epiſt. X. princ.

9 *Per ſalutem filii pejeraſſet.*] Perjurium feciſſet jurando per ſalutem filii ſui Veraniam convalituram. CATAN. Mediceus *perieriaſſet* ſcribit. Fuit *periuraſſet*, ut habent optimi libri Plauti, Horatii, Ciceronis, Ovidii aliorumque. Vide C. Lang. & Fr. Fabric. ad Cic. III. Offic. cap. XXIX. & Cl. Burmann. ad Ovid. I. Am. Eleg. VIII. vs. 85. Lucani tamen codd. omnes, quotquot conſuluimus, Lib. VI. vs. 749. *peierat* amplexi ſunt.

10 *Pueri.*] Cujus ingenium Martial. epigrammate proſequitur, & Secundus non vituperat Lib. IV. ubi illius obitum refert. CATAN.

11 *Vellejus Blaeſus.*] Crediderim hunc eſſe *Blaeſum*, quem idem poëta Lib. VIII. nominat,
et-

letudine conflictabatur : cupiebat mutare teſtamentum. Regulus qui
ſperaret aliquid ex [1] novis tabulis, quia nuper [2] captare eum coeperat,
medicos hortari, rogare, quoquo modo ſpiritum homini proroga-
8 rent. Poſtquam [3] ſignatum eſt teſtamentum, mutat perſonam, vertit
allocutionem, iiſdemque medicis *quouſque miſerum cruciatis ? quid
invidetis* [4] *bona morte, cui dare vitam non poteſtis ?* [5] Moritur Blaeſus:
9 &, tanquam omnia audiſſet, Regulo ne tantulum quidem. Sufficiunt
duae fabulae, an [6] ſcholaſtica lege tertiam poſcis ? eſt, unde fiat.
[1] Au-

etſi ſciam *Pedium Blaeſum Sabinum* a Nerone Senatu motum, Cyrenenſibus accuſantibus violatum ab eo theſaurum Aeſculapii, delectumque militarem precio & ambitione corruptum, cui poſtea ab Orthone locus ſenatorius reſtitutus. Legimus etiam *Junium Blaeſum* Lugdunenſis Galliae rectorem, genere illuſtrem, largum animo & parem opibus, qui accuſatus apud Vitellium veneno interiit, vir natalium & morum elegantia clarus. *Vellejum Paulum* Bithyniae Proconſulem recitat Secundus in Epiſtolis ad Trajanum. CATAN.

1 *Novis tabulis.*] Extremo teſtamento, nam poſteriora derogant prioribus. Et ſecundum JCtum licet homini uſque ad mortem mutare teſtamentum, quia ambulatoria eſt voluntas ejus. Teſtamenti tabulas ex Ulpiano accipere debemus omnem materiae figuram. ſive igitur tabulae ſint ligneae, ſive alterius materiae, ſive chartae, ſive corium animalis alicujus, tabulae recte dicuntur. IDEM. Recte. At Plinius ſimul adludit ad *novas tabulas*, quae turbidis temporibus Romae proponebantur, ut & Seneca aliquoties fecit. Vide de illis ad Criſpi Cat. cap. XXI. n. 2.

2 *Captare.*] Praemiis & donis ſpe majorum aucupari. CATAN. *Captare.*] Captare eſt per illecebras aliaſve artes aliquid venari, ſeu petere. Exemplum vide apud Florum, Lib. IV. cap. II. VEENH. Connivet in his verbis Alciatus Lib. II. Parerg. cap. XXXI. BARTH. Petronius Sat. cap. CXVI. *Quoscumque homines in hac urbe videritis, ſcitote in duas partes eſſe diviſos. nam aut* captantur, *aut* captant. *In hac urbe nemo liberos tollit*, cet. Ubi conſule interpretes, qui oſtendent hoc idem auctores etiam *venari* & *ſubſidere homines* dixiſſe. Iuvenalis Sat. V. vs. 98.

Quod captator *emat Lenas, Aurelia vendat.*

Illic etiam nonnihil interpretes ſubminiſtrant.

3 *Signatum eſt teſtamentum.*] Ulpianus tit. de teſtamentis, ſignatas tabulas accipi docet, ſi & linteo, quo tabulae involutae ſunt, ſigna impreſſa fuerint, & ſingulos teſtes, ſeptem ſecundum Paulum, qui in teſtimonio adhibentur, proprio chirographo annotare convenit, quis & cujus teſtamentum ſignaverit. CATAN.

4 *Bonam.*] Laudabilem, citam. IDEM. *Bonam mortem.*] Male ii, qui dubitant de hac lectione, oſtentantque *bona mortis.* Nam & Marillius apud Senec. Lib. I. controv. III. *Quid autem habet jam quos Deos roget, quam bonam mortem ?* Sic infra Lib. III. Epiſt. XVIII. *Poteſtis efficere, ut male moriar : ne moriar, non poteſtis.* GRUTER. *Bonam mentem.*] Bonam mortem εὐθανατίαν, quam optabat Auguſtus, accipio : hoc eſt, *facilem exitum*, vel cum *quis cito & ſine cruciatu defungitur*, ut Graecum illud Suetonius circumſcribit. Ita quoque Lib. II. Ep. XVI. *Male mori* eſt, difficulter mori. Quod ſatis indicant, quae mox ſequuntur : *Dixeram vobis, inventuram me quamlibet duram ad mortem viam, ſi vos facilem negaſſetis.* BUCHNER. MSS. Riccard. Lindenbr. Bongarſ. & Voſſ. cum Gryphio : *quid invidetis bona mortis.* Scribendum *bona morte*, ut diſerte habet Optimus, non *bonam mortem*, quod vulgatae circumferunt. Probavimus ad Lib. I. Epiſt. X. n. 12. *Neque enim ego* invideo *aliis* bono, *quo ipſe careo.*

5 *Moritur Blaeſus : & tamquam.*] Praeſtantiſſimus: *Moriturus Blaeſus tamquam omnia audiſſet, Regulo* cet

6 *Scholaſtica lege.*] Sunt qui nullo auctore dicant fuiſſe moris olim ſcholaſticis, ut expoſitis duabus controverſiis tertiam exponendam poſtularent. Nos ſecus interpretandum duximus, *Scholaſtica lege*, id eſt, more ocioſorum, quibus conſuetudo fabellis oblectari. & *tertiam* dixit, non reſpiciens ad ullum antiquum morem, nec ad numerum ternarium, ſed perinde ac ſi diceret aliam : erat enim tertia poſt ſecundam. Reſpexit autem ad ſignificatum verbi : nam σχολαστικὸν ocioſum ſignificat & fictum. Quid autem aliud eſt Scholaſtica controverſia, quam ficta cauſa ? & ab ocioſis tractari ſolita ? CATAN.

1 *Au-*

[1] Aurelia, ornata foemina, ſignatura teſtamentum. [2] ſumpſerat pul- 10
cherrimas tunicas: Regulus quum veniſſet ad ſignandum, *Rogo*,
inquit, *has mihi* [3] *leges*. Aurelia ludere hominem putabat, ille ſe-
rio inſtabat. [4] Ne multa: coëgit mulierem [5] aperire tabulas, ac ſibi 11
tunicas, quas erat induta, legare. [6] Obſervavit ſcribentem, [7] in-
ſpexit an ſcripſiſſet. [8] Et Aurelia quidem vivit, ille tamen iſtud
tanquam morituram coëgit. [9] & hic hereditates, hic legata, quaſi
mercatur, accipit. [10] *Αλλά τι διατείνομαι* in ea civitate, in qua jam- 12
pridem non minora praemia, immo majora, nequitia & improbitas,
quam pudor & virtus habent? Aſpice Regulum, qui ex paupere & 13
tenui, ad tantas opes per flagitia proceſſit, ut ipſe mihi dixerit
[1] quum conſuleret, quam cito ſeſtertium ſexcenties impleturus eſ-
ſet,

1 *Aurelia.*] Duas lego *Aurelias* per illa tempora, *Aureliam Meſſallinam* Clodium Albinum, qui poſtea imperavit, enixam: alteram *Aureliam*, divitem & orbam, de qua Juven.

Quod captator emat Lenas, Aurelia vendat.

Poſteriorem Secundus intelligit. CATAN.

2 *Sumſerat pulcherrimas tun.*] Utpote moritura. His enim moris erat, pulcherrimas veſtes ſumere, in quibus deinde comburebantur, ut ex hoc aliisque locis docuit Bernartius ad Statii VI. Theb. vs. 194. Inde ſtultitia & malitia Reguli magis eluceſcit.

3 *Leges.*] Legato mihi relinquas. CATAN. Mediceus: *Rogo, inquit*, habes *mihi leges*; Helmſt. *Ergo, inquit.* vitia ſcribarum.

4 Nec *multa.*] Falſum hoc de ſerio inſtante, denique cogente. Sed nec Secundus ita ſcripſit. Mediceus, Riccard. Lindenbr. Bong. Arnz. & Gryphius: *Ne multa.* Cic. III. Tuſc. cap. XVIII. *Sed non neceſſe eſt nunc omnia.* Lib. X. ad Attic. ep. XI. Ne multa: *omnes ſuos caros habet*, & ſic ille ſaepius. Noſter Lib. V. Epiſt. XVII. n. 4. Ne *plura: recitatione finita* cet. CORTE.

5 *Aperire tabulas.*] Si teſtamentum quod reſignaverit teſtator, iterum ſignatum fuerit ſeptem teſtium ſignis non erit imperfectum, ſed utroque jure valebit, tam civili quam Praetorio. *Ulpianus de Teſtamentis.* CATAN.

6 *Obſervavit ſcribentem.*] Annotavit Aureliam, dum legatum ſcriberet, ne ſicut a Blaeſo deciperetur. IDEM.

7 *Inſpexit.*] An ſcripſiſſet. ad quod videtur Martialis mutatis nominibus Lib. XII. alluſiſſe:

Haeredem tibi me Catulle dicis.
Non credam, niſi legero Catulle.

IDEM.

8 *Et Aurelia quidem.*] Mediceus: *Et Aureliae quidem.* Reperit: *Et Aurelia* equidem *vivit*, quam Particulam ſaepiſſime corruperunt librarii, ut obſervavimus ad Salluſt. Cat. cap. LI. n. 15. *Equidem &c.* coniungit Livius Lib. IV. cap. III. Sic infra Lib. VI. Epiſt. XVI. n. 13. & *quievit veriſſimo* equidem *ſomno*, habent plerique omnes Codd.

9 *Et hic hereditates, hic* cet.] Mediceus &c. neglexit. Lindenbr. *hereditatis h. l. quas mereantur*; Riccard. *quas mereatur*; Oxon. *quae mereatur*

10 Ἀλλά τι διατείνομαι.] Id eſt, *ſed quid extendo*, videlicet, quid plura dicam? CATAN. Ἀλλά τι, &c.] *Sed quid efficere contendo.* Quidam interpr. Quid extendo ſermonem, & plura dico, quam opus ſit? Sed obſtant duo, quo minus ita poſſimus interpretari: primum, quod ἐκτείνασθαι in hac ſignificatione dicatur, non διατείνασθαι. Deinde, quod non ſubjungatur: de ea civitate, ſed, *in ea civitate*, cum tamen dicatur ἐκτείνασθαι ὑπέρ τινος, vel περί τινος, id eſt, de re aliqua. STEPHAN.

11 *Cum conſuleret.*] Aruſpicem videlicet. Eſt & hoc non multum abſimile priori [*ingraveſcit.*] ac iccirco notandum. SCHEFFER. *Haruſpicem* addit n. 4. Sed eſt verbum Generale, & pariter *deos*, *oraculum*, *aves* aliaque *conſulere* dicunt. In his autem verbis ſollemnibus non mirum, aut novum eſt, ſi praeciſe & ſine Nomine ponantur. Sic *conciliare* abſolute poſuit Claudianus, pro *conciliare ſcorta*; ſic Auſonius *componere*, pro *componere litem* Epigr. XC.

Compone *inter nos, ſi potes, alma Venus.*

ſet, [1] inveniſſe ſeſe exta duplicia, quibus portendi, millies & du-
14 centies habiturum. Et habebit, ſi modo, ut coepit, aliena teſtamenta, (quod eſt improbiſſimum genus falſi) ipſis, quorum ſunt illa, [2] dictaverit. *Vale.*

Ita Terentius, Cicero atque alii *moliri* nude ſcribunt, plane, ut *agere*, *agitare*, *tranſigere* Tacitus Germ. cap. XV. ut alii *deſerere*, *parare*, *deſtituere*, *metiri*, *adminiſtrare*, cuius generis multa adduximus ad Salluſt. Iug. cap. XCII. n. 9. *Milites neque inter vineas ſine periculo* adminiſtrare, & ad Lucan. Lib. II. vs. 727.

——— ——— — *laſſata triumphis*
Deſtituit *fortuna tuis.*

Talia ſunt in iure noſtro *exhibere*, *edere* & plura verba alia: Unde a vetuſtiſſimi & emendatiſſimi Codicis lectione non recederem apud Senecam Agamemn. vs. 239.

Amor iugalis vincit, ac flectit retro.
Referemus *illuc, unde non decuit prius*
Abire.

Referemus ſc. gradum; Fecerunt *remeemus*, *referamur*. De verbo *ſalutare*, & *conſalutare* idem notavit Duckerus ad Flor. Lib. IV. cap. VI. n. 3. de verbo *ambire*, *petere* aliisque res in vulgus nota eſt. Paullo apertius Iuſtinus Lib. XI. cap. XI. n. 2. *Ad Iovem deinde Hammonem pergit*, conſulturus *& de eventu futurorum*, *& de origine ſua.* Corte.

1 *I. ſe exta duplicata.*] Dum ſacrificaret, invenit geminata exta in hoſtia, & duo capita habentia, quod erat ſignum admodum laetum. Hinc Valerius Marcelli ſacrificium laudans, ſcribit, iecur cum duobus capitibus ei apparuiſſe. Etiam Tranquillus tradit immolanti Auguſto omnium victimarum iecinora replicata intrinſecus ab ima fibra apparuiſſe, & reſponſum per haec laeta & magna portendi. Legitur etiam *duplicia.* Catan. *Inveniſſe ſe exta duplicata.*] Noviſſimae aliquot editiones *inveniſſe ſexta duplicata*, pudendo ſphalmate. Gruter. Boxhornius in lect. variant, notat, quoſdam legere *ſeſtertia duplicia.* Sane abſque ſenſu. Conf. cum ſana lectione, quam exhibuimus, Fr. Lindenbrog. ad Amm. Lib. XXII. Veenh. Legendum *ſe exta*, pro abſurdo *ſexta.* Barth. Lindenbrogius ad Ammian. Lib. XXII. princ. veluti novam, & ſuam emendationem propoſuit: *ſe exta duplicata*, cum pridem alii, & ipſe Gryphius ita ediderit. Voſſ. *inveniſſe* ſextertia *duplicia.* Mediceus: *inveniſſe* ſeſe *exta* duplicia, atque hoc auctori reddidimus. *Duplicia*, ut apud Valer. Max. *caput iecinoris duplex*, & apud Iul. Obſequ. cap. CXXIX. *Immolanti* duplicia exta *adparuerunt.* Corte.

2 *Dictaverit.*] Id eſt, Teſtamenta, quae ad alios iure deberent pervenire, pro ſuo arbitrio diſpoſuerit. Catan.

C. PLI-

C. PLINII CAECILII SECUNDI EPISTOLARUM

LIBER TERTIUS.

Epiſt. I. C. Plinius Secundus Calvisio suo S.

ARGUMENTUM.

Veſtricii Spurinnae & vitam & mores brevibus explicat, ſpondetque cum primum ad ſenium pervenerit, ſe uſurum eo vitae genere.

NEscio, an ullum jucundius tempus [1] exegerim, quam quo nu-
per apud Spurinnam fui: adeo quidem ut neminem magis in ſe-
nectute, (ſi modo ſeneſcere datum eſt) aemulari velim, Nihil eſt e-
nim illo vitae genere diſtinctius. Me autem ut [2] certus ſiderum curſus, 2
ita vita hominum diſpoſita delectat, ſenum praeſertim. Nam juvenes
adhuc, confuſa quaedam & quaſi conturbata non indecent: ſenibus
placida omnia & ordinata conveniunt, quibus [3] induſtria ſera, turpis
am-

1 E*Xegerim.*] Diſpenſaverim. *Exigere* tempus, eſt diſponere & tranſmittere, interdum expellere, ut JC. in prooemio. ff. in Teren. *An exigendae ſint nobis.* Ac Hiſtorici, *Poſt exactos Reges.* Catan. *Exegerim* eſt pro ſimplici *egerim.* Quomodo Phaedrus *exigere aevum in tenebris.* Scheffer. Mediceus *exigerim.* Lucanus Lib. IX. vs. 949.

— — *cuius ſtatione quietam*
Exegere hiemem *nimbis flammisque carentem.*

Infra Mediceus: *quo nuper & apud Spurinnam fui.*

2 *Certus ſiderum curſus.*] Ut ſol & luna, caeteraque ſidera, quae certa & firma menſura motus ſuos diſpertiuntur. *Sidus* a Graecis ἄςρον dictum, & pluribus ſtellis conficitur: pro ſole & luna ſaepius ponitur non modo apud poëtas, ſed & rerum ſcriptores. *Sidus* praeterea genus morbi, qui partem corporis tactam facit immobilem, ut qui fulmine feriuntur: a quo verbum *ſideratus* deduxit Plinius avunculus, & *ſiderata membra*, ac *ſiderationem* legimus. Catan. Voſſ. *certus* ut *ſiderum curſus*, quod Gryphio placuit. Diſſentiunt tamen reliqui Codd. omnes. Supra Oxon. *nihil eſt* illo etenim *vitae g. d.* & hic, *dierum curſus*, pro *ſiderum.*

3 *Induſtria ſera.*] Diligentia tarda, ingenium importunum commodiſſime Seneca exagitatae mentis concurſationem, non induſtriam appellat. Catan. *Induſtria ſera.*] Significat, vix poſſe turpiſſimae ambitionis culpam deprecari Senes, ſi

3 [1] ambitio eſt. Hanc regulam Spurinna conſtantiſſime ſervat; [2] quin
etiam parva haec, ([3] parva, ſi non quotidie fiant) ordine quodam,
4 & velut orbe circumagit. [4] Mane lectulo continetur: [5] hora ſecunda
calceos poſcit, ambulat millia paſſuum tria: nec minus animum quam
cor-

in negotiis, ut viri, maneant; & ex induſtria, qua in gerendis negotiis opus, quaerant laudem. Buchnerus. Non ſunt adſecuti neque Catanaeus, nec Buchnerus mentem ſcriptoris. Duo diverſa notat in ſenibus, unum, ſi incipiant fieri induſtrii, alterum, ſi ambitioſi. Induſtrios intelligit, curſitantes & ſollicitos de rebus ſuis, facultatibus, opibus, ut adquirant, conſervent, augeant. Huiusmodi induſtriam ait eſſe *ſeram*, ſi in ſenectute demum ei datur opera. Nempe iuvenum eſt labore ac induſtria parare, ſenum autem partis frui. Quod ſi ſenes facere incipiunt, quod neglexerunt iuvenes, ſera eſt illa induſtria, cum priusquam poſſint quid adquirere, eis diſcedendum ſit e vita. Ambitioſos intelligit ſollicitos de honoribus & muneribus publicis. Huiusmodi ambitionem dicit eſſe turpem, quoniam arguit vitam priorem actam per ignaviam., cum vix maneat inhonorata; in qua virtus ſe conſpiciendam praebuit, publicoque decus attulit ac commodum. Scheffer. *Sera* vox mendoſa eſt. Legendum puto *ſeria*. Barth. Eſt ſane, pro *ſera*, in MSS. Riccard. Arnz. & Oxon. *ſerva*, ſed perperam omnino. Lib. IV. Epiſt. II. n. 7. *Audies brevi nuptias lugentis, nuptias* ſenis; *quorum alterum immaturum., alterum* ſerum *eſt*. nihil poterat clarius. Eod. Epiſt. XV. n. 11. *Quod in ea civitate, in qua omnia quaſi ab occupantibus aguntur, quae legitimum tempus exſpectant, non matura, ſed* ſera *ſunt*. Seneca Epiſt. I. Sera *parſimonia in fundo eſt*. & ſic alii permulti. Vix tamen magno ambitu verborum Schefferus mentem auctoris expreſſit. Et induſtria & ambitio convenit adoleſcentiae; illa, quia vires habet iſta aetas, ut iam Homerus Iliad. Δ. vs. 314. Ariſtoteles VII. Politic. cap. IX. multique praeterea obſervarunt; haec, *quia non modo non invidetur iſti aetati, verum etiam favetur*, ut Cicero loquitur II. Offic. cap. XIII. Si magna ſpectant & ad honores contendunt; adeo ut ignoſcamus, *ſi etiam per ambitionem deliquerint*, Salluſt. Cat. cap. LII. n. 26. Hinc idem Tullius utrumque coniungit Lib. VII. Fam. Epiſt. I. n. 13. *Antea tae lebat, cum & aetas, & ambitio hortabantur*. Haec autem *turpis* eſt ſenibus vel propter circumcurſationes, prenſationes, aliasque artes ambitus. Illuſtrabit ipſe Plinius Lib. IV. Epiſt. XXIII. n. 2. *Ita ſeneſcere oportet virum, qui magiſtratus ampliſſimos geſſerit, totumque ſe reip.* quamdiu decebat, *obtulerit*. Lege quae ibi ſequuntur. Corte.

1 *Ambitio.*] Honorum indecora affectatio in ſenibus. Nam licet per ſe vitium ſit ambitio, ſaepe tamen in juvene cauſa virtutum fit. Catan.

2 Quin *etiam parva haec.*] Voſſian. Oxon. & Helmſt. cum Gryphio: qui *etiam parva haec*. non male.

3 *Parva ſi non quotidie fiant.*] Parva eſſent per ſe conſiderata: ſed ſi continue fiant, magna ſunt. inſtar ſolis, qui certa menſura ſemper ſe circumagit, vitam diſponebat Spurinna. Catan. *Parva haec, parva ſi non.*] Notae parentheſeωs lucem aliquam afferent. *Quin etiam, parva haec (parva, ſi non quotidie fiant) ordine quodam, &c.* Casaub. Voſſian. Oxon. Helmſt. Arnz. & Gryphius *parva* omittunt, ut ſit: *parva haec, ſi non quotidie fiant*. At Riccard. *parva haec*, parva, *ſi non* eo *quotidie fiant*. Mediceus: *parva haec, parva* ſint *quotidie fiant*. qui duo optimi libri vulgatam lectionem graviter ſatis adſerunt. Iſta enim, quae mox recenſet, vere parva forent, ſi demeres perpetuitatem. At conſtantia & aequabilitas facit, ut etiam res minimas, propter aequabilem tenorem magni facere debeamus. Quare immerito Cl. Graevius ad Cic. I. Offic. cap. XXXI. hanc lectionem ut ineptam & ab ſententia Plinii alienam traducit, ſubſtituitque: *parva haec, non parva, ſi quotidie fiant*, quod tamen nihil aliud dicit, quam vulgata.

4 *Mane lectulo continetur.*] Meditandi ſcilicet & commentandi cauſa: quod & Plinius noſter in ſeceſſu faciebat, & clauſis feneſtris. *Mire enim*, ut ipſe ait, *ſilentio & tenebris animus alitur, ab iis, quae avocant, abductus & liber & ſibi relictus*. Locus eſt Epiſt. XXXVI. Lib. IX. Buchner.

5 *Hora ſecunda.*] Diei naturalis, id eſt, ab oriente ſole ad ſolis occaſum. Quamvis auctoribus Plutarcho, Gellio, Macrobio, Varronem ſecutis, diem Romani inciperent a ſexta noctis hora, Athenienſes autem ab occaſu, Thuſci a meridie, uno coeli circumactu, quo dies verus & nox continetur. Civilis hic appellatus a Cenſorino in libro de Natali, ſicut ille naturalis, ubi pluribus explicatur varia diei apud varias gentes obſervatio. Rerum ſcriptores quamplurimum de naturali die loquuntur. Sic Juvenalis:

Ipſa

corpus exercet. Si adſunt amici, honeſtiſſimi [1] ſermones explicantur:
ſi non, liber legitur: interdum etiam praeſentibus amicis, [2] ſi tamen
illi non gravantur. [3] Deinde conſidit, & liber rurſus, aut ſermo libro 5
potior, mox vehiculum aſcendit: aſſumit uxorem ſingularis exempli,
vel aliquem amicorum, ut me proxime. Quam pulchrum illud, quam 6
dulce [4] ſecretum: quantum ibi antiquitatis: quae facta, quos viros
audias, quibus praeceptis imbuare. Quamvis ille hoc temperamentum
modeſtiae ſuae indixerit, ne praecipere videatur. Peractis ſeptem 7
millibus paſſuum, iterum ambulat mille, [5] iterum reſidit, vel ſe cubi-
culo ac ſtylo reddit. Scribit enim, & quidem [6] utraque lingua, [7] ly-
rica doctiſſime. mira illis dulcedo, mira ſuavitas, mira hilaritas, cujus
gratiam cumulat ſanctitas ſcribentis. Ubi hora balinei nunciata eſt (eſt 8
autem

Ipſa dies pulchro diſtinguitur ordine rerum.

Ut Graecum epigramma conticeam, cui eſt initium ἓξ ὧραι μόχθοις ἱκανώταται. Paulus de verbor. ſignif. *Cujuſcunque diei major*, inquit, *pars, eſt horarum ſeptem, primarum diei non ſupremarum.* per quod deſignatur diem tantum fuiſſe XII. horarum. CATAN.

1 *Sermones* explicantur.] Voſſian. & margo Gryphii: *ſermones conferuntur*, ex quo Graevius Epiſt. CLXIX. ad Heinſium faciebat *ſermones conſeruntur*, quod tamen minus eruditum eſt, & vim verbi *explicantur*, quod in vetuſtiſſimis libris iacet, longe relinquit. *Explico* Tullianum verbum, non modo profero & expedio, ſed etiam excutio, determino notat: quod eruditis ſermonibus proprium eſt, cum omnibus confabulationibus alterum illud *conſerere* aut *conferre* conveniat. Sic iterum Lib. IV. Epiſt. XXVII. n. 3. *Nam ceteros* verſus *teneo, & iam* explicui. Lib. VII. Epiſt. IV. n. 7. *Tranſii ad* elegos; hos *quoque non minus celeriter* explicui. Lucanus in eumdem ſenſum Lib. VII. vs. 201.

Diſſimilem certe cunctis, quos explicat, *egit*
Theſſalicum natura diem.

Item Frontinus de Aquaeduct. Art. CXXI. *Opera ſollicita feſtinatione* explicare, quam notionem habes infra Lib. VIII. Epiſt. I. n. 1. De latiore narratione adhibet C. Nepos in Pelopida cap. I. cui & Praefat. extr. *ut ea* explicem, *quae exorſus ſum.* Velleius Lib. II. cap. XLVIII. extr. *Rerum ordo voluminibus noſtris* explicabitur.. Ita Cicero *explicare totam cauſſam, totam vitam, omnia crimina.* Ita ſaepiſſime Quinctilianus, ut mirer, optumo viro ſignificationem tam aptam, tam honeſtam non incidiſſe. CORTE.

2 *Si tamen illi non gravantur.*] Neque enim nos tantum, & in quo obſequamur animo noſtro; verum & alios, quibuſcum agimus, reſpicere oportet, amicos praecipue; atque cavere ne offendamus aut moleſti ſimus. Quod parum habere penſi aut imperiti ac ruſtici, aut arrogantis ac ſuperbi eſt. Ita *Alexander Severus*, librum in menſa ſolebat quidem legere, ſed non niſi cum privatim, hoc eſt, inter ſuos convivaretur, quod Lampridius notat. Contra fecit *Sextius*, de quo Catullus queritur Epigr. XLI. Sed & Martialis, neſcio quem eodem nomine alibi reprehendit. BUCHNER.

3 *Deinde* conſidet.] Mediceus *conſidit*, ut mox n. 7. *reſiſit*, h. e. *reſidit*. atque ita Lib. II. Epiſt. XI. n. 1. eaedem membranae: inſidit *tamen animo tuo.* Item Lib. IV. Epiſt. XXII. n. 7. *Nam Viennenſium vitia intra ipſos* reſidunt. Lib. VI. Epiſt. XX. n. 4. Reſidimus *in area domus.* n. 14. *Vix* conſideramus. & paſſim. Sic *obſidit* & plura ad iſtam formam ex Vett. Libb. notamus ad Lucani Lib. VI. vs. 117. & 690.

4 *Illud ſecretum.*] Vehiculo eodem cum Spurinna vehi. CATAN.

5 *Iterum* reſidet.] Mediceus, ut dixi, *reſiſit*, pro *reſidit*: quod forte & Riccard. voluit, in *reſidat*. Mox Helmſt. *cubiculo* vel *ſtilo*; Voſſ. *cubiculo* aut *ſtilo*, & hoc placuit Gryphio.

6 *Utraque lingua.*] Graeca & Latina. Nam caeterae linguae credebantur eſſe barbarae praeter Latinam & Graecam. Et ſane ſi diſciplinas in utraque ſcriptas conſiderabis, & verborum copiam, harum altera longe reliquas anteibit. CATAN.

7 *Lyrica.*] Carmina: dicta a lyra, quae latine fides, cujus concentu lyrica cantabantur, quo-

 rum

autem [1] hieme nona, aeſtate octava) in ſole, ſi caret vento, ambulat nudus. Deinde [2] movetur pila vehementer & diu. Nam hoc quoque exercitationis genere [3] pugnat cum ſenectute. [4] Lotus accubat, & pauliſper cibum differt. Interim audit legentem remiſſius aliquid & dulcius. Per hoc omne tempus liberum eſt amicis, [5] vel eadem face-
9 re, vel alia, ſi malint. Apponitur coena non minus nitida, quam frugi in argento puro & antiquo. Sunt in uſu & [6] Corinthia, quibus delectatur, [7] nec afficitur. Frequenter [8] comoedis coena diſtinguitur, ut

rum princeps apud Graecos Pindarus, apud nos Horatius. Lyricis aut heroum laudes, aut olympionicarum ſcribebantur:& amores. CATAN. Voſſian. & Oxon. *lyrica doctiſſima*, quod idem, more ſuo, in textum recepit Gryphius. Helmſt. & Arnz. *lyrica* & *doctiſſima*. Meliores vulgatam tuentur. Mox Optimus: *mirabilis dulcedo*, pro *mira illis*, quod non muto.

1 *Hieme nona.*] Martialis palaeſtrae & balineo nonam aſcripſit, nulla hiemis & aeſtatis diſtinctione. Spartianus in Adriano tradit neminem niſi aegrum lavari in publico paſſum ante octavam horam. Latius Vitruvius lavandi tempus complexus eſt, conſtitutum fuiſſe referens a meridiano ad veſperum. Hic autem non tam publicum lavandi tempus, quam Spurinnae conſuetum deſignat Secundus. CATAN.

2 *Movetur pila.*] Exercetur luſoria pila cujus inventor Pythus. Sequentia monſtrant trigonalem intelligendam, in qua ſiniſtra manus plurimum erat adjumento, ex illo diſticho:

Si me nobilibus ſcis expulſare ſiniſtris,
Sum tua: ſi neſcis, ruſtice redde pilam.

IDEM.

3 *Pugnat cum ſenectute.*] Eſt ab Cicerone, qui de Senect. cap. XI. Pugnandum *tamquam contra morbum*, *ſic* contra ſenectutem. *Habenda ratio valetudinis*, *utendum* exercitationibus *modicis*. Addendus hic Colvius ad Sidonium pag. 15. BARTH.

4 Lotus *accubat.*] Mediceus: illic *accubat*, & *paulliſper* cibos *differt*, quae librario tribuo, ut & Helmſt. *Locus occupat.*

5 *Vel eadem* agere.] Sic vulgatae Edd. At MSS. Medic. Riccard. Lindenbr. Bongarſ. Helmſt. Oxon. & Ed. Vet. *vel eadem facere*, quod repoſui, uſu auctorum frequentiſſimo nixus. Vide modo ad Lib. II. Epiſt. XIII. extr. Quod ſequitur *argentum purum* optime explicat Lipſius ad Senec. de Tranqu. cap. I. CORTE.

6 *Corinthia.*] Vaſa. Poſtquam Critolaus Corinthiorum dux, dubium an manu, certe oratione Legatos Romanos violavit, a *Metello* fuſus praelio eſt. *Mummius* Metelli ſucceſſor urbem ab incolis deſertam poſt alterius ducis Diaeti cladem diripuit, deinde delevit. Quid ſignorum, quid veſtium, quidve tabularum raptum, incenſum atque projectum eſt, quantas opes & abſtulerit & cremaverit hinc ſcias: quod quicquid Corinthii aeris toto orbe laudatur, incendio ſuperfuiſſe comperimus. Nam & aeris notam precioſiorem ipſa opulentiſſimae urbis fecit injuria, quia incendio peruſtis plurimis ſtatuis atque ſimulacris aeris, auri argentique venae in commune fluxere, quod a multis aſſertum. Plinius ſenior ſupputata temporum ratione falſum probat. Nam ante Corinthi ruinas nobiles in aere fictores eſſe deſierant: hinc Graecorum aliqui in urbis excidio ſtatuarum & picturarum mentionem facientes, reliqua ſilentio praeteriere. obtinuit tamen uſus, ut quicquid notabile ſive in ſignis aeris, ſive in vaſis antiquum inveniretur, pro Corinthio haberetur. & notatum legimus Auguſtum, ut precioſae ſuppellectilis, Corinthiorumque percupidum. Pauſanias auctor eſt, aes Corinthium ignitum tingi aqua fontis Corinthi Pirenes, qua temperatura fieri elegans & celebre Corinthium aes, cum tamen ibi non naſcatur. CATAN.

7 Nec *adficitur.*] Cato: *parce dilige.* BARTH. Voſſian. Helmſt. Arnz. cum Gryphio & aliis: *delectatur* & *adficitur*, minus venuſte. Rectius Mediceus & Riccard. *nec adficitur.* *Adfici* immoderatum, & in ipſa delectatione nimium quid habet, ut *affectos* aegros vocamus, & Cicero pro Quint. cap. XI. *Difficultatibus* adfectum & *adflictum* coniungit. Et indignum ſane eſt, tam vilia inſtrumenta *animum* ſapientis *praeſtringere*, ut haec extulit Seneca de Tranqu. cap. I. cum contra optimus quisque nec aurum, nec gemmas, picturas, aliaque huiuscemodi multum admirari vellet. Vide P. Victorium XXXV. Var. Lect. cap. VI.

8 *Comoedis.*] Comoediarum actoribus: quod Perſius carpit:

— *Ecce*

ut voluptates quoque ſtudiis condiantur. [1] Sumit aliquid de nocte & aeſtate. Nemini hoc longum eſt, tanta comitate convivium trahitur. Inde illi poſt ſeptimum & ſeptuageſimum annum aurium oculo-

— Ecce inter pocula quaerunt
Romulidae ſaturi quid dia poëmata narrent.

CATAN. Catanaeus explicat, *comoediarum actoribus.* Ita ſequeretur comoedias egiſſe in coena. Quod aegre mihi perſuadetur, praeſertim apud hos frugaliores. Potius accipio de iis, qui comoedias legunt aut recitant ex memoria. Unde ſupra: *audiſſes comoedum, vel lectorem, vel lyriſten* Lib. I. Epiſt. XV. Si comoedia fuiſſet acta, debuiſſet potius dicere *vidiſſes* non *audiſſes*, nec *comoedum*, quia unus ſolus agere comoediam non poteſt, ſed *comoedos.* Nec aliud voluit Perſius, cuius verba ex Sat. I. Catanaeus adducit. Itaque recte Caſaubonus ibi: *Erat moris, ut in miſſuum intervallis, aut remotis menſis, aliquis convivarum vel memoriter, vel de ſcripto ῥῆσιν alicuius poetae recitaret.* Quod ille communiter de poetis notat, id hic ſeorſum eſt intelligendum de Comicis, quod ipſe de convivis, id hic de peculiari aliquo ex familiaribus ad hoc negotium adhibito. Aliter locum noſtri accepit & Pignorius, ſed cum non attendo. SCHEFFER. Sed attendendum erat ad veteres auctores, ex quibus id abunde conſtat; quamvis locum Perſii male huc trahi cenſeam. Docendum etiam erat *comoedum* dictum eſſe, auctorem comoediarum, vel lectorem; Latio enim *comoedi* tantum noti ſunt, ut fabularum actores, aut canentes & agentes ad inſtrumenta muſica, aut recitantes cum modis, convenientibus: quod poſtremum ſi conſideraſſet, poterat forte verum dicere. Porro quam frigide illud de loco ex Lib. I. Epiſt. XV. *audiſſes comoedum*, quaſi *comoedi* non *audiantur*, ſed *videantur.* Ita tamen & Lib. V. Epiſt. III. n. 2. *facio & comoedias, & audio*, ut ex Libb. Vett. ibi legendum eſt. Iam Marii aetate elegantiores *hiſtrionem* alebant, ut vides apud Salluſt. Iug. cap. LXXXV. n. 39. Immo Livius Lib. XXXIX. cap. VI. de temporibus Aſiatici belli: *Tum pſaltriae, ſambuciſtriaeque & convivalia ludionum oblectamenta addita* epulis. Piget Sueton. Auguſt. cap. LXXIV. alioſque toties ab aliis productos adſcribere. Si *comoedus* eſt Lector comoediae, cur tantum comoedias, non alia poemata legunt? cui bono *comoedo* lector & anagnoſtes adiicitur? Fuerunt ſine & alia acroamata, ut patet ex Nep. Attic. cap. XIV. *Nemo in eius convivio aliud acroama audivit, quam* anagnoſten. At multitudo comoedorum requirebatur ad agendam fabulam, inquit vir doctus? Hoc falſum eſt, ſi moderatum privatorum uſum ſpectas, ubi unus etiam ad concentus muſicos agendo, & recitando, ut ita dicam, modulate, comoedum implebat; licet Trimalchionibus & plures praeſto eſſent, quod ex Senec. Epiſt. LXXXIV. quidam probare nituntur. Hic certe vides, comoedum ad *ſtudia* & eruditionem pertinere, & Lib. I. Epiſt. XV. laſcivis *Gaditanis* obiicitur. adde infra Lib. VI. Epiſt. XXXI. n. 13. & deſcriptionem comoedi Lib. V. Epiſt. XIX. n. 3. ubi pronunciatio eius maxime commendatur. Apertius Lib. IX. Epiſt. XVII. n. 3. ubi de coena: *Quam multi, cum* lector, *aut lyriſtes, aut* comoedus *inductus eſt, calceos poſcunt* cet. adeo delicatulis comoedi inviſi erant. Eod. Epiſt. XXXVI. n. 4. *Coenanti mihi, ſi cum uxore, vel paucis, liber legitur: poſt coenam* comoedi, *aut lyriſtes.* Epiſt. XL. n. 2. *Non iam* comoedo, *vel lyriſtae poſt coenam locus.* Poteram plura: ſed iam haec interpretationem Schefferi, qua falſa, ſubvertunt, qua vera, clarius exponunt. CORTE.

1 *Sumit.*] Coena occupat aliquam noctis partem etiam in aeſtate. Nam in hieme non erat mirum, cum poſt nonam inciperet. Hic jure quaeri poſſet, an omnes antiqui ſemel tantum in die cibum, quam coenam dixere, ſumerent? Satis conſtat multorum teſtimonio circa *Secundi* ſecula cibum ſemel capi ab omnibus fere ſolitum. Unde legimus in coenarum luxum, non prandii leges promulgatas. Veteres bis in die cibum cepiſſe *Secundus* non multo poſt oſtendit, avunculum ſuum ſcribens conſueviſſe cibum interdiu levem & facilem veterum more ſumere, mox habita ejuſdem coenae mentione, *Tranquillus* aſſerit Auguſtum ſolitum meridianum cibum ſumere: ſed coenam fuiſſe meridianum cibum tradit Pompejus. *Lampridius* Severum Imperatorem ſcribit egreſſum balneas multum lactis & panis ſumere ſolitum: & ova, deinde mulſum, atque his refectum aliquando ad prandia iviſſe, aliquando cibum uſque ad coenam diſtuliſſe. Vitellium, inſuper *Tranquillus* memorat epulas trifariam ſemper, quadrifariam interdum diſpertire ſolitum, in jentacula, & prandia, & coenas, & comeſſationes. Si vero tanta ſumendi cibi varietas olim fuit: mirum non eſt cum hodie quoque plerique ſemel tantum, plurimi bis, nonnulli & ter quater in die id faciant. CATAN. Horatius: *partem ſolido demere de die.* BARTH. Aptius auctor Lib. IX.

lorumque vigor integer, inde agile & vividum corpus, [1] ſolaque ex
11 ſenectute prudentia. Hanc ego vitam voto & cogitatione praeſumo, ingreſſurus avidiſſime, ut primum ratio aetatis [2] receptui canere permiſerit. Interim mille laboribus conteror, [3] quorum mihi & ſolatium, & exemplum eſt idem Spurinna. Nam ille quoque, quoad honeſtum fuit, obiit officia, geſſit magiſtratus, [4] provincias rexit, multoque la-
12 bore hoc ocium meruit. Igitur eundem mihi curſum, eundem terminum ſtatuo, idque jam nunc apud te ſubſigno: ut ſi me longius evehi videris, in jus voces ad hanc epiſtolam meam, & quieſcere jubeas [5] quum inertiae crimen effugero. *Vale.*

II. C. Plinius Maximo Suo S.

Gavium Maximum precatur, ut aliquid dignitatis Arriano Maturio inopinanti conferre velit: quod ut libentius faciat, quanta ſit cum illo devinctus amicitia brevibus tangit.

Quod

IX. Epiſt. XL. n. 2. *multumque* de nocte *vel ante, vel poſt diem* ſumitur. Voſſian. *etiam aeſtate*, ex Gloſſa, quam tamen Gryphius praetulit.

1 *Solaque ex ſenectute prudentia.*] Dicit *Spurinnam* ſenem nihil ſenile habere praeter prudentiam. Quippe cui poſt ſeptimum & ſeptuageſimum annum aurium oculorumque vigor integer, agileque & vividum corpus duret, ut paullo ante dixerat. Quae omnia aut juventutis aut virilitatis ſunt; ſenilem certe aetatem deſtituere ſolent. Quae cum infinita incommoda alias; hoc unum commodum, prudentiam habet. Lege B. Hieronymum, Lib. I. Epiſt. XXX. ad Pammachum. Cicero I. Tuſcul. cap. XXXIX. *Nihil profecto eſt homini prudentia dulcius: quam, ut caetera auferat, affert certe ſenectus.* Buchn. Puto: *ſolidaque e. ſ. prudentia.* Barth. Perperam putat Barthius, & recte interpretatur Buchnerus. Similis dictio Velleii Lib. II. cap. LXXXIV. *Uxor Antonii Fulvia*, nihil muliebre, praeter corpus, *gerens.*

2 *Receptui canere.*] Conſulere quieti & recipere me in ſeceſſum ab adminiſtratione rerum publicarum. tranſlatum eſt a re militari, cum pugnando feſſis, vel interventu noctis, ſeu alia ratione recipiendi ſignum tuba datur. Catan.

3 *Quorum mihi & ſolatium.*] Lindenbr. *qui horum & ſolatium*; Bongarſ. *qui horum mihi & ſolatium.* Nihil mutat Optimus, cuius tamen ſuffragio, propter libri lacunam inde a verbis *quoad honeſtum*, usque ad Epiſt. III. n. 6. uti non licebit. Lucanus Lib. VIII. vs. 315.

Sed magna feram ſolatia mortis.

4 *Provincias.*] Tranſpadanam regionem bello Othoniano: in qua cum in imperio eſſet, ſtrenue tutatus eſt Placentiam, poſtea miſſus a Trajano in Germaniam adverſus Bructeros, populos eos ſolo terrore domuit. Idem.

5 *Quum inertiae crimen, &c.*] Cum jure non potero accuſari inertiae, quod ideo deſiſtam a cauſis agendis, cum explevero ſexageſimum annum, tunc enim licebat ab officiis vacare. Subſidium enim belliſſimum exiſtimabant eſſe ſenectuti ocium: quanquam de numero annorum aliqua ſit inter auctores varietas. Nam Seneca Lib. de Vitae brevit. tradit *Senatorem ſexagenarium ab officiis vacare ſolitum.* At in Declamat. *Senator poſt ſexageſimum quintum annum in curiam venire non cogitur nec vetatur.* Alibi ſuperiori ſententiae convenit: Lex a quinquageſimo anno militem non legit, a ſexageſimo Senatorem non citat. Inde Secundus Lib. IV. Epiſt. XXIII. in eundem ſenſum: *Quando ſeceſſus mei non deſidiae nomen, ſed tranquillitatis accipiunt, ut ipſae leges monent, quae majorem annis ſexaginta ocio reddunt.* Juriſconſulti tamen Ulpianus & Modeſtinus ſeptuageſimum annum aſſignarunt, interdum quin-

QUod ipſe amicis tuis obtuliſſem, ſi mihi eadem [1] materia ſup-
peteret, id nunc jure videor a te meis petiturus. Arrianus 2
Maturius [2] Altinatium eſt princeps. Cum dico princeps, non de
facultatibus loquor, quae illi large ſuperſunt: ſed de [3] caſtate, juſti-
tia, gravitate, prudentia. Hujus ego conſilio in negotiis: judicio in 3
ſtudiis utor. Nam plurimum fide, plurimum [4] veritate, plurimum
intelligentia praeſtat. Amat me (nihil poſſum ardentius dicere) ut tu. 4
Caret [5] ambitu, ideo ſe in [6] equeſtri gradu tenuit, cum facile poſſet
aſcendere altiſſimum. Mihi tamen ornandus excolendusque eſt. Ita- 5
que magni aeſtimo dignitati ejus aliquid [7] adſtruere inopinantis, ne-
ſcientis, immo etiam fortaſſe nolentis: adſtruere autem quod ſit ſplen-
didum nec moleſtum: cujus generis quae prima occaſio tibi, conferas 6
in eum rogo. habebis me, habebis ipſum gratiſſimum debitorem.
Quamvis enim iſta non appetat, tam grate tamen excipit, quam ſi
concupiſcat. *Vale.*

III. C.

quinque amplius ut vacationem haberent a tutelis & curationibus, denique a muneribus tantum civilibus. IDEM.

1 *Materia.*] i. argumentum. Phaedrus Prolog. princ.

Aeſopus auctor quam materiam *reperit*
Hanc ego polivi verſibus ſenariis.

aut potius Occaſio, ut Epiſt. III. n. 3. *Praeceptores domi habuit, ubi eſt vel erroribus modica, vel etiam nulla* materia. BARTH. Sic & Lib. IX. Epiſt. XIII. n. 2. & hoc Libro Epiſt. VII. n. 14.

2 *Altinatium eſt princeps.*] Primum locum obtinet inter Altinates. *Princeps* enim generale vocabulum eorum, qui in aliqua facultate excellunt. *Altinum* oppidum Venetiae in palude ſimilem Ravenae ſitum habens, ab Attila dirutum ſeu incenſum. Ejus lanae tertium inter Italas locum obtinent ex Martiale:

Velleribus primis Appulia, Parma ſecundus
Nobilis, Altinum tertia laudat ovis.

CATAN. De *principe* vide notata ad Salluſt. Cat. cap. XL. n. 2. Notandum etiam, quod in MSS. Riccard. Lindenbr. Bongarſ. Arnz. & Helmſt. *Arrianus Maturus* ſcribatur, ut edidit Gryphius, non *Maturius.* Sane in Lapidibus apud Gruterum pariter *Maturus*, non alterum, occurrit aliquoties. Infra Voſſ. *non de* opibus *loquor.*

3 *Caſtitate.*] Integritate & innocentia. Cic. pro L. Man. cap. I. Caſte *integreque verſatus.* BARTH. Vide ad Lucani Lib. IX. vs. 201. ubi de Pompeii domo:

Caſta *domus, luxuque carens.*

4 *Veritate.*] Quam explicamus infra ad Epiſt. XI. n. 6. *Tanta ſinceritate, tanta* veritate.

5 *Ambitu.*] Honorum cupiditate. CATAN.

6 *Equeſtri gradu.*] Dignitate equeſtri: cui conceſſum lege Roſcia in quartodecimo theatri gradu ſedere. IDEM. Iisdem moribus, quibus Maecenas, de quo Velleius Lib. II. cap. LXXXVIII. *Quippe vixit anguſto clavo paene contentus, nec minora conſequi potuit, ſed non tam concupivit.* BARTH. Adde interpretes ad locum Paterculi. Similiter Noſter Lib. I. Epiſt. XIV. n. 4. *Pater Minucius Macrinus, equeſtris ordinis princeps, quia nihil altius voluit.* Lib. II. Epiſt. I. n. 2. *Perfunctus eſt tertio conſulatu, ut ſummum faſtigium privati hominis impleret, cum principis noluiſſet.* In Arnzen. non comparet *aſcendere.*

7 *Aſtruere.*] Addere. CATAN. Ita ſaepius Noſter, ut Lib. IV. Epiſt. XVII. n. 7. *Quantum ille* famae *meae domi, quantum in publico, quantum etiam apud principem* adſtruxit! Lib. IX. Epiſt. XXXIV. n. 11. *Quamquam non eſt opus adfingas aliquid, aut* adſtruas: *ſufficit, ne ea, quae ſunt vera, minuantur.* Panegyr. cap. XXXV. *Per quem magna quaedam* edicto *Titi* adſtruxerat. Cap. LXXIV. extr. *Nihil* felicitati *ſuae putat* adſtrui *poſſe.*

III. C. Plinius Correlliae Hispullae S.

Corellia Hiſpulla, Corellio & Hiſpulla genita, adoleſcentem filium domi erudiebat; Secundus igitur olim Corellio patri amiciſſimus eam monet jam rhetori excolendum tradere, Julium Genitorem inter caeteros profeſſores unice probans.

Cum patrem tuum, graviſſimum & ſanctiſſimum virum, ſuſpexerim magis an amaverim dubitem: teque & in memoriam ejus & [1] in honorem tuum unice diligam: cupiam neceſſe eſt, (atque etiam, quantum in me fuerit, enitar) ut filius tuus avo ſimilis exiſtat: equidem malo materno; quanquam illi paternus etiam clarus [2] ſpectatusque contigerit.
2 Pater quoque & patruus illuſtri laude conſpicui, quibus omnibus ita demum ſimilis adoleſcet, ſi imbutus honeſtis artibus
3 fuerit, quas plurimum refert, a quo potiſſimum accipiat. Adhuc illum pueritiae ratio intra contubernium tuum tenuit, praeceptores domi habuit, ubi eſt vel erroribus [3] modica, vel etiam nulla materia. Jam ſtudia ejus [4] extra limen proferenda ſunt, jam circumſpiciendus [5] rhetor Latinus, cujus ſcholae ſeveritas, [6] pudor, inprimis caſtitas con-

1 *In honorem tuum.*] Cum te honorem. vel ubi agitur de honore tuo. Alii legunt, quod non improbo, *& in memoriam ejus* & *honorem tuum unice diligam*, ſic enim fit clarior ſenſus. Catan. Ex noſtris Helmſtad. *teque* & *in memoriam eius*, & in *honorem tuum.* At Riccard. ceterique prius *&* omittunt, ut in tali repetitione librarii ſaepiſſime peccarunt.

2 *Spectatusque.*] Uti Horatius: *ſpectatum ſatis.* Barth. Locum innuit, arbitror, Lib. I. Epiſt. I. vs. 2. ubi *ſpectatus* eſt probatus & perſpectus: de qua notione noſtra agunt ad Salluſt. Cat. cap. XX. n. 2. Sed hic pro nobili, conſpicuo, & illuſtri potius accipitur, ut apud maiorem Plinium Lib. XI. H. N. cap. I. *Spectatum artificium*, & infra Lib. VI. Epiſt. VIII. n. 1. *Quis enim illum* ſpectatior *paullo aut non novit, aut non amat.*

3 *Modica vel nulla materia.*] Si boni ſint praeceptores, alias non minor peccandi in ſecreto, quam inter multitudinem datur, ſecundum Quintilianum. Catan. Helmſtad. & Arnz. *ubi eſt erroribus modica, vel etiam n. m.* moti, arbitror, tranſpoſitione Particulae. nam & hodie mallent: *ubi eſt erroribus* vel *modica, vel e. n. m.* Sed talia veteres non adtendere, pluribus docuit Wopkens Lect. Tullian. Lib. I. cap. VII.

4 *Extra limen* proferenda ſunt.] MSS. Riccard. Oxon. Lindenbr. & Bongarſ. *extra limen* conferenda *ſunt.* Neſcio an maluerint *efferenda* propter *extra.* Sed non aliter Lib. IX. Epiſt. XIV. n. 4. *Ut paucos in lucem famamque provexit, ita multos* e *tenebris & ſilentio* protulit. Sed hic alia etiam notione verbum *proferenda ſunt* aptiſſimum eſt.

5 *Rhetor Latinus.*] Rhetor nempe poſt Grammaticum. Vide Petron. Satyr. princip. Barth.

6 *Pudor inprimis, caſtitas conſtet.*] Ita diſtinguunt omnes. Sed puto illud *inprimis* cum *caſtitatis* vocabulo iungendum. Notum eſt, quam haec aetas fuerit expoſita libidini ſceleratorum, & conqueruntur viri graves ſaepe ea de re. Igitur ante omnia putavit curandum, ne ſic corrumpatur. Vide Petron. Satyr. pag. 316. Ed. Bleavianae, & Phaedrum noſtrum Lib. III. Fab. XI. vs. 23. & quae mox ſubiiciuntur. Scheffer. Diſtinctionem Schefferi adprobat MS. Oxonienſis & quidam alii.

1 *In*

conſtet. Adeſt enim adoleſcenti noſtro cum ceteris naturae fortunaeque 4
dotibus, eximia corporis pulchritudo, cui [1] in hoc lubrico aetatis non
praeceptor modo, ſed [2] cuſtos etiam rectorque quaerendus eſt. Videor 5
ego demonſtrare tibi poſſe Julium Genitorem. Amatur a me, judicio
tamen meo non obſtat caritas hominis, quae ex judicio nata eſt, vir
eſt [3] emendatus & gravis: paulo etiam horridior & durior, [4] ut in hac
licentia temporum. Quantum eloquentia valeat pluribus credere po- 6
tes. Nam dicendi facultas [5] aperta & expoſita ſtatim cernitur. Vita
hominum [6] altos receſſus, magnaſque latebras habet; cujus pro Geni-
tore me [7] ſponſorem accipe. Nihil ex hoc viro filius tuus audiet niſi
profuturum: nihil diſcet, quod [8] neſciſſe rectius fuerit. Nec minus 7
ſaepe ab illo quam a te meque admonebitur, [9] quibus imaginibus [10] one-
retur,

1 *In hoc lubrico aetatis.*] *Lubricum aetatis* Latiniſſime, ut *incertum maris*, *obſcurum* pro obſcuritate, & plura alia, quae more Graecorum ita proferri notavit Vechner. Hellenol. Lib. I. cap. IX. Barth. Quem etiam videas ad Paullin. Lib. VI. de vita Mart. vs. 29. & alibi Claudian. III. Rapſ. vs. 227.

—— *teneris, heu!* lubrica *moribus* aetas.

Seneca II. Controv. XIV. *Adoleſcens* lubricum tempus ſine *infamia tranſiit.*

2 *Cuſtos etiam rectorque.*] Rhetor, a quo non ſolum inſtituatur, ſed etiam regatur. Nam intelligere paedagogum, quem Fabius eſſe voluit amicum, virum gravem, liberum, aut fidelem libertum, ſequentia non patiuntur. Catan. *Cuſtos* ſollemne nomen. Horatius Lib. I. Sat. IV.

—— —— —— *mi ſatis eſt, ſi*
Traditum ab antiquis morem ſervare, tuamque,
Dum cuſtodis *eges, vitam famamque tueri*
Incolumem poſſim.

Vide ibi Lambinum pag. 61.

3 Emendatus *& gravis.*] Sic *ſapiens & emendatus*; *bonus & emendatus* paſſim coniunguntur, ut Lib. VIII. Epiſt. XXII. n. 2. *optimus & emendatiſſimus.* Plura ſuppeditabit Gronov. ad Senec. I. de Ira cap. V. ubi *optimum & emendatiſſimum opus.*

4 *Ut in hac licentia temporum.*] Reſpectu noſtrorum temporum, quibus magna utimur licentia. Nam ſi reſpicimus antiqua, non horridus haberi poteſt. Catan.

5 *Aperta.*] Facilis cognitu, prompta. Nam vitandus a puero praeceptor aridus, ne fiat humilis & veluti terram ſpectans. Idem.

6 *Altos receſſus.*] Maxima ſecreta & abdita involucra, ut non ſtatim dignoſci poſſit. Videtur ſumptum a M. Tullio pro Marcello: *In animis hominum tantas latebras & tantos receſſus eſſe.* Ratio ex I. ad Brutum ep. *Eſt enim periculoſum propter occultas hominum voluntates, multiplicesque naturas. Clodii animum perſpectum habeo, cognitum, judicatum.* Idem ad Q. fratrem: *Multis involucris tegitur, & quaſi velis quibusdam obtenditur uniuscujusque natura.* Idem. Plura talia collegit Abram. ad Cic. pro Marcello cap. VII. pag. 135.

7 *Sponſorem.*] Fidejuſſorem, nihil niſi virtuti congruum te in homine deprehenſurum. Catan. Vide Alciatum Lib. I. Parerg. cap. II. Barth. Mediceus: *cuius* orti *genitore.*

8 *Neſciſſe.*] Et in moribus & literis. at potius moribus. Nam ſi quidem ſtudiis ſcholas prodeſſe, moribus autem nocere conſtaret: potior mihi ratio vivendi honeſte, quam vel optime diſcendi videretur. Catan.

9 *Quibus imaginibus.*] Praeclaris majoribus: quorum imagines juxta atrium ſuper tabulino collocabat antiquitas, & in funere gentilitio efferebantur, ut poſteri exemplo incitarentur, & majorum nobilitas oſtentaretur. Quare Salluſtius arguens Marium ignobilem fuiſſe, refert ſine majorum imaginibus, & pariter Tranquillus gentem Flaviam. Idem.

10 *Oneretur.*] Niſi fuerit illis ſimilis: majus enim dedecus inuritur nobilium filiis degeneribus, quam obſcuro loco natis. Idem. Deſunt haec: *quibus imaginibus oneretur* Mediceo codici, librarii flagitio. Lib. VIII. Epiſt. XXIV. n. 8.

retur, quae [1] nomina & quanta ſuſtineat. Proinde, faventibus diis, trade eum praeceptori, a quo mores primum, mox eloquentiam diſcat: quae male ſine moribus diſcitur. *Vale.*

IV. C. Plinius Macrino Suo S.

Macrino exponit cauſas, quibus advocationem pro Baeticis contra Caecilium Claſſicum ſumpſiſſet; & poſt factum conſulit, an recte fecerit.

QUamvis & amici quos praeſentes habebam, & ſermones hominum factum meum comprobaſſe videantur, magni tamen aeſtimo
2 ſcire quid ſentias tu. Nam cujus [2] integra re conſilium exquirere optaſſem, hujus etiam peracta judicium noſſe mire concupiſco. Cum [3] publicum opus mea pecunia inchoaturus in Thuſcos [4] excurriſſem, [5] accepto, [6] ut Praefectus aerarii, commeatu; legati provinciae Baeticae queſturi de [7] Proconſulatu [8] Caecilii Claſſici, advocatum me a
3 Senatu petierunt. Collegae optimi, meique amantiſſimi de communis officii neceſſitatibus praelocuti, excuſare me & eximere tentarunt. Factum eſt Senatuſconſultum perquam honorificum, *ut darer provinciali-*

Accedit, quod tibi certamen eſt tecum: onerat *te quaeſturae tuae fama,* onerat *teſtimonium principis,* onerat *tribunatus atque haec ipſa legatio, quaſi praemium, data. Quo magis nitendum eſt,* cet. Quinctil. Declam. CCLXIX. *Me* onerat *maiorum meorum dignitas,* onerat *prioris conſuetudo vitae,* onerat *etiam fama, & omnino de innocentia mea quaeritur.* Boetius III. Proſa VI. *Quod ſi quid eſt in nobilitate bonum, id eſſe arbitror ſolum, ut* impoſita *nobilitate* neceſſitudo *videatur, ne a maiorum virtute degenerent.* adde Lucan. Lib. VIII. vs. 22.

1 *Nomina.*] Majorum illuſtria. Juriſc. frequentius pro debitoribus uſurpant. CATAN.

2 *Integra re.*] Antequam advocationem adgrederer. IDEM.

3 *Publicum opus.*] Templum in Tufernio Tiberino, id quod rus poſſedit Secundus. Meminit aedificationis & dedicationis illius Lib. IV. IDEM.

4 *Excurriſſem.*] Helmſtad. & Arnzen. *excucurriſſem*, ut ſupra. Vide ad Lib. II. Epiſt. I. n. 8.

5 *Accepto commeatu.*] Impetrata profectione. Commeatus enim & diſceſſum ab officio & annonam ſignificat. CATAN. Confer hic Clariſ. Gronov. not. in Sen. Lib. III. de Ira cap. XXI. VEENH. Plura de Commeatu Cl. Waſſe ad Salluſt. V. Hiſtor. in Addend. pag. 304.

6 *Ut praefectus aerarii.*] Ut qui tunc eram Praefectus aerarii, ideo fuit diſceſſus ab urbe impetrandus a Caeſare. *Praefectus* generale vocabulum eſt, nam & legionum, alarum, cohortium, urbis, aerarii, caſtrorum, fabrorum, praetorii, annonae, vigilum praefecti jure dicuntur, & Praefectos pro Praetoribus conſtitutos, qui res urbanas tractarent, legimus. Praefectus autem aerarii publicas pecunias curabat: proſcriptorum damnatorumque bona in aerarium redigebat: denique omnia vectigalia reipubl. ſpectantia. Hinc Apulejus dixit, *Quaeſtores vectigalium habebant.* Nam hi prius curam aerarii habebant, a quibus Auguſtus ad Praetorios, Praetoresve tranſmiſit. poſtea tranſlata fuit ad Praefectos. CATAN.

7 *Proconſulatu.*] Quantum ex M. Tullio & Livio colligimus, conſtitutum erat, ut qui priore anno Conſul fuiſſet, ſequenti Proconſul eſſet, qui provinciam ſortitus pari Conſulibus imperio in eam mittebatur. Ulpianus inſuper. ff. primo. *Proconſul ubique quidem proconſularia inſignia habet, ſtatim atque urbem egreſſus eſt: poteſtatem autem non exercet, niſi in provincia quae ei decreta eſt.* Sed Martianus hoc latius tractat: *Poſtquam*

cialibus patronus, ſi [1] *ab ipſo me impetraſſent.* Legati rurſus indu- 4
cti, iterum me jam praeſentem advocatum poſtulaverunt, implorantes
fidem meam quam eſſent contra [2] Maſſam Baebium experti, allegan-
tes [3] patrocinii foedus. Secuta eſt Senatus clariſſima aſſenſio, quae
ſolet [4] decreta praecurrere. Tum ego, *Deſino*, inquam, [5] *Patres
Conſcripti, putare me juſtas excuſationis cauſas attuliſſe.* Placuit & 5
modeſtia ſermonis & ratio. Compulit autem me ad hoc conſilium,
non ſolum conſenſus Senatus (quanquam hic maxime) [6] verum & alii
qui-

quam urbem egreſſi ſunt Proconſules, jurisdictionem habent non contentioſam, ſed voluntariam: ut ecce manumitti apud eos poſſint tam liberi quam ſervi & adoptiones fieri. CATAN.

8 *Caecilii Claſſici.*] Hic aperte malus Proconſulatum in Baetica non minus violenter, quam ſordide geſſerat eo anno, quo in Africa Marius Priſcus. Erat autem *Priſcus* ex Baetica, ex Africa *Claſſicus*, in quem cum tota provincia incubuiſſet, ille accuſationem morte praevenit, Baetica autem in accuſatione perſtabat. *Claſſici* Tacitus & Martialis meminere. IDEM.

1 *Ab ipſo me.*] A me ipſo, id eſt ſi hoc me exoraſſent. IDEM.

2 *Maſſam Baebium.*] Senatus Baeticis jam dederat Secundum & Senecionem advocatos contra *Baebium Maſſam* adhuc vivo Domitiano: quare damnatus *Maſſa* & bona ejus publice cuſtodita. Nam & Tacitus in vita Agricolae reum fuiſſe tradit: Juvenalis *delatorem*, Martialis *furem* ſcripſere. Satis conſtat per hunc interfectum Piſonem: nam e procuratoribus Africae jam tum optimo cuique exitioſus, & in cauſas malorum, quae ſub Domitiano viri boni perpeſſi ſunt, ſaepius interfuit. IDEM.

3 *Patrocinii foedus.*] Advocationis vinculum ex longa conſuetudine. Multis enim officiis, & laboribus, periculis etiam, eam provinciam devinxerat. an quia ſe in omnibus fere illius provinciae patronum promiſerat? IDEM.

4 *Decreta praecurrere.*] Qualis conſenſus ſolet fieri, cum aliquid Senatores decernunt. *Decernere* eſt de magnis rebus certam proferre ſententiam, unde *Senatus decretum.* Fabius, Conſulta Senatus, decreta principum & magiſtratuum eſſe voluit. Tranquillus frequentius monſtrat *decretum* eſſe partem Senatuſconſulti & ſpeciem, genus autem *Senatusconſultum.* IDEM.

5 *Patres conſcripti.*] Seu Senatores, quos Romulus *Patres* appellavit, ſive quod alios aetate praecederent, ſive quod filii eis eſſent, ſive ob ſimilitudinem curae, ſive ob nobilitatem, quod poterant ſuos patres oſtendere, ſive propter haec omnia. auctores ſunt Livius, Eutropius, Dionyſius, & alii. Tranquillus in Aug. indicat potuiſſe fieri, *ut aliquis Patricius fuiſſet & non Senator.* & Tacitus, *ut aliquis Senator, & non Patricius.* Traditum fertur, ut in Senatum vocarentur, qui *Patres*, quique conſcripti eſſent, conſcriptos videlicet novum Senatum appellantes, ut per *patres* majorum familias, quos Romulus Senatores creaverat, intelligeremus: per *conſcriptos*, minorum gentium Senatores. Feſtus ſimpliciter *conſcriptos* refert, qui in Senatu eſſent ſcriptis annotati, *allectos* poſtea, qui propter inopiam Senatorum ex Equeſtri ordine in Senatum aſſumpti ſunt. IDEM. Illud *Patres conſcripti* deſideratur in Riccard. Oxon. & Arnz. & pro *putare*, idem Oxon. Riccard. & Lindenbr. exhibent *reputare.*

6 *Verum & alii quidam minores, ſed tamen numeri.*] Legerim, vel ſic, *alii minores quidem, ſed tamen numeri.* Vel ita potius, *alia minoris quidem, ſed tamen numeri.* Hoc eſt, alia quae minoris quidem erant ponderis, quam auctoritas Senatus, alicujus tamen erant apud me momenti. Ea quae fuerint, ipſe ſubjicit. Similiter loquitur Epiſt. XI. *In hoc uno, honeſto quidem, ſed tamen errore verſatur*, & alibi. CASAUB. *Quidam minores, &c.*] Haud aliter Palat. aut ed. vetus. Nupere cuſi, *quidem minoris.* GRUTER. Barthius haec omnia pro mendoſis habebat. *minoris*, quod Caſaubono adridebat, exſtat in Arnz. & Oxon. in aliis etiam *quidem* '-ccurrit. Sed Optimus Gruteri & vetuſtiſſimam lectionem ſervat, leviter tantummodo corruptam: *verum etiam alii quidam minores, ſed tam innumeri,* *Tamin*, ſuo more, ſcripſerat, pro *tamen*, ex quo manavit *tam innumeri.* Quod alibi *quidem* huic formulae adiicit Secundus, nihil iuvat Caſaubonum, ſiquidem aliis locis etiam omittit, ut Lib. IV. Epiſt. XXV. extr. *Cui multum quotidie laboris adiicit haec noſtra iners*, ſed tamen *effrenata petulantia.* Eod. Epiſt. XII. n. 3. *Parva*

quidam minores, ſed tamen numeri. Veniebat in mentem [1] priores
noſtros etiam ſingulorum hoſpitum injurias accuſationibus [2] voluntariis
exſecutos, quo deformius arbitrabar publici hoſpitii jura negligere.
6 Praeterea cum recordarer, quanta pro iiſdem Baeticis priore advoca-
tione [3] etiam pericula ſubiiſſem, conſervandum veteris officii meri-
tum novo videbatur. [4] Eſt enim ita comparatum, [5] ut antiquiora be-
neficia ſubvertas, niſi illa poſterioribus cumules. Nam quamlibet
[6] ſaepe obligati, ſi quid unum neges, hoc ſolum meminerunt, quod
7 negatum eſt. Ducebar etiam, quod [7] deceſſerat Claſſicus, amotum-
que erat, quod in ejuſmodi cauſis ſolet eſſe triſtiſſimum, periculum
Senatoris. Videbam ergo [8] advocationi meae non minorem gratiam,
quam

quaeſtio, ſed tamen *quaeſtio.* Lib. VII. Epiſt. XXX. n. 4. *Quibus ex cauſſis* raro *ſtudeo*, *ſtudeo* tamen. Lib. IX. Epiſt. XXV. n. 3. *Nunc me rerum actus* modice, *ſed* tamen *diſtringit.* & alibi. Deinde *numeri* hic ſunt partes, vel rationes: qua notione apud Tullium legimus: *numeros veritatis habere*, *expletum ſuis* numeris *&* *partibus*, *omni numero elegans*, & ſimilia apud multos. Sic Auct. Dialog. de Orat. cap. XXXII. *Ut legitime ſtuduiſſe, ut per omnes eloquentiae* numeros *iſſe*, *ut denique oratorem etiam fateatur.* Hinc infra Lib. IV. Epiſt. XI. n. 9. *Omnes* numeri *pudoris.* Paneg. cap. LXXI. *Si alii eadem iſta mandaſſes*, *omnes comitatis* numeros *obibas.* Similiter Ovidius in Ibin *ſceleris numeros* dixit, pro modis & partibus. Corte.

1 *Priores noſtros.*] Oratores veteres, ut fecit Tull. Vide Lib. I. in Verrem. Catan.

2 *Voluntariis.*] Non rogantibus hoſpitibus, quibus erat illata injuria. Idem.

3 *Etiam pericula.*] Cum Senecionem Maſſa impietatis reum poſtulaſſet, Secundus advocationis particeps, ne praevaricator crederetur, interrogavit Maſſam, cur etiam non poſtulaſſet ſe reum impietatis, auſus malis temporibus eſſe vir bonus? Idem.

4 *Eſt enim ita comparatum.*] Modius contendit (Epiſt. 107.) reſtituendum fide MS. Neuſtetteri: *Eſt enim ita natura comparatum*, *&c.* ſed lectio prior conſtanter in Pal. & vetuſte impreſſis. Gruter. Gryphius etiam edidit: *Eſt enim ita* natura *comparatum*, licet ne unicus quidem ex MSS. noſtris τὸ *natura* agnoſcat. Moti ſunt viri doctiſſimi conſueta formula, quam habes Lib. II. Epiſt. XIX. n. 5. *Porro ita* natura comparatum eſt, *ut ea quae ſcripſimus*, cet. Lib. VIII. Epiſt. XX. n. 1. *Quia ita* natura comparatum, *ut proximorum incurioſi*, cet. Seneca I. de Beneſic. cap. 1. *Cum ita* natura comparatum ſit, *ut altius iniuriae quam merita deſcendant.* atque ita alii haud raro. Sic nos, iubentibus membranis, emendauimus Lib. V. Epiſt. XIX. n. 5. *Eſt enim* ita natura *comparatum.* Sed etiam ſine iſto additamento Paneg. cap. XLVI. n. 7. *Sed cum* ita comparatum ſit, *ut de nullo minus principe querantur homines*, cet. Utrumque ipſe Tullius comprobavit.

5 *Ut antiquiora beneficia ſubvertas.*] Hoc eſt, quod ille apud Plautum monet Trinummo Act. II. Sc. II.

Beneficia benefactis aliis pertegito ne perpluant.

Buchner.

6 *Saepe* obligati ... *meminerunt.*] Modius loco modo dicto ex membranis, uti teſtatur, malebat: *quamlibet ſaepe* obligatis, *ſi quid unum neges.* Noſtri tamen conſenſu *obligati.* Et ſi in quodam codice *obligatis* fuerit repertum, hoc vel ex eadem littera ſubſequente effictum eſt, vel etiam a ſciolo quodam, qui proximo verbo *neges* nomen adaptavit. Ita ſane peccabant apud Lucanum Lib. III. vs. 663.

— — — — — *at* illis,
Robora cum vetitis prenſarent *artius ulnis*
Impia turba ſuper medios ferit *enſe lacertos.*

ubi propinabant: *at illi*, contra fidem optimorum Codicum.

7 *Deceſſerat Claſſicus.*] Forte, an voluntaria morte incertum, ſuſpectam voluiſſe infamiam obitu fugere. Catan.

8 Advocationi *meae.*] Mediceus: *advocationis meae*, & de talibus Genitivis diximus ad Lib. II. Epiſt. I. n. 6. Felicitatis *eius cumulus* acceſſit. Oxon. *advocationi mea.*

1 *Jam*

quam ſi viveret ille propoſitam, invidiam nullam. In ſumma, computabam, ſi munere hoc [1] jam tertio fungerer, faciliorem mihi excuſationem fore, ſi quis incidiſſet quem non deberem accuſare. Nam cum eſt omnium officiorum finis aliquis, [2] tum optime libertati venia obſequio praeparatur. Audiſti conſilii mei motus, ſupereſt alterutra 8
ex parte judicium tuum. In quo mihi aeque jucunda erit ſimplicitas diſſentientis, quam comprobantis auctoritas. *Vale.* 6

V. C. PLINIUS MACRO [3] SUO S.

Macer, librorum Plinii ſenioris ſtudioſus, requiſierat quot edidiſſet. omnes enim cupiebat habere: cui Secundus non ſolum numerum & ordinem recenſet, verumetiam diligentiam illius circa ſtudia, quum alioquin eſſet occupatiſſimus, repraeſentat.

Pergratum eſt mihi, quod tam diligenter libros avunculi mei lectitas, ut habere omnes velis, quaerasque, qui ſint omnes. Fungar [4] indicis partibus: atque etiam, quo ſint ordine ſcripti, no- 2
tum tibi faciam. [5] Eſt enim haec quoque ſtudioſis non injucunda cogni-

1 *Jam tertio.*] Nam contra Maſſam pro Baeticis jam bis adfuerat. Idem Lib. VI. Ep. XXIX. memorat ter pro illis egiſſe. CATAN. *Hoc iam tertio*, legitur in Mediceo & pluribus noſtris. Lindenbr. & Oxon. *iam* omittunt, ut Gryphius aliique.

2 *Tum optime.*] Tum maxime veniam conſequi meremur, ut liberi ſimus, ſi multa beneficia praeceſſerint. CATAN. Niſi ſit vitium operarum, neſcio unde acceperit Gryphius ſuum: *tum optime* libertini *venia obſequio praeparatur*, quod nullius ſenſus eſt.

3 *Macro Suo.*] *Marcos* plures multorum teſtimonio per illa tempora fuiſſe lego, incertum tamen, ad quem ſit ſcripta epiſtola. *Antoninum* ſuſpicari licet: quaedam vero exemplaria *Macrum* habent, quem Secundus alibi teſtatur fuiſſe Conſulem deſignatum. Philoſtratus inſuper *Marcum* Declamatorem Bizantium ab Adriano dilectum ſcripſit. CATAN. *Macro Suo.*] Sic habent diſerte etiam Pal. neque ferri ſane debebat prius vulg. *Marco Suo*, inſcribitur enim Epiſtolae addito nomine familiae aut cognomine, minime pronomine. GRUTER. Noſtri omnes *Macro.* Solus Riccard. in Indice ad *Baebium Macrum* miſſam eſſe dicit.

4 *Indicis.*] Tabulae, quae praeponitur libris, ut & numerum & ordinem, tam librorum quam rerum, per capita indicet. An magis inſcriptio intelligenda, qua unuſquiſque ſummatim liber demonſtratur? Nam & Martialem comperio pro inſcriptione uſum. Eſt praeterea, qui alicujus facinoris particeps conjurationem detegit: & digitus poſt pollicem primus. CATAN. Perperam Helmſtad. *Fungar* indicis *partibus.*

5 *Eſt enim* haec *quoque.*] Plerique MSS. a prima manu, ipſe etiam Mediceus: *Eſt enim* hoc *quoque ſ. n. i. cognitio.* Advertit me conſpiratio librorum, reclamantibus licet Grammaticis. Cicero Lib. IV. Fam. Epiſt. II. n. 8. Quorum *altera mihi turpis, altera etiam periculoſa* ratio *videtur.* Salluſt. Cat. cap. LI. n. 13. Quod *apud alios* iracundia, *in imperio ſuperbia adpellatur.* quibus locis alia adſcripſimus. Claudianus Eidyll. V. vs. 17.

— hoc *dulces* epulas, hoc pabula *novit*,

ubi deteriores *has* & *haec.* Ovidius Epiſt. Phyll. vs. 56.

Debuit hoc *meriti* ſumma *fuiſſe tui.*

Infra Lib. VI. Epiſt. VIII. extr. *Dabis autem, ſi* hoc *perinde* cura *eſt tibi*, *quam illud mihi.*

3 cognitio. De [1] jaculatione equeſtri unus, hunc, cum praefectus [2] alae
militaret, pari ingenio curaque compoſuit. De vita [3] Pomponii Secundi duo, a quo ſingulariter amatus, hoc memoriae amici quaſi de-
4 bitum munus exſolvit. [4] Bellorum Germaniae viginti, quibus omnia, quae cum Germanis geſſimus bella, collegit: Inchoavit, cum in Germania militaret, ſomnio monitus. Adſtitit enim ei quieſcenti [5] Druſi Neronis effigies, qui Germaniae [6] latiſſime victor ibi periit: commendabat

1 *Jaculatione equeſtri.*] Quomodo quis utatur jaculo in equo adverſus hoſtem. Hujus libri octavo ſuarum hiſtor. cap. XLII. idem meminit, in quo etiam videtur ſcripſiſſe de generoſitate equorum. *Ferentarii equites* ii dicuntur, qui eminus ſolent dimicare, quorum alii jaculis, alii arcu utuntur, jaculantur: quos *Tarentinos* vocamus. arcu utuntur, qui equites ſagittarii, & a nonnullis Scythae vocantur. *Tarentinorum* duo ſunt genera. Nam alii longius ejaculantur, & ob eam rem *equites jaculatores* dicuntur, & *Tarentini* ſpeciali vocabulo. alii cum ſemel aut bis jaculum miſerint (quo leviori utuntur) manus de caetero cum adverſario conſerunt & comminus pugnare incipiunt. Aelianus. CATAN.

2 *Alae.*] Equitum, quod ad ſimilitudinem alarum protegant acies ab utraque parte, Vegetio, Modeſto, & Servio tradentibus. IDEM.

3 *Pomponii Secundi.*] Tacitus hunc Publium, interdum Lucium vocat. ita varie, ut mendoſe apud Fabium legitur fuiſſe controverſiam inter Pompejum & Senecam, an *gradus eliminat*, in tragoedia dici oportuiſſet: pro inter Pomponium & Senecam. Fuit enim in tragoedia omnium, quos Quintilianus vidiſſet, longe princeps: quem ſenes eruditione, ac nitore Pindarum tragicum putabant. Si quid forte in tragoediis familiarior amicus tolleret, quod ipſe retinendum arbitraretur, dicere ſolebat, *ad populum provoco*: ita ex populi vel ſilentio vel applauſu, aut amici aut ſuam ſententiam ſequebatur, vir ſane dignitate vitae, vel perpetuitate famae, quamvis diverſo ſcribendi genere, Afro Domitio comparandus. Nam cum Saturnillo, quibus Conſulibus Cajus trucidatur, Collega fuit: & in Germania ſuperiore devictis Cattis triumphalia ornamenta ex decreto Senatus eſt adeptus. modica fama ejus apud poſteros, in quîs carminum gloria praecelluit. Hujus igitur vitam conſcripſiſſe, & coenam, quam ille C. Caeſari Germanici filio dederat, Lib. XIV. cap. IV. Plinius ſenior aſſerit: ſeque vidiſſe Tiberii Cajique Gracchorum literarum manus monumenta, quae apud eundem vatem civemque clariſſimum ſervabantur, quem Libro VII. teſtatur nunquam ructaſſe. IDEM. *De vita Pomponii.*] Horum librorum, & quos de bellis Germanicis condidit, reſpectu, Noſter infra Lib. V. Ep. VIII. *Avunculus*, ſcribit, *meus, idemque per adoptionem pater, hiſtorias & quidem religioſiſſime ſcripſit.* Operis Pliniani de bellis Germanicis meminit etiam Symmachus Lib. III. Epiſt. XVIII. De utroque auctor ipſe teſtatur Hiſt. Nat. libris. BUCHNER. Mediceus: *a quo ſingulariter* eſt *amatus*, quod additamentum praeſtantiſſimi libri non reiiciam.

4 *Bellorum Germaniae XX.*] Tacitus I. Annal. cap. LXIX. *Tradit C. Plinius* Germanicorum bellorum *ſcriptor.* Meminit horum librorum etiam Suetonius in vita Plinii.

5 *Druſi Neronis.*] Hic in Quaeſturae Praeturaeque honore dux Rhetici, deinde Germanici belli, Oceanum ſeptentrionalem primus Romanorum ducum navigavit, trans Rhenum foſſas novi & immenſi operis effecit, quae *Druſinae* vocatae ſunt: hoſtem etiam frequenter caeſum, ac penitus in intimas ſolitudines actum, non prius deſtitit inſequi, quam ſpecies Barbarae mulieris humana amplior, victorem tendere ultra ſermone Latino prohibuiſſet: *Quo feſtinas Druſe non contentus rebus a te geſtis? non tibi omnia dii dederunt intueri, quare abi: nam & geſtorum tuorum, & vitae jam tibi finis adeſt.* Ovandi jus & triumphalia ornamenta percipiens, ac poſt Praeturam confeſtim inito Conſulatu, atque expeditione repetita ſupremum diem morbo obiit in aeſtivis caſtris, quae ex eo appellata ſunt *ſcelerata.* Nonnulli putant veneno interemptum, Auguſto conſentiente. Qui Livii epitomen fecit, contra caeterorum opinionem, fractura, equo ſuper crus ejus collapſo, mortuum tradit, trigeſimo die quam id acciderat. CATAN. De talibus ſomniis vide exempla apud Pauſaniam & Dionem. BARTH.

6 *Latiſſime victor.*] Ad Albin uſque fluvium domuit Germanos. Illius geſta Strabo & Livii abbreviatores enumerant: ſed longe plura Ovidius, Liviam matrem longo carmine ſolando proſecutus. CATAN. Mediceus: *latiſſime* victoriae *ibi*

dabat [1] memoriam ſuam, orabatque, ut ſe ab injuria oblivionis aſſere-
ret. [2] Studioſi tres, in ſex volumina propter amplitudinem diviſi: 5
[3] quibus oratorem ab incunabulis inſtituit, & perfecit. [4] Dubii ſer-
monis octo ſcripſit ſub Nerone noviſſimis annis, cum omne ſtu-
diorum genus paulo liberius & erectius periculoſum [5] ſervitus fe-
ciſſet. [6] A fine Aufidii Baſſi triginta unus. [7] Naturae hiſtoriarum 6
triginta ſeptem, opus diffuſum, eruditum, nec minus varium, quam
ipſa natura. Miraris quod tot volumina, multaque in his tam ſcru- 7
pu-

ibi periit. Vitioſe Gryphius: *Germaniae latiſſimae.* Florus Lib. IV. cap. II. n. 65. *Acceſſit copiis Iuba, videlicet ut* latius vinceret *Caeſar.* Sic *populum* late *regem* ille dixit, & Vopiſcus Aurel. cap. XXVII. *Nunc mihi deditionem, quaſi* omnifariam victor *imperas.* Noſter Lib. X. Epiſt. XXXIII. *An homines* imperare latius *velint.* De particula *late* in hoc ſenſu diximus ad Salluſt. Iug. cap. V. n. 5.

1 *Memoriam* ſuam.] Sic libri omnes ſcripti & excuſi: ne te moveat illud *memoriam ſui*, quod inficetus corrector in Ed. Cellarianam intruſit. Alterum aeque uſitatum eſſe, perſuadebunt noſtra ad Salluſt. Cat. cap. XXXI. extr.

2 *Studioſi tres.*] Libri tres, quos *Studioſos* vocavit, quod iis maximum ſtudium impenderat, & lectores non minus adhibere deberent. CATAN. *Studioſi tres.*] Quem *Studioſum* hic dixerit, ex ſequentibus, conſtat. *Studere* aetate illa κατ' ἐξοχὴν dicebantur, qui eloquentiae attendebant, de quo in Gloſſario erit dicendum. Horum librorum reſpectu Plinium inter Oratoriae artis auctores nominat Quintilianus Lib. III. cap. 1. ſub fin. BUCHNER. Suſpectus erat Barthio titulus *Studioſi*, & conjiciebat, *Studii ſui* aut aliter reponendum eſſe. Denique tamen conſulere iubebat Grammaticos, an libros eo nomine laudent. Et citat ſane Gellius Lib. IX. cap. XVI. ut alii monuerunt.

3 *Quibus* oratorem.] Mediceus: *quibus orationem.* perperam. Altero modo ſaepiſſime Fabius loquitur. Helmſtad. *& perficit*, quod etiam Lindenbr. notavit. nec diſplicet.

4 *Dubii ſermonis.*] De Grammatica, in quo eſſet loquendi ambiguitas. Diomedes & Priſcianus in hoc opere Plinium interdum citant. Ipſe praeterea in praefatione Naturalis hiſtoriae ſuum recognoſcit. *Nam de Grammaticis*, inquit, *ſemper expectavi parturiri adverſus libellos, quos de Grammatica edidi*: quorum fragmenta noſtro ſeculo Joannes Torrellius aſſerit ad manus ſuas perveniſſe. CATAN. *Dubii ſermonis.*] Cujuſmodi generis hi libri fuerint eruditiſſimus Voſſius, contra illos, qui ad figuratum ſermonem (ἐσχηματισμένον Graeci vocant, cum aliud dicimus, aliud arguimus, quod aperte ponere tutum haud erat) retulerunt, Lib. V. Inſtit. Orat. cap. VI. Membro VII. docuit praeclare. Nec aliter Catanaeus accepit, qui procul dubio ei explicationis hujus auctor fuit. Ad ἐσχηματισμένον λόγον Illuſtris Heinſius hos libros refert Laude Aſini p. LXXXIX. ubi plura habes de hoc ambigui ſermonis genere. Et operae pretium erit videre. BUCHNER.

5 *Servitus.*] Tyrannis. CATAN. Egregie in hanc ſententiam Tacitus Agric. cap. II. Mediceus: *liberius* ei *rectius*, ut mox n. 8. iterum & ac *ei* eaedem membranae confundunt.

6 *A fine Aufidii Baſſi.*] Non a morte *Aufidii Baſſi*, ſed a fine hiſtoriarum ejus. Nam & ipſe hiſtorias compoſuit, egregie utique in libris belli Germanici praeſtitit. Extant adhuc quaedam illius verba de morte Ciceronis. Vir fuit optimus, ſed infirmi & exhauſti corporis, in quem ſenectus maximo pondere incubuit: verum eam alacri animo, quoad defecit, ſuſtinuit. Illum Seneca vidiſſe teſtatur, & conſtantiam ejus epiſtola commendat. CATAN. *A fine Aufidii Baſſi.*] *Aufidius Baſſus* Hiſtorias ſuorum temporum, ut videtur, ſcripſerat. Is itaque, ubi deſierat, inde Hiſtoriam ejuſdem generis coepit Plinius, & XXXI. Libris abſolvit. Ipſe Praefatione Hiſtoriae Naturalis: *Nos quidem, omnes, patrem, te, fratremque diximus opere juſto, temporum noſtrorum Hiſtoriam orſi a fine Aufidii Baſſi.* Scribit hoc Plinius ad Titum Veſpaſiani filium, Imperatorem. *Aufidius* autem *Baſſus* ſub Auguſto ac Tiberio fuit, aequalis M. Senecae Rhetoris. BUCHNER. Adi & Lipſium ad Senec. Epiſt. XXX. princ. & N. Fabr. ad M. Senec. Suaſor. VII. Mediceus, Riccard. aliique ſcripti: *Aufidi Baſſi.*

7 *Naturae hiſtoriarum.*] De naturali hiſtoria, quo uno opere Graecos eruditione vincimus. Ibi enim omnem naturae vim & potentiam explicat, quo ſi latinitas careret, non a fonte perenni,

puloſa, homo [1] occupatus abſolverit: magis miraberis, ſi ſcieris, il-
lum aliquandiu cauſas actitaſſe, deceſſiſſe anno ſexto & quinquageſi-
mo, medium tempus [2] diſtentum impeditumque, qua officiis maxi-
8 mis, qua [3] amicitia principum, [4] egiſſe. Sed erat acre ingenium, in-
credibile ſtudium, ſumma vigilantia. [5] Lucubrare [6] a Vulcanalibus
incipiebat, non [7] auſpicandi cauſa, ſed ſtudendi, [8] ſtatim a nocte
multa:

ni, ſed a rivulis ſaepe deficientibus rerum cognitionem hauriret. Catan. Gryphius: *Naturalium Hiſtoriarum.* At MSS. *Natura*, *Naturam*, Optimi *Naturae.*

1 *Occupatus.*] Officiis diſtentus. Nam procurationes, auctore Tranquillo, ſpendidiſſimas atque continuas ſumma integritate adminiſtravit, & tamen liberalibus ſtudiis tantam operam dedit, ut non temere quis plura in ocio ſcripſerit. Catan.

2 *Diſtentum.*] Occupatum, *diſtrictum*, ut in quibuſdam legitur. Idem. *Diſtentum.*] *Diſtrictum* habet Palatinus, editio vero vetus *diſtentum.* Gruter. Helmſtad. quoque Oxon. & Arnzen. *diſtrictum*, quomodo ſaepiſſime Noſter. Sed & alterum alibi placuit, ut Lib. VI. Epiſt. XVIII. n. 1. *Quamquam plurimis occupationibus* diſtentus. Lib. VII. Epiſt. VII. n. 3. *Te negotiis* diſtineri *ob hoc moleſte fero.* Paneg. cap. LXXXVI. *Cumque ſis ipſe* diſtentus *imperii curis.*

3 *Amicitia principum.*] Veſpaſiani praeſertim & Titi, quod ipſe alibi confitetur. Catan.

4 *Egiſſe.*] Noviſſimae editiones adjecerunt vocem *pernoſcitur*, quae ne quidem in Aldina comparet. Gruter. Verbum illud damnabat etiam Barthius, nec viſitur in MSS. noſtris. Mediceus: quam *amicitia*; Voſſ. *amicitiam*; Arnz. quam *officiis.* Simili vitio infra vulgati libri contaminati erant. Vide Lib. VI. Epiſt. XXVIII. n. 1.

5 *Lucubrare.*] Studere. Nam *lucubratio* eſt ſtudium nocturnum non ſolum circa literas, ſed etiam alias res. Vide Fab. Apul. Columel. &c. Sic Tranquillus *lucubratoriam lecticulam* appellat, in qua lucubrare ſolebat Auguſtus. Catan.

6 *A Vulcanalibus.*] Feſtis Vulcano dicatis. Ridicula illorum interpretatio, qui accipiunt tempora nocturna, quibus ſurgunt fabri ad opus antelucanum. De menſe Auguſti fuiſſe Vulcanaliorum diem auctoritate Plinii & Columellae comprobatur. Et quidem reperio, *Vulcanalia* fieri ad decimum Calend. Septemb. cui ſententiae accedit fragmentum vetuſtiſſimi Calend. Romae repertum. Sic enim inciſum fuit in menſe Auguſt. C. X. VOLCAN. NP. VOLCANO. IN CIRCO FLAM. Nam P. Victor aedem Vulcani in Circo Flaminio nona Urbis regione locat. Poſtridie *Vulcanalia* mundum patere tradit Feſtus. Nec me fugit inſuper *Vulcani luſtra* fieri ſolita circa XI. Cal. Junias, Ovidio in Faſtis referente: quem ſi totum haberemus, non profecto elaboraviſſemus in Vulcanaliorum die inquirendo. Solitos autem fuiſſe veteres in fine autumni, quod etiam nunc in publicis gymnaſiis obſervatur, lucubrationem antelucanam incipere, teſtatur Juven.

——— *at nunc*
Poſt finem autumni media de nocte ſupinum
Clamoſus juvenem pater excitat, accipe ceras,
Scribe puer. &c.

Catan.

7 *Auſpicandi.*] Non auſpicii capiendi. Mos erat ante diluculum luminibus & lychnis apertis auſpicia capere, vid. Plutarch. in Quaeſtionib. & Valerius Max. Et Metellum Pont. Max. vetuiſſe poſt Auguſtum inaugurare, Gellius Varronis auctoritate nixus tradit. Nam magiſtratus, quando una die eis auſpicandum erat, & ſuper auſpicato agendum, poſt mediam noctem auſpicabantur: & poſt meridiem ſole magno. Catan. Non inchoandi cauſſa, ſolebant enim tum lucubrationes primum inchoare, ſed ut in hoc lucubrandi ſtudio quotidie perſiſteret. Inchoabant & alii auſpicii cauſſa, ſed mox per ignaviam omittebant. Catanaeus minus recte haec exponit. Scheffer. Clarius exponit Muretus Lib. XVIII. Var. Lect. cap. XIII.

8 *Statim.*] A Vulcanalibus, ſic ordinandum. Sequenti die poſt Vulcanalia. Eſt alia lectio, quae legit *aeſtate*, tanquam ſi annum in duo divideret tantum, in aeſtatem & hiemem: ac priorem autumni partem & veris poſteriorem pro aeſtate intelligeret. Nam ſequitur, *hieme vero.* Et ipſe Secundus Libro VIII. ubi quomodo ſtudeat, ſcribit, annum tamen in aeſtatem & hiemem partitur. Catan. Lucubrare incipiebat tempeſtive, cum adhuc multa nox eſſet. Pro *ſtatim* habent aliqui *aeſtate*, quod videtur Catanaeus non improbare. Atqui ſupra dixerat, lucubrationes incepiſſe a Vulcanalibus, quae Catanaeus ipſe

multa: hieme vero [1] hora ſeptima. Vel cum tardiſſime octava, ſaepe
ſexta. Erat ſane [2] ſomni paratiſſimi: nonnunquam etiam inter ſtudia
inſtantis & [3] deſerentis. Ante lucem ibat ad Veſpaſianum Imperato- 9
rem: [4] nam ille quoque noctibus utebatur: [5] inde ad delegatum
ſibi officium. Reverſus domum, [6] quod reliquum erat temporis,
ſtudiis

ipſe agnoſcit incidiſſe in menſem Auguſtum. At tunc non amplius aeſtas, ſed initium autumni. SCHEFFER. Penes nos Voſſ. & Helmſt. *aeſtate*, pro *ſtatim*, offerunt, utrumque iungit Gryphius: *aeſtate ſtatim a. n. m.* Sed meliores omnes vulgatam commendant.

1 Ab *hora ſeptima.*] Noctis, id eſt, ſtatim poſt noctem mediam, quia nox diviſa fuit in horas duodecim, ut dies. SCHEFFER. Sed multo rectius Mediceus: *hieme vero hora ſeptima*, non *ab hora*, ut vulgo omnes legebant, illum ſecuti ſumus.

2 *Somni parciſſimi.*] Tantum enim dormiebat, quantum ad tuendam valetudinem ſatis erat. unde in praefatione inquit, *Cum ſomno valetudinem computamus.* CATAN. *Parciſſimi.*] Palat. habet *paratiſſimi.* Sed alterum reſtat in editione antiquiſſima. GRUTER. Immo *paratiſſimi* exſtat in veterrimo Mediceo, Oxon. Bongarſ. Helmſtad. idque omnino praevalere debet, ut praevaluit in antiquis aliquot impreſſis. Quandocumque cupiebat, paratus ipſi aderat ſomnus, adeo, ut ſaepe inter ipſa ſtudia inſtaret. Si *parciſſimi* legas, ſequentia non cohaerent, ut iam vidit Cl. Graevius Epiſt. CLXV. ad Heinſium, ubi ſimul oſtendit, quam Noſter amaverit verbum *paratus*, ex Lib. II. Epiſt. XVII. *Quocumque loco moveris humum, obvius &* paratus *humor occurrit.* Lib. VII. Epiſt. XXV. Paratiſ*que honoribus tranquilliſſimum otium praetulit.* Paneg. cap. LXXXVIII. Paratum *id quidem & in medio poſitum.* Haec ille, quibus longe plura adiici poterant, ut ex Lib. II. Epiſt. X. n. 8. *Hoc fructu tanto, tam* parato *deſine ſtudia tua fraudare.* Hoc Lib. Epiſt. IX. n. 16. *quamlibet ſubitis* paratus. & n. 32. *reſpondit* paratiſſime. Lib. VI. Epiſt. X. n. 5. *tam* parata *oblivio mortuorum.* Sic res omnes faciles, obvias, & propter quas non multum eſt laborandum *paratas* vocant, ut *parata praeda, paratum exitium.* Ovidius V. Metam. vs. 603.

Et quia nuda fui, ſum viſa paratior *illi.*

Ubi vide Cl. Burmannum, & ad illa Petronii Cap. XV. extr.

Nolo, quod cupio, ſtatim tenere,
Nec victoria *mihi placet* parata.

Eadem ratione Seneca *paratum cibum* cum *facili* & ubivis obvio coniungit de Tranqu. An. cap. I. adde Lucan. Lib. I. vs. 351. CORTE.

3 *Deſerentis.*] Abeuntis ipſo tractu, & reſiſtentis. Alii legunt *deferentis*, ut ſtatim dormiret, & inter ſtudendum caput demitteret. An potius *differentis*, quod eſſet ſomni dominus, ut cum dormire vellet, & ſomno inſtante illum differret? CATAN. Somnus inſtabat ei ſtudenti, occupabatque, ut cogeretur connivere & dormitare, ſed ſtatim rurſum deſerebat eum, ut poſſet in ſtudendo pergere. SCHEFFER. Et *differentis* legit ex noſtris Helmſtad. ſed aeque corrupte, ac Oxon. Aldus & Lindenbr. *deferentis.* Quo magis indignum eſt, candidiſſimas illas animas Graevium & Heinſium in Epiſtolis mutuis Ep. CLXV. & CLXVIII. & CLXIX. hac varietate ad miras coniecturas productas eſſe, dum ſuſpicantur: *inſtantis & ipſa differentis*; aut *inſtantis & ſe offerentis*, vel *ſe referentis*; aut *& ipſa deterentis*, quae omnia oblitterata mallem. Veriſſime Mediceus & alii Codd. *& deſerentis*, quod bene explicat Schefferus. Nam abſolute hoc verbum, ut multa alia, poni, diximus ſupra ad Lib. II. Epiſt. XX. n. 13. Ovidius Epiſt. XV. vs. 136.

Tam cito me ſomnos deſtituiſſe *queror.*

Simili ratione ſomnus *fugere, relinquere, recedere* paſſim dicitur.

4 *Nam ille quoque.*] Mediceus: *Nam* illo *quoque.* De Veſpaſiano Suetonius cap. XXI. pr. *In principatu* maturius *ſemper, ac* de nocte *evigilabat.*

5 *Inde ad delegatum.*] Loci interpunctio eſt a me. Nam vulgati fere: *inde ad delegatum ſibi officium reverſus domum, quod reliq. &c.* Inepte: Domum redibat demum curato jam munere publico. GRUTER.

6 *Quod reliquum erat temporis.*] Helmſtad. Oxon. & Arnz. *quod reliquum temporis.* Riccard. *reliquom*; Mediceus: *relicum.*

 1 *Quem*

10 ſtudiis reddebat. Poſt cibum ſaepe ([1] quem interdiu levem & facilem, veterum more, ſumebat) aeſtate, ſi quid otii, jacebat in ſole, liber legebatur; adnotabat, excerpebatque. Nihil enim unquam legit, quod non excerperet. Dicere etiam ſolebat, *Nullum eſſe li-*
11 *brum tam malum*, [2] *ut non aliqua parte prodeſſet.* Poſt ſolem plerunque [3] frigida lavabatur, deinde [4] guſtabat, dormiebatque minimum. Mox, quaſi alio die, ſtudebat in coenae tempus: ſuper hanc
12 liber legebatur, adnotabatur, & quidem curſim. Memini quendam ex amicis, quum lector quaedam [5] perperam pronunciaſſet, [6] revocaſſe, & repeti coëgiſſe, huic avunculum meum dixiſſe, *Intellexeras nempe?* quum ille annuiſſet. *Cur ergo revocabas? decem am-*
13 *plius verſus hac tua interpellatione perdidimus.* Tanta erat parſimonia

1 *Quem interdiu.*] Puto poſt vocem *aeſtate* demum finiendam eſſe parentheſin. CASAUB. Hoc eſt, ut Seneca Epiſt. LXXXIII. *ſine menſa prandium.* De more plura habet Beroald. Adnotat. in Servium §. XXIV. & qui omnia probe examinavit Ioſ. Waſſe ad Salluſt. I. de Rep. Ord. in Addend. pag. 313. 314.

2 *Ut non aliqua* parte.] *τὸ parte* pro Gloſſa habet Barthius, tam certus ea de re, ut duobus libris ſuis hoc adſcripſerit. At nos ad Lucani Lib. V. vs. 147.

— prima *templorum in* parte *reſiſtit*,

oſtendimus, ſaepius hoc vocabulum ab auctoribus exprimi, ubi alii omitterent, & hoc loco omnes Codd. agnoſcunt. Oxon. *aliqua* ſui *parte.*

3 *Frigida*] Aqua, quam antiquos guſtare conſueviſſe Athenaeus teſtatur. Convenit Caecilianae brevitati, ut *frigida* tantum legatur, more antiquorum. Nam in Muſtellaria dixit Plautus: *Frigida non lavi.* Et Columella greges armentorum *frigida* lavari juſſit. CATAN. *Frigida.*] Non puto Plinium *frigidam* guſtaſſe, ut putat hic Catanaeus, ſed prout haec diſtincte ponuntur, ita diſtincte quid ſignificare, prius *frigida lavabatur*, poſt *guſtavit*, nempe cibum ſumſit, quod jam ſequitur. VEENH. Sed neque aliter Catanaeus intellexit, & obiter tantum de guſtu admonuit. Male Voſſ. Helmſr. & Arnz. *frigida lavabatur aqua.* Vide tamen ad Lib. VI. Epiſt. XVI. n. 8.

4 *Guſtabat.*] Id eſt, jentabat. *Guſtum* enim & *guſtationem* pro jentaculo dicebant. Gloſſarium vetus: *guſtus*, γεῦμα, γαρισμα. *guſtare*, ἀκρατίσαι. guſtarium, ἀκρατισμη. Fulgentius: *Jentaculum, guſtatio.* Vide ex Galeni tract. ſec. *Salmaſ. in Fl. Vopiſcum p. m.* 419. VEENH. Poteratne aegrotus ſomniare, Plinium poſt prandium, poſt ſolem meridianum *ientaculum* ſumſiſſe? *Guſtus* & *Guſtatio* quilibet leviores cibi vocantur, ut in coena antecurſoria ovum & talia *guſtus* vocantur, quae aliis *promulſis:* Vide interpretes ad Petron. Sat. cap. XXI. & XXXI. Hinc apud Apicium de Arte Coquinar. Lib. IV. cap. V. reperies: *Guſtum verſatile*, *Guſtum de oleribus*, *Guſtum de cucurbitis farſilibus*, *Guſtum de praecoquis*, quae rectius interpretatur Humelbergius, quam Liſter. Ita infra Lib. VI. Epiſt. XVI. n. 5. *Uſus ille ſole, mox frigida*, guſtaverat *iacens ſtudebatque.* Hinc *Guſtatorium* infra Lib. V. Epiſt. VI. n. 37. Illa *quaſi alio die* recte explicat Io. Savaro ad Sidon. Lib. II. Epiſt. IX. p. 144.

5 *Perperam.*] Male. Vocabulum hiſtoricorum, quod Livius interdum uſurpat, Hirtius tamen aut Oppius non uſquequaque in eundem ſenſum. CATAN.

6 *Revocaſſe.*] Proprium verbum, quod bene illuſtrat Abram. ad Cic. pro Sext. cap. LVIII. *millies* revocatum *eſt.*

7 *Verſus.*] An quia liber ille metro conſtabat? an, quod magis probo, ordines verborum, quas vulgo lineas vocamus? Fabius: *Quippe cum in Bruto M. Tullius tot millibus verſuum de Romanis tantum oratoribus loquatur.* Secundus Lib. IV. *Non paginas tantum epiſtolae, ſed etiam verſus ſyllabaſque numero.* CATAN.

8 *Interpellatione.*] Interruptione. Interpellare eſt ſecundum Aſconium mediam alterius orationem interrumpere. M. Tullius: *In ſtudiis ſine interpellatore verſor.* Interdum ad alia transfertur, ut apud Livium, *morte alterius Cenſoris religionem interpellatam legimus.* IDEM.

1 *Sur-*

ſimonia temporis. [1] Surgebat aeſtate a coena, luce: hieme, intra 13
primam noctis, & [2] tanquam aliqua lege cogente. Haec inter medios labores, urbisque fremitum. [3] In ſeceſſu ſolum balinei tempus 14
ſtudiis eximebatur. cum dico balinei, de [4] interioribus loquor. Nam dum [5] deſtringitur, tergiturque, audiebat aliquid, aut dictabat.
In itinere, quaſi ſolutus ceteris curis, huic uni vacabat, ad latus 15
[1] nota-

1 *Surgebat.*] Ordo eſt, *aeſtate ſurgebat a coena luce*, id eſt aeſtatis tempore finem coenae ſuae faciebat adhuc lucente die: at hieme intra primam noctis horam coenam terminabat. Idem. Riccard. Lindenbr. Oxon. & Arnz. *ſurgebat aeſtate luce a coena*, vel *a luce coena*.

2 *Tanquam aliqua*, &c.] Sic diſtingue. Romani plerique omnes partem anni in urbe degebant, partem in ſeceſſu. Dixit de vita urbana: ſubjicit ſtatim de ratione vitae in ſeceſſu. Casaub. *Tanquam aliqua*, &c.] Haec diſtinctio eſt a Palat. editi recens, *lege) cogente haec inter*, &c. Gruter. Mediceus: *ſed tamen aliqua lege cogente.* Riccard. & alii: *& tamquam*, quod ſi recipimus, poterit antiqua etiam diſtinctio ferri: *&, tamquam aliqua lege cogente, haec inter medios labores urbisque fremitum. In ſeceſſu* cet.

3 In ſeceſſu *ſolum.*] Quid vult hic *ſeceſſu?* quomodo cohaerent ſequentia, num *ſeceſſu balinei*, an *tempus balinei?* Si hoc, quod verum puto, quid faciemus illi *ſeceſſu?* Buchnerus edidit *in ſeceſſu.* Verum ſenſus eſt nullus. An enim in ſeceſſu tantum hoc fecit, non vero aliis temporibus? Legendum ergo: Hic *inter medios labores urbisque fremitum ſeceſſus. Solum balinei tempus ſtudiis eximebatur.* Dicit, non requiſiviſſe ſeceſſum ſtudiis ſuis, ſed potuiſſe eis operam dare etiam in mediis laboribus, & tumultu urbano, haud ſecus, ac ſi eſſet in ſeceſſu. Scheffer. Haec prorſus importuna, & tantum non abſurdiſſima. *Seceſſum*, atque labores urbisque fremitum, ut centies alibi, opponit. Dum in urbe haerebat, officia, quae n. 9. indicavit, multum temporis ſtudiis auferebant; at in ſeceſſu omne tempus, praeterquam balinei, ſtudiis impendebat. Senſus eſt apertiſſimus. *In ſeceſſu* non modo Buchnerus edidit, ſed pleraeque vett. Editiones, etiam mediae, non aliter ſcribunt, quibus etiam MSS. accedunt. Quibus ſi aliter placuiſſet, neque ipſe damnarem *ſeceſſu*, ut apud Ciceronem, Livium & alios *Ludis*, *Comitiis*, *Pace* & infinita huiuscemodi. Riccard. *urbisque fremitu. In ſeceſſum*, *ſeceſſu ſolum balinei tempus* cet. & *fremitu* quidem etiam in Mediceo habetur, quomodo Lindenbr. *In ſeceſſum* agnoſcit. Perplaceret: *inter medios labores*, *urbisque fremitu*, ut diverſi Caſus coniungantur, uti apud Criſpum Cat. cap. LIX. n. 2. Inter *ſiniſtros* montes, *& ab dextra* rupe aſpera *octo cohortes in fronte conſtituit*, ubi conſule notata nobis. Sic & Ovidius Epiſt. V. vs. 15.

Saepe ſuper ſtramen foeno*que iacentibus* alto
Defenſa eſt humili cana pruina caſa.

Apuleius Lib. II. Metam. pag. 116. Ed. Elm. *Omnem iſtam lucem mundi ſideralis* imis *Tartari &* in *vetuſtum* chaos *ſubmergere novit*, ut recte Edd. & plerique MSS. Unus tamen ex noſtris membranaceis *in ima Tartari*, ut ſcioli pleraque talia corruperunt, quod iam ad Criſpi Cat. cap. XXXIII. n. 1. oſtendimus. Placeret itaque *fremitu*, niſi librarios noſſem ob ſequentem terminationem aliam ſaepe corrupiſſe, ut hic *fremitu* fecerunt, propter *ſeceſſu*; in aliis autem libris voci *fremitum* ultimum *m* abſciderunt, quia τῷ *in* ſimillimum erat. Sic varietas illa exſtitit, ut partim *fremitu*, pro *fremitum*; partim *ſeceſſu*, pro *in ſeceſſu* ſcripſerint.

4 *Interioribus.*] Locis balinei ſecretioribus, ut de thermis, baptiſterio, piſcina frigidaria & caldaria. Catan.

5 *Diſtringitur.*] Strigilibus raditur. Conſuevere antiqui ad ſudorem excitandum ſtrigilibus radi leviter. Erat autem *ſtrigilis* inſtar ejus, qua equi ſtrigilantur, ſed minor & levior. Unde Apulejus *ſtrigileculam* nominavit. Et *ſtrigilibus* aureis uſos Graecorum quoſdam tradit Athenaeus. Nam fricatio ſi vehemens ſit, corpus durat: ſi lenis, mollit: ſi multa, minuit, ſi modica, implet. In hac Aſclepiades maximam partem voluminis, cui titulus *communium auxiliorum*, conſumpſit. Idem. Inepte multi recentiores *diſtringitur*, ut iam Aldus, Sichardus, Gryphius viderunt, qui recte cum Mediceo ceterisque melioribus *deſtringitur* ſcripſerunt, quale vitium ſuſtulimus etiam ex Lucan. Lib. IV. vs. 317. ubi dabant: *Diſtringunt ramos*, pro *deſtringunt. Strigiles* inter balnei utenſilia deſcripſit Apuleius Apolog. pag. 346. & de iisdem eſt Martialis Lib. XIV. Epigr. LI. ub &

deſtrin-

[1] notarius cum libro & pugillaribus, cujus manus hieme [2] manicis muniebantur, ut ne coeli quidem aſperitas ullum ſtudii tempus eriperet:
16 qua ex cauſa Romae quoque ſella vehebatur. Repeto, me correptum ab eo cur ambularem, *Poteras*, inquit, *has horas non perdere.* Nam perire omne tempus arbitrabatur, quod ſtudiis non impertiretur.
17 Hac intentione tot iſta volumina peregit, Electorumque [3] commentarios centum ſexaginta mihi reliquit, [4] opiſtographos quidem [5] & minutiſſime ſcriptos: qua ratione multiplicatur hic numerus. Referebat ipſe potuiſſe ſe, cum [6] procuraret in Hiſpania, vendere hos commentarios [7] Largio Licinio, quadringentis millibus nummum: & tunc ali-

deſtringere tres MSS. a nobis inſpecti, pro aliorum *diſtringere*, habent. Vide & Cuperum Lib. IV. Obſervat. cap. V.

1 *Notarius.*] Qui notis quibuſdam brevibus citiſſime notabat, quae Plinius dictaſſet. De hoc Martialis:

Currant verba licet, manus eſt velocior illis,
Nondum lingua ſuum, dextra peregit opus.

Hujus inventi exordium Plutarchus Ciceroni adſcribit. Tranquillus & Seneca hos *actuarios* appellant, quod in acta referrent actiones, quae dicebantur in Senatu, & ad populum. Longo tempore poſt dicti ſunt *notarii*, quibus publica cura ſtipulandorum inſtrumentorum ab Imperatore commiſſa fuit. CATAN. De his *notariis* plura Bernart. ad Stat. I. Silv. I. vs. 16. Wower. de Polymath. cap. VI. Lipſius in Epiſtolis & multi praeterea.

2 *Manicis.*] Tegumentis manuum contra frigus. Fiunt interdum *manicae* ferreae, quibus utuntur milites in bello ad tutelam manuum. Harum mentionem facit Juvenalis,

Balteus & manicae. ——

IDEM. *Chirothecas* uſitatius vocant illas manicas, quales Perſis, Graecis aliiſque populis in uſu fuerunt; & illae quidem, quae digitos omnes exprimebant, ſcribentibus ſatis aptae erant. Vide Ruben. Lib. I. de Re Veſt. cap. IV.

3 *Commentarios.*] *Commentarii* ſunt non eloquentiae cauſa ſcripti, ſed memoriae, ſummam rerum complectentes, & id praecipue agentes, ut ſi quis eloquens vellet majorum geſta referre, materiam ex *commentariis* eloquii miniſtris haberet: unde multos Imperatorum legimus *commentarios* rerum ſuarum reliquiſſe. CATAN. *Electorum* i. Excerptorum. Male ſic hodie inſcribunt libros quidam. Haec enim *Electa* non erant libri edendi, ſed rudis congeſtio Excerptorum. BARTH. De *commentariis* dictum ad Cic. Lib. V. Fam. Epiſt. XII. extr.

4 *Opiſtographos.*] In tergo ſcriptos. ὄπισθεν enim *poſt*, γραφὴ *ſcriptura*. Fuit enim moris antiqui tantum in anteriore pagina ſcribere, quod Martialis quoque monſtrat de ſuo libro. Et Juvenalis longiſſimam tragoediam taxans in prima Satyra notat, *Et in tergo nec dum finitus Oreſtes.* (Lucianus in vitis philoſophorum, *Plena*, inquit, *ſit pera lupinis, & libris opiſtographis.*) Sic Acro *opiſtographas* epiſtolas appellat. Et Ulpianus de bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas, chartae appellatio etiam ad novam chartam refertur, & ad deletitiam. Proinde ſi in *opiſtographo* quis teſtatus ſit, hinc peti poteſt bonorum poſſeſſio. *Opiſthonomos* boves in Libia dici a quibuſdam teſtatur Athenaeus, quod retroeuntes paſcuntur. CATAN. De opiſtographis plura Salmaſ. ad Vopiſci Firm. cap. III. pag. 701. ſqq. & Savaro ad Sidon. Lib. II. Epiſt. IX. pag. 146. Perperam vir doctus, qui MS. Oxon. excuſſit, coniiciebat *Sophiſtographos*.

5 *Et* minutiſſime *ſcriptos.*] Alii *minutiſſimis*, ut eſt in Riccard. Helmſt. Lindenbr. & repoſuiſſem, niſi Mediceus *minutiſſime* praeſtaret.

6 *Procuraret.*] *Procurator* Caeſaris eſſet, cujus acta geſtaque ſic comprobabantur, ac ſi a Caeſare geſta eſſent. *Procuratoris* officium eſt, rationes omnium redituum, qui ad Caeſarem ſpectarent, procurare diligenter cum facultate defendendi, & acquirendi, non alienandi & diſtrahendi. CATAN. De procuratore Caeſaris dicimus ad Lib. X. Epiſt. XVII. Male Arnz. *cum portaret in Hiſpania.* *Procurare* ita abſolute ponitur, ut *curare* apud optimos, de quo dictum ad Salluſt. Cat. cap. LIX. n. 3. & Iug. cap. XLVI. n. 7.

7 *Largio Licinio.*] Sic Mediceus & Riccard. niſi quod in illo ſit *Licino*, ut diximus ad Lib. II. Epiſt.

aliquanto pauciores erant. Nonne videtur tibi recordanti quantum 18
legerit, quantum ſcripſerit, nec in officiis ullis, [1] nec in amicitia
principis fuiſſe? rurſus quum audis, [2] quid ſtudiis laboris impenderit,
[3] nec ſcripſiſſe ſatis nec legiſſe. Quid eſt enim, quod non aut illae
occupationes impedire, aut haec inſtantia non poſſit efficere? Itaque 19
ſoleo ridere [4] cum me quidam ſtudioſum vocant: qui ſi comparer illi,
ſum deſidioſiſſimus. [5] Ego autem tantum, quem partim publica, partim amicorum officia diſtringunt? Quis ex iſtis, qui tota vita literis
adſident, collatus illi, non quaſi ſomno & inertiae deditus erubeſcat?
Extendi epiſtolam, [6] quamvis hoc ſolum quod requirebas ſcribere de- 20
ſtinaſſem, quos libros reliquiſſet. Confido tamen, haec quoque tibi non minus grata, quam ipſos libros futura, quae te non tantum ad legendos eos, verum etiam ad ſimile aliquid elaborandum poſſunt *aemulationis ſtimulis excitare.* Vale.

VI.

Epiſt. XIV. n. 9. Perperam Lindenbr. Helmſt. Oxon. Arnz. cum impreſſis multis: *Lartio Licinio*; Bongarſ. *Larcio*; Voſſ. *Laertio*, id quod Gryphius expreſſit.

1 *Nec in amicitia* principum *fuiſſe.*] Ita vulgares Edd. omnes, nec moveri patientur propter n. 7. *impeditumque qua* officiis *maximis*, *qua* amicitia principum. Et tamen Ed. Vet. item Mediceus, Riccard. Lindenbr. Oxon. Bongarſ. ceterique MSS. omnes: *in amicitia principis.* Intelligit maxime de Veſpaſiano, de quo n. 9. *Ante lucem ibat ad* Veſpaſianum … *inde ad delegatum ſibi* officium. Verba eadem habet Lib. IV. Epiſt. XXIV. n. 3. *Illum civilibus officiis* principis amicitia *exemit.*

2 *Quid* ſtudiis *laboris impenderit.*] Atqui iam ante, *recordanti quantum legerit*, *quantum ſcripſerit*, quod eſt idem ac, *quid ſtudiis laboris impenderit.* Debebat autem oppoſitum hoc loco dici, quia praecedit *rurſus cum audis*, id nempe, quod priori eſt adverſum. Itaque legendum, *quid* iis *laboris impenderit*, illudque *iis* de officiis & amicitia principum accipiendum. Qui non intellexit, illud *iis* explicavit de ſtudiis, hinc Gloſſa, & per Gloſſam textus depravatio. SCHEFFER. Neſcio, qui fiat, ut plerumque adeo infeliciter ingenium ſuum experiatur bonus Schefferus. Habet tamen hic ſocios dubitationis, qui ediderunt: *quid* officiorum ſtudiis *laboris impenderit.* Barthius etiam coniiciebat *uſibus*, pro *ſtudiis*, ſcribendum. Codices noſtri conſtanter: *quid* ſtudiis *laboris imp.* & vel ſequentia: *Quid eſt enim, quod non aut illae occupationes* cet. iſtam lectionem planiſſime adſerunt. Senſus eſt apertus: ſi reputes, quantum legerit & ſcripſerit, non credas eum officiis & amicitia principis diſtrictum fuiſſe (illae enim occupationes omnia apud alium impediviſſent, ne) licuiſſet per ea tantum legere, tantum ſcribere. Rurſus ſi conſideres quantum laboris ſtudiis impenderit, nec ſcripſiſſe ſatis nec legiſſe videbitur. (nam iſta ſua inſtantia & intentiſſimo ſtudio longe plura legere, longe plura ſcripta relinquere potuiſſet) Nihil profecto in his obſcurum, aut abſonum.

3 *Nec ſcribſiſſe ſatis.*] Reſpectu ſtudii intentiſſimi. CATAN.

4 *Cum me* quidam *ſtud.*] Mediceus: *me* quidem *ſtudioſum*, & ſupra *occupatione*, pro *occupationes.* Riccard. quaſi *comparer illi*, pro *qui ſi.*

5 *Ego autem.*] Sum deſidioſiſſimus in comparationem illius, ſed aliorum non, cum ſim occupatus publicis & privatis officiis. CATAN. *Ego autem tantum? &c.*] Interrogationis nota ſola a me eſt. Verba & literae Palatini & editionum veterum. Invexerant enim Novatores iſti: *Ego autem tantum quantum partim publica, partim amicorum officia non diſtringunt, tantum vaco. Quis, &c.* Lectio ſine ullo ſenſu; certe diverſa a mente auctoris, quae jam omnibus patet. GRUTER. Inter illos novatores eſt etiam Gryphius, cui forte MS. Voſſ. praeivit, in quo iſta interpolata lectio habetur. Reliqui noſtri MSS. cum Palatino & Edd. vett. incedunt. Notam tamen interrogationis, quam Gruterus voci *tantum* ſubiecit, rectius poſt verbum *diſtringunt* poni exiſtimavi. Barthius divinabat: Lego *autem tantum, q. ſ. p. p. a. o. non diſtringunt.* quo nihil opus habemus.

6 Quamvis *hoc ſolum.*] Riccard. Voſſ. Helmſt. Oxon. Arnz. & aliquot impreſſi: cum *hoc ſolum.* Sed Mediceus *quamvis* tenet.

I SE-

VI. C. Plinius [1] Severo Suo S.

Severum rogat, ut ſignum aereum Comi in templo Jovis ponendum procuret, baſimque cum ſuo & honorum nomine incidendam: ſe brevi in patriam venturum promittens.

EX hereditate, quae mihi [2] obvenit, emi proxime [3] Corinthium ſignum, modicum quidem, ſed feſtivum & [4] expreſſum, quantum ego ſapio: qui fortaſſe in omni re, in hac certe perquam exiguum
2 ſapio. Hoc tamen ſignum ego quoque intelligo. Eſt enim nudum, nec aut vitia, ſi qua ſunt, celat: aut laudes parum oſtentat. Effingit ſenem ſtantem: oſſa, muſculi, nervi, venae, rugae etiam [5] ut ſpirantis apparent: rari & [6] cedentes capilli, lata frons, contracta facies, [7] exile collum: pendent lacerti, [8] papillae jacent, [9] receſſit ven-
3 ter. [10] A tergo quoque eadem aetas, [11] ut a tergo. Aes ipſum, quan-

1 *SEVERO SUO.*] In Indice Epiſtolarum, Libro III. praemiſſo, Riccard. *Annium Severum* vocat, illoque nomine *Severum* iterum ornat infra Lib. V. Epiſt. I. In ipſo autem contextu illis membranis ſex Epiſtolae a VI. ad XI. deſunt.

2 *Obvenit.*] Sic & Plautus Curcul. *Non ſaepe mihi tales* obveniunt *hereditates.* BARTH.

3 *Corinthium ſignum.*] Statuam ex aere Corinthio olim in maximo precio, ut Verres potius voluerit exulare, quam Corinthia tradere Antonino. CATAN.

4 *Expreſſum.*] Faberrime ſignatum & excuſſum ad archetypum. IDEM. Sic Lib. V. Epiſt. XV. n. 3. *Quid in omni genere laudis ad exemplar antiquitatis* expreſſius.

5 *Ut ſpirantis.*] Tanquam ſi viveret. Virgilius:

Excudent alii ſpirantia mollius aera.

CATAN. Quod Noſter per ſimilitudinem *ut ſpirantis*, id poetae ſimpliciter *ſpirantia aera*, *viva figmenta*, *vivit ebur*, & ſimiliter efferunt. Lege modo Interpretes ad l. c. Virgilii VI. Aeneid. vs. 848. 849. & Cl. Burmann. ad iſta Valer. Flacci Lib. II. vs. 465.

Exanimum veluti, multa tamen arte coactum, Moeret *ebur.*

Quibus adde inſignem locum Apulei II. Metam. pag. 22. 23. Ed. Pricaei.

6 Cedentes *capilli.*] Sic omnes MSS. & temere immutarunt nonnulli. *Cedentes* ſunt recedentes, refugi, ut Lucanus dixit Lib. X. vs. 132.

—— refugos*que gerens a fronte capillos.*

Vocem *cedentes* ſimili ſenſu adhibuit Lib. III. vs. 1.

Propulit ut claſſem velis cedentibus *Auſter. Incumbens.*

ubi nonnihil diximus.

7 *Exile collum.*] Et quae ſequuntur ſigna ſunt praematuri ſenis. CATAN.

8 *Papillae iacent.*] Lindenbr. & Oxon. corrupte *pupillae.* Auctor Moreti vs. 34.

Pectora lata iacens *mammis, compreſſior alvo.*

9 Receſſit *venter.*] Imitatus eſt Sidonius Lib. I. Epiſt. II. *Dura brachia, patulae manus,* recedente *alvo pectus accedens.*

10 *A tergo quoque, &c.*] H. e. ejuſdem aetatis, ſenilis puta, expreſſa facies cernitur, ut eſſe in ſenibus a tergo ſolet. BUCHNER.

11 *Ut a tergo, &c.*] Sic libuit diſtinguere, quod minus aſſequerer, quidnam ſibi vellet interpunctio hactenus vulgata, *eadem aetas, ut a tergo aes ipſum, &c.* GRUTER. Tres voces, *ut a tergo*, ex Gloſſa prognatas eſſe cenſeo. BARTH. Non

[1] quantum verus color indicat, vetus & antiquum. Talia denique
omnia, ut poſſint [2] artificum oculos tenere, delectare imperitorum.
Quod me, quanquam tirunculum, ſollicitavit ad emendum. Emi au- 4
tem, non ut haberem domi (neque enim [3] ullum adhuc Corinthium
domi habeo) verum ut in patria noſtra celebri loco ponerem, ac po-
tiſſimum in Jovis templo. Videtur enim dignum templo, dignum 5
Deo donum. Tu ergo, ut ſoles omnia quae a me tibi injunguntur,
ſuſcipe hanc curam, & jam nunc jube baſim fieri, ex quo voles mar-
more, quae [4] nomen meum, honoreſque capiat, ſi hos quoque puta-
bis addendos. Ego ſignum ipſum, ut primum invenero aliquem, qui 6
non gravetur, mittam tibi: vel ipſe, [5] quod mavis, adferam mecum.
Deſtino enim, ſi tamen officii ratio permiſerit, excurrere iſto. Gau- 7
des, quod me venturum eſſe polliceor, ſed contrahes frontem, cum
adjecero, ad paucos dies: neque enim diutius [6] abeſſe me eadem haec,
quae nondum exire patiuntur. *Vale.*

VII. C. Plinius Caninio Suo S.

Silii Italici mortem Caninio Rufo ſignificans de brevitate vitae conqueritur: inde ſumpta occaſione, cum res humanae futiles ſint, eum hortatur, ut aliquo ſtudiorum opere perfecto mortalitatem fugiat.

MOdo nunciatus eſt [7] Silius Italicus in [8] Neapolitano ſuo [1] ine-

Non ſufficit cenſere, niſi & cauſſa reddatur. Hoc dicit: a tergo eadem ſigna ſenilis aetatis fuiſſe, ſed talia, qualia a tergo eſſe poſſunt, ubi ſane tot numero notari & exprimi nequeunt.

1 *Quantum verus, &c.*] Legendum arbitror: *quantum viridis color indicat:* Hunc enim colorem aera ex vetuſtate ducunt, BUCHNER. De *vero colore* multa Caſaubonus & Salmaſ. ad Trebell. Poll. Claud. cap. XVII. quem tamen hic pro ſincero, ſimplici ac naturali, ut alibi vocabulum *verum* Secundus ponere ſolet, accipio. Saltem correctionem Buchneri in *viridis* minime probo.

2 *Artificum oculos tenere.*] Alii: *artificum* etiam *oculos tenere*, quod additamentum MSS. noſtri, praeter unum, omnes eliminant.

3 *Ullum adhuc Corinthium.*] Gryphius vulgavit: *ullum* aes *adhuc Corinthium*, contra MSS. & optimos impreſſos. Sic abſolute ſupra Epiſt. I. n. 9. *Sunt in uſu &* Corinthia.

4 *Nomen meum honoreſque capiat.*] Qui diis aliquid dicabant, nomina & titulos ſuos adſcribebant, quod ex Nepotis Pauſan. cap. I. notat vir doctus. Lege etiam Sueton. Aug. cap. XXXI. Domitiano cap. V. Herodian. Lib. I. cap. XV. extr. Oxon. *Suſcipe hanc curam* etiam nunc. *Iube baſin* cet.

5 *Quod mavis.*] Bongarſ. *quod maius*; Helmſtad. *quod maius eſt.*

6 *Abeſſe me* ſinunt *eadem haec.*] Mediceus, Bongarſ. Voſſ. Oxon. Helmſtad. Arnz. & Ed. Vet. omittunt verbum *ſinunt.* non male, ut ſit Zeugma Verbi *patiuntur.* Idem expreſſit Aldus.

7 *Silius Italicus.*] Hic orator & poëta fuit, qui ſecundum bellum Punicum metro complexus. *Italicum* autem exiſtimo cognominatum non ab Italia, neque ab Italica colonia in Hiſpania, cujus gentile ſecundum Stephanum Italicenſis eſt: ſed a Corfinio Pelignorum metropoli, quam Samnites communem univerſis Italis civitatem demonſtrantes, eamque tranſlato nomine *Itali-*

 cam

2 [1] inedia vitam finiſſe. Cauſa mortis, [2] valetudo. Erat illi natus [3] inſanabilis clavus, cujus taedio ad mortem irrevocabili conſtantia [4] decucurrit, uſque ad ſupremum diem beatus & felix, niſi quod minorem ex liberis duobus amiſit, ſed majorem [5] melioremque, florentem,
3 atque etiam Conſularem, reliquit. Laeſerat famam ſuam ſub Nerone, credebatur ſponte accuſaſſe. Sed [6] in Vitellii amicitia ſapienter ſe, & comiter geſſerat: ex Proconſulatu Aſiae gloriam reportaverat: [7] macu-
4 lam veteris induſtriae [8] laudabili ocio abluerat. [9] Fuit inter principes civitatis ſine potentia, ſine invidia. Salutabatur, colebatur, multumque in lectulo jacens, cubiculo ſemper, [10] non ex fortuna praeſenti. Do-

cam appellamus contra pop. Romanum receptaculum propugnaculumque conſtituerunt auctore Strabone. Stephanus praeterea *Italicum* Siciliae oppidulum eſſe teſtatur. Nam ſi fuiſſet Hiſpanus, profecto Mart. illius unicus admirator, avidiſſime tantum virum, & dignitate, & ingenio, & carminibus celeberrimum inter ſuos recenſuiſſet, ubi Hiſpanorum ſcriptorum ſumma cum voluptate meminit. CATAN. Helmſt. *Silus*; Arnz. *Sillus*; Lindenbr. *Silvius Italicus*, quomodo & Oxonienſis.

8 *Neapolitano.*] Praedio, quod juxta Neapolim poſſedit. CATAN.

1 *Inedia* vitam *finiſſe.*] Deleo *vitam. Finire* enim abſolute, qui brevitatem ſectantur, pro mori, dicere ſolent, ut & Tacitus. BARTH. quem etiam videas Lib. XLIV. Adverſ. cap. XX. Codd. tamen noſtri plene omnes, *vitam finiſſe*, niſi quod alio ordine maluerit Helmſt. & Arnz. *finiſſe vitam.* At Lib. I. Epiſt. XII. n. 2. *In illis, qui morbo* finiuntur, *magnum ex ipſa neceſſitate ſolatium eſt.*

2 *Valetudo.*] Morbus fuit. CATAN.

3 *Clavus inſanabilis.*] Secundum medicos *clavus* vocatur exitus tunicae uveae oculi: & tunicae oculi exitus ab ulcere ἧλος Graece dicitur. Secundum Pollucem eſt contractio calloſa, rotunda, ſubpallida, denſa: ideo dictus *clavus*, quia in ſuperficie dilatatur, in carne vero reſtringitur. Incurabilis aliquando & ad perniciem trahens. CATAN. *Clavi* in oculis, maxime in pedibus naſcuntur, & in his eſt calloſa extuberatio, ut videas ex Celſo Lib. V. cap. XXVIII. & Lib. VII. cap. VII. BARTH.

4 *Decucurrit.*] Sic eſt in MSS. noſtris, non *decurrit*, quod alii ediderunt. Vide ad Lib. II. Epiſt. I. n. 8.

5 *Melioremque.*] Delenda videtur haec vox. Iam enim multum demſerit felicitati patris nota haec deterioris Iunioris ex filiis. BARTH. Turbant ſane libri vett. nec comparet hoc *melioremque* in Lindenbr. Excerptis, quae & alia nonnulla mutant. Sed Mediceus prorſus, ut editur: neque ſi alter ex filiis melior dicitur, alter ſtatim deterior, h. e. peior & patrem infelicem reddens erit, cum praeſertim laus *melioris* latiſſime pateat.

6 *In Vitellii amicitia.*] Tacitus *Cluvium Rufum* & *Silium Italicum* teſtatur fuiſſe verborum teſtes, quae Sabinus & Vitellius in aede Apollinis ſimul pepigere. CATAN. Mediceus: *in* Vitelli *amicitia.*

7 *Maculam veteris, &c.*] Qua uſus in accuſationibus intendendis, de quibus ſupra, fuerat. BUCHNER.

8 *Laudabilis oratio.*] Dum foro atque judiciis abſtinens, literis ſtudiiſque vacat. IDEM.

9 *Fuit inter principes.*] Principes civitatis ſunt praecipua auctoritate viri. Caeterum auctoritas metu ferme paratur: qui ex potentia maxime, quae non temere alicui ſine invidia conſtat. Nam quo quis plus poteſt, hoc magis patere invidiae ſolet: *Nunquam eminentia invidia carent*, Vellejus ait. Noſter itaque cum inter Principes civitatis, ſine potentia, ſine invidia Silium obtinuiſſe locum praedicat, innocentia, &, quae hanc ſequitur, charitate id conſecutum ſignificat. Quod & Bolano contigiſſe Tacitus Vitae Agricolae auctor eſt. *Innocens*, inquit, *Bolanus, & nullis delictis inviſus charitatem paraverat loco auctoritatis.* IDEM.

10 *Non frequenti ex fortuna.*] Alia lectio eſt, *non ex fortuna praeſenti.* Non ſcilicet cubiculo ſe continebat propter praeſentem rerum ſtatum, qui optimus eſt Trajano principe, ſed propter morbum. CATAN. *Non ex fortuna frequenti.*] Q. Cicero de petitione Conſulatus ad M. Tull. fratrem civiles amicitias tribus maxime partibus definit, *Salutatione, deductione,* & *aſſectatione:* quibus omnibus ſtudendum iis ſedulo docet, qui ad

Doctiſſimis ſermonibus dies tranſigebat, [1] cum a ſcribendo vacaret 5
[2] Scribebat carmina majore cura, quam [3] ingenio: nonnunquam judi-
cia hominum recitationibus experiebatur. Noviſſime, ita [4] ſuadenti- 6
bus annis, ab urbe ſeceſſit, ſeque in Campania tenuit, ac ne [5] adventu
qui-

ad magiſtratus aſpirant. Sed praeſens locus ad primam pertinet: quo etiam ſpectat quod noſter Cap. LXII. Paneg. adoleſcentes monet: *Adeant frequententque ſeniorum domos: exiſtimentque hunc maxime promereri principem, quiſquis probatos Senatui viros ſuſpiceret.* Quanquam autem & hoc, & caetera officiorum hujuſmodi genera multum plerumque haberent fuci, parum ſinceritatis; magiſque fortunae, emolumenti ſpe, quam reverentiae amorique perſonae praeſtari ſolerent, unde hos bellos ac urbanos homines noſter alibi, ex animo amicis opponit; hic aliter tamen in Silio factum Plinius narrat. Cuius cubiculum frequens ſemper fuiſſe ſignificat, non quia potens ac dives & inter principes civitatis; ſed quia multa in eo virtutis, atque doctrinae opinio eſſet: unde praecepta exemplaque haurirent, & meliores, non fortunatiores, reverterent ad ſe, qui adiiſſent. Itaque mox ait, *Doctiſſimis ſermonibus tranſigebat dies.* Buchner. Videtur tollenda negatio, ut ſit: *cubiculo ſemper ex fortuna frequenti.* Barth. Et ſuſtulit negationem Gryphius, qui hanc lectionem dedit: *multumque in lectulo iacens cubiculo ſemper, eius ex fortuna, frequenti.* Sed hoc contra codices auſus eſt, & ne ſic quidem promovit multum. Revocavi manum Plinii, quam ſervavit nobis caſtiſſimus Mediceus, & iam indicavit Catanaeus: *Salutabatur, colebatur, multum*que *in lectulo iacens, cubiculo ſemper, non ex fortuna praeſenti.* Iungenda ſunt illa: *ſalutabatur, colebatur non ex fortuna praeſenti*, i. non propter praeſentem ſuam fortunam, qui & gloria florebat, & amicitia principis multum poterat, ſed doctrinae cauſſa. Id enim novum non erat, ut fortunati homines propter fortunam colerentur: quod tamen aliter erat in Silio. De illis eleganter Ovidius I. Triſt. Eleg. V. vs. 33.

Vix duo tresve mihi de totupereſtis amici.
Cetera fortunae, *non mea*, turba *fuit.*

Qualia paſſim habentur. Vide interim ad Lucan. Lib. VIII. vs. 85. Nec obſcurum eſt, quid locum corruperit. Interpoſita illa: *multum in lectulo* iacens, *cubiculo ſemper*, ſi per ſe intelligenda eſſent, non viſa ſunt integra: ſaltem illa *cubiculo ſemper* aliud Nomen aut Verbum requirere putarunt. At quid erit inconcinnum, ſi ita aptes: *Salutabatur, colebatur ſemper in cubiculo?* Quid erit inconcinnum, ſi etiam iungas: *multum in lectulo* iacens, *cubiculo ſemper*, utut *iacens* paullo alio ſenſu ſit capiendum, ut notet *poſitum, contentum, degentem?* At neque hoc novum eſt, ut unum vocabulum diuerſo ſenſu intelligatur, & toties viri docti monuerunt, ut pigeat multa hic adlinere. Notavimus ipſi ad Salluſt. Iug. cap. XLII. n. 4. cap. XLIV. n. 1. cap. XLIX. n. 4. IV. Hiſt. Epiſt. Mithr. n. 15. Tale eſt etiam illud Ciceronis II. de Finib. cap. XXVII. *Uterque enim ſummo bono* fruitur, *id eſt, voluptate: At enim hic etiam* dolore. ubi adeas Cl. Daviſium. Nec differt multum, quod auctor ſupra ſcripſit Epiſt. V. n. 9. *Ante lucem* ibat ad *Veſpaſianum imperatorem .... inde* ad *delegatum ſibi* officium. Unum eſt, quod mihi in iſta lectione vehementer diſplicet, illud nempe *multumque.* Accipio equidem hoc *que* pro expoſitione, quaſi dixiſſet *&* *multum quidem*, ut alibi: ſuſpicor tamen Plinium ſcripſiſſe: *ſalutabatur, colebatur*que, multum *in lectulo* cet. ut *que* tantummodo in alium locum ſit traiectum. Certe in Helmſtad. reperi *& colebatur.* Infra Mediceus: *dies tranſiebat.* corruptius Arnzen. *transgrediebatur. Tranſire* & *tranſigere* confuſa vidimus apud Salluſt. Cat. cap. II. n. 8. ex cuius cap. I. notum eſt *vitam ſilentio tranſire.* Sic & Seneca II. Controv. XIV. *& lubricum* tempus *ſine infamia* tranſiit. Nec *tranſimus* modo *diem*, ſed & *dies tranſit*, ut idem Seneca V. Controv. XXXII. & alii loquuntur. Corte.

1 *Cum a ſcribendo vacaret.*] Ut referantur ad praecedentia, ſed ſi legatur *cum ad ſcribendum*, id eſt, ſtilo vacaret, tunc connecte cum ſequentibus. Catan.

2 *Scribebat carmina.*] Secundum bellum Punicum metro componebat. Vide Martialem. Idem.

3 *Ingenio.*] Natura. Nam oratores ſimus, poëtae naſcimur: & poëta natura magis quam arte conſtat. Idem.

4 *Suadentibus annis.*] Poſt ſexageſimum aetatis annum: cum liberum erat Senatori vacare ab officiis publicis. Idem.

5 *Adventu novi principis.*] Trajani in urbem, qui dum eſſet in expeditione contra Germanos

7 quidem novi principis inde commotus eſt. Magna Caeſaris laus, ſub quo [1] hoc liberum fuit: magna illius [2] qui hac libertate auſus eſt uti.
8 Erat [3] φιλόκαλος uſque ad [4] emacitatis reprehenſionem. Plures iiſdem in locis villas poſſidebat, adamatiſque novis, priores negligebat: [5] multum ubique librorum, multum ſtatuarum, multum imaginum, quas non habebat modo, verum etiam venerabatur: Virgilii ante omnes, [6] cujus

a Nerva ſene adoptatus, & Caeſar factus in urbem rediens habenas imperii ſumpſit. Hujus reditus Martialis, ſed latius Secundus in Paneg. meminere. CATAN. *Ac ne adventu novi, &c.*] Significat reſtitiſſe in ſeceſſu Silium, nec ſe moviſſe inde ut adventanti novo principi officii cauſa occurreret, ſecurus gratiae & offenſae. BUCHNER.

1 *Hoc liberum.*] Superbi enim & arrogantiores principum, ut paullo ante Domitianus, ad contemtum majeſtatis ac contumaciam interpretabantur, ſi quis officia iſtiuſmodi negligeret. Sed fuit hac magnitudine animi Trajanus, ut rebus, quas adulatio aut metus frequentius, quam fides & reverentia exprimebat, ſuorum obſequia minime omnium aeſtimanda putaret. *Contentus magnitudine*, ut Noſter de eo alibi, *qua nulli carent, quam qui majeſtatem ſibi vindicant.* IDEM. Huc faciunt, quae de eodem Traiano Noſter Paneg. cap XLVIII. praedicat, & admiſiſſe ſalutatores benigne, & excuſatos habuiſſe comiter, quod aliquid quaſi magis neceſſarium domi tenuiſſet. CORTE.

2 *Qui hac libertate, &c.*] Qui reſtitit, nec ea de re offenſam principis veritus eſt, non quia contemneret; ſed quia *fortiter amaret*, ut Noſter in Paneg. loquitur: liberum ſibi ſtatuens, ſive veniret, ſeu remaneret. Vide & infra Lib. VI. Epiſt. XXVII. BUCHNER. Mediceus: *qui hac liberalitate* uſus eſt *uti erata.* Ceterum & ille, & reliqui MSS. verbum Subſtantivum tuentur, quod alii neglexerunt.

3 Φιλόκαλος.] *Rerum pulchrarum ſtudioſus*, vel *cupidus.* Male autem hic exponitur, *elegans.* Eſt & alia lectio Καινόφιλος, quod ſonat, *rerum novarum ſtudioſus*, ſive *novitatis.* HENR. STEPH.

4 *Emacitatis reprehenſionem.*] Emendi vitium. Rarum vocabulum inventu *emacitas. Quoſdam*, inquit *Columella*, *emacitas in comparandis armentis exercet, de tuendis nulla cura tangit.* Ab *emace* recte deduci poteſt, quo M. Cato uſus eſt. CATAN. *Ad emacitatis, &c.*] Nam *patremfamilias vendacem, non emacem eſſe oportere*, Catonis praeceptum eſt. Quare ad laudem refert Nepos, quod de Attico narrat, *cum eſſet pecunioſus, nemo illo minus fuit emax, minus aedificator.* Ciceronis eſt Paradoxo VI. *Non eſſe emacem, vectigal eſt.* BUCHNER. Catonem adſcripſerat etiam Barthius. At veterrimus Mediceus aliud ſuggerit, nempe: *uſque ad* civitatis *reprehenſionem*, quod tamen non probo. Vide dicta ad Lib. II. Epiſt. XIII. n. 10. *cujus* [amicitiae] *eſſe eum* uſque ad *intimam* familiaritatem *capacem.*

5 *Multum ubique librorum, &c.*] Paulus JC. in caeteris rebus inſtructi fundi bibliothecas etiam ponit Lib. III. Sent. tit. VII. de Legatis. Meminit & Noſter ſupra in Laurentino. Martialis Lib. VII. Epig. XVII. *Ruris bibliotheca delicati.* Et ſane cum ſtudiorum cauſa Romani in villas & praedia ſua quam maxime ſolerent ſecedere, quibus vacare in urbe per negotiorum frequentiam non erat integrum, bibliothecis praecipue ibi opus erat. Martialis Praefat. Lib. XII. *In hac provinciali ſolitudine, ubi niſi intemperanter ſtudemus, & ſine ſolatio, & ſine excuſatione ſeceſſimus.* Vide Noſtrum Lib. I. Epiſt. XXIII. Solebant in bibliothecis iidem praecipue imagines ſtatuaſque virorum illuſtrium, doctrina imprimis, habere poſitas, de quo Avunculus noſtri Libro XXXV. Nat. Hiſt. Cap. II. quare & hic Plinius cum bibliothecis ſtatuas conjungit. Vide & infra Lib. IV. Epiſtol. XXVIII. BUCHNER.

6 *Cujus natalem*] Virgilii natalis Idibus Octobris fuit. Martial. Octobres Maro conſecravit Idus. Cui ſententiae [Donatus] accedit. CATAN. *Cujus natalem religioſius.*] Solebant magnorum & excellentium virorum natales, viventium non modo, honoris; ſed mortuorum etiam, memoriae ac venerationis cauſa, celebrari. Seneca Epiſt. LXIV. *Multum egerunt, qui ante nos fuerunt, ſed non peregerunt: ſuſpiciendi tamen ſunt, & ritu Deorum colendi. Quidni ego magnorum virorum & imagines habeam, incitamenta animi; & natales celebrem?* Ubi nota imaginum finem: quas ideo habuiſſe ſignificat, ut incitarent animum ad amplectendas & aemulandas virtutes illorum, quorum ſimilitudinem exhibebant BUCHNER. Adde Statium Praefat. Lib. II. Silvar. & Eclog. VII. Genethliacon Lucani.

1 *Neq.*

jus natalem religioſius, quam ſuum celebrabat: [1] Neapoli maxi-
me, ubi [2] monumentum ejus adire, ut templum, ſolebat. In hac tran- 9
quillitate annum quintum & ſeptuageſimum [3] exceſſit, delicato magis
corpore quam infirmo. Utque noviſſimus a Nerone factus eſt Conſul,
ita poſtremus ex omnibus, quos Nero Conſules fecerat, deceſſit. Il- 10
lud etiam notabile, ultimus ex Neronianis Conſularibus obiit, quo
Conſule [4] Nero periit. Quod me recordantem fragilitatis humanae
miſeratio ſubit. Quid enim tam [5] circumciſum, tam breve, quam ho- 11
minis vita longiſſima? Annon videtur tibi Nero [6] modo fuiſſe, cum
interim ex his, qui ſub illo geſſerant Conſulatum, nemo jam ſupereſt?
Quanquam quid hoc miror? nuper [7] Lucius Piſo, pater Piſonis illius, 12
qui a Valerio Feſto per ſummum facinus in Africa occiſus eſt, dicere
ſolebat, *Neminem ſe videre in Senatu, quem COS. ipſe ſententiam
rogaviſſet*, [8] Tam anguſtis terminis tantae multitudinis vivacitas i- 13
pſa concluditur, ut mihi non venia ſolum dignae, verum etiam laude,
vi-

1 *Neapoli*] Palaepolis olim vicina Neapoli, poſtea ex duabus una facta civitas, & dicta *Neapolis* Chalcidenſium colonia: & ipſa *Parthenope* a tumulo Syrenis appellata, ad quam plurimi ab urbe ſecedebant quietis gratia, ut quos ſenectus, vel adverſa valetudo conflictabat. maxime autem qui eruditioni dabant operam. CATAN.

2 *Monumentum ejus.*] Quod teſtatur Martial. Lib. XI. Cum vero Silius Brunduſii (vel Tarenti, ut alii volunt) mortuus eſſet, tranſlata ſunt ejus oſſa Neapolim, & ſepulta via Puteolana intra lapidem ſecundum. IDEM. Capitolinus in M. Antonino Philoſopho: *Tantum autem honoris magiſtris ſuis detulit, ut imagines eorum aureas in larario haberet, ac ſepulchra eorum aditu, hoſtiis, floribus ſemper honoraret*. BUCHNER. Compara etiam Lucanum Lib. VIII. vs. 855. & adde Caſaub. ac Salmaſ. ad Capitolin. l. c. in Anton. cap. III. Ex quo ritu manavit Chriſtianorum mos martyrum ſepulchra viſitandi, qui tandem obtinuit, ut etiam arae, ſacella & alia talia in uſum adorantium extruerentur illis locis. Vide Prudentium περὶ στεφ. Paſſ. III. vs. 212. Paſſ. II. vs. 527. Paſſ. XI. vs. 173. & alibi paſſim. Sulpic. Sev. Lib. II. Hiſt. S. cap. XXXVIII. & Dialog. II. cap. IV. extr. Paullinum Natal. XIII. vs. 117. cum notis Muratorii, Balduin. Diſſert. de Minuc. pag. 188.

3 *Exceſſit.*] Palat. & vetus editio *deceſſit*, quod ſi toleramus, mutandum fuerit, *anno quinto & ſeptuageſimo deceſſit*. GRUTER. Etiam Lindenbr. Voſſ. Helmſt. & Arnz. *deceſſit*, corrupte. Optimus *exceſſit*, quod verum eſt. Similes paene motus excitabant ſupra Lib. II. Epiſt. I. n. 4. *Annum tertium & octogeſimum* exceſſit *in altiſſima tranquillitate*. Mediceus, ut ſolet, *ſeptuagenſimum*; Arnzen. *ſexageſimum*. Mox Medic. *deligato magis corpore*.

4 *Nero* periit] Mediceus *perit*.

5 *Circumciſum*] id eſt, breve. Sic Lib. I. Epiſt. XX. *orationes* circumciſae *& breves*. Lib. II. Epiſt. XII. pr. *Neſcio an ſatis* circumciſum, *tamen & abraſum eſt*. Querela autem eadem, quae occurrit Pſalmo XC. BARTH.

6 *Modo fuiſſe.*] Similiter Plautus: *paulliſper ſumus*. BARTH. Mediceus: *Nero* modo modo *fuiſſe*. Arnz. *Neronem modo fuiſſe*.

7 *Lucius Piſo.*] Hic cum Nerone Secundo Conſul fuit: deinde ab eodem Imperatore vectigalibus publicis cum Ducennio Geminio, & Pompeio Paulino praepoſitus, Veſpaſiano & Tito Conſulibus Africae praefectus. Vide pluribus Tacitum. CATAN. Mediceus: *nuper L. Piſonis illius*, ceteris omiſſis.

8 *Tam anguſtis.*] Senſus eſt, tam brevi ſpatio tot homines vivunt, & moriuntur. CATAN. *Vivacitas ipſa*, non eſt *vivunt*, ut explicat Catanaeus, aut *vita*, ſed amplius aliquid. Ideo illud *ipſa* per Emphaſin adiicitur. Hoc vult, vitam tot hominum, etiamſi ſit longiſſima, diutius non durare. SCHEFFER. Ad intellectum vocabuli, vide quae ad Lucan. Lib. II. vs. 65.

Oderuntque gravis vivacia *fata ſenectae.*

videantur illae regiae lacrymae. [1] Nam ferunt Xerxem, cum immenſum exercitum oculis obiiſſet, illacrymaſſe, quod [2] tot millibus tam
14 brevis immineret occaſus. Sed [3] tanto magis hoc, quicquid eſt temporis futilis & caduci, ſi non datur factis, (nam horum materia [4] in aliena manu) [5] nos certe ſtudiis proferamus: & quatenus nobis denegatur diu vivere, relinquamus aliquid, quo nos vixiſſe teſtemur.
15 Scio te ſtimulis non egere; [6] Me tamen tui caritas evocat, ut currentem quoque inſtigem, ſicut tu ſoles me. [7] Ἀγαθὴ δ' ἔρις, cum invicem ſe mutuis exhortationibus amici ad amorem immortalitatis exacuunt. *Vale.*

VIII. C. PLINIUS TRANQUILLO SUO S.

Suetonius per Secundum impetraverat ſibi a Neratio Marcello Tribunatum militum: deinde rogaverat ut in Caeſennium Silvanum transferretur: quod conſilium ſumme probat Secundus, & pollicetur ſe facturum.

FAcis [8] pro cetera reverentia, quam mihi praeſtas, quod tam ſollicite petis, ut [9] tribunatum, quem a Neratio Marcello, clariſſimo vi-

1 *Nam ferunt.*] Vide de hac hiſtoria Herodot. Lib. VII. cap. 45. Hiſtoriarum, & D. Hieronymum ad Heliodorum. Seneca hoc Xerxis dictum carpit, ut qui hominum calamitatem lugeret, quos ipſemet ad macellum duceret. Vide & Valer. Max. CATAN. Mediceus, *Xerxen*, ut ſupra *Periclen*, *Demoſthenen*, *Aeſchinen*. Vide Lib. I. Epiſt. II. n. 2. Epiſt. XX. n. 4. 17. Voſſ. & Helmſt. *Xerſem*, ut variant librarii apud Lucan. II. vs. 672. & alibi.

2 *Tot millibus.*] Septingenta millia de regno, & trecenta millia de auxiliis armaſſe traditur: ut non immerito proditum ſit, flumina ab exercitu ejus ſiccata. Navium quoque decies centena millia numero habuiſſe dicitur, apud Juſtinum. Plinius refert Xerxem in Doriſco centum viginti millia hominum tantum dinumeraſſe. CATAN.

3 Tanto *magis hoc.*] Mediceus: eo *magis hoc* & mox: *& caducis non ſi datur factis.*

4 *In aliena manu.*] In facultate aliorum, non noſtra: quaſi dicas materia bene gerendarum rerum eſt in manu Imperatoris, ac eorum, qui praeſunt exercitibus. Nos, quod unum poſſumus, aeternitatem ſtudiis comparemus. Nam & qui fecere, & qui facta aliorum ſcripſere, multi laudantur. CATAN. *Materia*, pro occaſione, ut ſupra Epiſt. II. n. 1.

5 Nos *certe ſtudiis.*] Omittunt alii *nos*; non omittit Mediceus, Bongarſ. Lindenbr. nec Gryphius.

6 Me *tamen.*] Voſſ. & Oxon. ignorant Provocabulum *me*. Helmſt. a manu ſecunda: *ſtimulis non egere* meis; *tamen* cet. De Proverbio *currentem inſtigare* vide ad Lib. I. Epiſt. VIII. n. 1.

7 Ἀγαθὴ δ' ἔρις.] Sumptum ab Heſiodi Georgicis, quibus ſcribit,

Ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσι,

id eſt, *bona autem contentio haec mortalibus.* Hic enim poëta duas facit contentiones inter mortales, quarum altera eſt laudanda, cum invicem certamus honoris, & virtutis cauſa: altera pernicioſa, cum malorum gratia contendimus. CATAN. & STEPHAN.

8 *Pro* cetera *reverentia.*] Voſſ. *pro* certa *reverentia*, quod Gryphius in textu exhibet, ut fecit Lib. II. Epiſt. XVI. princ. *Tu quidem pro* cetera *tua diligentia admones.*

9 *Tribunatum.*] Militarem. Aſconius duo ge-

viro, impetravi tibi, in [1] Caeſennium Silvanum, propinquum tuum, transferam. Mihi autem, ſicut jucundiſſimum, ipſum te Tribunum, 2
ita non minus gratum, alium per te videre. Neque enim eſſe congruens arbitror, [2] quem augere [honoribus] cupias, [3] huic pietatis titulis invidere, qui ſunt omnibus honoribus pulchriores. Video etiam, 3
cum ſit egregium & mereri beneficia, & dare, utramque te laudem ſimul aſſecuturum, ſi quod ipſe meruiſti, [4] alii tribuas. Praeterea intelligo, mihi quoque gloriae fore, ſi ex hoc tuo facto non fuerit ignotum, amicos meos non gerere tantum Tribunatus poſſe, verum etiam dare. [5] Quare ego vero honeſtiſſimae voluntati tuae pareo. 4
Neque enim adhuc nomen [6] in numeros relatum eſt. Ideoque liberum

genera facit eorum qui *Rufuli* dicuntur, vel *Rutuli*: quia *Rutulus Rufus* legem primo tulit de jure Tribunorum ab exercitu creandorum. Vegetius majorem Tribunum militum tradidit per epiſtolam ſacram Imperatoris judicio deſtinari: minorem Tribunum provenire ex labore. Et cum unaquaeque legio decem cohortes haberet, primae, quae miliaria vocabatur, praerat Tribunus armorum ſcientia, virtute corporis, morum honeſtate praecipuus: reliquae cohortes prout principi placuiſſet, a Tribunis, vel a Praepoſitis regebantur. CATAN.

1 *Caeſennium Silvanum.*] *Silvanum* rhetorem ab Heliogabalo Lampridius tradit interfectum, & *Caeſonium* a Severo Spartianus: ſi tamen alter horum fuit, veriſimilius eum potuiſſe ad Severi tempora, quam Heliogabali pervenire. IDEM.

2 *Quem augere* honoribus *cupias.*] Mediceus: *quem agere cupias.* Scribere voluit: *quem* augere *cupias*; Vocabulum autem *honoribus* ex Gloſſa adhaeſit, faventibus his, qui ignorabant *augere* abſolute, pro *augere honoribus*, ab ipſo etiam Cicerone poni. Docuimus hoc ad Salluſt. Iug. cap. LXXXVI. n. 3. *quod ab eo genere celebratus auctusque erat.* Ita & Ammianus Lib. XXII. cap. XI. *Natus, ut ferebatur, apud Epiphaniam Ciliciae oppidum, auctusque in damna complurium.* Marcianus Capella Lib. I. pag. 18. *Ibi quem augeri, quem deprimi, quem naſci, quem occidere Iupiter vellet, manu propria ipſe formabat.* Xenophon Cyropaed. Lib. VII. pag. 610. Ἐκάλεσε τῶν φίλων οἳ μάλισ' αὐτὸν αὔξειν τε βουλόμενοι φανεροὶ ἦσαν. Pag. 633. Τὰ μὲν γὰρ παρελθόντα ὑμεῖς μὲν Κῦρον ηὐξήσατε, στράτευμα δόντες. Callimachus H. in Dianam vs. 34.

—— —— τὰ μὴ θεὸν ἄλλον ἀέξειν
Εἴσεται, ἀλλὰ μόνην σε

ubi interpretes conſule. CORTE.

3 *Huic pietatis* titulos *invidere.*] Scribendum *titulis* cum MSS. Medic. Lindenbr. Helmſt. Oxon. Arnz. Aldo & Gryphio, ut ſemper ſolet auctor, quod diximus ad Lib. I. Epiſt. X. extr. *Neque enim* invideo *aliis* bono, *quo ipſe careo.* Statim Lindenbr. Voſſ. Helmſtad. *qui ſunt* in *omnibus honoribus pulchriores.* IDEM.

4 Alii *tribuas.*] Non aliter MSS. noſtri meliores. Nonnullis placuit: aliis *tribuas.*

5 *Quare ego* vero.] Scribendum: vere *honeſtiſſimae voluntati tuae pareo.* BARTH. Atque ita edidit Gryphius. Nulla tamen cauſſa eſt, quare & Barthius & alii viri docti Particulam *vero* inceſſant. Familiariſſimum eſt Tullio: *Ego vero*, *Tu vero*, *Nos vero*, ut Lib. IV. Fam. Epiſt. VI. Lib. VII. Epiſt. XXX. Lib. IX. Epiſt. V. VI. & aliis; ab illo accepit Secundus infra Lib. VI. Epiſt. XII. princ. *Tu* vero *non debes.* Epiſt. XV. n. 2. Ego vero *non iubeo.* Lib. IX. Epiſt. XX. pr. *Tua* vero *epiſtola.* Epiſt. XXX. Ego vero *Rufum noſtrum laudo*, & mox h. l. Epiſt. IX. n. 21. Ego vero *non iudico*, & alibi. Inanis itaque ſollicitudinis eſt, Particulam hic captare, & tacere ad iſta Lib. VIII. Epiſt. VIII. extr Quamquam *tu* vero, *quae tua humanitas, nulla ridebis.* Sed hoc accidere ſolet iis, qui vim verborum non ſatis adſequuntur. Quid enim in his *vero* ſignificet, diximus ad Criſpi Cat. cap. LVIII. n. 16. *ea* vero *dementia eſt.* CORTE.

6 *In numeros relatum.*] Tuum nomen nondum relatum eſt in ordinem Tribunorum. Erat enim adhuc integrum alium ſubrogare: ſecus ſi fuiſſet aſcriptum numero caeterorum. Dicimus milites nondum *relatos in numeros* cum delecti quidem ſunt, nondum tamen in ſuos ordines per-

rum eſt nobis Silvanum in locum tuum ſubdere: cui cupio tam gratum eſſe munus tuum, quam tibi meum eſt. *Vale.*

IX. C. PLINIUS [1] MINUTIANO SUO S.

Minutiano Macrino ſingulos actus accuſationis Claſſici narrat, & quem eventum actio ſortita, quotque labores perpeſſus ſit.

POſſum jam perſcribere tibi, quantum in publica provinciae Baeti-
2 cae cauſa laboris exhauſerim. Nam fuit multiplex, actaque eſt
ſaepius cum magna varietate. [2] Unde varietas? unde plures actiones?
Caecilius Claſſicus, [3] homo foedus & aperte malus, Proconſulatum
in ea non minus violenter, quam ſordide geſſerat, eodem anno, quo
3 in Africa Marius Priſcus. Erat autem Priſcus ex Baetica, ex Africa
Claſſicus. Inde dictum Baeticorum, (ut plerunque dolor etiam [4] ve-
4 nuſtos facit) non illepidum ferebatur. [5] *Dedi malum*, & *accepi*. Sed
Marium una civitas publice, multique privati [6] reum peregerunt: in
5 Claſſicum tota provincia incubuit. Ille accuſationem vel fortuita, vel
voluntaria [7] morte praevertit. Nam fuit mors ejus infamis: ambigua
tamen. Ut enim credibile videbatur, voluiſſe exire de vita cum de-
fendi

pervenere, quod JC. plerumque teſtatur, ut Ulpianus de bonorum poſſeſſione ex teſtamento militari. CATAN.

1 *Minutiano.*] Quamvis L. Albinum in dicendo copioſum, ſocium haberet, aſſeveranter contenderem hunc eſſe *Minutianum*, quem ſupra rogaverat, an approbaret ſuſceptam Claſſici accuſationem: & nono libro hujus actionis orationem mittit. CATAN. Lindenbr. Voſſ. Arnz. Oxon. & Riccard. in Indice: *Cornelio Minuciano Suo.* Mediceus hic uſque ad n. 28. ſilet.

2 *Unde varietas? unde plures actiones?*] Poſterior interrogationis nota delenda. Paulo poſt toleranda parentheſis ibi, *ita mirum*, *pudorem.* Nec multo poſt in eadem Epiſtola ſcribendum: *Tanquam in cauſa Caſtae* (haec uxor Claſſici) *praevaricaretur.* Senſus patet. CASAUB.

3 *Homo foedus.*] vetuſta expreſſio. Salluſt. Cat. cap. XIX. n. 2. *Quippe* foedum hominem *a rep. procul eſſe volebat.*

4 *Venuſtos.*] Qui cum gratia quadam, & venere loquuntur, ii *venuſti* appellantur. CATAN. Satis ventoſe Lindenbr. & Arnz. *dolor etiam* ventos *facit.*

5 *Dedi malum.*] Marium Priſcum malum virum in Africam Proconſulem miſi. *Accepi* Claſſicum Afrum Procoſ. in Baetica habuimus. CATAN.

6 *Reum peregerunt.*] Sic iterum infra n. 30. 35. 36. Ovidius I. Triſt. Eleg. I. vs. 24.

Et peragar *populi publicus ore* reus.

ubi vide Cioſanum, ne tamen plane adſentiaris. Idem Naſo IV. ex Ponto Epiſt. VI. vs. 30.

Poſſe tuo peragi *vix putet ore* reos.

Ammianus Lib. XV. cap. V. *Timens ne abſens & indemnatus* perageretur reus, quem tamen locum male ſanum eſſe, arguunt veteres Codd. Male itaque hoc loco Helmſtad. *rerum peregerunt.*

7 *Morte praevertit.*] Illuſtravimus ad Lucani Lib. VIII. vs. 30.

— — *& celeri* praevertit *triſtia* leto.

1 *Ita*

ſendi non poſſet, [1] ita mirum, pudorem damnationis morte fugiſſe,
quem non puduiſſet damnanda committere. Nihilominus Baetica 6
etiam in defuncti accuſatione perſtabat: [2] proviſum hoc legibus, in-
termiſſum tamen, & poſt longam intercapedinem tunc reductum.
Addiderunt [3] Baetici, quod ſimul ſocios, miniſtroſque Claſſici detu-
lerunt, nominatimque in eos [4] inquiſitionem poſtulaverunt. Aderam 7
Baeticis, mecumque [5] Luceius Albinus, vir in dicendo copioſus,
ornatus, quem ego cum olim mutuo diligerem, ex hac officii ſocie-
tate amare ardentius coepi. Habet quidem gloria, in ſtudiis praeſer- 8
tim, quiddam [6] ἀκοινώνητον: nobis tamen nullum certamen, nulla con-
tentio: cum uterque [7] pari jugo, non pro ſe, ſed pro cauſa niteretur.
Cujus & magnitudo, & utilitas viſa eſt poſtulare, [8] ne tantum oneris
[1] ſingulis

1 *Ita mirum.*] Sc. videbatur. Ineptiunt, qui *mirum* Parentheſeos notis includunt.

2 *Proviſum hoc legibus.*] Cavent leges, ut mortuos liceat accuſare. Scaevola ad legem Juliam repetundarum: *Datur ex hac lege, & in heredes actio intra annum duntaxat a morte ejus, qui arguebatur.* Marcellus ad Senatusconſultum Turpilianum: *Morte rei judicium ſolvitur: niſi tale crimen fuerit, cujus accuſatio adverſus heredes durat, veluti majeſtatis.* CATAN. Repetundarum reos etiam poſt mortem condemnari obſervavit Cuiacius ad π. de iniuſto rupt. i. f. teſtam. Tom. II. Opp. pag. 238.

3 *Baetici, quod ſimul.*] Sententiae lucem dedi, mutatione literae. Prius enim legebatur, *quot ſimul.* pro altera noſtra ſcriptura ſtat Palatinus. GRUT. Mihi tamen iſta lux mera adhuc caligo videtur. Ex Codd. nihil hic praeſidii, cum optimi hac parte deficiantur. Eſſet aliquid, ſi ſcriberes: *Adiuverunt Baetici, quod ſimul ſocios* cet. aut verbum *Addiderunt* tali, vel ſimili ſenſu capere liceret. Fortaſſe haec omnia nimis liberaliter habita ſunt a Gloſſatoribus, & Plinius tantummodo ſcripſerat: *Addiderunt Baetici ſimul ſocios miniſtroſque Claſſici, nominatimque in eos* cet. Ita nihil mutamus, tantum verba *quod detulerunt*, quibus illud *Addiderunt* explicare voluerunt, tollimus e medio.

4 *Inquiſitionem.*] Cognitionem criminum, quod ſolet fieri, ſi praeceſſerint judicia. CATAN.

5 *Luceius Albinus.*] Quo ſocio etiam uſus eſt in cauſa Julii Baſſi, & Joſephus tradit ante Hieroſolymarum captivitatem illic *Albinum* judicem Romanum fuiſſe. Dion in Trajano meminit *Lucium* fuiſſe profectum adverſus Dacos, & contra Parthos multa memoranda geſſiſſe. CATAN. *Lucejus Albinus.*] Sic quoque Pal. & editio antiqua, non *Albius*. GRUTER. In *Albinum* conſpirant libri noſtri; at iidem etiam conſenſu *Lucium Albinum* vocant, ut Gryphius, non *Luceium*, praeter Mediceum, qui hoc cum Aldo tuetur. Vide infra Lib. IV. Epiſt. IX. n. 13.

6 Ἀκοινώνητον.] Incommunicabile. Nam,

Qui velit ingenio cedere, rarus erit.

CATAN.

Ἀκοινώνητον.] Inſociabile. Quod Lucanus dicit *Impatiens conſortis*, redderem ἀκοινώνητος: illo in loco

— omniſque poteſtas
Impatiens conſortis erit. —

STEPHAN. Voſſian. in textu: *quiddam haud communicabile*, Graeca autem, ut ſaepius ſolet, in margine.

7 *Pari* iugo … *niteretur.*] Helmſtad. *pari* ingenio … *niteretur.* non placet. Seneca Epiſt. CIX. *Idem velle atque idem nolle ſapiens ſapienti praeſtabit. Egregium opus* pari iugo *ducet.*

8 *Ne tantum oneris.*] Imo legendum, *ut tantum oneris, &c.* Nam quia cauſa haec magna diffuſaque ac varia erat, idcirco una actione explicari haud poterat; pluribus igitur ſinguliſque opus erat. Quod ſe cum Albio conſtituiſſe etiam non tantum mox ſubjicit Plinius, ſed ejus conſilii quoque rationes adducit. BUCHNER. Probo conjecturam viri doctiſſimi, licet libri noſtri omnes *ne* teneant; quae Particula hic ad nauſeam iteraretur, & alibi etiam ab librariis cum *ut* permutata eſt, ut vidimus ad Lib. I.

9 [1] ſingulis actionibus ſubiremus. Verebamur, [2] ne nos dies, ne vox, ne latera deficerent: ſi tot crimina, tot reos uno velut faſce complecteremur. Deinde ne judicum intentio multis nominibus multiſque cauſis non laſſaretur modo, verum etiam confunderetur. [3] Mox ne gratia ſingulorum collata, atque permiſta, pro ſingulis quoque vires omnium acciperet: poſtremo, ne potentiſſimi, viliſſimo quoque quaſi
10 [4] piaculari dato, alienis poenis elaberentur. Etenim tum maxime favor, & [5] ambitio dominatur, cum ſub aliqua ſpecie ſeveritatis deli-
11 teſcere poteſt. [6] Erat in conſilio [7] Sertorianum illud exemplum, qui robuſtiſſimum [8] & infirmiſſimum militem [9] juſſit caudam equi: reliqua noſti. Nam nos quoque tam numeroſum agmen reorum ita demum vide-

1 *Singulis actionibus.*] Nam plures actiones in una cauſa habebantur, quod vidimus factum adverſus Priſcum. CATAN.

2 *Ne nos dies... deficeret.*] Bongarſ. & Oxon. *ne nobis dies... deficeret*, utrumque Latinum putant, ut etiam exemplis oſtendit Cellar. ad Cic. IV. Fam. Epiſt. XIII. n. 3.

3 *Mox ne gratia.*] Inter reos, qui deferendi, non pauci erant, qui apud Judices valerent gratia. Veriti igitur Plinius Albiuſque fuerunt, ne unius atque alterius gratia prodeſſet caeteris, collata quaſi ac jam communis facta: & ita omnes abſolverentur. BUCHNER.

4 *Piaculari.*] Tanquam ad expurgationem caeterorum reorum. *Piacularia* auſpicia arbitrabatur antiquitas, quae ſacrificantibus triſtia portendebant, & Servius *piaculum* duo ſignificare credidit, purgationem & contaminationem. CATAN.

5 *Ambitio dominatur, &c.*] Id eſt, exerit ſe, & ſibi indulget efficaxque eſt, cum ſub ſeveritatis ſpecie latere ſe poſſe, & ſic imponere aliis ſperat. Nam ſegnius agere improbi ſolent, qui culpis ſuis praetextus & latebras non circumſpiciunt. *Ambitio*, gratia eſt: vel ſtudium cum aucupandae tum tuendae gratiae. BUCHNER. *Ambitionem*, pro ſtudio aucupandi favoris, habes apud Salluſt. Iug. cap. XLV. n. 1. *Tanta temperantia inter* ambitionem *ſaevitiamque moderatum*, ubi ut & ad cap. LXXXVI. n. 3. non nihil diximus. Sic & infra Lib. V. Epiſt. XIV. n. 6. *Exprobrare enim cenſenti* ambitionem *videbatur.* Mox corrupte Helmſtad. *ſub aliqua ſpecie ſervitutis.*

6 *Erat in conſilio.*] Significat, in eo conſilio, quod de agenda Baeticorum cauſa habuerant Plinius Albiusque, & quo placuerat actionibus ſingulis reos aggredi, ſe reſpexiſſe Sertorii exemplum, quo ſub imagine quadam oſtendit, diviſos &, ſingulos vincere, in aperto ac prono; univerſos ac junctos, arduum eſſe. Res nota eſt, quam praeter Plutarchum Val. Maxim. Lib. VII. cap. III. exponit. BUCHNER. *Erat in conſilio.*] Haud ſcio, an bene ceperit *Buchnerus.* Nihil enim aliud dicit Plinius, quam, *veniebat in mentem*, aut *cogitabamus.* Ut *habere in conſilio*, de quo in Diatriba ad Silvas Statii. GRONOV.

7 *Sertorianum illud.*] Vide hic Val. Max. Plutarch. Sert. p. 576. Jul. Frontinum in ſuo ſtrategematico Lib. I. c. X. & al. Horatius brevius hanc hiſtoriam illo metro tetigit Lib. II. Ep. I. *Caudae ſetas quod equinas Paulatim vello.* CATAN.

8 *Et* infirmiſſimum *militem.*] Lindenbr. & Helmſtad. *&* firmiſſimum *militem*, quod vocabulum pro valente & robuſto haud infrequens eſt, ut diximus ad Lib. I. Epiſt. XII. n. 12. *Ego tamen tamquam & iuvenis, &* firmiſſimi *morte doleo.* Laudat etiam Heinſ. ad Ovid. VII. Metam. vs. 457. *firmiſſimum militem* hoc loco ex Codice, qui tamen Mediceus non eſt, utpote qui hac parte deſtituitur. Mihi etiam placeret, niſi hiſtoria de *forti* & *infirmo* milite ſimul loqueretur. Quamobrem vulgatam lectionem mutare nolui.

9 *Juſſit equi caudam, reliqua noſti.*] Abrumpit inſtitutam narrationem, quod in notiſſimis rebus lubenter ſolebant facere veteres, ne mole inani gravarent orationem, & ſupervacanea relatione moleſti eſſent. Et eſt profecto inepta ambitio, inculcare non ſine molimine, quae nemo ignorat. Notanda autem formula eſt, qua in abruptione hac Plinius utitur. Similiter Cic. pro Plancio cap. XXIV. *Haec illi ſoleo*, inquit, *praecipere, quae ille a Jove ortus ſuis praecipit filiis:*

Vigilandum eſt ſemper: multae inſidiae ſunt bonis.

Noſtis

videbamus poſſe ſuperare, ſi per ſingulos carperetur. Placuit in primis ipſum Claſſicum oſtendere nocentem: hic aptiſſimus ad ſocios ejus, & miniſtros tranſitus erat, quia ſocii miniſtrique probari, [1] niſi illo nocente, non poterant. Ex quibus, duos ſtatim Claſſico junximus, Baebium Probum, & Fabium Hiſpanum: utrumque gratia, 12
Hiſpanum etiam facundia validum. Et circa Claſſicum quidem brevis, 13
& expeditus labor: ſua manu reliquerat ſcriptum, [2] quid ex quaque re, quid ex quaque cauſa accepiſſet. Miſerat etiam epiſtolas Romam ad [3] amiculam quandam, jactantes & glorioſas, his quidem verbis, [4] *Io, io, liber ad te venio: jam ſeſtertium quadragies redegi*, [5] *parte vendita Baeticorum.* Circa Hiſpanum & Probum multum ſudoris. 14
Horum antequam crimina ingrederer, neceſſarium credidi elaborare, ut

Noſtis caetera. Item de ſenectute: *Non dubitavit dicere illa, quae verſibus perſecutus Ennius:*

> *Quo vobis mentes, rectae quae ſtare ſolebant*
> *Antehac, dementi ſeſe traxere ruina:*

Caeteraque graviſſime. Notum enim vobis eſt carmen. BUCHNER.

1 *Niſi illo nocente.*] Id eſt, reo peracto: quod paulo ante *oſtendere reum* dixerat. *Oſtendere* enim probare eſt. BUCHNER. *Miniſtrique probari* i. e. argumentis oſtendi. Sed quid faciebat ad hanc demonſtrationem, ſi Claſſicus factus eſſet nocens? annon & innocentis ſocii ac miniſtri eſſe poterant? Nec enim ſocii & miniſtri ſcelerum tantummodo, ſed & factorum laudabilium, aut ſaltem extra reprehenſionem poſitorum dicuntur. Quare ſuſpicor propemodum, ſcripſiſſe noſtrum *reprobari.* Sed quia mox iterum *miniſtros probaſſem*, nil mutandum, obſervandum modo, quod miniſtri vocem arctius, & malo tantum ſenſu accipiat. SCHEFFER. Fucum ſibi ipſe facit Schefferus, aut fraudi fuit Plinii brevitas. *Socii miniſtriq. probari* (intellige *nocentes*) *niſi illo* nocente, *non poterant.* Miniſtri *nocentes* probari non poterant, quod ex *nocente* ita adſumitur, uti apud Lucanum Lib. VI. vs. 522.

> *Et non letiferas ſpirando* reddidit *auras*,

reddidit nempe *letiferas.* & Lib. VII. vs. 780.

> *Cum* fureret *Pentheus*, *aut cum* deſiſſet *Agave*,

deſiſſet nempe *furere*, quod vir magnus non animadvertebat. Iis locis, & ad Lib. I. vs. 446.

> *Et Taranis Scythicae non mitior* ara *Dianae*,

plura diximus. Similiter Cicero de Finib. Lib. II. cap. III. *Qui ſe unus, quod ſciam*, ſapientem *profiteri ſit auſus: nam Metrodorum non putant ipſum* profeſſum, *ſed cum* adpellaretur *ab Epicuro, repudiare tantum beneficium noluiſſe. Septem autem illi non ſuo, ſed populorum ſuffragio* nominati *ſunt.* ubi vides *ſe ſapientem*, *ſapiens*, *ſapientes* ex uno vocabulo intelligenda eſſe. Noſter Paneg. cap. XXI. princ. *Nonne his tot tantiſque meritis novos aliquos honores, novos* titulos *merebare? at tu etiam* Patris Patriae *recuſabas.* Ita ſcriptum offendimus in probato Cod. Guelferbytano. Vulgo addunt: *nomen Patris Patriae recuſabas*, quod ex ſuperioribus optime intelligitur. CORTE.

2 *Quid ex quaque re.*] Sic omnes libri. Vide infra ad Lib. VI. Epiſt. XXIV. princ.

3 *Amiculam.*] Meretriculam. Cujus auctore Tranquillo quoties uxoris, vel amiculae collum exoſculabatur, addebat, *tam bona cervix ſimul ac juſſero, demetur.* CATAN.

4 *Io, io, liber ad te.*] Inſtar rhythmi. *io io* laetantium vox. Plautus in Pſeud. *Io io te tyranne te rogo, qui imperas Pſeudolo.* Et Ovidius:

> *Dicite io paean, & io bis dicite paean.*

CATAN. *Liber ad te, &c.*] Id eſt, Nullo aere alieno obſtrictus. BUCHNER.

5 *Parte vendita.*] Diſtracta bonorum parte. An potius Claſſicum jactanter ſcripſiſſe Baeticorum hominum partem vendidiſſe, quod majoris criminis fuit, quam eorum bona vendidiſſe? CATAN. Immo parte Baeticorum, pro pretio, omni

ut conſtaret miniſterium [1] crimen eſſe. [2] quod niſi effeciſſem, fruſtra
15 miniſtros probaſſem. Neque enim ita defendebantur, ut negarent,
ſed ut [3] neceſſitati veniam precarentur. Eſſe enim ſe provinciales,
16 & ad omne Proconſulum imperium metu cogi. Solet dicere [4] Claudius Reſtitutus, qui mihi reſpondit, vir exercitatus & vigilans, &
quamlibet ſubitis paratus, nunquam ſibi tantum caliginis, tantum
perturbationis offuſum, quam cum ea [5] praerepta & extorta defenſio-
17 ni ſuae cerneret, in quibus omnem fiduciam reponebat. Conſilii
noſtri exitus fuit: bona Claſſici, quae habuiſſet [6] ante provinciam,
placuit Senatui a reliquis ſeparari, illa filiae, [7] haec ſpoliatis relinqui. Additum eſt, ut pecuniae, quas creditoribus ſolverat, [8] revocarentur. Hiſpanus & Probus in quinquennium relegati. Adeo
grave

omnibus iniuriis expoſita. *Vendi* enim etiam *perſonae* dicuntur, quas, pretio accepto, aut ipſi male tractamus, aut aliorum ludibrio exponimus. Similia invenies in notis ad Lucan. Lib. IV. extr.

— *emere omnes*, *hic* vendidit urbem.

1 *Crimen eſſe.*] Perinde teneri, ac ſi ipſi auctores forent. Catan. *Miniſterium crimen eſſe.*] Aeque reatu teneri ac crimine, tum auctorem ac ducem ſceleris, tum ſatellitem ac miniſtrum. Hoc eſt, quod Lucanus dixit:

— *Facinus quos inquinat, aequat.*

Buchner.

2 *Quod niſi* effeciſſem.] Lindenbr. Oxon. Bongarſ. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *quod niſi feciſſem.* Similis varietas apud Criſpum Cat. cap. XXVI. n. 3. effecerat, *uti Q. Curius conſilia ſibi proderet.* Ibi optimus MS. *fecerat.* Hic tamen *effeciſſem* non diſplicet. Barthius ſuſpicabatur, in his verbis aliquid corruptum eſſe, cum nobis tamen omnia ſana eſſe videantur. Falluntur autem, qui *miniſtros probaſſem* hic ita intelligunt, ut ſupra n. 12.

3 *Neceſſitati.*] Quod coacti imperio ea patraſſent. Catan.

4 *Claudius Reſtitutus.*] Orator eloquentiſſimus, & Caecilio amicus: ad quem alibi epiſtolae ejuſdem. Martial. quanta e auctoritatis eſſet, natalem ejus celebrans oſtendit Lib. X. Ep. 87.

Octobres age ſentiat calendas

Facundi pia Roma Reſtituti.

Idem.

5 *Praerepta.*] Anticipata: quibus cogitaverat judices flectere. Catan. Lindenbrogius adnotavit, alios legere *praecepta*, quod verbum Plinio non indignum eſt, qui Lib. V. Epiſt. VII. n. 1. *Praecipere* & *praeceptionem*, pro anticipare & anticipatione ſcripſit. Plura de illo ſuppeditant notae noſtrae ad Lucan. Lib. II. vs. 105.

Non ſenis extremum piguit, vergentibus annis;
Praecepiſſe *diem.*

Helmſtad. & Voſſ. *quam cum praerepta*, ſine Provocabulo *ea*, quos omnino probo. Arnz. *cum ea* omittit. Ellipſin illam Pronominis Demonſtrativi alibi pluribus illuſtravi. Oxon. *quantum praerepta.*

6 *Ante provinciam.*] Ante Proconſulatum provinciae. *Provincia* enim & ipſa regio, & adminiſtratio ejus ac gubernatio dicitur. Ex quo *provinciae* vox de quolibet munere uſurpatur. Buchner.

7 *Haec.*] Non quae habuiſſet ante Proconſulatum, ſed quae in Proconſulatu comparaverat relinquenda Baeticis ſpoliatis. Catan. Perperam Lindenbr. Oxon. & Helmſt. *ac ſpoliatis relinqui.*

8 *Revocarentur.*] Repeterentur. Saepius ita Suetonius, ut Nerone cap. XLIV. extr. *Flagitantes, a delatoribus potius* revocanda *praemia; quaecumque cepiſſent.* Galba cap. XV. *Liberalitates Neronis* ... *ea conditione* revocandas *curavit exigendasque, ut & ſi quid ſcenici aut xyſtici donatum olim vendidiſſent*, auferretur *emtoribus.* & paſſim.

1 Cla-

grave viſum eſt, quod initio dubitabatur, an omnino crimen eſſet.
Poſt paucos dies [1] Clavium Fuſcum, Claſſici generum, & [2] Stilo- 18
nium Priſcum, qui [3] Tribunus cohortis ſub Claſſico fuerat, accu-
ſavimus, diſpari eventu. Priſco in biennium [4] Italia interdictum:
abſolutus eſt Fuſcus. Actione tertia commodiſſimum putavimus, 19
plures congregare: ne ſi longius eſſet extracta cognitio, ſatietate
& taedio quodam juſtitia cognoſcentium ſeveritasque langueſceret:
alioquin ſupererant minores rei, data opera hunc in locum reſer-
vati: [5] excepta tamen Claſſici uxore, quae ſicut implicita ſuſpicio-
nibus, ita non ſatis convinci probationibus viſa eſt. Nam Claſſici 20
filia, quae & ipſa inter reos erat, ne ſuſpicionibus quidem [6] hae-
rebat. Itaque cum ad nomen ejus in extrema actione veniſſem
(neque enim ut initio, ſic etiam in fine verendum erat, ne per
hoc totius accuſationis auctoritas minueretur) honeſtiſſimum credidi
[7] non premere immerentem: idque ipſum dixi & libere & varie.
Nam modo legatos interrogabam, *docuiſſentne me aliquid*, [8] *quod* 21
re

1 Clavium *Fuſcum.*] Bongarſ. Lindenbr. Helmſt. Oxon. & Ed. Vet. vocant *Claudium Fuſcum.*

2 *Stilonium Priſcum.*] Alii legunt *Tilonium*, nonnulli, *Chilonium*: tanta exemplarium varietate confundente. CATAN. *Tilonium* in Helmſt. reperi, Voſſ. & Lindenbr. *Stilonium*, ſed Lindenbr. praeterea *Chilonium* adnotavit.

3 *Tribunus cohortis.*] Unaquaeque legio decem cohortes continebat: prima cohors reliquas & numero militum, & dignitate praecedebat: pedites habebat mille centum quinque, equites loricatos centum triginta duos: cui praeerat Tribunus major: ac deinceps caeterae ſequebantur: quorum militum numerum Flavius Vegetius, & eum ſecutus ad verbum Modeſtus tradiderunt. CATAN.

4 *Italia interdictum.*] Dicimus & *interdicere alicui aliquid.* Sic Cornel. Nepos Hamilcare: *quod earum moribus non poterat interdici ſocero gener.* Juſtin. Lib. XVI. *cui patriam interdixerant.* Vide Gronov. ad Sen. Epiſt. XVIII. VEENH.

5 *Excepta.*] Quia non erat minor, ut alii. Nam & Proconſulum uxores coguntur ad reddendam rationem. Julianus, ff. primo: *Proficiſci autem Proconſulem melius quidem eſt ſine uxore, ſed & cum uxore poteſt, dummodo ſciat Senatum Cotta & Meſſala Coſſ. cenſuiſſe futurum, ut ſi quid uxores eorum, qui ad officia proficiſcuntur, deliquerint, ab ipſis ratio & vindicta exigatur.* CATAN. Gryphius edidit: *recepta tamen Claſſici uxore*, quod quidem in emtione venditione non male pro *excepta* dicitur, in hac autem verborum ſerie importunum eſt.

6 *Haerebat.*] Scilicet ut ſupra *implicita ſuſpicionibus* dixerat, ſic ſubdidit *haerebat*, quod verbum de illis etiam, qui, veluti acceſſio quaedam, aliis adhaerent, eleganter uſurpatur. Vide Gronovium ad Livii Lib. V. cap. II.

7 *Non* premere *immerentem.*] Sic infra n. 34. *Cum Caſtam accuſarem, nihil magis* preſſi. BARTH. Aptiora dedimus ad Lucani Lib. VII. vs. 870.

Quid totum premitis, *quid totum* abſolvitis *orbem.*

8 *Quod reprobari.*] Ita malim, quam ut hactenus vulgati, *quod probari*, illud *ream probari*, quod margines obſidet, neque erat in Pal. neque in vett. edd. GRUTER. Non video, quid hic faciat illud *reprobari.* Certe ſi quid, quod reprobari poſſet, docuerant, id reprobari non tam confidere debebant, quam metuere. Puto igitur diſtincte vocabulis duobus ſcribendum: *quod* re probari *poſſe confiderent.* Sententia eſt, quaeſiviſſe legatos, an quod docuerant ipſum de filia Claſſici, id confiderent re ipſa poſſe probari, eſſe ſcilicet ream eius criminis, cuius inſimulabatur, atque ita hac interrogatione oſtendiſſe dubitationem ſuam, eamque liberaſſe. SCHEFFER.

re probari poſſe confiderent? modo conſilium a Senatu petebam, *putaretne debere me, ſi quam haberem in dicendo facultatem, in jugulum innocentis, quaſi telum aliquod, intendere:* poſtremo totum locum hoc fine concluſi, [1] *Dicet aliquis, Judicas ergo? Ego vero non judico. Memini tamen me advocatum ex judicibus datum.*
22 Hic [2] numeroſiſſimae cauſſae terminus fuit, quibuſdam abſolutis, pluribus damnatis, atque etiam relegatis. aliis in tempus, aliis in
23 perpetuum. Eodem Senatuſconſulto induſtria, fides, conſtantia noſtra pleniſſimo teſtimonio comprobata eſt: [3] dignum, ſolumque
24 par pretium tanti laboris. Concipere animo potes, quam ſimus fatigati, quibus toties agendum, toties altercandum, tam multi
25 teſtes interrogandi, [4] ſublevandi, [5] refutandi. Jam illa, quam ardua, quam moleſta: tot reorum amicis ſecreto rogantibus negare, adverſantibus palam obſiſtere? Referam [6] unum aliquod ex iis, quae dixi. Cum mihi quidam e judicibus ipſis pro reo gratioſiſſimo reclamarent, [7] *Non minus*, inquam, *hic innocens erit, ſi ego omnia*

Accedo doctiſſimo Scheffero, qui *re probari* diſtincte ſcribit, eo lubentius, quod ita in MS. Voſſ. habeatur. Multas tales corruptiones novi, ſed una perquam ridicula eſt, qua duo paedagogi *Recommendare* nobis propinarunt ex Phaedr. Lib. II. Fab. Prolog. vs. 7.

Re *commendatur, non auctoris* nomine.

Lindenbr. & Oxon. *probari*; Gryphius *reprobare.*

1 *Dicet aliquis.*] De hac formula egimus ad Salluſt. Iug. cap. XXXI. n. 18. Dicet aliquis: *quid igitur cenſes?*

2 *Numeroſiſſimae.*] Variae & multiplicis. Barth.

3 *Dignum, ſolumque par pretium.*] Forte: *ſolumque operae pretium t. l.* Barth. Peſſima divinatio. Quid enim *operae*, cum ſequatur *laboris?* An *laboris pretium* non aeque dicere licet, ac *operae, curae, induſtriae, ſtudii, furoris pretium*, quae paſſim occurrunt? Sed Bongarſ. Arnz. & Oxon. *dignum ſolumque par* pretio *tanti laboris.* Helmſtad. *dignum ſolum, parque* pretio *tanti laboris.* quaſi non iſtud teſtimonium ipſum fuiſſet *pretium.* Rectius vulgata, & ſic Lucanus Lib. II. vs. 258.

Hoc *ſolum longae* pretium virtutis *habebis*,
Accipiunt alios, facient te bella nocentem.

Et ſimiles Adpoſitiones produximus ſupra ad Lib. II. Epiſt. XVII. n. 4.

4 *Sublevandi.*] Adjuvandi, ſi quid titubaverint. Opportuna rurſus eius, a quo producti ſunt, interrogatione velut in gradum reponendi. Quare Secundum Archadium, quorum teſtium fides non vacillat, frequens uſus adhibendus eſt. Aliud eſt *elevare* teſtes, quam *ſublevare*: immo e directo ejus contrarium, id eſt, imminuere, & deprimere. Vide Fab. Lib. VI. Catan.

5 *Refutandi.*] Imprimis conditio cujuſque teſtis exploranda: an Decurio, an Plebejus: an honeſtae vitae & inculpatae, an notatus & reprehenſibilis: an locuples, vel egenus: an inimicus, amicus: nam ſi careat ſuſpicione, teſtimonium, vel propter perſonam, a qua fertur, quod honeſta ſit: vel propter cauſam, quod neque lucri, neque gratiae, neque inimicitiae cauſa ſit, admittendum eſt. Idem.

6 *Unum aliquod ex iis.*] Voſſ. & Arnz. *unum aliquod ex* omnibus, *quae dixi.* Unde Gryphius fecit: *aliquod ex* omnibus iis, *quae dixi.*

7 *Non minus.*] Senſus eſt: ſi ego omnia in illum dicam quaecunque potero, non ideo erit magis nocens. Nam mea accuſatio non faciet eum magis nocentem, quam eſt. Catan. *Non minus.*] Cum reclamarent nonnulli dicenti Plinio, abſolvere Plinius coepta haud potuit. Quod ne multum finerent, hoc dicto ipſos perſtringit. Quanquam ſine omni amaritudine aut levitate, quod gravem virum imprimis decebat. Oſten-

omnia dixero. Conjectabis ex hoc quantas contentiones, quantas 26
etiam offenſas ſubierimus, duntaxat ad breve tempus. Nam fides
in praeſentia eos, quibus reſiſtit, offendit: deinde ab illis ipſis
[1] ſuſpicitur, laudaturque. Non potui magis te [2] in rem praeſentem
perducere. Dices, Non fuit tanti. Quid enim mihi cum tam longa 27
epiſtola? Nolito ergo identidem quaerere, quid Romae geratur: &
tamen memento, [3] non eſſe epiſtolam longam, quae tot dies, tot
cognitiones, tot denique reos, cauſaſque complexa ſit. Quae omnia 28
videor mihi non minus breviter, quam diligenter perſecutus. Te-
mere dixi, *diligenter*: ſuccurrit quod praeterieram, [4] & quidem ſero:
ſed quanquam [5] praepoſtere, reddetur. [6] Facit hoc Homerus, mul-
tique illius exemplo. Eſt alioqui [7] perdecorum, a me tamen non
ideo fiet. E teſtibus quidam ſive iratus, [8] quod evocatus eſſet invi- 29
tus, ſive [9] ſubornatus ab aliquo reorum, ut accuſationem exarmaret,
[10] Norbanum Licinianum [11] legatum, & inquiſitorem reum poſtulavit:
tan-

Oſtendens tantum nihil ipſos ex eo conſequi poſſe. Nam ſi re vera innocens, quem ipſi contenderent, non minus futurum talem, licet vel maxime ad finem diceret, quae ſecum meditatus contra eſſet, & jam cepiſſet. BUCHNER. Hoc eſt, ſinite me omnia effari, non mutabunt haec innocentiam in noxiis. BARTH.

1 *Suſpicitur.*] Veneratur. Legitur etiam *ſuſcipitur*, id eſt approbatur, (patroni conſtantia.) CATAN. Ex noſtris Helmſt. habet *ſuſcipitur*, ſed haec eſt perpetua librariorum confuſio, & propterea vix notari meretur. Voſſian. *deinde illis ipſis ſuſpicitur*, ſine Praepoſitione, quod Gryphio ſeſe probavit.

2 *In rem praeſentem.*] ICtorum dictio. Vide Budaeum ad Pandect. pag. 108. BARTH.

3 Non eſſe *epiſtolam longam.*] Sic Helmſt. Bongarſ. & Arnz. quod ſuavius eſt vulgato: eſſe non *epiſtolam longam.* Voſſ. *memento* etiam, *eſſe non epiſt. l.* Cui adhaerens Gryphius protulit: *memento* etiam, non *eſſe epiſt. l.*

4 Et quidem *ſero.*] Voſſ. Helmſt. & Arnz. equidem *ſero.* Sed Mediceus, cuius auctoritatem hic iterum interponere poſſumus, & reliqui, ut editur. Oxon. mox, *ſed quamquam poſtere crederetur.*

5 *Praepoſtere reddetur.*] *Praepoſtere redditur*, ſive exponitur, cum quod natura & ordine prius erat, mutata ratione noviſſime redditur. Quod ſaepe Homerum facere, & obſervarunt Grammatici, & ipſam eam rationem ὕστερον πρότερον item ὑστερολογίαν appellarunt. Cic. Lib. I. ad Att. Ep. XVI. *Reſpondebo tibi ὕστερον πρότερον, Ὁμηρικῶς.* BUCHNER.

6 *Facit hoc Homerus.*] Ut multa praepoſtere referat. Immo ſuum opus a decimo Trojani belli anno inchoavit, quem poſteriores poëtae aemulantes pariter obſervarunt. CATAN. Mediceus a prima manu: *Facere hoc Homerus.*

7 *Perdecorum.*] Venuſtum, mutato ordine rem narrare. CATAN. *Perdecorum.*] Poëtis puta, & Epicis quidem maxime, qui a mediis etiam cum laude incipiunt, & prima ac ultima iis ſubtexunt. BUCHNER.

8 *Quod evocatus eſſet invitus.*] In cauſſis enim criminalibus teſtes etiam inviti citabantur olim; poſtea idem ad cauſſas civiles traductum eſt. Lege Cuiac. ad Novell. XC. Tom. III. pag. 615. *Evocare* proprium verbum. Sic Lib. V. Epiſt. XX. n. 2. *Varenus petiit, ut ſibi quoque defenſionis cauſſa* evocare teſtes *liceret.* Et Lib. VI. Epiſt. XXIX. n. 11. *Dixi proxime pro Vareno, poſtulante, ut ſibi invicem* evocare *teſtes liceret.* Ubi perperam vulgatae *vocare.* Et hoc ſenſu frequens apud Ciceronem, Livium & alios verbum *evocare.* Inde etiam Iuris verbum factum *evocare teſtes*, ut L. 1. §. ult. L. 3. §. ult. π. de teſtib. & paſſim. adde infra Lib. VI. Epiſt. XXXI. pr.

9 *Subornatus.*] Jam domi inſtructus, ut hoc faceret, quod Fabius damnat. *Illae vero*, inquit, *peſſimae artes teſtem ſubornatum in ſubſellia adverſarii mittere*, &c. CATAN.

10 *Norbanum Licinianum.*] Fuit alius *Norbanus*

tanquam in cauſſa [1] Caſtae (uxor haec Claſſici) [2] praevaricaretur.
30 Eſt lege [3] cautum, ut reus ante peragatur, tunc de praevaricatore quaeratur: videlicet, quia optime ex accuſatione ipſa accuſatoris
31 [4] fides aeſtimatur. Norbano tamen [5] non ordo legis, non [6] legati nomen, non inquiſitionis officium praeſidio fuit: tanta conflagravit invidia, homo alioquin flagitioſus, & [7] Domitiani temporibus uſus, [8] ut multi, electusque tunc a provincia ad inquirendum, non tanquam
32 bonus & fidelis, ſed *tanquam Claſſici inimicus.* Erat ab illo relegatus. [9] Dari ſibi diem & edi crimina poſtulabat. Neutrum impetravit, coactus

nus Praefectus Praetorii, qui in necem Domitiani conjuravit. Catan. *Licinianum.*] Pal. & olim cuſi *Lacinianum.* Gruter. Noſtri omnes *Licinianum.*

11 *Legatum & inquiſitorem.*] Vide Budaeum ad Pandect. pag. 518. Barth.

1 *Caſtae* (uxor haec Claſſici) *praevar.*] Sic diſtinguendum. Voſſ. *Caſtae* uxoris *Claſſici* hic *praevar.* quod ſtatim ſuſtulit & propagavit Gryphius.

2 *Praevaricaretur.*] Deflecteret a praeſcriptione ſui officii, & adverſario Caſtae faveret. *Praevaricari* auctore Marcello eſt vera crimina abſcondere. *Tergiverſari* in univerſum ab accuſatione deſiſtere. Catan.

3 *Cautum.*] Sancitum. Is qui reus factus eſt purgare ſe debet: nec ante poteſt accuſare, quam fuerit excuſatus. Ulpianus de publ. judiciis. Idem. Voſſ. dehinc *de praevaricatore*, pro *tunc*, quod diſſentientibus licet tot aliis & melioribus libris, idem Gryphius expreſſit. Oxon. *de praevaricatione quaeratur*, *videlicet qua optime* cet.

4 *Fides* aeſtimatur.] Sic recte Mediceus & alii. At Voſſ. Helmſt. & Arnz. *exiſtimatur*, quam varietatem Codd. millies notarunt viri docti. Sic ſupra Epiſt. IV. n. 1. MSS. Helmſt. & Arnz. ſcribunt: *magni tamen exiſtimo.* Infra Epiſt. XIII. n. 2. *cum ſola exiſtimatur* MS. Voſſ. & Epiſt. XV. n. 3. duo MSS. *quantum exiſtimare licuit*, quibus locis omnibus in Edd. *aeſtimare* habetur.

5 *Non* ordo *legis.*] Ordo a lege praefinitus, ut reus ante peragatur, tunc de praevaricatore quaeratur.

6 *Legati nomen.*] Quod ſemper ſacroſanctum habitum eſt, & ejus injurias populus Romanus ſevere ultus eſt. Ulpianus: *Legati non compelluntur ſe Romae defendere, quamdiu Legationis cauſa hic morantur.* quod & Julianus ſcribit, & divus Pius reſcripſit. Quare Paulinus cenſuit apud Secundum Lib. IV. referendum de Theophane Legato, cum legationi renunciaſſet. Catan. Gryphius edidit: *non* legationum, non *inquiſitionis*, cet. quod more ſuo ex MS. Voſſ. deſumſit. Infra Mediceus *confraglavit*, pro *conflagravit.*

7 *Domitiani temporibus uſus.*] Delator, & bonorum accuſator ſub Domitiano. Catan.

8 *Ut multi.*] Tales numerantur Carus, Maſſa, Vejento, Publicius, Regulus. Idem.

9 *Dari ſibi diem* ad diluenda *crimina* poſtulavit.] Quod proxime ſequitur: *Neutrum impetravit*, admonere debuiſſet interpretes, locum male adfectum eſſe. Unum enim in vulgata lectione tantum poſtulat; Duo negantur, quod eſt abſurdum. Mediceo debetur, quod haec iam ſana & integra legi queant, in quo ita ſcriptum eſt: *Dari ſibi* idem, & edi *crimina poſtulabat*, ex quo levi brachio reſtitui: *Dari ſibi* diem, & edi *crimina poſtulabat. idem* pro *diem* ſcripſit librarius facili tranſpoſitione: quales bene multas paſſim obſervabis. Utrumque autem ex more iudiciorum Romanorum. De *die dato*, quo cauſſam diceret reus, notabilis eſt locus Plutarchi in Cicer. pag. 865. quo uſus eſt Abram. ad Cic. in Vatin. cap. XIV. ubi plura de hoc more; *Crimina* etiam & actionem *edere* debebat actor, cum aliis de cauſſis multis, tum ut reus ſe defenſioni parare poſſet, ſeu, ut Ulpianus loquitur, ut *veniret inſtructus ad agendum.* Vide Hottomann. ad Cic. pro Quinct. cap. XIV. & multos alios, nihil enim in Iure vulgatius. Adpoſite Tacitus II. Hiſt. cap. X. *Traxerat magnam ſenatus partem, ut indefenſum & inauditum dedi ad exitium poſtularent. Contra apud alios nihil aeque reo proderat, quam nimia potentia accuſatoris*, dari tempus, edi crimina, *quamvis inviſum ac nocentem, more tamen audiendum cenſebant.* Cum tantum addiderint Plinio noſtro membranae Mediceae, nec in leviculo illo earum auctoritatem neglexi, quando *poſtulabat*, pro *poſtulavit*, adferunt. Alii propter diverſitatem

actus eſt ſtatim reſpondere: reſpondit: [1] malum pravumque ingenium
hominis facit, ut dubitem [2] confidenter, an conſtanter, certe paratiſſi-
me. Objecta ſunt multa, quae magis, quam praevaricatio nocuerunt. 33
Quinetiam duo Conſulares, [3] Pomponius Rufus & [4] Libo Frugi,
[5] laeſerunt eum teſtimonio, tanquam apud judicem ſub Domitiano
Salvii Liberalis accuſatoribus adfuiſſet: damnatus, & in inſulam rele-
gatus eſt. Itaque cum Caſtam accuſarem, nihil magis preſſi, quam 34
quod accuſator ejus, praevaricationis crimine corruiſſet. Preſſi ta-
men fruſtra. Accidit enim res contraria & nova, ut accuſatore prae-
varicationis damnato, rea abſolveretur. Quaeris quid nos, dum haec 35
aguntur? indicavimus Senatui ex Norbano didiciſſe nos publicam
cauſam, rurſuſque debere [6] ex integro diſcere, ſi ille praevaricator
probaretur. Atque ita dum ille [7] peragitur reus, [8] ſedimus. Poſtea
Norbanus omnibus diebus cognitionis interfuit, eandemque uſque ad
extremum vel conſtantiam, vel audaciam pertulit. Interrogo ipſe 36
me

tem temporis (*poſtulabat*, *impetravit*) mutarunt, quos tamen rationem fallere diximus ad Lucan. Lib. VII. vs. 206.

> *Signa* dedit, *quorum fatis coelum omne* vacabat.

ubi ſimili ſapientia fecerant *vacavit*. CORTE.

1 *Malum pravumque ingenium.*] Salluſtius: *ſed ingenio malo pravoque.* BARTH Exſtat Cat. cap. V. n. 1. ubi diximus.

2 *Confidenter.*] Audacter, in malam partem: quod mali plerunque faciunt, & tamen a multis juſtam cauſam tueri creduntur. Juven.

> *Nam cum magna malae ſupereſt audacia cauſae,*
> *Creditur a multis fiducia.* ——

CATAN.

3 *Pomponius Rufus.*] Sic legendum ex vetuſto codice, & quod Lib. IV. eundem peritum & vehementem in dicendo fuiſſe aſſerat. IDEM.

4 *Libo Frugi.*] *Annium Libonem* Conſulem M. Antonini philoſophi patruum Capitolinus recitat: & *Libonem* ejuſdem Imperatoris Legatum in Syria interiiſſe non ſine veneni ſuſpicione. IDEM. Mediceus: *Libro Frugi*, & deinde *Salvi*, pro *Salvii*, denique: & inſulam *relegatus eſt*, pro *in inſulam*.

5 *Laeſerunt eum teſtimonio.*] Poſſet quis & diſtinguere & legere, *tanquam apud judicem*, *ſub Domitiano Salvii Liberalis accuſatoribus adfuiſſe:* ſed neutrum adhuc ſatisfacit. GRUTER.

6 *Ex integro diſcere.*] Nam ſi damnandus erat Norbanus, quod cauſam eo modo, ut erat, non ageret, Secundus, qui a Norbano prius fuerat illam edoctus, jure petiit a Senatu, ut ab alio rurſus inſtrueretur, ne & ipſe praevaricari crederetur. CATAN. Sollemnia verba ſunt *cauſſam docere*, & *cauſſam diſcere*, ut obſervavimus ad Cic. Fam. Lib. VII. Epiſt. XXI. princ. *Silii* cauſſam *te* docui. & Lib. X. Epiſt. XXVI. n. 4. *O mi Furni*, *quum tu* cauſſam *tuam non* noſti, *qui* alienas *tam facile* diſcas! Vide infra Lib. V. Epiſt. IV. n. 2. *Interrogati a praetore*, *quem* docuiſſent.

7 *Peragitur reus.*] Examinatur, ut condemnetur. *Reum facere*, eſt accuſare: *reum peragere*, eſt condemnare. CATAN.

8 *Sedimus.*] i. nihil egimus, otioſi fuimus, ut Iuſtin. Lib. XXXI. cap. III. n. 9. *& in Aſia rege* ſedente. Sic habet MS. noſter, ut fere coniiciebat Io. Fr. Gronovius, quem adeas.

6 *Interrogo ipſe me, an aliquid omiſerim: rurſus.*] Sic ſcribendum jubet Caſaub. quia ſemel jam omiſerat aliquid. Dixit enim ſupra, *ſuccurrit*, *quod petieram*, *& quidem ſero.* Ita eſſe diſtinguendum eruditiſſimus Catanaeus non vidit. Jenenſis ita diſtinguit *an aliquid omiſerim rurſus: &c.* & ſic alios quoque diſtinguere notat Boxhorn. in variant lect. VEENH. Stuporem hominis vides, qui talia Caſaubono tribuit ex Ed. Francof. ſeu Ienenſi A. 1650. praeterea judicium viri maximi

me, an aliquid omiſerim rurſus: & rurſus pene omiſi. [1] Summo die Salvius Liberalis reliquos legatos graviter increpuit, [2] tanquam non omnes, quos mandaſſet provincia, reos peregiſſent. Atque, ut eſt vehemens, & diſertus, in diſcrimen adduxit. Protexi viros optimos, eoſdemque gratiſſimos: mihi certe debere ſe praedicant, quod illum
37 [3] turbinem evaſerint. Hic erit epiſtolae finis, [4] revera finis, literam non addam, etiamſi adhuc aliquid praeteriiſſe me ſenſero. *Vale.*

X. C. Plin. [5] Spurinnae Suo Et Cocciae S.

Spurinna Cocciam Salvii Cocciani a Domitiano interfecti filiam duxit uxorem, ex qua filium Coccium ſingularis indolis ſuſcepit, qui juvenis admodum mortuus triumphali ſtatua donatus eſt ab Imp. in ſolatium orbitatis paternae, & victoriae praemium devictis Bructeris. In laudem igitur filii Secundus quaedam lucubraverat parentibus inſciis: ea nunc per epiſtolam praeter caeteras familiarem legenda illis tranſmittit.

COmpoſuiſſe me quaedam de filio veſtro non dixi vobis, quum proxime apud vos fui. [6] Primum quidem, quia non ideo ſcripſeram, ut dicerem: ſed ut meo amori, meo dolori ſatisfacerem. [1] Deinde,

ximi, veluti ſuum, de Catanaeo proponit, & tamen diſtinctionem huius, ut comparet in Ed. Pariſ. A. 1625. & aliis, ſervavit. Diſtingui voluit Caſaubonus: *an aliquid omiſerim* rurſus: *& rurſus paene omiſi*, quomodo etiam Codd. noſtri, & ipſe Gryphius diſtinguunt. Catanaeus autem volebat: *Interrogo me rurſus & rurſus*, quod factum Caſaubono diſplicuit.

1 *Summo die.*] Haec ignorat Mediceus.

2 *Tamquam* non *omnes.*] Eaedem membranae: *tamquam omnes*, vitio aperto. Supra Arnz. *increpavit.*

3 *Turbinem.*] Impetum, tempeſtatem. Fuit in dicendo acer & liber: eſt tranſlatio. *Turbo* enim aqua circumacta eundem ambiens locum, ac ſe ipſa vertigine concitans; in cujus ſimilitudinem ventus in ſe contorquens *turbo* dicitur, qui repugnantior ſi eſt, ac diutius volutatus, inflammatur: & efficit, quod *praeſtera* Graeci vocant. Dilat a vortice meandro, quo fragor a ſtridore. Apud Horatium & Spartianum, *Turbo Turbonis* viri proprium. Catan.

4 *Revera finis.*] Melius legas: *& vera finis.* Barth. Non male. Sed idem ſenſus eſt vulgatae, quam Codd. omnes praeſtant. Helmſt. & Oxon. tres voces *re vera finis* omittunt.

5 *Spurinnae Suo & Cocciae S.*] Obſerva, non iungit huic feminam. Barth. De hac obſervatione ſententiam noſtram ſupra expoſuimus: hic modo addimus, Helmſt. *Suo* plane ignorare. Riccard. in Indice: *Veſtric. Spurinnae.* Lindenbr. & Oxon. neſcit iſta: *& Cocciae*, pro quibus Helmſt. *& Conae Suae*; Voſſ. *& Cotiae*; Arnz. & *Chociae.*

6 *Primum, quia non ideo*] Optimus: *primum* quidem, *quia non* cet. Sic ſolet Cicero, & alibi ipſe Secundus. Voſſ. & Arnz. *quia non ideo deſcripſeram*, quod iterum, ut ſaepiſſime, Gryphius adripuit, qui & in margine ſiſtit: *non ideo* de eo *ſcripſeram*, quod vel aures reſpuunt, & in nullo ex noſtris libris comparet.

1 *Deinde*

[1] Deinde, quia te Spurinna, cum audiſſes recitaſſe me (ut mihi ipſe
dixiſti) quid recitaſſem, ſimul audiſſe credebam. Praeterea veritus 2
ſum, ne vos feſtis diebus confunderem, [2] ſi in memoriam graviſſimi
luctus reduxiſſem. Nunc quoque pauliſper haeſitavi, [3] id ſolum,
quod recitavi, mitterem exigentibus vobis, an adjicerem, quae in
aliud volumen cogito reſervare? Neque enim affectibus meis uno li- 3
bello cariſſimam mihi & ſanctiſſimam memoriam proſequi ſatis eſt:
cujus famae latius conſuletur, ſi [4] diſpenſata & digeſta fuerit. Verum 4
haeſitanti mihi, omnia, quae jam compoſui, vobis exhiberem, an
adhuc aliqua differrem, ſimplicius & [5] amicius viſum eſt, omnia:
praecipue cum affirmetis [6] intra vos futura, donec placeat emittere.
Quod ſupereſt, rogo, ut pari ſimplicitate, ſiqua exiſtimabitis adden- 5
da, commutanda, omittenda indicetis. Mihi difficile eſt hucuſque 6
intendere animum in dolore: [7] difficile & vobis. ſed tamen ut ſcul-
ptorem, ut pictorem, qui filii veſtri imaginem faceret, admoneretis,
quid exprimere, quid emendare deberet: ita me quoque formate,
regite, qui non fragilem & caducam, ſed [8] immortalem, ut vos pu-
tatis,

1 *Deinde.*] Senſus eſt: o Spurinna, deinde, cum audiſſes me recitaſſe illa, ut tu ipſe mihi dixiſti: quia ſimul etiam credebam audiſſe, & cognoviſſe, quid recitaſſem, id eſt totam ſummam rei. CATAN. Mediceus: *Deinde quia, Spurinna*, ſine Provocabulo *te.* & mox: *cum audiſſe & recitaſſe*, ex quo forte *audiſſet* Gryphii provenit.

2 *Si in memoriam grav. l. reduxiſſem.*] Scilicet ut Iuſtinus, Petronius, alii *in memoriam revocare* adhibent. At Mediceus: *ſi* memoriam *graviſſimi luctus* reduxiſſem, quod aeque probum ac illud Senecae II. de Benef. cap. XI. *Non eſt inſtandum, non eſt* memoria revocanda, *niſi ut aliud dando prioris admoneas*, ubi plura talia Gronovius. Potuit tamen propter litteram *M* praecedens *IN* excidere, ut alibi factum vidimus. quare nihil mutavi, eo minus, quod *memoriam proſequi* ſequitur, & apud Tullium aliosque ſatis frequens ſit *redire in memoriam.*

3 *Id ſolum.*] Bongarſ. *an id ſolum*; Oxon. *an ſolum*, ex Gloſſa. Secundus enim priore loco *an* omittere ſolet cum optimis. Dico ad Lib. VI. Epiſt. XVI. n. 15. ubi vulgo idem vitium obtinebat.

4 *Diſpenſata.*] Limata, diſtributa. CATAN.

5 *Amicius.*] Non *amicitius.* Nam ab *amico* comparativum fit *amicior*, quo Ovidius utitur. Ac Cicero frequenter ad Atticum & Lentulum, & Livius Lib. II. ab urbe condita, ac Valerius Lib. V. CATAN. Medic. Oxon. Helmſt. Arnz. Voſſ. & Ed. Vet. *ſimplicius & amicius viſum eſt*, eiecto Pronomine *mihi*, quod iam Aldus neglexit, & temere poſt *mihi haeſitanti*, in tali auctore, iteratur, cum & alibi *rectius videtur*, *optimum factu viſum* & ſimilia ſine Provocabulo proferantur.

6 *Intra vos futura.*] i. vobiſcum ſolis. BARTH. Oxon. *inter vos.*

7 *Difficile, &c.*] Supplevi locum fide membranarum Franciſci Modii. Prius erat: *in dolore. difficile, ſed tamen, &c.* GRUTER. Modium vide Novant. Epiſt. CVII. & additamentum illud *& vobis* iam Sichardus & Gryphius expreſſerunt. Noſtri MSS. ignorant, & in Optimo etiam lacuna maior adparet, qui ita ſcripſit: *Mihi difficile eſt; ſed tamen ut ſc.* ceteris omiſſis. Ex quo id liquido colligitur, eum *difficile eſt* bis in exemplari reperiſſe, & a priore ad poſterius ex improviſo tranſiliiſſe. Mea ſententia laciniam illam *& vobis* non multum deſiderat Plinii elegantia, ſed optime procedit oratio, ſi antiquiſſimos codices exprimamus: *Mihi difficile eſt hucusque intendere animum in dolore: difficile eſt; ſed tamen* cet. Rogaverat, ut, quae addenda aut commutanda exiſtimarent, indicarent. In dolore hoc quidem, ſe ipſum immiſcens addit, *difficile eſt; ſed tamen* cet. Deinde Mediceus *ſcriptorem* habet, pro *ſculptorem.*

8 *Immortalem.*] Literarum enim monumenta

tatis, effigiem conor efficere: quae hoc diuturnior erit, quo verior, melior, abſolutior fuerit. *Vale.*

XI. C. Plinius Julio Genitori Suo S.

Artemidorus a Secundo bene affectus, beneficiorum memor, apud Julium Genitorem, maximis laudibus illum cumulaverat: quod per Genitorem edoctus Secundus, eidem reſcribit non eſſe mirandum, cum ejus naturae ſit Artemidorus, ut amicorum facta in majus extollat: explicat tamen, quod pro eo periculum ſubierit.

Est omnino [1] Artemidori noſtri tam benigna natura, ut officia amicorum [2] in majus extollat: inde etiam meum meritum, ut vera, ita ſupra meritum praedicatione circumfert.
2 Equidem cum eſſent philoſophi ab urbe [3] ſummoti, fui apud illum in ſuburbano: & quo [4] notabilius hoc periculoſiusque eſſet, fui praetor. pecuniam etiam, qua tunc illi ampliore opus erat, ut aes alienum exſolveret, con-

ſtatuis diuturniora. *Nec magis expreſſi vultus ahenea ſigna, Quam per vatis opus mores animique virorum Clarorum apparent.* Catan.

1 *Artemidori.*] Fuit *Artemidorus Daldianus* (Daldis autem civitas Lydiae) philoſophus, qui ſomniorum interpretamenta libris quatuor, & augurandi diſciplinam, ac chiromanticam ſcripſit. Alium *Artemidorum* cognomento *Pſeudariſtophanium* legimus coquinariarum dictionum collectorem. *Artemidori* meminit Martialis. Idem. Optimus: *Artemidori noſtro*, quaſi alia lectio *Artemidoro noſtro* fuiſſet, quam ego quidem non damno, vulgatae tamen non praefero.

2 *In maius extollat.*] Ita Claudianus:

— — *licet omnia vates*
In maius *celebrata ferunt.*

Salluſtius: *Marii virtutem* in maius *celebrare.* Barth. quem adde Lib. XXII. Adverſ. cap. II. Locus Salluſtii eſt ex Iugurth. cap. LXXIII. n. 5. ubi alia adiecimus. Similem dictionem adſtruximus notis ad Lucan. Lib. VI. vs. 60.

Aut aliquem mundi, quamvis natura negaſſet,
In melius *mutare locum.*

Et infra ad Lib. IV. Epiſt. XVIII. n. 1. *Quaedam aemulari Latine & exprimere tentavi.* in deterius *tamen.* ubi vide. Noſter Paneg. cap. LX. *Modica quaedam civium merita fortunae tuae viribus* in maius *extollis.* Mamertin. Paneg. Iuliani cap. VIII. princ. *Tuorum principum geſta* in maius *extollere ſola potuiſti.* Ammianus Lib. XVI. cap. X. *Fama augens omnia ſemper* in maius. Cap. XII. *Ferociam natura conceptam auxit* in maius. Lib. XXXI. cap. IV. *Adulatoribus* in maius *fortunam principis extollentibus.* Seneca ad Helviam cap. VI. *Quosdam fertilis orae &* in maius *laudatae fama corrupit.* De Conſtant. Sap. cap. XII. *Auctique* in maius *errores.* Iuſtinus Lib. XIV. cap. I. n. 2. *Ne fama rem* in maius *extolleret.* ubi & Taciti duo loca adſcripſit Berneggerus. Corte.

3 *Summoti.*] Domitiano jubente philoſophi ſunt ejecti non ſolum urbe, ſed etiam Italia. Auctores habeo Tranquillum, & Gellium. qua tempeſtate Epictetus quoque philoſophus ob eandem cauſam Roma Nicopolim conceſſit. Catan.

4 *Notabilius hoc.*] Magis notari poſſem, ut criminari apud Domitian. Idem. *Et quo notabilius hoc, periculoſiuſque eſſet, fui praetor*] Sic etiam, praeter ſcriptos Modii, niſi quod is non agnoſcat copulam *que.* Vulgati, *& quo notabilius, hoc eſt, periculoſius eſſet.* quos tamen praefracte non damnaverim. Gruter. Modium vide loco ſupe-

contractum ex pulcherrimis cauſis, [1] muſſantibus magnis quibuſdam & locupletibus amicis, mutuatus ipſe, gratuitam dedi. [2] Atque haec 3
feci, cum ſeptem amicis meis aut occiſis aut relegatis: (occiſis, [3] Senecione, [4] Ruſtico, [5] Helvidio: relegatis, [6] Maurico, [7] Gratilla, [8] Arria, [1] Fan-

ſuperius paullo citato. Conſentiunt ſcripti noſtri, conſentit etiam Helmſt. in eo, quod Particulam *qae* omittit. Nec tamen deſerendum eſt omnino aliorum: *quo notabilius*, hoc eſt, *periculoſius eſſet.* Iam Gryphius vulgavit: *quo notabilius hoc eſſet periculoſiusque*, qui fortaſſe ſcriptos & impreſſos inter ſe conciliare voluit. Mediceus certe cum Aldo *hoc eſt* * vindicat, unde legerem: *&* *quo notabilius* hoc, & *periculoſius eſſet.*

1 *Muſſantibus.*] Dubitantibus, verentibus. Nam *muſſare* interdum vereri & dubitare: quandoque tacere, nonnunquam obmurmurare ſignificat. Sic *muſſitare* opinor verbum deductum, ſicut *mutus*, ab (*m*) litera, quam dubitantes & muti exprimunt imprimis. CATAN. Ita Virgilius XII. Aen. vs. 657.

— — muſſat *rex ipſe Latinus,*
Quos generos vocet.

Ubi Servium vide, cui Nonium iungere poteris. BARTH. Vide & infra Lib. VII. Epiſt. I. n. 5. & ad Salluſt. l. Hiſt. Orat. Philippi n. 3. Audiamus tamen & Schefferum: *muſſantibus amicis*, Cuius? inquit; Artemidori. Hi licet magni amici, licet locupletes, in hac Artemidori difficultate muſſitabant tantum, i. e. ſilebant, non reſpondebant eius petitioni, ut ſubminiſtrarent argentum. Catanaeus non eſt adſecutus. SCHEFFER.

2 *Atque ita hoc feci, &c.*] Totus locus, qui ob pravam diſtinctionem hiulcus eſt, ita concipiendus: *Atque haec feci cum ſeptem amicis meis aut occiſis aut relegatis: (occiſis Senecione, Ruſtico, Helvidio: relegatis Maurico, Cratilla, Arria, Fannia) tot circa me jactis fulminibus quaſi ambuſtus mihi quoque impendere idem exitium certis quibuſdam notis augurarer.* CASAUB. *Atque ita hoc, &c.*] Revocavi ſcripturam Palatini, confirmatam praeterea auctoritate editionum exoletarum, vulgata recentius peſſime diſtinxerat; habebatque *Atque haec feci cum ſeptem amicis, &c.* Secuta quidem Modii Mſſ. ſed perperam. GRUTER. Illud *ita* plane otioſum eſt, neque habet, quo referatur. Veteres, omiſſo eo, habent, *atque haec feci*, quod non debet contemni, cum ſermo ſit non tantum de pecunia mutuo data, ſed & viſitatione. Plane puto locum ſic legendum: *Atque* iſta *haec feci.* SCHEFFER. Modius Novant. Epiſt. CVII. extr. *Atque haec feci* tum *ſeptem amicis* cet. quomodo edidit Gryphius, habeturque in recentioribus noſtris MSS. qui tamen fere: *Atque* ita hoc *feci* tum *ſeptem* cet. Sed ſi veteres *ita* non habent, quid opus eſt vel iſtud inculcare, vel inde facere *iſta*, ut voluit Schefferus? Niſi forte *ita hoc*, aut *ita haec* iuncta exiſtimas, ut Lib. I. Epiſt. II. n. 2. *peraeque eodem ſtilo*, ubi diximus. Mediceus Aldinam lectionem amplectitur, quae eſt, *Atque haec feci*, eamque reſtitui. Oxon. *atque* hoc *feci cum* cet.

3 *Senecione.*] *Herennio Senecione*, de cujus interitu ſupra. Fuit & *Seſſius*, & *Sempronius Senecio* iiſdem temporibus, & alii prius *Senecciones.* *Senecio* inſuper herba; quae a Graecis *Erigeron* vocatur. CATAN. Lege Sueton. Domitiano cap. X. Tacit. Agric. cap. II.

4 *Ruſtico.*] *Junio Aruleno Ruſtico*, de quo pariter ſupra. Fuit & *Junius Ruſticus* tradente Capitolino Stoicus, praeceptor Antonini Philoſophi, domi militiaeque pollens, quem idem Imperator in primis reverebatur. CATAN.

5 *Helvidio.*] Hic fuit filius Helvidii Priſci, & a Domitiano occiſus eſt, quod quaſi ſcenico exordio ſub perſona Paridis & Oenones divortium Imperatoris cum uxore tractaſſet. IDEM.

6 *Maurico.*] Ruſtici fratre. Voſſ. *Marico.* Vide Lib. I. Epiſt. V. n. 10.

7 *Gratilla.*] *Pomponia Gratilla* Aruleni Ruſtici uxore, quae poſtea exheredato filio Aſſudio Curiano, legatum Secundo & coheredibus reliquit. CATAN. Mediceus *Gratillia*, qui tamen in nomine mulieris nihil mutat infra Lib. V. Epiſt. I. n. 1. & 8.

8 *Arria.*] *Arrias* tres celebratas comperio: *primam* Cecinnae Paeti uxorem, quae marito & ſolatium mortis & exemplum fuit, *ſecundam* filiam prioris, & uxorem Paeti Thraſeae, quae cognito Senatuſconſulto adverſus maritum & ipſa exemplum matris ſequi voluit, ni a Thraſea eſſet admonita, ut viveret, & Fanniae filiae ſubſidium unicum eſſet, *tertiam* Arriam Fatidillam Antonini Pii, qui poſtmodum imperavit, matrem. Secundam Arriam nunc intelligit. CATAN. Arnzen. *Atria*; ſed Voſſ. *Arriano*, *Phania*, quod ſtatim ſe Gryphio ſuo probavit. Lege

[1] Fannia.) tot circa me jactis [2] fulminibus quaſi ambuſtus, mihi quo-
4 que impendere idem exitium certis quibuſdam notis augurarer. Non
ideo tamen [3] nimiam gloriam meruiſſe me, ut ille praedicat, credo:
5 ſed [4] tantum effugiſſe flagitium. Nam & [5] C. Muſonium ſocerum ejus,
quantum licitum eſt per aetatem, [6] cum admiratione dilexi, & Arte-
midorum ipſum jam tum, cum in Syria tribunus militarem, arcta fa-
miliaritate complexus ſum: idque primum nonnullius indolis dedi ſpe-
cimen, quod virum aut ſapientem, aut proximum, ſimillimumque ſa-

infra Lib. IX. Epiſt. XIII. & de matre huius *Arriae* infra h. l. Epiſt. XVI.

1 *Fannia.*] Duae fuerunt, *una* quae C. Marium captum juſſu Minturnenſium detinuit in domo, *altera* Thraſeae & Arriae filia Helvidio deſponſata, quae bis maritum ſecuta in exilium, tertio ipſa propter maritum relegata eſt. CATAN.

2 *Fulminibus.*] Suppliciis violentis. Hanc rem tangit in fine panegyrici c. XC. *Utrumque*, inquit, *noſtrum ille optimi cujuſque ſpoliator & carnifex ſtragibus amicorum in proximum jacto fulmine afflaverat.* IDEM. Vide Gevartium ad Statii III. Silv. III. vs. 158.

> — *attonitum & venturi* fulminis *ictum*
> *Horrentem*, tonitru *tantum*, *lenique procella*
> *Contentus monuiſſe ſenem.*

Adpoſitionem ſimilem vidimus apud Lucan. Lib. VII. vs. 134.

> Tot *rerum finem.*

3 Eximiam *gloriam meruiſſe.*] Mediceus: *nimiam gloriam*, optime, ſi conſideres, quod addit, *ut ille praedicat.* Ita enim ſolent praedicantes, ut Pompeius apud Lucan. Lib. VIII. vs. 139.

> *Heu* nimium felix *aeterno nomine Lesbos!*

& *nimis* atque *nimium* ea aetate, pro multo, inſigni & excellenti, frequentatum eſſe, pluribus oſtendunt notae ad Lucan. Lib. IV. vs. 695. CORTE.

4 *Tantum*, &c.] Ne amicum ab omnibus derelictum in calamitate, & ipſe negligerem. An *tantum*, duntaxat? CATAN. Poſterius verum eſt. Arnz. *tamen*, obvio lapſu.

5 *C. Muſonium.*] *C. Muſonius Rufus*, genere Tuſcus, equeſtris ordinis, ſtudium philoſophiae & Stoicorum placita aemulatus, & Plautum ad conſtantiam mortis hortatus, ſtudia juvenum praeceptis ſapientiae fovebat. Bello Vitelliano legatis ad Antonium ſe miſcuit, & in Publicum Celerem, quo Barcam Soranum, falſo teſtimonio circumventum arguebat, invectus eſt. Miror Suidam tradere *Muſonium Capitonem* Tuſcum ex oppido Vulſinio dialecticum & Stoicum philoſophum Apollonii Tyanei familiarem, quorum invicem multas extare epiſtolas, propter arguendi libertatem ſummam a Nerone interfectum: cum Philoſtratus Lib. II. prodiderit *Muſonium* in inſula Gyaro relegatum feciſſe fontem, ad quem omnes viſendi cauſa concurrebant. Aut igitur aperte diſſentiunt inter ſe, aut plures fuere *Muſonii*, quod ex Philoſtr. Lib. IV. & ex Euſeb. Chronicis conſtat. CATAN. De *Muſonio* Tacit. III. Hiſt. cap. LXXXI. Mediceus *G. Muſonium* ſcribit per *G.* ut ſolent vetuſtiores libri. Voſſ *Q. Muſonium* vocat, ex qua nota Arnz. inepte fecit: quod *Muſonium*; Oxon. omnibus litteris *Quintum Muſonium.*

6 Cum admiratione *dilexi.*] Optimus: *eadem ratione dilexi*, quod non placet. Qui magnos viros aut ſapientes ſectantur, illis propria eſt *admiratio*, quae ad imitationem deinde ducit. Lucanus Lib. IX. vs. 807.

> *Magnanimo iuveni*, miratorique *Catonis.*

Ubi vide Scholiaſten noſtrum Xenophon III. Cyrop. pag. 175. Ἠσθημένος σοφιστήν τινα αὐτῷ συνόντα καὶ ΘΑΥΜΑΖΟΜΕΝΟΝ ὑπὸ τοῦ Τιγράνους & de eodem pag. 188. Καὶ σύ μοι μάλα ἐδόκεις ΘΑΥΜΑΖΕΙΝ αὐτόν, & pag. 189. Ὅτι μοι ἐδόκει τὸν ἐμὸν υἱὸν ποιεῖν αὐτὸν μᾶλλον ΘΑΥΜΑΖΕΙΝ, ἢ ἐμέ. Statius V. Silv. II. vs. 75.

> — — *aequaevo cedere fratri*,
> Mirari*que patrem*, *miſeraeque ignoſcere matri*,
> *Admonuit fortuna domus.*

Ubi vide Cl. Marklandum pag. 264. Ipſe Plinius Lib. IV. Epiſt. XVI. n. 4. *Quem ego cum* ex admiratione diligere *coepiſſem*, *magis* admiratus ſum, *poſt-*

ſapienti [1] intelligere ſum viſus. Nam ex omnibus, [2] qui nunc ſe phi- 6
loſophos vocant, vix unum aut alterum invenies tanta ſinceritate,
[3] tanta veritate. Mitto qua patientia corporis, [4] hiemes juxta, & ae-
ſtates ferat, ut nullis laboribus cedat, ut nihil in cibo, in potu volu-
ptatibus tribuat, ut oculos animumque contineat. Sunt haec magna, 7
ſed in alio: in hoc vero, minima, ſi ceteris virtutibus comparentur:
quibus meruit, ut a C. Muſonio ex omnibus omnium ordinum aſſe-
ctatoribus gener adſumeretur. Quae mihi recordanti eſt quidem ju- 8
cundum, quod me cum apud alios, tum apud te tantis laudibus cu-
mulat. Vereor tamen ne modum excedat, quem benignitas ejus (illuc
enim unde coepi revertor) non ſolet tenere. Nam in hoc uno inter- 9
dum vir alioquin prudentiſſimus, honeſto quidem, ſed tamen erro-
re verſatur, quod pluris amicos ſuos, quam ſunt, arbitratur. *Vale.*

XII. C. PLINIUS [5] CATILIO SUO S.

A Catilio invitatus ad coenam Secundus brevi epiſtola reſpondet, iis conditionibus ſe venturum, ut ſit brevis & frugi: nec in ſeveris ſermonibus modum excedat, cum ſit iturus ante lucem ad officia.

VEniam ad coenam, ſed jam nunc paciſcor, ſit expedita, ſit parca, [6] Socraticis tantum ſermonibus abundet: in his quoque teneat modum.

poſtquam penitus inſpexi. Lib. I. Epiſt. XXII. n. 1. *Titum Ariſtonem ſingulariter & miror, & diligo.* Epiſt. XVI. n. 9. *Pravum malignumque eſt, non* admirari *hominem, admiratione digniſſimum* cet. & ſic. Epiſt. X. n. 3. & alibi. CORTE.

1 Intelligere *ſum viſus.*] i. Virtutes eius intelligere ſum viſus, ut loquitur Lib. I. Epiſt. X. n. 3. Sed pari modo Lib. VIII. Epiſt. XXIII. n. 5. *Quem* legatum *tribunus ita &* intellexit, & cepit, *ut ex Germania in Pannoniam transeuntem . . . ſequeretur.*

2 *Qui nunc ſe philoſophos vocant.*] Lindenbr. Oxon. Bongarſ. & Voſſ. *quos nunc philoſophos vocant.* Sed alterum arrogantiae & oſtentationi ſaeculi magis congruit.

3 *Tanta* veritate.] Mira videbatur lectio Fr. Modio Novant. Epiſt. CXXII. qui propterea ex MSS. duobus reponebat: *tanta virtute*, quomodo etiam Gryphius edidit. At noſtri omnes *veritate*, neque hoc mirum viſum eſſet, ſi adverti ſſet vir doctus, *verum* Noſtro eſſe ſincerum, ſimplex, & ab adfectatione & oſtentatione remotum, ut vidimus ad Lib. II. Epiſt. IX. n. 4. *Habet avunculum C. Septicium, quo nihil* verius, *nihil ſimplicius, nihil candidius, nihil fidelius novi.* Supra h. l. Epiſt. II. n. 3. *Nam plurimum* fide, *plurimum* veritate, *plurimum intelligentia praeſtat.* Nec abit notio, qua Epiſt. VI. n. 3. *verum colorem* dixit. Et ſic paſſim in deliciis hoc vocabulum aptiſſimum habet. Ipſe Cicero *fidem & veritatem Aquilii* laudat, de quo H. Stephanus Lib. II. Schediasm. VI. egit, licet non ſatis adcurate. CORTE.

4 *Hiemes iuxta & ae. f.*] Imitatur Salluſt. Iug. cap. LXXXV. n. 33. ubi Marius: *doctus ſum, hiemem & aeſtatem iuxta pati.*

5 *Catilio Suo.*] Mediceus *Catillo*; Riccard. (nam & is hic, poſt longam lacunam, pergit) in contextu Epiſtolarum nihil mutat, at in Indice *Attilio Severo* inſcripſit, ut Voſſ. Helmſt. Arnz. Oxon. Ed. Vet. & Gryphius *Catilio Severo.*

6 *Socraticis.*] Moralibus, amatoriis, jucundis,

ho-

modum. Erunt officia [1] antelucana, in quae incidere impune, ne [2] Catoni quidem licuit. Quem tamen [3] C. Caeſar ita reprehendit, ut laudet. [4] Deſcribit enim, eos, quibus obvius [5] fuerat, cum [6] caput ebrii retexiſſent, [7] erubuiſſe. Deinde adjicit, *Putares non ab illis Catonem, ſed illos a Catone* [8] *deprehenſos.* Potuitne plus auctoritatis tribui
4 Catoni, quam ſi ebrius quoque tam venerabilis erat? Noſtrae tamen coenae ut apparatus & impendii, ſic temporis modus conſtet. Neque enim ii ſumus, quos vituperare ne inimici quidem poſſint, niſi ut ſimul laudent. *Vale.*

XIII.

honeſtis, philoſophicis. Primus enim Socrates introduxit ethicam philoſophiam ad officia vitae neceſſariam. CATAN.

1 *Antelucana.*] Ante lucem. Varro in re ruſtica *antelucanum tempus* vocat gallicinium. ſic Apulejus, *Antelucio volo ire*, pro ante lucem diei. IDEM. *Erant officia antelucana*, *&c.*] Sic diſtingue: *Erant officia antelucana*: *in quae*, *&c.* Hoc eſt, coena eſt ejuſmodi, quae non impediat officia ante lucem obeunda. Tale fuit officium antelucanum, de quo Epiſt. de . Plinio ſupra: *Ante lucem ibat ad Veſpaſ. Imp.* CASAUB. Cavet noctem mero inſumere de more Romano. Exemplum pulchrum exſtat apud Auct. ad Herennium. BARTH.

2 *Catoni.*] Uticenſi. Hic dum ad officia antelucana accederet, involuto capite a petulantibus juvenibus fuit reprehenſus. CATAN.

3 *C. Caeſar.*] C. Julius Caeſar dictator. Nam poſt necem Catonis, qui ſemet Uticae confecit, M. Tullius laudem ejus complexus eſt Lib. qui Cato Major dicitur. Hunc librum & propter ingentes viri virtutes & oratoris ſummam eloquentiam cum Caeſar videret amplecti, exorſus eſt duos Anticatones, quibus crimina Catonis colligens (fuerat enim illi Cato in republ. hoſtis, ut qui Caeſaris tyrannida praeſagiret) magnam in tantum virum iracundiam effudit. Sunt tamen, qui urbanitatis gratia, ut cum Cicerone contenderet, quam odio adverſus defunctum, ſcriptos opinentur. Anticatonum meminere Fabius, Tranquill. Juvenalis, Plutarchus & Servius. IDEM. Mediceus: *G. Caeſar*, ut ſup. Epiſt. XI. n. 5. neque aliter Oxonienſis.

4 *Deſcribit enim.*] Malim, *ſcribit enim*, ſyllaba *de* ex fine praecedentis vocis hujus initio male adhaeſit. CASAUB. Noſtri omnes *Deſcribit*, & eſt ſane, ubi hoc verbum pro ſimplici *ſcribere* ponitur. Quid illud Taciti VI. Ann. cap. XXIV. *Recitari factorum dictorumque eius* deſcripta *per dies juſſit?* quamquam ſi ſcripſit eos erubuiſſe, conſueto etiam ſignificatu Verbum illud obtinere poteſt.

5 *Fuerat.*] Pal. & Vetus editio, *fuerit.* Poterat tota illa vox abeſſe. GRUTER. Ita ſaepiſſime ad Salluſtium cenſebat vir idem doctiſſimus, neſcio quo odio Verbi ſubſtantivi inductus. Riccard. Arnz. Oxon. penes nos cum aliquot impreſſis *fuerit*; Helmſt. *fuit*; ſed Mediceus & reliqui recte *fuerat*. Vide ad Lib. II. Epiſt. X. n. 3.

6 *Caput ebrii.*] Nam vino incaluit, & noctes bibendo amicis impartiebatur, cum toto die circa negocia publica occupatus eſſet. Unde Memnius quidam totas noctes Catonem ebrium eſſe dicebat: cui Cicero, *Num addes eum dies totos ad aleam ludere?* CATAN. *Cum caput ebrii*, *&c.*] Romani ferme aperto & nudo capite agebant. Sed molles, & valetudine impliciti illud tegebant: at qui latere & fallere cupiebant, vel obvolvebant; ut vel pudori, vel ſaluti ſuae conſulerent, cum ignorarentur. Cujus rei non pauca exempla inveniuntur. Sic igitur & Cato ex convivio in lucem tracto rediens, texit caput, ne noſceretur, & in ebrietatis ac intemperantiae reprehenſionem cum famae diſcrimine incurreret. BUCHNER.

7 *Erubuiſſe.*] Verecundia confuſos cum agnoviſſent eſſe Catonem. CATAN.

4 *Deprehenſos.*] Inventos in aliquo crimine. Nam ſecundum Senecam, quiſquis objecit Catoni crimen, facilius eum fecit honeſtum, quam turpem. IDEM. Male Helmſtad. *reprehenſos.* Notum eſt illud Iuvenalis Sat. VI. vs. 284.

— — *nihil eſt audacius illis*
Deprenſis.

ubi interpretes adeas licet. Tacitus III. Ann. cap. LIII. *Ne denotantibus vobis ora ac metum ſingulorum*, *ipſe etiam viderem eos*, *ac velut* deprehenderem. Eadem ratione *tenere* uſurpant.

1 RO-

XIII. C. Plinius. [1] Romano Suo S.

Panegyricam orationem, qua Trajano Conſulatus accepti gratias egit, Voconio Romano emendandam mittit: & difficultatem in ea propter vulgatam jam materiam excuſat.

Librum, quo nuper [2] optimo Principi Conſul gratias egi, miſi exi-
genti tibi, miſſurus etſi non exegiſſes. In hoc conſideres velim, 2
ut pulchritudinem materiae, ita difficultatem. In ceteris enim le-
ctorem novitas ipſa intentum habet: in hac, nota, vulgata, [3] dicta
ſunt omnia: quo fit, ut quaſi ocioſus ſecuruſque lector tantum [4] elo-
cutioni vacet: in qua ſatisfacere difficilius eſt, cum ſola aeſtimatur.
Atque utinam [5] ordo ſaltem & tranſitus, & figurae ſimul [6] ſpectaren- 3
tur: Nam invenire praeclare, enunciare magnifice, interdum etiam
[7] barbari ſolent: diſponere apte, figurare varie, niſi eruditis negatum
eſt. Nec vero affectanda ſunt ſemper elata & excelſa. Nam ut in 4
pictura lumen non alia res magis quam [8] umbra commendat, ita ora-
tionem tam ſubmittere, quam attollere decet. [9] Sed quid ego haec 5
doctiſſimo viro? Quin potius illud, adnota, quae putaveris corrigen-
da.

1 *ROMANO SUO.*] Riccard. in Indice, Voſſ. Oxon. Arnz. Ed. Vet. & Gryphius: *Voconio Romano Suo S.*

2 *Optimo.*] Trajano, qui ob morum probitatem a Senatu *Optimi* cognomen meruit. CATAN.

3 *Dicta ſunt omnia.*] Ita nimirum diſtinguunt Hackiana, Ienenſis & quaedam aliae Edd. *nota, vulgata, dicta ſunt omnia*, ut *dicta* intelligantur ſaepius dicta, vel dicta ab aliis, quaſi in animo habuiſſet illud Maronis III. Georg. princ.

Cetera, quae vacuas tenuiſſent carmina mentes,
Omnia iam vulgata. —— ——
Cui non dictus *Hylas puer, & Latonia Delos.*

Alii coniungunt *vulgata dicta.* minus eleganter.

4 *Elocutioni vacet.*] Intentus ſit rationi bene & apte dicendi. Eſt enim elocutio idoneorum verborum & ſententiarum ad inventiones accommodatio, quae ſuavitatem & gravitatem plurimam affert. CATAN.

5 *Ordo.*] Qui rectus eſſe debet. Nam ut quaeque geſta ſunt prius, ita narranda praeſertim in genere demonſtrativo: in conjecturali non ſemper: & ſententioſe dicere ſine verborum & ordine & modo, infantia eſt. M. Tullius de Oratore. CATAN.

6 *Spectarentur.*] Helmſt. *exſpectarentur*, ut ſaepiſſime peccant veteres libri. Ex huiusmodi tamen vitiis pleraque illa provenerunt, quae viri docti adhibere ſolent, ut oſtendant *exſpectare*, ſignificare *ſpectare.*

7 *Barbari.*] Imperiti, non callentes oratoriam. CATAN.

8 *Umbra.*] Extrema circumlita corporibus, cum nec pictura, in qua nihil circumlitum eſt, emineat. Ideoque artifices etiam cum plura in unam tabellam opera contulerunt, ſpatiis diſtinguunt, ne umbrae in corpore cadant. praeter hoc color ipſe dicendi quamlibet clarius, multis tamen variis velut maculis conſpergitur. Hunc locum Fabius Lib. VIII. capite de generibus ſententiarum latius tractat. IDEM.

9 *Sed quid ego haec d. v.?*] Mediceus: *ſed quid* egi *haec d. v.* perperam. Eſt imitatio Tullii, qui Lib. IX. Fam. Epiſt. III. n. 6. *Sed quid* ego *nunc haec ad te, cuius domi naſcuntur?* Supra Oxon. *Nec vero* adiecta *ſunt ſemper elata.*

da. Ita enim magis credam [1] cetera tibi placere, ſi quaedam diſplicuiſſe cognovero. *Vale.*

XIV. C. Plinius [2] Acilio Suo S.

Exemplo Macedonis monet, non debere dominos erga ſervos truces eſſe, a quibus ille pene in balineo necatus, non multo poſt interiit: verum prius ultus eſt mortem ſuam, comprehenſis & occiſis interfectoribus.

REm atrocem, nec tantum [3] epiſtola dignam, Largius [4] Macedo, vir praetorius, a ſervis ſuis paſſus eſt, ſuperbus alioquin dominus & ſaevus, & qui ſerviſſe patrem ſuum parum, [5] immo nimium meminiſſet.
2 Lavabatur in villa [6] Formiana. repente eum ſervi circumſiſtunt: alius fauces invadit, alius os verberat, alius pectus & ventrem: atque etiam (foedum dictu) verenda contundit: & cum exanimem putarent, abjiciunt in [7] fervens pavimentum, ut experirentur, an viveret. Ille, ſive

1 *Cetera tibi placere.*] Imitatur Sidonius Lib. IX. Epiſt. III. extr. *Tunc enim certius te probaſſe reliqua gaudebo, ſi lituraſſe aliqua cognovero.*

2 *Acilio.*] *Acilios* plures fuiſſe conſtat, ſed maxime celebratum, qui navali ad Maſſiliam praelio injecta in puppem hoſtium dextra, & abſciſſa, memorabile illud apud Graecos exemplum imitatus tranſiluit in navem, umbone obvios agens. Item *Acilium* poetam, & *Acilium Glabrionem* conſulem cum Trajano a Domitiano relegatum, & interfectum: ut *Acilium Stenclcum* omittam, & quos jam alibi notavimus. Catan. Riccard. in Indice *Pacilium* vocat, Arnz. *Atilium.*

3 *Epiſtola.*] Sed tragoedia. Catan.

4 *Macedo.*] Apud JC. lego *Macedonem* fuiſſe virum ſceleſtum: & ceteris malis, quae illi natura adminiſtrabat, etiam aes alienum adhibuiſſe. Unde decretum Senatuſconſultum Macedonianum, ne ſaepe materiam peccandi hominibus malis praeſtaret. Idem.

5 *Imo minimum meminiſſet.*] Lipſius ad II. Hiſt. Taciti pro *minimum*, *nimium* legit. Neque vero enixi in altum ex humili ideo tantum ſuperbiam induunt, quod dememinerint fortunae prioris, ſed quod meminerint maximae: dum ipſa illius memoria ſtimulos ſubjicit, utendi improbius ac impotentius felicitate praeſenti. Veriti, ne, niſi id faciant, in ſortis priſtinae vilitatem recidiſſe videri queant. Quae ut non abſurde pro Lipſii conjecturâ afferri poſſint, putaverim tamen ea de cauſſa poſſeſſione ſua lectionem veterem exturbandam haud eſſe. Namque & ea ſenſum ſuum, neque ineptum habet. Buchner. Veriſſima eſt coniectura Lipſii ad Tacit. II. Hiſt. cap. XLVIII. extr. eamdemque optimus Mediceus ſimul, & Arnz. confirmant, ut ſine haeſitatione in textum recipi debuerit. Nulla enim vis eſt in iſta vulgari correctione: *parum, immo minimum.* Similiter loquitur Tacitus l. c. *Neu patruum ſibi Othonem fuiſſe, aut obliviſceretur umquam, aut* nimium meminiſſet. *Parum* & *nimium* componebant vulgares Edd. Lucani Lib. V. vs. 741.

Venit moeſta dies, & quam nimiumque parumque
Diſtulimus.

Sed ibi ex melioribus libris *minimumque, parumque* defendimus. Eadem varietas occurrit ſupra Epiſt. XI. n. 7. ubi MS. Arnz. *in hoc vero nimia* habet, pro *minima.* Corte.

6 *Formiana.*] Quam in agro Formiano habebat. *Formiae* oppidum, antiqua Laeſtrigonum ſedes, cujus Lacones conditores prius *Hormias* a ſtatione frequenti appellantes: deinde aſpiratione in *F* mutata, dictae ſunt *Formiae.* Ejus littoris amoenitatem & crebras ſtationes Martialis Lib. X. multis commendat. Catan.

7 *Fervens pavimentum.*] Peruſtum ſolum balinei. *Pavire* antiqui ferire dixerunt, a quo *pavi-*

ſive quia non ſentiebat, ſive [1] quia non ſentire ſimulabat, immobilis, & extentus, [2] fidem peractae mortis implevit. Tum demum, [3] quaſi 3
aeſtu ſolutus, effertur: excipiunt ſervi fideliores: concubinae cum ululatu & clamore concurrunt. Ita & vocibus excitatus, & recreatus loci frigore, ſublatis oculis agitatoque corpore, vivere ſe (& jam tutum erat) confitetur. Diffugiunt ſervi, quorum magna pars compre- 4
henſa eſt, ceteri requiruntur: ipſe paucis diebus [4] aegre focillatus, non ſine ultionis ſolatio deceſſit, ita vivus vindicatus, ut occiſi ſolent. Vides [6] quot periculis, quot contumeliis, quot ludibriis ſimus obno- 5
xii, nec eſt quod quiſquam poſſit eſſe ſecurus, quia ſit remiſſus & mitis. [7] Non enim judicio domini, ſed ſcelere perimuntur. verum haec hactenus. Quid praeterea novi? Quid? nihil, alioquin ſubjun- 6
gerem.

pavimentum ex crebra percuſſione. IDEM. Catanaeus explicat *peruſtum ſolum balinei.* Sed quid eſt *peruſtum ſolum?* quomodo, aut cur *peruſtum?* ſermo eſt de hypocauſto balinei, quod ſub pavimento calefieri ſolebat, ergo pavimentum eius, praeſertim recens calefacti, fervens. Noſter Lib. II. Epiſt. XVII. *Applicatum eſt cubiculo hypocauſtum perexiguum, quod anguſta feneſtra ſuppoſitum calorem, ut ratio exigit, aut effundit aut retinet.* SCHEFFER. Qui paullo benignius alterius verba interpretari adſueti ſunt, eumdem ſenſum in Catanaei verbis reperient. Noſtra certe ratio a captandis aliorum verbis quam longiſſime abhorret.

1 *Quia ſe non ſentire ſimulabat.*] Ita plerique impreſſi, & Mediceus. Tres tamen alii MSS. & ex vett. Edd. aliquot: *quia non ſentire ſimulabat*, ut Provocabulum *ſe* omittatur. Ita etiam emendabat Barthius. Eadem ratione Codd. Lib. I. Epiſt. XIX. n. 3. *Quod admonere deberem, niſi ſcirem, ſponte facturum*, pro *te facturum.* Ovidius II. Metam. vs. 697.

— — ſimulat *Iove natus* abire.

Lib. IV. vs. 338.

— ſimulat*que gradu* diſcedere *averſo.*

Atque ita ſcribendum apud Cicer. I. Offic. cap. XXX. *Inprimis verſutum & callidum factum Solonis, qui, quo & tutior vita eius eſſet, & plus aliquanto reip. prodeſſet*, furere *ſimulavit*, ut eſt in optimo MS. Palatino. Vulgo: *furere ſe ſimulavit.* adde infra ad Lib. VI. Epiſt. XVI. n. 12. CORTE.

2 *Fidem peractae mortis implevit.*] Fecit fidem tanquam ſi vere mortuus eſſet. CATAN. Non, tamquam ſi vere mortuus eſſet, quod vult Catanaeus, ſed tamquam ipſi vere feciſſent, quod eſſet mortuus, id eſt, vere ipſum interfeciſſent. SCHEFFER. De vi verbi *peragere* vide ad Lucan. Lib. I. vs. 691.

Impiaque in medio peraguntur *bella ſenatu.*

3 *Quaſi aeſtu ſolutus.*] Diſſimulato ſic ſcelere. BARTH. Mediceus: *quaſi* aeſtus *ſolutus.*

4 *Aegre* refocillatus.] Mediceus, Riccard. Lindenbr. & Bongarſ. optimi libri: *aegre focillatus.* Diceres, propter praecedens *re*, in Particula *aegre*, hoc eveniſſe. Sed & infra Epiſt. XVI. n. 12. Codd. Focillata, *dixeram, inquit, vobis* cet. Verbum *Focillare*, hoc ſenſu, ex Seneca, Suetonio aliiſque nemini ignotum eſt. Vide Caſaubon. ad Sueton. Aug. cap. XVI. princ. MS. Arnz. *aegre ſollicitatus.* Aldum mireris, qui hic *refocillatus*, infra tamen *focillata* edidit. Pari prorſus modo variat Ed. vet. At Oxonienſ. utroque loco ſimplex defendit.

5 *Ultionis.*] Quia ſervi ſunt puniti. Apud JC. multis quaeritur, qui ſervorum veniant puniendi occiſo domino: ubi Ulpianus reſpondet, *pariter condemnandos, qui ei auxilium non tulerunt, quoties potuerunt adverſus vim opem ferre.* CATAN. Plane ut Phaedrus: *mortis in ſolatium.* Adi & infra Epiſt. XVI. BARTH. Locus Phaedri eſt Lib. I. Fab. IX. vs. 8. ubi opportune Cl. Burmannus cum alii, tum Pricaeum ad Apulei. II. Metam. pag. 124. laudavit, qui *ultionis ſolatium*, adductis etiam Plinii verbis, late illuſtravit. adde ſupra Epiſt. I. n. 11.

6 Quot *periculis.*] Mediceus & hic, & deinceps *quod* ſcribit.

7 *Non enim indicio.*] Quaſi de re uſitata loquitur. BARTH.

gerem. nam & [1] charta adhuc ſupereſt, & dies feriatus patitur plura
contexi. Addam, quod opportune de eodem Macedone ſuccurrit,
quum in publico Romae lavaretur, notabilis, atque etiam, ut exitus
7 docuit, ominoſa res accidit. Eques Romanus a ſervo ejus, [2] ut trans-
itum daret, manu leviter admonitus, convertit ſe, nec ſervum, a quo
erat tactus, ſed ipſum Macedonem tam graviter [3] palma percuſſit, ut
8 pene concideret. [4] Ita balineum illi, quaſi per gradus quoſdam, pri-
mum contumeliae locus, deinde exitii fuit.

XV. C. Plinius [5] Proculo Suo S.

Roganti Proculo, ut verſus ſuos emendaret, & an publicandi eſſent, judicaret: reſpondet ſe libentiſſime ſuſcepturum tale onus, jamque videri dignos editione, niſi deceptus fuerit ſuavi ejus recitatione.

PEtis, ut libellos tuos in ſeceſſu legam, examinemque, [6] an editi-
one ſint digni: adhibes preces, [7] allegas exemplum: rogas etiam,
ut aliquid [8] ſubſecivi temporis ſtudiis meis ſubtraham, impertiam tuis:
2 adjicis [9] M. Tullium mira benignitate poetarum ingenia foviſſe. Sed
ego nec rogandus ſum nec hortandus. nam & poeticen ipſam religi-
oſiſſime

1 Charta *adhuc ſupereſt.*] Riccard. quarta *adhuc ſupereſt.* nempe *carta* & *quarta* in pronunciatione coincidunt, ut *locutus*, *loquutus*; *cocus*, *coquus* & ſimilia. Infra Voſſ. *plura contexui.*

2 *Ut tranſitum daret.*] Ut via decederet. Barth.

3 *Palma percuſſit.*] Diverſum ab exemplo Diogenis, qui cum vidiſſet adoleſcentem laſcivum, percuſſit paedagogum tanquam huius intemperantiae auctorem. Catan. Petron. Sat. cap. XCV. *Simul os hominis palma excuſſiſſima pulſat.* Barth. Mediceus: *graviter* palam *percuſſit*, ut ſupra *idem*, pro *diem*, eaedem membranae.

4 *Ita* balneum *illi.*] Mediceus, Bongarſ. Helmſtad. & Arnz. *Ita* balineum *illi*, quod cum toties apud Noſtrum habeatur, mirum videri queat, cur hic editoribus diſplicuerit.

5 *PROCVLO SVO.*] Riccard. in Indice *Silium Proculum* vocat.

6 *An editione ſint digni.*] Mediceus: *an editiones in dignis*, librarii vitio. Helmſt. Oxon. & Arnz. *examinem*, ſine *que.* Infra Voſſ. *Adiicis preces*, quod ſtatim repetitur.

7 *Adlegas exemplum.*] Conſule Budaeum ad Pandect. pag. 383. Barth. Mox Riccard. Voſſ. Oxon. & Arnz. *rogas enim.*

8 *Succiſivi.*] Subciſi, ſubtracti a rebus urgentibus. Vocabulum Apuleianum, quo M. Tullius, Tranquillus, Gellius etiam utuntur. *Succiſivum* interdum ſignificat reliquum, ſuperfluum, inutile. Catan. Voſſ. Helmſt. Arnz. *ſucceſſivi*, unde Lindenbr. *ſucceſſui.* Riccard. *ſubſicivi*, Mediceus *ſubſecivi*, quomodo ſcribendum eſſe, monuit pridem Ferrarius ad Cic. II. Philipp. cap. VIII. Adde Turneb. Comment. ad Cic. I. de Legib. cap. III. pag. 261. & quae interpp. ad Quinctilian. Lib. I. cap. XII. pag. 123.

9 *M. Tullium.*] Extat adhuc oratio, pro Archia poeta Fuit Cicero puer ad carmen non mediocriter inclinatus, ut libellis quibuſdam verſibus editis ingenium ejus primum eluxerit, poſtmodum in ſeceſſu haec ſtudia exercuit: & in urbe interdum non pauciores quingentis verſibus per ſingulas noctes componere ſolitum tradiderunt. Multa tranſtulit ex Demetrio, & Aratum Latinum fecit. Balchionas, Uxorium, Nilum metro panxit. Sed quanto majorem laudem ſoluta oratione meruit, tanto minorem verſu, invita (ut inquit Martialis) Minerva. Catan.

10 *Poeticen.*] Artem ſcribendae poeſeos. Diſtat haec a poemate & poeſi, quod *poetica* ars ipſa

oſiſſime veneror, & te validiſſime diligo. Faciam ergo, quod deſi-
deras, tam diligenter, quam libenter. Videor autem jam nunc 3
[1] poſſe reſcribere, eſſe opus pulchrum, nec ſupprimendum, quantum
[2] aeſtimare licuit ex his, quae me praeſente recitaſti: ſi modo mihi
non impoſuit recitatio tua. legis enim ſuaviſſime [3] & peritiſſime. Con-
fido tamen, me non ſic auribus duci, ut omnes aculei judicii mei illa-
rum delinimentis [4] refringantur. hebetentur fortaſſe & paululum [5] re- 4
tundantur, [6] evelli quidem, extorquerique non poſſunt. Igitur non 5
[7] temere jam nunc de univerſitate pronuncio: de partibus experiar,
legendo. *Vale.*

XVI.

ipſa intelligitur]. *poema* autem pars operis, ut deſcriptio armorum Achillis; *poeſis* contextus & corpus totius operis effecti, ut Ilias, Odyſſea, Aeneis. Sic Marcellus, Aphthon. Diomedes, Epheſtio. Donatus autem putat *poeſin* eſſe unius carminis plures libros. CATAN. Mediceus: *ipſam* religioſiſſimam *veneror & te* validiſſime *diligo.* Illud *religioſiſſimam* eſt ex eo genere erratorum, de quibus ad Lib. II. Epiſt. XIII. n. 11.

1 *Poſſe* reſcribere.] Optimus: *poſſe* ſcribere, ut iterum Lib. IV. Arnz. & Helmſt. *Videor iam nunc*, omiſſo *autem.* Oxon. *reſcribere eſſe* neglexit.

2 *Aeſtimare licuit ex iis.*] Eaedem primariae membranae: *eſt iam placuit ex his*, quod tamen librario adſcripſerim. *his* vero, non *iis*, etiam in Voſſ. & Bongarſ. habetur.

3 *Et peritiſſime.*] Haec Mediceus non agnoſcit.

4 *Reſtringantur.*] Reprimantur, minuantur. *refringantur*, ut eſt in aliquibus exemplaribus. CATAN. *Reſtringantur.*] Haud aliter Palatin. neque ſecus editio antiquior, junior namque *refringantur.* GRUTER. *Reſtringantur* bene, non *refringantur.* Reſtringuntur autem aculei, cum ſtringuntur retro, ſic, ut obverſi nocere nequeant: quomodo erinaceorum aculei reſtricti non efficiunt. Fitque hoc non raro delinimentis, quibus demulcetur genus hoc, ut aculeos ponant. Quo noſter reſpicit. SCHEFFER. Ridiculus reſpectus, ſi iudicium Secundi & erinacei componuntur! Quaſi *aculei* eſſent tantum erinaceorum. Nec melius reliqua habent, etiamſi Gruterus in partibus reperiatur. Haeret quidem in Helmſt. & Arnz. ut ſolent illi fere Palatino ſecundas agere, *reſtringantur*; ſed exemplis docere debuiſſent optimi viri, *reſtringere aculeos* ullum ex probatis ſcriptoribus dixiſſe. At *acies*, *aculei*, *ſtimuli*, *mucrones refringuntur* illi ſaepiſſime, nec aequum adeo erat, veterem lectionem, *refringantur*, immutari. Certe etiam Mediceus & Voſſ. habent *refrigantur*, Riccard. & reliqui *refringantur.* Plinius maior Lib. VIII. Hiſt. Nat. cap. XV. extr. *Mirum pardos, pantheras, leones & ſimilia, condito in corporis vaginas unguium mucrone, ne* refringantur *hebetenturve, ingredi.* Propert. Lib. III. Eleg. XVII. vs. 9.

Quam poſſit veſtros quisquam reprehendere curſus
Et rabidae ſtimulos frangere *nequitiae.*

Adde & Paſſerat. ad Eiusd. Lib. II. Eleg. III. CORTE.

5 *Retundantur.*] Refringantur. CATAN. *Hebetentur fortaſſe*, &c.] Eſt & haec ſcriptura dictorum codicum. Novitii quippe *hebetantur & retunduntur.* GRUTER. Mediceus etiam aliique ſcripti cum Aldo & Vet. Ed. *hebetentur*, *retundantur.*

6 Revelli *quidem, extorquerique.*] Aptius, ne toties *re* audiamus, Mediceus & Helmſt. *evelli*, idque proximum extorqueri defendit. Cicero pro Cluent. cap. LV. *Hoc metu propoſito*, evellere *ſe* aculeum *ſeveritatis veſtrae poſſe confidunt.* CORTE.

7 *Temere.*] Fruſtra, inconſulte. Tranquillus pro *fere* poſuit. *Nec temere*, inquit, *unquam triclinio abſceſſit.* In quem ſenſum pariter Plinius ſenior frequentius uſurpavit. CATAN.

XVI. C. Plinius Nepoti Suo S.

Probat exemplo alia eſſe clariora, alia majora facta: nam Arria non minora fecit, dum viveret, quam dum moreretur, & tamen magis laudatur vox ejus porrigentis marito gladium, Paete non dolet, *quam dum mortuum filium viro aegrotanti vivum ſimulat, & exulem navicula proſequitur.*

ADnotaſſe videor facta, dictaque virorum, feminarumque illu-
ſtrium, alia clariora eſſe, alia [1] majora. Confirmata eſt opinio
2 mea heſterno Fanniae ſermone. neptis haec Arriae illius, quae marito
& ſolatium mortis & [2] exemplum fuit. Multa referebat aviae ſuae
non minora hoc, ſed obſcuriora: quae tibi exiſtimo tam mirabilia le-
3 genti fore, quam mihi audienti fuerunt. Aegrotabat [3] Caecinna Pae-
tus, maritus ejus, aegrotabat & filius, uterque mortifere, ut videba-
tur. Filius deceſſit eximia pulchritudine, [4] pari verecundia, & paren-
4 tibus non minus [5] ob alia charus, quam quod filius erat. Huic illa
ita [6] funus paravit, ita duxit exſequias, ut ignoraret maritus. quin-
immo quoties cubiculum ejus intraret, vivere filium atque etiam
commodiorem eſſe ſimulabat. Ac perſaepe interroganti, *quid ageret*
5 *puer*, reſpondebat, *Bene quievit*, *libenter cibum ſumpſit.* Deinde
cum diu cohibitae lacrymae vincerent prorumperentque, egredieba-
tur. tunc ſe dolori dabat: ſatiata ſiccis oculis, compoſito vultu [7] re-
dibat

1 *Majora.*] Re ipſa plus virtutis habentia, ſed minus nominis. Catan. Adde infra Lib. VI. Epiſt. XXIV.

2 *Exemplum.*] Quia ſe prius interfecit. Martialis.

Caſta ſuo gladium cum traderet Arria Paeto,
Quem de viſceribus traxerat ipſa ſuis. &c.

Catan. Dict. Lib. VI. Epiſt. XXIV. n. 4. *Hortata eſt, ut moreretur, comesque ipſa* mortis, *dux immo, &* exemplum, *& neceſſitas fuit.*

3 *Caecinna Paetus.*] Decipiuntur, qui exiſtimant *Arriam* in morte ſua & mariti conſtantia celeberrimam *Paeti Thraſeae* uxorem, cum non haec, ſed ejus filia pari nomine *Arria* fuerit. Illos autem fefellit, quod uterque & *Caecinna & Thraſea* cognominatus eſt *Paetus*, opinantes unum tantum fuiſſe *Paetum.* Apud Dionis abbreviatorem mendoſe ſcriptum eſt de *Arria* *γυνὴ Κεκίννου ὑπάτου* pro *γυνὴ Κεκίννου Παίτου*, id eſt, *uxor Caecinni Paeti.* Catan. Mediceus additamentum illud: *maritus eius*, excludit, quod ſi plane periret, Plinio forte nihil decederet. Oxon. *Aegrotabat coniux l. maritus & filius,* ceteris eiectis.

4 Pari *verecundia.*] Hoc Plinianum eſſe, iam ad Lib. I. docuimus. Male Mediceus *pari* neglexit.

5 *Ob* alia *carus.*] Legerem: *ob* talia *carus.* Barth. Non ego. Non minus ob *alias* virtutes, quam quod filius eſſet, amabatur.

6 *Funus.*] Exequiarum pompam, aliquando ipſum officium ſignificat, interdum cadaver. Sic appellatum, auctoribus Donato & Servio, a *Funalibus*, quae intra ceram ſunt. Nam *Funes* incenſos majores noſtri mortuis praeferebant. Generalius eſt *funus* quam *exequiae* Catan.

7 *Redibat.*] Ad maritum. Idem. *Redibat.*] Sic omnis editio paulo antiquior, ridicule junior quae-

dibat tanquam orbitatem foris reliquiſſet. Praeclarum quidem illud 6
ejuſdem, ferrum ſtringere, perfodere pectus, extrahere pugionem,
porrigere marito, addere vocem immortalem ac pene divinam,
[1] *Paete non dolet.* Sed tamen [2] facienti iſta dicentique gloria & aeter-
nitas ante oculos erant: [3] quo majus eſt ſine praemio aeternitatis, ſine
praemio gloriae abdere lachrymas, operire luctum, amiſſoque filio
matrem adhuc agere. [4] Scribonianus arma in [5] Illyrico contra Clau- 7
dium moverat: fuerat Paetus in partibus, [6] & occiſo Scriboniano,
Romam trahebatur. Erat aſcenſurus navem, Arria milites orabat, 8
ut ſimul imponeretur. *Nempe enim* (inquit) *daturi eſtis* [7] *Conſulari
viro ſervulos aliquos, quorum e manu cibum capiat, a quibus veſtia-
tur, a quibus calcietur.* [8] *Omnia ſola praeſtabo.* Non impetravit. 9
Conduxit piſcatoriam naviculam, ingenſque navigium minimo ſecuta
eſt. Eadem apud Claudium, [9] uxori Scriboniani, cum illa [10] profitere-
tur indicium, *Ego* (inquit) *te audiam, cujus in gremio Scribonianus occi-
ſus eſt: & vivis?* Ex quo manifeſtum eſt, ei conſilium pulcherrimae mor-
tis

quaedam *ridebat.* Gruter. *Ridebat* tamen etiam Helmſt. reſtituere voluit manus ſecunda, cum prima recte expreſſerit *redibat.* Infra verſus ille a voce *eiusdem* usque ad *pugionem* in Mediceo deſideratur.

1 *Paete non dolet.*] Ne moveatur aliquis praeter literarum regulas Secundum dixiſſe, *dolet vulnus*, cum Martialis idem argumentum tractans pariter dixerit, ſicut Lib. undecimo, *dentes dolere Glycerae:* & duodecimo, *non aures dolere ſed capillos.* Plinius in muſtellaria, *Cor dolet.* Catan.

2 Iſta *facienti dicentique.*] Sonantius Mediceus: *facienti* iſta *dicentique.* Oxon. *Facienti dicenti*, ſine Copula.

3 *Quo maius eſt.*] Optimus: *quod maius eſt.* Oxon. & Voſſ. *quo magis eſt.*

4 *Scribonianus.*] *Furius Camillus Scribonianus* Dalmatiae legatus bellum civile molitus legiones multas ad Sacramenti mutationem pellexerat, & cum non dubitaſſet citra bellum *Claudium* Imperatorem poſſe terreri, contumelioſa & minaci epiſtola eum cedere imperio jubet, vitamque otioſam in privata re gerere. Dubitavit *Claudius* adhibitis principibus viris, an obtemperaret? ſed die dicto ut in unum undique ad novum Imperatorem conveniretur: neque Aquilae ornari, neque convelli quoquomodo ſigna, moverive potuerunt, exercitus tanta & tam inuſitata fide miraculi motus & in poenitentiam verſus imperatorem *Scribonianum* quinto ſtatim die deſtitutum interfecit, ſeſeque ſacramento prioris militiae continuit. Haec ſumta a Paulo Oroſio, & Tranquillo. Catan.

5 *Illyrico.*] Illyris provincia Pannoniam ſeptentrionem verſus, meridiem vero Adriaticum mare diſterminat: optimis portubus propter adjacentes inſulas illuſtrata. Nota, ab aliis dici mota eſſe arma *in Dalmatia*, a Secundo *in Illyrico.* Sunt autem provinciae contiguae. quare probata lectio eſt *arma in Illyrico moverat*, ut ex Dalmatia, quam obtinebat, Illyricum invaſerit. Idem.

6 Et *occiſo Scriboniano.*] Riccard. Oxon. Helmſt. & duobus impreſſis Copula deeſt: at eam primariae aliaeque membranae ſervant.

7 *Conſulari viro ſervulos.*] Mediceus *conſulari vero ſervolos.*

8 *Omnia ſola praeſtabo.*] Alii ex recentioribus addunt *vel*: *Omnia* vel *ſola praeſtabo*, quod in vetuſtioribus ſcriptis & impreſſis Codd. non habetur.

9 *Uxori.*] *Juniae*: quae defectionis Scriboniani conſcia, relegata eſt. Quare impatiens annexa eſt etiam crimini, quo deinde filius in exilium actus eſt. Catan.

10 *Profiteretur indicium.*] Quid ſit, docui ad Criſpi Iug. cap. XXXV. n. 6. *Sed ipſe deprehenſus, multis hortantibus & inprimis Albino conſule*, indicium profitetur. Corrupte infra Arnz. *cuius* ingenio *Scrib. occiſus eſt.*

1 Neſi

10 tis [1] non ſubitum fuiſſe. Quinetiam cum [2] Thraſea gener ejus depre-
caretur, ne mori pergeret, interque alia dixiſſet, *Tu vis ergo filiam*
tuam, ſi mihi [3] pereundum fuerit, [4] mori mecum? Reſpondebat, *ſi*
tamdiu, tantaque concordia vixerit tecum, quam ego cum Paeto, volo.
11 Auxerat hoc reſponſo curam ſuorum: attentius cuſtodiebatur: ſenſit,
&, *nihil agitis*, inquit, *Poteſtis enim efficere ut male moriar*: [5] *ne*
12 *moriar, non poteſtis.* Dum haec dixit, [6] exſiluit cathedra, adverſo-
que parieti caput ingenti impetu impegit & corruit. [7] Focillata,
dixeram, inquit, *vobis inventuram me quamlibet duram ad mortem*
13 *viam, ſi vos facilem negaſſetis.* Videnturne haec tibi [8] majora illo,
Paete non dolet. ad quod per haec perventum eſt. Cum interim illud
quidem ingens fama, haec nulla circumfert. Unde colligitur, quod
initio dixi, alia eſſe clariora, alia majora. *Vale.*

XVII.

1 *Non ſubitum.*] Sed multo ante praeviſum, & ex rebus anteactis decretum. CATAN.

2 *Thraſea gener.*] *Thraſea Paetus*, Patavii ortus, vir egregius, & malis temporibus clarus. Nam exercebantur miris modis inter *Neronem* & *Thraſeam* inimicitiae: verum cuidam multa criminoſe jactanti, atque cauſam ſuam perperam judicaſſe dicenti, obſtitit *Nero*, tantumque abfuit criminibus de inimico contra veritatem aſſentiri, ut exclamaverit, *utinam tam me Thraſea diligat, quam judex aequus & rectus eſt!* huic *Caecinna* filiam *Arriam* deſponſavit, ex qua *Fanniam* ſuſcepit. IDEM.

3 *Pereundum.*] Violenter. *Nero* virtutem ipſam exſcindere concupiſcens *Thraſeae* infenſus, accedentibus cauſis, quod Senatu egreſſus, antequam aliud decerneretur, quum legeretur epiſtola de matris Agrippinae nece, & de natali ejus, ut inter nefaſtos eſſet, referretur, quod in municipio ſuo egiſſet Tragoediam more patrio in quodam feſto, &c. Cum igitur ei mortis arbitrium datum eſſet, Quaeſtor conſulis ad eum in hortis agentem miſſus, etiam tum maxime intentum Demetrio, Cynicae inſtitutionis doctori, donec advenit Domitius Caecilianus ex intimis, & illi, quid Senatus cenſuiſſet, expoſuit. Vocato igitur propius Quaeſtore, & utriuſque brachii venis inciſis effuſo cruore humum ſpargens, *Libemus*, inquit, *Jovi Liberatori.* Dicere ſolebat, parcere Neronis adulatoribus, ſi ideo poſſent crudelitatem ejus fugere: ſed cum pariter & ipſi trucidarentur, melius eſſe non ſerviliter perire, cum fama poſt ſe duratura eſſet, illorum vero tantum, quod jugulati eſſent. Haec ex Tacito, Dione & Plutarcho. IDEM.

4 *Mori mecum.*] *Thraſea* uxorem *Arriam* tentantem mariti ſuprema, & exemplum *Arriae* matris ſuae, ſequi: monuit retinere vitam, filiaeque *Fanniae* communi ſubſidium unicum non adimere, quae viri dicto obediens uſque ad Trajani tempora ſupervixit. Tacitus Annal. Lib. XVI. cap. XXXIV. IDEM.

5 Ne *moriar*, *non poteſtis.*] Mediceus, & cum eo Arnzen. ut non *moriar*, *non poteſtis.* quod placet. De elegantia illa, *Poteſtis ... non poteſtis*, diximus ad Lucanum Lib. I. vs. 290.

—— —— *partiri* non potes *orbem*,
Solus habere potes.

6 *Exſiluit cathedra.*] Eſt a Pal. Nam omnes vulgati *cathedram*, de qua Phraſi Henricus Stephanus. GRUTER. Non modo Aldus, Gryphius aliique, ſed & MSS. Riccard. Bongarſ. Voſſ. & Helmſtad. *exſiluit cathedram.* Sed Optimus *cathedra*, ut Lucan. Lib. I. vs. 487.

—— —— —— *ſed curia, & ipſi*
Sedibus exſiluere *patres.*

7 *Refocillata.*] Mediceus, Lindenbr. Bongarſ. Voſſ. Helmſt. Arnz. Oxon. Aldus & Gryphius: *Focillata*, ut modo dictum ad Epiſt. XIV. n. 4.

8 *Majora* illo.] Optimus neſcit *illo*, quod tamen ſenſui neceſſarium eſt.

1 *Ser-*

XVII. C. PLINIUS [1] SERVIANO SUO S.

Anxius pro ſalute Serviani, quod jampridem nihil ſcriberet, rogat, ut ſtatim tabellario miſſo nunciet, quid faciat.

[2] REctene omnia, quod jampridem epiſtolae tuae ceſſant? [3] *an omnia recte; ſed occupatus es tu?* [4] an tu non occupatus; 2
ſed occaſio ſcribendi vel rara vel nulla? Exime hunc mihi ſcrupulum, cui par eſſe non poſſum. Exime autem vel data opera tabellario miſſo, ego [5] viaticum, ego etiam praemium dabo, [6] nuntiet mihi modo, quod opto. Ipſe valeo, ſi valere eſt ſuſpenſum & anxium vivere, ex- 3
pectantem in horas, timentemque pro capite amiciſſimo, quicquid accidere homini poteſt. *Vale.*

XVIII.

1 *Serviano.*] Non mediocriter dubitandum *Severiano*, an *Serviano* ſcripta fuerit epiſtola? Nam utrumque nomen ſaepe legitur. In exemplaribus etiam MSS. Secundus Lib. III. *Servianum* virum exactiſſimum nominat. Spartianus ſaepius in Adriano refert *Servianum* virum ſummae auctoritatis. Nam *Julius Servianus* legatus Pannoniae ſub Trajano fuit, & eo imperante bis conſulatum geſſit, ſemel cum Subſurano. Illi Adriani ſoror Paulina nupſit, cui is Imperator tantum detulit, ut venienti de cubiculo ſemper occurrerit. Filiam habuit, quam Fuſco Salinatori deſtinavit. Cum incidiſſet Adrianus in morbum lethalem, factus de ſucceſſore ſolicitus primum de *Serviano* cogitavit, poſtea quaſi affectatorem imperii, quod ſervis regis coenam miſiſſet, quod in ſedili regio juxta lectum poſito ſediſſet, quod erectus ad ſtationes militum ſenex nonagenarius proceſſiſſet, mori coegit: re vera ne ſibi ſuperſtes eſſet. CATAN. Riccard. in Indice *Julium Servianum* vocat. Voſſ. *Erviano*; Helmſt. & Arnz. *Severiano* inſcribunt, & hoc praeſtat quoque Mediceus.

2 *Rectene omnia.*] Totum hujus epiſtolae principium ita depravatum eſt in omnibus, credo, codicibus, ut Oedipo videatur opus. Planiſſimum autem erit, ſi ſic legas & diſtinguas: *Rectene omnia, quod jam pridem epiſtolae tuae ceſſant, an omnia quidem recte, ſed occupatus es tu? An tu non occupatus, ſed occaſio ſcribendi vel rara vel nulla?* Potes & ita: *Rectene omnia* (*quod jam pridem epiſtolae tuae ceſſant*) *annon omnia recte? Vel occupatus es*, illud *quo jam pr.* perinde eſt, ac ſi diceret, hoc quaero quod jam pridem. CASAUB. Veriſſima eſt prior diſtinctio Caſauboni, quam Codices noſtri egregie confirmant. Riccard. *ne* omiſit: Recte *omnia, quod* cet. Et ſic ſolet Plinius, ſequente *an*, ut dicemus infra ad Lib. VI. Epiſt. XVI. n. 15. *In commune conſultant*, intra *tecta ſubſiſtant*, an *in aperto vagentur.* Sic enim ex MSS. emendavimus. De particula *recte* vide Cic. Lib. X. ad Fam. Epiſt. XX. extr.

3 *An omnia recte; ſed occupatus es tu?*] Sic omnibus literis Pal. Ante cuſi, *an non omnia recte? ſed occupat.* GRUTER. Mediceus etiam, Voſſ. Bongarſ. Helmſt. & Arnz. *an omnia recte*, quomodo legendum eſſe & diſtinctio noſtra, & ſenſus evincit.

4 *An tu* non *occupatus; ſed.*] Sic omnes noſtri ſcripti, & probatae Editiones. Perperam nonnullae: *an tu occupatus? ſed*, ſine Negativa: quo ipſo omnis ſententia, & pulcherrima Collocatio auctoris corrumpitur.

5 *Viaticum.*] Viae neceſſariam impenſam, quae proficiſcenti erogatur. Graeci ἐφόδιον dixere. ſed interdum pro facultate & paratu Latini ſunt uſi: ſicut illi ἐφόδιον παιδείας ὁ πλοῦτος καὶ κακίας, id eſt, *facultas virtutis divitiae & vitii.* Apulejus Lib. VII. *viagium* pro itinere uſurpavit. CATAN.

6 *Nunciet* mihi *modo.*] Sic Mediceus, Riccard. Bongarſ. praeſtantiſſimi libri; At Voſſ. Helmſt. Oxon. & Arnz. *nunciet modo*, Pronomine extrito: quod his, qui in talibus brevitatem ponere ſolent, placebit, non aliis.

1 Se-

XVIII. C. Plinius [1] Severo Suo S.

Severo ſcribit, in Senatu orationem Panegyricam dixiſſe, deinde recitaſſe quibuſdam amicis cum ſumma auditorum attentione: quare & principem Trajanum & ſua tempora laudat, quibus ſpretis adulationibus gravia & ſevera placerent.

[2] OFficium Conſulatus injunxit mihi, ut Reip. nomine Principi gratias agerem. quod ego in Senatu, cum ad rationem & loci & temporis ex more feciſſem, bono civi convenientiſſimum credidi,
2 eadem illa [3] ſpatioſius & uberius volumine amplecti. primum, ut Imperatori noſtro virtutes ſuae veris laudibus commendarentur: deinde ut futuri principes non quaſi a magiſtro, ſed tamen [4] ſub exemplo praemonerentur, qua potiſſimum via poſſent ad eandem gloriam niti.
3 Nam praecipere qualis eſſe debeat princeps, pulchrum quidem, ſed oneroſum, ac prope ſuperbum eſt: laudare vero optimum principem, ac per hoc poſteris, velut e [5] ſpecula, lumen quod ſequantur oſten-
4 dere, idem utilitatis habet, arrogantiae nihil. Cepi autem non mediocrem voluptatem, quod hunc librum cum amicis recitare voluiſſem, non per codicillos, non per [6] libellos, ſed ſi commodum eſſet, & ſi valde vacaret, [7] admoniti (nunquam porro, [8] aut valde raro vacat

1 *Severo.*] *Severos* per ea tempora multos fuiſſe comperio, *Curtium Severum* praefectum recitat Tacitus. *Septimi Severi* doctrinam laudat Statius in ſilvis. *Severum* doctum fuiſſe, Martialis Lib. XI. teſtatur, & *Decium Severum* imperante Severo claruiſſe Jurisconſultus tradit. CATAN. Riccard. in Indice *Vivium Severum* vocat, uti infra Lib. IV. Epiſt. XXVIII. Oxon. & Helmſtad. *Curio Severo* inſcribunt, ut Gryphius & quidam alii. Optimus cum reliquis nude: *Severo Suo.*

2 *Officium conſulatus.*] Inſigniter dormivit librarius Helmſtad. qui adpoſuit nobis. Officio *conſulatus* iniunxiſti *mihi*, *ut r. n.* principis *gratias a.*

3 *Spatioſius.*] Pluribus verbis. Hoc repugnat illi epiſtolae ex Lib. I. qua aſſerit oratores plura egiſſe, quam edidiſſe. Quod tamen ſic poteſt excuſari, quod illis oratoribus priſcis datae erant liberae perendinationes, ita ut quantum voluiſſent, dicere potuiſſent. At Plinii ſeculo intra conſtitutum tempus dicebant. CATAN. Non tamen ergo recitavit. BARTH. Notum hoc ex Lib. I. Epiſt. XX. de aliis Oratoribus, ubi iam oſtendimus, ipſum Tullium uberius ea edidiſſe, quae adſtrictius pro Milone dixerat.

4 *Sub exemplo praemonerentur.*] Lib. II. Epiſt. VI. n. 6. *Convenit autem amori in te meo, quoties tale aliquid inciderit*, ſub exemplo praemonere, *quid debeas fugere.* Panegyr. cap. IV. pr. *Sed parendum SCto, quo ex utilitate publica placuit, ut conſulis voce*, ſub titulo gratiarum agendarum, *boni principes quae facerent, recognoſcerent, mali, quae facere deberent.*

5 *Specula.*] Loco edito e turri. Tranſlatio a navigantibus, qui ſolent dirigere curſum ſuum ad lampadem, in *ſpecula* portus accenſam. CATAN. *Speculam* talem eleganter, ut erat ſaeculum, deſcripſit Rutilius Lib. I. Itiner. vs. 403. ſqq. ubi adde Io. Caſtalionem.

6 *Libellos.*] Supplicationes ut, *Codicilli* epiſtolae ſunt. CATAN.

7 *Admoniti.*] Mediceus *admonui.* Supra Oxon. *ſi commodum, aut ſi*, cet.

8 *Aut valde raro.*] Voſſ. Helmſt. Oxon. Arnz. & Ed. Vet. omittunt *raro*, ſcribuntque: *num-*

cat Romae, aut commodum eſt audire recitantem) foediſſimis inſu-
per tempeſtatibus per biduum convenerunt. cumque modeſtia mea fi-
nem recitationi facere voluiſſet, ut adjicerem tertium diem, exege-
runt. Mihi hunc honorem habitum putem, an ſtudiis? ſtudiis malo, 5
quae prope [1] exſtincta refoventur. At cui materiae [2] hanc ſedulitatem 6
praeſtiterunt? [3] nempe quam in Senatu quoque, ubi perpeti neceſſe
erat, gravari tamen vel puncto temporis ſolebamus, [4] eamdem nunc
& qui recitare, & qui audire triduo velint, inveniuntur: non quia
eloquentius quam prius, ſed quia liberius, [5] ideoque etiam libentius
ſcribitur. Accedet ergo hoc quoque laudibus Principis noſtri, quod 7
res antea tam inviſa quam falſa, nunc ut vera, ita amabilis facta eſt.
Sed ego cum ſtudium audientium, tum judicium mire probavi. [6] A- 8
nimadverti enim ſeveriſſima quaeque vel maxime ſatisfacere. Memini 9
quidem, me non multis recitaſſe quod omnibus ſcripſi: nihilo minus
tamen, tanquam ſit eadem omnium futura ſententia, [7] hac ſeveritate
aurium

numquam porro, aut valde vacat Romae, eo genere elegantiae, quo ſupra Epiſt. XIV. n. 1. *parum* & *nimium* copulantur. Sed locus talia non admittit, & *raro* plane retinendum eſt.

1 *Exſtincta.*] Deperdita ſuperiorum principum ſaevitia praeſertim liberiora ſtudia: ut (vetus comoedia, &) ſatyra, & hiſtoria. CATAN.

2 *Hanc ſedulitatem.*] Ut qui per biduum audiverunt, quod ſimili ratione infra *laborem* vocat Lib. IV. Epiſt. V. BARTH.

3 *Nempe.*] Praeſtiterunt ei materiae hanc ſedulitatem, quam quoque praeſtiterant in Senatu, cum primum dixi: perinde ac ſi inferret, quod non tantum deberent capi in recitatione ejus orationis, quam ſemel audiverant. CATAN. Illud *quam* refert Catanaeus ad *ſedulitatem.* Verum ita ſequens *gravari* non habet, unde pendeat. Locus mea ſententia vitioſus, legendumque, *nempe* qua *in ſenatu quoque.* Ordo, *qua* (materia) *ſolebamus gravari in ſenatu, ubi neceſſe erat perpeti, eandem* (materiam) *audire qui velint* reperiuntur. Vitium ex eo natum, quia primo junctim fuit ſcriptum, *quam ſenatu*, deinde mutatum in *quam*, quia ſequebatur *eamdem.* SCHEFFER. Haec ſane indigniſſima, licet fateri debeamus, *qua* in membranis Mediceis reperiri, ut nempe talem conſtructionem Verbi *gravari* saepiſſime corruperunt. *Quam* omnino ad *materiam* refertur, ſed dicimus *materiam gravari*, quae nobis odioſa eſt, quae gravis nobis accidit, quamque inviti audimus & toleramus, quo modo in Panegyr. *dominum gravari* extulit. Nos multa collegimus ad Lucani Lib. VII. vs. 284.

Romanos odere omnes dominosque gravantur.

Geminum eſt Apuleii *auditionem gravari*, quod iam laudavit Gronov. ad Senec. Thyeſt. vs. 106.

4 Eamdem *nunc & qui* recitare.] Sic ſcribendum ex libris vetuſtis. Male recentiores *eadem*, male etiam *recitari*; quod ſi obtinet, quo commodo, quaque elegantia *recitari, & audire volunt* coniunguntur? *recitare* exitat in Mediceo, Riccard. Voſſ. & Helmſt. nec aliter Aldus & Gryphius. Quia tamen in veterrimo exſtat *qua* & *eadem*, videndum cenſeo, an ſcripſerit Secundus: *nempe* quae *in ſenatu quoque... gravari... ſolebamus*, eadem *nunc & qui recitare* cet.

5 *Ideoque etiam libentius.*] Optimus: *ideo etiam libentius.* Si propter concurſum τῶν *que* & *etiam* alterum omiſit, fruſtra timuit. Helmſt. *liberius* quoque *ideoque libentius ſcribitur.* Arnz. *libentius ſtabitur.*

6 Animadverti *enim* ſeveriſſima *quaeque.*] Oxon. Lindenbr. & Arnz. *Adverti enim.* Mediceus: *veriſſima quaeque*, credo propter n. 7. lectum *vera.* Sed mox n. 9. habes *ſeveritatem aurium*, & clarius n. 10. *auſtera & ſevera*,. ut vocabulum *ſeveriſſima* hic non ſit tentandum.

7 *Hac ſeveritate aurium.*] Judicio audientium, libenter ſevera ſcripta. CATAN. Male Arnzen. *hac ſeveritate animi.* Ineptus corrector cogitavit *ſeveritatem* de *animo* quidem, non item de *auribus* dici poſſe: quaſi non *integros molles oculos, caecas manus, pectoris incurſum* paſſim legere liceret. Adi noſtra ad Lucan. Lib. III. vs. 722. & Lib. VI. vs. 161. Oxon. *tamquam ſi eadem* cet.

aurium laetor. Ac ſicut [1] olim [2] theatra male muſicos canere do-
cuerunt, ita nunc in ſpem adducor poſſe fieri, ut [3] eadem theatra
10 bene canere muſicos doceant. Omnes enim, qui placendi cauſa
ſcribunt, qualia placere viderint, [4] ſcribent. Ac mihi quidem con-
fido, in hoc genere materiae [5] laetioris ſtili conſtare rationem,
cum ea potius, quae preſſius & adſtrictius, quam illa, quae hilarius
& [6] quaſi exſultantius ſcripſi, poſſint videri arceſſita & inducta.
Non ideo tamen ſegnius precor, [7] ut quandoque veniat dies (uti-
namque jam venerit) quo [8] auſteris illis ſeveriſque dulcia haec blan-
11 daque vel juſta poſſeſſione decedant. Habes acta mea tridui, qui-
bus cognitis volui tantum te voluptatis abſentem, & ſtudiorum
nomine, & meo capere, quantum praeſens percipere potuiſſes.
Vale.

XIX.

1 *Olim.*] SC. *ſub Nerone*, qui cantu & muſica oblectatus adeo, ut in certamen ſaepius deſcenderit, & adverſarios quaſi plane ejuſdem conditionis obſervarit, captarit, infamarit, maledictis inceſſerit: ac, ſi qui arte praecellerent, corrumpere etiam ſolitus fuerit Inde peſſimum cantandi genus, dum principi male cantanti cedunt, introductum. fuit enim exiguae & obſcurae vocis. Quare, poſtquam theatra in barbaros mores fluxere, & multum a prioribus deſcivere, publice ipſa muſica defecit: paucique ſciunt, qualis olim fuerit: nunc muſicae modi peſſimi introducti, quibus, qui utuntur pro humanitate moles fiunt, pro temperantia libidinoſi. Ariſtoxenus apud Athenaeum. CATAN.

2 *Theatra.*] Quae inſtituta ſunt ad Deorum immortalium ludos, & populi voluptatem, id Graecorum inventum, unde etiam nomen Latine *arena* dicitur: nulla ferme Italiae civitas fuit nobilis, quae theatro careret. CATAN. Unus Helmſt. *theatra* male canere *muſicos docuerunt.*

3 *Eadem theatra.*] Tranſlatio a theatris ad ſcripta, cujus ſenſus: ſicut olim mali principes coegerunt oratores ad maledicendum, dum volunt adulari ſibi, ita nunc confido optimum Imperatorem noſtrum fieri auctorem bene dicendi. CATAN.

4 *Scribent. Ac mihi, &c.*] Pone τελείαν στιγμὴν poſt *ſcribent.* & lege, *ac mihi q.* deinde diſtingue ita, *inducta non ideo t.* pendet enim ſententia. CASAUB. *Scribent. Ac mihi, &c.*] Sic editiones vetuſtiores. Recentiores: *ſcribent. At mihi, &c.* nullo ſenſu idoneo. GRUTER.

5 Laetioris *ſtili.*] Sic ſcripti noſtri & bona pars impreſſorum, & confirmant, quae ſequuntur, *hilarius & exſultantius ſcribere.* Perperam nonnulli: *latioris ſtili.* De altero diximus, quod ſatis eſt, ad Lib. II. Epiſt. V. n. 6. *Quod tamen ſi quis exſtiterit, qui putet nos* laetius *feciſſe, quam orationis* ſeveritas *exigat.* Ubi in Codd. eadem a nobis varietas deprehenſa eſt.

6 *Quaſi exſultantius.*] In vitio. Cato: *Otia* exſultas *nimiumque gaudes.* BARTH. ἀπροσδιονύσως. Melius Fabius Lib. VIII. cap. III. pag. 700. *Nam & tumida, & exilia, & praedulcia & abundantia, &* arceſſita *&* exſultantia *ſub idem nomen* (κακοζηλίας) *cadunt.* Lib. X. cap. II. pag. 926. *Fiuntque pro grandibus tumidi, preſſis exiles, fortibus temerarii,* laetis *corrupti, compoſitis* exſultantes, *ſimplicibus negligentes.* Cap. IV. princ. *Premere vero tumentia, humilia extollere, luxuriantia adſtringere, ſoluta componere,* exſultantia *coercere duplicis operae.* Auct Dial. de Orator. cap. XVIII. n. 5. *Quibus Cicero inflatus & tumens, nec ſatis preſſus, ſupra modum* exſultans *& ſuperfluens, & parum Atticus videretur.*

7 *Ut quandoque veniat.*] Voſſ. *Ut quandocumque.* Riccard. *Veniet.*

8 *Auſteris illis, ſeveriſque.*] Veris ſcriptis, ſed auditu ſeverioribus, qualis ſatyra & antiqua comoedia, cujus ſub Trajano ſcriptor extitit Virg. Romanus. *Auſtero* contrarium eſt *dulce.* CATAN. Qualia Satyra & antiqua comoedia, inquit Catanaeus, quod non intelligo. Suſpicor auſtera & ſevera vocare orationes forenſes, easque opponere huic laudationi, optare autem, ut eloquentiae forenſi reſtituatur decus ſuum, quale fuit temporibus Tullianis, nec tam ex genere laudationum, quam ex illo facundia aeſtimetur.

SCHEF-

XIX. C. PLINIUS [1] CALVISIO SUO S.

Haeſitabundus, an praedia ſuis vicina emeret, Claudium Rufum amicum conſuluit: exponens, quaecunque ad emendum illa ſolicitarent, & quae deterrerent.

ADSUMO te in conſilium rei familiaris, ut ſoleo. Praedia agris
meis vicina, atque etiam inſerta venalia ſunt: in his me multa
ſolicitant, aliqua nec minora deterrent. Solicitat primum ipſa pul- 2
chritudo jungendi: deinde, quod non minus utile quam voluptu-
oſum, poſſe utraque eadem opera, eodem viatico inviſere, ſub
eodem [2] procuratore, ac pene iiſdem [3] actoribus habere, unam
villam colere & ornare, [4] alteram tantum tueri. Ineſt huic compu- 3
tationi ſumptus ſupellectilis, ſumptus [5] atrienſium, [6] topiariorum,
fabro-

SCHEFFER. Sic *dulcia vitia* Senecae, & genus dicendi *robuſtum ac ſeverum* opponit Quinctil. Lib. X. cap. I. pag. 921. Adi & Voſſium Lib. IV. Inſt. Orat. cap. VII. §. 2.

1 *Calviſio.*] Multi codices habent *Clauſium Rufum*, alii *Calviſium*, quem ſupra legimus contubernalem Secundi. CATAN. Vulgo inſcribebant *Calviſio Rufo.* Sed illud *Rufo* nec in Mediceo, nec in Riccard. ceterisve MSS. habetur. Itaque induxi.

2 *Procuratore.*] Rei ruſticae curatore, cujus imperio ſubjacet villicus: verum & pro cuſtode alicujus rei neceſſariae, ut foetus apum, Columella poſuit; at Lampridius & multi pro eo, qui rationes vectigalium principum ſervat. CATAN. Vide Columellam Lib. I. cap. VI.

3 *Actoribus.*] Quod probo, cum apud JC. *actor* pro villico accipiatur, quale illud, *actori ſuo Antiocho data libertate.* Quin immo etiam Columella ita accepit Lib. I. cap. VII. extr. *Sed nec conditum cura, ſide, rationibus inſerunt: ita ut & actor & familia peccent, & ager ſaepius infametur.* CATAN. Adde & Columell. Lib. I. cap. VIII. *Actor* nempe e primariis ſervis, Leg. 37. pr. π. de Legat. I. & plerumque reditibus atque pecuniariae curae praepoſitus, ut patet ex Apuleio II. Met. pag. 30. Ed. Colv. Sueton. Domit. cap. XI. & aliis. Non male de illo Colvius ad Apulei. pag. 121. Inepte Arnz. *iisdem auctoribus*; Helmſt. *actionibus.*

4 *Alteram, &c.*] (Ruſticam villam) reparare, ne corruat. Nam villarum alia *civica*, in qua cives aeſtatis tempore, alia *ruſtica*, in qua cultores agrorum inhabitant. Item *fructuaria*, in qua fructus & reditus agrorum reponuntur. CATAN. Non hic de ruſtica & civica villa cogitandum. De duobus generibus praediorum, de duabus villis loquitur, vetere, quam olim poſſidebat, & nova, quam nunc emere volebat. Alteram colere & ornare, alteram tantum tueri cogitabat.

5 *Atrienſium.*] Qui habebant curam atrii & ſupellectilis. Nam *janitores atrienſes* dixit Apulejus Lib. de mundo, & Columella. *Tum inſiſtere jubet atrienſibus, ut ſupellectilem exponant.* Ulp. in familia *atrienſem* numerat, & aſſerit fuiſſe in villa cultiori: ſicut *ſcoparios, viridarios, & topiarios.* CATAN.

6 *Topiariorum.*] Artificum traducendarum & formandarum arborum, ac herbarum in varias formas & circinnos. Plinius ſenior Lib. XII. *Ficus Indica vaſtis diffunditur ramis, quorum pondera adeo in terram curvantur, ut annuo ſpatio figantur, notamque ſibi propaginem faciant circa parentem in orbes quodam topiario opere.* Fortaſſe a funiculis dictus eſt *topiarius*, quibus in opere utitur. Nam reſtes Pauſan. ait *topia* dici. *Topiarium* opus non in viridiis tantum, ſed & in ſcenis ſatyricis antiquitas ſtruxit, quae ornatae arboribus, ſpeluncis, montibus, reliquiſque agreſtibus in *topiarii* coeli ſpeciem transformabantur. IDEM. *Topiariorum.*] Erant hi inter miniſteria villarum, ſolebantque ornare herbis ac fruticibus parietes, columnas, alia. Cicero III. ad Q. Fratr. Epiſt. I. *Topiarium laudavi, ita omnia conveſtit hedera, qua baſin villae, qua intercolumnia ambi-*

fabrorum, atque etiam venatorii [1] inſtrumenti: quae plurimum re-
4 fert, unum in locum conferas, an in diverſa diſpergas. Contra,
vereor ne ſit incautum, rem tam magnam iiſdem tempeſtatibus,
[2] iiſdem caſibus ſubdere. Tutius videtur, [3] incerta fortunae [4] poſ-
ſeſſionum varietatibus experiri. Habet etiam multum jucunditatis
5 ſoli coelique mutatio, ipſaque illa peregrinatio [5] inter ſua. Jam,
quod deliberationis noſtrae caput eſt, agri ſunt fertiles, pingues,
aquoſi. Conſtant campis, vineis, ſilvis, quae [6] materiam & ex ea
6 reditum ſicut modicum, ita [7] ſtatum praeſtant. Sed haec felicitas
terrae [8] imbecillis cultoribus fatigatur. Nam poſſeſſor prior ſaepius
vendidit

bulationis, ut denique illi palliati topiariam facere videantur, & hederam vendere. Palliatos intelligit, quos & ipſos hoc opere expreſſit. *Topiarii* huiusmodi fit mentio in antiqua inſcriptione, quam exhibet Pignorius in de Servis pag. 244. Alii ſunt *Topiarii*, & alia *Topiaria*, de qua dixi in meo de Graphice, ſeu pictura opuſculo. SCHEFFER.

1 *Inſtrumenti.*] Comparati ad venationem, quae proprie ferarum eſt: nam aucupium minus virile. Ulp. ff. XXXIII. *Si in agro venationes ſint, puto venatores quoque & veſtigatores, & canes, & cetera, quae ad venationes ſunt neceſſaria, inſtrumenti vocabulo contineri.* Maxime ſi ager ex hoc reditum habet, unde jure Secundus *venatorium inſtrumentum* dixit. CATAN.

2 *Iisdem caſibus.*] Haec Mediceus ignorat, culpa librarii, qui ubi ſimilia vocabula, aut ſimiles terminationes concurrunt, ſaepiſſime ita abſtractus eſt. Paullo poſt Riccard. a prima manu: *Tutius viderentur*, ſecunda fecit *videretur.* At rectum eſt *videtur.*

3 *Incerta fortunae.*] Incertitudinem fortunae, ac temporum mutationes. CATAN.

4 *Poſſeſſionum varietatibus.*] Habere poſſeſſiones in diverſis locis: ut ſi calamitas unam aliquam opprimat, alia diverſitate coeli grandinem evitet. IDEM.

5 *Interſita.*] Interpoſita, viciſſitudinaria. IDEM. *Interſita.*] Puto legendum, *inter ſua.* Senec. Epiſt. XC. *Licet in provinciarum ſpatium rura dilatet, & poſſeſſionem vocet per ſua longam peregrinationem.* GRONOV. Non adſentior viro ſummo, qui legendum putabat *inter ſua.* Sane apud Senecam Epiſt. XC. quo loco putat iſtam lectionem comprobari, *peregrinari inter ſua*, idem eſt, ac *peregrinari in ſuis:* itaque praecedit, *rura dilatant in provinciarum ſpeciem.* At noſter vult contrarium, & poſſeſſiones ſive praedia non debere coniuncta eſſe vel cohaerere, ſed diviſa ſpatiis, ne iisdem caſibus tempeſtatum ſint obnoxia. Vult ergo intercedere per iſta media ſpatia peregrinationem, quam hic vocat *interſitam.* SCHEFFER. Recte cenſet Schefferus de loco Senecae, quem exactiſſimus vir importune adſcripſit. Interim tamen veriſſima eſt emendatio: *peregrinatio inter ſua*, quam, ne quis porro haeſitet, antiquiſſimae membranae Mediceae & Riccardianae praeſtant. Mutationem illam, ſi ex tuis praediis in aliena, & ex his rurſus in tua pervenias, atque ita *inter tua peregrineris*, multum iucunditatis adferre dicit, quod vero vulgari ſcriptura minus apte exprimitur. Repoſui ergo ſecure *inter ſua.* Contrarium ſectabantur, qui *agros continuabant*, & *praedia praediis*, ut Zeno Veronenſis loquitur, *conſtruebant*, & illicitum putabant habere vicinum, de quibus diximus ad Lucani Lib. I. vs. 170. A quibus cum diſſentiret Pompeius, ad gloriam eius & magnitudinem retulerunt, quod *numquam agrum mercatus ſit conterminum*, Plinius Lib. XVIII. Hiſt. Nat. cap. VI.

6 *Materiam.*] Ligna. ὕλη apud Graecos *materiam* & *ſilvam* ſignificat, & noſtri pro *ligno* ſaepe utuntur, ut Cato. Columella etiam pro *pampinis*, qui relinquuntur vitis conſtituendae vel ſubſtituendae cauſa. Ulp. ff. XXXII. *Ligni appellatio nomen generale eſt, ſed ſic ſeparatur, ut ſit aliud materia, aliud lignum; materia eſt, quae ad aedificandum fulciendumque neceſſaria eſt: lignum, quicquid comburendi cauſa paratum eſt.* CATAN. Mediceus: *quae materiam ex ea reditum*, per incuriam & neglecto, quod tamen loco neceſſarium eſt.

7 *Statum.*] Certum, firmum. Nam ſtatae obſervationes, & feriae certis diebus conſtitutae dicuntur. CATAN. Ita omnes MSS. noſtri, non *ſtatutum*, quod impreſſos aliquot inſedit. Sic *ſtati auctus*, *ſtatus dies* & ſimilia apud Noſtrum leguntur. Vide Lib. IX. Epiſt. XXXIX. n. 1.

8 *Imbecillis.*] Pauperibus, debilibus colitur, excr-

vendidit pignora: & dum [1] reliqua colonorum minuit ad tempus, vires [2] in poſterum exhauſit, quarum defectione [3] rurſus reliqua creverunt. [4] Sunt ergo inſtruendi eo pluris, quod frugi, mancipes. 7
nam

exercetur. Catan. Venuſta locutio: *felicitas terrae fatigatur cultoribus*, quando cultores terrae fertilitati non reſpondent, aut eam onerant & corrumpunt. De qua notione verbi dictum ad Salluſt. Cat. cap. XI. extr. Oxon. *Fertilitas terrae.*

1 *Reliqua colonorum.*] Debita contracta a colonis. Sic enim Juriſconſulti uſurpare ſolent. Pomp. de Statu Lib. *Rationem reddere juſſus, reliquum, quod apparet, ſolvit: de eo quod obſcurius eſt, ſatisdare paratus eſt.* Catan. Inepte exponunt *debita contracta a colonis.* Unde enim iſta debita, & quid faciunt hoc loco? *Reliqua colonorum* ponuntur pro *reliquis*, id eſt, qui ſuperſunt, qui plures ſunt quam villa deſiderat. Haec *reliqua* dicitur noſter minuiſſe venditis pignoribus, id eſt, *liberis* cultorum ſive colonorum. Noluit poſſeſſor hos alere, quia familia colonorum videbatur maior, quam neceſſe erat. Ideo vendidit. Sed mox diminuto morte aliove caſu numero colonorum, factum, ut haberet nullos, quos ſubſtitueret. Ita venditione iſta vires colonorum exhauſtae. Scheffer. Quid eſt pervertere mentem auctorum, ſi hoc non eſt? Quis unquam, qui parum Latine ſcit, apud Plinium *reliqua colonorum*, pro reliquis colonis, colonis qui remanſerunt, quaeſiviſſet? Iam haec Schefferi expoſitionem plane evertunt, nec ego *reliqua* exagitabo de morte, de caſu aliaque talia. *Pignora* ſi liberos indicant, notabunt proprie liberos oppigneratos poſſeſſori, quod ex Catone de R. R. & aliis conſtat: aut, quod ipſe malim, quidquid inſtrumenti pignori dederant coloni reliquis onuſti. *Reliqua* ergo non aliud, quam debita, ſeu *reſidua*, ut Auſonius vocat de Conſulatu ſuo: *de condonatis* reſiduis *tributorum.* Sic & Eumen. Flaviens. nom. cap. XIII. princ. *Quinque annorum nobis* reliqua *remiſiſti.* Ita Euſebii τῶν χρεῶν ὀφειλὰς Hieronymus reddidit, *reliqua tributorum.* Vide Caſaub. & Salmaſ. ad Spartian. Adrian. c. VII. *Provinciis vero etiam ex* reliquis *ingentes ſummas remiſit.* Gronov. ad Plauti Capteiv. Prolog. vs. 16. Graev. ad Cic. XIII. Fam. Epiſt. LXVI. & Catanaeum h. l. quem Veenhuſius, more ſuo, vix quartam partem adſcripſit.

2 In poſterum *exhauſit.*] Mediceus: *in poſtremum exhauſit*, quorum *defectione.* neutrum probandum.

3 *Rubus.*] Arbor mora producens. Namque curvatus gracilitate nimia ſimul proceritate defigit rurſus in terram caput, iterumque naſcitur ex ſeſe repleturus omnia, niſi reſiſtat cultura prorſus, ut poſſint videri homines terrae cauſa geniti, ita peſſima atque execranda res propaginem docuit, atque radicem acquiri viridem. Ejus autem plura genera, inter quae illud, quod Theophraſtus *canis rubum*, Palladius *rubum caninum* appellat. Fuit in alia lectione *rurſus reliqua creverunt*, ſcilicet debita in majus aucta fuere, quam magis probo. Catan. Inſulliſſima nempe lectio in Hackiana, ut in paucis aliis, dominabatur: *quarum defectione* rubus & aliqua incommoda *creverunt*, quam nec Aldus, nec Gryphius, nec ceteri paullo acutiores ſecuti ſunt, quamque MSS. noſtri uno ore damnant, in quibus legitur: *quarum defectione* rurſus reliqua *creverunt.* Et hanc lectionem ipſe Catanaeus magis probavit.

4 *Sunt ergo, &c.*] *Mancipes* ſunt coloni, qui agros mercede conducunt. Vide Cicer. ad Rufum. Catan. *Sunt ergo, &c.*] Librorum editorum margini adlinitur: *inſtruendi eo plures, quod frugi mancipiis colitur. nam, &c.* Sed enim illud *colitur* non viſitur in ulla editione, habetque Palatinus: *inſtruendi eo plures, quod frugi mancipes. nam, &c.* Gruter. *Inſtruendi complures, &c.*] MSS. ut Gruterus e Pal. notat, *eo plures, quod frugi.* Scribo: *Sunt ergo inſtruendi eo pluris, quod frugi, mancipes.* Eo majore pecunia opus eſt ad eos inſtruendos, quod frugi ſunt, & qui ſerviunt, liberaliter; non compediti de ergaſtulis. Gronov. Non audio virum doctum, qui emendat *eo pluris.* Nihil hic de pretio, ſed numero colonorum agitur, exhauſto per imprudentem pignorum venditionem, quem ait ſe implere per compeditos non poſſe, quia nec ipſe tales habeat, nec reperiantur in villa. Scheffer. Sic vara vibiam ſequitur. Non loquitur de *emendis* colonis, ſed de *inſtruendis* iis veteribus, qui, diſtractis pignoribus, nudati & imbecilli erant. Quia tamen frugi erant, nullo pretio parcendum credebat, ut recte denuo inſtruerentur. Veriſſima itaque eſt coniectura Cl. Gronovii, ad quam etiam MSS. noſtri ducunt. Nam Mediceus Riccard. Bongarſ. Oxon. Helmſt. & Arnz. ſiſtunt: *Sunt ergo inſtruendi eo* plures, *quod frugi*, mancipiis. *nam nec ipſe* cet. nec aliter Ed. Vet. & utraque Aldina.

1 *Vin-*

nam nec ipſe uſquam.[1] vinctos habeo, [2] nec ibi quiſquam. Supereſt
ut ſcias, quanti videantur poſſe emi, [3] Seſtertio tricies; non quia
non aliquando quinquagies fuerint, verum & hac penuria colono-
rum & communi temporis iniquitate, ut reditus agrorum, ſic etiam
8 precium retro abiit. Quaeris, an hoc ipſum tricies facile colligere
poſſimus? [4] Sum quidem prope totus in praediis, [5] aliquid tamen
foenero: nec moleſtum erit mutuari. accipiam a ſocru, [6] cujus arca
9 non ſecus ac mea utor. Proinde hoc te non moveat, ſi cetera non
refragantur: quae velim quam diligentiſſime examines. Nam cum
in omnibus rebus, tum in diſponendis facultatibus plurimum tibi &
uſus & providentiae ſupereſt. *Vale.*

XX. C. PLINIUS [7] MESSIO MAXIMO SUO S.

Monet

1 *Vinctos.*] In compedibus, quibus vincti ſervi ad agriculturam deſtinabantur. Eos autem oportebat ſecundum rei ruſticae praecepta non eſſe formidoloſos, non animoſos, non ſocordes, neque ſomniculoſos. Id genus culturae Plinius ſenior Lib. XVIII. cap. 3. reprehendit: *At nunc*, inquit, *agros*, *vincti pedes*, *damnatae manus*, *inſcripti vultus exercent.* CATAN. Ita & Lucanus Lib. VII. vs. 402.

—— —— —— vincto *foſſore coluntur*
Heſperiae ſegetes.

ubi vide.

2 *Nec ibi*, *&c.*] Vix eſt, ut non debeat interpungi: *nec ibi quiſquam. Supereſt ut ſcias*, *&c.* GRUTER. Et haec eſt feliciſſima coniectura, quam duo adſtruunt Codd. noſtri. *nec ibi quisquam*, puta *habet. Supereſt ut ſcias* cet. Mediceus: *nec ipſi quisquam.*

3 *Seſtertio tricies.*] Sume extrinſecus emi poſſunt. Nam amico omnia detegit, ut melius conſulat. *Seſtertio tricies.*] Tricies centenis millibus nummum. *Tricies* autem ſyncopatum pro *triginties* profertur. CATAN.

4 *Sum quidem*, *&c.*] De ſemetipſo dixit Plinius, quod de opibus ſuis intelligebat. Similis ratio eſt, cum Suetonius *Venales pendere* dicit, quorum bona venum propoſita. Et cum Virgilius *Ucalegonta ardere* dixit, cujus aedes ardebant. Senſus eſt. Sunt quidem opes meae partem maximam in praediis ſitae; ſed tamen & aliquid in foenore habeo: quod ſi non ſufficit, ſine moleſtia mutuum ſumere a ſocru poſſum. BUCHNER.

5 *Aliquid tamen*, *foenore.*] Placet mihi validiſſime Lectii conjectura, qui trajectis litterulis duabus ita hunc locum emendat: *Sum quidem prope totus in praediis*; *aliquid tamen foenero: nec moleſtum erit mutuari.* Verum quidem eſt, ait Plinius, magnam partem opum mearum in praediis eſſe ſitam; ſed tamen in nominibus aliquid habeo, quod tamen ipſum ſi non ſufficiat, mutuabor a ſocru. CASAUB. *Aliquid tamen*, *foenore.*] Forte legendum, *aliquis tamen foenore*, ſive, *in foenore*: ut *aliquis*, *τῷ totus* reſpondeat. Quanquam utrumque dicitur, & *eſſe aliquem* & *eſſe aliquid.* BUCHNER. Raro exemplo, in una, eaque brevi epiſtola, quater ingenium ſuum optimo ſucceſſu advocarunt viri eruditi. Nam & hoc loco certa & clara eſt Lectii coniectura: *aliquid tamen foenero*, quomodo omnibus litteris optimus Mediceus ſcribit.

6 *Cuius arca non ſecus.*] Catullus: *Utor tam bene*, *quam mihi pararim.* BARTH. De *arca*, adductis etiam Plinii his verbis, agit Gronovius ad Senec. Epiſt. LXXXI.

7 *Meſſio.*] Paulus de jure fiſci refert *Meſſium* fuiſſe Juriſconſultum: marmoreae veterum inſcriptiones *Meſſium Ruſticum* curatorem alvei, & riparum Tyberis, & cloacarum urbis Romani populi Adriano Auguſto Imperante: at in monumentis Brixianorum legi *T. Meſſium Licianum.* ſicut apud Forumjulii *L. Geminium Meſſium* curatorem aerarii Mediolanenſis. In vetuſto codice *Metium Maximum* invenio. Tranquillus *Metium* recitat, in quem fuit illud notabile dictum Domitiani, *Vellem tam formoſus eſſe*, *quam Metius ſibi videtur.* CATAN. Riccard. in Indice

Maeſio,

Monet amicum Meſſium comitiorum ordinem immutatum, neque per aperta ſuffragia, ſed tacitam tabellam creari magiſtratus: & verendum, ne inde vitia oriantur. quod poſtea eveniſſe, per epiſtolam ad eundem Lib. IV. *ſignificat, in primis ſeculi malas artes taxans, & Trajani curam circa publica valde commendans.*

MEminiſtine te ſaepe legiſſe quantas contentiones excitarit [1] lex tabellaria? quantumque ipſi latori vel gloriae, vel reprehenſionis attulerit? At nunc in Senatu ſine ulla diſſenſione [2] hoc idem, ut opti- 2
mum placuit. Omnes [3] comitiorum die tabellas poſtulaverunt. Ex- 3
ceſſeramus ſane manifeſtis illis apertiſque [4] ſuffragiis licentiam concionum. non tempus loquendi, non tacendi modeſtia, non denique ſedendi dignitas cuſtodiebatur. Magni undique diſſonique clamores: 4
procurrebant omnes [5] cum ſuis candidatis: multa agmina in medio, multi-

Maeſio; Oxon. & Bongarſ. *Meſio*; Helmſt. *Mesſio.* Sed Mediceus Lindenbr. & Arnz. tantummodo: *Maximo Suo.* Vide Lib. II. Epiſt. XIV.

1 *Lex tabellaria.*] Qua populus per tabellam ſuffragium ferebat; cum prius non viritim, ſed per curias convocatus magiſtratus crearet: & quod pluribus viſum eſſet curiis, ad Senatum referebatur. *Lex* autem *tabellaria*, quae & *Caſſia* dicta eſt, quod Caſſius Longinus hanc tulit, C. Mario Cn. Flacco Coſſ. cavebat non voce, ſed puncto debere fieri ſuffragia: quae antiqui non ſcripto, ut poſtea in ciſtam tabellas ſuas conjicientes, easque candidati cui favebant inſculptas literas habentes, ſed puncto in tabellam facto notabant: quod M. Tullius pro Planco oſtendit, & Horatius in arte: *Omne tulit punctum*, id eſt, omnium tribuum ſuffragium habuit. CATAN. Vide Cicer. III. de Legib. cap. XV. & XVI. ibique Turnebum & Daviſium.

2 *Hoc idem*, &c.] Malim, quod eſt in Palatino, & exoletis edd. *hoc idem*, *ut opt.* GRUTER. In noſtris etiam MSS. eſt: *hoc* idem, *ut optimum*, quomodo & Gryphius. Alii: *hoc* quidem, *ut optimum. Hoc idem* frequens eſt Tullio, placuit & Plinio maiori, item Criſpo Cat. cap. LI. n. 7. Hoc idem *vobis providendum eſt*, *P. C.* Supra Mediceus: *in ſenatus ſine u. d.* Oxon. *ſine ulla defenſione.*

3 *Comitiorum die.*] Quo die populus coibat ad creandos magiſtratus: inde comitiales dies ſunt dicti, quibus cum populo agi licebat. Nundinis enim *comitia* haberi non poterant, neque mundo patente. Solebant autem auſpicari de menſe Martio, ſecundum alios etiam alio tempore: *conſularia* ſequebantur *praetoria* & *aedilitia.* Quidam etiam teſtantur *conſularia* comitia aliquando facta VI. Calend. Auguſti. Et comitiorum alia *calata* dicebantur, quae pro collegio pontificum, aut regis ſacrorum, aut flaminum inaugurandorum cauſa habebantur: alia *curiata*, cum ex generibus omnium ſuffragium ferebatur, quae per lictorem curiatim vocabantur: alia *centuriata*, cum ex cenſu & aetate, ea per cornicinem vocari ſolebant. Haec Gellius. CATAN.

4 *Suffragiis.*] Viva voce & ſententiis palam dictis. Hoc enim primum in uſum venerat apud Romanos, ut in creatione magiſtratuum ſententiae ferrentur viritim, eadem vi, eodemque jure promiſcue ab omnibus a Servio rege poſtea gradus facti, ut neque excluſus quiſquam ſuffragio videretur, & vis omnis penes primores civitatis eſſet. IDEM. Quae hic Catanaeus notat, aliena ſunt. Agitur hic de ſuffragiis ſenatorum in ſenatu. Itaque ſequitur mox: *Audiebat ſenatus gravitate ſenatoria.* SCHEFFER. Impoſuit forte Catanaeo vocabulum *comitiorum*, nec meminit, pridem *comitia e campo ad ſenatum tranſlata* fuiſſe, ut loquitur Tacitus Lib. I. Annal. cap. XV. ubi Lipſii Excurſum legas.

5 *Cum ſuis candidatis.*] Lege Fabia a Fabio lata adjecta eſt poena illis, qui non certo numero, ut ante fuerant definiti, deducerent & ſectarentur in comitia candidatos. CATAN. De hoc more candidatos producendi, vide Lipſium ad Senec. de Tranqu. cap. III.

[1] multique circuli & indecora confuſio: adeo deſciveramus a conſue-
tudine parentum, apud quos omnia diſpoſita, moderata, tranquilla,
5 majeſtatem loci, pudoremque retinebant. Superſunt [2] ſenes, ex qui-
bus audire ſoleo hunc ordinem comitiorum, Citato nomine candidati,
ſilentium ſummum, dicebat ipſe pro ſe, vitam ſuam explicabat, teſtes
& laudatores dabat: vel eum, ſub quo [3] militaverat, vel eum, cui
[4] quaeſtor fuerat, vel utrumque, ſi poterat. Addebat quoſdam [5] ex
6 ſuffragatoribus: illi graviter [6] & paucis loquebantur. Plus hoc, quam
preces proderat. Nonnunquam candidatus aut [7] natales competitoris,
aut [8] annos, aut etiam mores arguebat. Audiebat Senatus gravitate
cen-

1 *Multique circuli.*] Sic omnes impreſſi. At ſi *multi* Plinio placuiſſet, ſcriberet ſine Copula: *multi circuli, & indecora confuſio*: Quamquam ne ſic quidem apte haec cohaererent. Agmina enim *in medio*, & *circulus*, ſeu corona, quae illa agmina circumdedit diverſa eſſe debent. Legendum cum Optimo: multa*que circuli & indecora confuſio. Multa & indecora confuſio*, ut Lucanus Lib. I. vs. 637.

— — flexa *ſic omina Tuſcus*
Involvens, multaque *tegens* ambage *canebat.*

Ubi vide, quae notamus. Infra Oxon. *pudoremque ſervabant.* Corte.

2 *Senes.*] Qui fortaſſe ſub Auguſto hoc viderant. Nam is referente Tranquillo quoties magiſtratuum comitiis intereſſet tribus cum candidatis ſuis circuibat, ſupplicabatque more ſolenni. Ferebat & ipſe ſuffragium in tribus, ut unus e populo. Catan.

3 *Militaverat.*] Novimus Romanos auſpicari ſolitos honores a militia. Sic *Caeſar* Dictator ſub Servilio Iſaurico primum meruit. Sic *Secundus* Tribunatum militum geſſit. Nam primo ad militiam, deinde ad quaeſturam procedebant antiqui. Idem. Mediceus & Lindenbr *vel eum, ſub quo* legatus, *vel eum, cui quaeſtor fuerat.* Si defendendum eſt, de eo genere legatorum, qui Proconſulibus, Praetoribus, Imperatoribus aut ducibus ſocii & miniſtri adiungebantur, intelligi debet, de quo actum ad Salluſt. Iug. cap. XXVIII. n. 4. Tunc tamen *cui*, aut *cuius legatus* dediſſet Secundus. Retinendam itaque puto vulgatam. Helmſt. & Arnz. *ſub quo quaeſtor fuerat.*

4 *Quaeſtor.*] Hic fuit primus honorum urbanorum gradus. *Quaeſtor* autem Latinum nomen eſt Pomponio JC. referente, eo quod inquirendae & conſervandae pecuniae cauſa crearetur. Quaeſtorum alii erant *urbani*, qui pecunias publicas in aerarium referebant, alii *Provinciales*, Proconſulibus & Praetoribus dati ad pecuniam publicam conſervandam. Origo quaeſtoribus creandis antiquiſſima eſt, & pene ante omnes magiſtratus. Nam Ulpianus aſſerit ex teſtimonio Junii Gratiani Lib. VII. de poteſtatibus ipſum Romulum & Numam Pompilium binos quaeſtores habuiſſe, quos iidem reges non ſua voce, ſed populi ſuffragio crearunt. Sicut vero dubium eſt, an Romulo & Numa Pompilio regnantibus Quaeſtor fuerit, ita a Tullo Hoſtilio rege quaeſtores fuiſſe creatos certum eſt, & ſane crebrior apud veteres opinio eſt. Vid. Jun. Trebat. Feneſtell. & alios. *Quaeſtor* etiam *frumenti* erat, qui in ſumma caritate, ut urbs abundaret annona, curare debebat, & eſſe negociatoribus comis, mercatoribus juſtus, municipalibus liberalis, ſociis abſtinens, & quia de capite civis Rom. injuſſu populi non erat permiſſum lege Conſulibus jus dicere, propterea *Quaeſtores* conſtituebantur a populo, qui capitalibus rebus praeeſſent: ii appellabantur *Quaeſtores parricidii.* Catan.

5 *Ex ſuffragatoribus.*] Commendatoribus, & interceſſoribus, de quibus ad Salluſt. Iug. cap. LXV. n. 5.

6 *Et paucis.*] Helmſt. & Arnz. *& parce.*

7 *Natales.*] Obſcuros parentes, conferendo ſuos cum natalibus competitoris. Tale quid Cicero pro Murena declarat, *Summam*, inquit, *video in te eſſe*, *Servi Sulpiti*, *dignitatem generis*, *integritatis*, *induſtriae*, *ceterorumque ornamentorum omnium*, *quibus fretum ad Conſulatus petitionem aggredi par eſt.* Catan.

8 *Annos.*] Nimium teneros, vel praematuros. Nam lege annaria, quae annorum modum in petendis honoribus definiebat, cautum, ne omnis aetas ad dignitates admitteretur: interdum tamen, ut in Scipione Africano propter ſummam indolem & virtutem non obſervata. Idem.

1 *Quae*

censoria: ita ſaepius digni, quam gratioſi praevalebant. [1] Quae nunc 7
immodico favore corrupta, ad tacita ſuffragia, quaſi ad remedium,
decurrerunt, quod interim plane remedium fuit. erat enim novum &
ſubitum. Sed vereor, ne procedente tempore [2] ex ipſo remedio vitia 8
naſcantur. Eſt enim periculum, ne tacitis ſuffragiis impudentia [3] ir-
repat. Nam quoto cuique eadem honeſtatis cura ſecreto, quae palam?
Multi famam, conſcientiam pauci verentur. Sed nimis cito de futu- 9
ris: interim beneficio tabellarum habebimus magiſtratus, qui maxime
fieri debuerunt. Nam ut in [4] recuperatoriis judiciis, ſic nos in his
comitiis quaſi [5] repente apprehenſi, ſinceri judices fuimus. Haec tibi 10
ſcripſi, primum, ut aliquid novi ſcriberem, deinde ut nonnunquam
de Rep. loquerer, cujus materiae nobis quanto rarior quam [6] veteri-
bus occaſio, tanto minus omittenda eſt. Et Hercule quousque illa 11
vulgaria? [7] *Eho quid agis? ecquid commode vales?* Habeant noſtrae
quoque literae aliquid non humile, nec ſordidum, nec privatis re-
bus incluſum. Sunt quidem cuncta ſub unius arbitrio, qui pro 12
utilitate communi ſolus omnium curas, laboresque ſuſcepit: qui-
dam tamen [8] ſalubri temperamento ad nos quoque, velut rivi ex illo
[1] be-

1 *Quae nunc i. f. corrupta ... decurrerunt.*] i. quibus nunc immodico favore corruptis, decurſum eſt ad tacita ſuffragia, quaſi ad remedium. Rebus ipſis enim tribuitur, quod propter eas evenire, aut homines facere ſolent. Vide ad Lucan. Lib. I. vs. 319. Lib. VI. vs. 710. & 436. atque paſſim. Lindenbr. *decucurrerunt*, ut alibi ſolet Noſter. Oxon. *cucurrerunt*.

2 *Ex ipſo remedio vitia.*] Ut plerumque fieri ſolet, quod graviter docuit Caeſar apud Salluſt. Cat. cap. LI. n. 27. ſqq.

3 *Irrepat.*] Riccard. & alii MSS. ut ſoleat, *inrepat*, ex quo factum in Mediceo *increpat*.

4 *Recuperatoriis judiciis.*] *Recuperatores* judices dabantur edicto Praetorio injuriis aeſtimandis, quod per illos jus noſtrum recuperemus, unde in lege Roſcia Peducea de terminis agrorum ſcriptum extat, deque ea re curatores, qui hoc lege egerit juriſdictio recuperatorumque datio additio eſto. Erant autem hujuſmodi quando legibus aliquibus, quibus parva admodum pecunia delinquentes mulctabantur, propter exiguam poenam oriebatur contemptus, tunc recuperatores, tunc judices provinciis aeſtimandis reo dabantur. CATAN. Riccard. & Lindenbr. *reciperatoriis iudiciis*, quomodo & Aelius Gallus apud Feſtum, ut in vetuſtis lapidibus & optimis Codd. *reciperare*, *reciperatis* occurrit. qua de re alibi. Vide interim Cic. XIII. ad Fam. Epiſt. LXXVII. extr. Tacit. Agric. cap. XVII. Gellium Lib. XV. cap. IV.

5 *Repente apprehenſi.*] Maluiſſem *deprenſi*, aut adeo *prehenſi*. GRUTER. Cave, audias virum doctiſſimum. *Deprehenſus* longe aliud notat, quam hic locus patitur, quod vidimus ſupra ad Epiſt. XII. n. 3. & ad Lucan. Lib. VI. vs. 505. adde tamen infra Lib. VI. Epiſt. II. n. 3. Parendum eſt Codicibus, qui omnes *adprehenſi*. In recuperatoriis enim iudiciis, non ex certa claſſe, certisve decuriis, ſed ex omni conventu, e medio, quicumque placuiſſet, recuperator dabatur, quod ex Verrinis Ciceronis, maxime Lib. III. cap. LIX. LX. item ex facto Scipionis apud Livium Lib. XXVI. cap. XLVIII. patet. Sed Mediceus una voce imminutus: *quaſi repente adprehenſi* ſinceri *fuimus*.

6 *Veteribus.*] Ut Ciceroni, aliiſque, qui apud eundem plura de rep. per epiſtolas locuti ſunt. CATAN.

7 *Eho, quid agis.*] Voſſ. Helmſt. Oxon. & Arnz. *vulgaria*: *Quid agis, eho, quid commode vales?* Sed veterrimi Codices vulgatae ſuffragantur, niſi quod Mediceus habeat *Et quid*, pro *Ecquid*, ſollemni varietate, de qua ad Lucan. Lib. IV. vs. 542.

8 *Salubri temperamento.*] Aliquot MSS. addunt *quodam*: *ſalubri* quodam *temperamento*,

benigniſſimo fonte decurrunt, quos & haurire ipſi, & abſentibus
amicis, quaſi miniſtrare epiſtolis poſſumus. *Vale.*

XXI. C. Plinius [2] Prisco Suo S.

[1] *Apud Corn. Priſcum, ordinis Senatorii virum, Martialis poetae obitum luget, cujus ingenium plurimum admiratur. Fuit enim illi amicus Secundus, & ab eo hendecaſyllabo laudatus.*

AUdio Valerium [3] Martialem deceſſiſſe, & moleſte fero. Erat
homo ingenioſus, acutus, [4] acer, & qui plurimum in ſcribendo &
2 ſalis haberet, & fellis, nec candoris minus. Proſecutus eram viatico
ſecedentem, dederam hoc amicitiae, dederam etiam verſiculis, quos
3 de me compoſuit. [5] Fuit moris antiqui, eos, qui vel ſingulorum laudes, vel urbium ſcripſerant, aut [6] honoribus aut pecunia ornare:
noſtris vero temporibus, ut alia ſpecioſa & egregia, ita hoc in primis
exolevit. Nam poſtquam deſiimus facere laudanda, laudari quoque
ineptum putamus. Quaeris, qui ſint verſiculi, [7] quibus gratiam retuli?
Re-

ut & quidam impreſſi. Sed veterrimi Codd. item Aldus aliique additamentum illud repudiant.

1 *Benigniſſimo fonte.*] Principe humaniſſimo, quia libertatem Nerva cum imperio mixtam quotidie augebat, & imaginem priſtinae reip. repraeſentabat. CATAN.

2 *Priſco Suo.*] Sic praeciſe Mediceus, ut alibi. Riccard. in Indice, Lindenbr. Helmſtad. Oxon. Arnz. & Ed. Vet. cum Gryphio auctius: *Cornelio Priſco Suo.*

3 *Martialem.*] Hic, taedio urbis feſſus jam ad ſenium vergens cum ſub Trajano nullus eſſet adulationi locus, in Hiſpaniam reverſus non multos poſt annos migravit ab humanis, relicto epigrammatico libro laudatiſſimo: adeo ut Aelius Verus, qui Caeſar ab Adriano eſt appellatus, *Martialem, ſuum Virgilium* diceret. *Martiales* plures fuiſſe lego. *Cor. Martialem* Tribunum. *Julium Martialem.* item *Martialem*, cujus impulſu Caracalla occiditur, & *Gargilium Martialem* ſcriptorem temporum Severi Imperatoris. Ad *Martialem* amicum idem poeta ſcripſit. CATAN. *Valerium Martialem* plerique libri. At Voſſ. & MSS. Guelferbytanus Martialis, cui haec epiſtola praemiſſa eſt, quemque cum quatuor aliis olim excuſſimus ſimpliciter: *Audio* Martialem *deceſſiſſe.*

4 *Acer.*] Hoc vocabulum MS. Guelf. omittit. At Voſſ. *acutus, acer, qui in ſcribendo & ſalis*, omiſſis &, ac *plurimum.*

5 *Fuit moris antiqui.*] Bongarſ. Arnz.. Oxon. & Guelf. a prima manu: *Fuit moris antiquis*, ex quo alii procuderunt: *Fuit mos antiquis*, quaſi alterum illud retinere non licuiſſet.

6 *Honoribus.*] Dignitatibus, ſtatuis in publico. Quod multis Graecorum datum auctore Pauſania: & in monumento Scipionum extra portam Capenam tradit Cicer. pro Archia *Ennium* ſepultum. In libro de claris oratoribus recitat eundem donatum civitate a Q. Nobiliore M. filio. Quot praeterea dignitates & opes *Seneca* per diſciplinas comparavit? *Quintilianus* conſularia ornamenta, & ut altius repetam *Ariſtot. & Iſocrates*, ac alii pro ſcriptis ſuis, multis talentis plerumque donati ſunt. CATAN.

7 *Quibus gratiam* retulerim.] Sic vulgo edebant. Optimus tamen, ut & Bongarſ. Arnz. & Oxon. *quibus gratiam retuli*, quod mutari non debebat. Sic peccabant ſupra Epiſt. XII. n. 4. *Scribit enim eos*, quibus *obvius* fuerat, *cum caput ebrii retexiſſent, erubuiſſe*, dabant nempe *fuerit.* Item Lib. II. Epiſt. X. n. 3. *Ut errones aliquem*, cuius dicuntur, *invenient*, ibi vide.

I. Re-

[1] Remitterem te ad ipſum volumen, niſi quoſdam tenerem: Tu, ſi 4
placuerint hi, ceteros in libro requires. [2] Alloquitur Muſam, man- 5
dat ut domum meam [3] Eſquiliis quaerat, adeat reverenter:

Sed ne tempore non tuo diſertam
Pulſes ebria januam, videto.
Totos dat [4] tetricae dies Minervae,
Dum centum [5] ſtudet auribus virorum,
[6] Hoc, quod ſecula poſterique poſſint
[7] Arpinis quoque comparare chartis.
Seras tutior ibis ad lucernas,
Haec hora eſt tua, quum furit [8] Lyaeus.
Quum regnat [9] roſa, quum madent capilli,
Tunc me vel rigidi legant [10] Catones.

Meritone eum qui haec de me ſcripſit, & tunc dimiſi amiciſſime, 6
&

1 *Remitterem te ad ipſum v.*] Ita Plinius ſcripſit. Perperam Voſſ. & Guelf. *Mitterem ad te ipſum volumen.*

2 *Alloquitur Muſam.*] Proponit argumentum carminis ex Lib. X. Martial. Ep. XIX. cui initium, *Nec doctum ſatis, &c.* CATAN.

3 *Exquiliis.*] *Exquiliae* vicus in urbe ab Exquilino colle: a quo porta *Exquilina*, ſecundum Dionyſium. P. Victor campum *Exquilinum*, & lucum in quinta urbis regione deſcribit. IDEM. MSS. Bongarſ. Barth. Voſſ. Guelf. Oxon. Helmſt. & Arnz. *domum meam Exquiliis*, ſine Praepoſitione, quae primum ob praecedens *m* intercidiſſe videri poſſet, niſi & Mediceus eam abiiceret. Ceterum ex iisdem Mediceis membranis & Oxon. *Esquiliis* ſcripſimus, ut eſt in melioribus libris Tullii, Ovidii, Plinii maioris, Livii, aliorumque, non *Exquiliis.* Lindenbr. *in Esquiliis requirat*, ſed hoc modo praeceſſit. Deinde Voſſ. Guelf. & Arnz. *adeatque reverenter.*

4 *Tetricae Minervae.*] Severae Muſae, id eſt, judicialibus cauſis. *Tetricus* mons eſt in Sabinis aſper & difficilis, quem Maro *Tetricam*, foemino protulit. CATAN. In duobus Guelferbytanis reperi: *tetricae* diem *Minervae*, mendoſe.

5 Studet *auribus.*] Tres Guelferb. *vacat auribus.* minus recte.

6 Hoc, *quod ſaecula.*] Vir doctus divinabat: *Haec*, contra nitentibus omnibus libris.

7 *Arpinis chartis.*] Orationibus, & ſcriptis Tullianis. Nam Cicero traxit originem ex municipio Arpinati. CATAN. Symmachus: *Contra Arpinatem qui ſtetit eloquio.* BARTH. Iuvenalis Sat. VIII. vs. 237. de Cicerone:

Hic novus, Arpinas, *ignobilis, & modo Romae*
Municipalis eques galeatum ponit ubique
Praeſidium attonitis.

8 *Lyaeus.*] Bacchus, unum ex cognominibus ipſius, ἀπὸ τοῦ λύω, ſolvo, quaſi λυσιμέριμνος, id eſt curarum ſolutor; vel ἀπὸ τῆς λύσεως τοῦ ῥάμματος, id eſt, a ſolutione fili. Aſſutus eſt enim Jovis femori: vel quod ſolvat vino ebrios. Sunt autem illius plura cognomina epigrammate Graeco per ordinem literarum annotata. CATAN. Voſſ. Helmſt. & Guelf. *dum furit*, & deinde: *Dum regnat, dum madent.* Inconſultius Raderus, *dum furit*, ſed mox: *Cum regnat, cum madent* edidit. Duo alii Guelferb. ter *quom* ſcripſerunt. Oxon. *Haec hora eſt quae cum fuerit lotus.*

9 *Roſa.*] Corona roſacea, qua convivae coronabantur. Sane pro voluptate uſurpatur. CATAN.

10 *Catones.*] Viri graves: quales fuerunt duo *Catones, Cenſorinus*, & *Uticenſis.* IDEM. Voſſ. & Guelf. *Tunc* vel rigidi me *legant.* Arnz. *Tunc me* rigidi vel *legant.*

[1] & nunc, ut amiciſſimum, defunctum eſſe doleo? Dedit enim mihi [2] quantum maximum potuit, daturus amplius, ſi potuiſſet. Tametſi quid homini poteſt dari majus, quam gloria, & laus, [3] & aeternitas
7 [4] At non erunt aeterna quae ſcripſit. Non erunt fortaſſe, ille tamen ſcripſit tanquam eſſent futura. *Vale.*

1 *Et nunc*, ut *amiciſſimum.*] Mediceus, Voſſ. & Guelferb. *& nunc* amiciſſimum *defunctum eſſe doleo*, neglecta particula *ut*, quomodo probatos ſolere, diximus ad Lucan. Lib. I. vs. 192.

— — — *ſi iure venitis,*
Si cives, *hucusque licet.*

Adde infra Lib. IX. Epiſt. XI. princ.

2 *Quantum* maxime *potuit.*] Mediceus, Riccard. aliique vetuſtiores: *quantum* maximum *potuit*, quod cur diſplicuerit Sichardo & Gryphio, qui *maxime* invexerunt, non video. Cicero Laelio cap. XX. *Quod tanta eſt inter eos*, quanta maxima *poteſt eſſe, morum ſtudiorumque diſtantia.* Livius XXVII. cap. XLIII. Quantis maximis *itineribus poterat, ad collegam ducit.* Sic ille saepius. Caeſar V. B. Gall. cap. XXVIII. Quantasvis magnas *copias etiam Germanorum ſuſtineri poſſe.* Ubi conſule Daviſium, qui ex tali ratione loquendi etiam I. B. Civ. cap. XXI. *tanta ſumma* defendit. adde infra Lib. VI. Epiſt. XII. n. 2. Corte.

3 *Et aeternitas?*] Riccard. Oxon. & Lindenbr. *& aeternitas harum?*

4 *At* non *erunt aeterna.*] Alii: *at* num *erunt aeterna, quae ſcripſit?* male.

C. PLINII CAECILII SECUNDI EPISTOLARUM

LIBER QUARTUS.

Epiſt. I. C. Plinius Secundus [1] Fabato Prosocero Suo S.

ARGUMENTUM.

Certiorem facit Proſocerum Fabatum de adventu ſuo in patriam, ſed in itinere docet biduo ſe moraturum Tifernii, ob dedicationem templi, quod ſua pecunia exſtruxerat.

CUpis poſt longum tempus [2] neptem tuam, meque una videre. Gratum eſt utrique noſtrum quod cupis, [3] mutuo me hercule. Nam invicem nos incredibili quodam deſiderio veſtri tenemur, quod non ultra differemus. Atque jam adeo [4] ſarcinulas alligamus, feſtinaturi

1 *FABATO PROSFCERO SUO.*] Riccard. in Indice corrupte *Fabium* vocat; at Lib. V. Epiſt XII. *Calpurnium Fabatum* extulit. adde Lib. VI. Epiſt. XII. & Lib. VII. Epiſt. XI. XVI. XXIII. XXXII. Lib. VIII. Epiſt. X. ubi in optimis membranis eadem inſcriptio. Integrum viri nomen extat in veteri inſcriptione apud Gruterum pag. 382. n. 6. ubi tamen verſu octavo legendum:

FLAM. DIV. AVG. PATRON. MVNIC.
T. F. I.

ut me, ex ſchedis Manutianis, quas Bibliotheca Vaticana ſervat, docuit vir humaniſſimus.

2 *Neptem tuam.*] *Calphurniam* filiam filii tui & uxorem meam. *L.* autem *Calphurnius Fabatus* eques Romanus accuſatus fuit tanquam Lepidae inceſti conſcius, & inſtantem damnationem fruſtratus eſt: mox Neronem circa ſumma ſcelerum diſtentum, quaſi minor evaſit: demum annis gravis ſe Comum recepit, ubi noſtra tempeſtate in templo divi Carpophori extat illius memoria in vetuſto ſaxo, quamvis multis literis detruncata: ſed latius honores ejus alio poſtmodum Comi reperto lapide perleguntur. Catan.

3 Mutuo *mehercule.*] Concinnius legas: *mutuoque hercule.* Barthi. Codices nihil mutant.

4 *Sarcinulas alligavimus.*] Onera; itineris impedimenta. Catan. *Alligavimus.*] Sic. Pal. codex, non *alligamus*, ut editio recens. Nam & Vetus conſentit manuſcripto, niſi quod ea, *Atque adeo jam.* Gruter. Eſt etiam in Helmſt. *adligavimus*. Reliqui tamen *adligamus* ſervant, quod

3 turi quantum itineris ratio permiſerit. Erit una, ſed brevis mora: deflectemus in Tuſcos, non ut agros, remque familiarem oculis ſubjiciamus (id enim poſtponi poteſt) ſed ut fungamur neceſſario officio.
4 Oppidum eſt praediis noſtris vicinum, [1] nomen Tiferni Tiberini, quod me pene adhuc puerum [2] patronum cooptavit: [3] tanto majore ſtudio, quanto [4] minore judicio adventus meos celebrat, profectioni-
5 bus angitur, honoribus gaudet. In hoc ego ut referrem gratiam (nam vinci in amore turpiſſimum eſt) [5] templum mea pecunia exſtruxi, cujus [6] dedicationem, cum ſit paratum, differre longius [7] irreligioſum
6 eſt. Erimus ergo ibi dedicationis die, quem [8] epulo celebrare conſtitui;

quod nulla ratio repudiare iubet. Idem He'mſt. infra: *quantum* ratio itineris *permiſerit. Erit* enim *una*, *ſed brevis*, *mora*.

1 *Nomen Tifernium Tyberinum.*] Legitur etiam *Tiferni Tyberini.* Tyberinum autem juxta Tyberim ſitum, ad differentiam *Tiferni*, quod incolunt Dauni, auctore Pomponio Mela. Ptolemaeus *Tiphernum* in Umbria collocat ad Apenninum. Apud Plinium ſen. ubi refert *Tifernates Tiburinos*, puto mendam inoleviſſe, & legendum *Tyberinos.* Catan. *Nomen Tifernium*, &c.] Ita editio vetus. At Pal. *nomen Trifernium Tiberinum*, recenter cuſi, *Tiſernum.* Gruter. Lindenbr. & Oxon. *Tifernium*; Helmſt. & Arnz. *Trifernium.* Ceteri *Tifernum.* Aſt Optimus omnium: *nomen Tiferni Tiberini*, cui adhaerere tutiſſimum eſt. *Nomen* eſt ei *Tiferni Tiberini*, quam conſtructionem, praeter alios, probat Servius ad I. Aeneidos.

2 *Patronum cooptavit.*] Neque enim ſinguli tantum homines in clientelas potentiorum ſe dabant, ſed integrae etiam civitates ſibi cooptabant Patronos, non viros tantum, verum & foeminas. Nam Peltuinos *Nummiam Variam* C. F. Sacerdotem Veneris, Patronam ſibi feciſſe, vetus Inſcriptio apud Gruterum teſtatur. Bononienſium Civitatem in *Antoniorum*, Suetonius Auguſt. cap. XVII. Lacedaemoniorum in clientela *Claudiorum* fuiſſe, idem Tiberio cap. VI. auctor eſt. Buchner. De his patronis dictum ad Salluſt. Cat. cap. XLI. n. 4.

3 *Tanto majore ſtudio.*] Repete ex fine praecedentis dictionis ſyllabam *it*, ac lege, *Id tanto maj.* Casaub. Codices noſtri, ſine ulla varietate, cum Vulgata incedunt.

4 *Minore judicio.*] Facultatem ſuam extenuat, ſe indignum referens tanta cura & celebritate. Catan

5 *Templum mea*, &c.] De hoc ſcripſerat decurionibus, ut ſibi ſolum aſſignarent, in quo templum ſua pecunia extrueret, & illi electionem loci Plinio obtulerant. Hujus autem extructionis cauſa, ut Trajani indulgentia principum ſtatuas per agros diſperſas in unum locum venerandum colligeret, Nervaeque & Trajani iliis adderet. Singulorum deorum locum dicimus templum, quod tribus modis intelligitur, a *natura*, ab *auſpicando*, a *ſimilitudine.* A *natura*, in coelo: ab *auſpiciis*, in terra: a *ſimilitudine*, ſub terra. *In coelo* templum dicitur, ut magna coeli templa, tum commixta ſtellis ſplendidis, quia initium erat oculi a *tuendo* primo templum dictum ſic *in terra*, ut ſcrupea ſaxa, Bacchi templa prope aggreditur. *Sub terra*, ut Acheruſia templa, alta orci ſalvete infera. Templi coeleſtis partes quatuor appellantur, ſiniſtra ab oriente, dextra ab occaſu, antica ad meridiem, poſtica ad ſeptentrionem. Idem.

6 *Dedicationem.*] Conſecrationem *dedicare*; & *dicare* proprie eſt dicendo deferre, & obſequio dare alicui numini, ac in perpetuum conſtituere. Fiebat autem dedicatio templi, aut per Conſulem aut Imperatorem praeeuntibus verbis Pontif. Max. Ex auctoritate Senatus lata lex eſt, ne quis templum aramve injuſſu Senatus aut Trib. pl. partis majoris dedicaret. Hinc Varro de lingua Latina, *Aedis*, inquit, *ſacra a magiſtratu pontifice praeunte dedicatur quibuſdam verbis*, *dicendo. Hinc dedicatio dicta.* Catan.

7 *Irreligioſum eſt.*] Fortaſſe melius Pal. *irreligioſum puto.* Gruter. Noſtri omnes: *irreligioſum eſt.* Arnz. *cuius dedicationem ſit comparatum differre i. e.* Helmſtad. *deferre.*

8 *Epulo.*] Convivio lauto & decenti apparatu. Ad deos plerumque refertur, ut apud D. Auguſtinum de civitate Dei: *Velut ſuis epulis immunda daemonia paſcerentur.* Catan. Riccard. *quem & in... celebrare conſtitui*; Lindenbr. *quem &*

vi

tui; ſubſiſtemus fortaſſe [1] & ſequenti: ſed tanto magis viam ipſam [2] corripiemus. Contingat modo te filiamque tuam [3] fortes invenire! 7
nam hilares certum eſt, ſi nos incolumes receperitis. *Vale.*

II. C. PLINIUS [4] CLEMENTI SUO S.

M. Regulum malum cauſidicum morte filii dolorem ſimulantem apud Clementem notabiliter taxat.

REgulus filium amiſit: hoc uno malo [5] indignus, quod neſcio an malum putet. Erat puer acris ingenii, ſed ambigui, qui tamen poſſet recta ſectari, ſi [6] patrem non referret. Hunc Regulus [7] eman- 2
cipa-

vi [celebrare c. Oxon. *quem* & ibi *celebrare c.* Arnz. etiam in alium locum vocem *epulo* traiecit, & hic tantum: *quem celebrare conſtitui.* In omnibus alioquin dedicationibus *epulum* ſollemne erat, ut diſcimus ex Dione Lib. LVII. pag. 610. Gruteri Inſcript. pag. 414. n. 2. eumque morem Chriſtianos continuaſſe, notavit Io. Savaro ad Sidon. Lib. IV. Epiſt. XV. princ.

1 *Et ſequenti* die.] Sic Aldus, Catanaeus, Gryphius, alii cum recentioribus ſcriptis. At Veterrimae aliaeque meliores membranae *die* ignorant: quod cum ex ſuperioribus facile intelligatur, eo Secundus non onerandus fuit.

2 *Corripiemus.*] Ut Horatius: *corripuit gradum.* BARTH.

3 *Fortes invenire.*] Sanos. CATAN. *Invenire.*] Verbum hoc non agnoſcitur a Palatino. GRUTER. *Fortes*, i. bona valetudine. BARTH. Sic. Lib. VI. Epiſt. IV. n. 3. *Equidem etiam* fortem *te non ſine cura deſideraram.* Lib. VII. Epiſt. XXIII. princ. *Gaudeo quidem eſſe te tam* fortem, *cet.* Verbum *invenire* in omnibus noſtris conſervatum eſt, & merito. Mutat tamen aliud Mediceus, in quo haec ita concipiuntur: *Contingat modo te, filiamque tuam fortes invenire! nam* continget *hilares, ſi nos incolumes receperitis*, quod prorſus Plinianum eſt, & pro vulgato: *nam hilares certum eſt*, auctori ſuo reddi meretur.

4 *Clementi.*] *Clementes* per ea tempora plures invenio. Sub Nerone *Salienum Clementem & Suedium Clementem* ab Othone claſſi praefectum: Item *Aretinum Clementem* domui Veſpaſiae per affinitatem conjunctum a Mutiano Praetorianis praepoſitum: & prius Domitiano gratiſſimum, familiaremque, & mox ab eo necatum, quemadmodum idem tyrannus *Flavium Clementem* patruelem ſuum jugulari juſſit, quamvis apud Dionem mendoſe legatur *Fabius* pro *Flavio.* *Clementis Patavini* Mart. mentionem facit. Fuit & *Corvinus Clemens* eruditiſſimus, & poetarum ſuaviſſimus, metro Alexandri Macedonis geſta complexus, & Apulejo familiaris. Ego tamen crediderim epiſtolam ſcriptam *Caelio Clementi*, quem ſibi in Proconſulatu ſucceſſorem alibi recitat Secundus. Niſi me impediret vetus inſcriptio ex Lib. I. ubi legimus *Atrio Clementi* eundem ſcripſiſſe, *Clementi* inquam *Patavino.* CATAN. Riccard. in Indice *Attium Clementem* vocat, ut eumdem intellexerit, ad quem Lib. I. Epiſt. X. ſcripta eſt, ubi *Attium* quidam Codd. agnoſcunt.

5 *Indignus quod.*] Senſus eſt, merebatur Regulus mortem filii, ſi eam malum putaret. Sed cum timendum obitum ejus optaſſet, ut haeres filii exiſteret, ideo indignum cenſeo hoc malo, quia malum non credit, ſed utile. CATAN.

6 *Si patrem non* referret.] Lege infra Lib. V. Epiſt. XVI. n. 9.

7 *Emancipavit.*] Manumiſit, liberavit. Liberum eſt ei, qui filium habet, de poteſtate patria dimittere: emancipari tamen non poterat, niſi erat in imaginariam ſervilem cauſam deductus. Emancipatione autem deſinunt liberi eſſe in patria poteſtate, ſed *emancipatio* antea quidem, vel per antiquam legis obſervationem procedebat, quae per imaginarias venditiones & intercedentes manumiſſiones celebrabatur, vel ex imperiali reſcripto, verum Juſtiniani conſtitutione hoc in melius reformato. *Emancipati* auctore Pompejo duobus modis intelliguntur, aut qui ex patris jure exierunt, aut qui aliorum fiunt domini: utrumque fit emancipatione. CATAN.

1 *Man-*

cipavit, ut heres matris exiſteret. [1] Mancipatum (ita vulgo ex mo-
ribus hominis loquebantur) foeda & inſolita parentibus indulgentiae
3 ſimulatione [2] captabat. Incredibile eſt, ſed Regulum cogita. Amiſ-
ſum tamen luget inſane. Habebat puer [3] mannulos multos, & [4] jun-
ctos & ſolutos: habebat canes majores, minoreſque: habebat luſci-
4 nias, pſittacos, [5] merulas: omnes Regulus circa rogum trucidavit.
nec dolor erat ille, ſed [6] oſtentatio doloris. Convenitur ad eum mira
celebritate. Cuncti [7] deteſtantur, oderunt: [8] &, quaſi probent,
quaſi diligant, curſant, frequentant, utque breviter, quod ſentio,
enun-

1 *Mancipatum.*] Emptum hac fraude, non manumiſſum. Nam dum illum muneribus captaret, vulgus non emancipatum, ſed mancipatum dictabat. CATAN. *Mancipatum.*] Non de nihilo eſt, quod ſervat Pal. editioque vetus, *mancipatum.* Tale enim quid requirunt verba parentheſi incluſa. GRUTER. Laudent, quantum velint, ſuum *Mancipatum*; ſciant tamen, in veterrimo Mediceo, Lindenbr. & Voſſ. exſtare *emancipatum.* Et eſt ſane, ubi *emancipatus* notione τῦ *mancipatus* venit, quod poſt Scioppium ad Senecam docuere Iuretus & Gronovius, ille ad I. Benef. cap. III. *Sit aliquis usque eo Graecis* emancipatus, *ut haec dicat neceſſaria*; hic ad Epiſt. XLV. *Non enim me cuiquam* emancipavi, *nullius nomen fero.* Fatendum tamen, verba quae per parentheſin ſubiiciuntur, requirere *mancipatum*: niſi exiſtimes, iſta pertinere ad verbum *captabat*, quod erat ex moribus Reguli; quod mihi non placet. Praeterea Mediceus & Voſſ. *ex moribus* homines *loquebantur*, quomodo & Barthius legendum putabat, ſed fruſtra. Mores *Reguli* hic exprimendi erant, quod fit per additum *hominis.* vide ad Salluſt. Cat. cap. XLVIII. n. 5. *Loquebantur* autem per ſe poni poteſt, ut aliqui ex vulgo, vel ipſum illud *homines* intelligatur, quod Latinis frequentiſſimum eſſe, docuimus ad Lucan. Lib. III. vs. 659.

Poſtquam inhibent *remis puppes.*

Sed hic additum *vulgo* ne iſta quidem remedia poſtulat.

2 *Captabat.*] Mancipatum muneribus ſolicitabat, ut ſe haeredem relinqueret. Non placebat uxori Reguli, ut filius eſſet in patria poteſtate: quare cum reliquerat haeredem ſub hac conditione, ſi pater eum manumiſiſſet. Itaque timens Regulus, cum in filium emancipatum jura patroni tantum haberet, ne alium relinqueret haeredem, blanditiis & largitione eum captabat. Tranquillus fere eadem memorat de Vitellio. CATAN. Bongarſ. Helmſt. Oxon. Arnz. & Ed. Vet. *Incredibile, ſed Regulum cogita*, ſine Verbo ſubſtantivo. Deinde Riccard. Lindenbr. & Oxon. omittunt *inſane*; Mediceus & addit: *Et habebat puer.*

3 *Mannulos.*] Equos puſillos, quos vulgo ſuo ſeculo *Buricos* appellatos teſtatur Porphyrio, de quibus Mart. XII. *mannuli tacebunt.* CATAN.

4 *Junctos.*] Currum trahentes, jugatos, ut *ſolutos* vehiculis inſuetos. IDEM. *Junctos.*] Haud aliter Pal. aut vetus ed. Nova quaeque *vinctos.* GRUTER. Recte *iunctos*, currum trahentes, quomodo & noſtri MSS. non *vinctos.* Diximus ad Lib. II. Epiſt. XVII. n. 2. *Iter aliqua ex parte arenoſum*, iunctis *paullo gravius & longius, equo breve & molle.* Hoc idem Barthio probabatur, qui illud adiecerat ex Horatio: *gaudet equis curribusque.* Infra Voſſ. *habebat canes minores maioresque*, & Mediceus: *habebat lucerinas*, pro *luſcinias.*

5 *Merulas.*] Aves, nomen etiam piſcis & viri. De ave Plin. *Merula ex nigra ruſeſcit, canit aeſtate, hyeme balbutit, circa ſolſtitium muta eſt, roſtrum quoque anniculis in ebur transfiguratur duntaxat maribus.* CATAN.

6 *Oſtentatio doloris.*] Seneca de Tranqu. cap. XV. *Plerique enim lacrymas fundunt, ut* oſtendant, *& toties ſiccos oculos habent, quoties ſpectator defuit*, & quae ſequuntur, qui & alibi ambitionem lacrymarum & doloris graviter perſtringit.

7 *Deteſtantur.*] Regulo imprecantur, quod ſc. aves iſtas circa rogum filii trucidarit. *Deteſtatio*, Pompejo tradente, vocatur in deteriorem partem, *obteſtatio* in meliorem, *deteſtabiles* enim ſunt, quorum teſtimonium malum & execrandum eſt. CATAN.

8 *Et quaſi.*] Melius forte; *ſed quaſi.* GRUTER. Barthius quoque emendabat: at *quaſi probent.* In codd. tamen omnibus & haeret.

1 *In*

enunciem, in Regulo demerendo, Regulum imitantur. Tenet ſe 5
trans Tiberim [1] in hortis, in quibus latiſſimum ſolum porticibus im-
menſis, ripam ſtatuis ſuis occupavit: ut eſt [2] in ſumma avaritia ſum-
ptuoſus, in ſumma infamia glorioſus. Vexat ergo civitatem [3] inſalu- 6
berrimo tempore, & quod vexat, ſolatium putat. dicit ſe velle duce-
re uxorem: hoc quoque, ſicut alia, perverſe. audies brevi nuptias 7
lugentis, nuptias ſenis: quorum alterum, immaturum, [4] alterum,
ſerum eſt. Unde hoc augurer, quaeris? non quia affirmat ipſe, (quo 8
mendacius nihil eſt) ſed quia certum eſt Regulum eſſe facturum, quic-
quid fieri non oportet. *Vale.*

III. C. PLINIUS [5] ANTONINO SUO S.

Unice

1 *In hortis.*] Rus habuit Regulus trans Tiberim ad tertium lapidem, ad haec in Umbria, Thuſcia, Thuſculi, auctor Martialis. CATAN.

2 *In ſumma avaritia ſumptuoſus.*] Acute dictum quamvis fatue videatur. Nam in multis accidit aliquem eſſe avarum, in aliquibus prodigum: quae cum turpiſſima ſeparata ſunt, turpius tamen junguntur. IDEM. Ultima deſumſit Catanaeus ex Lib. II. Epiſt. VI. extr. ubi de ſimili diverſorum vitiorum ſocietate locutus eſt, & nos locum memorabilem citavimus. Mediceus: *in ſumma infamia* avaritia *glorioſus.* vitioſe.

3 *In ſaluberrimo tempore.*] Trajano optimo remp. adminiſtrante. CATAN. *In ſaluberrimo, &c.*] Catanaeus *ſaluberrimum tempus*, ad Trajani principatum refert: qui optime, tum ſaluberrime Remp. adminiſtrabat. Senſus igitur eſt: nondum deſiiſſe Regulum civitatem vexare, etiam ſub optimo Principe: quod ſub peſſimis quoque ante, ut ſub Nerone & Domitiano, flagitioſiſſime fecerat, de quo Noſter Lib. I. Epiſt. V. & Lib. VI. Epiſt. II. & Tacitus IV. Hiſt. XLII. Quidam Codices, *inſaluberrimo*, habent, quod ad anni horam referre licet, quo diſcurſus & labor non moleſtus modo, ſed & corporibus noxius eſſet. Ut per aeſtatem, quae Romae gravis. In eo enim vexabat civitatem Regulus, quod, cum in hortis trans Tiberim teneret ſe, pluribus neceſſitatem imponeret eo ex urbe proficiſcendi non ſine moleſtia & detrimento valetudinis, ut adeſſent lugenti, probarentque officium, quem ex propinquo adire non poterant, & tamen adire, tanquam obnoxii, neceſſe habebant. Hoc eſt, quod paulo ante dixit noſter: *Conventitur ad eum mira celebritate, &c.* BUCHNER. Plane iunctim legendum *inſaluberrimo*, & accipiendum de anni tempore, contra quam Catanaeus fecit. SCHEFFER. Et ſic libri noſtri.

4 *Alterum, ſerum eſt.*] Ducere uxorem in ſenectute. An potius lugere filium amiſſum, quem debuerat amittere ante emancipationem vel antequam fieret haeres? Non auguror. CATAN. Ambigit Catanaeus, an de nuptiis lugentis, an ſenis debeat intelligi. Sed palam eſt, vel ex praecedenti, de nuptiis ſenis accipi debere. Nam immaturae nuptiae ſenis non poſſunt dici. *Immaturum* eſt, quod necdum ad maturitatem ſuam pervenit, quomodo nuptiae ſenis non poſſunt dici immaturae. At nuptiae lugentis, quia per luctum tempus nondum erat maturum faciendis nuptiis, ſed debebat longius differri. SCHEFFER. *Immaturae* & nimis feſtinatae nuptiae lugentis, quomodo *immaturum matrimonium* vocatur Leg. I. Cod. de ſecund. nupt. quod intra tempus luctus a femina contrahitur, quod obſervavit Cuiacius Expoſ. Novell. XXII. pag. 575. *Serae* ſunt nuptiae ſenis, de qua voce egimus ad Lib. III. Epiſt. I. n. 2. *Quibus induſtria ſera, turpis ambitio eſt.*

5 *Antonino.*] Non *Adriano* ſcribitur epiſtola, ſed *M. Arrio Antonino*, Antonini Pii avo materno, a quo ſua carmina diligi Martialis teſtatur apud Atticum. Hic igitur Julio Capitolino & Spartiano referentibus, bis Conſul fuit, homo ſanctus, & qui Nervam miſeratus eſt, quod imperare coepiſſet. Scio in quibuſdam exemplaribus legi hanc epiſtolam *Adriano*, non *Antonino* ſcriptam, etſi ex teſtimonio praeſertim Spartiani ſcimus, illum fuiſſe doctiſſimum & utraque lingua carmina ſcripſiſſe, tamen hac potiſſimum ratione non

Unice probat Antoninum in rebus gravioribus & facetis, tanto magis, quod Graece Latinus ipſe mira cum venuſtate ſcribat.

QUOD [1] ſemel atque [2] iterum Conſul fuiſti, ſimilis [3] antiquis, quod Proconſul [4] Aſiae, qualis ante te, qualis poſt te, vix unus aut alter, (non ſinit enim me verecundia tua dicere, [5] nemo) quod ſanctitate, quod auctoritate, aetate quoque princeps civitatis; eſt quidem venerabile & pulchrum: ego tamen te vel magis [6] in remiſſionibus miror. Nam ſeveritatem iſtam pari jucunditate condire, ſummaeque gravitati tantum comitatis adjungere, non minus difficile, quam magnum eſt: id tu cum incredibili quadam ſuavitate ſermonum, tum vel

non potuit ſub Trajano ſcribi *Adriano*, qui tunc non erat princeps civitatis aetate, ſed admodum juvenis. Quare viderint, qui nuper epiſtolas impreſſere Plinii, & hanc *Adriano* ſcriptam voluere, an ille ſuus antiquiſſimus codex fuerit temporibus Plinii ſcriptus, ut taceam, quod hoc ipſo libro ad eundem *Antoninum* ſcribens excellentiam verſuum ejus Graecorum admiratur. Sed hoc leve peccatum, ſi reliqua diligenter conſiderabis. CATAN. *Antonino.*] Veteres edd. Palatinuſque *Hadriano ſuo*, adeo ut mirer, unde hic invectum fuerit alterum? GRUTER. *Antonino.*] Hic eſt, quem inter ſuffectos conſules nominat Caſſiodorus in ultimo Domitiani anno, ſic Caſaubon. in Jul. Capitolin. Non ad Pium ſcriptam eſſe hanc Ep. ratio temporum maniſeſtiſſime evincit, de qua vide eund. in Hiſt. Aug. ſcript. p. m. 49. B. C. VEENH. Videndus etiam Reineſius Var. Lect. pag. 277. & Paullus Cigalinus de Plinii patria pag. 1622. quae loca indicaverat Perizonius. Ceterum hoc certum eſt, in omnibus noſtris libris hanc eſſe Inſcriptionem: *C. PLIN. HADRIANO SUO S.* vel *Adriano.* Unicus Riccard. in Indice ad *Adrianum Antoninum* ſcriptam eſſe adſerit. Aldus etiam, Gryphius aliique *Hadriano* inſcribunt; ceteros Catanaeus abſtraxiſſe videtur.

1 *Semel.*] Primum cum Mario Celſo, quanquam apud Tacitum mendoſe legatur *Archio Antonio*, non *Arrhio Antonino* & *Mario Celſo* Coss. CATAN. Apud Tacitum I. Hiſt. cap. LXXVII. nunc quidem editur *Arrio Antonino.* Pro *ſemel*, Riccard. exhibet *ſimul*, pervulgata variatione. Vide ad Lucani Lib. II. vs. 198. & Lib. VI. vs. 757.

2 *Iterum.*] Cum Neratio. Auctor Venulejus ad legem Corneliam de ſicariis. CATAN.

3 *Antiquis.*] Optimis. Nam poſtmodum ad luxuriam & Imperatorum libidinem corripiebant Conſulatum, & Flavius Vopiſcus teſtatur factum eſſe, ut jam divitiarum, non honorum Conſulatus eſſet. IDEM. Vide notas ad Lib. II. Epiſt. IX. n. 4. & Epiſt. XI. n. 18.

4 *Aſiae.*] Intra Taurum, quam juniores Aſiam, quo nomine totam continentem vocarunt. Dicta *Aſia* a matre Promethei & Atlantis, ſive ab uxore, ut Herodotus exiſtimat, Promethei Lydi: [ſive] ab *Aſio* Manei filio. Quidam, quia habeat multum coeni. Nam ἄσις *limus* appellatur. Strabo & Apollonii interpres Lydiam dictam putant *Aſiam* freti illo Homerico, ἀσίῳ ἐν λειμῶνι. CATAN. De proconſulatu Antonini exſtat teſtimonium apud Capitolin. VEENH. Helmſtad. *quod* proconſule *Aſiae*, veriſſime, ut infra docebimus ex perpetuo Secundi uſu. Vide ad Lib. X. Epiſt. LVII. n. 1.

5 *Qualis nemo.*] Fuit tanquam inferat, neminem fuiſſe Proconſulem Aſiae digniorem te, ſed tua modeſtia non patitur me ſic dicere. CATAN. *Qualis.*] Pal. & vett. edd. non habent illud *qualis*, & poterat abeſſe. GRUTER. Neque noſtri Codd. praeter Voſſ. illud *qualis* agnoſcunt: quare expunxi, ut iam alii fecerunt. In Helmſt. etiam *me* deſideratur, & ſupra Riccard. *vix unus altero*, pro *aut alter*.

6 *In remiſſioribus.*] Ita habent omnes. Ego non dubito, quin ſcriptura vera ſit *remiſſionibus.* Remiſſiones auctori noſtro creberrime ſunt vacationes a civilibus muneribus, otia, intermiſſiones. SCHEFFER. Sic habes Lib. I. Epiſt. XVI. n. 7. & alibi *remittor.* Falſum autem eſt, quod vir doctus de omnibus pronunciat, quem certo ſcio praeter Buchneri & Veenhuſii Edd. non adeo multos libros auctoris conſuluiſſe. Haeret quidem in illis, ut & Gruteri, margine Cl. Minois & pauciſſimis aliis *remiſſioribus*, ſed iam Aldus in utraque, Catanaeus, Gryphius, Sichardus alii re-

vel praecipue ſtilo aſſequeris. Nam & loquenti tibi illa [1] Homerici 3
ſenis mella profluere, & quae ſcribis complere [2] apes floribus, & [3] innectere videntur. Ita certe ſum [4] adfectus ipſe, cum Graeca epigrammata tua, cum [5] jambos proxime legerem. Quantum ibi humanitatis, 4
venuſtatis! quam dulcia illa! [6] quam antiqua! quam arguta! quam recta!

remiſſionibus vulgarunt, quomodo & libri exarati manu: ut alterum operarum vitium exiſtimari queat, niſi Minos in veteri Cod. exſtare adnotaſſet, nos in Arnz. *in remiſſioribus vel remiſſionibus*, & in Ed. Vet. *in remiſſeribus* reperiſſemus.

1 *Homerici ſenis mella.*] Neſtoris, cujus ore dixit Homerus fluere mel, propter dulcedinem ſermonis. Verſus eſt ex primo Iliad. vs. 249.

Τȣ̃ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.
Melle magis dulcis cui ſermo ex ore fluebat.

Apulejus de Deo Socratis: *Pylius orator eloquio comis, experimentis cautus, ſenecta venerabilis, cui omnes ſciebant corpus annis abire, animum prudentia vigere, verba dulcedine affluere.* CATAN. & BUCHNER.

2 *Apes floribus.*] Videntur tua ſcripta condita luminoſa dulcedine, & te more apum flores eloquentiae colligere. CATAN.

3 *Innectere.*] Alii legunt *& nectare.* BOXHORN. Libri: *& innectere*; ſed ſcribendum: *& nectare*, vel *& inde nectare.* Adludit notiſſima verba Lucretii. BARTH. Verba Lucretii exſtant Lib. I. vs. 954. eaque, & multa praeterea contulit doctiſſ. Barthius ad Petron. Sat. cap. V. extr. ubi legit:

—— *Pierio defundes* nectare *verba.*

Et ſane apud Noſtrum iam Gryphius & Sichardus ediderunt: *floribus & nectare.* Nectari etiam cum floribus, & hinc quoque apibus, optime convenit, ut apud Prudent. Cathem. Hymn. XI. vs. 65.

Sparſiſſe tellurem reor
Rus omne denſis floribus,
Ipſasque arenas Syrtium
Fragraſſe nardo & nectare.

Et Periſteph. Paſſ. V. vs. 277.

Cernit deinde fragmina
Iam teſtularum mollibus
Veſtire ſemet floribus,
Redolente nectar *carcere.*

quomodo & alii frequenter, & inprimis Apuleius ſuum *nectareum* non uno loco uſurpat. Cum tamen in optimo Mediceo ceterisque MSS. noſtris conſtanter *innectere* legatur, & hoc de floribus optime dicatur, ut apud Naſonem: *innectere tempora ſertis*, praeterea unum illud *floribus* rem ipſam ſatis exprimat, a tam vetuſtis libris recedere, religio vetat.

4 *Refectus.*] Recreatus a laboribus fori. CATAN. *Refectus.*] Editiones Aldina priores, *adfectus* (quomodo & Catanaeus legit) verum Palatinus agnoſcit neutrum; ut fortaſſe ſcripſerit; *ita certe ſenſi ipſe, quum, &c.* GRUTER. Excerpta Lindenbr. agnoſcunt *refectus.* Sed Optimus & reliqui omnes *adfectus*, ut Lib. V. Epiſt. IX. pr. *Varie me* adfecerunt *litterae tuae*, & ſic Lib. III. Epiſt. I. n. 9. & paſſim.

5 *Jambos.*] Metra contumelioſa. Nam ἰαμβίζω *convicior* ſignificat, Suida & Hammonio conteſtantibus, vel appellatus *jambus*, ἀπὸ τȣ̃ ἰȣβάζειν, quod tanquam telum vadant verba: an ἀπὸ τȣ̃ ἰαυβάζειν, quod communis hominum lingua, ἰὰ vocetur: aut a Baccha *Jambe* illius inventrice, filia Echus & Panis, quae Cererem dolentem ludens & inutilia dicens, figuraſque abſurdas formans ad riſum coegit. Vid. Epheſtion. CATAN. *Cum jambos.*] Pal. *cum micuambos*, ut procul dubio reſcribendum veniat, *mimiambos.* GRUTER. Habet ſane MS. Voſſ. a manu ſecunda, *mimiambos*, ſed is non magis, quam Palatinus movebit, ut longe vetuſtiores Codd. qui *iambos* maluerunt, deſeramus. Helmſt. & Ed. Vet. *cum iambos* maxime *legerem*, vulgatiſſimo lapſu. Vide Lib. V. Epiſt. XII. n. 3.

6 Quam amantia! *quam antiqua.*] Ita vulgares Edd. & nihil admonuit Cl. Minos, neque Gruterus, neque alii, cum tamen in ipſa Ed. Vet. quam eamdem puto eſſe cum illa, quae toties ab Grutero laudatur, tantum legatur *quam amantia*, omiſſo altero, *quam antiqua*, plane ut in Helmſt. locus exhibetur. At Mediceus utrumque: *quam amantia*, *quam antiqua*, omittit, quod librario per eiusdem Particulae repetitionem facile contingere potuit. Sed Aldus in utra-

recta! [1] Callimachum me, vel [2] Heroden, vel ſi quid his melius, tenere credebam. quorum tamen [3] neuter utrumque aut abſolvit, aut attigit. Hominemne Romanum tam Graece loqui? Non [4] me dius fidius ipſas [5] Athenas tam Atticas dixerim. Quid multa? invideo Graecis,

utraque: *quam dulcia illa, quam antiqua, quam arguta!* eamque ille ſcripturam non modo ex praeſtantiſſimo, ut notum eſt, libro deſumſit, ſed confirmant etiam penes nos Riccard. Voſſ. Oxon. & Lindenbrog. adeoque locum merito emendavi. Barthius conjiciebat *halantia*, pro *amantia*, ut in eo Lucretii Lib. II. vs. 847.

— — *nectar qui naribus* halant.

Sed hoc quidem duriſſimum eſt. Nihil tale habes infra Epiſt. XXVII. n. 1. *Poematia adpellat. multa tenuiter, multa ſublimiter, multa* venuſte, *multa tenere, multa* dulciter, *multa cum bile.* niſi illud *tenere* hoc *amantia* indicare putes. Sed vel illud, quod *humana, venuſta, dulcia* hic opponuntur *antiquis, argutis* & *rectis*, ad quae mox *utrumque*, quod auctor ſubiungit, pertinet, docere potuiſſet, iſtud *quam amantia* nihil habere, quod hic agat. *Antiqua* idem Barthius exponit *veneranda* &. *gravia*, & nos de eo ad Lib. II. diximus. CORTE.

1 *Callimachum.*] *Callimachus* Cyrenaeus Batti & Maeſatmae filius, Hermocratis diſcipulus, adeo ſtudio intentus fuit, ut per omne genus metri poemata ediderit, quorum plurima a Suida numerantur: ſed inter caetera compoſuit Ibin, poema ſane obſcurum, & conviciosum, in quendam inimicum Ibin, Apollonium nomine. Claruit Ptolemaei Philadelphi & Euergetis temporibus. Fuit & alius *Callimachus* Cyrenaeus poeta, filius ſororis prioris Callimachi. CATAN.

2 *Herodem.*] *Julius Herodes* (cujus meminit Lucianus in Demonacte) ſumma facundia praeditus, ſecundum aliquos patricius, quidam etiam Conſularem tradiderunt, filius Attici, qui theſauro invento ab Imperatore Nerva donatus eſt. Quanquam in vita Herodis, quae ſcribitur a Philoſtrato mendoſe legatur Νεϱϐᾶτα pro Νέρϐας, id eſt *Nerva*, in ſummis opibus declamator, & poeta inſignis, altiloquuſque, Trajano & Adriano imperantibus. Moritur ſexto & ſeptuageſimo aetatis anno, cui tale inſcriptum tumulo epitaphium: ΑΤΤΙΚΟΥ ΗΡΩΔΗΣ ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ, ΟΥ ΤΑΔΕ ΠΑΝΤΑ ΚΕΙΤΑΙ ΤΩ ΔΕ ΤΑΦΩ, ΠΑΝΤΟΘΕΝ ΕΥΔΟΚΙΜΟΣ, id eſt, *Attici Herodes Marathonius, cujus haec omnia ponuntur hoc ſepulchro, in omnibus probatus.* CATAN. Mendoſa vox *Herodem.* Forte *Philetas*, vel remotus aliquis latet. Tamen *Herodis* exſtat Epigramma doctiſſimum a Caſaubono & Salmaſio illuſtratum. BARTH. Ille auctor Epigrammatis eſt *Herodes Atticus*, ſi vera docuit Salmaſius, quem etiam adeas ad Capitolin. M. Anton. cap. II. & de hoc agit Catanaeus, & Cl. Minos. Si tamen tempora rite aeſtimes, cum haec ſcriberet Plinius, Herodes ille admodum puer erat, qui an iſta laude fuerit dignus, & cum Callimacho iungi meruerit, non temere dixerim. Remotiorem utique latere arbitror, & quod de *Phileta* ſuſpicatus eſt Barthius, eo factum arbitror, quod *Callimachum* & *Philetam* Propertius, Ovidius, Statius coniungunt. Hoc tamen a litteris nimium recedit. Forte ſcriptum fuit *Eratoſthenen*, de quo Suidas, Strabo Lib. XVII. pag. 837. & alii, qui non raro cum Callimacho ſimul producitur. Talibus immorari non vacat. Interim ex Mediceo & Riccard. repoſuimus *Heroden* quod iam Aldus ex ſuo fecerat, ut mox Epiſt. ſequ. *Aeſchinen*, & ſupra *Periclen*, *Demoſthenen*, alia. Oxon. *Herodotum* al. *Herodem.* CORTE.

3 *Neuter utrumque.*] Significat neutrum illorum, quos nominavit, Jambos & Epigrammata ſimul ſcripſiſſe, aut conſummati artificii retuliſſe laudem. Nam licet *Callimachus* Jamborum quoque poeſin tentarit, deſtituit tamen ea laus, quam Epigrammata ipſi pepererant. *Herodes* vero alterum genus ne attigerat quidem, uno contentus. BUCHNER. *Neuter utrumque*, perfectus in uno genere. BARTH. Infra Mediceus *nam* neglexit: *hominemne Romanum* Graece *loqui*, quod praecedentes litterae effecerunt.

4 *Medius fidius.*] Jurat per Jovis nuncium, Mercurium ſcilicet, qui creditur vocis ac ſermonis praeſes. Quare appoſite interponitur jusjurandum, cum de elegantia ſermonis loquatur. Scimus etiam *Herculem* intelligi ſolitum, quoniam is a Sabinis ſanctus *Fidius*, ac *Semipater* appellaretur, auctoribus Propertio, Ovidio, Silio. CATAN. Nos paullo curatius de iſta iurandi formula *me Dius fidius* ad Salluſt. Cat. cap. XXXV. n. 2.

5 *Athenas tam Atticas.*] Color eſt, quem Rhetores ἄυξησιν dicunt: niſi forte putet aliquis ad differentiam id dictum. Ex Stephano enim didicimus, urbes ſex Athenarum nomine olim fuiſſe

Graecis, quod illorum lingua ſcribere maluiſti: neque enim conjectura eget, quid ſermone patrio exprimere poſſis, cum hoc [1] inſititio & inducto, tam praeclara opera perfeceris. *Vale.*

IV. C. PLINIUS. [2] SOSSIO SUO S.

Rogat Soſſium, ut conferat Tribunatum ſemeſtrem Calviſio Nepoti conjuncto affinitate.

[3] CAlviſium Nepotem validiſſime diligo, virum induſtrium, rectum, diſertum, quod apud me vel potiſſimum eſt. Idem C. Calviſium contubernalem meum, amicum tuum arta propinquitate complectitur. Eſt enim filius ſororis. Hunc rogo [4] ſemeſtri Tribunatu 2
ſplendidiorem, & ſibi & avunculo ſuo facias. obligabis me, obligabis 3
Calviſium noſtrum, obligabis ipſum non minus idoneum debitorem, quam

fuiſſe nuncupatas, qua ratione dixit Plautus Epidico: *Fateor me omnium hominum eſſe* Athenis Atticis *minimi pretii.* Apollinaris Lib. IV. Epiſt. III. *Arbitro me, nec* Athenae *ſic* Atticae *videbantur.* Opinionem hanc confirmat I. Sat. cap. VII. Macrobius: *Si ſic apud* Athenas Atticas *Areopagitae tacentes judicant, ita inter epulas ſilere oportet.* Eodem ſenſu dixiſſe memineram Symmachum *Athenas Atticas* Lib. V. Epiſt. XXXIII. CL. MINOS. *Athenas i. A.*] Tam eleganter locutas Graece, quamvis penes illam civitatem principatus fuerit ejus linguae. Sidonius, imitator noſtri ac aemulus, aut, eruditiſſimis viris ut videbatur, ſimia magis, Lib. IV. Epiſt. III. *Quid multis? arbitro me, in utroque dicendi genere, nec Athenae ſic Atticae, nec Muſae ſic judicabuntur.* Sed Plinius hanc elegantiam Tullio ſuo debebat; cujus verba Oratore iſta ſunt: *Miremini hunc maxime, quo ne Athenas quidem ipſas magis credo fuiſſe Atticas.* BUCHNER. Adde, ſi tanti, Iuretum ad Symmachum & Io. Savaron. ad Sidonium ll. cc.

1 *Inſititio.*] Graeco, aliunde accerſito, advena. Apulejus *inſitivum* dicit ad inſerendum idoneum, quod Varro *inſititioſum.* CATAN. Mediceus corrupte: *cum hoc* inſtituto *& inducto.* *Inſitivus* eſt ſermo alienus, peregrinus & arceſſitus, ut alibi loquitur. Oxon. Riccard. Helmſt. & Lindenbr. *cum* in *hoc inſititio*, & ſic Ed. Vet. licet nulla cogat neceſſitas.

2 *Soſſio.*] C. *Soſſium* Antonius Syriae praefecit. Hic vero Senatorii ordinis *Soſſius Papus*, cujus amicitia uſus eſt Adrianus, cum tempore expeditionis Parthicae legatus a Trajano deſtinatus eſt, adjuvante Plotina. Eum imprimis dilectum ab eodem Imperatore tradit Dion honeſtatum ſtatua publica. *Soſſio* vitam Demoſthenis Plutarchus ſcripſit. CATAN. Riccard. ad *Soſium Senecionem* ſcriptam eſſe, in Indice dicit. Lindenbr. Bongarſ. & Oxon *Soſio*; Arnz. *Soſiae.*

3 *Calviſium nepotem.*] Ad differentiam alterius *Calviſii*, ex cujus ſorore hic natus erat. CATAN. *Calviſium nepotem.*] Pal *Variſium Nepotem*, quod minime temerarium putaverim. GRUTER. Si temerarium non putandum eſt Palatini MS. *Variſium*, multo minus pro tali habendum erit veterrimi Medicei, *Variſidium Nepotem*, cum etiam Riccard. in Indice habeat, *Variſiduum Nepotem.* Deinde idem Mediceus *valdiſſime.* Porro Barthius transponebat: *diſertum, rectum, quod apud* cet. Sed libri omnes habent: *rectum, diſertum, quod* cet. Denique pro *potiſſimum* Riccard. offert *potentiſſimum*, quod Gryphius propagavit, Minos in margine adnotavit.

4 *Semeſtri tribunatu.*] Non placet hoc loco intelligere, quod Tribuni annulo aureo utantur circulari, & *ſemeſtrem Tribunatum* dixiſſe annulatum, ut reſpiciamus Juvenalis illud:

Semeſtri vatum digitos circumligat auro.

Sed *ſemeſtri* interpretaberis ſex menſium. Unde Caeſar conquerebatur *ſemeſtre* imperium ſibi eripi, & *ſemeſtrem* ſationem Columella vernalem dixit, ſicut *ſemeſtrium* ſpatium ſex menſium. Ulpianus titulo de migrando *ſemeſtrem* penſionem vocat:

4 quam [1] nos putas. Multa beneficia in multos contuliſti. auſim contendere, nullum te melius, aeque bene vix unum aut alterum collocaſſe. *Vale.*

V. C. Plinius Sparso Suo S.

Latenter comparat aſſenſum auditorum in recitatione orationis facto, quod accidit Aeſchini, ſuam & Demoſthenis orationem apud Rhodios praeſentanti.

[1] AEſchinen ajunt petentibus Rhodiis legiſſe orationem ſuam, dein-
2 de Demoſthenis, [3] ſummis utramque clamoribus. Quod tantorum virorum contigiſſe ſcriptis non miror, cum [4] orationem meam proxime doctiſſimi homines hoc ſtudio, hoc aſſenſu, hoc etiam labore per biduum audierint: quamvis intentionem eorum nulla hinc, &
3 inde [5] collatio, nullum quaſi certamen accenderet. Nam Rhodii, cum ipſis orationum virtutibus, tum etiam comparationis aculeis excitabantur: noſtra oratio ſine aemulationis gratia probabatur. an merito, ſcies, cum legeris librum, cujus amplitudo non ſinit me longiore epiſtola

vocat ſex menſium; & annum dividi in duas *ſemeſtres* penſiones interdum idem refert. Catan. *Semeſtri tribunatu.*] Tot enim menſium hic honor erat. Vide Lipſ. II. de Militia Romana Dialogo IV. Buchner. Optimus: *Hunc ſemeſtri tribunatu*, cet. ſine Verbo *rogo.* At Arnz. auctius: *Hunc* ergo rogo *ſemeſtri tribunatu*, cet. Reliqui vulgatam tuentur, quae & Vet. Ed. Aldo, Gryphio aliisque placuit. Oxon. *Hunc* ego *ſemeſtri*, cet.

1 *Nos.*] Ex diſciplina JC. ſponſor efficitur ſecundus debitor, quia poteſt gravari tanquam primus: ſic translative in conferendis beneficiis ſponſor habetur pro debitore. Catan.

2 *Aeſchinem.*] Laertius *Aeſchines* octo refert. Hic vero Athenienſis fuit, filius Atrometi & Leucotheae ſive Glaucotheae. Primum ſcriba, deinde orator, diſcipulus Alcidamantis, plenior Demoſthene & magis fuſus, grandiori ſimilis, quo minus ſtrictus, carnis tamen plus habet, minus lacertorum. Cum Cteſiphontem accuſaſſet, quod diceret Demoſthenem dignum coronari, recriminatione tanti oratoris, cui titulus pro Corona, acriter accuſatus & exilio mulctatus, Rhodum ſibi ſedem elegit, ubi oratoriam profeſſus eſt, & cum rogaſſent Rhodii, ut utramque orationem exilii cauſam recitaret, magno auditorum aſſenſu auditus eſt. Idem. *Aeſchinen* habet Mediceus, Riccard. & utraque Aldina, ut Lib. I. Epiſt. XX. n. 4.

3 *Summis, &c.*] Sic Palatinus, ſic vett. edd. etiam Aldina, ſubſequentes adjecere de liberalitate ſua, *clamoribus eſſe probatum, quod &c.* Gruter. Laciniam illam *eſſe probatam* in Vet. ſuis Codd. non eſſe, & Gryphius & Minos adnotarunt, neque comparet illa in ullo ex noſtris MSS. neque in Ed. Vet.

4 *Orationem meam.*] Marii Priſci accuſationem, quam libro ſecundo Cereali promittit recitare. Nam nulla ratione credo hic intellexiſſe librum, quem IX. tradit idem recitaſſe ſummo audientium aſſenſu, cum liber opuſculis & metris varius eſſet, neque jure dici poſſet oratio: ſicut enim *oratio* liber appellari poteſt, non pariter omnis liber eſt *oratio.* Neque accipi debet hoc loco panegyrica oratio, quam liber tertius teſtatur per triduum recitaſſe: niſi velimus arbitrari hic mendam inoleviſſe, & potius *triduum* quam *biduum* legendum, quod placet. Catan.

5 *Collatio.*] Melius *colluctatio.* Barth Immo melius *collatio*, quod libri habent, h. e. comparatio diverſarum orationum Aeſchinis & Demoſthenis.

1 *Cauſſae*

ſtola praeloqui. Oportet enim nos in hac certe, in qua poſſumus, 4
breves eſſe: quo ſit excuſatius, quod librum ipſum, non tamen
ultra [1] cauſae amplitudinem, extendimus. *Vale.*

VI. C. PLINIUS [2] NASONI SUO S.

Conqueritur agros ſuos partim grandine concuſſos, & ubi ſummam fructuum copiam collegerat, vili pretio venundari, ſolum ſibi reliquum eſſe ait Laurentinum, ſtudiorum ſuorum muſaeum.

[3] TUſci grandine excuſſi, in [4] regione Tranſpadana ſumma abundantia, ſed [5] par vilitas nunciatur: ſolum mihi Laurentinum meum in reditu. Nihil quidem ibi poſſideo praeter tectum & hor- 2
tum, [6] ſtatimque arenas; ſolum tamen mihi in reditu. ibi enim plurimum ſcribo, nec agrum, quem non habeo, ſed ipſum me ſtudiis excolo, ac jam poſſum tibi, ut aliis in locis horreum plenum, ſic ibi [7] ſcrinium

1 *Cauſſae amplitudinem.*] i. materiae & argumenti amplitudinem. De Panegyrico videtur loqui. vide cum cap. I. BARTH. Aliter Catanaeus paullo ſuperius, qui tamen denique in eamdem ſententiam, qua fuit Barthius, inclinat.

2 *Naſoni.*] Hic *Julius Naſo* ſingulari amicitia devinctus Secundo & Tacito fuit. Non placet epiſtolam ſcriptam fuiſſe *Nanio*, quod in quodam exemplari vidimus. CATAN. *Iulium Naſonem* vocat Riccard. Index. In Mediceo eſt *Naſonio Suo.*

3 *Thuſci.*] *Thuſci* juxta Tifernium Tyberinum, ubi Tuſculanum rus poſſedit. Teſtatur Plin. ſenior a rege Lydorum Tyrrhenos dictos, mox a ſacrifico ritu lingua Graecorum *Thuſcos* appellatos. Strabo potius hoc nomen a Latinis inditum tradit. *Tyrrhenos*, inquit, *Romani Ethruſcos dicunt atque Thuſcos.* CATAN.

4 *Regione Tranſpadana.*] Comum intelligit, in cujus territorio latos agros tenuit. *Tranſpadana* regio Italiae nona, tota mediterranea, cui maria cuncta important, dicta *Tranſpadana* reſpectu commorantium Romae, quod ſita ſit trans Padum. IDEM.

5 *Parum utilitatis.*] Alia lectione *par vilitas*, in eundem tamen ſenſum: quamvis magna fructuum copia ſit, tamen pretii vilitas facit, ut parum utilitatis habeamus, ut ſit par, id eſt ſumma. IDEM. *Parum utilitatis.*] Retinent illud *par vilitas* Jenenſ. & codex Boxhornii. VEENH. Alii *par vilitas*, quod puto retinendum, & explicandum de vilitate frumenti, qua par eſt frumento grandine excuſſo, quod ſive aeſtu ſolis, ſive cauſſis aliis ſpicae eſſent inanes, granaque arefacta uſum praeberent nullum. SCHEFFER. Legerem: *ſed par vilitati.* BARTH. Barthio dono miram coniecturam, ut quem ſcio haec inter legendum orae adleviſſe, numquam retractaſſe. At Schefferus paene omnem mihi patientiam excutit contortis ſuis & arceſſitis expoſitionibus. *Par vilitas* caſtiſſima eſt lectio, eaque a primariis membranis, item ab Aldo, Minoe, Grutero aliiſque comprobatur. Senſus eſt, cum ſumma abundantia (ut fieri ſolet) ſumma etiam vilitas annonae & fructuum invaluit: quod mox clarius cognoſcitur, ubi de *reditu* loquitur. *Vilitas* ergo eſt, quod vili pretio venditur, ut Catanaeus perſpexit. Columella VI. R. R. cap. III. *Poteſt etiam ſi proventus* vilitatem *facit*, *ſemodius fabae freſae praeberi.* Sic & Cicero *vilitatem* & *caritatem* annonae obiicit. In uno Helmſt. & Ed. Vet. eſt *parum utilitatis.* Gryphius autem typorum vitio dedit *par utilitas.* CORTE.

6 *Statimque.*] Sic habent fere omnes editi, at alia lectio habet *ſiccaſque.* BOXHORN. In MS. Voſſ. legas: *ſiccaſque arenas*, quod Gryphius amplectitur. MSS. uno ore, etiam Ed. Vet. Aldus, aliique *ſtatimque arenas*, quod longe venuſtius.

7 *Scrinium.*] Arcam librorum & epiſtolarum. CATAN. *Scrinium.*] Sic *Scrinia* ſacra dicuntur apud Sidon. *ſcrinia* principis, & *ſcrinia* Auguſta Symmacho Lib. IV. ep. 53. alia etiam erant Praetoriana L. XIII. Cod. Theod. de indulg.

3 nium oſtendere. Igitur tu quoque, ſi certa & fructuoſa praedia concupiſcis, [1] aliquid in hoc litore para. *Vale.*

VII. C. Plinius [2] Lepido Suo S.

Reguli ingenium ita laudat ut vituperet, qui cum multa in obitu filii faceret, librum de vita pueri etiam edidit, tam ineptum, ut a puero ſcriptus videretur.

SAepe tibi dico, ineſſe vim Regulo. mirum eſt, [3] quam efficiat, in quod incubuit. Placuit ei lugere filium: luget ut nemo. placuit ſtatuas ejus & [4] imagines quam plurimas facere, hoc omnibus officinis agit. Illum coloribus, [5] illum cera, illum aere, illum argento, [6] illum auro,

deb. alia patriciae ſedis. Vide Sirmond. ad Apoll. Sidon. Veenh.

1 *Aliquid in hoc litore para.*] Non dubito, quin Noſter ſcripſerit *aliquod*, & retulerit ad *praedium.* Nam *aliquid para* non habet ſenſum, ſi ſic ſimpliciter ponatur. Scheffer. Tirones tamen norunt, recte dici & bono cum ſenſu *para aliquid*, pro eme aliquid, ut Lib. I. *excludere aliquid*, *dictitare aut notare aliquid* & ſimilia. Non dico, intelligi poſſe *aliquid praediorum*; ſed ſi maxime ad praedia *τὸ aliquid* referri nequeat, ſaepiſſime ab ipſo Tullio Neutrum ſubiicitur talibus Nominibus, quae illi non reſpondent. Vide interim ad Salluſt. Cat. cap. LVI. n. 5. & Iug. cap. XXX. n. 4.

2 *Lepido.*] *Largium Lepidum* decimae legionis praefectum in expugnatione Hieroſolymarum adducit Joſephus, quamvis ſint exemplaria, quae ſignificent hanc epiſtolam ſcriptam *Luperco*, ad quem alibi Secundus. Catan. *Catium Lepidum* Riccard. in Indice vocat, & Gryphius *Aulo Lepido* inſcripſit. Ceteri noſtri Codd. ſimpliciter *Lepido*; nullus *Luperco.*

3 *Quam* efficiat, *in quod incubuit.*] Obſtinati animi motu. eam vim, ſeu intentionem quidquid velis obtinendi nominat. Laudavit ita M. Brutum Tullius, ſed contrario ſenſu: *Quidquid vult, valde vult.* Minos. Mallem: *quam efficiat, quod incubuit*, ſine Praepoſitione. Barth. Sed cur malle debemus, quod, ſalva Latinitate, ſalvo ſenſu, nolunt libri. Aldus & Stephanus dederunt: *quam* effigiat, *in quod incubuit*, etiam contra Codd. qui tamen facillime C. & G. inter ſe commutare ſolent. Notavit errorem olim Io. Savaro ad Sidon. VI. Epiſt. XII. pag. 384. Seneca Epiſt. XXVII. *Multum reſtat operis, in quod ipſe neceſſe eſt vigilias, ipſe laborem tuum impendas, ſi* effici *cupis.*

4 *Imagines.*] Quae notae ſunt, quibus ea, quae ediſcenda ſunt notamus, vel *imago* eſt collatio formae cum forma cum quadam ſimilitudine. Tu vero hic *imagines* refer ad picturam & ceram, *ſtatuas* ad ea, quae fiunt ex marmore, aere, argento & ſimilibus. Catan. Sic habent Optimus, Riccard. Bongarſ. & cum aliis Aldus: *placuit ſtatuas* eius & *imagines* cet. Helmſt. & Ed. Vet. ordinem mutant: *Eius ſtatuas* (*ſtatus* eſt mendoſe in Vet. Ed.) *placuit*, *&* *imagines* cet. At Voſſ. & Gryphius: *placuit ſtatuas* ei *&* *imagines*, cet. quod recentioribus adriſit. Gruterus tacite dubium illud Provocabulum exſulare iuſſit. Nos cum antiquiſſimis *eius* tenemus, ut Lib. I. Epiſt. XVII. n. 1. *Ut ſibi liceret* ſtatuam L. Syllani *in foro ponere.* Minuc. Fel. cap. VII. *Teſtes* equeſtrium fratrum *in lacu*, *ſicut ſe oſtenderant*, ſtatuae *conſecratae.* adde Eiusd. cap. XXIII. Lactantius Lib. I. cap. XI. *Ita enim* deorum ſimulacra *confingunt.* Cap. XV. *Itaque homines* eorum ſimulacra *finxerunt.* Cicero II. Verr. cap. LXIII. Huius ſtatuae *omnibus locis*, & ſic Livius aliique. De praecipitantia autem iſta, qua in talibus Tertium Caſum Secundo ſubſtituunt, copioſius dictum ad Lib. II. Epiſt. I. n. 6. Corte.

5 *Illum cera.*] i. figmento cereo. Barth. Dictum ad Salluſt. Iug. cap. IV. n. 6. *Non* ceram *illam, neque figuram tantam vim in ſeſe habere.* Nonnulla ad huius loci illuſtrationem habet Cl. Markland. ad Statii V. Silv. I. vs. 233.

6 *Illum auro, illum ebore, &c.*] Magis placet: *auro, ebore, marmore.* Nam mutatur dicendi modus, & vitatur nimium crebra repetitio,

auro, ebore, marmore effingit. [1] Ipſe vero & nuper adhibito in- 2
genti auditorio librum de vita ejus recitavit : de vita pueri recita-
vit ; tamen eundem librum in exemplaria tranſcriptum mille, per
totam Italiam provinciasque dimiſit. [2] Scripſit publice , ut a [3] de-
curionibus eligeretur vocaliſſimus aliquis ex ipſis , qui legeret eum
populo:

tio, qua ſi mediocriter utimur, plurimum gratiae, ſi frequentius inculcamus , faſtidii tantundem affert. Niſi velimus putare voluiſſe per hoc immodeſtiam Reguli demonſtrare. Catan. Veterrimi : *illum auro , ebore , marmore effingit.* At Helmſt. & Ed. Vet. *illum argento , auro , e. m. e.*

1 *Ipſe vero , &c.*] Veteres ſic : *De vita eius recitavit , de vita pueri recitavit ; tamen eumdem librum.* in quo putem mendum eſſe in ſententia iterata : niſi quis velit glorioſulum Regulum de ſe primum, dein de filio dixiſſe. Minos. Pal. editioque exoleta, *de vita ejus recitavit. De vita pueri recitavit ; tamen eundem librum.* Quae repetitio nonnullis placebit. Gruter. Primum ſcribendum : *Ipſe* vero & *nuper*, cet. ex plurimis & veterrimis libris , cum recentiores quidam , Gryphium ſecuti , invexerint : *ipſe* etiam *nuper.* Deinde omnino legendum : *librum de vita eius recitavit , de vita pueri recitavit : Tamen eumdem* cet. ita enim eſt in antiquiſſimo Mediceo, qui tamen nihil facile geminare ſolet, item in Lindenbr. Helmſtad & Ed. Vet. Ineptiae Reguli, qui *de vita pueri recitavit* , fecerunt , ut haec verba non ſine felle iteraret , inprimis cum *Tamen* (hoc enim veterrimi Codd. praeferunt, non *Tam*) ſubiungendum eſſet. Non diſſimilia ſunt Lib. II. Epiſt. XIX. n. 7. *Poteſt tamen fieri, ut libro iſti* novitas *lenocinetur* ; novitas *apud noſtros : apud Graecos enim eſt quiddam* cet. Lib. III. Epiſt. X. n. 6. *Mihi* difficile eſt *hucusque intendere animum in dolore* ; difficile eſt : *ſed tamen ut ſculptorem* cet. Lib. IV. Epiſt. XIII. n. 5. *Quod nunc in ea , quae* peregre emuntur ; *omnia autem* peregre emuntur ; *impenditis , adiicere mercedibus.* Lib. VI. Epiſt. XII. n. 5. *Proinde etiam atque etiam rogo , ut mihi ſemper eadem ſimplicitate , quoties ceſſare* videbor, videbor dico , *numquam enim ceſſabo , convicium facias.* adde Lib. VIII. Epiſt. VI. n. 5. Alia damus ad Lib. VIII Epiſt. XXIV. n. 2. *Te miſſum eſſe ad* homines , *maxime* homines ; *ad* liberos , *maxime* liberos. . Talis repetitio frequens eſt Ovidio & aliis Poetis. De ſingulari autem genere repetitionis egimus ad Lucan. Lib. IX. vs. 662.

—— —— *Cyllenida ſuſtulit* Harpen,
Harpen *alterius monſtri iam caede rubentem.*

ad quam formam pater Homerus Iliad. χ. vs. 126.

Ου μέν πως νῦν ἐςὶν ἀπὸ δρυὸς ὐδ' ἀπὸ πέτρης
Τῷ *ὀαριζέμεναι ἅτε* ΠΑΡΘΕΝΟΣ ΗΙΘΕΟΣ ΤΕ,
ΠΑΡΘΕΝΟΣ ΗΙΘΕΟΣ Τ' *ὀαρίζετον ἀλλήλοισιν.*

Idem Iliad. ψ. vs. 641.

Οι δ' ἄρ' ἔσαν δίδυμοι· ὁ μὲν ΕΜΠΕΔΟΝ ΗΝΙΟΧΕΥΕΝ
ΕΜΠΕΔΟΝ ΗΝΙΟΧΕΥΕΝ , *ὁ δ' ἄρα μάστιγι κέλευεν*

Et ſic paſſim. Gryphius ſine dubio talem iterationem in ſuis quoque libris reperit , ſed ut ſcriptos & impreſſos quodam modo conciliaret, vulgavit : *librum de vita* pueri *recitavit* : tum *eumdem librum* cet. Sed quid hoc diſtat a Vulgata : *frequenti auditorio librum de vita* eius *recitavit :* tum *eumdem librum* , cet. Nos itaque veterrimam ſcripturam expreſſimus. Corte.

2 *Scripſit* publice , *ut a decurionibus.*] Suſpicor, diſtinctionem eſſe malam , & comma poſt vocem *ſcripſit* collocandum. Scheffer. Lapſus eſt bonus Schefferus , dum *ſcribere* , & *publice* ſeparanda eſſe putavit. Immo *ſcribi publice* dicuntur, quae ad Senatum , & remp. mittuntur, aut eo fine , ut publice recitentur , quod nos adoleſcentes obſervavimus ad Cic. V. Fam. Epiſt. VII. princ. *Ex litteris tuis , quas* publice miſiſti, *cepi una cum omnibus incredibilem voluptatem.* & poſtea ad Criſpi Iug. cap. VIII. n. 2. *Uti potius* publice, *quam privatim amicitiam populi R. coleret.* Saepiſſime *publice* & *privatim* hoc ſenſu, aut ſimili apud Plinium occurrit , qui & Lib. V. Epiſt. VII. n. 5. *Haec ego* ſcribere publice *ſuperſedi.*

3 *Decurionibus.*] Senatoribus in municipiis. Inſuper *decurio* eſt ordo in militia , qui praeerat turmae triginta duorum equitum , ſi Modeſto credimus Catan. Io. Savaro ad Sidon. Lib. VIII. Epiſt. IX. pag. 493. emendabat : *ut* e curionibus *eligeretur vocaliſſimus aliquis ex ipſis , qui legeret eum populo.* Sed quis Plinio obtrudat : *e curionibus aliquis ex ipſis?* Scilicet quia *curio* eſt praeco quidam , qui principis aut magiſtratus iuſſu quae-

 dam

3 populo: factum eſt. Hanc ille [1] vim, (ſeu quo alio nomine vocanda eſt intentio quicquid velis obtinendi) ſi ad potiora vertiſſet, quantum boni efficere potuiſſet? quanquam minor vis bonis, quam malis ineſt, ac ſicut [2] ἀμαθία μὲν θράσος, λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει, ita recta ingenia
4 debilitat verecundia, perverſa confirmat audacia. Exemplo eſt Regulus, [3] imbecillum latus, os confuſum, haeſitans lingua, tardiſſima inventio, memoria nulla: nihil denique praeter ingenium inſanum, & tamen eo impudentia, ipſoque illo furore pervenit, [4] ut a plurimis
5 orator habeatur. Itaque Herennius Senecio mirifice Catonis illud de oratore in hunc e [5] contrario vertit, [6] Orator eſt vir malus, dicendi imperitus. Non, me Hercule, Cato ipſe tam bene verum oratorem,
6 quam [7] hic Regulum expreſſit. Habesne quo tali epiſtolae parem gratiam referas? habes, [8] ſi ſcripſeris, num aliquis in municipio veſtro ex ſodalibus meis, num etiam ipſe tu hunc luctuoſum Reguli librum, ut [9] circulator, in foro legeris, [10] ἐπάρας ſcilicet, ut ait Demoſthenes,

dam proclamat. Talem ne Regulus adhibitum voluiſſet, qui *librum* de morte filii ſui legeret populo? Abſurda eſt coniectura; eam tamen, tacito nomine auctoris, adripere potuit Raderus ad Martialis Lib. II. Praefat. pag. 183. Supra Riccard. *demiſit*, & infra Voſſ. *qui legeret in populo*, quod in Gryphiana radiat.

1 *Vim.*] Quia potius vis ad laudem refertur, infert Secundus, appellandam magis intentionem obtinendi quicquid voluiſſet. Ordo eſt: *ſi Regulus vertiſſet ad potiora hanc vim (ſeu quo alio nomine vocanda eſt intentio obtinendi quicquid velis) quantum boni efficere potuiſſet?* Catan.

2 Ἀμαθία μὲν θράσος, &c.] *Inſcitia quidem audaciam, conſideratio autem tarditatem fert.* Thucydidis dictum Lib. II. in oratione funebri, quam dixit Pericles, cui initium, οἱ μὲν πολλοὶ τῶν ἐνθάδε ἤδη εἰρηκότων. Quam ſententiam Seneca in proverbiis Latine tranſtulit: *Recta ingenia debilitat verecundia, prava confirmat audacia.* Catan. & Steph. Deſunt haec Graeca, contra morem illius codicis, Mediceo, quae tamen in Ed. Vet. optime expreſſa leguntur. Verbis iisdem utitur etiam Lucianus ad Nigrinum, quod adnotavit Gryphius.

3 *Imbecillum latus.*] Valerius Max. Lib. VIII. cap. VII. n. 1. de Catone Maiore: *Neque aut memoriam ejus quisquam tardiorem, aut* firmitatem lateris *ulla ex parte quaſſatam, aut os haeſitatione impeditum animadvertit.* Vide & ſupra Lib. II. Epiſt. XI. n. 15. quae Cl. Minos hic notavit, auctori non ſatisfaciunt. Supra MS. Voſſ. *Exemplum eſt Regulus.*

4 *Ut a plurimis orator habeatur.*] Veteres ita: *ut plurimis orator habeatur.* Minos. Eodem modo apud nos Bongarſ. Helmſt. Arnzen. Oxon. & Ed. Vet. Sed Optimus nude: *ut orator habeatur*, quod placet. Idem codex mox: *Herenius Senicio.*

5 *Contrario vertit.*] Nam Oratorem Cato, *Virum bonum, dicendi peritum*, praeceptis ad filium, ut Nonius auctor eſt, definierat. Vide Quintil. Lib. XII. cap. 1. Buchner.

6 *Orator eſt*, &c.] Reſpectu Reguli, *orator eſt vir malus dicendi imperitus*, cum Regulus eſſet malus & dicendi imperitus. Catan.

7 *Hic.*] Herennius ſc. qui jam vita functus erat. Veenh.

8 *Si* reſcripſeris.] Sic vulgo efferebant. At Mediceus, Riccard. Lind. Bongarſ. Voſſ. Helmſt. Oxon. Arnz. & Ed. Vet. cum Aldo: *ſi ſcripſeris.* quale vitium ſupra indicavimus ad Lib. III. Epiſt. XV. n. 3. *Videor autem iam nunc poſſe* ſcribere, *eſſe opus pulchrum*, ubi Vulgo contra membranas ſummae fidei *reſcribere.* Helmſt. & Ed. Vet. *Omnes, ſi ſcripſeris, omnes*, inquam, pro *habes.*

9 *Circulator.*] Qui lucri cauſa circuit fora & plateas, ac ſibi novitate aliqua coronam audientium comparat. Paulus de extraordinariis criminibus: *In circulatores, qui ſerpentes circumferunt & proponunt, ſi cui ob eorum metum damnum datum eſt, pro modo admiſſi actio dabitur.* Catan. Adde Savaronem ad Sidon. I. Epiſt. XI.

10 Ἐπάρας *ſcilicet, ut a. D.* τὴν φωνήν.] Sic caſti-

nes, [1] τὴν φωνὴν καὶ γεγηθὼς, καὶ λαρυγγίζων. Eſt enim [2] tam ineptus, ut riſum magis poſſit exprimere, quam gemitum. credas non de puero ſcriptum, ſed a puero. *Vale.*

VIII. C. Plinius [3] Arriano Suo S.

Reſpondet Arriano, jure pro auguratu ſuo gratulari, tum judicio graviſſimi principis, tum auguratus dignitate, & quod ſucceſſerit tanto viro Julio Frontino, demum ſcribit potuiſſe M. Tullium dignitates conſequi, eloquentiam vero impoſſibile.

GRatularis mihi, quod acceperim auguratum. jure gratularis: primum, quod graviſſimi Principis [4] judicium in minoribus etiam rebus conſequi pulchrum eſt: deinde quod [5] ſacerdotium ipſum cum [6] pri-

cu m

caſtigavi ex praeſtantiſſimo Mediceo, & Ed. Vet. qui hoc ordine verba ſiſtunt, non vulgari: *ſcilicet ut ait D.* ἐπάρας τὴν φωνὴν, eumdemque verborum poſitum etiam in aliis fuiſſe, ex eo manifeſtum eſt, quod MSS. Riccard. Lindenbr. & Arnz. cum Aldo vocem ἐπάρας plane excludunt. Adprobavit hanc emendationem etiam Gruterus & Schefferus, ut mox videbimus.

1 Ἐπάρας τὴν, *&c.*] Verba Demoſthenis ἐν τῷ περὶ στεφάνου, quae ſic transferri poſſunt, *extollens vocem & laetus & exultans.* Sunt autem dicta contra Aeſchinem. Ea, ut melius intelligantur, repetemus ex eadem oratione priora quaedam: *Multa igitur, o viri Athenienſes, etiam alia accuſavit, & mentientem unum maxime admiratus ſum omnium, quod quae mala acciderant civitati tunc memorans, non tanquam benevolus, neque juſtus civis, ſenſit, neque collacrymatus eſt, neque quid tale in animo paſſus eſt, ſed extollens vocem & laetus & exultans exiſtimavit ſcil. me accuſare.* λαρυγγίζειν proprie eſt vocem intendere, neque naturaliter loqui, ſed gula praecluſa. Catan. Ἐπάρας τὴν, *&c.*] Vocem attollens, atque exultabundus, & verba ex gutture promens. Quidam: *Faucibus reſonans.* Alii: *Gula praecluſa loquens*, vel *faucibus praecluſis*, ſeu *obſeptis.* Ego alias verti, *diducto latius gutture vociferans:* ſed cum praeceſſiſſe conſiderem illa ἐπάρας τὴν φωνὴν, malo referre ad morem eorum, qui gravitatem majorem ſuo ineſſe ſermoni exiſtimant, ſi ex gutture (ut ita dicam) loquantur. Stephan. Ἐπάρας.] Vox haec non comparet in Pal. habetque editio antiquior, *legeris* ἐπάρας, *ſcilicet, ut ait Demoſthenes* τὴν φωνὴν, &c. unde fit, ut putem ſcriptum primitus, *in foro legeris,* ἐπάρας, *ut ait Demoſthenes,* τὴν φωνὴν, &c. J. Grut. Adſentior Grutero, legenti: ἐπάρας *ſcilicet, ut ait Demoſthenes.* Salſe autem hoc dictum, quod non adſequuntur. Petierat Regulus a vocaliſſimo legi. Quaerit igitur, num ipſe vel alius hic voce ſua fuerit uſus, ſed eo modo, ſicut Aeſchines, non ut lugeret, ſed oſtenderet tacitum animi gaudium ex malo, quod Regulo accidit per filii obitum. Ideo quoque ſubdit, orationem illam riſum potius potuiſſe exprimere, quae legi debebat, quam gemitum. Scheffer.

2 *Tam ineptus, ut riſum.*] Mediceus: *tam ineptus, ut credas non de puero ſcriptum*, cet. mediis, ſed perperam ut opinor, omiſſis.

3 *Arriano Suo.*] Riccard. in Indice *Matur. Arrianum* vocat.

4 *Judicium.*] Sic aliquoties Lib. X. Vide quae notamus ad Ejuſdem Lib. X. Epiſt. VIII.

5 *Sacerdotium.*] Auguratus. Nam de caeteris etiam dicitur, cum & Valerius Max. Pont. ſacerdotio uſus fuerit. Catan. Riccard. Lindenbr. Bongarſ. & Arnzen. *deinde* cum *ſacerdotium ipſum.*

6 *Priſcum.*] Nam a Tarquiniis Romam translatum teſtatur Strabo. At Dionyſius in antiquitatibus a Numa rege conſtitutum collegium augurum, qui interpretarentur ſigna a diis miſſa tam publica, quam privata, & ab una ſpecie ſpeculationum artis augures vocarunt Romani, id eſt, ab *avibus* & *gerendo*, vel ab *avium garritu.* Primus Actius Navius hanc artem commendavit apud Tarquinium Priſcum novacula

cotem

ſcum & [1] religioſum, tum hoc quoque ſacrum plane & inſigne eſt;
2 quod [2] non adimitur viventi. [3] Nam alia, quamquam dignitate prope-
modum paria, ut tribuuntur, ſic auferuntur: in hoc fortunae hacte-
3 nus licet, ut dari poſſit. Mihi vero illud etiam gratulatione dignum
videtur, quod ſucceſſi [4] Julio Frontino, principi viro, qui me no-
minationis die per hos continuos annos inter ſacerdotes nominabat,
tanquam in locum ſuum [5] cooptaret: quod nunc eventus ita compro-
4 bavit, ut non fortuitum videretur. Te quidem (ut ſcribis) [6] ob hoc
maxime

cotem diſcindens: poſtea tantus honor collegio augurum acceſſit, ut nihil foris domique, niſi *auſpicato* gereretur, concilia populi, id eſt, magiſtratuum creatio, exercitus vocatio, ſumma rerum, ubi aves non annuiſſent, dirimerentur. Et diu hic honor patricius fuit, & principibus urbis deſtinatus: primo tres tribus, *Rhamnenſes*, *Titienſes*, *Luceres*, ſex *augures* crearunt: deinde hoc ſacerdotium cum populo communicatum eſt, & jus ſacerdotum ſubrogandorum a collegiis ad populum tranſtulit Cn. Domitius Trib. plebis. Sylla *augurum* collegium ampliavit, ut eſſent quindecim. Adeo crevit haec ars, ut ex araneo etiam auguria fierent, quae Plinius memorat, ſcribens ex periculis artem eſſe factam, & per aves (nam aliis modis fiunt) primus Car, a quo Caria dicta eſt, invenit. CATAN.

1 *Religioſum.*] Majeſtatis venerationiſque plenum. Nam nec Senatus cogi nec conveniendi locum poterat habere, niſi quando & ubi *augures* praeſcripſiſſent, qui a ſummis imperiis, a ſummis poteſtatibus comitia tollere, conſilia vel inſtituta dimittere, vel habita repudiare poterant. IDEM.

2 *Non adimitur viventi.*] *Augur*, donec vita ſuppetat, licet maximorum criminum convictus ſit, ſacerdotio non privatur, quia ſcilicet jurejurando adactus ſit res *augurum* nemini enunciare: ergo factum privatum ſacramento liberari nolunt. An, quod non honoris nec magiſtratus, ſed potius cujuſdam ſcientiae & artis eſt nomen *augur?* ſimile igitur eſſet ſiquis medicum medicandi arte prohibeat, muſicum muſica, divinum divinatione. His enim appellatio detrahi poteſt, vis & facultas nequaquam. IDEM. *Non adimitur viventi.*] Nam ſacerdotia pleraque ad vitam dabantur: adeo, ut neque damnati honore eo ſpoliari poſſint. Dio Caſſius Lib. XLIX. & Plut. Quaeſt. Roman. XCIX. Quare & Noſter mox ſubjicit; *in hoc fortunae hactenus licet, ut dari poſſit.* Hoc enim vult: In auguratum hoc tantum juris habere fortunam, ut dari per eam poſſit; adimi non poſſit. BUCHNER.

3 *Nam* cetera, *quamquam.*] Mediceus, Helmſt. & Arnz. cum Ed. Vet. *Nam* alia, *quamquam* cet. & ſic edidit Gruterus. Sequentia: *quamquam dignitate propemodum paria*, Riccard. Oxon. & Lindenbr. omittunt. Barthius malebat, *propemodum imparia*, ſine iuſta cauſſa. Infra ex Optimo reſcripſi: *Mihi vero* illud etiam *gratulatione d. v.* pro vulgato *etiam illud.*

4 *Julio Frontino.*] *Sextus Julius Frontinus* vir Conſularis Praeturam urbanam geſſit, Veſpaſiano iterum, ac Tito Coſſ. & eo ejurante Domitianus Praeturam cepit. *Frontinus* igitur curam Britanniae, ac molem ſuſtinens magnam quantum licebat validam, & pugnacem Silurum gentem armis ſubegit, ſuper virtutem hoſtium locorumque difficultatem eluctatus: aquarum praefectus a Nerva creatus libellum de Aquaeductibus urbem influentibus edidit. Auguratum geſſit, receſſu Tarracinenſi oblectabatur, rei militaris peritus. Trajano libros ſtrategematicos dicavit, ſcripſit longe plura, quae ſimul cum aliis communi literarum jactura olim intercidere. Fuit & *Julius Fronto* Tribunus urbanarum cohortium ab Othone exauctoratus, & *Claudius Frontinus* ſub Antonino Pio. *Principem* ergo *virum* appellavit *Frontinum*, ſcilicet dignitate, auctoritate, diſciplina, & rebus praeclare geſtis. BUCHNER. Vitioſe membranae optimae: *Julio Fortino.*

5 *Cooptaret.*] Eligeret. Tranquillus in cooptandis per collegia ſacerdotibus neminem niſi juratos nominavit. M. Tullius de Claris Oratoribus, ſcribit novos augures ab aliis auguribus in collegium cooptari, & inaugurari. Et augurum inſtitutis, qui inauguraſſet, ab inaugurato loco parentis coli debere. CATAN.

6 Ob *hoc maxime.*] Sic Mediceus, Lindenbr. & alii. At Helmſt. Ed. Vet. Aldus, cum paucis: *Te quidem* hoc *maxime delectat*, non male, ut alibi oſtenſum. Sed cum hac forma paullo ſuperius ſcripſerit n. 1. *Tum* hoc *quoque ſacrum plane & inſigne eſt*, varietatem potius Secundus ſectatus videtur.

1 *Ae-*

maxime delectat auguratus meus, quod Marcus Tullius augur fuit. Laetaris enim, quod honoribus ejus inſiſtam, quem [1] aemulari in ſtudiis cupio. ſed utinam, ut [2] ſacerdotium idem, & Conſulatum 5
multo etiam [3] juvenior, quam ille, ſum conſecutus: ita ſenex ſaltem ingenium ejus aliqua ex parte aſſequi poſſim! Sed nimirum, quae 6
ſunt in manu hominum, [4] ea & mihi, & multis contigerunt: illud vero, [5] ut apiſci arduum, ſic etiam ſperare nimium eſt, [6] quod dari non niſi a diis poteſt. *Vale.*

IX. C. PLINIUS [7] URSO SUO S.

Julius Baſſus ſaepe in judiciis periclitatus, inde Bithyniam ſortitus, rediit reus, quod quaedam accepiſſet a provincialibus. Princeps accuſationis fuit Theophanes, legatorum unus: defenſus tamen acri-

1 *Aemulari* in *ſtudiis.*] Mediceus: *aemulari ſtudiis*, nulla Praepoſitione addita.

2 *Sacerdotium* idem, *&* *conſulatum.*] Sic diſtinguendum, ratio ſuadet. Impreſſi omnes: *ſacerdotium*, idem *&* *conſulatum*, quod qui nugas agere volet, defendat. Optimus: *ſacerdotium idem*, ut *conſulatum.*

3 *Juvenior.*] Ita habent omnes codices praeter unum, quos viderim. *Junior* enim ſecundum grammaticos, ſed *juvenior* ſecundum analogiam. CATAN. *Juvenior.*] Sic *juveniori examini ſolet accidere* eſt apud Columell. de apibus Lib. X. Hic compar. ex *juvene* eſt, ut *junior*, juxta Cornutum, ex voc. *junis*, qui aetate viridis eſt. VEENH. Mediceus, Riccard. Lindenbr. Helmſt. Arnz. cum Ed. vet. & Aldo in priore *iuvenior* agnoſcunt, quod tamen Aldus in poſteriore mutavit in *iunior*, quem Gryphius, Minos & Gruterus ſunt ſecuti. At Apuleius VIII. Metam. pag. 210. *Unus prae ceteris & animo fortior*, *&* *aetate* iuvenior. Sic Edd. pleraeque, & nos in plurimis MSS. idem offendimus. Notavit etiam Cellarius. Infra Mediceus, *adſequi poſſem.*

4 Ea *&* *mihi.*] Hoc debemus Mediceo, cuius auctoritati reſiſtere periculoſum. Vulgo *ea* omittunt.

5 *Ut* adipiſci *arduum.*] Idem Optimus: *ut* apiſci *arduum*, quod reddere Secundo non ſum cunctatus, cum hodie id Verbum apud Ciceronem, Livium, Tacitum & alios legatur, ubi importuni correctores illud olim eiecerunt. Vide Interpretes ad Cic. I. de Offic. cap. XVIII. Victor. in VIII. ad Attic. Epiſt. XIV. Gruter. ad I. de Legib. cap. XX. princ. Giſanius Conlect. ad Lucret. V. *Apiſci.* Gronov. ad Liv. Lib. IV. cap. III. Manilius Lib. III. vs. 146.

Rebus apiſcendis *labor eſt*,

quo loco membranae Paullinae noſtrae: *Rebus aſpiciendis*, corrupte.

6 *Quod dari*, *&c.*] Natura primum atque ingenium ad dicendum vim afferunt maximam. Nam animi atque ingenii celeritas quidam motus eſſe debent, qui ad excogitandum acute, & ad explicandum, ornandumque ſunt uberes, ſed quis eſt, qui haec putet arte accipi poſſe? Praeclare enim res ſe habet, ſi haec accendi, aut commoveri arte poſſint: inſeri quidem & donari ab arte non poſſunt omnia. Sunt enim illa dona naturae. Quidam ita rebus habiles, ita naturae muneribus ornati, ut non nati ſed ab aliquo Deo facti eſſe videantur. CATAN. *Quod dari*, *&c.*] Vett. edd. & Pal. *quod dari niſi a Diis non poteſt.* GRUTER. Eſt, fateor, etiam in Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. iſte ordo: *quod dari*, *niſi a diis*, *non poteſt*, & ſic alibi ſolet Secundus, ut pluribus exemplis docere poteramus. Cum tamen veterrimi libri Medic. Riccard. Lindenb. item Oxon. Voſſ. & Aldus vulgatae patrocinentur, eam damnare non ſum auſus.

7 *Urſo.*] Ad hunc alibi Secundus ſuper eadem re ſcribit. Dionis abbreviator refert *Urſum* fuiſſe in aula Domitiani auctoritate praeditum, a quo Domitiani Imp. uxorem adulterii accuſatam. Ad *Urſum* mittit epicedion Statius in ſylvis pro morte Phileti: aperte oſtendens fuiſſe cauſidicum. CATAN. *Cornelium Urſum* vocat Riccard. in Indice.

1 *Ju-*

acriter a Secundo & Albino, tandem abſolvitur, quod Urſum amicum admonet.

CAuſam per hos dies dixit [1] Julius Baſſus, homo laborioſus, & [2] adverſis ſuis clarus. Accuſatus eſt ſub Veſpaſiano a privatis duobus: [3] ad Senatum remiſſus diu pependit, [4] tandem abſolutus vindicatusque eſt. [5] Titum timuit, [6] ut Domitiani ami-
2 cus: a Domitiano relegatus eſt, [7] revocatus a Nerva: ſortitusque [8] Bithyniam, rediit reus. accuſatus non minus acriter, quam fideliter defenſus: [9] varias ſententias habuit, plures tamen, quaſi mi-
3 tiores. Egit contra eum Pomponius Rufus, [10] vir paratus & vehemens. Rufo ſucceſſit [11] Theophanes, unus ex legatis, [12] fax accuſatio-

1 *Julius Baſſus.*] *Baſſos* pleroſque notavimus per ea tempora. *Galbium Baſſum* Praefectum orae Ponti, virum integrum & probum. *Salei Baſſi* poetae excellentiſſimi ſui temporis meminere Tacitus, & Juven. *Julium Baſſum* declamatorem recitat Seneca in controverſiis, non *Jonium*, ut interdum ſcriptum offendes. Facit tamen Fabii teſtimonium legi debere *Junium Baſſum*, quem hominem dicacem & cognomento *Aſinum album*, ac a ſe puero cognitum, idem teſtatur. CATAN.

2 *Adverſis.*] Propter res adverſas. *Nihil* enim *eſt in omni vita ad laudem illuſtrius, quam calamitas ipſa.* Cicero. IDEM.

3 *Ad ſenatum remiſſus.*] Optimus: *a ſenatu remiſſus.* Non audio. Graviores cauſſae non a iudicibus expediebantur, ſed ad ſenatum remittebantur, ut vidimus Lib. II. Epiſt. XI.

4 Tandem *abſolutus vindicatusque* eſt.] Sic Medic. Lindenbr. Helmſt. & Ed. Vet. pro vulgato: *tandem*que *abſolutus.* Sed ille Mediceus una cum Voſſ. praeterea ultimum *eſt* damnarunt: quale id eſt, quod Minos in margine adnotavit.

5 *Titum timuit.*] Ita libuit diſtinguere, fide codicis Palatin. Perperam antea legebamus: *Titum timuit: ut Domitiani amicus a Domitiano relegatus eſt.* Quid enim ineptius, quam admittere ideo relegatum fuiſſe a Domitiano, quod ei amicus eſſet? GRUTER.

6 *Ut Domitiani amicus.*] Tanquam ſuſpectus, quod Domitianum foveret: inter quem & Titum erant ſimultates. CATAN.

7 *Revocatus a Nerva.*] Reſtitutus in patriam generali edicto Nervae, qui auctoritate Senatus cenſuit decreta a Domitiano reſcindenda: quare multi ab exilio rediere, inter quos *Joannes* Apoſtolus ex Patmo. IDEM.

8 *Bithyniam.*] Provinciam in Ponti exordio ad partem ſolis orientis, Thraciae oppoſitam, opulentam ſane & urbium divitem. Laeta quidem regio eſt, atque omni referta ubertate, teſtamento alterius Nicomedis filii Romanis relicta. Traxere *Bithyni* originem a Thracibus, qui cum Rheſo ad Ilion caſtrametati ſunt. Nam rege ſuo interfecto ultra Byzantium tranſgreſſi prope *Bithyn* fluvium, unde nomen accepere, conſederunt: deinde fame compulſi, in Bebryciam rediere, & Bithyniam pro Bebrycia a fluvii nomine, juxta quem habitaverant, appellarunt. Herodotus, inquit, *Thraces tranſgreſſi in Aſiam vocati ſunt Bithyni, prius appellati Strymonii, quod Strymonem accolerent.* IDEM. Plerique MSS. & Edd. Vett. in quibus Aldinae quoque: *ſortitusque Bithyniam*, redit *reus.* Sed Optimus *rediit.*

9 *Varias ſententias.*] Cenſuit enim Bebius Macer Coſ. deſignatus lege Repetundarum teneri, Caepio Hiſpo ſalva dignitate judices dandos, Senatus decrevit, ut acta Baſſi reſcinderentur. CATAN.

10 *Vir paratus, &c.*] Proba lectio, ſed quam tamen improbat Pal. & ed. vetus; in quibus *peritus.* GRUTER. Ex noſtris unicus Helmſtad. qui fere ſemper cum Palatino incedit, *peritus*; reliqui omnes rectiſſime *paratus*, quod vocabulum quam familiare Noſtro ſit, diximus ad Lib. III. Epiſt. V. n. 8. Eodem ſenſu Lib. III. Epiſt. IX. n. 32. *Coactus eſt ſtatim reſpondere, reſpondit* paratiſſime, & n. 16. *Vir exercitatus & vigilans, & quamlibet ſubitis* paratus. & alibi.

11 *Theophanes.*] Alius *Theophanes* poeta, quem Graece Pompeji geſta ſcripſiſſe Tullius aſſerit. Hodie quoque *Theophanis* exſtat Graecum epigramma. CATAN.

12 *Princeps &c.*] Non videtur hoc in primis editi-

ſationis, & origo. Reſpondi ego. Nam mihi Baſſus injunxe- 4
rat, [1] ut totius defenſionis fundamenta [2] jacerem? dicerem de orna-
mentis ſuis, quae illi & ex generis claritate, & ex periculis ipſis
magna erant: dicerem de [3] conſpiratione delatorum, quam in [4] quaeſtu
habebant: dicerem cauſas, quibus factioſiſſimum quemque, ut illum
ipſum Theophanen, offendiſſet. Eundem me voluerat occurrere cri- 5
mini, quo maxime premebatur. in aliis enim, quamvis auditu gravi-
oribus, non abſolutionem modo, verumetiam laudem merebatur.
[5] Hoc illum onerabat, quod homo ſimplex & incautus, quaedam [6] a 6
provincialibus, ut amicus, acceperat. Nam fuerat in provincia ea-
dem Quaeſtor. Haec accuſatores [7] furta & rapinas, ipſe munera vo-
cabat.

editionibus. Eſt quidem in Palatino, ſed ei abeſt alterum *& fax*: adeo ut vix fiat dubium, ſcriptum ſolummodo fuiſſe, *unus e legatis*, *princeps accuſationis*. Quibus interpretationis loco acceſſit mox, *fax & origo*. Poſſet etiam fuiſſe, *unus e legatis fax accuſationis*, ut caetera illa nata ſint a gloſſa. GRUTER. Eamdem varietatem in noſtris libris obſervavi. Optimi tamen Mediceus, Riccard. Oxon. Lindenbr. & Ed. Vet. *unus ex legatis* fax *accuſationis & origo*, itaque emendavi. Recentiores quidam, cum Gruterum hic Gloſſam reperiſſe, & aut *princeps accuſationis*, aut *fax accuſationis* legendum cenſuiſſe viderent, deterius adripuerunt, vulgantes: *princeps accuſationis & origo*, cum quilibet naris non multum obtuſae ſentire queat, *τὸ princeps* Gloſſam eſſe *τȣ̃ fax*. Unde iam olim in Aldinis & duobus MSS. noſtris legebatur: *princeps fax accuſationis*, non, quod in Hackiana aliiſque adhuc regnavit, *princeps* & *fax*. *Fax* hoc ſenſu occurrit Paneg. cap. VIII. *Irritamentum iſtud irarum*, *&* fax *tumultus fuiſſet*. Tacitus II. Hiſt. cap. LXXXVI. *Acerrimam bello* facem *praetulit*, quomodo & Cicero, qui ſimul de homine Philipp. cap. XIV. *Antonius eius omnium incendiorum* fax. ubi Abram. videndus. Apuleius Apolog. pag. 321. *Hic eſt pueruli huius inſtigator*, *hic accuſationis auctor*, *hic totius calumniae fornacula*, *hic Aemiliani huius* fax *& flagellum*, quod tamen ex alio genere tranſlatum eſt Eosdem & *incenſores* ac *incentores* vocare ſolent, qua de re multa ad Lucan. Lib. VII. vs. 607. cuius & Lib. I. vs. 262. ſunt *faces belli*, ubi nonnihil diximus. CORTE.

1 Ut *totius def.*] Optimus reiicit *ut*, ex uſu optimi cuiusque, de quo ad Salluſt. Cat. cap. XXXII. n. 2. Haeſitavi tamen, cogitans, potuiſſe illud per concurſum litterarum *T* perire. Tale certe vitium infra mox occurrit, ubi caedem membranae: *quae illi* ex *generis clar.* pro, *& ex generis claritate*, ut recte vulgati ceterique libri.

2 *Jacerem.*] Collocarem, ſcilicet in deprecatione. CATAN.

3 *Conſpiratione.*] *Conſenſu* alii. BOXHORN. Unus Cl. Minos & Vet. Cod. *conſenſu* adnotavit; at noſtri ſummo conſenſu praeſtant *conſpiratione*.

4 *Quaeſtu.*] Nam quartam bonorum confiſcatorum partem habebant: inde *quadruplatores* dicti. CATAN. Lege Lipſium ad Tacit. IV. Ann. cap. XX. BARTH. Mox Optimus *Theophanen*.

5 *Hoc illum onerabat.*] Gryphius. *Hoc illum* alias *onerabat*, quod recentiores quidam ſedulo propagarunt, cum tamen ea Particula in nullis ſcriptis, neque in Ed. Vet. Aldinis, Catanaei, Gruteri adpareat, Minos eamdem uncinis incluſerit.

6 *A provincialibus*, *ut &c.*] Scribendum cenſeo, *ut amicis*. GRONOV. Iam Gryphius & Sichardus ediderunt *ut amicis*, eſtque ita in Voſſ. & Arnz. perſcriptum. Sed vetuſtiſſimi *ut amicus*; neque hoc librariis tribuendum, qui potius alterum dediſſent ex obſervatione, de qua ad Lib. III. Epiſt. XV. n. 2. Sententiae utrumvis ſatisfacit.

7 *Furta & rapinas.*] Controverſia de nomine, & conſtitutio diffinitiva. Furtorum duo eſſe genera refert Cajus: manifeſtum & non manifeſtum. *Manifeſti* convictus tenetur in quadruplum, quod rapi quidem ſine vi non poteſt ſecundum Ulp. *Furti* non *manifeſti* tenetur in duplum, vi bonorum raptorum in quadruplum Paulo conteſtante. CATAN. Aldus & ſequentes Edd. pleraeque *ac rapinas*. Contra MSS. omnes & Ed. Vet. *& rapinas*; Bongarſ. *aut rapinas*.

7 cabat. Sed [1] lex munera quoque accipi vetat. Hic ego, quid age-
rem? quod iter defenſionis ingrederer? [2] Negarem? Verebar, ne
plane furtum videretur, quod confiteri timerem: praeterea rem mani-
feſtam inficiari, augentis erat crimen, non diluentis: praeſertim cum
reus ipſe nihil integrum advocatis reliquiſſet. Multis enim, atque
etiam Principi dixerat, ſola ſe munuſcula, duntaxat [3] natali ſuo,
8 aut [4] Saturnalibus accepiſſe, & pleriſque miſiſſe. Veniam ergo pete-
rem? [5] Jugulaſſem reum, quem ita deliquiſſe concederem, ut ſervari,
niſi venia, non poſſet. Tanquam recte factum tuerer? non illi pro-
9 fuiſſem, ſed ipſe impudens extitiſſem. In hac difficultate placuit me-
dium quiddam tenere. Videor tenuiſſe. Actionem meam, ut prae-
lia ſolet, [6] nox diremit. Egeram horis tribus, & dimidia, ſupererat
ſeſqui hora. Nam cum [7] ex lege accuſator ſex horas, novem reus ac-
cepiſſet, ita diviſerat tempora reus inter me, & eum, qui dicturus
poſt erat, ut ego quinque horis, ille reliquis uteretur. Mihi ſucceſſus
10 actionis ſilentium, finemque ſuadebat. Temerarium eſt enim ſecundis
non

1 *Lex.*] Acilia, quam *Manilius Acilius Glabrio* de pecuniis repetundis ſeveriſſimam tulit: ne comperendinari quidem reum ſinens. Tacitus tamen, inquit, *Magiſtratuum avaritia Calphurnia ſcita peperit.* Nam ſecundum Modeſtinum plebiſcito continetur, *ne quis praeſidum munus, donumque caperet: niſi eſculentum, potulentumve, quod intra dies proximos prodigatur.* Non enim in totum xeniis, Ulp. auctore, abſtinere debet Proconſul, ſed modum adjicere, ut neque modo ſe in totum abſtineat, neque avare modum xeniorum excedat. Quam rem D. Severus & Imp. Antoninus elegantiſſime epiſtola quadam ſunt moderati. CATAN. Adi Sigonium Lib. II. de Iudic. cap. XXVII.

2 *Negarem.*] Ut praecipit M. T. de Oratore, *Plerumque*, inquit, *cauſae inficiatione defenduntur: nam & de pecuniis repetundis, quae maximae ſunt, neganda fere omnia.* CATAN.

3 *Natali ſuo.*] Nam privatorum natalibus ſolebant amici munera mittere, ut ſaepe teſtatur Martialis. IDEM. Martialis Lib. VIII. Epigr. LXIV: Lib. X. Epigr. LXXXVII. & aliis. BARTH.

4 *Saturnalibus.*] Saturni diebus, quibus *xenia* munera mittebantur amicis & *apophoreta* remittebantur. CATAN. Idem teſtatur Martialis Lib. IV. Epigr. LXXXVIII. BARTH.

5 Iugularem *reum.*] Sic Ed. Vet. Aldus, Minos, Gruterus & horum ſequaces, ex ſcriptis Riccard. Lindenbr. Arnz. & alii, licet vel aurium iudicium reſpuere queat. Pertinaciter tamen ſervarunt ex viliſſima ratione, quia ſic Tempora ſunt aequalia. Rectius Veterrimus Mediceus, Gryphius, Catanaeus, Stephanus: *Jugulaſſem reum.* Ineptias correctorum reiecimus notis ad Lucani Lib. VIII. vs. 600.

— — *quis non, fortuna,* putaſſet
Parcere te populis, quod bello haec dextra vacaret,
Theſſaliaque procul tam noxia tela fugaſſes.

Sic enim membranae quam plurimae & Ed. caſtiſſima Lovan. Vulgo: *vacaſſet.* Vide illic plura. Quidam auctius particula: *Iugularem* ergo *reum*, contra fidem meliorum Codd. CORTE.

6 *Nox diremit.*] Interventu noctis interrupta eſt. Ciceroniana imitatio. Sic enim ad Quintum fratrem ſcribit, *Sed*, inquit, *ut praelia ſolet.* quia Hiſtorici *hoc dicendi genere utuntur, cum nocte ſuperveniente uterque exercitus, intermiſſa pugna, receptui canit.* CATAN. De hac formula Hiſtoricorum egimus ad Salluſt. Iug. cap. LX. n. 8. Voſſ. *ut praelia* nox ſolet, *diremit.* Non probo.

7 *Ex lege.*] Quae longiſſimum ſpatium ad agendum largitur, ſed majus reo, cui ſemper favorabilior eſt. Nam M. Tull. pro domo ſua tradit multa ad placandum atque ad miſerendum reis conceſſa. Et Apulejus aſſerit reum amplum dicendi ſpatium habuiſſe. CATAN. Lege Marcellum Donat. ad Tacitum pag. 300. Ed. Gruteri. BARTH.

I Ne

non eſſe contentum. Ad hoc verebar, [1] ne me corporis vires i-
terato labore deſererent, quem difficilius eſt repetere, quam [2] jungere.
Erat etiam periculum, ne reliqua actio mea & [3] frigus ut depoſita, 11
& taedium ut reſumpta, pateretur. [4] Ut enim faces ignem aſſidua
concuſſione cuſtodiunt, dimiſſum aegerrime reparant: ſic & dicentis
calor, & audientis intentio continuatione ſervatur, intercapedine &
quaſi remiſſione langueſcit: ſed Baſſus multis precibus, pene etiam
lacrymis, obſecrabat, implerem meum tempus. Parui, utilitatemque 12
ejus praetuli meae. Bene ceſſit: inveni ita erectos animos Senatus,
ita recentes, ut priore actione incitati magis, quam ſatiati viderentur.
Suc-

1 *Ne mox*, *&c.*] Ita omnino Pal. neque aliter Ed. Vet. niſi quod ea, *ne me mox*, *&c.* Vulgatior, *ne me corporis vires iterato labore deſererent.* GRUTER. Non tam parvi pendenda eſt ſcriptura: *verebar*, *ne me corporis vires* iterato *labore deſererent*, eſt enim eadem optimi Medicei, qui Palatinum illum longe poſt ſe relinquit, eſt Riccard. Oxon. eſt & Bongarſ. MSS. eamque cum expreſſerit Aldus, non dubito, quin eam eamdem in veterrimo ſuo Exemplari obviam habuerit. Placuit etiam Gryphio, aliisque. Alteram illam ſciolus quidam repetiit ex Lib. III. Epiſt. IX. n. 9. *Verebamur ne* nos *dies*, *ne* vox, *ne latera* deficerent; ex quo loco illud *mox* fortaſſe originem duxit, quod in Ed. Vet. Helmſt. & Voſſ. haeret. Sed quae cauſſae exquiſitam dictionem *me vires deſerunt* ſuſpectam reddunt? Habes verbum in eadem formula apud Criſpum Iug. cap. XLII. extr. *Sed ſi ſingulatim parem diſſerere*, *tempus*, *quam res*, *maturius* deſerat. Nonne eleganter ille *corpus* infirmum *deſertorem* animi vocat? David Pſalmo XXXVIII. com. 10. Ἡ καρδία μου ἐταράχθη, ΕΓΚΑΤΕΛΙΠΕ ΜΕ Η ΙΣΧΥΣ μου. Audiamus Plautum Mercat. Act. I. Sc. II. vs. 13.

— — genua *hunc curſorem* deſerunt.

Ennius apud Cic. I. de Divinat.

Vires, *vitaque corpus meum nunc* deſerit *omne.*

Phaedrus Lib. I. Fab. XXI. vs. 3.

Defectus annis & deſertus viribus
Leo cum iaceret.

Tertullianus adv. Valentin. cap. X. *Sed incaſſum eniſa*, *&* vires deſerebant. Si ad hanc formam praeferas: *ne* mox *corporis vires*, *i. l. deſererent*, non multum adverſarer, modo Codicibus ita viſum eſſet. nam verbum illud ſaepe abſolute poni, ſupra monuimus. Nunc iuſtum eſt antiquiſſimae ſcripturae favere, quae iniuria adhuc exſulavit. CORTE.

2 *Jungere.*] Continuare. Ut *repetere* intermiſſum reſumere. CATAN. Recte *iungere*, pro continuare, ut in re alia Lib. III. Epiſt. XIX. n. 2. In ſententiam laudat Minos illud Cicer. I. de Legib. cap. III. *Et ego animi pendere ſoleo*, *cum ſemel quid orſus traducor alio*; *neque tam facile interrupta contexo*, *quam abſolvo inſtituta.*

3 *Frigus.*] Negligentiam. Sicut plerumque M. T. ad Q. fratrem, vel etiam mei jam depoſito fervore. CATAN. Aldus dedit: *& frigus depoſita*, *& taedium reſumta pateretur*, quod mihi vehementer placeret, ſi id ex veterrimo illo, quo uſum ſcimus Aldum, codice deſumtum eſſe, certo conſtaret. Codices alii multum variant. Helmſt. *ne frigus ut dep.* Lindenbr. *ut frigus vi poſita.* Riccard. a m. ſec. *ut frigus ut dep.* Arnz. *ut frigus in depoſ.* Deinde Riccard. Oxon. & Lindenbr. *taedium* & riſum *pateretur*, pro *& reſumta.* Sed cum Mediceae membranae & Ed. Vet. vulgatam praeſtent, ea & nobis ſatis placere debet.

4 *Ut enim faces*, *&c.*] Similitudinem infert per collationem, quae ſumitur ante oculos negocii ponendi cauſa. Certamen fuit apud Athenienſes currendi ab ara Promethei in urbem cum facibus ardentibus, ſimul in curſu ſervare facem accenſam, quae ſi fuiſſet extincta, quamvis curſu praeveniſſet, nullam victoriam reportabat. Hinc illud:

Vidi ego concuſſas mota face creſcere flammas.

CATAN. Infra Riccard. Helmſt. Oxon. Arnz. &

Aldus

13 Succeſſit mihi [1] Lucejus Albinus, tam apte, ut orationes noſtrae va-
14 rietatem duarum, contextum unius habuiſſe credantur. Reſpondit
[2] Herennius Pollio inſtanter & graviter. Deinde Theophanes rurſus.
Fecit enim hoc quoque, ut cetera, impudentiſſime, quod poſt duos
& Conſulares, & diſertos, [3] tempus ſibi, & quidem laxius, vindicavit.
15 Dixit in noctem, [4] atque etiam nocte, illatis lucernis. Poſtero die
egerunt pro Baſſo [5] Homulus, & Fronto, mirifice: quartum diem
16 probationes occupaverunt. Cenſuit [6] Baebius Macer, Conſul deſi-
gnatus, lege repetundarum Baſſum teneri. Caepio [7] Hiſpo ſalva di-
17 gnitate [8] judices dandos: uterque recte. Qui fieri poteſt, [9] inquis,
cum

Aldus *demiſſum*. Sed Mediceus cum Ed. Vet. & aliis *dimiſſum*.

1 Lucius *Albinus.*] Mediceus *Lucceius*; Riccard. *Luccius*; Aldus: *Lucetius Albinus.* Scripſi *Luceius Albinus*, ut ſcripſerunt Lib. III. Epiſt. IX. n. 7. ubi hic Albinus pluribus deſcribitur, & eadem in libris vett. varietas occurrit.

2 *Herennius Pollio.*] Quo cum Flavio Conſulatum gerente Dion aſſerit Titum interiiſſe. Nec ignoro, Marcellum JC. referre *Pollionem* fuiſſe Conſulem cum Pudente ſub Antonino. Catan. Aldus in utraque: *Herennius Pallio*, vitioſe.

3 *Tempus ſibi, & quidem laxius.*] Mediceus: *tempus* ibi *quidem laxius.* Nimirum ſufficiebat: *tempus* ſibi *quidem laxius vindicavit*, quamquam vulgatam non damnaverim.

4 *Atque etiam, &c.*] Editioni priſcae abeſt vox *nocte*; reſtat tamen in Palatino. Gruter. Non modo Ed. Vet. ſed etiam MS. Oxon. & Helmſt. abeſt vocabulum *nocte*; idque omiſerunt Aldus, & Gryphius & horum adſeclae. Sed Optimus aliique *nocte* adſerunt, eaque vocabuli repetitio ut arguta, ita Plinii ſtilo aptiſſima eſt. Similiter Lib. VII. Epiſt. XXIII. n. 1. *Ut illum & domi, & intra domum*, atque etiam *intra cubiculi limen exſpectes.*

5 *Homulus.*] In quibuſdam exemplaribus ſcriptum fuit *C. Titius Homulus*, ſed Julii Capitolini teſtimonio probabilior eſt lectio, *Valerius Homulus*, qui Secundo familiaris pro Vareno Rufo cauſam egit. Ejus multos jocos Antoninus Pius ſemper patienter tulit; ut cum domum *Homuli* viſens admiranſque columnas porphyriticas requiſiſſet, *unde eas haberet?* reſpondit Homulus, *cum in domum alienam veneris, & mutus & ſurdus eſto.* Idem Lucillam matrem M. Antonini philoſophi in viridio venerantem ſimulacrum Apollinis videns, Pio inſuſurravit: *Illa nunc rogat, ut diem tuum claudas, & filius imperet:* quod verbum omnino apud Pium nihil valuit. Catan. *Pro Baſſo Homulus, &c.*] Sic Pal. & editio prima, omiſſis caeteris. Gruter. Sic etiam Riccard. Voſſ. Helmſt. Arnz. & Aldus, niſi quod quidam ex his *Nomulus* aut *Homullus* ſcribant; Tamen Mediceus cum Gryphio *Titius Homullus* tenent, utut etiam Cl. Gorius eo inclinet, ut *Valerium Homullum* intelligat, qui A. V. 904. Conſul fuit, & de quo Lapis apud Gruterum pag. 478. n. 10.

6 *Baebius Macer.*] Cui Appiae viae cura demandata, cum Proconſul rexiſſet Hiſpanos: eodem inpoſterum miſſus in Dalmatiam integre & juſte provinciam continuit: eum praefectum urbis ſervavit Adrianus, quamvis ab Actiano per epiſtolas admonitus, ut ſi reniteretur imperio, necaretur. *Baebium* item *Macrum* teſtatur Flavius Vopiſcus Praetorii praefectum ſub Aureliano. Catan.

7 *Hiſpo.*] Sive is fuerit in quem jaculatus eſt Juvenalis ſatyricum illud fulmen,

Hiſpo ſubit juvenes, & morbo pallet utroque,

ſive alius. Idem. *Caepio Hiſpo* eſt hic in Mediceo & melioribus, & deinceps ſemper, non *Cepio.*

8 *Judices dandos.*] Seligendos judices, qui cognoſcerent accuſationem. Catan. Optimus: *ſalva dignitate iudicandos*, errore librarii. Sic Lib. II. Epiſt. XI. n. 5. *Mario quidem* iudices *interim cenſuit* dandos. & alibi.

9 *Inquit.*] Ita omnes. Sed plane *inquis* legendum, non *inquit.* Ipſe namque ſibi proponit obiectionem, quam formare Urſus poterat. Scheffer. Iterum illi *omnes* non ultra intelligendi, quam de Veenhuſio, Buchnero, Grutero. Nam MSS. omnes, Ed. Vet. Aldus, Catanaeus, Gryphius, Minos, aliique *inquis* habent. Aliter ſi eſſet, facile ex illis, quae Gronovius ad Livium & Senecam larga manu collegit, *inquit* de-

cum tam diverſa cenſuerint ? quia ſcilicet & Macro, legem intuenti,
conſentaneum fuit damnare eum , qui contra legem munera accepe-
rat: & Caepio cum putaret licere Senatui , ſicut licet , & mitigare
leges, & intendere, non ſine ratione veniam dedit facto , vetito qui-
dem, non tamen [1] inuſitato. Praevaluit ſententia Caepionis. [2] Quin- 18
immo conſurgenti ei ad cenſendum acclamatum eſt , quod ſolet reſi-
dentibus. Ex quo potes [3] aeſtimare, quanto conſenſu ſit exceptum,
cum diceret, quod tam favorabile fuit, cum dicturus videretur. Sunt 19
tamen ut in Senatu , ita in civitate , [4] in duas partes hominum judicia
diviſa. Nam quibus ſententia Caepionis placuit , ſententiam Ma-
cri ut rigidam duramque reprehendunt : quibus Macri , [5] illam
alteram diſſolutam , atque etiam incongruentem vocant. [6] Ne-
gant enim congruens eſſe , retinere in Senatu, cui judices dederis.
Fuit & tertia ſententia : [7] Valerius Paulinus aſſenſus Caepioni, 20
[1] hoc

defendi porerat. Nunc eo non egemus. Ecce moratur Mediceus. In eo legas : *Qui fieri poteſt, inquis , ut uterque recte ? quia ſcilicet & cet* quae nihilo deterior vulgata eſt lectio. Circumſpectis tamen omnibus , ex Gloſſa proveniſſe cenſeo. Lindenbr. & Bongarſ. *a qua ſcilicet*, pro *quia*; Oxon. *e qua*.

1 *Inuſitato.*] Inſolito. Nam multis jam repetundarum reis ſervata eſt dignitas Senatoria. Inveterata enim conſuetudo pro lege non immerito cuſtoditur , & hoc eſt jus , quod dicitur, moribus conſtitutum. CATAN. Ed. Vet. *inviſitato*, nota varietate.

2 *Quinimmo conſurgenti, &c.*] Dicturi ſententiam in ſenatu (hoc *cenſere* dicebant) ſurgebant: cum dixiſſent , reſidebant. Tum ab aſſentientibus acclamatur ; reclamatur ab iis , qui diſſentirent. Quanquam utrumque adhuc , cum dicerent, etiam fieri ſolebat. Ita vel obtinebat ſententia aliqua , vel vincebatur. Vide Noſtrum Epiſt. XIII. Lib. IX. Caeterum acclamationes & reclamationes hujuſmodi non ſimplices erant, ſed vel cum laudibus vel cum conviciis conjunctae. Saluſtius Catilina: *Poſtquam Cato aſſedit , Conſulares omnes itemque Senatus magna pars ſententiam ejus laudant, virtutem animi ad coelum ferunt.* Idem : *Ad haec maledicta alia cum adderet Catilina, obſtrepere omnes , hoſtem ac parricidam vocare.* Tractus hic mos a theatris in forum, inde in Senatum eſt; ut Duumviri illi literariae rei , Iſaac. Caſaubonus ad Avidium Caſſium Vulcatii, & Juſtus Lipſ. Lib. II. Electorum cap. IX. nos docuerunt. BUCHNER. Vide ad Salluſt. Cat. cap. LI. n. 43. Perquam venuſte Lucanus Lib. III. vs. 109. de Senatu a Caeſare coacto:

— *ſedere patres* cenſere *parati*, cet.

& Claudianus I. Stilic. vs. 9.

— *primus* cenſet, *quod cernimus omnes.*

Praeterea Optimus : *conſurgenti ad cenſendum adclamatum eſt* , ſine Pronomine : quomodo & Gryphius , non ſine patrocinio uſus veterum. Cum vero ultima ſyllaba *ti* in culpa eſſe poſſit, ut *ei* perierit , nihil mutare auſim , praeſertim ubi reliqui MSS. & Edd. Vett. Provocabulum illud agnoſcant.

3 *Aeſtimare.*] Helmſt. V. C. Minois , Vet. Ed. & alii *exiſtimare*. Mediceus & Riccard. *aeſtumare*, ut ſemper Salluſtius.

4 In *duas partes.*] Utraque Aldina Praepoſitionem ignorat, quam ceteri omnes tenent.

5 *Illam alteram.*] Dicendi modus apud ſcriptores obſervatus, ut apud M. Tullium de provinciis conſularibus , & Valer. Lib. VIII. ſic apud Apulejum *ille alius* , & *illa alia*: & Lib. V. Ep. 17. Secundus dixit *ille alter.* CATAN. Item Livius Lib. I. cap. XVI. *Manavit haec quoque fama.* illam alteram *admiratio viri & pavor praeſens nobilitavit.* Salluſt. Iug. cap. XIII. n. 1. *Plures Adherbalem ſequuntur , ſed* illum alterum *bello meliores.*

6 *Negant enim congruens eſſe.*] Simile argumentum Lib. II. Epiſt. XII. n. 4.

7 *Valerius Paulinus.*] *Paulinum* Tribunum lego miſſum a Veſpaſiano ad Joſephum latitantem,

[1] hoc amplius cenſuit, referendum de Theophane, cum [2] legationem
renunciaſſet. Arguebatur enim multa in accuſatione feciſſe, quae illa
21 ipſa lege, qua Baſſum accuſaverat, tenerentur. Sed hanc ſententiam
Conſules (quanquam maximae parti Senatus mire probabatur) [3] non
ſunt perſecuti. Paulinus tamen & juſtitiae famam & conſtantiae tulit.
22 Miſſo Senatu Baſſus magna hominum frequentia, magno clamore,
magno gaudio exceptus eſt. Fecerat eum favorabilem [4] renovata diſ-
criminum vetus fama, notumque periculis nomen, & in procero cor-
23 pore moeſta & ſqualida ſenectus. Habebis hanc interim epiſtolam,
ut [5] πρόδρομον: exſpectabis orationem plenam, onuſtamque: [6] exſpectabis
diu. neque enim leviter & curſim, ut de re tanta, retractanda eſt.
Vale.

X. C. Plinius [7] Sabino Suo S.

Monet Sabinum, & libertatem & legatum deberi Modeſto ſervo, cui
Sabina

tem, & poſtea praefectum Alexandriae. *Valerius* autem *Paulinus* accuſatus eſt, & a pluribus proditionis inſimulatus, dum Celſo otioſe auxilium fert, quod propter religionem non eſſet functus ducis officio. Praedia in Forojulienſi agro poſſedit: famae ac immortalitatis unicus amator, Conſul creatus eſt. Secundo etiam arcta familiaritate conjunctus: nam moriens ei jus libertorum ſuorum reliquit. Catan.

1 *Hoc amplius.*] Sollemnia verba in formula additionis, quae habes etiam Lib. II. Epiſt. XI. n. 19. *Marciano* hoc amplius *Africa.* Vide notam ad Salluſt. Cat. cap. LI. n. 21.

2 *Legationem renunciaſſet.*] Poſtquam functus eſſet legatione; nec amplius ageret legatum. Nam legatus jure non poterat accuſari: quod teſtantur Juriſconſulti, & nos Lib. III. recitavimus. Legitur etiam *legationi renunciaſſet.* Catan. *Legationi renunciaſſet* eſt in Bongarſ. Oxon. & Arnz.. atque ita Sichardus & Gryphius, quod ex eo ortum dicerem, quia in Riccard. levi lapſu exaratum eſt: *legatione renunciaſſet*, niſi correctores ſcirem uſitatam conſtructionem novae praetuliſſe, eo magis, quod alibi apud Noſtrum legerant *renunciare officiis, inertiae.* Sed Optimus cum Ed. Vet. aliisque libris *legationem*, quomodo Cicero IX. Philipp. cap. I. *Nec dubito, quin, ſi ille vir legationem renunciare potuiſſet, reditus eius nobis gratus fuerit.* Sic Livius, Nepos, Tacitus, Suetonius *amicitiam, ſocietatem renunciare.* Vide Sigonium ad Livii Lib. XLII. cap. XXV.

3 *Non ſunt perſecuti.*] Non comprobarunt. Nam Conſules deſignati, quod referebatur, primi cenſebant, ac deinceps reliqui Senatores: verum Conſules, qui tunc conſulatum gerebant, ſenatui praeſidebant, & quicquid placuiſſet, decernebant, Catan. Helmſt. Voſſ. Arnz. & Gryphius: *non ſunt proſecuti*, quomodo & Sichardus.

4 *Renovata.*] Reducta in recentem memoriam hac Bithynorum accuſatione. Catan.

5 Πρόδρομον.] *Praecurſoris officio fungentem.* πρόδρομος Maſcul. gen. dicitur Latine *praecurſor.* Stephan. Mediceus: *epiſtolam ut* YITYOΔ *πρόδρομον.* Ex Vet. quoque Ed. quae vacuum ſpatium reliquit, coniicias vocabulum unum vulgatis excidiſſe. Mediceus indicare videtur: *ut* YETOY ΠPOΔPOMON, quod an placere poſſit, viderint eruditi.

6 *Exſpectabis diu.*] Sichard. Gryphius, Gruterus & alii dederunt: *& exſpectabis diu.* Non ita ſcripti, non Ed. Vet. non Aldus. Contra mox veterrimi: *ut de re tanta*, cum recentiores *ut* abiiciant. Voſſ. *neque enim l. e. curſim de re tanta retractandum.*

7 *Sabino.*] Occurrunt nobis per tempora Secundi, multi *Sabini*, ut ambiguitas oriatur ad quem ſcripſerit. Nam Juſtinianus refert *Julium Sabinum* male tractantem ſervos, in quem reſcripſit Antoninus Pius. Eundem Imperatorem auctor Ulpianus *Jubentio Sabino* reſcripſiſſe. *Sabinus* item *Antonius* matrem habuit Juniam Valerianam & filium Antoninum. Calliſtratus tradit
Sabi-

Sabina legatum dederat, tanquam liberum eſſe juſſiſſet: quod tamen nuſquam apparebat relictis ſibi heredibus Sabino & Secundo.

SCribis mihi, Sabinam, quae nos reliquit heredes, Modeſtum ſer-
vum ſuum nuſquam liberum eſſe juſſiſſe: [1] eidem tamen ſic ad-
ſcripſiſſe legatum, *Modeſto, quem liberum eſſe juſſi.* Quaeris quid 2
ſentiam? [2]Contuli[3] cum peritis juris. convenit inter omnes, nec liber-
tatem deberi, quia non ſit data: nec legatum, quia [4] ſervo ſuo de-
derit. Sed mihi manifeſtus error videtur: ideoque puto, nobis [5] quaſi
ſcripſerit Sabina faciendum, quod ipſa ſcripſiſſe ſe credidit. Confido 3
acceſſurum te ſententiae meae, cum religioſiſſime ſoleas cuſtodire de-
functorum voluntatem, quam bonis heredibus intellexiſſe pro jure eſt.
Neque enim minus apud nos honeſtas, quam apud alios neceſſitas
valet.

Sabinum Maximum fuiſſe ſub Adriano. & eodem imperante Suidas *Sabinum* declamatorem. Crediderim tamen magis fuiſſe *Caeſium Sabinum*, quem Secundus ad praeſidium & ornamentum ſui ſumpſerat, Auli Pudentis municipem totius Umbriae decus. Ad eum librum ſeptimum Martialis mittit, & nono, poſt laudem lacus ejuſdem, roſaceam coronam. Catan. *Statium Sabinum* vocat Riccard. in Indice.

1 *Eidem tamen.*] Ita prorſus editio vetus, neque abit Pal. quam quod expreſſerit *fidem.* Gruter. *Eidem tamen* ex noſtris praeſtant Mediceus, Bongarſ. Helmſtad. & Ed. Vet. Alii fere: *Idem tamen.*

2 *Contuli.*] Communicavi. In eundem ſenſum Papinianus inquit: *Nicoſtratus cum de ea re mecum contuliſſet, dixi poſſe defendi.* Catan. Cuiac. Lib. XXI. Obſerv. cap. XXXVII.

3 *Cum prudentibus.*] Legitur in multis exempl. cum *peritis juris* in eundem ſenſum. *Reſponſa prudentum* ſunt ſententiae & opiniones eorum, quibus permiſſum fuit jura publice interpretari, & a Caeſare jus reſpondendi datum eſt, qui Juriſconſulti appellantur. Horum omnium ſententiae & opiniones eam auctoritatem tenebant, ut judici ex conſtitutionibus non liceret a reſponſo eorum recedere. Catan. *Contuli cum prudentibus.*] Non abhorret a genuino auctoris, lectio Vett. Editt. *Contuli cum prudentibus, cum peritis juris.* Nam & Pal. utrumque expreſſit, niſi quod ibi tamen, *viris prudentes*, fuerint homines uſu longo & experientia clari, *periti juris*, qui non tam de eo, quod factum eſſet, aut fieret, reſponderent, quam de jure. Gruter. Apud nos Voſſ. Helmſtad. & Ed. Vet. *Contuli cum prudentibus, cum peritis iuris*, quod tamen a Plinio eſſe, mihi non perſuadeo. Alii fere cum Aldo: *Contuli cum* prudentibus. *convenit inter omnes.* At Veterrimus Mediceus: *Contuli cum* peritis iuris. *convenit inter omnes*, cui ſubſcripſi, quia videbam probari poſſe ex Lib. II. Epiſt. XVI. n. 2. & Lib. V. Epiſt. VII. *Prudentibus* tamquam vulgatiſſimum ICtorum vocabulum, facile ex Gloſſa adhaereſcere potuit, quae deinde genuinam lectionem exturbavit. Horatius I. Satyr. I. vs. 9.

Agricolam laudat iuris *legumque* peritus.

Iuvenalis Sat. I. vs. 128.

— — iuris*que* peritus *Apollo.*

& centies apud alios.

4 *Servo Suo.*] Ergo Modeſtus hoc jure privabatur libertatis favore: & legati jure habendi, & omne beneficium redibat ad haeredes Sabinae, Sabinum ſcilicet & Secundum. Nam ſervi noſtri ex quacunque cauſa acquirunt, id nobis acquiritur. Ipſe enim ſervus, qui in poteſtate alterius eſt, nihil ſuum habere poteſt: ideo convenienter legatum nobis per eundem acquiritur. Catan.

5 *Quaſi ſcripſerit Sabina faciendum.*] Concedendam libertatem, & legatum Modeſto: tanquam ſi aperte hoc caviſſet Sabina. Idem. *Quaſi ſcripſerit Sabina, &c.*] Nam *voluntatem defunctorum intelligere, bonis haeredibus pro jure eſt*, ut Noſter paulo poſt ipſe ſcribit. Infra Lib. V. Epiſt. VII. *Hoc, ſi jus aſpicias, irritum: ſi defuncti voluntatem, ratum & firmum eſt. Mihi*

autem

4 valet. [1] Moretur ergo in libertate ſinentibus nobis, fruatur legato, [2] quaſi omnia diligentiſſime caverit. Cavit enim, quae heredes bene elegit. *Vale.*

XI. C. Plinius [3] Minuciano Suo S.

Minutiano Liciniani exilium narrat, in quod pulſus fuerat a Domitiano reus inceſtus cum virgine Veſtali: ſimul & illius vitia taxans, & fortunae mobilitatem notans.

AUdiſtine [4] Valerium Licinianum in [5] Sicilia profiteri? Nondum te puto audiſſe. Eſt enim recens nuncius: [6] Praetorius hic modo inter eloquentiſſimos cauſarum actores habebatur: nunc eo decidit,
2 ut exſul de Senatore, [7] rhetor de oratore fieret. Itaque ipſe in praefati-

autem defuncti voluntas (*vereor quam in partem Juriſconſulti, quod ſum dicturus, accipiant*) *antiquior jure eſt.* Idem reſpexit Lucius Titius ille, cum Teſtamento ſuo ſubſcriberet: L. TITIUS HOC MEUM TESTAMENTUM SCRIPSI SINE ULLO JURISPERITO, RATIONEM ANIMI MEI POTIUS SECUTUS, QUAM NIMIAM ET MISERAM DILIGENTIAM, ET SI MINUS ALIQUID LEGITIME MINUSVE PERITE FECERO, PRO JURE LEGITIMO HABERI DEBET HOMINIS SANI VOLUNTAS, Laudat JCtus L. LXXXVIII. §. Lucius ult. D. de Legatis II. Buchner.

1 *Moretur ergo in libertate.*] Gryphius & Sichardus & margo Cl. Minois: *Meretur ergo libertatem*, contra fidem omnium librorum. Illud *ſinentibus nobis* illuſtrat Cujacius ad African. Tract. II. pag. 391. Tom. II. Op.

2 *Quaſi* omnia *diligentiſſime c.*] Lego: *quaſi* domina *diligentiſſime caverit.* alioquin mancus eſt ſermo. Barth. Non mancus eſt ſermo, cum ex tota Epiſtola adpareat, intelligi debere *Sabina.* Etiam, ubi non adeo manifeſtum eſt, quid intelligi debeat, Verba abſolute ponuntur, ut vidimus ſupra ad Epiſt. II. n. 2.

3 *MINUTIANO CORNELIO SUO.*] Sic pleraeque vulgatae, cum recentioribus ſcriptis; niſi quod alii *Cornelio Minutiano* ponant, quod quidem parum refert, ut iam vidimus ad Lib. I. Epiſt. V. n. 8. At veterrimi Mediceus & Riccard. faceſſere hinc iubent illud *Cornelio*, quod & Oxon. & Aldus fecit: Mediceus tamen *Municiano* ſcribit, & Riccard. *Miniciano*; Oxon. *Mintiano.* Non repetimus, quae ad Lib. I. de uno Nomine Epiſtolis praefixo diximus. Additamenta illa aliorum nominum litteratorum ſunt, non Secundi noſtri. *Miniciano* ſcribendum eſſe patet ex Lib. I. Epiſt. XIII. n. 3. & Lib. VII. Epiſt. XXII. n. 7.

4 *Valerium Licinianum.*] *Liciniani Hiſpani* municipis Martialis mentio fit apud Martial. poetam in epigramm. Catan. Ed. Vet. *Valerium Licianum*; Riccard. in Indice, quo etiam principia Epiſtolarum exhibere ſolet, *Minicianum*, inſcriptione corruptus: in textu ipſo Vulgatum agnoſcit.

5 *Sicilia.*] Olim Italiae conjuncta, mox interventu freti divulſa: omnium inſularum fertilitatis claritudine celebrata. Italia ſuperiorem diceres frumento, melle, croco, aliiſque permultis: & merito Romanorum horreum appellatam. *Trinacria* & *Triquetra* a pluribus nominata eſt, a tribus angulis & promontoriis, quibus in diverſa procurrentibus Δ literam efficit. Thucydides *Sicaniam* cognominat ab incolis, quos quidam putarunt indigenas: poſtremo ab Italis, qui *Siculi* dicebantur, in eam vulgo profectis, *Sicilia* vocata: ſive (ut alii) a *Siculo* rege. Catan. Riccard. & Oxon. *Sicilia profiteri*, Praepoſitione abſciſa. eleganter, niſi propter praecedentes litteras hoc factum eſſe conſtaret. Vide ad Lucani Lib. VIII. vs. 428.

Et ſi Theſſalia *bellum civile peractum eſt.*

6 *Praetorius hic modo.*] Lege Sueton. Domit. cap. VIII. Barth. Mediceus: *Praetorius* modo hic *inter* cet.

7 *Rhetor.*] Artis dicendi magiſter, *orator* qui eam exercet. Graeci tamen rhetorem pro oratore paſſim uſurpant. Catan.

1 *Quos*

fatione dixit dolenter & graviter, [1] *Quos tibi fortuna ludos facis?*
Facis enim ex profeſſoribus ſenatores, ex ſenatoribus profeſſores. Cui
ſententiae tantum bilis, tantum amaritudinis ineſt, ut mihi videatur
ideo profeſſus, ut hoc diceret. Idem quum [2] Graeco pallio amictus 3
intraſſet (carent enim [3] togae jure, quibus aqua & igni interdictum
eſt) [4] poſtquam ſe compoſuit, circumſpexitque habitum ſuum, *La-*
tine, inquit, *declamaturus ſum.* [5] Dices, triſtia & miſeranda; 4
[1] Di-

1 *Quos tibi fortuna ludos, &c.*] Homines tanquam pilas habens. Vide Juvenal. Satyr. VII. CATAN. *Quos tibi fortuna, &c.*] Iſta verba minime ego ſollicitanda arbitrarer, citra librum ſcriptum eſſet, quem his diebus ab inſigni Jureconſulto Philippo Creſcentio dono accepi: In eo libro diſerte legitur: *quis tibi fortuna ludis pacis.* Unde ego vere legendum arbitror: *Queis tibi, fortuna, ludis Parcis.* Vere dico, cum impotentiam ſuam fortunae amaritie laudabili exprobret Valerius, quae nullo habito exiſtimationis ſuae reſpectu, nihil erubeat. Jocari aut ludere dicitur fortuna, cum homines potentes deprimit, humiles repente elevat. Boethius Lib. II. carm. I.

Sic ludit illa, ſic ſuas probat vires,
Dignumque riſu monſtrat oſtentum, ſi quis
Viſatur una ſtratus ac felix hora.

Juvenalis Sat. III.

Qualeis ex humili ſumma ad faſtigia rerum
Extollit, voluit quoties, fortuna, jocari.

Claudianus Lib. I. in Eutropium:

— ſic omnia volvis?
Hoc regni, fortuna, tenes? Quaenam iſta jocandi
Saevitia? humanis quantum bacchabere rebus?

BARTHIUS. Ita quidem Barthius in Adverſ. Lib. XVI. cap. XXVIII. Hic vero nihil adſcripſerat, praeter iſta: *MS. queis tibi fortuna ludis patis?* vide Stat. III. Theb. vs. 180. Haec ille. Et ad Statium ipſum bene de *ludo fortunae.* Ita Plautus Capt. Prolog. vs. 22.

Enimvero dii nos quaſi pilas homines habent,

Et ex Menandro Mercat. Act. II. Sc. I. princ. & Rudent. Act. III. Sc. I. princ.

Miris modis dii ludos faciunt *hominibus.*

Et adpoſite Seneca ad Polyb. cap. XXXV. *Fortuna impotens, quales ex humanis malis tibi ipſa* ludos facis! Porro ordinem verborum mutat Mediceus: *Facis enim ex ſenatoribus profeſſores, ex profeſſoribus ſenatores.* Pervulgatum eſt illud Iuvenalis Sat. VII. vs. 197.

Si fortuna volet, fias de rhetore conſul;
Si volet haec eadem, fias de conſule rhetor.

Cuius loci meminit etiam Cl. Minos.

2 *Graeco pallio.*] Quo veſtis genere Graeci philoſophi utebantur, quinimmo mortui amiciebantur: deſcendebat autem uſque ad calceos. CATAN.

3 *Jure togae carent.*] Non poſſunt togam ferre veterum Romanorum indumentum: utpote qui jure civium Romanorum privati ſint. Nam cui aqua & igni interdictum eſt, nec teſtamentum valet, quod ante fecerit, nec quod poſtea fecerit: bona quoque, quae tunc habuit, cum damnaretur, publicabantur: & libertatem, & civitatem, cognationes, affinitates omnes, quas ante habuit, amittit: & ejus exiſtimatio conſumitur, ac demum ultimo ſupplicio ſecundum Juriſconſultos affici dicitur. Ideo autem, quem Romana civitate pellebant, aqua & igni interdicebant, communione omni civitatis privatum ſignificantes. IDEM. Lege Cujacium ad π. qui teſtam. facere poſſ. Tom. II. Opp. pag. 207.

4 *Cum ſe compoſuiſſet.*] Nam certo habitu, vultum, dextra, veſtem dicturi componebant, de quibus Quinctilianus Lib. XI. cap. III. ex parte Apulejus Lib. II. Mileſ. & Fulgentius Placiades in Continentia Virgiliana. BUCHNER.

5 *Dicens triſtia & miſeranda; Dignum tamen illum, &c.*] Non audiendos arbitramur, qui *dices* hoc loco reponunt. Nam *Latine dicere* iſtum hominem Graeco amictu ornatum mox, ex ſententia ſua tamen, eſt *miſeranda & triſtia dicere*: horſum enim alluſit Valerius, dum *Latine* ſe dicturum ait, cui ea in urbe cum toga jus aqua & igne utendi ablatum erat. Et in hoc acumen eſt utrique ſententiae. Quod ait *dignum*

 eum

[1] Dignum tamen illum, [2] qui haec ipſa ſtudia inceſti ſcelere maculave-
5 rit! Confeſſus eſt quidem inceſtum: [3] ſed incertum, utrum quia verum erat, an quia graviora metuebat, ſi negaſſet. Fremebat enim
6 Domitianus, [4] aeſtuabatque ingenti invidia, deſtitutus. Nam cum [5] Corneliam Veſtalium maximam [6] defodere vivam concupiſſet, ut qui

eum Plinius, nullo modo quoque eſt immutandum. Artium enim bonarum & Virtutis litteratae adſecla ipſa confeſſione tanti ſceleris artes maculaſſe cenſetur, cum mortem vili in incerta innocentia vitae praeferre debuiſſet. Haec Plinii mens eſt. Barth. *Dices triſtia.*] Tu pallium ſcilicet, quod circumſpiciebat dicturus, & mox ingreſſus dicere, quaſi alloquebatur, miratus novitatem rei, quod Graece veſtitus, declamaturus Latine prodiiſſet. In aliis libris, *dicens* legitur, quod unice probat Barthius. Mihi alterum placet: quia audentius, & ſic erectius, vividiuſque. Jam illa, *dignum tamen illum*, & quae ſequuntur, melius alienae & fictae perſonae Licinianus tribuit, quam protulit ex ſua: ne ſemetipſum accuſare videretur, quod nemo libenter facit. Buchn. *Dices triſtia.*] Mirifice *Buchnerus*, quaſi alloqueretur Valerius Licinianus pallium ſuum. Immo alloquitur Plinius eum, ad quem ſcribit, *Cornelium Minucianum*, & eum facit ad ſeſe, qui ſcribit, ita dicentem: *Dices*, forte tu, Corneli Minuciane, *Triſtia & miſeranda* ſunt, quae narras de Valerio Liciniano, Plini: *dignum tamen illum* his triſtibus & miſerandis, *qui haec ipſa ſtudia inceſti ſcelere maculaverit.* Ad haec verba Plin. reſpondet, incertum eſſe de ſcelere, &c. Gronov. Vere Gronovius. Plerique librarii & editores non intellexerunt. Nam in MSS. & Ed. Vet. Aldinis, Gryphianis, aliiſque eſt *dicens.* At Mediceus, Riccard. & Lindenbr. *dices.*

1 *Dignum.*] Putemne dignum hoc ſupplicio? Quidam volunt illa verba eſſe Liciniani: ut ſit ſenſus, illum eſſe dignum dicere triſtia & miſeranda, qui ſtudia literarum inceſto maculaverit. Alii potius Plinio aſcribunt. Catan.

2 *Qui haec ipſa ſtudia.*] Eloquentiae puta: quibus turpem induerit maculam, qui per inceſtum cum Cornelia feciſſet ſtuprum. Videtur autem Licinianus figura uſus, & haec dixiſſe quidem in ſpeciem de ſe, revera in Domitianum conjeciſſe & exprobraſſe ex ambiguo iniquitatem indignitatemque rei geſtae; quod ficti inceſtus crimine non tantum innocentem ſe, ſed eloquentiae, quae tractabat, ſtudia infamaſſet. Buchner.

3 *Sed incertum.*] Suetonius Domitiano: *Imperavit ſtupratores Corneliae virgis in comitio caedi: excepto praetorio viro, cui dubia etiamnum cauſa, & incertis quaeſtionibus atque tormentis de ſemet profeſſo, exilium indulſit.* Praetorius iſte, cujus Suetonius meminit, ipſe iſte *Licinianus* eſt. Hunc enim honoris gradum ei Plinius tribuit initio ſtatim Epiſtolae hujus. Idem.

4 *Aeſtuabatque ingenti invidia deſtitutus.*] *Deſtitutus*, id eſt, cui deeſſent idoneae res atque probationes, quibus *Licinianum* reum inceſt perageret. Quod cum impenſiſſime cuperet, in non convicto autem niſi cum maxima invidia non poſſet, fremebat & aeſtuabat Domitianus. Hoc eſt, & indignabatur ardens ira, & mirum in modum confundebatur. Ex altera enim parte ſtimulabat libido ſumendi ſupplicium de *Liciniano*, ex altera vero terrebat metus invidiae, quae eum manebat, ſi deficientibus teſtimoniis innocentem, ut videbatur, damnaret. Idem. *Aeſtuabatque ingenti invidia deſtitutus.*] Male, qui his Veſtalem virginem Corneliam recte condemnatam & ſupplicio affectam vulgo perſuadent. Id ipſum enim his ſignificat, quod infra, cum ait: *Ardebat ergo Domitianus & crudelitatis & iniquitatis infamia.* Gronov. Helmſt. Arnz. & a manu ſecunda Voſſ. *ingenti invidia conſtitutus*, unde prognatum additamentum Lindenbr. *in invidia.*

5 *Corneliam Veſtalium Maximam.*] Cornelia ex familia Coſſorum capta in locum Laeliae defunctae, Nerone Imperante olim abſoluta, ac multo poſt repetita accuſatione convicta a Domitiano defodi juſſa eſt, auctore Tranquillo, & Euſebio in Chronicis: quanquam is paulo ſupra in rebus Domitiani jam dixerat tres virgines Veſtae ob ſtuprum damnatas. Alii codices habent *Corneliam Maximillam Veſtalem.* Catan. Et ſane in Riccard. Helmſt. Lindenbr. Arnz. Ed. Vet. Aldinis, Gryph. & ſequacibus *Maximillam Veſtalem*; ſed Optimus: *maximam Veſtalium*, hoc eſt *Veſtalium vetuſtiſſimam*, ut loquitur Tacitus XI. Annal. cap. XXXII. Ea *maximae* nomen cum apud Suetonium & alios, tum in Lapidibus Vett. habet.

6 *Defodere vivam.*] Hoc ſollenne ſupplicium Veſtalibus erat, quae probri, ſeu pollutae virginitatis compertae eſſent. Conſule Lipſium de Veſta & Veſtalibus Syntagmate cap. XIII. & Ja-

qui illuſtrari ſeculum ſuum [1] ejuſmodi exemplis arbitraretur, [2] Pontificis Maximi jure, ſeu potius immanitate tyranni, licentia [3] Domini, [4] reliquos Pontifices, non in [5] regiam, ſed in [6] Albanam villam convocavit. [7] Nec minore ſcelere, quam quod ulciſci videbatur, abſentem inauditamque damnavit [8] inceſti, cum ipſe [9] fratris filiam inceſto non pol-

Jacobum Gutherium Lib. II. de Veteri Jure Pontificio cap. II. BUCHNER. Helmſt. *defodere vivam concupiſceret.* Lindenbr. Oxon. & Aldus: *cupiſſet*; Voſſ. *cupiſſe*; Mediceus & reliqui cum Ed. Vet. *concupiſſet.*

1 *Ejuſmodi.*] Notabilibus, punitione Veſtalium, quam neglectam a Veſpaſiano & Tito Domitianus ſevere coercuit. Ocellatis ſororibus & Varonillae Veſtali liberum mortis arbitrium permiſit, & corruptores earum relegavit. Hoc Papinius laudat. Tacitus circa finem fragmentatae hiſtoriae, Cerealem patraſſe ſtuprum cum Claudia ſacrata muliere refert. CATAN. Scripſi cum Mediceo, Helmſt. & Ed. Vet. *eiusmodi exemplis*, quod etiam ex Vet. Cod. notavit Minos. Vulgatum erat: *eiusmodi exemplo.*

2 *Pontificis Max. jure.*] Cui licebat inquirere Veſtalium crimina & vindicare, denique omnes ſacras cauſas dijudicare. Fuit autem Pontifex Max. Domitianus. quod teſtantur aerea ipſius numiſmata. & Juvenalis Sat. IV.

Deſtinat hoc monſtrum cymbae linique magiſter
Pontifici ſummo. ——

CATAN. *Pontificis*, &c.] Hujus enim erat de Veſtalibus cognoſcere & crimina illarum vindicare. Vide modo allegatos auctores. BUCHNER. *Pontificis*, &c.] Lamprid. de Alex. *Accepit praetextam etiam cum ſacra faceret, ſed loco pontificis maximi, non imperatoris.* Scilicet omnes Impp. ab Auguſto Pontifices M. non tantum dicti, ſaepeque etiam ejus officio fungebantur. Vide Caſaub. in Spartian. Et ejus rei cauſam exponentem ad Sueton. Lib. II. c. XXXI. VEENH.

3 *Domini.*] Se *Dominum* & *Deum* appellari juſſit, tradente Tranquillo, & Martiale ſic adulante, ſed poſt ejus interitum exprobrante. CATAN.

4 *Reliquos Pontifices.*] Nam ipſe Domitianus Pontif. Maximus erat. Hanc enim dignitatem ſibi ſolis vindicarunt Imperatores ab Auguſto uſque ad Gratianum: ut ſimul & religionum ceremoniis, & legibus civilibus praepoſiti omne poteſtatis jus complecterentur. Caeterum pontifices dicebantur ſacerdotes omnes: unde PONTIFEX SOLIS, PONTIFEX VULCANI, PONTIFICES VESTAE, id eſt, *Sacerdotes*, in veteribus Inſcriptionibus reperiuntur. *Maximus* igitur, qui praeerat, ad reliquorum differentiam appellabatur. BUCHNER.

5 *Regiam.*] *Regia*, domus Pontificialis eſt. Sic appellata, quod Rex Sacrificulus ibi habitaret. Dio Lib. LIX. & Servius ad VIII. Aeneid. Ibi autem convenire Collegium Pontificum ſolebat, ac diſceptare & judicare controverſias ſacras, quod hic licenti impotentia a Domitiano mutatum, de quo videatur Lipſius.

6 *Albanam villam.*] Quo ſaepiſſime convocabat patres in conſilium. Juvenalis carmen extat de re conſulta ſuper Rhombo in ſeceſſu Albano: ubi aſſerit Suetonius confixiſſe eundem Imperatorem multas feras, & Martialis quinquatria ſingulis annis Minervae celebraſſe. Sed non ſine ratione, ſi tamen ea ratione motus, de nece Veſtalis deliberaturus pontifices in Albanum accivit, quod ſcilicet ſacerdotium Veſtalium inſtitutum eſſet a Trojanis, qui Albam condidere. Fuerant igitur Veſtales primo Albae, inde Romam tranſlatae. CATAN. *Albanam villam.*] Quam in Albano monte Domitianus habuit, & quo ſeceſſu adeo delectatus fuit, ut quaſi domum haberet, imo & Curiam, eoque ſaepius evocaret patres, quod & ſignificat in Agricolae vita Tacitus cap. XLV. & Juvenalis in Satyris perſtringit ac notat. *Parrhaſiam aulam & domum Parrhaſiam* non ſemel Martialis dixit. Operoſiſſimam ejus ſtructuram & ſumtuoſam magnificentiam Lib. VIII. Epigr. XXXVI. ita celebrat, ut nihil ſimile toto terrarum orbe extare pronuntiet. Quo referenda opinor, quae Plutarchus in vita Publicolae de domo Domitiani, & damnoſiſſima aedificandi libidine memorat. A Rabirio Architecto extructam idem Martialis Lib. VII. Epigr. LVI. clare tradit. BUCHNHR.

7 *Nec minore.*] Senſus eſt: condemnavit Corneliam indicta cauſa, quod erat non minus ſcelus. quam quod ira videbatur illam trahere ad ultionem. CATAN.

8 *Inceſti.*] Stupri. Nam inceſtus committitur inter ſacras perſonas & affines. IDEM. Lege hic Lipſium de Veſtal. cap. XIII. BARTH. Helmſt. *Clamavit inceſti*; Arnzen. *damnavit inceſtum.*

9 *Fratris filiam.*] *Juliam* Titi filiam, quam adhuc virginem oblatam in matrimonium recuſave-

polluiſſet ſolum, verumetiam occidiſſet. Nam vidua abortu periit.
7 Miſſi ſtatim Pontifices, qui [1] defodiendam necandamque curarent. Illa nunc ad [2] Veſtam, nunc ad ceteros deos manus tendens, multa, ſed hoc frequentiſſime clamitabat, *Me Caeſar inceſtam putat: qua*
8 [3] *ſacra faciente*, [4] *vicit*, *triumphavit.* [5] Blandiens haec, an irridens, ex fiducia ſui, an ex contemptu Principis dixerit, dubium eſt: [6] dixit donec ad ſupplicium neſcio an innocens, [7] certe tanquam innocens ducta

ſaverat, & Sabino collocatam corrupit, mox interfecto marito ardentiſſime & palam dilexit, ut cauſa mortis illius extiterit, cum coegiſſet abortum facere. CATAN. *Fratris filiam.*] Noſter Lib. VIII. Ep. XXII. *Noſtine hos, qui omnium libidinum ſervi, ſic aliorum vitiis iraſcuntur, quaſi invideant, & graviſſime puniunt, quos maxime imitantur?* Sic & Victor Junior in Auguſto. BUCHNER.

1 *Defodiendam necandamque.*] Quae Veſtalium virginitatem prodiderat, viva ad portam Colinam defodiebatur tumulo, qui ſceleratus campus appellabatur intra urbem: ubi ſubterranea domus mediocris erat, in quam e loco ſuperiore deſcendebatur. Jacebat in eo ſtratus lectulus, & lucerna ardens: primitiaeque rerum earum, quae ſunt ad victum breves quaedam, panis, aqua in vaſe, lac, & oleum: quaſi caveret ipſa domus, ne fame ejus corpus interiret, quae maximis expiationibus dedicata eſſet: ipſam vero poenae obnoxiam feretro impoſitam, & exterius, obtectam, loriſque ligatam, quo neque vox queat etiam audiri, per forum vehebant, deflentibus eam ac praemittentibus amicis caeteri cum ſilentio accedebant. Vide prolixius apud Dionyſ. & Plutarch. CATAN.

2 *Veſtam.*] Quam alii *flammam*, alii *terram* eſſe volunt, ideo mulierem fingunt terram tympanum ferentem, quia terra ventos in ſe concludit. IDEM.

3 *Sacra faciente.*] Pro eo ſacrificante. Veſtalium ſacra nulli cuipiam fas eſt ſcire. Legimus tamen uti conſueviſſe in ſacrificiis muria, ſale ſcilicet in pila tonſo & in ollam fictilem conjecto, ac in furno praecocto, deinde in aquam miſſo. IDEM.

4 *Vicit.*] Triumphavit. Nam de Cattis & Dacis poſt varia praelia duplicem triumphum egit. De Sarmatis lauream tantum Jovi Capitolino rettulit. Bellum civile motum a L. Antonio ſuperioris Germaniae praeſide confecit abſens mira felicitate. Tranquillus. IDEM.

5 *Blandiens haec, an irridens.*] Ambigui ſenſus Corneliae, quae antecedunt proxime, verba fuiſſe ſignificat. Quippe quae videre poſſint, vel meriti cujuſdam fiducia, perſuaſa ſi foret vere viciſſe Domitianum, & per blanditiam, qua deleniretur iratus, qui mirum in modum ſe efferebat ea victoria, & ejus mentione afficiebatur; vel ex contemtu & irridendo vaniſſimo principum prolata, qui victoriam jactabat, cum victus eſſet, & triumphum egerat, ſed inimicum & jocularem. De quo praeter Dionem Tacitus etiam vita Agricolae cap. XXXIX. *Inerat*, inquit, *conſcientia* (Domitiano puta) *deriſui fuiſſe nuper falſum e Germania triumphum, erat is per commercia, quorum habitus & crines, in captivorum ſpecies formarentur.* BUCHNER.

6 *Dixit donec, &c.*] Aſſentior doctiſſimo Heraldo, qui ad Apologeticum Tertulliani notat *Tanquam innocentes* ad eos pertinere, qui inauditi damnantur, & hic ita legendum autumat. At Plinius tamen integer minime erit ea lectione, quae quidem veriſſima eſt, recepta, niſi nobiscum legas: *dixit donec ad ſupplicium, neſcio an nocens, certe tanquam innocens ducta eſt.* Ita habebis veram ſententiam Quam, quo magis expendes, eo magis probabis. In Manuſcripto, quo nos utimur, hoc loci opis nihil eſt prorſus. BARTH. Diutiſſime licet expendas, favebis tamen Vulgatae, quae in omnibus Codd. comparet, *neſcio, an innocens.* Vim dictionis *neſcio an* reputaſſet vir doctiſſimus, quae dubitationem quidem, ſed ut ad adfirmationem inclines, notare ſolet, & vidiſſet, quam inhumanum ſua emendatione faciat Secundum. Egimus olim de hac re ad Cic. VI. Fam. Epiſt. VII. n. 6. & ad Lib. IX. Epiſt. XIV. n. 13. Monuit pridem Manutius, Lambinus, Vorſtius: item Schulting. ad Senec. I. Controv. II. pag. 86. Cl. Ducker. ad Flori Lib. III. cap. XII. n. 6. Hic vero ſubſequens *certe* dubitationem omnem excludit.

7 *Certe tanquam nocens.*] Defendi aliquando in ſuſpicionibus meis, *certe tanquam innocens ducta eſt*; ut velit ab omni populo habitam pro innocente, & in Domitianeae crudelitatis gratiam damnatam. GRUTER. Non amplius deliberandum de veritate lectionis *tamquam innocens*, cum jam

ducta eſt. Quinetiam, quum in illud ſubterraneum [1] cubiculum demitteretur, haeſiſſetque deſcendenti [2] ſtola, vertit ſe, ac [3] recollegit. Cumque ei carnifex manum daret, averſata eſt, & reſiluit; [4] foedumque contactum, quaſi plane a caſto puroque corpore [5] noviſſima ſanctitate rejecit: omnibuſque numeris pudoris, [6] πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐχήμως πεσεῖν. 9
Praeterea Celer, eques Romanus, [7] cui Cornelia objiciebatur, cum in 10
[8] comitio virgis caederetur, in hac voce perſtiterat, *Quid feci? nihil feci.* Ardebat ergo Domitianus & crudelitatis & iniquitatis [9] infamia. 11
[1] Arri-

iam optimus ille adſertor veniat codex Mediceus, in quo diſerte ita ſcribitur, ut coniecit Heraldus ad Tertull. Apologet. pag. 9. quod defendit Gruterus, probavit Barthius, nos repoſuimus. Frigidiſſimum eſt Vulgatum: *tamquam nocens.*

1 *Cubiculum.*] Antrum ad portam Colinam. Catan. Mediceus tantum: *cum in illud ſubterraneum demitteretur*, neglecto vocabulo *cubiculum*, per lapſum, ut arbitror, librarii. Voſſ. *dimitteretur*, eo vitio, quo mox Optimus *diſcendenti.*

2 *Stola.*] Veſtis muliebris rugoſa, auctoribus Varrone, Martiale, Nonio: at Olympiacae ſtolae forma, teſte Apulejo, talis fuit, picta veſtis ex humeris pone tergum dependens, talorum tenus vario colore viſenda: circumnotatis animalibus inſignita. Hinc dracones Indici, inde Gryphes hyperborei. Catan.

3 *Recollegit.*] Compoſuit ſtolam ne pudenda detegeret: quod fecere Pompejus, & Caeſar in nece ſua. *Recolligere* alias eſt confirmare & reficere animum. Catan.

4 *Foedumque* contactum.] Ita quidem Mediceus, Helmſtad. & Ed. Vet. cum Gryphio, Catanaeo, Grutero & horum adſeclis, & ita vulgo loquimur. At cum Aldus in utraque Ed. Cl. Minos aliique dederint *contagium*, idque praeſtetur ab MSS. Riccard. Lindenbr. Bongarſ. Oxon. & Arnz. & ſit paullo exquiſitius, cuius illud alterum Gloſſa videri queat, *foedumque contagium* ego praetulerim, quod faciebat Barthius quoque, qui id proprium, & Latinum eſſe iudicabat. Obſervavi ſane, optimos ſcriptores illic potius *contactum* ponere, ubi de contagione ſermo eſt, quod oſtendet nota ad Salluſt. Cat. cap. X. n. 6. & contra *contagium*, ubi de tactu ſermo eſt. Hoc adeo indifferens viſum Salviano, ut Lib. VII. de Gubern. D. pag. 287. ſcriberet: *Horruerunt concubitus* contactusque *meretricum*, ſed mox pag. 290. contagiones *etiam horruerunt meretricum.* Lucanus de Proſerpina Lib. VI. vs. 741.

— — *quae te* contagia paſſam
Noluerit revocare parens.

Mox Lindenbr. *quaſi a caſto*, ſine *plane*; Oxon. *quaſi a caſto corpore puroque.* De locutione *omnibus numeris* vide Lipſium ad Senec. VII. de Benef. cap. I. & ſic Auct. de Orator. cap. XXXII. *per* omnes *eloquentiae* numeros *ire.*

5 *Noviſſima.*] Ultimo actu vitae ſuae ſanctitatem prae ſe ferens. Catan.

6 Πολλὴν πρόνοιαν, &c.] Verba Taltybii ex Euripidis Hecuba narrantis Polyxenae necem: ἥδε καὶ θνήσκουσα ὅμως πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως πεσεῖν, κρύπτειν θ' ἃ κρύπτειν ὄμματ' ἀρσένων χρεών. Id eſt, *Haec autem & moriens tamen multam providentiam habuit honeſte cadere, celare autem, quae celare oculos marium opus eſt.* Quam ſententiam tranſtulit Ovidius Lib. XIII. Metamorph. ubi Polyxenae immolationem deſcribit. Idem. Πολλὴν πρόνοιαν, &c.] Magnam cautionem adhibuit, ut decore caderet, vel decenter. Naſo ſic eſt interpretatus:

Tunc quoque cura fuit partes velare tegendas,
Quum caderet, caſtique decus ſervare pudoris.

Stephan. Senarius ex Euripidis Hecuba Act. III. vs. 86. Barth. Gryphius ex Homeri Iliad. XXII. deſumtum putabat. Exemplis quae ex Iuſtino Lib. XIV. cap. VI. & Sueton. Iulio cap. LXXXII. laudant, adde inſigne exemplum Pantei uxoris apud Plutarch. Agid. & Cleom. pag. 823. & Lucretiae, ut eam deſcripſit Ovidius II. Faſt. vs. 833. inſuper Lucan. Lib. VIII. vs. 614.

7 *Cui Cornelia objiciebatur.*] Qui accuſabatur, quod cum Cornelia inceſtum commiſiſſet. Catan.

8 *Comitio.*] Loco juxta Senatum, quo populus coibat comitiorum & litium cauſa. Idem.

9 *Infamia.*] Non diſplicet *infamia*, id eſt malevo-

[1] Arripit Licinianum, quod in agris ſuis occultaſſet Corneliae libertam. Ille ab iis, quibus erat curae, praemonetur, ſi [2] comitium & virgas pati nollet, ad
12 confeſſionem confugeret, quaſi ad veniam. Fecit. Locutus eſt pro abſente Herennius Senecio tale quiddam, quale eſt illud, [3] κεῖται Πάτροκλος. Ait e-
13 nim, *ex advocato nuncius factus ſum.* [4] *Receſſit Licinianus.* Gratum hoc Domitiano, adeo quidem, [5] ut gaudio proderetur, diceretque, *Abſolvit nos Licinianus.* Adjecit etiam, non eſſe verecundiae ejus [6] inſtandum: ipſi vero permiſit, ſi qua poſſet, [7] ex rebus ſuis rapere, antequam bona [8] publicarentur, [9] exſiliumque molle, velut praemium, de-
14 dit. Ex quo tamen poſtea clementia Divi Nervae tranſlatus eſt in Siciliam, ubi nunc profitetur, ſeque de fortuna praefationibus vindicat.

levolentia & invidia: cui manifeſte expoſitus erat, ſi Celer tanquam innocens occiſus videretur. CATAN. Ineptiſſima lectio *inſania*, quam neſcio, quo pacto Veenhuſius admittere potuerit. *Infamia* eſt in omnibus ſcriptis, omnibusque aliis impreſſis. Sic ſupra dixerat n. 5. *aeſtuabat ingenti invidia*, infra Lib. IX. Epiſt. XIII. n. 21. *Quod denique ſenatum invidia liberaſſem*, qua flagrabat *apud ordines alios.*

1 *Arripit Licinianum.*] Vix eſt probum illud *arripit.* Mallem *accivit*, vel quod ſimile. *Libertas* Corneliae ſignificat licentiam vulgandi corporis, qua uſam in agris Liciniani Domitianus credi volebat. SCHEFFER. Mirae nugae. Scilicet Veenhuſius., operarum incuria, vulgaverat: *quod in agris ſuis occultaſſet Corneliae libertatem.* Hinc illae lacrymae! *libertam* dare voluit, quod eſt in omnibus Codd. Sed & verbum *Arripit* crudelitati & vehementiae tyranni longe melius reſpondet, quam ignavum illud *Accivit*, quod praeterea libri damnant.

2 *Comitium & virgas.*] Id eſt, publicam poenam. *Comitium* enim ſuppliciis iſtiuſmodi deſtinatum, Et ſolebant ſtupratores Veſtalium virgis ad necem caedi. Vid. Livius Lib. XXII. cap. LVII. Suetonius Domitiano cap. VIII. hac ipſa hiſtoria, *Corneliam convictam defodi imperavit, ſtupratoreſque virgis in comitio ad necem caedi.* BUCHNER. Voſſ. & Oxon. *praemonebatur*; Lindenbrog. *praemoneretur.* Infra Optimus: *Herennius Senicio*, ut alibi.

3 Κεῖται Πάτροκλος.] *Jacet Patroclus*, judicatum, & actum eſt. Carmen ex Lib. XXII. Iliad. vs. 386.

Κεῖται πὰρ νήεσσι νέκυς ἄκλαυτος ἄθαπτος
Πάτροκλος.

Id eſt, *Jacet apud naves mortuus, indefletus, inſepultus Patroclus.* (Sequentia tamen aperte monſtrant in Pliniano codice legendum κεῖται νέκυς.) Melior tamen eſt ſenſus, cum deberem agere cauſam pro Liciniano, (quoniam deſperata eſt,) tanquam nuncius affero vobis illius confeſſionem, ſicut Neſtoris filius Achilli necem Patrocli Lib. XVIII. Iliados vs. 18.

Ὤ μοι Πηλέος υἱὲ δαΐφρονος, ἦ μάλα λυγρῆς
Πεύσεαι ἀγγελίης, ἣ μὴ ὤφελλε γενέσθαι.
Κεῖται Πάτροκλος· νέκυος δὲ δὴ ἀμφιμάχονται.
Γυμνοῦ· ἀτὰρ τά γε τεύχε᾽, ἔχει κορυθαίολος
Ἕκτωρ.

Id eſt, *Hei mihi, Pelei fili periti in bello, profecto valde triſte nuncium accipies, quod nunquam utinam fuiſſet. Jacet Patroclus, pro mortuo ſane pugnant nudo. Verum haec arma habet galeatus Hector.* Cujus narrationis brevitatem Fabius mirum in modum probat. CATAN.

4 *Receſſit Licinianus.*] Helmſt. & Ed. Vet. *Licinianus receſſit*; deinde idem Helmſt. & Arnz. ſubiungunt: *Adiecit etiam, Gratum hoc Domitiano.* Nihil tale in melioribus.

5 *Ut gaudio proderetur.*] Ut gaudium, quod in vultu & geſtu ejus ſe excrebat, indicio eſſet, id gratum accidere Domitiano. BUCHNER. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *ut gaudio prodiret.*

6 *Inſtandam.*] Non eſſe eam ultra urgendam. BARTH. Sic expoſuit etiam ad Papin. XI. Theb. vs. 259. Explicabit optime Lucanus Lib. I. vs. 148.

7 *Ex rebus ſuis* raperet.] Opportunius eſt, quod obfert Optimus, *rapere.* Vide ad Lib. VI. Epiſt. XIX. n. 3.

8 *Publicarentur.*] A praefectis in aerarium referrentur. CATAN.

9 *Exilium molle.*] Apud gentes humaniores. *Exi-*

dicat. Vides, quam obſequenter paream tibi, qui non ſolum res 15
urbanas, verumetiam peregrinas tam ſedulo ſcribo, ut altius repetam.
& ſane putabam, te, quia tum abfuiſti, nihil aliud de Liciniano au-
diſſe, quam relegatum ob inceſtum. Summam enim rerum nunciat
fama, non ordinem. Mereor, ut viciſſim quid in oppido tuo, quid 16
in finitimis agatur (ſolent enim notabilia quaedam incidere) perſcri-
bas. Denique quicquid voles: dummodo non minus longa epiſtola
[1] nuncia. Ego non paginas tantum, ſed etiam verſus ſyllabaſque nu-
merabo. *Vale.*

XII. C. Plinius. [2] Arriano Suo S.

Marcellini factum laudat, quod Quaeſtor, cum ante tempus ſalarium ſcribae recepiſſet, eo mortuo Trajanum ſuper hoc conſuluerit, & Senatum hortatus fuerit.

Amas [3] Egnatium Marcellinum, atque etiam mihi ſaepe commen-
das: amabis magis, commendabiſque, ſi cognoveris recens ejus
factum. Cum in provinciam Quaeſtor exiſſet, ſcribamque, qui [4] ſorte 2
b-

Exilium, Marcello tradente, triplex eſt, aut certorum locorum interdictio, aut lata fuga, ut omnium locorum habitatio praeter certum locum, aut inſulae vinculum. Sed Calliſtratus ſignificat aliud fuiſſe *in inſulam relegari*, aliud *in inſulam deportari*. *In exulibus*, inquit, *gradus poenarum conſtituit edictum divi Adriani, ut qui ad tempus relegatus eſt, ſi ante praeſcriptum redeat, in inſulam relegetur: ſed qui relegatus in inſulam exceſſerit, in inſulam deportaretur: qui deportatus evaſerit, capite puniatur.* Catan.

1 *Nuncies.*] Optimus, *nuncia*, quod omnino praeferendum. Alii mutarunt, quia praecedit *perſcribas*. Sed ſimiliter Statius V. Silv. V. vs. 13.

— *huc patres, & aperto pectore matres*
Conveniant, *cincreſque oculis & carmina ferte.*

Lucanus Lib. IX. vs. 393.

— — — ite *feroces*
Caeſaris in iugulum: praeſtet *Lagaea iuventus*
Hoc regi, Romana ſibi.

Corte.

2 *Arriano Suo.*] Riccard. in Indice *Matur. Arrianum* vocat.

3 *Egnatium.*] *P. Egnatium* adverſus Soranum teſtimonium dixiſſe recitat Tacitus. Macrobius *Egnatium* citat in licris de rerum natura. *Egnatium Feſtum* Aedilem duumvirum, cui ludos ſub Antonino Pio publice edenti plebs urbana ad ſtatuam ponendam, pecuniam obtulit, referunt antiqua monumenta: verum is honore contentus impenſam remiſit. Ad *Ignatium Dextrum* ſcripſit Herennius Modeſtinus de excuſatione tutelae. *Ignatium* Antiochiae epiſcopum ſub Nerva & Trajano, auctores ſunt Graeci ſcriptores. Catan. Voſſ. a prima manu: *Egnatium* tuum *Marcellinum*. Deinde idem codex, item Oxon. & Riccard. *amabis* omittunt, ac referunt: *magiſque commendabis*.

4 *Sorte.*] Quaeſtores enim ſortiebantur ſcribas, ſicut Procoss. provincias & legatos. Catan. Arnz. *quis ſorte obtigerat*, quem ego quidem facile negligo. At Helmſtad. *cui ſorte*, & Optimus: *cui ſorti obtigerat*, quod minime negligendum. Provinciae enim ante ſortitionem neceſſariis omnibus inſtruebantur, eaeque *ſors* vocatae ſunt, ut ex uno Livio conſtat. Aeque ergo bene *quaeſtori ſors obtingere* dicitur, ac *quaeſtor ſorti obtingere*; de quibus mutuis veluti dicendi generibus alibi egimus. Ferri itaque poterat: *cui ſorte obtigerat*. Supra idem Mediceus, Helmſt. & Ed. Vet. *ſi cognoveris* eius recens *factum*.

1 Sa-

obtigerat, ante legitimum [1] ſalarii tempus amiſiſſet, quod acceperat
ſcribae daturus, intellexit, & ſtatuit ſubſidere apud ſe non oportere.
3 Itaque reverſus, Caeſarem, deinde, Caeſare auctore, ſenatum conſu-
luit, quid fieri de ſalario vellet. [2] Parva quaeſtio, ſed tamen quaeſtio.
4 Heredes ſcribae ſibi, [3] praefecti aerarii populo vindicabant. Acta
cauſa eſt, dixit heredum advocatus, deinde populi: uterque per-
commode. [4] Caecilius Strabo aerario cenſuit inferendum: Baebius
5 Macer heredibus dandum. obtinuit Strabo. Tu lauda Marcellinum,
[5] ut ego ſtatim feci. quamvis enim abunde ſufficiat illi, quod eſt & a
6 Principe & a Senatu probatus, gaudebit tamen teſtimonio tuo. O-
mnes enim, qui gloria famaque ducuntur, mirum in modum aſſenſio
& laus a minoribus etiam profecta delectat. Te vero Marcellinus [6] ita
7 reveretur, ut judicio tuo plurimum tribuat. Accedit his, quod ſi
cogno-

1 *Salarii.*] *Salarium* merces annua laborum dicitur: at *ſalarius* qui ſalſamenta vendit. CATAN. *Salarii.*] *Salarium* a ſale originem habet, ejuſque nomen *honoribus etiam militiaeque interponitur*, *ſalariis inde dictis*, ut teſtatur Plin. ſen. Lib. III. cap. VII. Annona cuique deſtinata & aſſignata ſic dicitur apud Vopiſc. in Aureliano: *Illi Romam venienti ſalaria ſui ordinis ſunt decreta.* Latius etiam ſtipendium & commoda ſignificavit. Vide Plinium Lib. XXXIV. cap. 3. apud Turneb. Adverſ. Lib. XVIII. cap. XX. VEENH.

2 *Parva quaeſtio, ſed tamen quaeſtio.*] Ita Riccard. Voſſ. Helmſt. Arnz. Nec abit Ed. Vet. ex qua legas: *Parva quaeſtio, ſed quaeſtio tamen.* Barthius caſtigabat: *parva, ſed tamen quaeſtio*, atque ita edidit Cellarius, ita ſolet aliis locis Plinius. Vide ſupra ad Lib. III. Epiſt. IV. n. 5. *Verum etiam alii quidam* minores, ſed tamen *numeri.* Sed illic étiam videbis, alibi plene locutum eſſe, ut *raro ſtudeo, ſtudeo tamen.* Itaque cum Mediceus nude exhibeat: *Parva quaeſtio. Heredes* cet. ceteris omiſſis, veroſimile fit, quod librarius vocabulum *quaeſtio* bis perſcriptum invenerit. Quare ab Vulgata, quae & Aldo, Gryphio ceteriſque ſeſe probavit, non eſt recedendum. De quaeſtione ipſa vide Cuiac. Tom. III. Opp. pag. 441. qui ex hoc loco paullo liberalius affirmat, heredes defuncti unius anni ſalaria cepiſſe.

3 *Praefecti, &c.*] Lego: *Haeredes ſcribae ſibi: Praefecti aerarii, aerario populoque vindicabant.* Geminatio ejuſdem vocis huic loco fraudi fuit, ut aliis (Romano more loquor) ſexcentis. CASAUB. Nimirum vulgata lectio erat: *praefecti aerario populoque vindicabant*; quae etiam in iunioribus ſcriptis, Ed. Vet. & Aldinis habetur. Sed ſufficiebat dixiſſe aut *aerario*, aut *populo*; cum Plinius *aerarium* populi, & *fiſcum* principis ſemper diſtinguat. vide Paneg. cap. XXXVI. & XLII. Veriſſima eſt ſcriptura Catanaei: *praefecti* aerarii populo *vindicabant*, cui iam auctoritas Florentinarum membranarum accedat, in quibus viſitur: *praefecti* aerari populo *vindicabant. Aerari* ſcripſerunt antiquo more, ut *aedifici*, *imperi*, *peculi* & ſimilia. In Arnz. etiam *populo*, ſine Conjunctione habetur.

4 *Caecilius Strabo.*] Legitur etiam *Caelius Strabo*, ſed nullius apud alium quempiam mentionem habitam memini. Hoc tantum velim admonuiſſe, & *Strabonem* & *Bebium* fuiſſe Conſules deſignatos, qui jus cenſendi habebant, & in cauſa Julii Baſſi Secundum deſignatos conſules nominaſſe *Bebium Macrum*, & *Caepionem Hiſpanum*, non *Caelium Strabonem.* CATAN.

5 *Ut ego ſtatim feci.*] Nihil horum in Mediceo viſitur, cui fere accedo. Non quod diſpliceat verbum *feci*, cum illud paſſim hac vi apud Noſtrum adhibitum reperiam, ſed quia oratio & conciſior, & venuſtior, his reſectis, evadit, neque hic de laude a Plinio profecta agendi locus erat.

6 *Ita reveretur.*] MSS. Riccard. Voſſ. Helmſt. Oxon. Arnz. Ed. Vet. Aldus, Gryphius, alii: *ita veretur*, quae verba & alibi in his Epiſtolis confunduntur. Vide infra ad Lib. V. Epiſt. XIII. n. 1. Senſus ſane poſtulat: *ita reveretur*, idque praeſtat Mediceus, & multae Edd. exhibent, etiam Cl. Minois & Gruteri.

1 *Iſte*

cognoverit factum ſuum [1] iſto uſque penetraſſe, neceſſe eſt laudis ſuae ſpatio, & curſu, & peregrinatione laetetur. etenim neſcio quo pacto vel magis homines juvat gloria lata, quam [2] magna. *Vale.*

XIII. C. Plinius [3] Tacito Suo S.

Cum Secundus in patria audiviſſet, municipes ſuos Mediolanum petere ſtudiorum cauſa, quod nullos Comi praeceptores haberent, hortatus eſt parentes, ut liberis magiſtrum conducerent de ſuo, promittens tertiam ſalarii partem: quare in Tuſculanum reverſus, ubi opuſculum quoddam erat abſoluturus, rogat Tacitum, ut aliquem conquirat, qui ſibi fidens judicio Novocomenſium ſe ſubjiciat.

SAlvum te in urbem veniſſe gaudeo, veniſti autem ſiquando alias, nunc maxime mihi deſideratus. ipſe pauculis adhuc diebus in Tuſculano commorabor, ut opuſculum, quod eſt in manibus, abſolvam. Vereor enim, ne ſi hanc intentionem jam in fine [4] intermiſero, aegre reſumam: interim, ne quid feſtinationi meae pereat, quod ſum praeſens petiturus, hac quaſi [5] praecurſoria epiſtola

1 *Iſto usque.*] Sic omnes meliores ſcripti & impreſſi. Sed Voſſ. *iſtuc usque*, quod Gryphius propagavit. Sed centies apud optimos *hoc*, pro *huc*; *illo* pro *illuc* reperitur, ut iam Lib. II. Epiſt. XVII. n. 18. *Illa*, pro *illac*, vidimus. Ovidius Her. Epiſt. XVIII. vs. 205.

Pace brevi nobis opus eſt, dum transferor iſto.

ubi Heinſium & Burmannum legas.

2 *Magna.*] Ampla, ſed reſtricta. In appetenda enim gloria duo ſunt maxime, quae probari poſſunt, ut & quam latiſſime vagetur, & quam diutiſſime perſeveret. Macrobius. Catan.

3 *Tacito Suo.*] Sic Mediceus ceterique ſcripti cum Ed. Vet. (niſi quod haec corrupte *Tatio Suo*) Aldinis, aliisque probatis. Quidam *Cornelio* adiiciunt, contra conſuetudinem Secundi. In principio Epiſtolae MSS. Riccard. Oxon. Voſſ. & Helmſt. *te* omittunt.

4 *Laxavero.*] Magis placet *intermiſero*, ſcilicet adventu meo in urbem, per tempus deponam. Catan. *Jam in finem laxavero.*] Sic Edd. Vett. ſic Pal. noſter. Recentius vulgati, *jam in fine intermiſero*; ſatis diverſe. Gruter. Diverſitas ſatis aperta eſt, ſed videndum, quae lectio mentem Plinii exprimat. *Si intentionem iam in finem laxavero* nihil dicit, quod hic adcommodari queat, niſi *in finem* exponas *in fine.* Et tamen non ſatis opportunum erit *intentionem laxavero*, cum hoc verbo aliter uſus ſit Lib. VII. Epiſt. XXIV. n. 5. & illi nomini longe aliud, nempe *laſſare*, adiunxerit Lib. III. Epiſt. IX. n. 9. ex quo loco cauſſa fortaſſis corruptionis fluxit. Denique qui ita deponit laborem, ut *reſumendus* ſit, non *laxat* intentionem, ſed plane abiicit, aut differt & intermittit. Ne multa: Emendavi ex Praeſtantiſſimo: *ſi intentionem iam in fine intermiſero*, quomodo Cl. Minos & Boxhornius ediderunt. *In fine* habet etiam Voſſ. & Sichardus. *Iam in fine* notat opuſculum propemodum eſſe abſolutum. *Intentionem intermittere* eſt eam ad tempus deponere, ut alia interveniant. Sic Lib. IX. Epiſt. XIII. n. 21. *intermiſſum tamdiu morem* dixit, & eodem reſpicit ſupra Epiſt. IX. n. 11. *intercapedo & remiſſio.* Lib. VII. Epiſt. III. n. 4. *Otium non abrumpi, ſed* intermitti *volo.* Tullius verbum frequentat, cuius etiam eſt II. de Offic. cap. VII. *Acriores morſus ſunt* intermiſſae *libertatis, quam retentae.* Corte.

5 *Praecurſoria.*] Praecedente & officio curſoris fungente. Legitur etiam *praeceptoria.* Quod

ſtola rogo. Sed prius accipe cauſas rogandi. [1] [deinde ipſum, quod
3 peto.] Proxime cum in patria mea fui, venit ad me ſalutandum
municipis mei filius [2] praetextatus. [3] Huic ego, *Studes?* inquam.
Reſpondit; *Etiam. Ubi?* [4] *Mediolani. Cur non hic?* & pater ejus:
(erat enim una, atque etiam ipſe adduxerat puerum) *quia nullos*
4 *hic* [5] *praeceptores habemus. Quare nullos? Nam vehementer intere-*
rat veſtra, qui patres eſtis (& opportune complures patres audie-
bant) *liberos veſtros hic potiſſimum diſcere.* Ubi enim aut jucun-
dius morarentur, quam in patria? aut pudicius continerentur,
quam ſub oculis parentum? aut minore ſumptu, quam domi?
Quan-

minus probo. CATAN. *Praecurſoria.*] Aldi editio *praeceptoria*, ſed contra Editiones Vett. & Palatinum. GRUTER. Non adeo abſurda eſt lectio Aldina, ſi *praeceptoriam* intelligis, quae anticipat, de qua notione verbi *praecipere* monuimus ad Lib. III. & exſtat ſane in Lindenbr. Bongarſ. Oxon. Voſſ. & Arnzen. *praeceptoria.* Veterrimus tamen Mediceus, item Helmſt. & Ed. Vet. habent *praecurſoria*, idque aptius. Sic ſupra Epiſt. IX. extr. *Habebis hanc interim epiſtolam ut πϱόδϱομον.*

1 *Deinde ipſum, quod peto.*] Abſunt haec ab Optimo Mediceo, & abeſſe debent, niſi putidum facere velis Plinium. Dixerat *hac praecurſoria epiſtola rogo. Sed prius accipe cauſſas rogandi.* Quam inepte ſubiungitur: *deinde ipſum, quod peto?* Se hac epiſtola rogare iam ſupra dixerat. Particula *prius*, quae hic ad ſuperiora referenda eſt, correctores fruſtrata eſt, qui putarunt, ſubiungendum eſſe *deinde*, aut ſimile: cum tamen eius generis particulae ſaepius nude ponuntur, ubi ne illa quidem, quae hoc loco ex ſuperioribus redditur, ratio intercedit. Dixi ad Salluſt. Iug. cap. LXXXV. n. 45. Denique *rogat, & quidem efficaciſſime, qui reddit cauſſas rogandi*, verba ſunt Noſtri Lib. II. Epiſt. XIII. extr.

2 *Praetextatus.*] Toga praetexta indutus: jam XIV. annos natus. Nam *praetexta*, cum prius eſſet regum veſtis, ut poſtea conſulum fuit, permiſſa eſt nobilioribus pueris cum *bulla* aurea ad excitandam in eis virtutem memorando facto Tarquinii Priſci filii: qui dicitur in bello adverſum Sabinos, cum XIV. annum ageret, hoſtem manu percuſſiſſe: inde a patre pro concione laudatus, & bulla aurea praetextaque toga donatus eſt, ſupra annos fortis praemia virilitatis & honoris m ruit. Sicut enim *praetexta* magiſtratuum, ita *bulla* geſtamen erat triumphantium: hinc deductus mos, ut *praetexta* & *bulla* in id aetatis a pueris uſurparetur nobilibus. Trebellius Pollio etiam ſacerdotes uſos *praetexta* retulit, & honeſtorum indumentum fuiſſe Paedianus auctor eſt, ſumique ſolitum laetitiae ſignum abbreviator Livii tradit: eam autem ſupra tunicas induebant. CATAN.

3 *Huic ego...inquam.*] Mediceus: *Huc ego* Helmſt. *Ego huic*, quomodo Ed. Vet.

4 *Mediolani.*] Ptolemaeus *Mediolanum* in Germania iterum refert. Stephanus Aquitaniae urbem ſcribit; hic vero *Mediolanum* Galliae Ciſalpinae (ut omittam, quae ſub nomine Catonis circumferuntur) a Gallis conditum Plin. & Strabo teſtantur: qui Livio auctore tranſgreſſi Alpes haud procul Ticino flumine, fuſis Tuſcis, cum agrum Inſubrium, in quo conſederant, appellari audiviſſent cognomine Inſubribus pago Heduorum, ibi omen ſequentes loci, urbem *Mediolanum* condidere: ſic appellatam a porca lanata in media fronte, ut quidam autumant: alii ab urbe Senonum in Gallia eodem cognomento. CATAN.

5 *Praeceptores.*] Fuit enim *Mediolanum* olim profeſſorum celebritate illuſtre. Nam & ibi *Virgilius* oratoriam didicit, & *Albutius Novarienſis* rhetor declamavit. *Auguſtinus*, qui poſtea ſuis virtutibus inter divos relatus eſt, liberales diſciplinas profeſſus. (Hic etiam nos clariſſimos praeceptores habuimus, *Georgium Merulam* in Latinis, in Graecis *Demetrium Chalcondilum* ac *Valerium.*) CATAN. Lege Cluver. Ital. Antiq. Lib. I. cap. XXIV. Infra MS. Helmſtad. Ed Vet. & Aldinae: *opportune*, cum plures *patres audiebant.* perperam. Mediceus *conplures*, & ſic, aut vulgari ſcriptura, ceteri Codd.

6 *Pudicius.*] Haec melior lectio ſervata forma analogiae, quam *pudicitius.* Nam a *pudico* recte *pudicius* fit: abſurdum autem eſſet a *udicitia* deductum credere *pudicitius.* CATAN. Recte Catanaeus, & eſt eadem ſcriptura Medicei, omniumque meliorum, & ipſius Ed. Vet. niſi quod haec tranſpoſitis duabus litteris praeferat *piducius.* Alterum *pudicitius* haeret in

Oxon.

Quantulum eſt [1] ergo collata pecunia conducere praeceptores? 5
quodque nunc in habitationes, in viatica, in ea, quae peregre e-
muntur ([2] omnia autem peregre emuntur) impenditis, adjicere mer-
cedibus? Atque adeo ego, qui nondum liberos habeo, paratus ſum 6
pro Republ. noſtra, [3] quaſi pro filia vel parente, tertiam partem
ejus, quod conferre vobis placebit, dare. Totum etiam pollicerer,
niſi timerem, ne hoc munus meum quandoque [4] ambitu corrum-
peretur: ut accidere multis in locis video, in quibus praeceptores
publice conducuntur. Huic vitio uno remedio occurri poteſt, ſi 7
parentibus ſolis jus conducendi relinquatur, iiſdemque religio recte
judicandi neceſſitate [5] collationis addatur. Nam qui fortaſſe de 8
alieno negligentes, certe de ſuo diligentes erunt: dabuntque ope-
ram, [6] ne a me pecuniam non niſi dignus accipiat, ſi acceptu-
rus & ab ipſis erit. Proinde [7] conſentite, conſpirate, majoremque 9
animum ex meo ſumite, qui cupio eſſe quamplurimum, quod de-
beam conferre. Nihil honeſtius praeſtare liberis veſtris, nihil gratius
patriae

Oxon. Helmſt. & expreſſit Gryphius cum paucis, quali lapſu alibi librarii *amicitior*, *laetitior* dederunt, de quo ad Criſpi Iug. cap. X. n. 5. Idem vitium occupaverat Apuleium Apolog. pag. 281. *Cuius verſus tanto ſanctiores ſunt*, *quanto apertiores*; *tanto* pudicius *compoſiti*, *quanto ſimplicius profeſſi*. Sic MS. & Ed. Elmenhorſtii. Alii: *tanto pudicitius*. Aptiſſimum autem verbum *continere*, quod de omni diſciplina dicitur, ut oſtendunt interpretes ad Phaedr. Lib. II. Prolog. vs. 1. & Cl. Ducker. ad Flori Lib. I. cap. VI. extr.

1 *Ergo.*] Hoc *ergo* damnat Mediceus, &, mea ſententia, recte.

2 *Omnia autem*, *&c.*] Nihil horum verborum exſtat in Pal. aut Edd. Vett. Conſpiciuntur primum in Catanaeana. Gruter. Immo conſpiciuntur iam in veterrimo Mediceo, Riccard. & Arnz. Reliqui autem reſecare maluerunt, quia venuſtatem talium repetitionum non capiebant. Tale peccatum vidimus modo Lib. IV. Epiſt. VII. n. 2. *Librum de vita eius recitavit*, *de vita pueri recitavit*. ibi dixi. Infra Aldus perperam *adeo* neglexit, quod ſcripti omnes tuentur.

3 *Quaſi pro filia*, *vel* parente.] Id eſt, cognata. Barth. Neſcio, quid ſibi velit vir doctus. Reſp. & patria frequentiſſime *parens* dicitur, ut ex Tullio liquet: at patroni patriae etiam *patres patriae* nominati, ſicuti ea de cauſſa *orba reſp.* Iuſtino dicitur, conſulibus deſtituta. Hinc Noſter *filiae* adpellationem ſumſit, quod de ſua quidem patria non abſurde dicere poterat. Pro *Atque adeo ego* Oxon. tantummodo: *At ego.*

4 *Ambitu corrumperetur.*] Nam ſaepe accidit in oppidis praeceptores indignos publica ſtipendia conſequi, quia ſciunt ambire principes & decuriones. Inde ſalaria dicuntur corrumpi ambitu, cum indoctis deſtinantur, quod ſint favorabiliores. Catan.

5 *Collationis.*] Pro duabus partibus augeatur. Idem. Non intellexit Catanaeus vocabulum *collationis*. Parentes intelligit, quibus neceſſe eſt *conferre* ad mercedes publicas praeceptorum. Melius enim *iudicabunt* de his, quos eligunt, quosque ſuſtentare ex parte neceſſe erit, quam ſi ſine ulla parte ſui ſumtus eligant: quo caſu negligentiores eſſe ſolent. Haec ſequentia adſtruunt & illuſtrant.

6 *Ne* eam *a me pecuniam* ... *accipiat.*] Sic vulgares Edd. tacente Grutero. At Aldus & Gryphius: *ne* eam *pecuniam*, quomodo eſt in MS. Oxon. & Voſſiano. Contra Optimus, cum Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *ne* a me *pecuniam non niſi dignus accipiat*. veriſſime. *a me* & *ab ipſis* ſibi obiiciuntur, & illud *meam* ab litteratore haud indocto provenit, qui *a me pecuniam* idem eſſe putavit, quod *meam pecuniam*. Vide infra Epiſt. XXII. n. 4.

7 *Conſentite*, *conſpirate.*] Helmſt. & Ed. Vet. *conſpirate*, *conſentite*.

patriae poteſtis. [1] Educentur hic, qui hic naſcuntur, ſtatimque ab
10 infantia natale ſolum amare, frequentare conſueſcant. Atque utinam
tam claros praeceptores [2] inducatis, [3] ut finitimis oppidis ſtudia hinc
petantur, utque nunc liberi veſtri aliena in loca, ita mox alieni in
11 hunc locum confluant! Haec putavi altius, & quaſi a fonte repetenda: quo magis ſcires, quam gratum mihi foret, [4] ſi ſuſceperis, quod injungo. injungo autem, & pro rei magnitudine rogo, [5] ut ex copia ſtudioſorum, quae ad te ex admiratione ingenii tui convenit, circumſpicias praeceptores, quos ſolicitare poſſimus: ſub ea tamen conditione, ne cui fidem meam obſtringam. Omnia enim libera parentibus ſervo. Illi judicent, illi eligant: ego mihi curam tantum, & impen-
12 dium vindico. Proinde, ſi quis fuerit repertus, qui ingenio ſuo fidat, eat illuc ea lege, ut hinc nihil aliud certum, [6] quam fiduciam ſuam ferat. *Vale.*

XIV.

1 Edoceantur *hic, qui hic naſcuntur.*] *Educentur* in vet. manuſcr. Minos. *Edoceantur* non eſt mutandum. Barth. Riccard. Oxon. Lindenbr. Bongarſ. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. Aldinae, & ſequaces *educentur*, quod unice genuimum eſt. Mediceus *edocentur*, quod ſcilicet illud *edoceantur* peperit. Gryphius *educantur*, aut eodem ſenſu, aut voluit *educentur*, quod aptiſſime cum illo *naſcuntur* conſpirat. Sic *procreare* & *educare*; *ſuſcepti* & *educati*; *partum* & *educationem*, item *educationem* & *diſciplinam* iungit Tullius. Plautus Rud. Act. III. Sc. IV. vs. 36.

Immo Athenis natus, *altusque*, educatus*que*
Atticis.

Ita & Fabius, Tacitus, alii, qui Cornelius *educatorem* magiſtrum vocat, & cum praeceptore coniungit XV. Ann. cap. LXII. Corte.

2 *Inducatis.*] Voſſian. *conducatis*, male. Vide Lib. I. Epiſt. VIII. n. 12. Oxon. *utinam* ita *claros.*

3 *Ut* a *finitimis opp. ſtudia* hinc *petantur.*] Lindenbr. Oxon. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. cum Aldo: *ut* in *finitimis oppidis.* Inde alii fecerunt: *a finitimis.* Sed Primarius, item Voſſ. nullam Praepoſitionem agnoſcunt, quam ea auctoritate fultus delevi. Lucanus Lib. VII. vs. 511.

Romanus cunctis petitur *cruor.*

Idem Lib. IX. vs. 706.

— — — inde petuntur
Huc *Libycae mortes, & fecimus Aſpida mercem.*

Vide ad Cic. IV. Fam. Epiſt. XIII. n. 16. & ad Lucan. Lib. IX. vs. 342.

Inviolatus aquae, *ſicci iam pulveris agger.*

4 *Si ſuſciperes.*] Optimus: *ſi ſuſceperis.* Recte. Mutarunt alii, propter diverſum tempus Verborum *ſcires* & *foret.* Nos talem compoſitionem iam ad Salluſt. Iug. cap. XXXIII. n. 4. & alibi vindicavimus.

5 *Ut ex copia* ſtudiorum.] Sic Hackiana, ſic Sichardus, Gryphius, Catanaeus, Aldus & Ed. Vet. Sic & MSS. Lindenbr. Oxon. Bongarſ. Voſſ. Helmſt. & alii, quaſi *ſtudia*, pro *ſtudioſis* ponantur, ut *flagitia*, *facinora*, *odia*, *vitium*, pro flagitioſis & deinceps, qua de re ad Criſpi Cat. cap. XIV. n. 1. actum eſt. Sed hoc durum in Plinio, & praeſtantiſſimus Mediceus exhibet *ſtudioſorum*, quod Minos, Gruterus aliique expreſſerunt, atque a nobis repoſitum eſt, ut iam ab aliis factum. Oxon. *quae* apte *ex admiratione* cet.

6 *Quam* fiduciam *ſuam.*] Fiduciam ingenii & doctrinae. Vide Burmann. ad Ovid. Her. Epiſt. XVII. vs. 19. Leg. 2. §. 47. π. de Orig. Iur. *Qui* fiduciam ſtudiorum ſuorum *habebant*, *conſulentibus reſpondebant.*

XIV. C. PLINIUS PATERNO SUO S.

Excuſat laſciviam hendecaſyllaborum ſuorum apud Paternum, & carminis genere, & exemplo antiquorum: deinde liberum facit ei imponendi ſuis verſiculis, quod nomen libuerit, rogatque ut, quicquid in illis diſplicuerit, ſe velit admonere.

TU fortaſſe orationem, ut ſoles, & flagitas, & expectas: at ego
quaſi ex aliqua peregrina delicataque merce, [1] luſus meos tibi
prodo. Accipies cum hac epiſtola [2] hendecaſyllabos noſtros: quibus 2
nos in vehiculo, in balineo, inter coenam [3] oblectamus ocium tempo-
ris. his jocamur, ludimus, amamus, dolemus, querimur, iraſcimur: 3
deſcribimus aliquid [4] modo preſſius, modo elatius: atque ipſa varie-
tate

1 *Luſus.*] Epigrammata jocos complexa. Sic Idem Lib. VII. appellat, & Martialis ſaepius, *jocosque* vocat. CATAN. Barthius malebat: *Luſus meos tibi produco*, ſine iuſta cauſſa, cum toties *prodere* pro edere, proferre dicatur Lucan. Lib. I. vs. 631.

— *Vix fas, ſuperi, quaecumque monetis*
Prodere *me* populis.

Lib. VIII. vs. 15.

— *nondum fama* prodente *ruinas*.

Lib. X. vs. 285.

— — *tua flumina* prodam.

Et ſic ille ſaepius. Tacitus I. Hiſt. cap. III. pr. *Non tamen adeo virtutum ſterile ſaeculum, ut non & bona* exempla prodiderit. Ille etiam ſaepe ſic utitur. Apte Valer. Flacc. Lib. VIII. vs. 17.

— — prodit *medicamina ciſtis*.

Ubi vide Cl. Burmannum.

2 *Hendecaſyllabos.*] Undecim ſyllabarum menſuram continentes, quibus admodum claruit Catullus, & Valerius Mart. & Statius in ſilvis. Auſonius tria hendecaſyllaborum genera enumerat. CATAN.

3 *Oblectamus ocium.*] Vel *oblectamur ocio*. Utraque lectio convenit. *Oblectamus* ergo *ocium* temporis, id eſt tempus ocioſum & vacuum a rebus ſeriis, deducimus in voluptate ſcribendo jocoſa. *Oblecto* enim trahitur a *lacto lactas*, quod eſt animos in aliquam voluptatem inducere, in quam ſignificationem interdum Terentius uſurpavit. Quare non placet ſententia Feſti, qui a verbo *lacit* deductum autumat: niſi reſpexerit quod *lactat* frequentativum tractum ſit a verbo *lacit* olim in uſu, a quo *allicit*, *pellicit*, *illicit*. IDEM. Non perinde eſt *oblectamus otium*, & *oblectamur otio*, ſed prius ut venuſtius, ita & aptius. Sidonius Lib. III. Epiſt. XIV. *Gaudeo hoc ipſo, quod recognovi chartulis occupari noſtris* otium *tuum*. Fabius Lib. II. cap. XII. extr. *Inquirendo ſcribendoque talia* conſolemur otium *noſtrum*. Ovidius V. Triſt. Eleg. XII. princ.

Scribis, ut oblectem ſtudio *lacrimabile* tempus

Adde Lib. VI. Epiſt. XVI. n. 17.

4 *Modo preſſius, modo* elatius.] Sic Mediceus, unus ex omnibus, ſed idem pro omnibus eſſe debet. Nam reliqui MSS. ut & Ed. Vet. Aldinae, Gryphius, Sichardus, Gruterus: *modo preſſius, modo altius*, quidam ordine praeterea mutato: *modo altius, modo preſſius*. Iam diximus nonnulla ad Lib. I. Epiſt. VIII. n. 5. ubi & *preſſius* oppoſitum vidimus. Defendit etiam Heinſius Epiſt. ad Graevium CCLXXXV. qui comparat infra Lib. VII. Epiſt. XII. n. 4. *Quod eſt ſonantius & elatius, non alienum exiſtimavi, addere ſtatim* preſſius *quiddam & exilius*.

tate tentamus efficere, ut alia aliis, [1] quaedam fortaſſe omnibus pla-
4 ceant. Ex quibus tamen, ſi nonnulla tibi [2] petulantiora paullo vide-
buntur, erit eruditionis tuae cogitare, ſummos illos & graviſſimos
viros, qui talia ſcripſerunt, non modo laſcivia rerum, ſed ne [3] verbis
quidem nudis abſtinuiſſe: quae nos refugimus, non quia ſeveriores,
5 (unde enim?) ſed quia timidiores ſumus. Scimus alioquin hujus opu-
ſculi illam eſſe veriſſimam legem, quam [4] Catullus expreſſit:

Nam caſtum eſſe decet pium poetam
Ipſum, [5] verſiculos nihil neceſſe eſt:
Qui tunc denique habent ſalem & leporem,
Si ſunt molliculi, & parum pudici.

6 Ego quanti faciam judicium tuum, vel ex hoc potes aeſtimare, quod
malui omnia a te penſitari, [6] quam electa laudari. Et ſane, quae ſunt
7 commodiſſima, deſinunt videri, cum [7] paria eſſe coeperunt. Praeter-
ea ſapiens ſubtiliſque lector [8] non debet diverſis conferre diverſa, ſed
ſingula expendere: nec [9] deterius alio putare, quod eſt in ſuo genere per-
fectum

1 *Quaedam fortaſſe.*] Mediceus: quae *fortaſſe.* Non placet. In ſententiam vide Lib. I. Epiſt. XX. n. 12.

2 *Petulantiora.*] Laſciviora. Nam *paetum* laſcivum dicunt a *petendo*, a quo *petulans* & *petulcus.* CATAN. Mediceus: *ſi nonnulla tibi* petulantiora paullo *videbuntur.* Hic ordo optimis placere ſolet, ut iam dictum eſt ad Salluſt. Cat. cap. XXII. n. 2. & ad Lucan. Lib. I. vs. 385. Sic & infra Lib. V. Epiſt. III. n. 2. *Facio nonnumquam verſiculos* ſeveros parum.

3 *Verbis* nudis.] Petulantibus & obſcaenis BARTH. *Verbis nuptis* coniiciebat Cl. Minos.

4 *Catullùs expreſſit.*] Carmine ſcil. ex Lib. I. Catulli ad Aurelium & Furium. CATAN.

5 Verſiculos *nihil neceſſe eſt.*] Optimus: verſiculo *nihil neceſſe eſt.* Nec diſplicet. Ita D. Adrianus de Voconio apud Apulei. Apol. pag. 312.

Laſcivus verſu, *mente pudicus erat.*

Catulli editores nihil monent. Nempe neque illi, neque librarii putarunt poſſibile eſſe, ut *verſiculo* ſcriberetur, deinde autem Plurali Numero inferatur: *Qui tunc d. habent ſ.* Ita tamen optimos ſolere, docuimus ad Lucani Lib. IV. vs. 367.

6 *Quam electa laudari.*] Lege: *quam* quaedam *electa laudari.* BARTH. Sed ita leges praeter neceſſitatem, & auctoritatem omnium librorum.

7 *Paria.*] Omnia optima, & ſimili figura deſcripta. Quare liber diſtinguendus eſt & varietate rerum & ſtili, ad quod reſpexiſſe videtur Mart.

Sunt bona, ſunt quaedam mediocria, ſunt mala plura.
Quae legis hic, aliter non fit, Avite, liber.

CATAN.

8 Non debet *diverſis conf.*] Sic Optimus, quem ſum ſecutus. Vulgo: *debet non diverſis*, cuius tranſpoſitionis inepta ratio non eſt obſcura. At quid dicant iſti Lucumones ad Tacit. XIII. Ann. cap. LVI. *Deeſſe nobis terra, in qua vivamus, in qua moriamur*, non poteſt. vide illic Interpretes. Vide & ſupra ad Lib. III. Epiſt. III. n. 3.

9 *Deterius alio putare.*] Ita Palat. Nam primae Edd. *aliud*, poſteriores, *aliquod.* Aldi *alios*, Catanaei, *id alio*; ut forte ſcribi debeat, *in alia*, quod & ad oram editionum. GRUTER. Legendum: *deterius* aliqui *putare.* BARTH. Voſſ. *deterius* aliquid *putare.* Lindenbr. Heinſt. Arnz. & Ed. Vet. *deterius aliud.* Gryphius: *deterius id alio* Sed omnes motus componat Mediceus, qui *deterius alio* adſerit. neque aliud poſtulat ſententia.

1 *Nam*

fectum. Sed quid ego plura? [1] Nam longa praefatione vel excuſare, 8
vel commendare ineptias, [2] ineptiſſimum eſt. Unum illud praedi-
cendum videtur, cogitare [3] me has nugas meas ita inſcribere, Hen-
decaſyllabi, qui titulus ſola metri lege [4] conſtringitur. Proinde ſive 9
epigrammata, ſive [5] idyllia, ſive eclogas, ſive (ut multi) [6] poematia,
ſeu quod aliud vocare malueris, licebit voces: ego tantum [7] Hende-
caſyllabos praeſto. A ſimplicitate tua peto, [8] quod de libello meo 10
dicturus es aliis, mihi dicas. neque eſt difficile, quod poſtulo. Nam
[9] ſi hoc opuſculum noſtrum, aut potiſſimum eſſet, aut ſolum, fortaſſe
poſſet durum videri dicere, Quaere quod agas: molle & humanum
eſt, Habes quod agas. *Vale.*

XV.

1 *Nam* longiore *praefatione.*] Optimus & Lindenbr. *Nam* longa *praefatione*, quod revocavimus.

2 *Ineptiſſimum eſt.*] Imitatur, ut vidit Savaro, Sidonius Lib. IX. Epiſt. III. *Sed iſta quorſum ſtolidus allego? Nam nimis deprecari ineptias ipſas eſt ineptiſſimum.*

3 *Me has nugas meas ita inſcr.*] Nec *meas*, nec *ita* Lindenbr. agnoſcunt excerpta & MS. Oxon. In Helmſt. deſunt *me* & *meas*; Ed. Vet. *meas* expungit. Mediceus: *cogitare meas nugas ita inſcribere Hendecaſyllabos.* Ex quo manifeſtum eſt, Plinium reliquiſſe: *cogitare me has nugas inſcribere Hendecaſyllabos*, quod ipſum a manu prima Oxon. accepit. Illud inſititium *ita* notae litteratoris debetur, qui per id indicaverat *nugas*, non aliter ſcribendum eſſe, ut in veterrimis libris rariora vocabula inſigniri ſolent.

4 *Conſtringitur.*] Sic meliores ſcripti, & excuſi. Alii *conſcribitur.*

5 *Edyllia.*] Sive *idyllia.* Nam commode Graeca dictio εἰδύλλια, utroque verſus transferri ad nos poteſt: quae lectio melior eſt, quam *elegidia*, quanquam id ſignificet parvas elegias. Verum Secundi carmen non erat elegum, & lugubre: ſed jocoſum hendecaſyllabum, εἰδύλλια autem parva poemata. Sic Catullus ſuum hexametrum, ſic prius Theocritus ſuas eclogas, proinde ſtatim ſubdit, ſive placet vocare. CATAN. *Idyllia* ſcripſimus ex Mediceo & Lindenbr. de quibus videas Vinetum ad Auſonium. Riccard. *ſive epigrammata*, *ſive dugtia.* Oxon. *ſive dullia.* Arnz. & Ed. Vet. *ſive edulia*; Aldus *ſive edullia.* Deinde Mediceus & Riccard. *eglogas*; Ed. Vet. *aeglogas.*

6 *Poemata.*] Immo *poematia* arripiendum eſt ex primariis membranis, quod additum, *ut multi*, evincit. Sic infra Epiſt. XXVII. n. 1. *Poematia adpellat*, ubi eadem varietas.

7 *Hendecaſyllabos* praeſto.] Verbum *praeſto.* Mediceus & Lindenbr. excludunt, ut intelligatur *vocabo*, ex ſuperioribus. Elegans quidem ſignificatus vulgati verbi, quod non modo exhibere, ſed etiam periculum rei in ſe ſuſcipere denotat, ut memoravi ad Cic. VII. Epiſt. XVII. n. 9. *Quae ego tibi & iucunda, & honeſta* praeſtabo. adde Lib. VI. Epiſt. I. n. 11. pro Sext. cap. XVII. Sed ſi hac notione capias, ut capere debes, nulla vi coniunguntur: *Hendecaſyllabos praeſto.* Fideliſſimis membranis ego accedam, & *praeſto* obliterem.

8 Ut, *quod... mihi dicas.*] Sic vulgatae Edd. etiam Gruteri, Catanaei, Minois. At MSS. omnes, item Ed. Vet. Aldus & Gryphius *ut* delent. Sic Lib. I. Epiſt. V. n. 8. *Rogo*, *mane* videas *Plinium domi*, & paſſim. Idem vitium deprehendimus Salluſt. Cat. cap. XXXIII. n. 5. *Te atque ſenatum obteſtamur*, conſulatis *miſeris civibus.*

9 *Si hoc opuſculum*, &c.] Si nihil aliud majoris operae edidiſſem hactenus; aut nondum quicquam edidiſſem praeter hendecaſyllabos; nihil ſane egiſſe me hactenus, & in re ludicra tantum poſuiſſe ſtudium putare poteras; & itaque, ſi durius mecum agere velles, dicere; *quaere, quod agas.* Sin vero mollius, humaniusque, *habes, quod agas.* Prius imperat, & objurgat quodammodo; itaque duriuſculum eſt: alterum monet & monſtrat, quod come atque humanum. BUCHNER. Muretus Lib. XVI. Var. Lect. cap. XII. ubi hanc περικοπὴν optime interpretatur, legendum cenſet: *Nam ſi hoc* opus *noſtrum*, eique recentiores quidam obſecuti ſunt. Sed cum idem ſenſus ex vulgato *opuſculum* emergat, ut oſten-

XV. C. Plinius Fundano Suo S.

Fundano in proximum annum conſulatum ominans petit, ut ſuffragio & teſtimonio ſuo Aſinium Baſſum quaeſtorem ſibi aſſumat, quem more ſuo in caeteris commendationibus obſervato, laudat a parentibus & animi bonis.

SI quid omnino, hoc certe judicio facio, quod Aſinium Rufum
ſingulariter amo. Eſt homo eximius, & bonorum amantiſſimus.
Cur enim non me quoque inter bonos numerem? Idem Cornelium
2 Tacitum (ſcis quem virum) arcta familiaritate complexus eſt. Proin-
de, ſi utrumque noſtrum probas, de Rufo quoque neceſſe eſt idem
ſentias, cum ſit ad connectendas amicitias vel tenaciſſimum vincu-
3 lum, [1] morum ſimilitudo. Sunt ei liberi plures. Nam in hoc quoque
functus eſt optimi civis officio, quod foecunditate uxoris large frui
voluit eo ſeculo, [2] quo pleriſque etiam ſingulos filios orbitatis praemia
graves faciunt: quibus ille deſpectis, avi quoque nomen aſſumpſit.
Eſt enim avus & quidem ex Saturio Firmo, quem diliges, ut ego, ſi,
4 ut ego, propius inſpexeris. Haec eo pertinent, ut ſcias, quam co-
pioſam, quam numeroſam domum uno beneficio ſis obligaturus: ad
quod petendum, voto primum, deinde bono quodam omine adduci-
5 mur. Optamus enim tibi, [3] ominamurque in proximum annum Con-
ſulatum. [4] Ita nos virtutes tuae, ita judicia Principis augurari volunt:
Con-

oſtendit Buchnerus, idque ab omnibus libris ſummo conſenſu vindicetur, temerarium eſt quidquam novare.

1 *Morum.*] Sententia a multis celebrata. Nam tradit M. Tullius in Laelio *morum ſimilitudinem eſſe tenaciſſimum vinculum ad amicitiam.* Vide & Offic. Lib. I. & Lib. de amicitia. Sic Philoſtr. Lib. VI. *ſimilia ſimiles amant.* Apul. Lib. de Philoſophia. Et Corn. Nepos in epitomate rerum Romanarum, *Feroces*, inquit, *ſimilitudo morum coniunxit.* Sic & moribus contrariis naſcitur odium, auctore Philoſtrato in vita Aeſchinis. Catan.

2 *Quo pleriſque.*] Ordo eſt, *quo praemia orbitatis faciunt graves etiam ſingulos filios* (quod ſi eximas *de*, Latinitas melius procedet) *graves pleriſque. Praemia* ergo *orbitatis*, id eſt, munera, quae mittebantur orbis: adeo creverat avaritia, ut patri unicus filius videretur moleſtus, quia ſcilicet per eum privabatur muneribus, quae dabantur orbis a captatoribus. Legimus apud Tranquil. Tiberium Caeſarem Lepidam foeminam generoſiſſimam condemnaſſe in gratiam Quirini Conſularis praedivitis, & orbi. Et Marcellinus ſcribit orbos, & coelbes a captatoribus cultos. In panegyrico refert Secundus in cauſa fuiſſe ſaevitiam principum, ne aves oblectarentur prole: cum vere ſecundum naturam orbitas ſit res miſera. Idem. Lege interpretes ad Petron. Sat. cap. CXVI.

3 *Ominamurque.*] Nam omen plerumque fit cauſa victoriae, ſicut Locrenſibus petentibus auxilium a Lacedaemoniis adverſum Crotoniatas. Catan. Voſſ. *& ominamur.* Lindenbr. *in proximum conſulatum*, ut *annum* negligat.

4 *Ita nos* virtutes tuae, ita *iudicia.*] Hoc tenui ex Mediceo, Helmſt. Voſſ. & Ed. Vet. ex quibus tamen Helmſt. & Ed. Vet. levi errato *virtutis.* Aldus & alii: *Ita nos* virtus tua & *iudicia*; Lindenbr. Oxon. Bongarſ. & Arnz. *Ita nos* virtute

Concurrit autem, ut ſit eodem anno quaeſtor maximus [1] ex liberis 6
Rufi Aſinius Baſſus, juvenis (neſcio an dicam, quod me pater & ſentire & dicere cupit, adoleſcentis verecundia vetat) [2] ipſo patre melior. Difficile eſt, ut mihi de abſente credas, quanquam credere 7
ſoles omnia, tantum in illo induſtriae, probitatis, eruditionis, ingenii, ſtudii, memoriae denique eſſe, [3] quantum expertus invenies.
Vellem tam [4] ferax ſeculum bonis artibus haberemus, ut aliquos Baſſo 8
praeferre deberes. Tum ego te primus hortarer, moneremque, circumferres oculos, ac diu penſitares, quem potiſſimum eligeres. [5] Nunc 9
vero: ſed nihil volo de amico meo arrogantius dicere, hoc ſolum dico, dignum eſſe juvenem, quem [6] more majorum in filii locum asſumas. Debent autem ſapientes viri, ut tu, tales quaſi [7] liberos a rep. 10
acci-

virtute tua *iudicia*; Alii *virtuti tuae*; Alii: *ita nos virtutes tuae* & *iudicia*, proxime veram lectionem, quam & Gryphius, Minos, Gruterus exhibent. De virtutibus probe Rutilius I. Itiner. vs. 175.

Sedula promiſit ſummos imitatio faſces,
Si fas eſt meritis fidere, *conſul erit.*

ubi Ioſ. Caſtalionem adeas. De *iudiciis principis* vide nonnulla ad Lib. X. Epiſt. VIII.

1 *Ex liberis Rufi.*] Mediceus: *ex liberis* Rufinianus *Baſſus.*

2 *Ipſo patre melior.*] Simile id elogium Diomedis apud Horat. I. Carm. XV.

—— *ecce furit te reperire atrox*
Tydides melior *patre.*

Ex Homerica Iliad. IV. vs. 403. ubi Sthenelus ſe & Diomedem patribus eſſe meliores dicit. At de iſta quidem certe magnifica laudatione, qua dicitur filius patre melior, alii viderint. Quamquam enim verum videri elogium poſſit (quotus enim quisque eſt, qui neſciat, multos eſſe patribus meliores?) ambientis tamen & patrocinantis hominis vox videri poteſt, quam ſinceri prorſus & verecundi. Minos.

3 *Quantum expertus invenies.*] Summe futilis ſenſus. Legerem: *quantum expertus vix credes.* Barth. Nulla hic futilitas, ſi recte penſitaveris: quin potius hoc modo virtutes viri & magnas, & certiſſimas eſſe, ſimul ſignificat.

4 *Ferax ſeculum bonis artibus.*] Copiam bonorum, qui praeſtarent circa bonas artes. Sic M. Tul. de Imperatore deligendo: *Utinam tam ferax eſſet aetas noſtra, ac tot eſſent Pompejo conferendi, ut elaborandum eſſet in aliquo deligendo!* Catan.

5 *Nunc.*] Puto legendum *Hunc*, quomodo & Catanaeus videtur legiſſe, meliori nexu. Sic ſupra Lib. II. Epiſt. X. *Hominem te patientem*, ubi alia lectio, (quam ibi tuetur Catan.) *Neminem te patientem*, &c. Veenh. Haeret ſane in Helmſt. & Ed. Vet. *Hunc vero*, ſed mendoſe. Ineptius accepit Veenhuſius. Nunc vero, cum ſaeculum noſtrum adeo ſterile ſit bonarum artium, in tanta inopia virorum proborum, ſolus Baſſus adſumendus eſt. Tale quid dicere velle videbatur Plinius, & ipſa conſtructio infert, ſed cum id invidioſum eſſet, recte ſuppreſſit. Recte propterea & ordine *ſed* ſubiungit, quod in ſimili Reticentia iam adnotavit Servius & alii interpretes ad illud Maronis I. Aen. vs. 135.

Quos ego: ſed *motos praeſtat componere fluctus.*

Adde Quinctil. Lib. IX. cap. II. Sic auctor Lib. VIII. Epiſt. XXII. n. 4. *Quaeris fortaſſe, quo commotus haec ſcribam?* Nuper quidam. Sed *melius coram.*

6 *More majorum.*] Qui dignos adoptabant. Nam a filio P. Scipionis Africanum minorem adoptatum fuiſſe legimus. Catan. Reſpexit ad morem veterem. Nam qui Quaeſtores erant, Conſules aut alios magiſtratus, ſub quibus erant, loco parentum habebant: quod & ex libris Iuris liquet. Minos. Lege Budaeum ad Pandect. pag. 307. Barth. Adde notam ad Cic. II. Fam. Epiſt. XIX. n. 1.

7 *Liberos.*] Quaeſtores, qui ſunt conſulibus vice liberorum. Cicer. in Verrem: *Sic enim a majoribus noſtris accepimus, praetorem quaeſtori ſuo parentis loco eſſe oportere: nullam neque juſtio-*

accipere, quales a natura ſolemus optare. Decorus erit tibi conſuli
quaeſtor patre praetorio, propinquis conſularibus: quibus judicio i-
pſorum, quanquam adoleſcentulus adhuc, jam tamen invicem orna-
11 mento eſt. Proinde indulge precibus meis, obſequere conſilio: &
ante omnia, ſi feſtinare videor, ignoſce: primum, [1] quia votis ſuis
amor plerumque praecurrit: deinde quod in ea civitate, in qua o-
mnia [2] quaſi ab occupantibus aguntur, [3] quae legitimum tempus exſpe-
ctant, non matura, [4] ſed ſera ſunt: in ſumma, quod rerum, quas
12 aſſequi cupias, [5] praeſumptio ipſa jucunda eſt. [6] Revereatur jam te
Baſſus ut conſulem: Tu dilige illum, ut quaeſtorem: Nos denique,
13 utriusque veſtrum amantiſſimi, [7] duplici laetitia perfruamur. Etenim
cum ſic te, ſic Baſſum diligamus, ut & illum cujuſcumque, & tuum
quem-

ſtiorem, neque graviorem cauſam neceſſitudinis poſſe reperiri, quam conjunctionem ſortis, quam officii, quam publicam muneris ſocietatem, neque fere venit in contentionem de accuſando, qui quaeſtor fuiſſet, quin repudiaretur. CATAN. Ordo eſt ab optimo Mediceo, & Excerptis Lindenbrogianis. Vulgo: *tales quaſi a rep. liberos accipere.* In Helmſt. & uno alio, & Ed. Vet. deeſt *quaſi.*

1 *Quia votis ſuis amor plerumque praecurrit: deinde.*] Haec omnia abſunt a veterrimo Mediceo, & Helmſtadienſi. Alii ex noſtris tantum particulas quasdam omittunt, unus *plerumque*, alius *ſuis.* Perſuaſiſſimum habeo, omnia a mala manu infarta eſſe: adeo nec verba, nec ſententia Plinianum tinniunt. Non verba: nam auctor cum Tullio ſuo dediſſet potius *vota ſua amor praecurrit*, ut dedit Lib. III. Epiſt. IV. n. 4. *Adſenſio, quae ſolet* decreta *praecurrere.* Non ſententia: quia & ipſa per ſe ſatis frigida ac minus honeſta eſt, & infra iis verbis: *quod rerum, quas adſequi cupias, praeſumtio ipſa iucunda eſt*, iterum inculcatur. Correctores ſubdita formula *in ſumma*, quam plura praecedere debere putabant, corrupiſſe videtur. Sed eam ita accipere poterant, ut *denique* a pluribus adhibetur, pro ut paucis dicam, ut verbo abſolvam, de quo Cl. Ducker. ad Flori Lib. I. cap. XVI. n. 3. Tamen & hac ſollicitudine nos liberat optimus Mediceus. In eo enim, ut & in Helmſtad. & Lindenbr. *deinde* ſcribitur, pro *in ſumma.* Quare ex praeſtantiſſimis membranis dictisque Codd. locus ita concipiendus eſt: *ante omnia, ſi feſtinare videor, ignoſce: primum, quod in ea civitate, in qua omnia quaſi ab occupantibus aguntur, quae legitimum tempus exſpectant, non matura, ſed ſera ſunt: deinde, quod rerum, quas adſequi cupias, praeſumtio ipſa iucunda eſt.* CORTE.

2 *Quaſi ab* occupantibus.] i. praeſumentibus, praeripientibus. Exempla videbis in notis ad Lucan. Lib. II. vs. 139. & Lib. VIII. vs. 670. Mendoſe Mediceus & Arnzen. *quaſi ab occupationibus.*

3 *Quae legitimum.*] Si exſpectaſſet Secundus, quod conſul creatus fuiſſet Fundanius, quod erat tempus *legitimum* petendi quaeſturam, in periculo erat, ne jam praeoccupanti dediſſet. CATAN.

4 *Sed* ſera *ſunt.*] Vide ad Lib. III. Epiſt. I. n. 2.

5 Praeſumtio *ipſa.*] Explicabit nota ad Lib. IX. Epiſt. III. n. 1.

6 *Revereatur iam* cet.] Utitur Gravius ad Hieronymi Epiſt. pag. 103. BARTH. Voſſ. & Helmſt. *tu diliges illum*; Arnz. *tu diligas eum.*

7 *Duplici laetitia* perfruamur.] Praeſtantiſſimus: *laetitia duplici perfluamus*, quod adridet. Commutatio quidem librariis facillima fuit, ut videmus in verbis *flagrare* & *fragrare*; At ſi recte dicitur *perfundere laetitia*, recte etiam *perfluere*, pro *perfundi*, dicetur, ut nempe *iacere*, pro *abiici* non ſine elegantia paſſim legitur, quod declarat nota noſtra ad Lucani Lib. IX. vs. 906.

Qui Phoebo ceſſere, iacent.

Sic & Tullius Lib. II. de Finib. cap. XXXV. *Perpetuis voluptatibus* perfluens *in ea, quam ſaepe uſurpabas, tranquillitate degere.* Ita Edd. Vett. nec aliter omnes MSS. quos Cl. Daviſius conſuluit. Hodie tamen obferunt ſimili vitio *perfruens.* Apud eumdem Laelio cap. XV. princ. *Non ergo erunt homines deliciis* diffluentes *audiendi*, fecerunt contra librorum fidem *affluentes.* adeas ibi Lambinum. Neſcio, an ſit reddendum idem verbum I. in Catil. cap. X. *Hic tu qua* laetitia perflues?

quemcumque quaeſtorem in petendis honoribus [1] omni ope, labore, gratia [2] ſimus juvaturi, perquam jucundum nobis erit, [3] ſi in eundem [juvenem] ſtudium noſtrum & amicitiae meae & conſulatus tui ratio contulerit: ſi denique precibus meis tu [4] potiſſimum adjutor acceſſeris, cujus & ſuffragio ſenatus libentiſſime indulgeat, & teſtimonio plurimum credat. *Vale.*

XVI. C. Plinius [5] Paullino Suo S.

Hortatur Valerium Paullinum ad ſtudium, cum ſit adhuc literis honor.

GAude meo, gaude tuo, gaude etiam publico nomine. [6] Adhuc honor ſtudiis durat. Proxime cum dicturus apud Centumviros, eſſem

flues? *quibus gaudiis exſultabis?* Vulgo habent: *qua laetitia perfruere?* Par ratio eſt, quando Boetius I. Conſ. Phil. Proſa IV. dixit: *Videre autem videor nefarias ſceleratorum officinas gaudio laetitiaque* fluitantes. Corte.

1 *Omni ope.*] Haec eſt Medicei, Lindenbr. item Aldi aliorumque ſcriptura. Gryphio, Grutero eorumque adſeclis placuit *omni opera.* Helmſt. & Ed. Vet. *omni opere.* Livius Lib. IX. cap. XXVI. *Primum ipſas expugnare quaeſtiones* omni ope *adniſi ſunt.* Similis varietas occurrit apud Criſpum Cat. cap. XXXVIII. n. 2. *Contra eos ſumma* ope *nitebatur pleraque nobilitas*, ubi plura de vocabulo. Praeterea auctoritate libri Medicei alterum *omni*, quod voci *labore* adiungebatur, induximus; ſi vero id ſpreveris, ex ceteris Voſſiano, Helmſt. Lindenbr. Bongarſ. Arnz. & Ed. Vet. legendum erit: omni *ope*, omni *labore*, omni *gratia ſimus iuvaturi*, quomodo aliquoties Cicero, cui tamen & altera ratio placuit.

2 *Simus* iuvaturi.] Sic Mediceus aliique vetuſtiores MSS. Nec deſeruit Aldus, Gryphius ceterique editores. Tamen Lindenbrogius adnotavit, in aliis eſſe *adiuvaturi*, quod & nos in Helmſt. & Ed. Vet. videmus, in aliis *adiuturi*, quod nos quidem nuſpiam invenimus, niſi in marginibus aliquot impreſſorum, & ab admiratore quodam Grammaticorum ſubſtitutum eſſe cenſemus. *Iuvaturum* firmabant vulgo ex Salluſt. Iug. cap. XLVII. n. 2. ubi plura de hac forma notavi. Sed iſte quidem locus in mendo cubat, ut illic pluribus demonſtravi. Recentiorum tamen eſt, ut Petronii, Frontini: addo & Tertulliani de Fuga in Perſecut. cap. XIV. extr. *Habentes ipſum, qui pro nobis erit ſicut locuturus in interrogatione, ita* iuvaturus *in paſſione.*

3 *Si in eumdem* iuvenem.] Optimus vocabulum ultimum ignorat, & poteſt, ſalva ſententia, abeſſe. Lindenbrogius etiam codicem tractavit, in quo non legebatur.

4 Potiſſimus *adiutor acceſſeris.*] Ita quidem vulgo edebant, & elegantiae putant: *ſi tu* potiſſimus *adiutor acceſſeris.* Neque ego id negaverim: adeo multa ſuccurrunt, ubi *plurimus*, *multus*, *primus*, *ſubdolus*, *citus*, *nocturnus* aliaque innumera pro Adverbiis ponuntur: ad quam formam D. Hieronymus Epiſt. ad Marcellin. & Anapſych. pag. 318. Tom. II. *Ut reſcriptum mererer, & vos eſſe ſoſpites, non aliis nunciantibus, ſed veſtro* potiſſimo *ſermone cognoſcerem.* hoc enim in caſtiſſimis membranis viſitur, non *potiſſimum.* Sed cum haec elegantia diſplicuerit Veterrimo Mediceo, qui *potiſſimum* praeſtat, eique accinant Lindenbr. Helmſt. & Ed. Vet. malui cum his facere, quam cum correctoribus. Simile vitium obſervavi apud Maronem V. Aeneid. vs. 170.

Radit iter laevum interior, ſubito*que priorem*
Praeterit.

Sic ſcriptum vide in undecim Codd. membranaceis, in quibus duo veterrimi Gudiani, unus Petri Danielis illis aetate proximus. Et tamen vulgo editur: ſubitus*que priorem Praeterit.* Infra editi obſerebant: *cuius ſenatus & ſuffragio libentiſſime ind.* Noſter poſitus verborum Mediceo debetur. Corte.

5 *VALERIO PAULLINO S.*] Bongarſ. *Valeriano Paullino Suo.* Optimus tantummodo: *C. Plin. Paullino Suo*, quomodo ſcribendum eſſe, tot aliae Epiſtolae docent.

6 Adhuc *honor ſtudiis.*] Illud *adhuc* ſuperfluum eſt,

eſſem, adeundi mihi locus, niſi a [1] tribunali, niſi per ipſos judices,
2 non fuit: tanta ſtipatione cetera tenebantur. Ad hoc quidam ornatus adoleſcens, ſciſſis [2] tunicis, [3] ut in frequentia ſolet fieri, ſola velatus toga perſtitit, & quidem horis ſeptem. Nam tamdiu dixi, magno
3 cum labore, ſed majore cum fructu. Studeamus ergo, nec deſidiae noſtrae praetendamus alienam. Sunt qui audiant, ſunt qui legant, nos modo dignum aliquid auribus, dignum chartis elaboremus. *Vale.*

XVII. C. Plinius [4] Gallo Suo S.

Admonente Gallo pollicetur ſuam operam Corneliae adverſum C. Caecilium, a qua defenſione quum deterreri poſſet, & quia erat Secundo amicus, & conſul deſignatus, tamen, quum recordabatur patris Corelli, cui plurimum debebat, ſperat nullam reprehenſionem, ſed laudem etiam ab ipſo Caecilio conſecuturum.

ET admones, & rogas, ut ſuſcipiam abſentis [5] Corelliae cauſam contra

eſt, & deleri meretur. Barth. Diſſentiunt tamen omnes Codd. Lib. I. Epiſt. XVII. princ. *Eſt* adhuc *curae hominibus fides & officium.*

1 *Tribunali.*] Vide Budaeum ad Pandect. pag. 408. Barth.

2 *Tunicis.*] Romani primo ſine tunicis ſola toga amicti fuerunt, deinde ſubſtrictas & breves tunicas citra humerum deſinentes habebant ſine manicis, quod genus Graeci ἐξωμίδας appellabant. Quare P. Africanus P. Sulpitio Gallo objectavit, *quod uteretur tunicis manus totas operientibus.* Et apud Virg. Itali exprobrant Trojanis *manicatas tunicas.* Marcellus ex auctoritate Titinii, *tunicam* dixit *eſſe veſtimentum ſine manicis, ubi manicatas tunicas* teſtimonio multorum notat. Apul. II. *floridorum tenuiſſimo textu tunicam interulam* refert. & Mart. in diſtichis magno fuiſſe precio. *Muliebrem & virilem fuiſſe veſtem* Varro in libris analogiae declarat. *Tunicam moleſtam* Mart. Lib. X. accipit pro *ignoto thorace.* Antiqui inſuper *tunicam* nominarunt velamentum illud nervoſum, quod ſuperinducitur ulceribus ſubjecto jam vetuſtiore pure. Catan. Non perſpicit Cl. Markland. ad Statii IV. Silv. IX. vs. 24. quomodo tunica ſcindi potuerit, integra toga, & ſuſpicatur Secundum ſcripſiſſe: *ſciſſa toga ſola velatus tunica perſtitit.* At hoc non modo contra omnes Codd. ſed etiam contra Orationis Numerum coniicit. Nobis autem non magis mirum videtur, toga integra, tunicas ſcindi potuiſſe, quam quod Martinus *tunicam intra amphibalum latenter exuere potuerit* apud Sulpic. Sever. Dialog. II. cap. I. Toga certe laxius iniecta prementibus facillime cedebat, & in frequentia integra poterat ſervari; non item tunicae, quae adſtrictius adhaerebant. Quare immerito locum facimus ſuſpectum.

3 *Ut in frequentia ſolet.*] Addunt Mediceus, Bongarſ. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *fieri*, quomodo variant libri apud Criſpum Cat. cap. XXIX. n. 2. cap. XXX. n. 2. & alibi. Sed ut illi ex perpetua ipſius conſuetudine non invitus hoc verbum demendum exiſtimo, ita Plinio ex contraria eius & Tullii conſuetudine reddendum cenſeo. Deinde *ſola* deeſt Lindenbr. & Oxonienſi.

4 *GALLO SUO.*] Riccard. in Ind. *D. Urſinio Gallo* inſcribit. Bongarſ. *Antonio*; Mediceus *Gallio Suo.* Is tamen nihil mutat Lib. II. Epiſt. XVII. & Lib. VIII. Epiſt. XX. Oxon. nullam inſcriptionem praefert.

5 *Coreliae.*] Filiae Corelli Rufi, & ſororis Coreliae a Secundo ſumma reverentia dilectae, quae Fuſcum Minutium maritum habuit. Catan. Mediceus: *ut ſuſcipiam cauſſam abſentis Corelliae.*

1 C. Cae-

contra C. [1] Caecilium, conſulem deſignatum. Quod admones, gra-
tias ago: quod rogas, queror. admoneri enim debeo, ut ſciam,
[2] rogari non debeo, ut faciam, quod mihi non facere turpiſſimum eſt.
An ego tueri Corelli filiam dubitem? Eſt quidem mihi cum iſto, 2
contra quem me [3] advocas, [4] non plane familiaris, ſed tamen amicitia.
Accedit huc dignitas hominis, [5] atque hic ipſe, cui deſtinatus eſt, 3
honor: cujus nobis hoc [6] major habenda reverentia eſt, quod jam illo
functi ſumus. [7] Naturale eſt enim, ut ea, [8] quae quis adeptus eſt ipſe,
quam ampliſſima [9] exiſtimari velit. Sed mihi cogitanti adfuturum me 4
Corelli filiae, omnia iſta [10] frigida & inania videntur. Obverſatur
oculis ille vir, quo neminem aetas noſtra [11] graviorem, ſanctiorem,
ſub-

1 *C. Caecilium.*] Multos *Caecilios* per illa tempora fuiſſe lego, ut *Caecil. Secundus*, de quo Martialis. *Caecilium Simplicem* creatum conſulem a Vitellio. *Caecilium Celerem*, cujus ſupra Secundus mentionem fecit. Nam *Caecilium Claſſicum* hic intellexiſſe omnino negaverim. *Caecilium Rufinum* ſenatu movit Domitianus cenſor, quod ſaltaſſet. *Caecilio Proculo* reſcripſiſſe Divum Pium teſtatur Ulpianus. *Caecilii* rhetoris meminit Athenaeus, & plurimi adhuc extant in monumentis Inſubrium. CATAN. Oxon. & Voſſ. *contra C.* Caelium *cos des*, quod Gryphius in margine exhibet, & ex aliis Minos notavit.

2 *Rogari non debeo, ut faciam.*] Sic meliores libri, & habet iſta Verbi iteratio ſuam venuſtatem, ut indicavi ad Lib. III. Epiſt. XVI. n. 11. Poteſtis *enim efficere, ut male moriar, ut non moriar*, non poteſtis. Perperam itaque Helmſtad. Arnz. & Ed. Vet. *rogari non, ut faciam.*

3 *Advocas.*] Advocationem meam pro Corelia petis. Advocamur enim daturi patrocinium, Agreſtio tradente. CATAN. *Advocas.*] Sic Seneca Lib. I. de Clementia cap. IX. *Contra Caeſarem advocare.* quod explicat Lipſius, adeſſe, cauſam agere. De qua Phraſi vide Clariſſ. Gronovium Not. ad loc. cit. VEENH. Eadem ratione alibi *adeſſe contra quem* dixit, quam dictionem ad Lib. I. illuſtravimus.

4 *Non plane* familiaritas, *ſed tamen amicitia.*] Haec erat vulgaris ſcriptura. Nos vero ex probatiſſimis Codd. Mediceo & Riccard. longe probabiliorem produximus: *non plane* familiaris, *ſed tamen amicitia.* Ita Plinio familiarem elegantiam reddimus, de qua ad Lib. I. Epiſt. XX. n. 25. & Lib. III. Epiſt. IV. n. 5. *Familiaris* autem *amicitia* dicitur, ut *familiaris amicus* apud Gellium Lib. XV. cap. XXVIII. princ. *Cornelius Nepos & rerum memoriae non indiligens & M. Ciceronis, ut qui maxime*, amicus familiaris *fuit.*

5 Atque hic *ipſe*: Mediceus: ad hoc *ipſe*, quod vix pro librarii peccato habuerim, ac ne vix quidem. Minos etiam in margine exhibet.

6 *Maior* agenda *reverentia eſt.*] Mediceus & Lindenbr. *habenda reverentia eſt*, veriſſime, ut alii *adhibere* & *exhibere reverentiam* dixerunt. Sic *habemus ſtudium, curam, honorem, ſollicitudinem*, nec multum diverſum eſt illud Auſonii Epigr. VIII.

Fortunam reverenter habe, *quicumque repente*
Dives ab exili progrediere loco.

CORTE.

7 *Naturale eſt enim, ut.*] Sic libri omnes meliores. Recentiores quidam inſerunt *cuique.* ſatis frigide.

8 *Quae quis adeptus eſt* ipſe, *quam.*] Haec noſtra emendatio & diſtinctio eſt a Mediceo, Riccard. Lindenbr. Oxon. & Bongarſiano. Vulgo omnes obiiciebant: ea, *quae quis adeptus eſt*, ipſa *quam* cet. Etiam Aldus, qui *ipſe* repraeſentat, vulgarem tamen inciſionem ſecutus eſt.

9 Exiſtimari *velit.*] Non aliter Mediceus, Bongarſ. Helmſt. Arnzen. Catanaeus, Minos, Gruterus, alii. nec abit Ed. Vet. in qua lego *exſtimari.* At Riccard. Voſſ. Oxon. Lindenbr. Gryphius *aeſtimari*, de qua confuſione diximus ſupra.

10 *Frigida.*] Inefficacia, imbecillia. Nam *frigus* orationis dicimus cum inutilis eſt oratio. *Et frigidum* ac inane dicendi genus Fabius X. carpit. Donatus *frigidum* non adhaerens interpretatur, tranſlatum afferens a picatione vaſorum, quae frigidam picem non tenent. *Frigidum* plerumque nocens. CATAN.

11 *Graviorem, ſanctiorem, ſubtiliorem denique.*]

ſubtiliorem denique tulit: quem ego cum ex admiratione diligere
coepiſſem, quod evenire contra ſolet, magis admiratus ſum, poſt-
5 quam penitus inſpexi. Inſpexi enim penitus. [1] Nihil a me ille ſecre-
6 tum, non [2] joculare, non ſerium, non triſte, non laetum. Adoleſcen-
tulus eram, [3] & jam mihi ab illo honor, atque etiam, (audebo dice-
re) reverentia, ut aequali, habebatur. Ille meus [4] in petendis hono-
ribus ſuffragator, & teſtis: ille [5] in inchoandis deductor & comes:
ille in gerendis [6] conſiliator & rector: ille denique in omnibus officiis
noſtris, quanquam & imbecillus & ſenior, quaſi juvenis & validus
7 conſpiciebatur. Quantum ille famae meae domi, in publico, quan-
8 tum etiam apud Principem [7] adſtruxit? Nam cum forte de bonis juve-
nibus apud Nervam Imperatorem ſermo incidiſſet, & plerique me
laudibus ferrent: pauliſper ſe intra ſilentium tenuit, quod illi pluri-
mum auctoritatis addebat: [8] deinde gravitate, quam noras, *Neceſſe
eſt* (inquit) *parcius laudem Secundum, quia nihil niſi ex conſilio
9 meo facit.* Qua voce tribuit mihi, quantum petere voto immodicum
erat,

Mediceus tantum: *graviorem*, *ſubtiliorem tulit*, ceteris omiſſis. Forte abſonum credidit *ſubtiliorem*, poſt *ſanctiorem*, tamquam infirmius poni. Sed hunc errorem refutavimus olim ad Salluſt. Cat. cap. V. n. 5.

1 *Nihil a me* ille *ſecretum.*] Scribe: *illi ſecretum*, ſc. fuit. Barth. Recentiores quidam ſtatim Barthio obſecuti ſunt, & *illi* in textu exhibuerunt. At omnes codices *ille* praeferunt, quod & ſententiam minus ambiguam fundit. *a me* deeſt Voſſiano, ſed perperam.

2 *Joculare.*] Jocoſum, joci cauſa dictum factumve. Sic: *Paulatim vero invaleſcentibus vitiis jocularia & latebras omiſit, & poſt jocularia in defectionis duces carmina laſciveque modulata ſuper abundantiſſimam coenam geſticulatus eſt.* Tranquill. in Nerone. Catan. Vide ſupra Lib. II. Epiſt. XIII. n. 5.

3 Et jam *mihi.*] Ita membranae aliique Codices. Male Ed. Vet. & Aldus: *etiam mihi.* Male Helmſtad. *Adoleſcentulus* etiam *eram mihi* cet.

4 *In petendis, &c.*] *Honores* hic magiſtratus ſunt, ut ſaepe apud auctores. Hos qui petebant, cum eſſent citati, dicebant ipſi pro ſe de vita ſua, quae ad rem eſſent, earumque, quas afferebant, rerum nominabant teſtes: ut, ſub quibus militaſſent, Quaeſtoresve fuiſſent. Provocabant etiam ad ſuffragatores, hoc eſt, ſenatores, qui ad ferenda de Candidatis ſuffragia convenerant. Qui atteſtati dicta, laudare & commendare candidatos ipſos ceteris ſolebant. Qua de re noſter Lib. III. Epiſt. XX. tangit & Panegyr. C. LXXII. Buchner.

5 *In inchoandis, &c.*] Nam qui ſtudebant candidatis, hi voti compotes in Capitolium & domum inde, honoris cauſa, proſequi, ſive deducere ſolebant. Varro Lib. III. de re ruſtica cap. III. *Comitiis Aedilitiis cum Sole calido ego & Q. Anius Senator tribuni, ſuffragium tuliſſemus, & candidato, cui ſtudebamus, vellemus eſſe praeſto, cum domum rediret, &c.* Et rurſus extremo libro: *Nos haec, at ſtrepitus a dextra: & eccum recta Candidatus noſter deſignatus Aedilis. Cui nos occurrimus, & gratulati in Capitolium proſequimur. Ille inde eundo ſuam domum, nos noſtram.* Idem.

6 *Conſiliator.*] Cujus foemininum *conſiliatrix* protulit Apulejus. Is autem eſt qui ratione alte petita plura perpendens & comparans habet inventionem & judicationem in ſe ſecundum mores. Catan.

7 *Adſtruxit.*] Lib III. Epiſt. II. n. 5. *Itaque magni aeſtimo, dignitati eius aliquid* adſtruere… adſtruere *autem, quod ſit ſplendidum, nec moleſtum.* Supra Helmſt. & Arnz. *domi, in publico,* ſine *quantum.*

8 *Deinde.*] Deeſt haec Particula Mediceo. Infra Arnz. *gravitate*, qua *noras*, qui tamen contra meliores Codd. non audiendus eſt.

1 *Nihil*

erat, [1] nihil me facere non ſapientiſſime, cum omnia ex conſilio
ſapientiſſimi viri facerem. Quin etiam moriens, filiae ſuae [2] (ut
ipſa ſolet praedicare) *multos quidem amicos* (inquit) *tibi* [3] *in*
longiore vita paravi, *praecipuos tamen Secundum*, *& Cornutum*.
Quod dum recordor, intelligo mihi laborandum, ne qua parte 10
videar hanc de me fiduciam providentiſſimi viri [4] deſtituiſſe.
Quare ego vero Corelliae adero promptiſſime, nec ſubire of- 11
fenſas recuſabo: quamquam non ſolum veniam me, verum etiam
laudem apud iſtum ipſum, a quo, ut ais, nova lis fortaſſe, ut [5] foemi-
nae, intenditur, arbitror conſecuturum, ſi haec eadem in actione
[6] latius ſcilicet, & uberius, quam epiſtolarum anguſtiae ſinunt, con-
tigerit mihi vel in excuſationem, vel etiam in [7] commendationem
meam dicere. *Vale*.

XVIII. C. PLINIUS [8] ANTONINO SUO S.

Antonini epigrammata Graeca laudat, quae cum Latine Secundus conatus eſſet exprimere, multum ab illis decidit.

[1] Quem-

1 *Nihil* me *facere non ſap.*] Mediceus excludit Pronomen *me*, fortaſſe non iniuria, cum praecedit *mihi*, & Verba Infinita ſaepius ſine tali additamento poſita leguntur. Similem Ellipſin adſeruimus ad Salluſt. Iug. cap. IV. n. 2.

2 Ut *ipſa ſolet praedicare.*] Optimus: *ipſa ſolet praedicare*, neglecta Particula *ut*, quod brevitati Plinianae convenientiſſimum videri queat. Servat tamen eamdem Lib. I. Epiſt. XII. n. 4. ut *ipſum praedicantem audiebam*.

3 In *longiore vita.*] Idem Primarius: ut *longiore vita*, non abſurde, ſi ſupra *ut* tollatur. Sequitur tamen n. 11. *ut feminae*. Paullo poſt idem Codex: *Quod* cum *recordor*.

4 *Deſtituiſſe.*] Alii codices habent *feſelliſſe* ex Variant. Lect. Boxhornii. VEENH. Gryphius, Minos & alii orae adſcripſerunt *feſelliſſe*, quod nos tamen in nullo libro invenimus. At Lindenbr. notavit *deſciviſſe*, idque exſtat in Oxon. quae verba inter ſe permutari vidimus ad Lucani Lib. II. vs. 728. Verum eſt *deſtituiſſe*, quod hoc ſenſu aliquoties apud Tullium habemus, qui etiam cum *fallere*, *decipere* & *prodere* coniungit. Sic *ſpem*, *preces*, *ſtudia* alicuius *deſtituere*, pro fallere & derelinquere ex Livio, Ovidio, Columella, Tacito atque aliis nota ſunt. Praeterea Bongarſ. & Lindenbr. *prudentiſſimi viri* exhibent. Infra Mediceus: *quamquam* me *non ſolum veniam*, *verum etiam laudem*. cet.

5 *Foeminae.*] Quae ſe neſciat defendere: vel, quia quibusdam privilegiis muniuntur foeminae. CATAN.

6 Latius *ſcilicet*, *&* *uberius.*] Lindenbr. & Bongarſ. lautius *ſcilicet*, *& uberius*, quas voces libri nec ſupra Lib. II. Epiſt. V. n. 6. diſtinguebant. Voſſian. *ſcilicet* omittit.

7 *Commendationem.*] Quod defendam tanti viri filiam. Et amico defuncto aliquam gratiam referam. Nam ſecundum M. Tullium, *utendum eſt excuſatione adverſus eos, quos invitos offendas quacunque poſſis. Quare id, quod feceris neceſſe fuerit, nec aliter facere potueris*. In aliquibus exemplaribus pervetuſtis eſt loco *contigerit mihi dicere*, *dixero*. CATAN. Reperit in aliquibus exemplaribus Catanaeus, quod praeſtant integerrimae omnium membranae, nempe: *ſi haec eadem in actione latius ſcilicet & uberius*, *quam epiſtolarum anguſtiae ſinunt*, *vel in excuſationem*, *vel etiam in commendationem meam dixero*. Ita, inquam, etiam optimus Mediceus, niſi quod is, nota librarii ſocordia, verbis: *vel etiam in commendationem*, deficiatur: Probo autem multo magis hanc lectionem, quam vulgatam *contigerit mihi dicere* Oxon. *commendationem meam* facere.

8 *ANTONINO SUO.*] Riccard. in Indice *Arrium Antoninum* vocat, plane ut Lib. V. Epiſt. X. inſcribit. At Mediceus, Voſſ. Helmſtad. Ed. Vet. & Gryphius: *ANTONIO SUO*.

1 *Quem-*

[1] QUemadmodum magis approbare tibi poſſum, [2] quanto opere mirer Epigrammata tua Graeca, quam quod quaedam [3] aemulari Latine, & exprimere tentavi? [4] In deterius tamen. Accidit hoc, primum imbecillitate ingenii mei, deinde inopia, ac potius, ut Lu-
2 cretius ait, [5] egeſtate patrii ſermonis. Quod ſi haec, [6] quae ſunt & Latina,

1 *Quemadmodum magis* cet.] Cum illud *quemadmodum* ita iunctim ſcriptum vulgo uſurpetur pro *ſicuti*, mallem hic diviſis vocibus ſcribere *Quem ad modum*, ut ſententia eſſet evidentior. SCHEFFER. Exilis obſervatio, & tamen fruſtranea. Si dicere licet: *Quomodo magis adprobare poſſum, quam* cet. cur non liceat: *Quemadmodum magis* cet. Haec autem promiſcue uſurpari, pueri norunt. In Oxon. *magis* deſideratur.

2 *Quantopere miror.*] Sic pleraeque Edd. At Mediceus & Riccard. diſtincte *quanto opere*, ac eam ſcripturam conſuetudini Secundi reſpondere, probavimus ad Lib. I. Epiſt. VII. n. 3. *Neque enim tanto opere mihi conſiderandum eſt.* *Mirer* etiam eſt in optimis, ut iam Gryphius & Gruterus ediderunt, non *miror*, quod Aldo placuit. In talibus autem ſemper auctoritati Codd. adſurgendum exiſtimo.

3 *Aemulari Latine.*] Traducere in Linguam noſtram. CATAN. Catanaeus exponit *traducere*. Verum plus eſt aemulari, quia qui aemulatur, non modo reddit ſententiam, ſed ingenium, vim & virtutem ceteram orationis ſtudet aequare. SCHEFFER. Vide Lib. I. Epiſt. II. n. 3.

4 *In deterius.*] Multum defeci ab archetypo. Nam longe tua meliora, quam mea: accidit autem hoc plerumque, ut imitator minor ſit imitato. CATAN. *In deterius quidem*, &c.] Expreſſi, quod erat in Palat. & Vett. Edit. neque aliter Modiani. GRUTER. Modium videas Novantiqu. Epiſt. CXXII. quem Gruterus qua verbis, qua interpunctione expreſſit. At qui Gruterum ſecuti ſunt, quod deterius erat, retinuerunt, quod melius, deſeruerunt, dederuntque: *In deterius quidem accidit hoc*, qui nexus inſulſus eſt, ut qui maxime. Nos locum optime, ut arbitror, conſtituimus. Nam quamvis τὸ *quidem* in plerisque ſcriptis, Ed. Vet. & Aldinis haereat; praeſtantiſſimi tamen Mediceus, Riccard. & Lindenbr. tuentur *tamen*, quod & ſententiae recte congruit. Poſt hoc *tamen* diſtinctionem poſui, favente Modio, Grutero & plerisque Codd. Intelligendum enim: *in deterius expreſſi*, ut infra de pictore Epiſt. XXVIII. extr. *A qua, rogo, ut artificem, quem elegeris, ne* in melius *quidem, ſinas aberrare.* Lib. V. Epiſt. III. n. 6. *Quamvis ſciam, non corrumpi* in deterius, *quae aliquando etiam a malis fiunt.* Epiſt. X. n. 1. *Ut enim pictores pulchram abſolutamque faciem raro, niſi* in peius, *effingunt*; *ita ego* cet. Plura de hoc genere dictionis notavimus ad Lib. III. Epiſt. XI. n. 1. *Ut officia amicorum* in maius *extollat.* CORTE.

5 *Egeſtate.*] Majus eſt, quam inopia. Nam *haec* impotentiam, *illa* neceſſariorum penuriam ſignificat. *Inops* enim qui *ſine ope*, *egens* vero quaſi *exigens*, cui *ne gens* quidem ſit reliqua. Sic Lucretius ait Lib. I. de rerum natura, ubi de anima agit:

Multa novis verbis, praeſertim cum ſit agendum
Propter egeſtatem linguae & rerum novitatem.

Ac eodem Lib.

Quam Graeci memorant nec noſtra dicere lingua
Concedit nobis patrii ſermonis egeſtas.

CATAN. *Egeſtate.*] Ejeci pronomen *hac* (*hac egeſtate*) volentibus Pal. & Vett. Ed. GRUTER. Ex noſtris unicus Voſſ. habet *hac egeſtate*, ex quo forſitan Gryphius deſumſit. Ceteri omnes omittunt. Supra etiam ſcripti omnes & Edd. Vett. *ac potius*, non *vel potius*, quod poſt alios Gruterus & recentiores exhibent.

6 Et *quae ſunt Latina.*] Mallem illud &, parum aptum loco huic, delere, natum quippe ex poſtremis litteris vocis praecedentis videtur. Atque ita edidiſſe nunc & Buchnerum animadverto. SCHEFFER. Ita edidiſſe dudum Gryphium, Minoem, Gruterum, alios, animadvertere potuiſſet. Scripti tamen omnes & Ed. Vet. cum Aldo Copulam ſervant. Certiſſimum eſt, reponi debere ex Praeſtantiſſimis membranis: *Quod ſi haec, quae ſunt* & *Latina*, & *mea* cet. itaque feci. Sic aptiſſime infertur: *quae* & *a te*, & *Graece proferuntur.* Librarii traiecerunt Particulam, quale peccatum ſupra iam ſemel atque iterum notavimus, ut Lib. III. Epiſt. III. n. 3.

1 *Quae*

Latina, & mea habere tibi aliquid venuſtatis videbuntur, quantum putas ineſſe eis gratiae, [1] quae & a te, & Graece proferuntur? *Vale.*

XIX. C. PLINIUS [2] HISPULLAE SUAE S.

Gratulatur ſibi & Hiſpullae, quod uxor Calpurnia ſe dignam majoribus ſuis oſtenderet. Nam & laetabatur Secundi laudibus, nec corpus ſed gloriam illius exoſculabatur.

CUM ſis pietatis exemplum, fratremque optimum & amantiſſimum
tui pari caritate dilexeris, filiamque ejus ut tuam diligas, nec
tantum amitae ejus, verum etiam jam patris amiſſi [3] affectum repraeſen-
tes, non dubito, maximo tibi gaudio fore, cum cognoveris dignam
patre, dignam te, dignam avo evadere. Summum eſt acumen, ſum- 2
ma frugalitas: amat me, quod caſtitatis indicium eſt. Accedit his
ſtudium literarum, quod ex mei caritate concepit. Meos libellos ha-
bet, lectitat, ediſcit etiam. Qua illa ſollicitudine, cum videor actu- 3
rus, quanto, cum egi, gaudio afficitur? [4] Diſponit, qui nuncient ſibi,
quem aſſenſum, quos clamores excitarim, quem eventum judicii tu-
lerim. Eadem, ſi quando recito, in proximo, [5] diſcreta velo, ſedet,
laudesque noſtras avidiſſimis auribus excipit. Verſus quidem meos 4
[1] cantat

1 *Quae & a te, & Graece.*] Sic Optimus, cum Aldinis aliisque impreſſis, neque ſollicitandum eſt. Tamen Riccard. Lindenbr. Oxon. Helmſt. Bongarſ. Arnzen. cum Ed. Vet. & Gryphio: *quae* mihi *& a te, & Graece proferuntur.*

2 *HISPULLAE SUAE.*] Riccard. in Indice *Calpurniam Hiſpullam* vocat. Voſſ. *Hiſpulae*; Mediceus: *ISISPULLAE SUO.*

3 *Affectum.*] Amorem. Latini imitatione Graecorum affici dicunt moveri aliqua paſſione, ſive bona ſive mala. Sunt qui legant *effectum*, id eſt, officium. CATAN. Noſtri omnes *adfectum*, praeter Ed. Vet. quae cum Aldina priore *effectum* corrupte exhibet. Sed ipſe Aldus in poſteriore vitium correxit. Lib. II. Epiſt. I. n. 8. *Quod ille tutor mihi relictus*, adfectum *parentis exhibuit.* Rutilius Itiner. Lib. I. vs. 212.

Ille meae ſecum dulciſſima vincula curae
Filius adfectu, *ſtirpe propinquus habet.*

& paſſim. Ordinem mutat Mediceus, qui ſiſtit: *nec tantum amitae eius* adfectum, *verum etiam patris amiſſi repraeſentes.* Lindenbr. & Helmſtad *ei* habent, pro *eius.*

4 *Diſponit.*] Collocat per intervalla, vel mittit auditores. CATAN. Mediceus: *diſponit, qui* nunciet *ſibi.*

5 *Diſcreta.*] Secluſa ab aliis auditoribus. Adde, quod Sidonius VIII. ſcribit, *Calpurniam legenti Plinio & meditanti candelas & candelabra tenuiſſe.* CATAN. Lindenbr. Voſſ. Helmſt. Arnz. cum Ed. Vet. Aldo, Gryphio, Grutero: *in proximum diſcreta velo*, quae quidem Enallage non infrequens eſt. Optimus tamen *in proximo* defendit, ut locutus eſt Lib. I. Epiſt. VI. n. 1. *Erant* in proximo *non venabulum, aut lancea, ſed ſtilus & pugillares.* Lib. X. Epiſt. XLVI. *Quae aut Romae, aut* in proximo *fiunt.* Fabius Lib. I. cap. III. *Poſſunt autem id demum, quod* in proximo *eſt*, quomodo iterum Lib. VII. cap. I. pag. 590. loquitur, item Declam. I. cap. XIII. *Jaces ſecundum occaſionem, & expeditum tibi* in proximo *facinus eſt* Seneca Epiſt. CX. *Quidquid nobis bono futurum erat, deus & parens noſter* in proximo *poſuit.* Alia ipſe & Cl. Waſſe notamus ad Criſpi Iug. cap. LIX. n. 2. *Qui* in proximo *locati fuerant paul-*

 liſper

[1] cantat etiam, [2] formatque cithara, non artifice aliquo docente, ſed
5 amore, qui magiſter eſt optimus. His ex cauſis in ſpem certiſſimam
adducor, perpetuam nobis majoremque in dies futuram eſſe concor-
diam. Non enim aetatem meam aut corpus, quae paulatim occidunt
6 ac ſeneſcunt, ſed gloriam diligit. Nec aliud decet tuis manibus edu-
catam, tuis praeceptis inſtitutam: quae nihil in contubernio tuo vi-
derit, [3] niſi ſanctum honeſtumque: quae denique amare me [4] ex tua
7 praedicatione conſueverit. Nam quum matrem meam [5] parentis vice
dilexeris, me quoque a pueritia ſtatim formare, laudare, talemque,
8 qualis nunc uxori meae videor, ominari ſolebas. Certatim ergo tibi
gratias

liſper territi perturbantur. Ceterum ut Calpurnia *discreta velo* ſedit, ita ſedebant ſaepe etiam iudices: unde in iure noſtro *velum iudicis*, & *levato velo cognoſcere* Leg. 1. Cod. Theod. de offic. rect. prov. Leg. 6. Ei. de Naufrag. de quo velo videndi Colvius ad Apuleium pag. 191. & Hier. Magius II. Miſcell. cap. XIII.

1 Cantat, *formatque cithara.*] Ita quidem vulgares impreſi. At Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *cantat* & *forma* atque *cithara.* Lindenbr. & Oxon. *cantat* etiam *forma* atque *cith.* Iam vides, recte nos ex Optimo & Voſſiano revocaſſe: *cantat* etiam, *formatque cithara.*

2 *Formatque cithara.*] Ad ſonum citharae cantat, & concordat. Statius:

Diſcendum Muſis ſonat, & mea carmina flectit.

Eſt alia lectio *format ad citharam*, id eſt, concordat cum cithara. Catan. Noſtri omnes *cithara*, quod ſane elegantius. Ita autem *verſus cithara formare* dicitur, ut apud Maronem & Valerium Flaccum *carmen avena modulari.* Lib. VII. Epiſt. IV. n. 9. *Legitur* (volumen hendecaſyllaborum) *deſcribitur*, cantatur, *& a Graecis quoque nunc* cithara, *nunc* lyra perſonatur.

3 *Niſi ſanctum honeſtum*que: *quae deniq.*] Mediceus: *niſi ſanctum*, honeſtum: *quae denique*, ſine Copula. Sed iſtum concurſum τῶν *que* & *quae.* Optimis haud novum eſſe, docui ad Salluſt. Cat. cap. III. extr.

4 *Ex tua* praedicatione *conſueverit.*] Florentiae legitur: *ex tua* praelectione *conſueverit.* Ipſe editum teneo, quod ſequentia requirunt.

5 *Parentis loco, &c.*] Scribo ſic hunc locum, *Nam cum matrem meam parentis loco* venerarere, me quoque *a pueritia ſtatim form. &c.* Casaub. *Venerere.*] Nihil verius conjectura Caſauboniana, *venerarere, me quoque*, quamvis tamen utrumque tolerari queat *meque.* Saepe enim *que* notat *etiam*, quod dum non perputat vir Clariſſimus, fruſtra putat aliquid deeſſe iſtis Tacit. Lib. VI. Annal. cap. 19. *Ac ne dubium haberetur magnitudinem pecuniae malo vertiſſe, aurariaſque ejus, quanquam publicarentur, ſibimet Tiberius ſepoſuit.* Gruter. *Parentis loco, &c.*] Caſaubonus legit: *Venerarere me quoque a pueritia ſtatim, &c.* Quo nihil verius Grutero etiam videbatur: niſi quod illud *meque* tolerari poſſe exiſtimabat: quod particula *que*, non raro *etiam*, ſeu, *quoque*, notet. Buchner. Bene habet coniectura Caſauboni, niſi nos ex caſtiſſimis membranis melius quid proferemus. Et ceteri quidem Codd. aut *parentis loco venerere* habent, aut, quod in Riccard. Voſſ. Bongarſ. Oxon. & Arnz. viſitur, *parentis loco venereris*; At Caſtiſſimus ille hanc litem componet, in quo diſerte ſcribitur: *Nam cum matrem meam parentis* vice dilexeris, *meque a pueritia ſtatim formare*, cet. Recte *parentis vice dilexeris*, alterum autem ambitioſum nimis eſt, & in Hiſpullam vix cadit, ſi reliquam eius deſcriptionem conſideres. *Vice parentis* intelligendum, *tamquam parens*, non *tamquam parentem*: aliter non cohaerent, quae mox de educatione adiiciuntur, & ſic ſaepe Apuleius, atque alii locuti ſunt. Notamus quaedam ad Salluſt. II. Hiſt. pag. 961. *Ceteri* vice pecorum *obtruncabantur.* Hoc autem *parentis vice dilexeris* Lindenbr. etiam ex quodam Cod. adnotavit, & in Minois margine ſplendet. Porro plerique MSS. & Ed. Vet. Aldinae, Sichard. *me a pueritia ſtatim* cet. Mediceus, ut dixi, *me*que *a pueritia*, quod in pluribus Edd. haeret. Ex quo optime Caſaubonus fecit: *me* quoque *a pueritia.* Nam quae Gruterus de toleranda particula *que*, ut ea *etiam* vel *quoque* denotet, adtulit, ea huc non quadrant, etiamſi comparaveris, quae de ſimili uſu eius Par-

gratias agimus: Ego, quod illam mihi, illa, quod me ſibi dederis, quaſi invicem [1] elegeris. *Vale.*

XX. C. PLINIUS [2] MAXIMO SUO S.

Indicat quid ſentiat de libris Nonii, in quibus ingenium, ſublimitatem, elegantiam, varietatem, ac pulchritudinem probat.

QUid ſenſerim ſingulis libris tuis, notum tibi, ut quemque perlegeram feci. Accipe nunc, quid de univerſis generaliter judicem. Eſt opus pulchrum, validum, acre, ſublime, varium, [3] elegans, pu- 2
rum, figuratum, ſpatioſum etiam, & cum magna tua laude diffuſum. In quo tu [4] ingenii ſimul, dolorisque velis latiſſime vectus es, & horum utrumque invicem adjumento fuit. Nam dolori ſublimitatem & 3
[5] magnificentiam ingenium; ingenio vim & amaritudinem dolor addidit. *Vale.*

Particulae obſervavit N. Heinſius ad Vellei. Paterc. Lib. I. cap. VIII. Ipſius Taciti locum aliter correxit Iac. Gronovius. At hoc certiſſimum eſt, librarios *que*, pro *quoque*, ſcripſiſſe, ut vel in his Epiſtolis centies vidimus. Gryphius & Sichard. *a puero* habent, contra ſcriptos & primos impreſſos. CORTE.

1 *Elegeris.*] Haec eſt MSS. & Vett. Edd. lectio, quam nec Mediceus deſerit, licet in eo ſit *eligeres.* Gryphius & recentiores quidam immerito *delegeris* ſubſtituerunt.

2 *NONO MAX.*] *Nonium* a Severo interfectum refert Spartianus. Hic autem *Nonius Max.* ſive *Navius* (utraque enim ſcriptura circumfertur) ſcripſit libros in Blateram Secundo libro octavo tradente. CATAN. Spurium eſt illud *Nono*, qualia fere omnibus Inſcriptionibus Epiſtolarum addita vidimus. Riccard. in Indice, Oxon. & Lindenbr. *Novium* vocant; Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *Nonio Maximo*; at Optimus ſimpliciter: *C. Pl. Maximo Suo S.* quomodo & Aldus, aliique.

3 *Elegans.*] Latinum, & remotum ab omni vitio. *Elegantia* eſt quae facit, ut unumquodque verbum pure & apte dici videatur. *Elegans* tamen vocabulum, apud antiquos in vitio fuit, ex teſtimonio M. Catonis, referente Gellio: illo enim ſignificari hominem, qui nimis laeto, amoenoque cultu ac victu eſſet, & concertantis ac faſtidioſi judicii. Sic Terent. in Eunucho, *Chaeream* dixit *elegantem formarum ſpectatorem*, cui non facile quaevis mulier, quamvis formoſa, placeret. Poſtea inter laudem & vituperationem uſu venit elegans, demum totum in laudem receptum eſt. CATAN.

4 *Ingenii ſimul, dolorisque* velis.] Infra Lib. VIII. Epiſt. IV. n. 5. *Proinde immitte rudentes, pande* vela, *ac ſi quando alias, toto* ingenio vehere. *Cur enim non ego quoque poetice cum poeta?* Lib. II. Epiſt. XI. n. 3. *Omniaque* actionis *ſuae* vela *quodam velut* vento *miſerationis implevit.* ibi nonnihil adſcripſimus. Saepius ita Sidonius, cuius loca quaedam collegit Io. Savaro ad Lib. VIII. Epiſt. I. extr.

5 *Magnificentiam ingenium, &c.*] Male antea defuerat vox *ingenium*, quam in Mſſ. ſuis invenit Modius; ego item in Palatino, nec non omnibus editionibus avorum aevo impreſſis, etiam Aldina poſterioribus. GRUTER. Barthius etiam adſcripſerat vocabulum *ingenium* non eſſe delendum. Has turbas Catanaei & H. Stephani Edd. excitarunt. Nam in ceteris omnibus, etiam Aldi & Gryphii, ut & in ſcriptis omnibus vera lectio habetur, quam tamen Modius Novantiqu. Epiſt. CXXII. primus e membranis promere ſibi videbatur. In ſententiam Minos cum alia adſcripſit, tum illud, quod ad rem facit, Ovidii XIII. Metam. vs. 228.

Talibus atque aliis, in quae dolor *ipſe diſertum*
Fecerat, averſos profuga de claſſe reduxi.

XXI. C. Plinius [1] Velio Cereali Suo S.

Deflet apud Cerealem interitum Helvidiarum ſororum, quae a partu mortuae fuerant.

TRiſtem & acerbum caſum [2] Helvidiarum ſororum! utraque [3] a partu, utraque filiam [4] enixa deceſſit. Afficior dolore, nec ta-
2 men ſupra modum doleo. Ita mihi luctuoſum videtur, quod puellas honeſtiſſimas in flore primo [5] foecunditas abſtulit. Angor infantium ſorte, quae ſunt parentibus ſtatim, & dum naſcuntur, orbatae. [6] An-
3 gor optimorum maritorum, angor etiam meo nomine. Nam patrem illarum defunctum quoque perſeverantiſſime diligo, ut [7] actione mea, librisque teſtatum eſt: cui nunc unus ex tribus liberis ſupereſt, [8] domumque pluribus adminiculis paulo ante fundatam deſolatus fulcit, ac
4 ſuſtinet. Magno tamen fomento dolor meus acquieſcet, ſi [9] hunc ſaltem

1 *VELIO CEREALI S.*] Bongarſ. *Veleio Cereali.* Riccard. & Mediceus: *Ceriali*, ut Lib. II. Epiſt. XIX. Riccard. praeterea ut & Oxon. Nomen *Velio* omittit, recte, & ex more Secundi.

2 *Helvidiarum ſororum.*] Filiarum, non *Helvidii Priſci* a Veſpaſiano occiſi, ſed *Helvidii* filii a Domitiano interfecti, qui tres liberos ſuperſtites reliquit, duas puellas & puerum Helvidium. Catan.

3 *A partu.*] Partus cauſa. vel poſt partum, utrumque enim Praepoſitio *a* hic ſignificare poteſt. Alias ſaepe praepoſitio *a* ſignificat cauſam, aliquando *poſt*: Tranquillus: *Auguſtus a coena in lecticulam lucubratoriam ſe recipiebat.* Idem.

4 *Enixa.*] Ad partum refertur. Idem.

5 Foecunditas *abſtulit.*] Elegans loquendi genus, & iam Homero notum, qui Iliad. *μ'.* vs. 46.

— τοῦ δ' οὔποτε κυδάλιμον κῆρ
Ταρβεῖ, ὐδὲ φοβεῖται· ΑΓΗΝΟΡΙΗ *δέ μιν ἔκτα.*

Iliad. *ϖ'.* vs. 753.

— ἐὴ τέ μιν ὤλεσεν ΑΛΚΗ.

Hoc multi Latinorum imitati ſunt.

6 *Angor optimorum maritorum.*] Deſunt haec Mediceo.

7 *Actione mea, &c.*] Actione ſc. adverſum Publicium Certum: quod latius declaratur Lib. IX. ad Quadratum. Per *libros* intelligit, qui ad imitationem Demoſthenis contra Midiam ſunt editi. Catan.

8 *Domumque.*] i. familiam. Ovidius:

Tota domus *duo ſunt.*

Prudentius Pſychomach. Praef. extr.

Tunc ſera dotem poſſidens puerpera,
Herede digno patris implebit domum.

Barth. Vide noſtra ad Lucan. Lib. IV. vs. 823.

Caeſareaeque domus *ſeries.*

Probe etiam *domum fundatam*, & *fulcire domum* de liberis, ut Seneca ad Marc. cap. XV. de Auguſto: *adoptione deſertam domum* fulſit, & Statius IV. Silv. VII. vs. 29.

Sed damus lento veniam, quod alma
Prole fundaſti *vacuos penates.*

Ea & plura dabunt Cl. Drackenb. ad Silii Lib. II. vs. 65. & Celeb. Burmann. ad Valer. Flacc. Lib. I. vs. 721. Male ergo, & ex ſolita confuſione Mediceus: *fulgit ac ſuſtinet.*

9 *Hunc ſaltem* fortem *&* *incolumem.*] Operarum

tem fortem & incolumem, paremque illi [1] patri, illi avo fortuna ſervaverit. Cujus ego pro ſalute, [2] pro moribus, [3] hoc ſum magis anxius, quod unicus factus eſt. Noſti in amore mollitiem animi mei, noſti metus. Quo minus te mirari oportebit, quod plurimum timeam, de quo plurimum ſpero. *Vale.*

XXII. C. PLINIUS [4] RUFO SUO S.

Apud Viennenſes celebrabatur certamen gymnicum, quod cum Trebonius tollendum curabat, advocatus eſt in conſilium Secundus ab Imp. Trajano cum multis. Mauricus ſententiam rogatus cenſuit omnino tollendum, addens, utinam Romae quoque removeri poſſet: inde tranſgrediens non importune ad Imp. Nervam, fortitudinem Maurici multum laudat.

INterfui Principis optimi cognitioni, in conſilium aſſumptus. [5] Gymnicus agon apud [6] Viennenſes ex cujuſdam teſtamento [7] celebrabatur. Hunc

rarum incuria illud *fortem* exſulat ab Hackiana', quod notat bene valentem, ut ſupra Epiſt. I. n. 7.

1 *Patri.*] Helvidio occiſo a Domitiano. Quod quaſi ſcenico exordio ſub perſona Paridis & Oenones divortium Imperatoris cum uxore tractaſſet. CATAN.

2 *Pro moribus.*] Ut bonis imbuatur. *Mos* inquit Varro, *eſt judicium animi, quem ſequi debeat conſuetudo.* Julius Feſtus de verborum ſignificationibus *morem* teſtatur eſſe inſtitutum patrium pertinens ad religiones cerimoniasque majorum. At Horatius, Columel. Mart *morem* pro modo poſuere. CATAN.

3 Hoc *ſum magis anxius.*] *Hoc* non habet Optimus: ceteri omnes tenent.

4 *SEMPRONIO RUFO SUO.*] Mediceus & Riccard. Nomen *Sempronio* delere iubent, quibus obedivi; Contra in Oxon. *Rufo* non legitur.

5 *Gymnicus agon.*] Certamen, quo nudi exercebantur, & maximos labores perpetiebantur. Prima Olympiade *agon gymnicus* actus, in quo Chorebus Helienſis victor extitit; deinde complures per Graeciam celebrati, quorum Graeca epigrammata ſaepe meminerunt: conſtituti autem in honorem mortuorum ad imitationem Mauſoli, cui Artemiſia conſtructo monumento Mauſoleo & diis manibus dicato, *agona* laudibus ejus dicundis fecit, propoſuitque praemia pecuniae, aliarumque rerum bonarum ampliſſima. Graecos Itali, & multae provinciae poſtea ſecutae ſunt. Ἀγὼν Graeca dictio, qua utuntur Latini, & certamen ſignificat, & γυμνικὸς nudus: deducitur ἀπὸ τοῦ συνάγεσθαι, ſeu παρὰ τὸ ἄγω, ἀγὼν, quod ferat multam moleſtiam, & moerorem. Quinque ſignificat, locum, multitudinem ſpectatorum, congregationem cujuſque rei, certamen, templum. In commentariis Iliadis inveniſſe refert Hammonius eſſe locum rotundum ſine angulis. Nam Homerus & Thucydides *agona* intelligi etiam volunt pro gymnaſio. *Agon* praeterea ſacrorum verborum, quo ſacerdos percuſſurus victimam utebatur. CATAN. Lege Alciatum Lib. I. Parerg. cap. XXII. BARTH.

6 *Viennenſes.*] *Vienna* Allobrogum metropolis, juxta Rhodanum ſita civitas mediterranea, olim vicus, poſtea in civitatis formam redacta, a clariſſimis Allobrogum habitata, facta eſt colonia, & vetuſtate & dignitate clara. Vitellii principatu ob iram Lugdunenſium fere everſa. Stephanus ab urbe in Creta ejuſdem denominationis appellatam *Viennam* refert: ſiccitate olim univerſam inſulam occupante, in aliena loca incolae coloniam deduxerunt accepto oraculo, ut habitarent, ubi vidiſſent locum paludoſum. CATAN.

7 *Celebrabatur.*] Mediceus, Bongarſ. Helmſt. & Ed. Vet. *celebratur.*

Hunc [1] Trebonius Rufinus, vir egregius, nobisque amicus, in [2] Duum-
2 viratu tollendum, abolendumque curavit. [3] Negabatur ex auctoritate
publica feciſſe. Egit ipſe cauſam non minus feliciter, quam diſerte.
Commendabat actionem, quod [4] tanquam homo Romanus, & bonus
3 civis in negotio ſuo mature & graviter loquebatur. [5] Quum ſententiae
perrogarentur, dixit Junius Mauricus (quo viro nihil firmius, nihil
verius) non eſſe reſtituendum Viennenſibus agona: adjecit, *Vellem etiam*
4 *Romae* [6] *tolli poſſet*: Conſtanter, inquis, & fortiter. Quidni? [7] Sed hoc
a Maurico novum non eſt. Idem apud Nervam Imperatorem [8] non
minus

1 *Trebonius Rufinus.*] Occurrunt nobis plures *Rufini* per illa tempora. *Fabius Rufinus* vir egregius: *Caecilius Rufinus* tradente Dione: *Junius Rufinus*, quem Ulpianus meminit praefectum vigilum ſub Severo & Antonino, & Calliſtratus Proconſulem Macedoniae ſub Adriano. Fuit & *Apulejus Rufinus*. *Licinium Rufinum* reſcripſiſſe Julio Paulo JCtus Paulus recitat. CATAN.

2 *Duumviratu.*] In oppidis, quibus datum jus Latii, fuit magiſtratus *duumviratus* dictus, quod ſcilicet duo tantum eſſent in eo officio. Spartianus in Adriano: *Per Latina oppida Dictator, & Aedilis, & Duumvir fuit.* Paulus titulo de actionibus, & Ulpianus de damno infecto teſtantur, *duumviratum*, fuiſſe magiſtratum municipalem: iidem alibi auctores ſunt, extitiſſe dignitatem proximam decurionatui, qua, niſi decuriones, fungi nulli poterant. IDEM. Vulgo erat: *in duumviratu* ſuo *tollendum* cet. ſed hanc liberalitatem damnavit Mediceus, Lindenbr. Voſſ. & quidam impreſſi. De *duumviratu* meliora, quam dedit Catanaeus, pete ex Sigon. Lib. III. de ant. iur. Ital. cap. IV.

3 Negavit *ex auctoritate p. f.*] Sic quidem Stephanus & quidam recentiores, ſed contra ſententiam. Revocavi ex Optimo, Riccard. Helmſt. Bongarſ. Ed. Vet. Aldinis, ceteriſque melioribus *Negabatur*.

4 *Tanquam Romanus.*] Ejus enim oratio gravis & libera fuit, more priſcorum Rom. vel tanquam Romanus, quia Vienna fuit Romanorum colonia. CATAN.

5 *Cum ſententiae* rogarentur.] Helmſtad. Arnz. Oxon. & Ed. Vet. *prorogarentur*. Scribendum nempe cum Mediceo, Riccard. & Edd. Aldinis: *perrogarentur*. Lib. VI. Epiſt. XXII. n. 5. *Fecit pulcherrime Caeſar: non enim de Bruttiano, ſed ſtatim de Atticino* perrogavit. Paneg. cap. LX. *Parum eſt, ut cenſentes audias, niſi &* perrogas. Seneca Epiſt. CII. *Ad gloriam & famam non ſatis eſt unius opinio. illuc idem poteſt unius ſententia, quod omnium, quia omnium ſi* perrogetur *una erit.* Iuſtinus Lib. XXXI. cap. V. *Dicitur omnibus* perrogatis *poſtremum interrogaſſe*. ibi plura interpretes dabunt. CORTE.

6 *Tolli* poſſet.] Voſſ. *poſſe*, quod ſtatim patronum reperit Gryphium.

7 *Sed hoc* Maurico *novum non eſt.*] Helmſtad. & Ed. Vet. *Sed hoc* fortiter *Maurico novum non eſt*, quod ex abſurda Gloſſa inſertum eſt. Contra vehementer amo primarias membranas, quae, ut aliis infinitis locis, hic nitorem ſuum Secundo reddunt. habent enim, *ſed hoc* a Maurico *novum non eſt. A Maurico* idem eſt, ac *a Maurico provenire*, ſive, *Maurici*, ſive alio quocumque modo reddideris. Cicero III. Fam Epiſt. XIII. n. 2. *Quis enim ad me non perſcripſit, te non ſolum auctoritate orationis, ſententia tua*, quibus *ego* a tali viro *contentus eram, ſed etiam opera, conſilio ... nullum munus officii cuiquam reliquum feciſſe.* Ubi iam olim hoc dicendi genus illuſtravimus, quod etiam fecit I. Fr. Gronovius ad Livii Lib. XXVII. cap. V. producto alio loco Tullii. addo tertium, quia ab viris eruditiſſimis male eſt habitus, Lib. V. de Finib. cap. XVI. *Quod praeceptum, quia maius erat, quam ut* ab homine *videretur, idcirco adſignatum eſt deo.* male ſubiiciunt: *quam ut ab homine traderetur.* Tale eſt Marcian. Capell. Lib. II. pag. 47. *Ac demum* dos a virgine *non deeſſet.* Emaculandus eſt etiam Caeſar Lib. V. B. Gall. cap. LIV. extr. *Tantum ſe eius opinionis deperdidiſſe, ut* a populo Romano imperia *perferrent, graviſſime dolebant.* Hoc ex ſeptem MSS. notatum habemus. Vulgo editur: *populi R. imperia.* At figuram talem obſervavit in Caeſare iam Brantius ad VII. B. Gall. cap. XVII. *Nulla tamen* vox *eſt* ab iis *audita populi R. maieſtate & ſuperioribus victoriis indigna.* CORTE.

8 *Non minus fortiter.*] Haec verba non ſunt delenda. BARTH. Vetant fieri praeſtantiſſimae membranae & Ed. Vet. & ſenſus. Alii pro his tan-

minus fortiter. Coenabat Nerva cum paucis: [1] Vejento proximus, atque etiam in ſinu recumbebat. Dixi omnia, quum hominem nominavi. Incidit ſermo de [2] Catullo Meſſallino, qui luminibus [3] captus, ingenio ſaevo mala caecitatis addiderat. Non verebatur, non erubeſcebat, non miſerebatur. [4] Quo ſaepius a Domitiano non ſecus ac tela, 5

tantum *forte* habent, idque cum ſequentibus iungunt. Ortum hoc ex vitio, quod aperit Riccard. in quo legitur: *non minus forte.*

1 *Vejento.*] *Fabricius Vejento* Senator, Domitiani temporibus, adulator & delatorum defenſor: teſtimonio tamen Juven. prudens, quod adulando evitaret Tyranni crudelitatem. Sub Nerone a Talio Geminio accuſatus, quod multa probroſa in patres & ſacerdotes compoſuiſſet. *Vejentonis* uxor fuit *Hippia*, quae relictis omnibus ſuis Sergium Gladiatorem moechum in Aegyptum uſque ſecuta eſt. CATAN.

2 *Catullo Meſſallino.*] Is Senator delationibus pollens, nec minus adulatione Domitiano carus. Unde nimirum utroſque conjunxit Juven. Sat. IV. caecum *Catullum* demonſtrans. Hic Libyae rector ſub Veſpaſiano & Tito multa crudelia commiſit: ſed eorum clementia quamvis deprehenſus poenam fugit, non multo poſt multiplici morbo & inſanabili correptus acerbiſſime, non corporis tantum cruciatus ſuſtinebat. Nam erat illi major animi morbus & gravior, terroribus expaveſcebat, & crebro videbat ſibi inſtantes occiſorum manes: quare exclamans, cum contineri non poſſet, exiliebat ſtratis tanquam tormentis ſibi & flammis adhibitis: quo magis invaleſcente malo extisque defluentibus, ac inteſtinis exhauſtis, moritur. Hunc igitur & crudelitatis indicio, & quod ſub Domitiano plurimum potuit, luſcum, nec penitus caecutientem, Juvenalis repraeſentatum in tragoedia a Damaſippo, cujus natales fuerant clari, taxat Sat. VIII. CATAN. *De Catullo Meſſallino* eſt in Mediceo, Helmſt. & Ed. Vet. At Voſſ. & Arnz. *de Catulo*, ut Aldus & Gryphius ediderunt. perperam. Vide Iuvenal. Sat. IV. vs. 113. Lindenbr. tantum *de Meſſallino*, & ſic Oxonienſis, atque Tacitus Agric. cap. XLV.

3 *Orbatus.*] *Captus* alii. Fuit in ſecunda ſcriptura *luſcus*: & caecutientem puto, non omnino caecum: ut Secundus & Juvenalis, vitium corporis in majus extollentes, ad animum referunt. Quamvis caecus pro alio poſtulare non poſſit: tamen & Senatorium ordinem retinet & judicandi officio fungitur, & magiſtratum acceptum retinet, ſed novum aſpirare prohibetur.. Ulpianus. CATAN. Durum omnino *luminibus orbatus*, neque melius Helmſtad. *luminibus orbus.* Repoſui ex Optimo & Lindenbr. *luminibus captus.* Sic Virgilius I. Georg. vs. 183.

Aut oculis capti *fodere cubilia talpae.*

quod *oculis debiles* exponit Servius, nec aliter Nonius cap. IV. n. 48. ubi Mercerum conſulas. Nec aliter Ariſtoteles Lib. IV. Hiſt. Anim. cap. VIII. De Appio Caeco Ovidius VI. Faſt. vs. 204.

— — lumine captus *erat.*

Ita Livius Lib. II. & Cicero: *captus omnibus membris*, & Salluſtius apud Aruſianum, ut & Livius Lib. XLIII. cap. VII. *captus pedibus.* Adde Raevard. Conieſt. Lib. III. cap. XVIII. CORTE.

4 *Saepius a Domitiano, &c.*] Palatinus praemittit voculam *quo*, ut & Mediolanenſis editio, alia vero, ſed ſine nomine loci, *quod.* Id ſi admittimus, neceſſe fuerit ſic omnia diſtinguantur: *qui luminibus orbatus ingenio ſaevo mala caecitatis addiderat* (*non verebatur*, *non erubeſcebat*, *non miſerabatur*) *quod ſaepius a Domitiano*, *&c.* ſed enim ne quid diſſimulem, iidem libri habent *contorquebat*, non *contorquebatur.* GRUTER. Notat Gruterus, libros veteres hic praemittere *quo* vel *quod*, putatque cohaerere cum ſuperioribus, & ideo verba *non verebatur*, *non erubeſcebat*, *non miſerebatur*, includenda Parentheſi. Mallem & ego retinere *quod*, ſed coniungere cum his verbis, ut ſit ſententia, non verebatur, non erubeſcebat, ob hanc cauſſam, quod ſe ſciret Principis Domitiani ita exſequi mandata, quod intelligeret, ſe a Domitiano uſurpari loco teli caeci. SCHEFFER. Perperam & Gruterus, & Schefferus, quia veram lectionem deſeruerunt. Scribendum ſine controverſia ex Mediceo, Lindenbr. Voſſ. & Helmſt. Quo *ſaepius a Domitiano* cet. Senſus eſt: Quia Catullus caecus erat, & eam ob cauſſam non verebatur, non miſerebatur, *propterea* ſaepius a Domitiano cet. *Quo*, eſt *propter quod*; cuius rei ignorantia tenebras induxit. Docuimus ad Salluſt. Cat. cap. I. n. 3. Quo *mihi rectius videtur*, *ingenii quam virium opibus gloriam quaerere.* CORTE.

la, quae & ipſa [1] caeca & improvida feruntur, in optimum quemque
6 [2] contorquebatur. De hujus nequitia, ſanguinariisque ſententiis, in commune omnes ſuper coenam loquebantur. [3] cum ipſe Imperator, *Quid putamus paſſurum fuiſſe, ſi viveret?* & Mauricus, [4] *Nobiſcum*
7 *coenaret.* Longius abii, libens tamen. Placuit agona tolli, qui mores Viennenſium infecerat, ut [5] noſter hic omnium. Nam Viennenſium vitia [6] intra ipſos reſidunt, noſtra late vagantur. Utque in corporibus, ſic in imperio graviſſimus eſt morbus, qui a capite diffunditur. *Vale.*

XXIII. C. Plinius [7] Basso Suo S.

Laudat Pomponium Baſſum, quod jam ingraveſcentibus annis ſeceſſum ſuum

1 *Caeca & improvida.*] Tela ſatis Poetice dixit. Lege Euripid. Herc. Fur. vs. 199. & quae nos ad Lucanum.

2 *Contorquebatur.*] Notat ſupra Gruterus, veteres ſuos habere *contorquebat*, quod & ex noſtris Riccard. Oxon. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. praeferunt, ſed mendoſe. Alterum vindicat Optimus, & Bongarſ. Lindenbr. Voſſ. cum Aldo. Mox *de huius nequitia* habent omnes meliores libri, non *de eius.*

3 Tum *ipſe imperator.*] Praeſtantiſſimus: cum *ipſe imperator*, eleganter ſimul, & veriſſime. Sic Lucanus Lib. VIII. vs. 612.

— — — *iam venerat horae*
Terminus extremae, Phariamque ablatus in alnum
Perdiderat iam iura ſui: cum *ſtringere ferrum*
Regia monſtra parant.

Sic ibi legendum eſſe, fuſe ad ipſum Annaeum demonſtravi, productis bene multis eiusdem erroris exemplis, ex melioribus libris corrigendis. Vulgo & illic dabant: tum *ſtringere ferrum.* Noſter Lib. VI. Epiſt. XXIV. n. 2. *Navigabam per Larium noſtrum*, cum *ſenior amicus oſtendit mihi villam.* ibi etiam MS. Helmſt. inepte: tum *ſenior amicus.* Corte.

4 *Nobiſcum coenaret.*] Id eſt, eſſet conviva tuus Imperator, quemadmodum Vejento malus. Quod fuit libere dictum, adverſus tamen Principem mitem & deſpectui habitum propter ſenectutem & debilitatem auctore Dione. Catan. Nihil mutandum, data enim opera hoc Maurici dictum enarrat Victor iunior, ſeu Victorinus in Nerva. Barth. Locus eſt apud Aur. Victorem in Epitom. cap. XII. n. 5. Hic autem Gryphius & quidam alii corrupte exhibebant: *ſi viveret, & Mauricus nobiscum coenaret*, quod vitium vel coecus animadverteret.

5 *Noſter hic.*] Agon gymnicus. Nam ſcena & theatrum mores Rom. corrupere. Livii abbreviator, cum locatum a Cenſoribus theatrum extrueretur, P. Cor. Naſica auctore tanquam inutile & nociturum publicis moribus ex S. C. deſtructum eſt. Quam rem latius tractat Divus Auguſtinus primo de Civit. Dei. Et Tertullianus aſſerit Theatra ſtuprandis moribus nata. Tacitus refert quoſdam incuſaſſe Cn. Pompejum quod manſuram theatri ſedem poſuiſſet, dum in theatro conſidet populus, totos dies ignavia conſumere, & patrios mores paulatim abolitos funditus everti per accitam laſciviam, ut quod uſquam corrumpi & corrumpere queat, in urbe viſatur, degeneretque ſtudiis externis juventus, gymnaſia, & ocia, & turpes amores exercendo. Catan.

6 *Intra ipſos* reſident.] Ita deteriores impreſſi. At Mediceus, Riccard. Lindenbr. Oxon. Voſſ. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *reſidunt*, quod nec Aldus, Gryphius, Minos, Gruterus ſpreverunt. Placuiſſe hanc extremitatem Secundo, probavimus ad Lib. III. Epiſt. I. n. 5. ubi *conſidit*, & *reſidit* ſimiliter extulit.

7 *POMPONIO BASSO SUO.*] Mediceus nude: *Baſſo Suo*, & ſic ſolet ſemper.

1 Ut

ſuum prudenter diſponat: optatque ſibi aliquando dari parem occaſionem, qua ſine dedecore poſſit tranſigere vitam otioſam.

MAgnam cepi voluptatem, cum ex communibus amicis cognovi,
te, [1] ut ſapientia tua dignum eſt, & diſponere otium, [2] & ferre,
habitare amoeniſſime, & nunc terra, nunc mari corpus agitare: mul-
tum diſputare, multum audire, multum lectitare: quumque plurimum
ſcias, quotidie tamen aliquid addiſcere. [3] Ita ſeneſcere oportet virum, 2
qui [4] magiſtratus ampliſſimos geſſerit, exercitus rexerit, totumque ſe
[5] Reip. quamdiu decebat, obtulerit. Nam & [6] prima vitae tempora, 3
& media patriae, extrema [7] nobis impertire debemus, ut ipſae leges
monent, [8] quae maiorem annis LX. otio reddunt. Quando mihi li- 4
cebit?

1 *Ut ſapientia tua dignum eſt.*] Sic blanditur ſaepe Cicero Caeſari, ut pro Ligario, Marcello, Deiotaro, alibi. Barth.

2 *Et ferre.*] Quomodo Horatius: *bene diſce magnam ferre fortunam.* Cicero: *bene ferre aetatem*, & Sulpicius ad Ciceronem: *pulcherrime ferre ſecundam fortunam.* Barth. Adde Salluſt. Cat. cap. X. n. 2. Paullo ante male Gruterus aliique recentiores *&* omittunt: & *diſponere*, quod tamen in omnibus ſcriptis & Edd. Vett. habetur.

3 *Ita ſeneſcere* oportet *virum.*] Optimus excludit verbum *oportet*. Sic a verbo *cognovi* oratio penderet. Sequentia tamen & in primis illud *debemus* n. 3. vulgatam tuentur.

4 *Magiſtratus.*] Dignitates. *Magiſtratus* aut perſonam ipſam demonſtrat, ut cum dicimus magiſtratus juſſit, aut honorem, ut ſi dicatur Mario datus eſt magiſtratus. Ulpianus ff. ſecundo inquit, *Magiſtratus eſt vel is, qui in poteſtate aliqua eſt, ut puta Proconſul, vel Praetor, vel qui provincias regunt.* Omnino hi dicuntur eſſe in magiſtratu, qui per imperia potentiores fiunt, quam privati. *Magiſtrare* enim regere & moderari ſignificat. Tacitus inter magiſtratus tantum recenſet, quaeſturam, aedilitatem, tribunatum, praeturam, conſulatum. Catan.

5 *Reip.*] Ad uſum publicum & communem utilitatem. Curiales omnes interminatione moneri jubet Imperator, ne civitates fugiant, aut deſerant, rus habitandi cauſa: fundum, quem civitati praetulerint ſcientes, fiſco eſſe ſociandum, eoque jure ſe eſſe carituros, cujus cauſa impios ſe patriam vitando demonſtraverint. Idem. *Quamdiu decebat* omnes libri, non, quod non nemini placuit, *licebat. Senibus enim induſtria ſera, turpis ambitio eſt*, ut ſcribit Lib. III. Epiſt. I. n. 2. ubi vide.

6 *Prima vitae tempora.*] *Hominem in freto vivere debere, in portu autem mori*, Seneca ait. quo dicto ſignificat, hominem in juventa ſemper negotiari debere, in ſenectute autem otiari. Catan.

7 *Nobis* impertire *debemus.*] Riccard. & Lindenbr. *nobis* imperare *debemus.* Helmſt. & duo alii cum Ed. Vet. *impartire.* Haec ſcriptura paſſim libris vett. placuit. Mamert. Paneg. Maxim. Hercul. cap. III. impartito *tibi imperio.* Eumen. pro reſtaur. Sch. cap. XIX. *Liberalitate, quam fovendis honorandisque litterarum ſtudiis* impartiunt. ita hic & aliis locis Edd. at neglexerunt Mamert. Paneg. Iulian. cap. XXI. *Qui aures etiam veris laudibus gravatus* impartiat. ſic ſcriptum vidimus in adcurato MS. Guelferbytano. Lactant. de Opif. D. cap. XI. *Quibus concoctis & liquefactis, vitales ſuccos membris omnibus* dispartiret. Sic MS. quem contulit Lindenbrogius. Sueton. Auguſt. cap. X. *Ne publicum quidem & tranſlatitium ius ulla in re ſibi* impartiente, ut eſt in membranis noſtris. Talia ſunt *adſpargere*, *refrangere*, *praefacere*, *digradi* & alia, notiſſima illis, qui Codd. vett. tractarunt. Vide ad Lib. I. Epiſt. XII. n. 7. Sed cum hic antiquiſſimae membranae *impertire* praeſtent, ab iis potius ſtandum erit. Corte.

8 *Quae maiorem annis* LX. *otio reddit.*] Scio, quae Varro tradidit de Sexagenariis otio reddendis apud Nonium cap. XII. n. 22. cui iungas licet Feſtum in *Sexagenarios.* Memini etiam illius Senecae de Brev. Vit. cap. XX. *Lex a ſexageſimo anno ſenatorem non citat*, pro quo M. Seneca Lib. I. Controv. VIII. pag. 138. *ſexageſimum quintum* ponit. Cuiacio hoc ita certum clarum videbatur, ut ad Leg. 3. Cod. *qui aet. vel profeſſ. ſe exc.* ex hoc loco probaret, LX. annum olim in urbe excuſationi ſuffeciſſe, cum in municipiis &

cebit? quando per aetatem honeſtum erit imitari iſtud pulcherrimae quietis exemplum? quando ſeceſſus mei, non deſidiae nomen, ſed tranquillitatis accipient? *Vale.*

XXIV. C. Plinius [1] Valenti Suo S.

Quum dixiſſet apud centumviros, ubi nullos habebat in dicendo ſocios eorum, quos primo habuerat, conqueritur de fragilitate humana & mutabilitate fortunae, exemploque ſuo docet, quam varia, quam lubrica ſit.

PRoxime cum apud centumviros [2] [in quadruplici judicio] dixiſſem, ſubiit recordatio egiſſe, me juvenem, [3] aeque in
2 quadruplici. [4] Proceſſit animus, ut ſolet, longius: coepi reputare, quos in hoc judicio, quos in illo ſocios laboris habuiſſem. Solus eram, qui in utroque dixiſſem: [5] tantas converſiones, aut [1] fra-

& coloniis annum veniae legitimum LXX. fuiſſe exiſtimet, nihil motus, quod dicta lege *quinquageſimus quintus* annus definiatur. Sed Plinii auctoritate poſtea abuti non licebit. Nam ſcripti Codd. Mediceus, Riccard. Lindenbr. Voſſ. Helmſtad. Oxon. Arnzen. & Ed. Vet. habent ſaltem: *quae* maiorem annis *otio reddunt*, ut annorum numerus non exprimatur. *Maiorem annis* dixit ſeniorem, ut *maior natu*, *maior aevo*, *maior aetate* obvia ſunt, ut *annis aequalis*, *annis par*, *annis fortior*, *maturior*, *gravis*, apud Ovid. XIV. Metam. vs. 617. ad Liv. vs. 447. III. Am. Eleg. VII. vs. 42. & alibi. Sic in multis Codd. Maronis II. Aen. vs. 339.

— — — — & maximus annis
Aepitus.

ubi alii *maximus armis*. Nihil tamen pronuncio, ut qui ſciam, quam ſaepe numerorum notae ab librariis fuerint neglectae. CORTE.

1 *Fabio Valenti.*] *Fabius Valens*, cui haec ſcribitur epiſtola, Conſul cum Vetere fuit, cum reſp. diu preſſa tandem in Nervam reſpiraſſet: illo Antoninus Pius, quod erat vir peritus, uſus eſt familiariter. *Valentis* Juriſconſulti meminit Paulus titulo de fideicommiſſariis hereditatibus. *Fabium Valentem* leges apud Tacitum, legatum, Vitellianas partes ſecutum, cui agmen agenti praeceſſit aquila clangore laeto: is non multo poſt Urbini in cuſtodia interfectus eſt, & caput Vitellianis cohortibus oſtentatum, ne quam ultra ſpem foverent. CATAN. Recentiores ſcripti *Fabio Valenti*, ut maior pars impreſſorum. At Mediceus, Lindenbr. Helmſt. ſolummodo: *Valenti Suo*; Oxon. *Fabio Suo.*

2 *In quadruplici iudicio.*] Abſunt haec ab Oxon. Riccard. Lindenbr. & Voſſiano, ut merito uncis ea circumdederint quidam impreſſi, quidquid Gruterus contradicat. Neque enim *quadruplex iudicium* aliud eſt, quam *centumvirale*, & altera adpellatione contentus fuit Lib. I. Epiſt. V. n. 4. Epiſt. XVIII. n. 3. alibi.

3 *Aeque in quadruplici. &c:*] Revocandam putavi lectionem codicis Palatini, confirmatam praeſertim auctoritate omnium editionum, etiam Aldinae, agnitamque etiam a Catanaeo. Vulgati nuper, *in quadruplici judicio*: *proceſſit*, *&c.* quae cum ſe ita habeant, liquet, injuſte recentiores impreſſi prius illud *in quadruplici judicio* habeant uncis utrimque ſeptum, tanquam ſi ſpurium eſſet. GRUTER. Unus Voſſ. *aeque in quadruplici iudicio*; Ceteri omnes vocabulum ignorant.

4 *Proceſſit animus.*] Varro Satyra Menipp. *Mitto animum ſpeculatum* cet. BARTH. Cicero pro Archia cap. I. *Nam quoad* longiſſime *poteſt* mens *mea* reſpicere *ſpatium praeteriti temporis*, *& pueritiae memoriam recordari ultimam*, *inde usque repetens* cet.

5 *Tantas* converſiones.] Mediceus: *tantas converſationes.* Nimirum deterior aetas *converſationem* pro *converſione* dixit, ut Caelius Aurel. Lib.

[1] fragilitas mortalitatis, aut fortunae mobilitas facit. Quidam ex his, 3
qui tunc egerant, [2] deceſſerunt, exſulant alii: huic aetas, & valetudo
ſilentium ſuaſit: hic ſponte beatiſſimo otio fruitur: alius exercitum
regit: illum civilibus officiis Principis amicitia exemit. Circa nos 4
ipſos quam multa mutata ſunt, [3] ſtudiis proceſſimus, ſtudiis periclitati
ſumus: rurſuſque proceſſimus. [4] Profuerunt nobis bonorum amici- 5
tiae, bonorum obfuerunt, iterumque proſunt. Si computes annos,
[5] exiguum tempus: ſi vices rerum, [6] aevum putes. Quod poteſt eſſe 6
docu-

Lib. II. Acut. cap. XXXVII. *Alterna* converſatione *alterius loci frigus accipere.* Sic & Pſeudo-Antonius Muſa ad Maecenatem de tuenda valetudine, & id genus alii ſcriptores. Hinc librariis ex ſaeculo haeſit, ut paſſim & aliis obtruderent. Sic apud Sulpic. Sever. de Vita Mart. cap. XXII. pro *melioris vitae converſione*, quod alii in MSS. & nos in veterrimo legimus, vulgo editur *converſatione*, & in eodem ſenſu Hegeſippus Lib. I. cap. XXIX. *Ne quando ulla* rerum converſione *recurſus ei pateret ad ſacerdotium*, MS. *converſatione.* & eodem Cap. ad fin. *Adſumta ex tanta* rerum converſatione *miſericordia*, ſic optimae etiam membranae a prima manu, quae tamen ipſa ſyllabam *at* punctis confodit. Cap. XXXI. *At ille, quem tanta* rerum converſio *admonere debuit miſericordiae*, ſic hoc loco tres MSS. noſtri, & Edd. At Lib. IV. cap. XVIII. editur: *Lucernam accenſam ferunt aquis ſupernatare, ſine ulla* converſatione *exſtincto demergi lumine.* At veterrimus noſter, ut & Codex Collegii Corp. Chriſti apud Cantabrigienſes, cuius Exerpta habemus: *ſine ulla converſione.* Simile mendum occupaverat Tullium XI. Philipp. cap. XI. ubi pro: *in tanta rerum converſione*, olim vulgabant: *in tanta rerum concurſatione.* Librario itaque & hoc loco tribuo *tantas converſationes*, non Plinio. CORTE.

1 *Fragilitas mortalitatis.*] Vita mortalium fragilis. Juriſconſulti frequenter uſurpant mortalitatem pro morte. Ulpianus: *Is qui in reatu decedit, integri ſtatus decedit: extinguitur enim crimen mortalitate.* Et ſemel ut annotarim Tranquil. *In ultima*, inquiens, *cognitione pro tribunali acceſſiſſe Neronem ad finem mortalitati: pronunciaſſe.* Et Valerius pro ipſis *mortalibus.* Lib. IX. CATAN. Adde infra Lib. X. Epiſt. L. n. 4. & iunge notam ad Salluſt. Cat. cap. I. n. 5. unde patebit recte hic pro *humanitate*, ſeu potius *hominibus* poni. Hinc & *genus mortale* homines Lucano Lib. VI. vs. 614.

— — — — *unoque ſub ictu*
Stat mortale genus.

Ita enim ex MSS. legendum eſſe, pro Vulgato: *Stat genus humanum*, ibi demonſtravimus.

2 *Deceſſerunt.*] Riccard. Oxon. & Lindenbr. *receſſerunt.* male. Statim Mediceus: *alii exſulant.*

3 *Studiis proceſſimus.*] Sub Domitiano, cum egit pro Julio Paſtore in centumvirali judicio adverſum potentiſſimos civitatis, & Domitiani amicos: qua actione, quia bene ceſſit, ſummam famam eſt adeptus & magiſtratus, quod in fine Panegyrici obſcurius complectitur: *Vos*, inquit, *patres conſcripti credite, ſi curſu quodam provectus ab illo inſidioſiſſimo Principe, antequam profiteretur odium bonorum, poſtquam profeſſus eſt, ſubſiiti, cum viderem quae ad honores compendia paterent, longius iter malui.* CATAN.

4 *Profuerunt nobis, &c.*] Pal. & Edd. ante Aldum *profuerunt nobis bonorum amicitiae, & obſuerunt*, excluſa repetitione verbi alterius; neque improbem. GRUTER. Ita eſt in ſcriptis recentioribus & Edd. Vett. ut indicavit Gruterus, ſed duobus vocabulis transpoſitis: *profuerunt nobis amicitiae bonorum & obſuerunt.* Sed Optimus: *profuerunt* bonis *bonorum amicitiae, bonorum* defuerunt, *iterumque proſunt.* Ex quo patet, non temere Aldum aliosque *ò bonorum* iterare. Cetera vitia lectionis Mediceae librario debentur, ut adeo a Vulgata, quae totidem verbis in Riccard. & Bongarſ. non proletariis libris, habetur, non ſit recedendum. Ante Domitianum proderat Plinio amicitia bonorum, ſub Domitiano obfuerat, poſtea ſub Nerva & Traiano rurſus proderat. Sic etiam verba ſuperioribus, ubi de ſtudiis loquitur, exacte reſpondent. In rem vide Buchnerum infra ad Lib. V. Epiſt. I. n. 8.

5 *Exiguum tempus.*] Non multi anni. Nuſquam enim comperio Secundum perveniſſe ad ſenium, quod tantopere votis petierat. CATAN.

6 *Aevum.*] Aeternitatem. Dictum *aevum* ab aeternitate omnium annorum: hinc *aeviternum*: & per ſyncopen *aeternum.* Et Cenſorinus, inquit, *Ceterum de aevo, quod eſt tempus unum & maximum*,

documento, nihil deſperare, nulli rei fidere, cum videamus, tot varietates tam volubili orbe circumagi. Mihi autem familiare eſt, omnes cogitationes meas communicare, iiſdemque te vel praeceptis vel exemplis monere, quibus ipſe me moneo, quae ratio hujus epiſtolae fuit. *Vale.*

XXV. C. PLINIUS [1] MAXIMO SUO S.

Revocata lege de ſuffragiis, prius factum laudaverat, quia repentinum, ſed ſcripſerat verendum, ne procedente tempore vitia aliqua naſcerentur, quod cum eveniſſet, impudentiam ſuffragatoris taxat.

SCripſeram tibi verendum eſſe, ne [2] ex tacitis ſuffragiis vitium ali-
2 quod exiſteret. Factum eſt. proximis comitiis in quibusdam ta-
bellis multa jocularia, atque etiam foeda dictu: in una vero pro
3 [3] candidatorum nominibus, ſuffragatorum nomina inventa ſunt. Ex-
canduit Senatus, [4] magnoque clamore ei, qui ſcripſiſſet, iratum
Principem eſt comprecatus: ille tamen fefellit, & latuit, fortaſſe
etiam

ximum, non multum eſt, quod in praeſentia dicatur. Eſt enim immenſum, ſine origine, ſine fine: quod eodem modo ſemper fuit, ſemper futurum, nec ad quemquam hominum magis, quam ad alterum pertinet. Secundum vero Hammonium παρὰ τὸ αἰὼν deductum videri poteſt, quod quinque ſignificat, *vitam hominis*, *mille annorum numerum*, *aeternitatem*, auctore Gregorio Nazianzeno, & *ſeptem ſecula* a principio mundi uſque ad reſurrectionem mortalium, & *tergoris medullam*, Hippocrate tradente, ſed longe plura de *aevo* in quodam opuſculo differuit Joannes Damaſcenus. CATAN. Optimus: *ſi vices rerum* computes, *aevum putes.* Alibi quidem eleganter verba iterare ſolet Secundus, hic vero, ubi *putes*, ſequitur, hoc repetitum *computes* aures reſpuunt.

1 *MESSIO MAXIMO SUO.*] Bongarſ. *Meſiano Frunio Suo S.* Oxon. *Meſio Nomimo*, monſtroſa ſcriptura. Ed. Vet. *Meſium*; Riccard. in Indice *Maeſium* vocat: at ipſo contextu aeque, ac Mediceus, tantum *Maximo Suo.*

2 *Et tacitis ſuffragiis.*] Quae per tabellam ferebantur ſine voce. Eſt enim periculum *tacitis ſuffragiis* ne impudentia irrepat. Aliqui legunt, *extractis.* CATAN. *Ne* extractis *ſuffragiis* habent ex noſtris Lindenbr. Oxon. Bongarſ. & Arnz. corrupte. Mediceus: *ne* tacitis *ſuffragiis vitium aliquod exſiſteret.* Lib. III. Epiſt. XX. ad quam reſpicit n. 8. ſcripſerat: *Sed vereor, ne procedente tempore* ex *ipſo remedio vitia* naſcantur. Membranis Etruſcis favere videtur Lucretius Lib. VI. vs. 660.

> Exſiſtit *ſacer ignis, & urit corpore ſerpens*
> *Quamcumque adripuit partem.*

Et Manilius Lib. I. vs. 832.

> *Diverſas quoque per facies accenſa feruntur*
> *Lumina, quae* ſubitis exſiſtunt *nata tenebris.*

3 *Candidatorum, &c.*] In tabellis non ſuffragatorum, ſed candidatorum nomina, quibus ſuffragium ferebant, ſcribere debebant. Hae autem literae, ſecundum Ciceronem de Oratore in dandis ſuffragiis ſubſcribebantur, *A. F. P. R.* id eſt *actum fide Publii Rutilii.* CATAN.

4 *Magnoque, &c.*] Ita reſtitueram pridem ineptam lectionem, quae in multis editionibus legitur. Formula erat illis temporibus uſitata, quae per nefandam adulationem Principi tribuebant, quod priores Deo. Sic Epiſtola V. Lib. VI. *Propitium* Caeſarem *alicui precari.* Et ita accipi ille locus Symmachi Lib. I. Epiſt. VIII. debet: *Ita me Dii Dominis probabilem praeſtent, ut ego hoc tuum carmen libris Maronis adjungo.* Apud Senecam vero ſaepe leges, *Deum precari alicui facilem aut iratum.* CASAUB. Riccard. Lindenbr. Helmſt.

etiam inter [1] indignantes fuit. Quid hunc putamus domi facere, 4
qui in tanta re, tam ſerio tempore, tam [2] ſcurriliter ludat? qui denique omnino in Senatu [3] dicax, & [4] urbanus, & [5] bellus eſt? Tantum licentiae pravis ingeniis adjicit illa fiducia? *Quis enim ſciet?* [6] popoſcit tabellas, ſtilum accepit, demiſit caput, neminem veretur, ſe contemnit. Inde iſta ludibria, [7] ſcena & [8] pulpito digna. [9] Quo te vertas? quae remedia conquiras? ubique vitia reme- 5
diis fortiora. [10] *ἀλλὰ ταῦτα τῶν ὑπὲρ ἡμᾶς ἄλλῳ μελήσει.* Cui multum quo-

Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *magnoque clamore* & *qui ſcripſiſſet*, *&*, pro *ei*, quales errores ſupra etiam adnotavimus.

1 *Indignantes.*] Ipſe cum aliis indignationem ſimulavit, & in numero indignantium fuit. CATAN.

2 *Scurriliter ludat?*] Palat. *laudat*, ut & editio vetus anonyma. Si licet ſuſpicionem proferre, habuerim ultimam illam vocem pro interpretis gloſſa. Certe, apoſiopeſin hic belle locum habere poſſe, nemo temere negaverit; quamvis neque ulla fuerit opus figura, ſi ſequentia iſtis ſtatim adnectamus. GRUTER. *Laudat* eſt in Arnz. & Ed. Vet. Ceteri omnes *ludat*, quod plane tenendum eſt. Quidam Codd. ut Voſſ. & Helmſt. *tam* omittunt, praeferentes *ſcurriliter ludat.* Contra meliores.

3 *Dicax.*] Qui jocoſis ſalibus ludit. Sine dubio *dicax* a dicendo dicitur, ſicut *dicacitas*, quae ſignificat ſermonem cum riſu aliquo inceſſentem. Ideo Demoſthenem *urbanum* fuiſſe dicunt, *dicacem* negant: de quo Cicero de Oratore: *Demoſthenes non tam dicax fuit, quam facetus.* Eſt autem illud acrioris ingenii, hoc majoris artis. CATAN.

4 *Urbanus.*] Novum oſtendit M. Tullius *urbanum* eſſe vocabulum. *Urbanitas* autem dicitur, qua ſignificari videtur ſermo prae ſe ferens in voce, ſono, viſu, proprium quendam guſtum urbis, & ſumptam ex converſatione doctorum tacitam eruditionem. Cui contra *ruſticitas*. IDEM.

5 *Bellus.*] Fabius Lib. VI. *Raro belle reſpondent*, id eſt, feſtive & cum venere. Cicero de Oratore: *Bella eſt familiaris reſponſio, quaſi errantis.* Idem: *Magnum riſum movent magis, ut belle & literate dicta laudantur.* IDEM. Martialis Lib. I. Epigr. X.

Bellus *homo & magnus vis idem, Cotta, haberi.*

BARTH. adde Martial. Lib. III. Epigr. LXIII.

6 *Popoſcit* tabellas.] Lindenbr. & Bongarſ. *tabulas.* Mediceus, *tabulam*, quod probo; aut reponendum *tabellam.* In ſententiam vide Abram. ad Cic. pro Rabir. Poſt. cap. V.

7 *Scena.*] Quae in theatro excitabatur agendarum fabularum gratia. Et ſicut tria fabularum genera, totidem ſcenarum fuerunt, *tragicum*, *comicum*, *ſatyricum.* Placidus grammaticus *ſcenam* eſſe dicit cameram hinc inde compoſitam, quae umbrae loco in theatro erat, in quo ludi actitabantur. Item *ſcenam* vocari arborum in ſe incubantium quaſi concameratam denſationem, ut ſubterpoſitos tegere poſſit. Item compoſitionem alicujus criminis, quae digna ſit agi in theatro exclamationibus tragicis. CATAN.

8 *Pulpito.*] In proſcenio fiebat *pulpitum*, quod Graeci λογεῖον appellant: ideo quod eo tragici & comici actores in ſcenam pergunt. Pro recitantium cathedra Martialis poſuit. IDEM. *Scena & pulpito, &c.*] Theatris, non curia. Hoc eſt, quae hiſtriones ſeu ſcenicos magis, quam Senatores deceant. *Pulpitum* ſuggeſtus in theatro, ubi actores gerebant partes. BUCHNER.

9 *Quo te vertas?*] Mallem ſignum interrogationis hic & poſt ſequentia delere; aut ſcribere: *Quo te vertas? quae remedia conquiras? ubi, quae vitia, remediis fortiora.* SCHEFFER. Nihil hic tentandum, & vulgata optimum ſenſum reddit.

10 Ἀλλὰ ταῦτα, *&c.*] *Sed haec alii, qui ſupra nos eſt, curae erunt*, id eſt, verum haec mala Imperator noſter Trajanus curabit. Poteſt hoc dictum reſpicere illud Apollinis, ἐμοὶ μελήσει ταῦτα καὶ λευκαῖς κόραις, id eſt, *mihi curae erunt haec & candidis puellis.* CATAN. Mancus ſermo. Quorſum enim referas? & τῷ *cui* nihil adeſt. Scribe: μέλει *ſed cui non multum* cet. BARTH. Nullius pretii conjectura, certe non majoris, quam alia ab eodem viro docto adſcripta: τῷ ὑπὲρ ἡμᾶς μᾶλλον μελήσει, per quod unum Deum indicare putabat, & provocabat ad Tertullian. de Teſtim. Animae. Recte Catanaeus cepit, & conſpirant omnes Codd. niſi quod Riccard-

quotidie vigiliarum, multum laboris adjicit [1] haec noſtra iners, ſed tamen effrenata petulantia. *Vale.*

XXVI. C. Plinius [2] Nepoti Suo S.

Pollicetur ſe emendaturum libellos, quos Nepos, iturus in provinciam, comites profectionis ſuae petierat, quin immo novos compoſiturum.

PEtis, ut libellos meos, quos ſtudioſiſſime comparaſti, [3] legen-
dos recognoſcendosque curem: faciam. Quid enim ſuſcipere
2 libentius debeo, te praeſertim exigente? Nam quum vir graviſſi-
mus, doctiſſimus, diſertiſſimus, [4] ſuper haec occupatiſſimus, maxi-
mae [5] provinciae praefuturus, tanti putes ſcripta noſtra circumferre
tecum, [6] quanto opere mihi providendum eſt, [7] ne te haec pars
3 ſarcinarum, tanquam ſupervacua, offendat? Adnitar ergo primum,
ut comites iſtos quam [8] commodiſſimos habeas: deinde, ut rever-
ſus invenias, quos iſtis addere velis. Neque enim mediocriter me
ad nova opera tu lector hortaris. *Vale.*

XXVII.

card. ΤΥ ΑΓΙΑ, pro ταῦτα, & Arnz. περὶ ἡμᾶς, pro ὑπὲρ exhibeat, qui & ἄλλῳ omittit.

1 *Haec noſtra* iners, ſed tamen *effrenata.*] Mediceus: *haec noſtra* inter ſe tam *effrenata petulantia.* Helmſtad. *haec noſtra iners* & *effrenata petulantia.*

2 *NEPOTI SUO.*] Sic Mediceus aliique meliores, nec mutari debet. Riccard. in ipſa ſerie hanc Epiſtolam omiſit, in Indice tamen *Maecil. Nepoti* ſcriptam eſſe adſerit. Arnz. & Valla *Neroni Suo*; Bongarſ. *Pompeio Suo.*

3 *Recognoſcendos, emendandosque curem.*] Pro his Veterrimus: *legendos recognoſcendosque curem*, quae vera ſcriptura eſt. Altera paullo durior videtur. Poterat Plinius Lib. I. Epiſt. II. n. 1. alii ſcribere: *librum exhibeo. hunc, rogo, ex conſuetudine* & legas, & emendes. At de ipſius libris auctori ſcribere, ut emendet, inhumanum eſt; molle, ut recognoſcat ſua, ne aliena adripiamus: quo ipſo tacite & emendationem vitiorum ab aliis illatorum petimus. Seneca Epiſt. CX. *Et alia, quae* res ſuas recognoſcens *ſummi imperii fortuna protulerat.* Hinc Iuſtinianus Proem. Inſt. §. 6. *Quas . . . cum tres praedicti viri prudentes nobis obtulerunt*, & legimus, & recognovimus. ubi perperam alii & *cognovimus.* Corte.

4 *Super haec occupatiſſimus.*] Nihil horum adparet in Mediceo.

5 *Provinciae.*] Incertum cui, propter illorum temporum interceptam hiſtoriam. Catan.

6 Quantopere *mihi p. e.*] Scribo ex conſuetudine Plinii: quanto opere *mihi providendum eſt.* Sic ſupra Epiſt. XVIII. n. 1. quanto opere *mirer.*

7 *Ne haec pars ſarcinarum.*] Mediceus, Riccard. Bongarſ. Lindenbr. & Ed. Vet. cum Valla, Aldo aliisque: *ne* te *haec pars ſarcinarum*, quod cur Gruterus aliique recentiores omiſerint, non adſequor.

8 *Commodiſſimos.*] Emaculatiſſimos: qui, ſi vivo auctore depravabantur, quantum nunc defeciſſe ab archetypo poſt tot ſecula, & in tanta barbarie putamus? Quare tanto magis nobis elaborandum fuit, ut quod in manibus extat, ab ipſis orci faucibus liberaremus. Catan.

1 *FAL-*

XXVII. C. PLINIUS [1] FALCONI SUO S.

Falconi commendat Sentii Augurini poemata: inde ſumpta occaſione recitat, quae in laudem ſui ſcripſerit. non eſſe tamen mirandum, ſi talia faciat, cum graviſſimorum virorum contubernio utatur.

TErtius dies eſt, [2] quod audivi recitantem [3] Sentium Augurinum cum ſumma mea voluptate, immo etiam admiratione. [4] poematia appellat. multa tenuiter, multa ſublimiter, multa venuſte, multa tenere, multa dulciter, multa cum bile. Aliquot annis puto nihil ge- 2
neris ejuſdem abſolutius ſcriptum, niſi forte me fallit, aut amor ejus, aut [5] quod me ipſum laudibus vexit. Nam [6] lemma ſibi ſumpſit, quod ego

1 *FALCONI SUO.*] Lindenbr. & Riccard. in Indice: *Pompeio Falconi*; Arnz. & Oxon. ſimpliciter *Pompeio*; Mediceus: *Falconio Suo.*

2 *Quod audivi recitantem.*] Scripſerat, puto, *quo*, vel *ex quo.* Cicero diceret *cum.* Plinius tamen iterum ſic loquitur Epiſt. XIV. Lib. VIII. *Breve tempus, quod libet ſcire, quid ſimus.* CASAUB. *Quod audivi recitantem.*] Sic Palat. & Edit. Vet. impreſſus tamen ille ſine nomine aut loci aut Typographi *quo.* GRUTER. Impreſſus ille idem videtur eſſe, quem nos Ed. Vet. adpellamus. in ea enim *quo* excuſum eſt. Scripti omnes *quod.* Locus a Caſaubono adlatus huc non pertinet, & ex MSS. infra emendabitur. Aptior erit Plautus Trinum. Act. II. Sc. IV. vs. 1.

Minus quindecim dies ſunt, quod *pro hiſce aedibus*,
Minas quadraginta accepiſti a Callicle.

Quem locum cum Plinio noſtro aliquando compoſuit H. Stephanus. Alii Codd. ibi *cum* praeferunt. Sed ſi dicere licet. *Iam diu eſt, quod* cet. mirum erit, ſi refugiamus: *Tertius dies eſt, quod* cet. Adde Sanctium Lib. IV. Min. cap. XIV. ibique Perizonium. Illud potius animadvertendum, Etruſcas membranas exhibere tantum: *quod audivi Sentium Augurinum*, ut nusquam ſit τὸ *recitantem.* Certe *audire*, pro *recitantem audire* veluti ſollemne verbum Secundo eſt. Sic Lib. I. Epiſt. XIII. n. 1. *Tametſi ad* audiendum *pigre coitur*, & in fine: *Nam ut in ceteris rebus, ita in* audiendi *officio perit gratia, ſi repoſcatur.* Lib. II. Epiſt. XIV. n. 7. *Nam pleriqui non* audiunt, *nec ulli magis laudant.* n. 9. *Primus hunc* audiendi *morem induxit Largius Licinius.* Adde inſuper dicta ad Lib. II. Epiſt. XX. n. 12.

3 *Sentium Augurinum.*] Filium Cn. Sentii Galli viri illuſtris, qui multa in Britannos & Judaeos geſſit. CATAN. MS. Noſter *Senecium Augurinum.* BARTH. & ſic MS. Arnzen. Ceteri tamen omnes cum Edd. Vett. *Sentium.*

4 *Poematia.*] Parva poemata. CATAN. *Poematia.*] Non debent haec verba notis parentheſeωs includi. CASAUB. *Poematica*, vel *prematica* MS. noſter. BARTH. Ed. Vet. *poematica*, atque ita Helmſt. At Riccard. Voſſ. Bongarſ. Arnz. Oxon. cum Aldo, Gryphio & aliis: *poemata.* Optimus *poematia*, ut ſupra Epiſt. XIV. n. 9. *Sive eclogas, ſive, ut multi,* poematia, *ſeu quod aliud vocare malueris.* Sic enim ex venerandis membranis emendavi.

5 *Quod me ipſum laudibus* evexit.] Vulgatarum eſt haec ſcriptura, ex qua Arnz. fecit *erexit.* Sed Mediceus, Riccard. Lindenbr. Voſſ. *quod me i. laudibus* vexit, quod temere deſeruerunt; utut etiam Aldus expreſſerit. *Laudibus ferre* & *efferre* promiſcue dicunt, cur non & *laudibus vehere* & *evehere.* Supra Epiſt. Epiſt. XVII. n. 8. *Cum plerique me* laudibus ferrent. Tacitus III. Hiſt. cap. III. *Vulgus & ceteri unum virum ducemque, ſpreta aliorum ſegnitia*, laudibus ferrent. Hinc Claudianus B. Get. vs. 13.

— — *quod ſi ardua Tiphyn*
Navis ob innocuae meritum ſic gloria vexit.

Ad illas membranas accedit etiam Helmſtad. in quo eſt *vexat.* CORTE.

6 *Lemma.*] Argumentum. Mart. in diſtichis:

Lemmata ſi quaeris cui ſint adſcripta, docebo,
Ut ſi malueris, lemmata ſola legas.

Scri-

ego interdum verſibus ludo. Atque adeo judicii mei te judicem faciam, ſi mihi ex hoc ipſo lemmate ſecundus verſus [1] occurrerit. Nam ceteros teneo, & jam [2] explicui:

4 [3] *Canto carmina verſibus minutis,*
His, olim quibus & meus Catullus,
Et Calvus, veteresque. [4] *Sed quid ad me?*
Unus [5] *Plinius eſt mihi priores.*
[6] *Mavult verſiculos, foro relicto,*
Et quaerit quod amet, [7] *putatque amare.*
Ille o Plinius, ille, [8] *quot Catones!*

I nunc

Scribitur duplici *m*. Apud Ariſtotelem pro poſitione, id eſt, interrogatione ſumitur. Nam interrogatio cauſa reſponſionis eſt, ex qua ſyllogismus; eam etiam aſſumptum dicunt. Ex monolemmatis propoſitio: ut reſpiras? vivis igitur. Nam manifeſtum eſt aſſumptum: quod omne quod ſpirat, vivit. *Lemma* inſuper dicimus, quod ſumitur ratione doni: item prophetiam, & ex proprio corde apophthegma. Simplici vero in dignitatem, fortitudinem, elationem animi, ſuperbiam, lucrum. CATAN. *Lema*, ſimplici *m*. ſcribit Mediceus. At Arnz. *lenia*.

1 *Occurrerit.*] MS. noſter *occurrit*. BARTH. Optimus: *occurrat*, quod recipiendum arbitror.

2 *Explicui.*] Sic Veterrimi Codd. & primi impreſſi cum Aldo aliisque. Quidam *explicavi*. De notione verbi dixi ad Lib. III. Epiſt. I. n. 4. *honeſtiſſimi ſermones* explicantur.

3 *Canto carmina.*] In Hendecaſyllabis Sentii Augurini, quos huic epiſtolae incluſit Plinius, videntur eſſe quaedam, quae parum fluant. Ac forte ita ſunt haec concipienda:

Unus Plinius eſt mihi (priores
Mavult verſiculos foro is relitto:
Et quaerit quod amet, putatque amari)
Ille Plinius, ille quod Catones.

In quibuſdam editionibus diſerte extat, *quod Catones*, non *quid*. In iiſdem eſt ita ſcriptum hoc carmen: *Unus Plinius eſt mihi priores.* Quod dure dictum mihi videtur. CASAUB. Corrupta ſane erant quaedam in his Hendecaſyllabis, ſed emendatio viri maximi non eſt probabilis. Nos ex libris Vett. & ingenio Barthii atque Heinſii maculas eluimus, & de ſingulis ſententiam noſtram infra dicemus.

4 *Sed quid ad me?*] Nihil illi faciunt mihi ad exemplum. CATAN. Optimus: *Sed* hi *quid ad me?* ex Gloſſa.

5 *Plinius eſt mihi, &c.*] Detineor Hendecaſyllabo mei Plinii. CATAN. *Plinius eſt mihi, &c.*] Sic Palat. & Editiones. Prima mea illa anonyma: *eſt mihi prior. is Mavult, &c.* GRUTER. Hoc dicit: Unus Plinius eſt mihi tota antiquitas. BARTH. Recte Barthius, & conſentiet infra Catanaeus & Buchnerus. Male diſtinguebant: *Unus Plinius eſt mihi, priores Mavult verſiculos* cet. Male etiam Ed. Vet. *eſt mihi prior, is Mavult verſiculos* cet. *Priores* apud Noſtrum frequenter ſunt antiqui, ut Lib. III. Epiſt. IV. n. 5. & paſſim. Nec dure dictum videri debebat Caſaubono: *Plinius eſt priores*, aut durius erit illud Lucani Lib. III. vs. 108.

Omnia Caeſar erat.

Ubi ſimilia multa excitavimus.

6 *Mavult priores verſiculos.*] Magis capitur ſcribendis verſiculis, & hos praeponit ſtudio orationum. Vel magis ſic diſtingue, & dic, *unus Plinius eſt mihi priores*, id eſt, pro Catullo & Calvo, ac aliis veteribus, ſtudeo Plinii Hendecaſyllabo. CATAN.

7 *Putatque.*] Quid ſi legas: *Probatque amari*, non *putat?* Non enim ita *putare* Latini accipiunt, ut Graeci ſuum νομίζειν, pro ſolere & in moribus ac conſuetudine habere. CASAUB. Vitioſe nempe Edd. aliquot obferebant *putatque amari*, quod τὸν πάνυ ad correctionem impulit. Sed Mediceus, Oxon. Riccard. Lindenbr. cum Aldo, Gryphio, aliis rectius: *putatque amare.* Quaerit quod amet, & quod ſe mutuo amare putat; ex natura omnis amoris.

8 *Quid Catones?*] Opus eſt mirari ſeveros illos Catones reſpectu Plinii? An potius referendum

ad

I nunc, quisquis amas, amare noli.

Vides, quam acuta omnia, quam apta, quam expreſſa! Ad hunc guſtum totum librum repromitto, quem tibi, ut primum publicaverit, [2] exhibebo. Interim ama juvenem, & temporibus noſtris gratulare [3] pro ingenio tali, quod ille moribus adornat. Vivit [4] cum Spurinna, vivit cum [5] Antonino: quorum alteri affinis, utrique contubernalis eſt. Poſſis

ad ſcripta Catonis jocoſa? de quibus Ovid. Lib. II. de Triſt.

Et leve Cornifici, parque Catonis opus.

CATAN. *Quid Catones?*] Sic omnes Edd. uſque ad Aldinam, quae praefert, *Plinius ille quod Catones;* cui & ſuus ſenſus. Ceterum ſi Augurini verſus ceteri hujus quoque fuerunt commatis, non eſt profecto, quod nos eorum cruciet deſiderium. GRUTER. *Quid Catones?*] Subaudi *curo*, vel aliud tale. *Catones*, ſeveri, rigidi & ſuperciliosi, ſive cenſorii homines, qui ludum & jocum ferre non poſſunt. Nam tales Catoni Uticenſi mores. Saluſtius: *At Catoni ſtudium modeſtiae & decoris, ſed maxime ſeveritatis erat.* Vide Valer. Max. Lib. II. cap. ult. In quibuſdam libris legitur: *quod Catones.* Quaſi dicat; tanti apud me unius eſt Plinii auctoritas, quanti Catonum omnium eſſe poſſit. Hoc eſt, quod ſupra dixit:

Unus Plinius eſt mihi priores.

Id eſt, quod priores, ſive, pro prioribus, pro antiquorum exemplis eſt. Ut licet illi ejuſmodi quid ingreſſi non ſint, ſatis tamen auctoritas ejus inſtitutum meum defendat. BUCHNER. MS. noſter: *Ille* o *Plinius*, *ille* quod *Catones!* Unde levi manu emendo:

Ille o Plinius, *ille*, quot *Catones!*

Quot Catones ſc. ſunt in uno illo, eſt mihi pro multis Catonibus, ut ſupra: *Plinius eſt mihi priores.* BARTH. MSS. Voſſ. Bongarſ. & Helmſt. *quid Catones?* Sed Veterrimus, Oxon. & Lindenbr. cum Aldo: *quod Catones*, quod ſervari poterat, & defendi ex iis, quae collegimus larga manu ad Lucan. Lib. IX. vs. 536. Sed elegantius profecto eſt *quot Catones!* nec mirum, *quod*, pro *quot*, in optimis membranis ſcribi, cum eadem ſupra n 2. *aliquod annis*, pro *aliquot*, & alia eiusdem generis exhibeant. In iisdem eſt etiam: *Ille* o *Plinius*, & merito ita correximus, Eodem modo ex veterrimo illo codice Plinium emendavit N. Heinſius ad Ovid. Her. Epiſt. VI. vs. 117. CORTE.

1 *Qui ſapias.*] Catanaeus legit: *quisquis amas, amare noli*, ſed MS. noſter editionesque Vett. omnes: I *nunc quisquis ſapias, amare noli.* GRUTER. MS. noſter: *I nunc*, quisquis amas, *amare noli*, atque hoc eſt reponendum, niſi legere malis: *I nunc, qui ſapis, atque amare noli.* BARTH. Eſt in Mediceo etiam: *I nunc* quisquis amas, *amare noli*, idque ſine longa haeſitatione auctori eſt reddendum, ut iam auctoritate eius Cod. fecit N. Heinſius loc. cit. & Epiſt. CCCCXXI. ad I. Fr. Gronovium T. III. Syllog. Burm. Reliquae varietates librariorum errores ſunt, ut Helmſt. Voſſ. & Ed. Vet. *I nunc, quisquis ſapias*: Riccard. *quisqui ſapias*, quae etiam in metrum peccant. Aldus dedit: *I nunc, qui ſapias*; Gryphius: *Nunc quisquis ſapias, amare noli.* Infra *ad hunc guſtum*, ut Seneca Lib. I. de Clement. cap. I. *principatus tuus* ad anni guſtum *exigitur.*

2 *Exhibebo.*] Mediceus: *exhibeo*, ut rem futuram certiſſime promittat. Ita optimos conſueviſſe, docui ad Lucan. Lib. X. vs. 357. Hic tamen librario tribuerim.

3 *Pro ingenio tali.*] Sic Veterrimus & impreſſi omnes. At Lindenbr. Riccard. Helmſt. & Oxon. *ſi pro ingenio tali.* inepte.

4 *Cum Spurinna.*] Mediceus: *cum Purinna*; Ed. Vet. *cum Sprina.* Mendoſe. *Veſtricium Spurinnam* cum alibi, tum Lib. III. Epiſt. I. commendat.

5 *Antonino.*] *Arrio Antonino* avo materno Antonini Pii. Quare non audiendi, qui *Antonino Pio* legunt, cum is natus ſit imperante Domitiano. Nec ſub Trajano potuerit eſſe ſenex. Mox enim *Spurinnam*, & *Antoninum*, *graviſſimos ſenes* appellat. CATAN.

6 Poſſis ex hoc facere conjecturam, quam ſit emendatus adoleſcens, qui a graviſſimis ſenibus ſic amatur. Eſt enim illud veriſſimum:

—— [1] Γιγνώσκων, ὅτι
Τοιοῦτός ἐστιν, οἷσπερ ἥδεται ξυνών.

Vale.

XXVIII. C. Plinius [2] Severo Suo S.

Nomine Severi rogat Julium Severum, ut per aliquem ſummum artificem curaret imagines Corn. Nepotis, & Titi Caſſii quam ſimillimas archetypo depingendas, quas Herennius in ſua bibliotheca poſiturus erat.

HErennius Severus, vir doctiſſimus, magni aeſtimat in bibliotheca ſua ponere imagines municipum tuorum, [3] Cornelii Nepotis, & [4] Titi Caſſii: petitque, ſi ſunt iſtic, ut eſſe credibile eſt, [1] ex-

1 Γιγνώσκων, ὅτι τοιοῦτός, &c.] *Cognoſcens quod talis eſt unuſquiſque, quibus delectatur converſans.* Demoſthenes in oratione de tranſgreſſa legatione haec adducit tanquam ex Phoeniſſis Euripidis, ſi quibuſdam exemplaribus credimus: ὅστις δ' ὁμιλῶν ἥδεται κακοῖς ἀνὴρ, οὐ πώποτε ἠρώτησα, γιγνώσκων, ὅτι τοιοῦτός ἐστιν ἕκαστος, οἷσπερ ἥδεται ξυνών. Id eſt, *quicunque autem converſans delectatur malis vir, nunquam inquiſivi, cognoſcens quod talis eſt unuſquiſque, quibus delectatur converſans.* Hanc etiam ſententiam Aphthonius recitat ſuppreſſo auctore. Nos illam Euripidis tragoediam diligenter recognovimus, neque ullibi talia carmina deprehendimus; aut igitur ab exemplaribus periere, aut alterius auctoris ſunt. Catan. Γιγνώσκων ὅτι, &c.] Fallitur interpres, qui putat, ſeſquiverſum hunc ſumtum eſſe ex Phoeniſſis Euripidis, unde poſtea librariorum incuria exciderit: non enim ex Phoeniſſis, ſed de Phoenice ejus poetae haec tranſtulit Plinius. Integrum locum habes apud Aeſchinem in ea contra Timarchum Casaub. Vulgo circumferebant. Τοιοῦτός ἐστιν ΕΚΑΣΤΟΣ, οἷσπερ cet. Sed illud ἕκαστος neque in Mediceo, Riccard. Lindenbr. Arnz. neque apud Aeſchinem contra Timarch. pag. 283. unde haec deſumta eſſe, recte obſervavit Caſaubonus, habetur. Ne Ed. quidem Vet. agnoſcit, ut non peccemus, ſi ſi faceſſere hinc iubeamus. Eadem Ed. Vet. cum Lindenbr. & Riccard. συνών ſcribit, pro ξυνών, qua mutatione non indigemus.

2 *SEVERO SUO.*] Riccard. in Indice *Vibium Severum* vocat; Voſſ. Arnz. Ed. Vet. cum Gryphio & paucis *Iulio Severo* inſcribit; Oxon. *Lubio Severo.*

3 *Cornelii Nepotis.*] Hic vir ſanctus, Ciceroni familiaris & amicus, cujus vitam conſcripſit. Clarus hiſtoricus habitus eſt. Nam inſuper vitam Titi Attici, librum de illuſtribus viris, item de ſaginatione avium edidit, ac Daretem Phrygium Latinitate donavit, chronica conſcripſit, item epigrammata luſit. Tranquil. aſſerit compoſuiſſe librum, quo diſtinguit literatum ab erudito. Moritur principatu D. Auguſti Plinio auctore. Catan. Plurima in iſta Catanaei obſervatione caſtiganda erant, ſi nos id ageremus, & res non hodie eſſet notiſſima. Id tantum indicamus, in Riccard. Oxon. & Lindenbr. eſſe *Corneliae Nepotiae*; in Arnz. *Coretiae Nepotiae.* Mediceus tamen & reliqui cum Edd. Vett. *Cornelii Nepotis.*

4 *Titi Caſſii.*] Fuit *Titus Caſſius Severus* Parmenſis orator, qui primum flexit ab illa veteri atque dicendi via directa, non infirmitate ingenii, nec inſcitia literarum, ſed judicio & intellectu, ſi Tacito credimus. Utroſque conjunxerunt duo religionis noſtrae profeſſores eloquentiſſimi Tertullianus & Lactantius. Non negaverim tamen in antiquiſſ. exempl. legi *Titi Catii*, non *Titi Caſſii.* Catan. *Titi Caſſii.*] Pal. *Titi Atii*, neque

[1] exſcribendas, pingendaſque delegem. Quam curam tibi potiſſimum 2
injungo: primum, quia deſideriis meis amiciſſime obſequeris: deinde,
[2] quia ibi ſtudiorum ſumma reverentia, ſummus amor ſtudioſorum:
poſtremo, [3] quod patriam tuam, omneſque, qui nomen ejus [4] auxerunt,
ut patriam ipſam, veneraris, & diligis. Peto autem, ut pictorem quam 3
diligentiſſimum aſſumas. Nam quum eſt arduum ſimilitudinem effingere
ex vero, tum longe difficillima eſt [5] imitationis imitatio. [6] A qua rogo, ut
artificem, quem elegeris, [7] ne in melius quidem ſinas aberrare. *Vale.*

XXIX. C. PLINIUS [8] ROMANO SUO S.

Romanum monet, ut in curiam veniat, cum proxime judices cogentur; quia Nepos Praetor ceſſanti mulctam indixerat, & niſi cum venia abſolutus fuerat.

[9] EIA tu, quum proxime res agentur, quoquo modo ad judicandum

neque ſecus veterrimae Edd. uſque ad Aldinam. Catanaeus fatetur, legi etiam *Catii*. Orae librorum adſcribitur, *Attici*; item *Catili*. GRUTER. Loca, quibus Tertullianus & Lactantius Nepotem & Caſſium coniungunt, ſunt apud Tertullian. Apologet. cap. X. & Lib. II. ad Nat. cap. XII. apud Lactant. Lib. I. cap. XIII. Coniungit eosdem Minuc. Fel. Octav. cap. XXII. Sed Caſſius ille, quem Plinius intelligit, municeps Corn. Nepotis eſſe debet. Libri mire variant. Ed. Vet. *Titi Atii*; Helmſt. *Titi Tytii*; Voſſ. *Titi Cattici*, unde forte Gryphius margini dedit *Titi Attici*. Riccard. *Titi Catilii*; Lindenbr. Bongarſ. Oxon. & Arnz. *Titi Catilli*, unde *Catullum* civem Nepotis exſculpent, qui feſtinant. Sed Veterrimus: *Titi Cati*, h. e. *Titi Catii*, quod ego reponendum cenſeo. Notus erat *Titus Catius Catullinus*, licet eum non intelligat Secundus, de quo lapis apud Gruter. pag. 1017. n. 4. & ex eo nomine illa *Catilii* & *Catilli* ab ſciolis adſumta videntur.

1 *Exſcribendas.*] Vide infra Lib. V. Epiſt. XVI. n. 9.

2 *Quia tibi ſtudiorum* cet.] Similiter Lib. VI. Epiſt. VI. n. 3. *Erat non* ſtudiorum *tantum*, *verum etiam* ſtudioſorum *amantiſſimus*. Imitatur Sidon. I. Epiſt. I. *Sciens te immodicum eſſe fautorem non* ſtudiorum *modo*, *verum etiam* ſtudioſorum. quod iam vidit Io. Savaro.

3 Quod *patriam tuam.*] Riccard. Oxon. & Lindenbr. quo *patriam tuam.*

4 *Auxerunt.*] Ut omittam Parmenſium lanarum celebritatem, & Caſſio centurione, ac Macrob. civibus ſecundum quoſdam honeſtatam Parmam. Refert Plutarch. in vita C. Marii, cum inter ejus milites, & Catulli, de Cimbrorum victoria contentio oriretur, in haec pacta ventum eſſe; ut legati Parmenſium, qui tunc aderant, de hac re judicium ferrent, qui ducti per cadavera hoſtium a militibus, conſpexerunt jaculis militum Catulli barbarorum corpora perforata: quod dignoſcebatur ex literis, quae nomen Catulli in telis deſignabant. Ex quibus ſane conjici poteſt, quanta tunc temporis eſſet Parmenſium auctoritas, qui ſuper tanta re diſceptatores electi fuerint. CATAN.

5 *Imitationis imitatio.*] Effigies, quae deducitur ab alia pictura, quae & ipſa transcripta fuit a prima & vera forma. Nam imitator ſemper deficit ab imitato. IDEM. Riccard. *difficillima* eſtimationis *imitatio*.

6 *A qua.*] Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. Quare *rogo*. perperam. Mox Veterrimus: *quem eligeris.*

7 *Ne* in melius *quidem.*] Supra vide ad Epiſt. XVIII. n. 1. *in deterius tamen.*

8 ROMANO SUO.] Alii: *Voconio Romano*; Riccard. in Indice: *Romatio Firmo*; Mediceus: *Romantio Suo.*

9 *Eia tu.*] Riccard. *Hea tu*; Mediceus: *Heja tu.* Vide ad Lib. III. Epiſt. XX. n. 11. Mox idem Etruſcus; *cum* proximae *res agentur*, & deinde: *nihil*, *quod in dextram* cet. pro *nihil* eſt, *quod* cet.

dum veni. Nihil eſt, quod in [1] dexteram aurem fiducia mei dormias:
2 non impune ceſſatur. Ecce, [2] Licinius Nepos praetor, acer & fortis vir, [3] mulctam dixit, etiam Senatori. Egit ille in Senatu cauſam ſuam: egit autem ſic, ut deprecaretur. Remiſſa eſt mulcta, ſed timuit, ſed
3 rogavit, ſed opus venia fuit. Dices, Non omnes praetores tam ſeveri. Falleris. Nam [4] vel inſtituere, vel [5] reducere ejuſmodi exemplum, non niſi ſeveri: inſtitutum, reductumve exercere, etiam [6] leniſſimi poſſunt. *Vale.*

XXX. C. Plinius [7] Licinio Surae Suo S.

Miram fontis ſui naturam in agro Comenſi refert. Nam ſtatis horis cre-

1 *Dexteram aurem.*] Securus ſis, proverbium in eos, qui ſecure vivunt. *Dexteram.*] A nobiliori. Nam etiam dicimus *dormire in utramque aurem*, quod teſtatur Julius Pollux Lib. II. Catan.

2 *Licinius Nepos.*] Cujus conſtantiam & ſeveritatem in Praetura poſtmodum laudat. Fuit alius *Licinius Nepos* declamator, auctore Seneca. Idem. Mediceus: *Licinius Nepos, praetor acer, & fortis praetor.* non probo. *Vir acer & fortis* optima laus boni magiſtratus. De priore vide ſupra Lib. II. Epiſt. XI. n. 17. Alterum frequentiſſimum eſt apud Tullium. Sic ille III. in Catil. cap. VI. *Dictae ſunt a principibus* acerrimae *ac* fortiſſimae *ſententiae.* pro Sextio cap. XX. *Quod forſitan non nemo* vir fortis, *&* acris animi *magnique dixerit.* adde Graev. ad Or. pro Quinct. cap. II. & pro Rabir. Poſt. cap. II. princ. adde infra Lib. VII. Epiſt. XXII. n. 2. fortiſſimus *advocatus.*

3 *Mulctam dixit.*] Uſus veterum praevaluit, ut ita loqueremur, *mulctam dixit*, quamvis Cato, *mulctam facit* protulerit non ſine ratione, ut inquit Gellius. *Mulctam.*] Pecuniariam poenam. Inſtituto antiquo ex bobus & ovibus *mulcta* dicebatur, & *maximam mulctam*, quam Gellius appellat *ſupremam* duarum ovium & triginta boum inſtituerunt: ſed cum ejuſmodi *mulcta* a magiſtratibus dicta erat, adigebantur boves, oveſque alias precii parvi, alias majoris: eaque res faciebat inaequalem mulctae poenam: idcirco lege Aterina conſtituti ſunt in oves ſingula aeris deni, in boves aeris centeni. Ulpianus de verborum ſignificatione, inter *mulctam* & *poenam*, inquit, multum intereſt, cum *poena* generale nomen ſit, & omnium delictorum coertio, *mulcta* ſpecialis peccati: cujus animadverſio hodie pecuniaria eſt, *poena* autem non tantum pecuniaria, verum capitis & aeſtimationis irrogari ſolet. Et *mulcta* quidem ex arbitrio ejus venit, qui mulctam dixit. *Poena* non irrogatur, niſi quae quacunque lege, vel quo alio jure ſpecialiter huic delicto impoſita eſt. Catan. Lege Budaeum ad Pandectas pag. 410. Barth.

4 Vel *inſtituere, vel reducere.*] Mediceus: *nam inſtituere, vel reducere*, ut prius *vel* omittatur; quod hoc loco non diſplicet. Sequitur mox: *inſtitutum, reductumve.*

5 *Reducere.*] Jam perlata lege, ne quis ceſſaret ab officio ſuo ſine legitima cauſa, poſtmodum deſueta, quae tunc per Nepotem reduci videbatur. Catan.

6 *Leniſſimi.*] Sic Palat. & Edd. Vett. jure itaque damnarunt recentius vulgatum, *leviſſimi*, Petrus Faber, & Iſaacus Caſaubonus noſter. Gruter. Caſaubonus hoc tantum adnotaverat: Immo *leniſſimi:* nihil amplius. Et ſic legitur in Mediceo, Riccard. Lindenbr. aliiſque melioribus. Supra Etruſcus: *reductum vero*, pro *reductumve.*

7 *LICINIO.*] *Licinio Surrae* ſcriptam epiſtolam in vetuſto codice lego, qui dives admodum teſtimonio hiſtoricorum, pariter a Juvenale demonſtratur. Eo enim divitiarum proceſſit, ut gymnaſium Rom. pop. ſuis impenſis extruxerit. Fuit autem vir alti ingenii & profundae doctrinae, quod epigrammate ex Lib. VII. teſtatur Mart.

Doctorum Licini celeberrime ſumme virorum.
Cujus priſca graves lingua reduxit avos.

Ambiguum cum idem poeta ſcribat ad Licinianum,

Dum Surra laudatur tuus:

&

creſcebat & decreſcebat; cauſas ergo tanti miraculi nititur inveſtigare, & poſt multas rationes judicio Surae plura ſcrutanda relinquit.

ATtuli tibi ex patria mea pro munuſculo quaeſtionem, [1] altiſſima eruditione digniſſimam. [2] Fons oritur in monte, per ſaxa decurrit, 2
excipitur coenatiuncula manu facta. [3] Ibi paulum retentus in Larium lacum decidit. Hujus mira natura. Ter in die [4] ſtatis auctibus, ac diminutionibus creſcit, decreſcitque. Cernitur id palam, & cum ſumma 3
voluptate deprehenditur. Juxta recumbis & veſceris: Atque etiam ex ipſo fonte (nam eſt [5] frigidiſſimus) potas: interim ille certis dimenſisque momentis vel ſubtrahitur vel aſſurgit. Annulum, ſeu quid aliud 4
ponis in ſicco, alluitur ſenſim, ac [6] noviſſime operitur: detegitur rurſus, paulatimque deſeritur. Si diutius obſerves, utrumque iterum ac tertio videas. [7] Spiritusne aliquis occultior os fontis & fauces modo laxat, 5
modo

& alibi, an ſignificaverit *Palphurium Surram* pulſum olim a Senatu, & Domitiano imperante de oratoribus coronatum, an *Licinium Surram?* Omitto enim *Manlium Surram* cauſidicum, cujus meminit Fabius. Maxima fuit cum Trajano & *Licinio Surra* amicitia, quod patet in Panegyrico. CATAN. Riccard. quidem in Indice ait, ad *Licinium Suram* ſcriptam eſſe epiſtolam, in ipſo contextu vero, plane ut Mediceus, Voſſ. & Bongarſ. tantum exhibet: *C. Pl. Surae Suo.* Nullus, praeter Helmſt. & Ed. Vet. *Surrae* habet, & reperimus eiusdem cognominis *P. Clodium Suram*, curatorem reip. Comenſium apud Gruterum pag. 392. n. 7.

1 *Altiſſima* iſta *eruditione.*] Ita omnes impreſſi, & ſcripti recentiores. At praeſtantiſſimus: *altiſſima eruditione digniſſimam*, reiecto Pronomine *iſta*, quod hic plane non habet, quod agat. Quinctilian. Lib. I. cap. IV. pag. 39. *Quae non modo acuere ingenia puerilia, ſed exercere* altiſſimam *quoque* eruditionem *ac ſcientiam poſſit.*

2 *Fons.*] Ab incolis etiam-nunc cognomento Plinianus, fere eandem naturam ſervans, quod prius monumentis mandarat Plinius avunculus: *In Comenſi, inquit, agro juxta Larium lacum fons largus, horis ſingulis ſemper intumeſcit, ac reſidet.* CATAN.

3 *Ibi paulu'um retentus.*] Primarius: *ibi* paullum *retentus*, & ſic ille fere perpetuo. Vide infra ad Lib. VII. Epiſt. XXVII. n. 9. *Hic contra, ut paullum exſpectaret, manu ſignificat.*

4 *Statis.*] Dimenſis, certis, ut ſtata ſacra, quae certo die fiunt. Ergo non placet legere *ſtatutis.* CATAN. Recte Catanaeus. Corrupte Riccard. *ſtatuis auctibus*; Lindenbr. *tutis auctibus*; Arnzen. *ſatis auctibus*; Oxon. *ſtatutis.* Dico infra ad Lib. IX. Epiſt. XXXIX. n. 1. *cum ſit alioquin* ſtato die *frequentiſſima.* Mediceus: *auctibus* aut *diminutionibus*, lapſu perquam frequenti.

5 *Frigidiſſimus.*] Riccard. Lindenbr. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *frigidus.* Poſt Riccard. *ſi potas.* corrupte.

6 *Noviſſime.*] Id eſt, demum. CATAN. *Noviſſime.*] Eſt & ubi pro *ad extremum* uſurpatur. vide Flor. Lib. I. cap. X. 2. & alibi. Quanquam eam vocem, ut nimium novum verbum, vitaſſe ſcribat M. Varro ex Lib. de lingua Lat. ad Cicer. *Quod extremum dicebatur, dici noviſſimum ceptum vulgo, quod mea memoria, ut Aeſchilius, ſic ſenes alii, quod nimium novum verbum eſſet, vitabant, &c.* & ea voce noluiſſe uti M. Ciceronem auctor eſt A. Gellius, Libr. X. cap. XXI. Eum tamen falſum animadvertit Magnus ille Cujacius, III. Obſervat. XXXVI. & Beroaldus ad Sueton. Caeſar. LXXXIII. 3. VEENH.

7 *Spiritusne aliquis.*] Nunc incipit cauſas facti inquirere, an ſcilicet aliqua lenis aura obſtruat os fontis, qua remiſſa, aperiatur, prout illata occurrit, aut decidit expulſa. Hic loquitur ſecundum philoſophos, & praeſertim Plinium avunculum, qui credit orbem terrarum ita habere ſpiritum & anhelitum, ficuti homines: & quando ſpiritum emittit, tunc maria creſcere, cum recipit, decreſcere. CATAN.

6 modo includit, prout [1] illatus occurrit, aut deceſſit expulſus? Quod in ampullis ceterisque generis ejusdem videmus accidere, quibus non hians, nec ſtatim patens exitus. Nam illa quoque, quanquam [2] prona atque vergentia, per quaſdam [3] obluctantis animae moras crebris quaſi
7 ſingultibus ſiſtunt, quod effundunt. An, quae [4] Oceano natura, fonti quoque? quaque ille ratione aut impellitur aut reſorbetur, hac mo-
8 dicus hic humor vicibus alternis ſupprimitur [5] vel erigitur? An, ut flumina, quae in mare deferuntur, adverſantibus ventis, obvioque aeſtu retor-

1 *Illatus.*] Ori objectus. CATAN. *Illatus.*] Ita Palat. & Edd. Vett. ſed ratione ſcribendi antiqua, nempe *inlatus.* ex quo Neoterici nobis fecere, *in latus.* Male. Alterum noſtrum explicatur & a Catanaeo. GRUTER. Noſtri etiam *inlatus*, aut *illatus.* Optimus etiam, cum Bongarſ. Helmſt. & Ed. Vet. *illatus occurrit*, non *incurrit*, quod Aldo, Gryphio & recentioribus quibusdam placuit. Spiritus illatus occurrit erumpenti aquae, eamque ſiſtit. Deinde Lindenbr. & Etruſcus: *aut* decidit *expulſus.* Voluit forte: *decedit expulſus*, ut conveniret cum praecedenti *occurrit:* quae cura eſt fruſtranea. Oxon. *nec ſtatim patens aeſtus.*

2 *Prona & vergentia.*] Primarius: *prona atque urgentia*, ex quibus *atque* adſumſimus, quod & Voſſ. agnoſcit.

3 *Obluctantis animae moras.*] i. occurrentis ſpiritus moras, ut ſupra loquitur. *Animam* enim optimi ſpiritum, anhelitum, ventum vocare ſolent, quod Graeci ἀνεμόν. Lucretius Lib. VI. vs. 577.

Ventus ubi, atque animae *ſubito vis maxima quaedam*
Aut extrinſecus, aut ipſa ab tellure coorta
In loco ſe cava terrai coniecit.

Sic ille & *animam venti* dixit. Adde infra Lib. VI. Epiſt. XVI. n. 23. Male ſcripti quidam & impreſſi *obluctantes.*

4 *Oceano.*] Dicitur comes lunae, quod cum ea ſimul ſeneſcit adoleſcitque. Incremento ſuo hunc ordinem ſervat: primo naſcentis lunae die fit copioſior aeſtus ſolito, minuitur pauliſper ſecundo, minoremque videt cum tertius quam ſecundus, & ita decreſcendo ad diem ſeptimum pervenit, rurſus octavus dies manet ſeptimo par, & nonus fit ſimilis tertio, decimus quinto, & undecimus fit quarto par, tertio quoque duodecimus, & tertiusdecimus fit ſimilis ſecundo, quartusdecimus primo, tertia vero hebdomas eadem facit quae prima: quarta eadem, quae ſecunda. Excitatur autem bis in die, ſemper horarum XII. ſpatio. Luna vero creſcente majores fiunt, ut refert Caeſar in Commentariis. Plinius ſenior etiam in ſole cauſam aeſtus ponit, apud quem libro ſecundo, & naturam Oceani & aeſtus modum leges, quam rem Curtius libro octavo ante oculos manifeſtiſſime ponit, ut Strabo, Cenſorinus, Philoſtratus. CATAN.

5 *Vel egeritur.*] Emittitur. Aſſerit Plinius, Gadibus juxta templum Herculis fontem incluſum ad putei modum, alias ſimul cum Oceano augeri & minui, alias utrumque contrariis temporibus. CATAN. Vulgata lectio erat: *ſupprimitur vel egeritur.* Nos ex Caſtiſſimo repoſuimus: *vel erigitur*, quod & rem melius exprimit, & aptius ad praecedens *ſupprimitur* refertur. Eadem verba confunduntur apud Lucanum Lib. IV. vs. 643.

— — — *in feſſos ſpiritus artus*
Egeritur,

ubi multi Codd. *Erigitur.* Alia ibi notamus. *Erigi* de Oceano & aquis tumentibus atque creſcentibus idem dixit Lib. I. vs. 415. ubi de fluxu & refluxu:

Flammiger an Titan, ut alentes hauriat undas,
Erigat *Oceanum fluctusque ad ſidera ducat.*

Lib. V. vs. 599.

— — — *iam te tollente furebat*
Pontus, & in ſcopulos totas erexerat *iras.*

& in re alia eadem notione Lib. VI. vs. 91.

— — — *tali ſpiramine Neſis.*
Erigit *eliſum nebuloſis* aera *ſaxis*,

ubi vulgo circumferebant: *Emittit Stygium nebuloſis* cet. Adpoſite Virgilius III. Aen. vs. 423.

Sor-

retorquentur, ita eſt aliquid, quod hujus fontis excurſum [[1] per momenta]
repercutiat? An latentibus venis certa menſura, quae dum colligit, quod ex- 9
hauſerat, [2] minor rivus & pigrior: cum collegit, agilior majorque profer-
tur? An, neſcio quod [3] libramentum abditum & caecum, quod cum 10
exinanitum eſt, ſuſcitat & elicit fontem: [4] quum repletur, moratur,
& ſtrangulat? Scrutare tu cauſas, (potes enim) quae tantum miracu- 11
lum efficiunt. Mihi abunde eſt, ſi ſatis expreſſi, quod efficitur. *Vale.*

Sorbet *in abruptum fluctus, rurſusque ſub auras*
Erigit *alternas*,

& hic in Codd. multis eſt: *Egerit alternas.* CORTE.

1 Per momenta *repercutiat.*] Optimus, item Oxon. Riccard. & Lindenbr. ignorant illud *per momenta*, & crediderim ſenſui ſufficere ſolum verbum *repercutiat.* In rem lege Lucanum Lib. X. vs. 244. ubi de Zephyris:

Vel quod aquas toties rumpentis litora Nili
Adſiduo *feriunt coguntque reſiſtere* fluctu.

Praeterea in Riccard. & Lindenbr. eſt: *huius fontis excurſu*, pro *excurſum.*

2 *Minor rivus* eſt *& pigrior.*] Helmſt. *minor eſt rivus & pigrior*; Mediceus: *minor rivus pigrior.* Unde patet, ſcribendum eſſe: *minor rivus & pigrior*, ſc. profertur. atque ita diſerte in Riccard. conſpicitur. Mox perperam quidam Codd. *cum colligit.*

3 *Libramentum.*] Menſura certa. Nam *librare* eſt libra metiri: *Libra* autem ſive *libella* menſorum inſtrumentum, & *librator* menſor dicitur. CATAN.

4 *Cum repletum.*] Suſpicor ſcripſiſſe Noſtrum, *cum repletur.* Vult, repleri per vices, ac exinaniri. Cum exinanitur, fontem augere: cum repletur, augmentum illud fontis decreſcere, nulla ſuccedente aqua, quam accipiebat ante ex exinanitione libramenti. Libramentum nec menſuram puto eſſe cum Catanaeo, nec perpendiculum cum Turnebo, ſed inſtrumentum hauriendae aquae, cuius cum pars una deſcendit, altera erigitur, effigie litterae T, ut vulgo in puteis agreſtium videmus. Quod appellat libramentum, quia certo pondere ab una parte preſſum ſurgit ab altera, librae vel bilancis inſtar, ad quam fortaſſe reſpicitur. SCHEFFER. Suſpicio illa Schefferi, ſcripſiſſe Plinium *cum repletur*, iuſtiſſima eſt, nec aliter legas in Mediceo, Riccard. Lindenbr. Voſſ. Helmſt. Ed. Vet. & Aldinis, unde repoſui. Placuit & Gryphio, qui edidit *cum impletur.* De *libramento* autem nugatur Schefferus, & qui modo Frontinum de aquaeductibus legerit, melius explicabit, quid proprie ſit *libramentum*, ubi de aquis ſermo eſt.

C. PLINII CAECILII SECUNDI
EPISTOLARUM
LIBER QVINTVS.

Epiſt. I. C. PLINIUS SECUNDUS [1] SEVERO SUO S.

ARGUMENTUM.

Pomponia, exheredato filio Curiano, heredes reliquerat Secundum & alios. Filius poſt matris obitum voluerat ſecreto cum Secundo ſe componere, ſed re infecta, & ad JC. delata, eſt Curiani cauſa viſa iniqua: Is tamen poſtulavit, ut ſequeretur coherédes, qui temporibus metuentes quaerebant rem ſine lite tranſigere. Itaque, accepta quarta hereditatis parte, deſtitit ille a judicio. Hujus facti Secundus auctor poſtea a Curiano legatum capiens, non ſine exultatione rem commemorat apud Severum.

LEGATUM mihi obvenit modicum, ſed [2] ampliſſimo gratius: Cur am-

1 *SEVERO SUO.*] Sic Optimus cum aliis. At Riccard. & Lindenbr. *Annio Severo Suo*, ut Lib. III. Epiſt. VI.

2 *Ampliſſimo gratius.*] Longe charius, quam ſi alius mihi ampliſſimum reliquiſſet, propter Gratillae amicitiam, vel quod poſtea laudandum contigit. CATAN. *Ampliſſimo gratius.*] Habetur iſtud quidem in Pal. & Edd. Vett. Neuſtetterianis tamen membranis non adeſſe teſtatur Modius, & vero minus neceſſaria eſſe, res clamat. GRUTER. Quae hic Gruterus notat, de iis verbis valent: *cur ampliſſimo gratius?* quae ſane etiam ab MSS. Oxon. & Voſſiano abſunt. Modius Novantiqu. Lect. Epiſt. CXXII. ab ſuis etiam MSS. excludi teſtatur, propterea tamen damnare non eſt auſus, ut qui ſciebat, Plinium etiam alibi ſimili dicendi & ſeſe ipſum interrogandi genere uti, nominatim Lib. III. Epiſt. IX. n. 2. *Cauſſa acta eſt cum magna* varietate. Unde varietas? *unde plures actiones.* Addo Lib. VI. Epiſt. II. n. 1. *Soleo nonnumquam in iudiciis* quaerere *M. Regulum*... Cur ergo quaero? *habebat ſtudiis* cet. Epiſt. XXIII. n. 2. *Faciam, ſed* non gratis. *Qui fieri poteſt, inquis, ut* non gratis *tu? Poteſt.* Epiſt. XXIX. n. 2. *Suſcipiendas eſſe cauſſas aut amicorum, aut deſtitutas, aut ad exemplum pertinentes.* Cur amicorum? ... Cur deſtitutas? ... Cur pertinentes ad exemplum? *quia plurimum refert*

ampliſſimo gratius? [1] Pomponia Gratilla, exheredato filio [2] Aſſudio Cu-
riano, heredem reliquerat me: dederat coheredes Sertorium Seve-
rum, praetorium virum, aliosque equites Romanos ſplendidos. Cu- 2
rianus orabat, ut ſibi donarem portionem meam, ſeque [3] praejudicio
juvarem: eandem tacita conventione ſalvam mihi pollicebatur. Re- 3
ſpondebam, non convenire moribus meis aliud palam, aliud agere ſe-
creto. Praeterea, non eſſe ſatis honeſtum donare & [4] locupleti &
orbo. [5] In ſummam, non profuturum ei, [6] ſi donaſſem: profuturum,
[7] ſi ceſſiſſem: eſſe autem me paratum cedere, ſi inique exheredatum
mihi liqueret. Ad hoc ille: *Rogo cognoſcas.* Cunctatus paulum, *Fa-* 4
ciam, inquam, *Neque enim video, cur ipſe me minorem putem, quam
tibi videor. Sed jam nunc memento, non defuturam mihi conſtantiam,
ſi ita fides duxerit, ſecundum matrem tuam pronuntiandi. Ut voles*, ait: 5
voles enim quod aequiſſimum. [8] Adhibui in conſilium duos, quos tunc
civi-

refert cet. Qui porro conſideraverit, alias quoque repetitiones verborum apud Noſtrum occurrere, de quibus ad Lib. III. Epiſt. X. n. 6. & ad Lib. IV. Epiſt. VII. n. 2. is facile haec, cum optimis libris, retinenda eſſe judicabit.

1 *Pomponia Gratilla.*] In omnibus MSS. noſtris, ut & Ed. Vet, ac Aldinis vocatur *Pomponia Galla.* Aliter tamen infra n. 8. & Lib. III. Epiſt. XI. n. 3.

2 Aſſudio *Curiano.*] Mediceus: Aſidio *Curiano*; Oxon. *Aſtidio.*

3 *Praejudicio.*] Secundum oratores *praejudiciorum* vis omnis tribus in generibus verſatur: rebus, quae aliquando ex paribus cauſis ſunt judicatae, quae exempla rectius dicuntur: aut de reſciſſis patrum teſtamentis, vel contra in filios confirmatis judiciis ad ipſam cauſam pertinentibus, unde etiam nomen ductum eſt: aut cum de eadem cauſa pronunciatum eſt, ut in partibus centumviralium, quae in duas haſtas diviſae ſunt. Confirmantur autem *praejudicia* duobus praecipue, auctoritate eorum, qui pronunciarunt, & ſimilitudine rerum, de quibus quaeritur. Hoc intendebat nunc Curianus, exiſtimans, ſi Secundus ſuam hereditatis partem donaſſet, poſſe hoc *praejudicio* repetere a coheredibus alias partes: ſed fallebatur. Catan.

4 *Locupleti & orbo.*] Curiano. Scil. ne videretur captare hereditatem. Idem. *Donare & locupleti & orbo.*] *Orbo*, id eſt, orbato hereditate, judicio matris. Quod non honeſte ſatis damnare videbatur, qui exheredato donaret hereditatem. Nam potuiſſet argui, quaſi faveret delictis filii, quae exheredatione ulta fuerat mater. Jam *orbo* ſive exheredato, & pauperi donare, miſericordia videretur & humanitas, non ſua privanda laude: locupleti donare, captatio turpis. Buchner. *Locupleti & orbo.*] Peſſime interpretatur vir optimus. *Orbo*, eſt liberos non habenti. Horat. Lib. II. Satyr. V. *Vivet uter locuples ſine gnatis*, *&c.* Gronov. Vide ad Lib. I. Epiſt. VIII. n. 12. *Ut quod parentibus datur*, *&* orbis *probaretur.* Pro *donare* quidam contra omnium Codd. fidem expreſſerunt *dare.*

5 *In ſumma.*] Mediceus: *in ſummam*, ut alibi Secundus. Monuimus ad Lib. I. Epiſt. XXII. n. 6.

6 *Si donaſſem.*] Si dediſſem ea mente, ut ſtatim voluiſſem accipientis fieri, nec ullo caſu ad me reverti; & propter nullam aliam cauſam feciſſem, quam ut liberalitatem & munificentiam exercerem. nam haec proprie Ulpiano tradente, donatio appellatur. Catan.

7 *Si ceſſiſſem.*] Curiano tanquam potiora jura habenti. Sciamus tamen, Paulo reſpondente, per minorem cauſam majori cognitioni praejudicium fieri non oportere. Major enim quaeſtio ſaepe minorem cauſam ad ſe trahit. & Modeſtinus tit. de exceptionibus inquit: *Res, inter alios judicata, aliis non obeſt, nec ſi is, contra quem judicatum eſt, heres extitit, ei, contra quem nihil pronunciatum eſt, hereditariam litem praeſcribi ex ea ſententia poſſe.* Idem.

8 *Adhibui in conſilium.*] Erat mos, ut cum Adrianus cauſas cognoſceret, & Senatores & Equites Rom. in conſilium adhiberet. Spartianus. Idem. Vide infra Lib. VI. Epiſt. XI. n. 1. & Epiſt. XV. n. 3. Lib. I. Epiſt. XX. n. 12. ibique no-

civitas noſtra ſpectatiſſimos habuit, Corellium & Frontinum. His cir-
6 cumdatus, in cubiculo meo ſedi. Dixit Curianus, quae pro ſe puta-
bat. Reſpondi paucis ego. Neque enim aderat alius, qui defunctae
[1] pudorem tueretur. Deinde ſeceſſi, & [2] ex conſilii ſententia, *Vide-
tur*, inquam, *Curiane, mater tua juſtas habuiſſe cauſas iraſcendi tibi.*
Poſt hoc ille [3] cum ceteris ſubſcripſit centumvirale judicium, mecum
7 non ſubſcripſit. [4] Appetebat judicii dies. Coheredes mei componere
& [5] tranſigere cupiebant: non diffidentia cauſae, ſed metu temporum.
Verebantur, quod videbant multis accidiſſe, ne ex centumvirali judi-
8 cio [6] capitis rei exirent. Et erant quidam in illis, [7] quibus objici & Gra-
tillae

notata. Corrupte Mediceus: adhibuit *in conſilium*, & ſupra gemino errore: ſit ita *fides duxerit*.

1 *Pudorem tueretur.*] Honeſtatem, decus. Omnes enim heredes, vel qui loco heredum ſunt, officioſe agere circa defunctos convenit, ut teſtatur Paulus Juriſconſultus. CATAN. *Defunctae pudorem, &c.*] Qui factum Gratillae defenderet; & vinceret adeo, exheredando filio nihil contra pietatem, & quod pudori eſſe poſſet, feciſſe. Similiter ſupra Lib. II. Epiſt. IV. *Magnum habes facilitatis meae pignus, cujus fiducia debes famam defuncti, pudoremque ſuſcipere.* BUCHNER. *Pudorem*, id eſt, exiſtimationem, quod docuimus Lib. CLII. Adverſ. cap. XI. BARTH.

2 *Ex conſilii ſententia.*] Id eſt, ut conſuluerant mihi Corellius & Frontinus, dixi, quae ſequuntur. Legitur etiam: *Haec conſilii ſententia*, fuit ſcilicet, in eundem ſenſum, ut ſupra. CATAN. Noſtri omnes: *& ex conſilii ſententia*, neque id ullo modo ſollicitari debet, cum ſit ex ſollemni formula dictum. Diximus ad Salluſt. Iug. cap. LXII. n. 5. *Ita more maiorum*, ex conſilii decreto, *per legatos Iugurthae imperat*, cet. Sic infra Epiſt. III. n. 8. *Quaſi* ex conſilii ſententia *ſtatuit*. item Lib. VI. Epiſt. XXXI. n. 12. *Tum* ex conſilii ſententia *iuſſit denunciari heredibus*, ubi vide Gronovium. Etiam illud *videtur* eſt ex ſollemnibus, ut docuimus ad Salluſt. Cat. cap. XLVIII. n. 6. Supra vitioſe Helmſt. & Arnz. *Deinde deceſſi*, & mox idem Helmſt. *multas habuiſſe cauſſas*, pro *iuſtas*; at Arnz. *iuſtas multas hab. c.*

3 *Cum ceteris ſubſcripſit, &c.*] Senſus eſt, Curianum coheredes ceteros detuliſſe ad Centumviros, Plinium non detuliſſe. Qui reos deferre ſeu accuſare parabant, non admittebantur ante, quam eorum, quibus intendebant litem, nomina perſcripſiſſent in libro, quem offerrent judicibus, & ſubſcripſiſſent ſuum. Hoc itaque noſter *cum aliquo ſubſcribere* dixit. Ac inde *ſubſcribere*, *ſubſcriptio*: accuſare, accuſatio, paſſim apud auctores. Quamquam & *inſcriptio* aliquando accuſatio eſt. Nam quos Ulpianus L. mariti. §. hoc amplius. D. ad L. Jul. de adulteriis. *libellos accuſatorios*; eos Lib. II. §. ult. eod. *inſcriptionum libellos* vocat. *Inſcriptionum paginam* Alexander Imperator dixit Lib. III. C. de his, qui accuſare non poſſunt. BUCHNER. *Subſcripſit* eſt, ſcripto profeſſus eſt apud iudices de accuſatione, quod oſtendit Budaeus ad Pandect. Tom. II. pag. 8. BARTH. Vide ad Lib. I. Epiſt. XX. n. 7. *In quibus brevis & nuda quaſi* ſubſcriptio *quorundam criminum.* & adde Tacit. Agric. cap. XLV. Mediceus ordinem mutat: *Cum ceteris ſubſcripſit centumvirale iudicium*, ſubſcripſit *non mecum.*

4 *Appetebat.*] Adveniebat, appropinquabat. *Jam ver appetebat, cum Annibal ex hybernis movit.* Livius. CATAN.

5 *Tranſigere.*] Conficere rem, litem finire ex compoſitione. Titulus eſt apud Jureconſultos *de tranſactionibus*, & Ulpianus ad Senatuſconſultum Tertullianum, *tranſacta debemus accipere bona fide* [poſſeſſa,] *ut valeat tranſactio.* CATAN. *Componere*, puta litem, quod verbum ita abſolute legitur etiam apud Auſonium, ut oſtendimus ad Lib. II. Epiſt. XX. n. 13.

6 *Capitis rei exirent.*] Audax locutio, pro dimitterentur rei, id eſt, ex centumviralibus cauſis, quae erant civiles, traherentur in judicium capitale. *Capitis rei.*] Accuſarentur capitaliter. Labeo exiſtimat capitis accuſationem eam eſſe, cujus poena mors aut exilium eſſet, Terentio auctore, de jure patronatus. Nam *capitalia judicia* dicimus, quae ultimo ſupplicio afficiunt, veluti aquae & ignis interdictione, vel deportatione, vel metallo ſecundum Juſtinianum quarto Inſtitut. CATAN.

7 *Quibus objici & Gratillae amicitia & Ruſtici poſſet.*] Nam fuit *Gratilla* Aruleni Ruſtici uxor. *Ruſticus* a Domitiano occiſus, *Gratilla* relegata fue-

tillae amicitia & Ruſtici poſſet: Rogant me, ut cum Curiano loquar.
Convenimus [1] in aedem Concordiae. Ibi ego, *Si mater*, inquam, 9
te [2] ex parte quarta ſcripſiſſet heredem, num queri poſſes? Quid ſi here-
dem quidem [3] inſtituiſſet ex aſſe, ſed legatis ita exhauſiſſet, ut non am-
plius apud te, quam [4] quarta remaneret? Igitur ſufficere tibi debet, ſi
exheredatus a matre, quartam partem ab heredibus ejus accipias, quam
tamen ego [5] augebo. Scis te non ſubſcripſiſſe mecum, & jam [6] biennium 10
tranſiſſe, omniaque me [7] uſucepiſſe. Sed ut te coheredes mei tractabi-
liorem experiantur, utque tibi nihil abſtulerit reverentia mei, offero
pro

fuerat, Noſter ſupra Lib. III. Epiſt. XI. Solent autem tyranni non inviſos tantum & odioſos vexare ac tollere, ſed & eorum amicos perſequi. Ita *C. Silio* & *Titio Sabino* perniciosam apud Tiberium Germanici amicitiam fuiſſe, Tacitus IV. Ann. C. XVIII. obſervat. BUCHNER. Hoc teſtatur auctor ſupra Lib. IV. Epiſt. XXIV. n. 5. *Profuerunt nobis bonorum amicitiae*, bonorum obfuerunt, *iterumque proſunt*.

1 *In aedem Concordiae.*] In curia fuiſſe, & ibi aliquando Senatum habitum, teſtantur Lampridius, & Varro. M. Tullius ac Livius in area Vulcani ſumma nobilium invidia aedem Concordiae a Flavio dedicatam prodidit, ex mulctatitia pecunia foeneratoribus condemnatis aream feciſſe, cum ad id publica non daretur, quam voverat, ſi populo reconciliaſſet ordines, inciditque in tabula aerea. Eam aedem trecentis quatuor annis poſt Capitolinam dedicatam fuiſſe auctor eſt Plinius. Tranquillus teſtatur, Tiberium *aedem Concordiae* dedicaſſe. In monumentis urbis hoc reperitur S. P. Q. R. *aedem Concordiae* vetuſtate collapſam in meliorem faciem opere & cultu ſplendidiore reſtituerunt. Appianus ſcribit, poſt necem Gracchorum Senatum juſſiſſe *aedem Concordiae* in foro erigi. Aut igitur neceſſe eſt diverſas *Concordiae aedes* in urbe conſtructas & dirutas interdum reparatas: aut apertiſſime inter ſe diſſentire ſcriptores. CATAN.

2 *Ex parte quarta.*] Lex Falcidia lata eſt, quae primo capite liberam legandi facultatem dedit uſque ad dodrantem: ſecundo capite modus legatorum conſtituitur his verbis: *Quicunque civis Rom. poſt hanc legem rogatam teſtamentum faciet, is quantam cuique civi Rom. pecuniam in rep. dare, legare volet, jus poteſtasque eſto. dum ita detur legatum. ne minus quam* quartam partem *hereditatis ex eo teſtamento heredes capiant* Paulus ad leg. Falcid. IDEM. *Ex parte quarta ſcripſiſſet heredem, &c.*] Quarta enim relicta ſufficit ad excludendam inofficioſi querelam, Auctore Ulpiano L. Papinianus VIII. §. Quoniam VIII. D. de inofficioſo teſtamento. BUCHNER.

3 *Inſtituiſſet ex aſſe, &c.*] Julius Paulus Lib. IV. Receptarum Sentent. Tit. V. de inofficioſi querela: *Filii ex aſſe heres inſtitutus inofficioſum dicere non poteſt, nec intereſt, exhauſta nec ne ſit hereditas, cum apud eum quarta Legis Falcidiae & S. C. Pegaſiani beneficio ſit remanſura.* IDEM. *Ex aſſe.*] Sub *aſſis* nomine tota hereditas notabatur, cujus partes ſunt: *Uncia* ab uno dicta, *Sextans* ſexta aſſis pars, *Quadrans* quarta, *Triens* tria, *Quincunx* quinque aſſis partes, *Semis* dimidium aſſis, *ſeptunx* ſeptem unciae, *Bes* octo, *Dodrans* novem, *Decunx* vel *Dextans* decem, *Deunx* undecim. VEENH.

4 *Quarta.*] Legitima pars. Nam ſi totam hereditatem legatis abſumpſiſſet, profuiſſet Curiano doli exceptio, quod reſpondet Paulus de jure codicillorum. CATAN.

5 *Augebo.*] Volebat Secundus, ut Curianus acciperet quartam bonorum partem a ſuis coheredibus. Nam ſuam portionem jam ſibi uſucapione vendicaverat, tamen pro liberalitate ſua pollicetur ſe daturum quartam ſuae partis. Augebo igitur hoc pacto, ſi me unum ex illis, quos in judicium vocaſti, putavero, & mea cum illis communicavero. Sic enim fiebat quarta major. IDEM. Mediceus: *quam tamen augebo*, Pronomine neglecto.

6 *Biennium.*] Juſtinianus in inſtit. titulo de uſucap. Jure civili conſtitutum olim fuiſſe tradit, rem mobilem anno ubique uno, immobilem biennio tantum in Italico ſolo uſucapi. quod ſequentes Imperatores emendarunt longius tempus uſucapionibus conſtituendo. CATAN.

7 *Uſucepiſſe.*] Mihi vendicaſſe uſu lege cauto. Nom *uſucapio* bono publico introducta eſt, ne ſcilicet quarundam rerum diu, & fere ſemper incerta dominia eſſent, cum ſufficeret dominis ad inquirendas res ſuas ſtatuti temporis ſpatium. *Eſt* autem *Uſucapio* ſecundum Modeſtinum, *acquiſitio*

pro mea parte [1] *tantundem.* Tuli fructum [2] non conſcientiae modo,
11 verum etiam famae. Ille ergo Curianus legatum mihi reliquit : & factum meum (niſi forte blandior mihi)[3] antiquum nobili honore ſignavit.
12 Haec tibi ſcripſi, quia de omnibus, quae me vel delectant vel angunt, non aliter tecum quam mecum loqui ſoleo : deinde, quod durum exiſtimabam, te amantiſſimum mei fraudare voluptate, quam
13 ipſe capiebam. Neque enim ſum [4] tam ſapiens, ut nihil mea interſit, an his, quae honeſte feciſſe me credo, teſtificatio quaedam, & quaſi praemium accedat. *Vale.*

II. C:

vel adjectio dominii per continuationem poſſeſſionis lege definitae. Catan. Iſta : *omniaque me uſucepiſſe* non comparent in Optimo. Pro iis Arnzen. *omniaque mea ſuſcepiſſe*, & Ed. Vet. *omniaque ſuſcepiſſe.*

1 *Iantundem.*] Quartam cum ceteris coheredibus, ut ſcilicet computata univerſa hereditate quarta pars detraheretur & Curiano daretur. Catan.

2 *Non* conſcientiae *modo*, *verum etiam* famae.] Quorum alterum ſaepe ſufficit. Probe haec illuſtrat Minos, quem vide.

3 *Antiquorum notabili more.*] Quo modo ſolebant antiqui facere. vel legas *honore*, quo proſequebantur antiquos. Catan. *More.*] Omnes editi fere habent *honore.* Lectione Catanaei id, *more ſignavit*, poteſt conſuetudinis obſervationem ſignificare, ut ſaepe, vel etiam ad exemplum antiquorum. Veenh. Lege : *antiquorum* notabilium *more ſignavit.* Barth. Et ſic habet margo Gryphii, cum tamen hoc ſenſum min me expediat. Vulgata erat : *Et factum meum* (*niſi forte blandior mihi*) antiquorum notabili more *ſignavit.* Additum illud: *niſi forte blandior mihi*, docere potuiſſet, locum male ſanum eſſe, quem emendationes in vocibus *notabili* & *more* tentatae non perpurgant. Factum ſuum laudat Plinius, & modeſte Parentheſin adiecit : cuius tamen rei nulla ratio in Vul_ata lectione adparet. Igitur legendum ex optimo Mediceo : *& factum meum* (*n. ſ. b. m.*) antiquum nobili honore *ſignavit.* Primum enim *factum* ſuum *antiquum*, id eſt, antiquae integritatis, antiquis ſimile laudat, ut in ſimili cauſſa Lib. II. Epiſt. XVI. honeſtatem ſuam declarare non obliviſcitur. *Antiquum* autem frequentiſſimum hac notione apud Noſtrum, ut oſtendent notae ad Lib. II. Epiſt. IX. n. 4. & ad Epiſt. XI. n. 18. Deinde *nobili* ex Codice praefero, cum *notabile* apud Noſtrum ſaepiſſime in deteriorem partem, pro invidioſo, ſuſpecto & periculoſo accipiatur, Vide Lib. IX. Epiſt. XIII. n. 10. isque ſenſus hic facile in tali poſitu emergere poſſet, contra mentem Secundi. Denique *more ſignare* abſurdiſſimum eſt, & ille egregie ineptit, qui *ſignare* ad teſtamentum retulit. At *honore ſignare* eſt honore illuſtrare, notabile reddere, decorare, ut *nota ſignare*, & alia apud Lucanum Noſtrum. Ovidius V. Faſt. vs. 474.

Ut celebrem feſto ſignet honore *diem.*

Et *teſtatione ſignare* apud Apulei. VI. Metam. pag. 185. ut apud Criſpum & alios *gloria decorare*, *honore honeſtare.* vide ad Criſpi Cat. cap. XII. n. 4. Pinguior etiam iſte ſignificatus vocabuli *honoris*, quo pro praemio & munere accipitur, hic non alienus eſt. Eum illuſtravimus ad Cicer. XVI. Fam. Epiſt. IX. n. 6. Ne dicam, proprie *honorem* & in Iure, & in aliis auctoribus de hereditate & legatis dici, quod declarabit nota Cl. Burmanni ad Quinctil. Declam. CCLXI. *Quae ratio teſtamentorum? cum is, qui treverit hereditatem, continuo non plus ſit habiturus, quam ceteri, & diviſurus cum his, qui non eumdem* honorem *ſupremis defuncti tabulis habuerunt.* His cauſſis permotus ſcripturam Mediceam in textu exhibeo. Corte.

4 *Tam ſapiens.*] i. φίλαυτος. Barth. Peſſime. Reſpicit ad Stoicos alioſque ſapientes, qui omnes *teſtificationes* honoris, & externa praemia virtutis contemnere profitebantur. Vide Horat. II. Satyr. VII. vs. 83. ſqq. ibique interpretes. Se autem non ita ſapientem eſſe dicit, ſed practer conſcientiam, etiam famae fructum in recte factis ſpectare. Lib. IV. Epiſt. XII. n. 5. *Quamvis enim abunde ſufficiat illi, quod eſt & a principe, & a ſenatu probatus, gaudebit tamen* teſtimonio *tuo. Omnes enim qui* gloria famaque *ducuntur* &c. adde Lib. III. Epiſt. IX. n. 23.

II. C. PLINIUS [1] FLACCO SUO S.

Flacco agit gratias pro turdorum corona, ſeque par munus ex Laurentino remittere non poſſe teſtatur.

ACcepi pulcherrimos turdos, cum quibus [2] parem calculum ponere, [3] nec urbis copiis ex Laurentino, [4] nec maris tam turbidis tempeſtatibus poſſum. Recipies ergo epiſtolas ſteriles, & ſimpliciter 2
ingratas: ac ne illam quidem [5] ſollertiam [Diomedis] in permutando munere imitantes. Sed, quae facilitas tua, hoc magis dabis veniam, quod ſe non mereri fatentur. *Vale.*

III. C.

1 *FLACCO.*] *Annium Flaccum* Senatorem apud Plin. invenies. Adhaec ſcimus *Valerium Flaccum* poetam per illa tempora claruiſſe. Crediderim tamen, cum haec ſcr.beret Secundus, ab humanis exceſſiſſe. In quibuſdam exemplaribus non *Flacco*, ſed *Calpurnio* ſcriptam epiſtolam notavimus: ſive is fuerit *Calpurnius Piſo*, cújus paulo poſt fit mentio: ſive *Calpurnius Agricola*, ab Antonino philoſopho miſſus adverſum Britannos. *Calpurnio Rufo* ſcripſit Adrianus: & *Calpurnio Flacco* ſecundum Paulum, quem conſtat perveniſſe uſque ad Antonini & Severi tempora. *Calpurnium Macrum* Secundus teſtatur ſua tempeſtate virum clariſſimum. CATAN. Lindenbr. & Arnz. *Calpurnio Flacco* inſcribunt, quomodo & Riccard. in Indice. Optimus & reliqui tantum *Flacco Suo*; Oxon. *Titroni Suo.*

2 *Parem calculum.*] Par munus reddere. Tracta ſimilitudine a calculatoribus, qui *parem calculum*, id eſt, parem rationem adſcribunt. CATAN.

3 *Nec ullis copiis ex Laurentino.*] Cum ibi nihil praeter tectum & arenas ſtatim poſſideret, ut alibi refert: nullae ergo erant in Laurentino copiae. Plures legunt, *nec urbis copiis ex Laurentino*, id eſt, ex urbanis copiis, quas juſſi exportari in Laurentinum, ſed durior dicendi modus. IDEM. *Nec ullis, &c.*] Pal. & Vett. Edd. ad unam omnes, *nec urbis copiis.* Dixi in ſuſpicionibus, legendum videri, *nec ruris copiis*, & id adhuc habuerim pro vero. GRUTER. *Nec ullis copiis ex Laurentino.*] In Veteribus libris & MSS. etiam conſtanter fuit *urbis:* ex quo praeclare Gruterus, *ruris* legendum conjiciebat. Nam ſicut mox *maris*, ita hic *ruris copias* dixit. Et infra Lib. VI. Ep. XXVIII. utrumque genus, *urbanas* juxta & *ruſticas copias* habet. BUCHNER. Pro *nec* ullis *copiis* ſcribendum cenſeo: *nec* villae *copiis.* nam Laurentinum villa. BARTH. Etiam in noſtris MSS. omnibus eſt: *nec* urbis *copiis*, quod interim revocavi, cum illud *ullis* in nullo Codice, & ne quidem in Aldinis reperiatur. *Urbanas copias* non defuiſſe Laurentino, contra ac cenſet Catanaeus, videbis ex eius deſcriptione Lib. II. Epiſt. XVII. n. 26. 27. 28. unde & cognoſces, cur *maris copiae* obiiciantur.

4 *Nec maris tam turbidis tempeſtatibus.*] Poterat pro avibus piſciculos mittere: ſed neque horum copiam eſſe, per tempeſtates, quibus in praeſenti mare aeſtuet, ſignificat. Tum enim nulla capturae opportunitas: per tempeſtates enim maxime latent piſces. CATAN.

5 *Sollertiam Diomedis.*] Nullo quantulocunque munere dignantes. In VI. Iliados rapſodia vs. 236. tradit Homerus, Glaucum & Diomedem poſt congreſſum inter ſe mutaſſe arma: Glaucum aurea, quae centum bobus, Diomedem ferrea, quae novem tantum aeſtimabantur, dediſſe. Hujus rei meminere inſuper Plinius Lib. XXXIII. cap. 1. & Gellius Lib. II. C. XXIII. & Martialis Libro IX. expreſſit. Homeri carmen M. Tullius ad Atticum Lib. VI. recitat, *Habes*, inquit, *ad omnia non ut poſtulaſti*, χρύσεα χαλκείων, *ſed paria paribus reſpondimus.* Et proverbium inde ortum in ſagaces: χρύσεα ἀντὶ χαλκείων διαμείβεσθαι νοεῖς, id eſt, *aurea pro aereis permutare noſti.* CATAN. Lege Beroaldum Tom. I. Lamp. Crit. pag. 220. BARTH. Mediceus: *ac ne illam quidem ſollertiam inter mutando munere imitantis*, ut deſit nomen *Diomedis:* quod mihi rectiſſime excludi videtur, quia *iſta ſollertia* in permutando munere tam nota & pervulgata fuit, ut in proverbium abierit. Reliqua antiquo ſcribendi mori & negligentiae librarii tribuo.

III. C. Plinius [1] Aristoni Suo S.

Dum legerentur Secundi epigrammata apud Ariſtonem praeſentibus multis, quidam laudarunt, alii damnarunt, quod vir tantus laſciva talia publicaret, quibus ab Ariſtone cognitis ſcribit Secundus, ſe honeſtas animi laxationes ſequi, praeſertim in verſiculis, nec id facere ſine multorum ac maximorum exemplo, quos plurimos commemorat; deinde cur epigrammata recitet, prudenter explicat.

Cum plurima officia tua mihi grata & jucunda ſunt, tum vel maxime, quod me celandum non putaſti, fuiſſe apud te de verſiculis meis multum copioſumque ſermonem, eumque diverſitate judiciorum longius proceſſiſſe: exſtitiſſe etiam quoſdam, qui ſcripta quidem [2] ipſa non improbarent, me tamen amice ſimpliciterque reprehenderent,
2 quod haec ſcriberem recitaremque. Quibus ego, ut augeam meam culpam, ita reſpondeo. Facio nonnunquam verſiculos [3] ſeveros parum, facio comoedias, & audio, & ſpecto [4] mimos, & lyricos lego, & [5] Sotadi-

1 *ARISTONI SUO.*] Lindenbr. *Titio Ariſtoni Suo*, quomodo Riccard. in Indice. In contextu vero, ut ceteri Codd. ille quidem nude: *Ariſtoni Suo.* Oxon *Iulio Suo.*

2 *Ipſa* non improbarent.] Optimus: *ipſa probarent*, quod eodem redit, & mihi certe magis placet.

3 *Severos parum, facio comoedias, & audio & ſpecto mimos.*] Ita quidem vulgo editur. At Libri Vett. longe aliter & legunt, & diſtinguunt. Primarii Mediceus, Riccard. item Oxon. locum ita concipiunt: *Facio nonnumquam verſiculos, ſeveros parum* facio. Nam & *comoedias audio*, & *ſpecto mimos*, quomodo Aldus edidit. Helmſtad. *Severos parum* faciam, & *comoedias audio*, & *ſ. m.* Arnz. & reliqui: *ſeveros parum facio, comoedias audio.* Ed. Vet. *facio & comoedias, audio & ſpecto minimos.* Ex quo efficitur, ſcripſiſſe Plinium: *facio* & (vel *etiam*, quia in veterrimis eſt *nam et*, quod tranſpoſitum *et nam*, ad *etiam* proxime accedit) *comoedias & audio, & ſpecto mimos*; aut, quod Gryphius aliique prodiderunt: *facio comoedias & audio.* Quia vero nullus codex Copulam & ante verbum *audio* agnoſcit, & in illo *nam &*, aut *faciam &*, aliud latere poſſit, videndum an dederit auctor: *ſeveros parum, facio* iambos, *comoedias* audio, *& ſpecto minos.* De *iambis* vide ad Lib. IV. Epiſt. III. n. 3. Comoedias recte *audiri* dici, docebit nota ad Lib. III. Epiſt. I. n. 9. De *Lyricis* actum ad Lib. III. Epiſt. I. n. 7.

4 *Mimos.*] Omnium geſticulatores, unde & *Pantomimi* appelati. Eos, qui ſpectaſſent, Apulejo tradente, ridere opus erat. *Mimographi* autem mimorum ſcriptores, e quibus Laberius palmam tulit. Catan.

5 *Satyricos.*] Qui turpia verſu notant & carpunt. Non diſplicet *Sotadicos* ſcilicet verſus, de quibus alibi. Qui *Socraticos* legunt, videntur reſpicere Socratis amatorios ſermones, cum tamen fere alibi Socratici ſermones pro ſapientibus & moralibus accipiantur. Catan. *Et Sotadicos.*] Omnino altera lectio, *& Socraticos intelligo*, videtur indicare veram lectionem eſſe *Sotadicos*, quod & Eruditiſſ. Catanaeo veniſſe in mentem video. Casaub. *Et Sotadicos.*] Video doctos non abhorrere ab iſta lectione, & vero ei proxime accedit ſcriptura librorum, in quibus *Socraticos*, quibus & accedit Palat. noſter. Nam ceterae Edd. *& Satyricos intelligo.* Gruter. *Et Sotadicos.*] Rutgerſius, *nollem*, ait, *Caſaubonum ſecutum eſſe Catanaeum.* Nam & Martialis Lib. IX. Ep. XLVIII. in quendam Pannicum ſcribit:

Democritos, Zenonas, inexplicitosque Platones,
Quicquid & hirſutis ſquallet imaginibus.

Ubi Satyricum innuit. Et Juvenal. Satyr. II.

— *Ca-*

tadicos [1] intelligo: aliquando praeterea rideo, jocor, ludo; utque
omnia innoxiae remiſſionis genera breviter amplectar, homo ſum.
Nec vero moleſte fero, hanc eſſe de moribus meis exiſtimationem, ut, 3
qui neſciunt talia doctiſſimos, graviſſimos, ſanctiſſimos homines ſcri-
ptitaſſe, me ſcribere mirentur. Ab illis autem, quibus notum eſt, quos 4
quantosque auctores ſequar, facile impetrari poſſe confido, ut errare
me, ſed cum illis ſinant, quorum non ſeria modo, verum etiam luſus
exprimere, laudabile eſt. An ego verear (neminem viventium, ne 5
quam in ſpeciem adulationis incidam, nominabo) [2] ſed ego verear, ne me
non ſatis deceat, quod decuit [3] M. Tullium, Cajum Calvum, [4] Aſinium
Pollionem, [5] Marcum Meſſalam, [6] Q. Hortenſium, [7] M. Brutum, [8] L.
Syl-

— *Caſtigas turpia, cum ſis*
Inter Socraticos notiſſima foſſa cinaedos.

Quo loco, quod homo eruditiſſ. Paulus Leopardus contendat *Sotadicos* legendum eſſe, ſatis confutant, quae dixi. Rutgerſ. Lib. VI. Variar. Lection. C. XIII. Veenh. MSS. noſtri omnes cum Aldo: *& Socraticos intelligo.* Placet tamen *Sotadicos*, licet in loco Iuvenalis Rutgerſio accedam. Ed. Vet. Gryphius & alii dederunt: *& Satyricos intelligo.*

1 *Intelligo.*] Dixit ſic, non tam propter difficultatem, & figuratum dicendi genus, quod illis peculiare eſt, quam propter turpia. *Intelligo* igitur lego. Catan.

2 *Sed ego verear.*] Nihil delendum, nam ſaepe ſic loquitur. Barth. Poſt interpoſita enim quaedam, priora verba per Particulas *ergo*, *igitur*, *itaque*, *autem* iterum adſumere ſolent: etiam per *ſed*. Cicero Lib. II. ad Quint. Fr. Epiſt. III. *qui* ut peroravit (*nam in eo ſane fortis fuit* —) ſed *ut peroravit, ſurrexit Clodius.* Diximus ad Lib. XV. Fam. Epiſt. X. n. 1.

3 *M. Tullium.*] Quem idem Lib. VII. teſtatur laſcivos verſus compoſuiſſe, & ad exemplum ejus commotum, ut ſimiles pangeret. Catan.

4 *Aſinium Pollionem.*] Longum eſſet recenſere omnia, quae ab hiſtoricis de iſtis ſcriptoribus referuntur, quare contenti erimus allegare, quibus probentur fuiſſe ſummi & oratores & poetae. *Pollio* igitur vir conſularis, orator ac hiſtoricus inſignis, & ſecundum aliquos declamator philoſophusque. Nam temporibus Pompeii Magni declamavit in urbe, & Timagenis ſcholae ſucceſſor fuit. LXXX. aetatis ſuae anno in villa Tuſculana moritur. Eum Seneca poetam appellat. Nam tragoedias compoſuiſſe Tacitus & Horatius meminere, & illius carmen mirum in modum Vergilius in Bucolicis extollit. Scripſit autem multa, quorum aliqua recitantur a Suida. Idem.

5 *Marcum Meſſalam.*] Hic patre M. Meſſala natus iiſdem Coſſ. quibus T. Livius hiſtoricus, minor natu, quam Cic. Orator, nullo modo inops, ſed non nimis ornatus genere verborum, prudens, acutus, minime incautus patronus, in cauſis cognoſcendis componendisque diligens, magni laboris, multae operae, multarumque cauſarum. Fuit ingenio exactiſſimo & Latini ſermonis diligentiſſimus obſervator: unde totos libellos non de rebus modo ſingulis, ſed etiam de literis edidit. Illi vertere Graeca in Latinum placuit, multaeque fuerunt ad hunc modum ſcriptae orationes: adeo ut etiam cum illa Hyperidis pro Phryne difficillima Romanis ſubtilitate contenderit. Idem.

6 *Q. Hortenſium.*] Hic Conſularis vir clarus & humanus Praetor, Pompejanas partes ſecutus in Macedoniam. Idem.

7 *M. Brutum.*] Orator plurimum actione valens, cujus rei fides eſt, quod ejus ſcripta tantum intra famam fuerunt. Diu oratorum princeps, aliquando aemulus Ciceronis exiſtimatus eſt, noviſſime quoad vixit Secundus. Nam omnibus ferme aetatis ſuae oratoribus, niſi M. Tullio clarior. Fuit multa cum munditia indutus amictusque, piſcinarum & pavonum amator. Cicero de Claris Oratoribus, & Valerius Maximus Lib. VIII. plurimum actione valuiſſe tradunt. In Brutum etiam edita carmina prodit Seneca, Lib. IV. controverſ. M. Bruti vita luculentiſſime a Plutarcho deſcribitur. Catan.

8 *L. Syllam.*] *Sullam* quidam legunt, quod facilis ſit tanſitus ab *y* in *u*. *Syllam* a colore nomen traxiſſe credit Plutarchus; alii, ut Macrobius, dictum quaſi *Sibyllam*. *L.* igitur *Sylla* cognomento *Foelix*, ſalibus & ſcommate oblectatus, commen-

Syllam, Quintum [1] Catulum, [2] Quintum Scaevolam, [3] Servium Sulpitium, [4] Varronem, [5] Torquatum, immo Torquatos, [1] C. Mem-

mentarios rerum ſuarum reliquit, poſt captas Athenas allatam Apelliconis bibliothecam in urbem tranſtulit, in qua fuerant Ariſtotelis & Theophraſti libri, qui publicati multum Romanis ad philoſophiam contulerunt. Fuit enim *Sylla* literis Graecis & Latinis pariter doctiſſime eruditus, facundus ac ingenio incredibili, ut in hiſtoriis memorat Saluſtius. CATAN.

1 *Q. Catulum.*] *Q. Catulus Luctatius* Conſul cum *Mario* de Cimbris triumphavit. Cenſuram cum Craſſo geſſit, civilibus negotiis, quam rei militari commodior, Syllanae factionis aliquando princeps, in ſummo honore apud optimates & multitudini non inviſus, omnium vero Romanorum manſuetiſſimus, auctoritatis, integritatis, aequitatis primus, poſt dedicatum a ſe Capitolium, qui ſomniavit Jovem in gremium ſuum Auguſtum puerum repoſuiſſe, atque Reipub. ſignum, quod manu geſtaret, in ſinum ejus collocaſſe. *Catulo* non ſolum nos Latini, ſed etiam Graeci ipſi (Cicero refert) ſolent ſuae linguae ſubtilitatem elegantiamque concedere. Epigrammata luſiſſe Gellius auctor eſt. IDEM.

2 *Q. Scaevolam.*] *Q. Mutius Scaevola*, P. filius, & L. Craſſi ſocer, princeps Romae in aedilitate ſua leonum ſimul plurium pugnam dedit, collega Craſſo oratori in Conſulatu, & iterum cum L. Caecilio Metello, cum uterque de Dalmatis triumphavit, pontifex Max. Romanorum unus & ingenio & induſtria praeſtantiſſimus. Nam fuit orator ac Juriſconſultus inſignis, qui Ciceronem in jure civili inſtituit. Unde merito *Q. Scaevolam* Lib. I. de Oratore vocat omnium doctiſſimum, & diſciplina Juris civilis eruditiſſimum, & ingenio prudentiaque acutiſſimum, & oratione maxime limatum: ſubtilem, & Juriſperitorum eloquentium Juriſperitum eloquentiſſimum. Plura lege apud eundem in libro de Claris Oratoribus. CATAN.

3 *Servium Sulpitium.*] *Servius Sulpitius* vir princeps, qui interrex Pompejum unicum Conſulem creavit, in adoleſcentia verbis redundantibus, & efferveſcentibus: poſt Lucii Craſſi auditor magnificum illud dicendi genus expreſſit: tantam facultatem aſſecutus, ut non aequalibus ſuis ſolum anteponeretur, ſed cum majoribus natu compararetur. Nemo enim nec motu corporis, nec ipſo habitu, atque forma fuit aptior, nec voce plenior, aut ſuavior, cujus tanta erat in dicendo gravitas, tanta jucunditas, tanta brevitas, ut poſſet, vel ut prudentes errarent, vel ut boni minus bene ſentirent, dicendo perficere. Reliquit prope centum & octoginta libros, auctore Pomponio: hoc ſolo exercitationis genere ſe exercere ſolebat in componendis carminibus. Nam & ſublimis ſpiritus attollere orationem poterat, & verba poetica libertate audaciora praeſumunt eandem dicendi facultatem. Quare Ovidius ſecundo Triſtium monſtrat, Servium aliquando verſibus laſciviſſe. IDEM.

4 *Varronem.*] *Marcus Terentius Varro* ſecundum Sidonium alius ab eo, qui natus in vico Attace Narbonenſis provinciae [ſic] XXXV. agens annum literas Graecas ſummo ſtudio edidicit: in Latinis praeceptorem habuit Laelium virum doctum, & ſocerum C. Fundanium, vir ingenio omnique doctrina praeſtans. L. Aelium equitem eruditiſſimum, & Graecis literis & Latinis, antiquitatisque noſtrae penitus literatum imitatus: eam ſcientiam per ſeſe etiam auctam pluribus & illuſtrioribus literis explicuit: quem ſenſum voluit, optime expreſſit: omnium Rom. doctiſſimum, linguae Latinae peritiſſimum, & omnis antiquitatis, & rerum Graecarum, noſtrarumque, teſtantur Seneca & Fabius. IDEM. *Varronem.*] Macrobius hunc in omnibus imitatorem Homeri, A. Gellius vero doctrinarum multiformium, variarumque artium, quibus humanitas erudita eſt, culmen habuiſſe tradunt. Multa ſcripta reliquit, quorum hic mentionem facere, longum foret. Ex iis unicum indicaſſe ſufficiat, quod Argonautica conſcripſerit, ut colligi licet ex II. Triſtium Ovidii:

Is quoque Phaſiacas Argon qui duxit in undas,
Non potuit Veneris furta tacere ſuae.

Quibus *M. Varronis* Argonautica & Epigrammata monſtraſſe, cuivis liquet. Triumviratum & Tribunatum geſſit, in quibus valde claruit. Quam in rem confer Aul. Gellium in Noct. Attic. diverſis in locis. VEENH.

5 *Torquatum, immo Torquatos.*] Primum *Torquato* cognomentum indidiſſe accepimus *torquem* ex auro hoſtis Galli, quem ſingulari certamine provocatus occiderat, & *torquem* detractum collo ſuo impoſuerat, inde cognomen in familiam receptum. Igitur *Torquatos* eloquentes adducit: quorum primus *L. Torquatus*, M. Tullio referente, elegans in dicendo, in aeſtimando admodum prudens orator, quem non tam cito Rhetorem dixiſſes, etſi non deerat oratio, quam, ut Graeci dicunt

[1] C. Memmium, [2] Lentulum, [3] Gaetulicum, [4] Annaeum Senecam, & proxime [5] Verginium Rufum: & ſi non ſufficiunt exempla priva-

dicunt, politicon: verum in eo erant plurimae literae, nec vulgares, ſed interiores quaedam, & reconditae: divina memoria, ſumma verborum & gravitas, & elegantia: atque haec omnia vitae decorabat gravitas & integritas. CATAN.

1 *C. Memmium.*] *C. Memmius*, L. filius, perfectus literis, ſed Graecis: faſtidioſus ſane Latinarum: argutus orator, verbisque dulcis: ſed fugiens non modo dicendi, verum etiam cogitandi laborem: tantum ſibi de facultate detraxit, quantum imminuit induſtriae. Haec Cicero de claris Oratoribus, & quae ſequuntur. Tum etiam *C.* & *L. Memmii* fuerunt oratores mediocres, accuſatores acres atque acerbi. Itaque in judicium capitis multos vocaverunt, pro reis non ſaepe dixerunt. Nam *C. Memmius*, Tribunus plebis, Marcum Luculli fratrem reum fecit, & cum judicium Marcus evaſiſſet, convertit accuſationem in *L. Lucullum*, ſed conſpiratione nobilium defenſus eſt. Hic eſt ille *Memmius*, qui dixit Catonem totas noctes ebrium eſſe, & orationibus aſperrimis inſectatus eſt Julium Caeſarem, a quo non minore acerbitate repreſſus, ſed mox Caeſar in petitione Conſulatus *Memmio* ſuffragator fuit. *Memmii* dura epigrammata notat Gellius, Ovidius Latina Lib. II. Triſt.

Quid referam Tindae? quid Memmi carmen? apud quos
Nomen adeſt rebus, nominibusque pudor.

Ubi tamen quidam pro *Tindae* legunt *Ticidae*. IDEM.

2 *Lentulum.*] *C. Lentulus Marcellinus Cenſorinus*, nec unquam indiſertus, & in Conſulatu pereloquens viſus eſt: non tardus ſententiis, non inops verbis. Legitur etiam *Cn. Lentulus*, qui teſtimonio M. Tullii multo majorem opinionem dicendi actione faciebat, quam quanta in eo facultas erat: non peracutus, quanquam & ex facie & ex vultu videbatur: nec abundans verbis, & ſi fallebat in eo ipſo, ſic intervallis, exclamationibus, voce ſuavi & canora, admirando irridebat: calebat agendo, ut ea, quae deerant, non deſiderarentur. IDEM.

3 *Gaetulicum.*] Cum *Cajo Gaetulico* inimicitias geſſiſſe, Lib. IV. natur. quaeſt. affirmat Seneca: apud alium quempiam nihil adhuc de illo comperi, praeter unum Martialem, qui in praefat. Libri primi aſſerit, *Gaetulicum* epigrammata ſcripſiſſe. IDEM. *Gaetulicum.*] Ejus epigrammata Graeca exſtant in Anthologia. Conjuncte fere legunt *Lentulus Gaetulicus*, ut apud Sidon. Lib. II. Epiſt. X. & in excuſator. ad Felicem. vide Sirmond. VEENH.

4 *Annaeum Senecam.*] *Lucius Annaeus Seneca* Cordubenſis, cujus ſi ſingula exequi vellem, formam interpretis excederem, Cyrum Maryllium Eſerninum rhetorem praeceptorem, & condiſcipulum Portium Latronem declamatorem habuit: & Phocionem Stoicum in philoſophia audivit, & Attalum. Supervixit ad multum aetatis, ut potuerit, ipſo conteſtante, M. Tullium audiviſſe. Plurimum ſtudii in eo fuit, multarumque rerum cognitio: in qua tamen aliquando ab his, quibus inquirenda quaedam mandabat, deceptus eſt. Natus ingenio amoeno, & temporis illius auribus accommodato. Tractavit omnium fere ſtudiorum materiam: nam plura ſcripſit, quam nunc extant. In dicendo copiam prae ſe tulit: at in philoſophia parum diligens, egregius tamen vitiorum inſectator: multae in eo claraeque ſententiae, multa etiam morum gratia legenda, ſed in eloquendo corrupta pleraque. Velles eum ſuo ingenio dixiſſe, alieno judicio. Sane fractum dicendi genus habuit, ac ab antiquis deflexit. Potiores ſe nimium inceſſit. Lege Gellium Lib. XII. cap. II. Poemata Fabio prodente ſcripſit. Moriens ſibi hoc epitaphium condidit:

Cura, labor, meritum, ſumpti pro munere honores
Ite, alias poſt hac ſolicitate animas.
Me procul a vobis Deus evocat, illicet actis
Rebus terrenis, hoſpita terra, vale.
Corpus avara tamen ſolemnibus accipe ſaxis
Namque animam coelo reddimus, oſſa tibi.

Sidonius Apollinaris hendecaſyllabo ad Felicem ex profeſſo docet tragoedias ab altero *Seneca* ſcriptas. Vitam & mores, fortunam, mortis cauſas & genus cum uxore *Paulina*, ſi quis requirit, legat Tacitum, Dionem & D. Hieronymum a prioribus diſſentientem. CATAN. Poſt hunc *Annaeum Senecam* Hackiana, Gryphius, Catanaeus & multae aliae Edd. addebant *Luceium*, vel *Lucanum*. Sed neutrum nomen in MSS. noſtris legitur, nec in Ed. Vet. & Aldinis. Igitur delevi.

5 Verginium *Rufum.*] Sic ſcribunt Mediceus, Riccard. Lindenbr. Oxon. Arnz. Voſſ. omnes

6 [1] privata, Divum [2] Julium, Divum [3] Auguſtum, Divum [4] Nervam, [5] T. Caeſarem? [6] Neronem enim tranſeo, quamvis ſciam, non corrumpi in deterius, quae aliquando etiam a malis, ſed honeſta manere, quae ſaepius a bonis fiunt. Inter quos vel praecipue numerandus eſt P. Virgilius, [7] Corn. Nepos, & prius [8] Accius Enniusque. Non quidem [9] hi Senatores, ſed ſanctitas morum non diſtat
7 [10] ordinibus. Recito tamen, quod illi an fecerint, [11] neſcio: etiam;

omnesque curatius impreſſi. Deteriores *Virginius*. Vide Lib. II. Epiſt. I. ubi eadem varietas.

1 *Privata.*] Reſpectu Imperatorum. Sic uſurpat in panegyrico. Nam alias omnes jam nominati fuerant in magiſtratu. CATAN.

2 *Julium.*] *C. Julius Caeſar* Dictator poema reliquit, cui titulus, *iter*, *puer*, *&* *adoleſcentulus*: quaedam ſcripſerat, ut laudes Herculis, Oedipi tragoediam, dicta collectanea. Tacitus aſſerit, eum feciſſe carmina & in bibliothecas repoſuiſſe, apud quem & Ciceronem, Hircium, Fabium, Tranquil. Plut. Gellium multa de illius eloquentia, & ingenio diſſeruntur. IDEM.

3 *Auguſtum.*] *Auguſtus Caeſar* jocos affectavit, ſalvo tamen majeſtatis pudorisque reſpectu, nec ut caderet in ſcurram. Fuit poeticae ſtudioſus Horatii teſtimonio muſas alloquentis:

Vos Caeſarem altum militia ſimul
Feſſas cohortes addidit oppidis.
Finire quaerentem labores
Pierio recreatis antro.

IDEM. De carminibus *Auguſti* vide Sueton. Auguſt. cap. LXXXV. ibique Beroald. Adde imprimis Rutgerſ. Lib. II. Variar. Lection. cap. XIX. VEENH. Auguſti obſcoeniſſimum Epigramma producit Martialis. BARTH.

4 *Nervam.*] *Coccejus Nerva*, qui poſt Domitianum imperavit, & nunquam viſus eſt ridere, neque ludere inter amicos, epigrammata ſcripſit, & ad eum Nero opus ſuum miſit, ac Tibullum alterum appellavit. Lib. IX. ſcripſit Mart. carmen ad *Nervam*. CATAN.

5 *Titum Caeſarem?*] Amor ac deliciae generis humani *Titus Caeſar* Latinae Graecaeque linguae, vel in orando vel in fingendis poematibus ad extemporalitatem uſque promptus & facilis: quod praeter Tranquillum Suetonium, Plinius ſenior in praefatione naturalis hiſtoriae tetigit. IDEM.

6 *Neronem.*] *Domitius Nero* puerilibus ſtatim annis aliquando carminibus pangendis animum exercuit, ita ut ineſſe ſibi elementa doctrinae oſtenderet. Imperator quoque carminum ſtudium affectavit. Contracti ſunt quibus aliqua pangendi facultas, necdum inſignis aetatis, qui conſidere ſimul, vel allatos, vel ibidem repertos verſus connectere ſolebant, atque ipſius verba quoquo modo prolata ſupplere. Philoſtratus Lib. IV. ſcriptum reliquit *Neronem* hymnos ſcripſiſſe, & multas tragoedias tranſtuliſſe. Suetonius *Neronis* carmina in theatro recitata, tanta univerſorum laetitia, ut ſupplicatio decerneretur, atque pars carminum aureis literis Jovi Capitolino dicata ſit, refert. IDEM.

7 *Corn. Nepos.*] Nomen corruptum. quid enim hic inter poetas? BARTH. At libri omnes ſervant, & *Nepotem* Apologos quaſi ſcripſiſſe teſtatur Auſonius Epiſt. XVI.

8 *Actius.*] *L. Actius*, ſive *Accius* (nam utraque lectio frequens circumfertur), poeta tragicus Pacuvio junior, iiſdem tamen temporibus: quorum congreſſum Tarenti enarrat Gellius Lib. XII. cap. II. utrique ſcriptores clariſſimi gravitate ſententiarum, verborumque pondere, auctoritate perſonarum. CATAN. Auctoritate Optimi reſtitui: *Accius Enniusque*, cum vulgo darent: *Ennius Actiusque*.

9 *Hi.*] *P. Virg.* & reliqui non fuerunt Senatores, ut, qui Senatum ingrediendi & ſententias dicendi jus haberent: quidam tamen autumant *Pacuvium* & *Corn. Nepotem* fuiſſe Senatores. CATAN.

10 *Ordinibus.*] Illis, qui geſſerunt magiſtratus certo ordine dari ſolitos. Proprie tamen in dignitatibus ordo equeſtris, & Senatorius dicitur, ut in militia primipilatus. IDEM. *Sanctitas morum non diſtat ordinibus.*] Non detrahit morum *ſanctitati* imparitas ordinis & aeque omnibus miranda ac aeſtimanda virtus eſt. BUCHNER.

11 *Neſcio etiam, ſed.*] Placet fere, quod eſt in exemplari Palatino, *neſcio; etiamſi illi judicio*. Idem praeterea habet, *quem ante fecerint neſcio*; adeo ut videatur ſcribendum, *quod an & fecerint neſcio, etiamſi illi judicio*, *&c.* GRUTER. Miſere vexavit locum Gruterus, & recentiores quidam dicto audientes fidenter *etiamſi* ediderunt. In ſu-

etiam; ſed illi judicio ſuo poterant eſſe contenti: mihi modeſtior [1] conſtantia eſt, quam ut ſatis abſolutum putem, quod a me probetur. Itaque has recitandi cauſas ſequor. primum, quod ipſe qui recitat, aliquanto acrius ſcriptis ſuis auditorum reverentia [2] intendit: 8
deinde, quod, de quibus dubitat, quaſi [3] ex conſilii ſententia ſtatuit. [4] Multa etiam a multis admonetur, & ſi non admoneatur, 9
quid quiſque ſentiat, perſpicit ex vultu, oculis, [5] nutu, manu, murmure,

ſuperioribus nihil vitii ſubeſt, niſi quod ex Optimo reponendum ſit: *quod* illi an *fecerint neſcio*, quomodo iam Aldus edidit, & habetur in Ed. Vet. Reliqua editores tantum corruperunt prava diſtinctione, cum in MSS. integra habeantur. Dederunt nempe adhuc: *quod an illi fecerint*, neſcio etiam, *ſed illi* cet. Aldus autem & alii, qui videbant, in tali nexu Particulam *etiam* prorſus eſſe ſuperfluam, eam penitus excluſerunt: contra fidem librorum. Nos nullo negotio has turbas compoſuimus, poſt verbum *neſcio* interpungendo, ut Particula *etiam* per ſe intelligatur, hoc pacto: *Recito tamen, quod illi an fecerint, neſcio:* etiam; *ſed illi iudicio ſuo poterant eſſe* cet. Hoc *etiam* eſt adfirmantis, ut apud ipſum Tullium habetur, & Concedentis. Uti nempe conceſſerat eos, quos produxerat, non fuiſſe ſenatores; ita concedit, eos non recitaſſe. Saepius hoc ſenſu apud Noſtrum haec Particula occurrit. Lib. VI. Epiſt. II. n. 8. *At quaedam ſupervacua dicuntur:* etiam; ſed *ſatius eſt & haec dici, quam non dici neceſſaria.* Epiſt. XXVIII. n. 3. *Dices, oportere me tuis rebus, ut meis, uti:* etiam; ſed *perinde illis ac meis parco.* Lib. VII. Epiſt. XVII. n. 5. *Supervacuum tamen eſt recitare, quae dixeris:* etiam; *ſi eadem, ſi iisdem omnibus, ſi ſtatim recites.* illic idem vitium in vulgatis reperias. Lib. II. Epiſt. III. n. 9. *Dices, habeo hic quos legam non minus diſertos:* etiam; ſed *legendi ſemper occaſio eſt, audiendi non ſemper.* Sic & alibi. CORTE.

1 *Conſtantia.*] Fiducia. CATAN. *Conſtantia.*] Lego *conſcientia.* CASAUB. *Conſtant.*] Sic hoc eodem Libro Ep. I. *Sed jam nunc memento, non defuturam mihi conſtantiam.* GRUTER. Noſtri omnes uno ore: *mihi modeſtior* conſtantia *eſt*; ſed veriſſime Caſaubonus *conſcientia* legendum eſſe cenſuit. Quod Gruterus adfert, nihil cum hoc loco commune habet. Quidam ſola ſua conſcientia freti, quae ipſis placent, abſoluta & optima putant, licet aliorum adſenſus non acceſſerit; at Plinio modeſtior conſcientia, qui tum demum ſuo iudicio fidit, ſi aliorum conſenſus id confirmaverit.

2 *Intendit: &c.*] Diligentius ſcripta ſua examinat, quia reveretur auditores. Nam auditorum reverentiam paſſive accipi volo, quod magis placet, quam quod recitando facit auditores magis revereri ſcripta ſua. CATAN. Mediceus, Riccard. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *auditorum* reverentiam *intendit*, quod vitium vel ex principio ſequentis verbi *in*, vel ex antiqua nota Ablativi provenit. Certe in libris Vett. ſaepiſſime reperitur. In rem vide infra Epiſt. XIII. pr. ubi *revererer* ex MS. reſtituimus.

3 *Ex conſilii ſententia.*] Ex certa auditorum ſententia, quos adhibuerat in conſilium. Legimus etiam *ex conſiliariorum ſententia.* CATAN. Noſtri: *ex conſilii ſententia.* Alterum Gloſſatoris eſt. Vide ſupra ad Epiſt. I. n. 6.

4 Multa *etiam a* multis.] Lege Diog. Laert. Lib. V. Sect. 37. Eadem figura Lib. I. Epiſt. XX. n. 7. *Teſtes ſunt* multae multorum *orationes.* Adde Cicer. Lib. V. Fam. Epiſt. XII. n. 23. Lib. XII. Epiſt. VI. n. 4.

5 *Nutu*, manu, *murmure.*] Sic emendavi ex Mediceo, Riccard. Helmſt. Arnz. Oxon. Ed. Vet. & Aldinis. Vulgo circumferebatur: *nutu*, manuum motu, *murmure.* Sufficit *manu*, quod manuum plauſum, erectionem aliumque motum notat. Vide infra Lib. VI. Epiſt. XVII. n. 2. Sic Lucanus Lib. I. vs. 298.

— — — *tumultum*
Compoſuit vultu, dextra*que ſilentia iuſſit.*

ubi eius generis plura notamus. Tacitus IV. Hiſt. cap. IV. *Ceteri vultu*, manu*que*; *pauci compoſitis orationibus adſentiebantur.* Rurſus Lucanus Lib. VIII. vs. 327.

—— — *ſic fatus*, murmure *ſentit*
Conſilium damnaſſe viros.

CORTE.

mure, ſilentio, quae ſatis apertis notis judicium [1] ab humanitate
10 diſcernunt. Atque adeo, ſi cui forte eorum, qui interfuerunt, curae fuerit eadem illa legere, intelliget me quaedam aut commutaſſe, aut praeteriſſe, fortaſſe etiam ex ſuo judicio, quamvis ipſe nihil di-
11 xerit mihi. [2] Atque haec ita diſputo, quaſi populum in auditorium, non in cubiculum amicos advocarim, quos plures habere, multis glorioſum, reprehenſioni nemini fuit. *Vale.*

IV. C. PLINIUS [3] VALERIANO SUO S.

Tuſcilii Nominati & avaritiam foedam & inconſtantiam notat, qui cum a Vicentinis pro advocatione pecuniam accepiſſet, fidem fefellit.

RES parva, [4] ſed initium non parvae. Vir praetorius Sollers a Senatu petiit, ut ſibi inſtituere in agris ſuis [5] nundinas permitteretur.

Con-

1 *Ab humanitate.*] Ab homine. Sicut dicimus *antiquitatem* pro antiquis, *mortalitatem* pro morte: ita *humanitatem* pro hominibus, quod dicendi genus probat Quintilianus in ſuis inſtitutionibus. CATAN. *Ab homine*, inquit Catanaeus. Verum in his nulla oppoſitio. *Humanitas* notat benevolentiam, favorem, animi propenſionem., quae iudicium corrumpit, quod debet eſſe ſine omni perturbatione. Seorſum autem in recitationibus *humanitas* adpellabatur illa iudicii moderatio, ut alio loco dixi. SCHEFFER. Ita nempe *iudicium* & *humanitatem* opponit, ut infra *iudicium* & *amorem* in illis: *amas, ergo non iudicas.*

2 *Atque haec ita diſputo.*] Palat. & Edd. Vett. ante Aldum: *Atque ita hoc diſputo.* GRUTER. Palatino adſtipulantur recentiores ex ſcriptis noſtris. Sed Optimus, item Riccard. Lindenbr. & Bongarſ. *Atque* haec ita *diſputo*, quod corrumpi non debet.

3 *VALERIANO.*] *Valeriano* ſcribitur epiſtola: invenio *Valerianum Servilianum*, *Valerianum Pollionem*, *Valerianum* ducem militum praetorianorum, ac ejuſdem nominis Imperatores duos recentiores. CATAN. Lindenbr. *Iulio Valeriano Suo*, ut Riccard. in Indice. Arnz. *Iulio Suo.* Meliores: *Valeriano Suo.*

4 *Sed initium* non parvum.] Si ipſa res, ut quidem nunc eam Plinius narrat, parva eſt, *initium* etiam *parvum* eſſe debet. Emendandum nempe fide Optimi Codicis: *ſed initium non parvae*, ſc. rei. Hoc enim eſt, quod infra ſcripſit n. 3. *Longius res procedet. Nam pleraque tacita ſentium, ex minimo commota, lagiſſime ſerpant.* Inſuper veriſſimum, quod Velleius Lib. II. cap. III. tradidit. *Non conſiſtunt ibi exempla, unde coeperunt.* Locum a Grutero ibi citatum adeas. CORTE.

6 *Nundinas.*] Nona die Romani fora, quas *nundinas* vocant, conſtituere, quarum conventus manifeſta ratio, ut nonis tantummodo diebus urbanae res agerentur, reliquis adminiſtrarentur ruſticae: inde *Nundina* Romanorum Dea a nono die naſcentium, qui luſtricus appellatur, nuncupata. Priſcis enim temporibus proceres civitatis in agris morabantur: & cum conſilium publicum deſiderabatur in Senatum a villis accerſebantur. Plut. tradit *nundinas* Saturno conſecratas, quod cuſtos & felicitatis cauſa ille Deus eſſet, & nihil aliud eſſe, niſi conventum ex agro in urbem emendi, vendendive gratia, quem *mercatum* vulgo nominant. *Nundinarum* inſtitutum alii ad Romulum referunt: alii exactis jam regibus celebrari coepiſſe, quia plerique de plebe repetita Servii Tullii memoria parentarent ei *nundinis*, quas primum inſtituiſſe Servium Tullium regem prodiderunt, ut octo quidem diebus ruſtici operas facerent, nono autem intermiſſo jure ad *mercatum* legesque accipiendas Romam venirent, & ut ſcita atque conſulta frequentiore populo referrentur, quae trinundino die propoſita a ſingulis & univerſis facile noſcebantur; unde etiam mos tractus, us leges trinundino die, auctore Dionyſio, promulgarentur. CATAN. Mediceus, Riccard. & Oxon. *ut ſibi inſtituere* nundinas *in agris ſuis permitteretur.*

I Vi-

Contradixerunt [1] Vicentinorum legati: adfuit [2] Tuſcilius Nominatus:
dilata cauſa eſt. alio Senatu Vicentini ſine advocato intraverunt: [3] Di- 2
xerunt *ſe deceptos*, lapſine verbo, an quia ita ſentiebant? Interrogati a
Nepote Praetore, [4] *quem docuiſſent*: reſponderunt, *quem prius*. Inter-
rogati, *an tunc gratis adfuiſſet*: reſponderunt, *Sex millibus nummûm.*
an rurſus aliquid dediſſent: dixerunt, *mille denarios*. Nepos [5] poſtu-
lavit, ut Nominatus induceretur. Hactenus illo die. Sed, quantum au- 3
guror, longius res procedet. Nam pleraque tacta tantum, [6] & omnino
commota, latiſſime [7] ſerpunt. [8] Erexi aures tuas. quamdiu nunc opor- 4
tet,

1 *Vicentinorum legati.*] *Vicentia* in regione Venetiae municipium a Gallis conditum, prius pulſis Ethruſcis a veteri ſede. olim parvum, deinde ſub Veneto imperio ut cetera nobile & illuſtre, ubi tamen ortus *Caecinna* Vitelliani exercitus dux: & *Q. Rhemmius Palaemon* grammaticus ſummus teſtimonio Tranquilli in libello de Grammaticis. CATAN.

2 *Thuſcillus Nominatus.*] Lindenbr. & alii: *Tuſcillus Nominatus*; Voſſ. & Gryphius: *Tuſcilius Nominatus*; Mediceus: *Tuſculus Nominatus*, ex quo facerem *Tuſcilus Nominatus*, niſi eaedem membranae infra Epiſt. XIV. n. 1. *Tuſcilium* praeferrent. Itaque & hic *Tuſcilius* ſcribendum, ut eſt in lapide apud Reineſ. Claſſ. II. Inſcr. VII.

CONCESSA. TUSCILI
NOMINATI. HAEREDITATE.

Sic praeter Gryphium etiam Aldus & horum adſeclae ediderunt. CORTE.

3 *Dixerunt ſe deceptos.*] Diſtingue: *Dixerunt ſe deceptos: lapſine verbo, an quia ita ſentiebant.* CASAUB. Riccard. *lapſine verbo, an* antiqui *ita ſentiebant.* mendoſe.

4 *Quem docuiſſent.*] Cui advocato cauſam ſuam expoſuiſſent: unde M. Tullius inquit, advocatos *totam cauſam ſolitos a clientibus diſcere.* CATAN. Illuſtravimus ad Lib. III. Epiſt. IX. n. 35. *Indicavimus ſenatui, ex Norbano didiciſſe nos publicam* cauſſam. adde Buchnerum ad Lib. X. Epiſt. LXIV. n. 4. *Interrogavi hunc, an adiiſſet* docuiſſet*que proconſulem.* Mediceus corrupte: *Interrogatio Nepote.* In Riccard. autem & Lindenbr. iſta omnia: *Interrogati* uſque ad *reſponderunt*, deſiderantur. Rurſus Mediceus & Oxon. illa: *Quem prius* usque ad verbum *reſponderunt* culpa librarii omittunt.

5 *Poſtulavit.*] Coſſ. petivit. Ulpianus autem de damno infecto, *Poſtulare*, inquit, *dicitur pro tribunali petere, non alibi.* Latius tamen. ff. tertio declaraverat, quid eſſet *Poſtulare*, ſcilicet eſt deſiderium ſuum, vel amici ſui in jure apud eum, qui juriſdictioni praeeſt, exponere, vel alterius deſiderio contradicere. CATAN.

6 *Ex minimo commota.*] Id eſt, ex cauſa levi detecta, ut reſpiciatur ad illud Livianum, *Parva ſcintilla plerumque incendium ingens exſuſcitat.* IDEM. *Ex minimo, &c.*] Pal. & Edd. Vett. *& omnino commota.* Satisfacit mihi haec vel illa lectio. GRUTER. Quaenam hic illa *tacita?* nam factum Nominati quidem adeo non fuit tacitum, ut & publice accuſaretur. Veteres habent pro *ex minimo*, *& omnino.* Legendum arbitror: *nam pleraque* tacta *tantum*, & omnino *commota.* Illud *ex minimo* receptum eſt in textum ex Gloſſa, qua quis illud *omnino* expoſuerat, tamquam notius & uſitatius. Nam *omnino* hic eſt *leviter.* Ita ipſe Cicero: *Mihi perdifficile non modo tantam cauſſam perorare, ſed* omnino *verbum facere conari.* Hic *omnino* eſt leviter, ſolummodo, tantum. SCHEFFER. Ita pridem emendaveram locum. Vulgo propinant nullo ſenſu: *Nam pleraque* tacita *tantum* ex minimo *commota latius ſ.* Sed illud *tacita*, utut in omnibus libris haereat, abſonum eſt. Saepiſſime autem librarii *tacitum* & *tactum* confundunt, ut vidimus ad Lucan. Lib. V. vs. 811. & Lib. I. vs. 533. quare cuilibet ſuccurrere poterat, *tacta* hic ſcribendum eſſe, cum addatur *commota.* Praeterea *ex minimo* contra auctoritatem Codd. invexerunt. In Voſſ. eſt: *tantum*modo *commota.* In Mediceo autem, Riccard. Bongarſ. Oxon. Helmſt. Arnz. Edd. Vet. & Aldinis perſpicue: *& omnino commota* ſiſtitur, quod recte explicat Schefferus. Locus eſt apud Cicer. Or. pro Quinctio cap. XXIV. apud quem, ut & Livium, Caeſarem ſaepe hoc ſenſu occurrit.

7 *Serpunt.*] Paulatim extenduntur, diffunduntur, augentur. CATAN.

8 *Erexi aures tuas.*] Te intentum ad futura red-

tet, quam blande roges, ut reliqua cognoſcas, ſi tamen non ante ob haec ipſa veneris Romam, ſpectatorque malueris eſſe, quam lector. *Vale.*

V. C. PLINIUS [1] MAXIMO SUO S.

Fannii obitum luget in ſinu Maximi ob amicitiam, ingenium, &c. & quod teſtamento reliquerat heredes ſuos inimicos, quodque imperfectis libris, quos de Neronis ſceleribus inchoaverat, deceſſerat.

[2] NUnciatum mihi eſt, C. Fannium deceſſiſſe: qui nuncius [3] me
gravi dolore confundit. Primum, quod amavi hominem [4] ele-
gantem, & diſertum: deinde, quod judicio ejus uti ſolebam. Erat
2 enim natura acutus, uſu exercitatus, [5] varietate promptiſſimus. Angit
me ſuper iſta caſus ipſius. Deceſſit veteri teſtamento. Omiſit, quos
maxime diligebat: proſecutus eſt, [6] quibus offenſior erat. Sed hoc
utcunque tolerabile: gravius illud, quod pulcherrimum opus imperfe-
ctum

reddidi. Tranſlatio a brutis, quae intentionem dirigentes intendunt aures. Virgilius:

— Arrectis*que auribus adſtant.*

CATAN. *Erexi aures tuas, quamdiu.*] Et haec interpunctione laborant. Scribe: *Erexi aures tuas: quamdiu nunc oportet quam blande roges, ut reliqua cognoſcas.* CASAUB. Recte: *quam diu nunc oportet, quam blande roges*, i. admodum diu, admodum blande. Male editur: *Erexi aures tuas, quam diu nunc oportet: quam* cet. BARTH. Deterius Gryphius: *quam diu nunc oportet?* Scio, *quam blande roges.* contra omnes libros. Oxon. qui *blande.*

1 *MAXIMO SUO.*] Sic Mediceus, Voſſ. Bongarſ. Helmſt. & Ed. Vet. At Arnz. *Manio Maximo*; Lindenbr. *Navio Maximo*; Riccard. Ind. *Nonio Maximo.*

2 Nunciatum *mihi* eſt, *C. Fannium.*] Haec vulgaris eſt lectio, ſed quam Mediceus tuetur. Riccard. Voſſ. Oxon. Edd. Vet. & Aldinae: Nunciatur *mihi*, *C. Fannium deceſſiſſe*, quod ex ſequenti *confundit* ortum.

3 *Gravi* me *dolore* confudit.] Omnes ſcripti: me *gravi dolore*, nec ſemper venuſtum olim eſſe habitum, ſi inter Vocabulum & Adiectivum aliquid interſeratur, pluribus ad Lucanum docui. Praeterea Optimus *confundit*, pro *confudit*: quod hoc loco tam propter *Nunciatum eſt*, quam propter ſequens *Angit*, praefero. Aequalitatis ſtudioſi, quia *confundit* in exemplaribus reperiebant, ſupra fecerunt *Nunciatur*; pars *confundit* corruperunt. Sed coniungi proba ratione ea tempora poſſe, dictum ad Lib. II. Epiſt. XVII. n. 23.

4 *Elegantem* & *diſertum.*] Mediceus, Riccard. Voſſ. & Arnz. *elegantem, diſertum*, ſine Copula. Ita ſolet Plinius. Vide Lib. I. Epiſt. III. n. 1. & alibi.

5 Varietate *promptiſſimus.*] i. πολυμαθεία, aut lege *varia arte.* BARTH. Recte πολυμαθεία &, ſi modo locus ſanus, iſtud *varia arte* abeſſe debet. Ita *Ingenium varium* in laude Lib. I. Epiſt. XVI. n. 1. *Laudabam eius* ingenium *etiam antequam ſcirem*, *quam* varium, *quam flexibile*, *quam multiplex eſſet.* Neque aliter Aeſchylus Prometh. Vinct. vs. 308. Sed in Mediceo, Riccard. Lindenbr. Arnz. & Edd. Aldi & Gryphii exſtat: veritate *promptiſſimus*, quod tamen probare nequeo, licet ſupra *veritatem* ſingulari ſenſu defenderim.

6 *Quibus offenſior erat.*] Quos tum maxime oderat. Nam dum ſcripſit teſtamentum, heredes inſtituerat ſibi amicos, ſed poſtea inviſus prioribus, alios ſibi comparaverat amicos, verum non timens mortem, neque ideo teſtamentum vetus mutans heredes reliquit inimicos. CATAN. Mediceus: *quibus* offenſor *erat.* Male. *Offenſus cui* dicitur, qui illi iratus & infenſus eſt ob iuſtam cauſſam, de cuius dictionis proprietate egimus ad Salluſt. Iug. cap. LXXIII. n. 1.

1 *Di-*

ctum reliquit. Quamvis enim agendis cauſis [1] diſtringeretur, ſcribebat 3
tamen exitus [2] occiſorum, aut relegatorum a Nerone: & jam tres li-
bros abſolverat ſubtiles, & diligentes, & Latinos, atque [3] inter ſer-
monem hiſtoriamque medios. Ac tanto magis reliquos perficere cu-
piebat, quanto frequentius hi lectitabantur. Mihi autem videtur acerba 4
ſemper & immatura mors eorum, qui immortale aliquid parant. Nam
qui voluptatibus dediti, quaſi [4] in diem vivunt, [5] vivendi cauſas quo-
tidie finiunt. qui vero poſteros cogitant, & memoriam ſui operibus
extendunt, his nulla mors non repentina eſt, [6] ut quae ſemper in-
choatum aliquid abrumpat. Cajus quidem Fannius, quod accidit, 5
multo ante praeſenſit. Viſus eſt ſibi per nocturnam quietem jace-
re [7] in lectulo ſuo compoſitus in habitu ſtudentis, habere ante ſe
[1] ſcri-

1 *Diſtringeretur.*] Sic Lib. I. Epiſt. X. n. 9. *Nam* diſtringor *officio ut maximo, ita moleſtiſſimo.* Lib. II. Epiſt. XIV. pr. diſtringor *centumviralibus cauſſis*, & alibi paſſim. Barth.

2 *Occiſorum, aut relegatorum a Nerone.*] Qui *Claudii* Imperatoris necis conſcius, *Germanici* fratris Agrippinae parentis, amitae *Lepidae*, *Octaviae*, *Poppeiae Sabinae*que uxorum, auctor extitit: praeterea *Antoniae Claudii*, *Attici Veſtini* Conſulis, *Auli Plautii* privigni, *Rufi Criſpini*, *Tuſci* nutricis filii, *Senecae* praeceptoris, *Lucani*, & multorum: quorum nomina apud Tranquill. & Tacitum referuntur. Praeſertim conjuratione Piſoniana, & Vinciana, in quibus etiam damnatorum liberi urbe pulſi, & enecti ſunt veneno aut fame. Catan.

3 *Inter ſermonem hiſtoriamque medios.*] Stili neque grandioris, neque infimi. Eſt autem *ſermo* (quod jam praediximus) oratio remiſſa & finitima quotidianae locutioni: *hiſtoria* minor quidem oratione: ſed major ſermone. Idem. *Inter ſermonem hiſtoriamque.*] Huc ſpectat pedeſtris ſermo, quo Fl. Vopiſc. Veget. & alii ſe uſos fuiſſe dicunt. Vide ex Philoſtrato Caſaub. in Trebell. Poll. 20. Veenh. Vide notata ad Lib. I. Epiſt. VIII. n. 2.

4 *In diem.*] Ad praeſens & inſtans commodum, nulla habita ratione futurorum. quod Columella Lib. IV. aperte declarat, *Fructum*, inquit, *plerique quam uberrimum praeſentem conſectantur, nec provident futuro tempori, ſed quaſi plane* in diem *vivant.* Catan. Similiter Cicero Philipp. II. cap. XXXIV. *Cum perditiſſimis hominibus non ſolum de die, ſed etiam* in diem *vivere.* Barth.

5 *Vivendi cauſas quotidie finiunt.*] Faciunt ea, per quae quotidie morte digni ſint, id eſt voluptatibus involuti nullam habent juſtam vivendi cauſam. Catan. Manilium hic lege Lib. IV. princ. Barth. Sed is parum iuvabit. Explicat Lib. I. Epiſt. XII. n. 3. *Quamquam plurimas* vivendi cauſſas *habentem, optimam conſcientiam, optimam famam, maximam auctoritatem* cet. Ibi vide. Caſaubonus hunc locum egregie illuſtravit ad Lamprid. Elagab. cap. V. extr. unde quaedam hic adleverat Veenhuſius, quae ſuo loco melius leguntur.

6 *Ut* quae *ſemper i. a.* abrumpat.] Mediceus: *ut* qui *ſemper inchoatum aliquid* abrumpant. Sed melius vulgata hoc morti tribuit, ut in fine Epiſt. *ut* mors *quam pauciſſima, quae* abolere poſſit, *inveniat.* Mox Riccard. Gaius *quidem Fannius*, Mediceus G. ut ille fere ſemper, & init. Epiſt. G. *Fannium*, Epiſt. III. n. 5. *G. Calvum*, & alibi.

7 *In lectulo ſuo compoſitus*, &c.] Multum discumbendo ſtuduiſſe veteres nemo mirabitur, qui novit ea de cauſſa peculiares, atque a dormitoriis diſtinctos, lectos habuiſſe, quos ex re *lucubratorios* appellarunt. Sueton. Aug. cap. LXXVIII. *A coena* lucubratoriam *ſe* in lecticulam *recipiebat, ibi, donec reſidua diurni actus, aut omnia, aut ex maxima parte, conficeret, ad multam noctem permanebat. In lectum inde tranſgreſſus, non amplius, cum plurimum, quam ſeptem horas dormiebat.* Ad quem locum plura de hac veterum conſuetudine Summus Vir Iſaacus Caſaubonus obſervavit. Sed quod Spartianus de Aelio Vero prodidit, *Ovidii Amorum libros in lecto ſemper habuiſſe*, id non tam ad lucubratorios iſtos, quam dormitorios, vel tricliniares etiam, quibus ad menſam diſcumbebant, lectos referendum exiſtimo. Nam & inter coenandum legebant veteres: & noctu cubantes inſomnium hac ratione ſo-

[1] ſcrinium, [2] ita ſolebat. Mox imaginatus eſt veniſſe Neronem, [3] in toro reſediſſe: prompſiſſe primum librum, quem de ſceleribus ejus ediderat, eumque [4] ad extremum revolviſſe: idem in ſecundo ac tertio
6 feciſſe, tunc abiiſſe. Expavit, & ſic interpretatus eſt, tanquam idem ſibi futurus eſſet ſcribendi finis, qui fuiſſet illi legendi: & fuit idem.
7 Quod me recordantem miſeratio ſubit, quantum vigiliarum, quantum laboris exhauſerit fruſtra. Occurſant animo mea mortalitas, mea ſcripta. Nec dubito, te quoque eadem cogitatione terreri pro [5] iſtis, quae
8 inter manus habes. Proinde dum ſuppetit vita, enitamur, ut mors quam pauciſſima, quae abolere poſſit, inveniat. *Vale.*

VI.

ſolabantur. Quo autem quiſque delectatur maxime, hoc legit quoque praecipue, & ſecum ſemper habet. Ita & Alexander M. Homeri Iliada, plurimi aeſtimabat, ut ſemper ſub pulvino cum pugione habuerit, quod ex Oneſicrito Plutarchus refert. BUCHNER. Scripti libri: *compoſitus* in habitum *ſtudentis*, & mox: *in* toro *reſediſſe.* utrumque melius. Sic enim & Fabius Fulgentius Planciades de Virgilio ſuo loquitur, &, quod prae iſto eſt, Tacitus, ubi ait: *tanto impenſius.* in ſecuritatem *compoſitus.* MODIUS Novantiqu. Lect. Epiſt. CXXII. Apud nos etiam Lindenbr. Oxon. & Voſſ. *compoſitus in habitum*, quod probaremus, niſi is, qui iam *in certo habitu eſt*, aeque commode *in habitu compoſitus* diceretur. Recte Curtius Lib. X. cap. V. n. 3. *Incredibile dictu audituque, in eodem* habitu *corporis*, in quem *ſe* compoſuerat, *cum admiſſurus milites eſſet, duraſſe.* Recte etiam Lucanus Lib. IX. vs. 116. de Cornelia, quae ſe morte praeparaverat:

Compoſita in mortem *iacuit, ſavitque procellis.*

Ubi tamen vitioſe quinque MSS. *in morte.* Item Tacitus III. Annal. cap. I. *Sed cunctis* ad triſtitiam *compoſitis.* Nec multum diverſum eſt Boetii Lib. I. Proſa IV. *In hanc excellentiam me componebas.* Sed, quod dixi, Fannius non ſibi videbatur, ut ſe componebat in habitum ſtudentis, ſed iam *compoſitus in habitu ſtudentis*, ut adeo antiqua lectio minime ſit deſerenda. Infra Epiſt. XVIII. n. 1. *Neque enim dubito eſſe amoeniſſimam*, in qua ſe compoſuerat *homo*, cet. Lib. IV. Epiſt. XI. n. 3. *Poſtquam ſe* compoſuit, *circumſpexitque habitum ſuum.* Tacitus XIII. Annal. cap. XXV. *Lupanaria & diverticula* veſte ſervili *in diſſimulationem ſui* compoſitus *pererrabat.* Lucanus Lib. VII. vs. 267.

Plebeia*que* toga *modicum* componere *civem.*

Oxon. *in habitum ſcribentis.* CORTE.

1 *Scrinium.*] Capſam librorum, & armarium ſcriptorum. Theophraſtus, *Taxus tenuiter ſecta, conglutinamenta capſis, ſcriniis, ſubſelliis: atque in totum ſimilibus praeſtat.* CATAN. Vide, quae ſupra hac de re obſervavimus. VEENH.

2 *Ita ut ſolebat.*] Haec eſt ſcriptura Palat. & Vett. Edd. poſteriores enim peſſime omiſerant voculam *ut.* GRUTER. Valeat ille Palatinus cum ſuo: *ita* ut *ſolebat.* Eo longe meliores & fideliores libri, Mediceus, Riccard. Lindenbr. cum Aldo: *ita ſolebat*, quod plane Plinianum, & ſaepius apud Noſtrum legitur, & aliis verbis eadem forma Lib. I. Epiſt. XII. n. 7. *Servi e cubiculo receſſerunt.* habebat hoc moris . . . . *quin etiam uxor* cet.

3 *In toro reſediſſe.*] Ita & MS. noſter, neque aliter Edd. Vett. aut membranae, quas excuſſit Modius. GRUTER. Ita etiam apud nos Mediceus, Riccard. Lindenbr. Bongarſ. Voſſ. Helmſt. Alii autem dederant: *in toro ſediſſe.*

4 *Ad extremum* revolviſſe.] Riccard. Lindenbr. Oxon. Bongarſ. Arnz. *ad extremum* volviſſe. Sed Mediceus, Helmſt. Voſſ. Ed. Vet. cum Aldo aliisque: *revolviſſe.* Verius tamen habuerim *evolviſſe.* Sic Lib. I. Epiſt. XIII. n. 2. *Ac ſubinde ſibi nunciari iubent, an dixerit praefationem, an ex magna parte* evolverit *librum.* Fabius Lib. II. Inſtit. cap. XVI. *Dum neque hoc totum, neque alia eius volumina* evolvunt. & ſic ille aliique ſaepius.

5 *Iſtis.*] Libris, quos in Blatteram componebat. Nam Lib. VIII. inquit: *Saepe te monui, ut*

libros,

VI. C. Plinius Apollinari Suo S.

Apollinaris intellexerat Secundum in Tuſculanum ſuum ſeceſſurum: quare ſtudio motus amicitiae, quum audiviſſet oram Tuſcorum eſſe peſtiferam, admonuerat literis, ut periculum fugeret: inde Secundus, ſcribendi oblata materia opportuna, & regionis, in qua rus erat, ſalubritatem & villam univerſam per membra deſcribit.

AMavi curam & ſolicitudinem tuam, [2] quod cum audiſſes, me aeſtate Tuſcos meos petiturum, ne facerem ſuaſiſti, dum putas inſalubres. Eſt ſane [3] gravis, & peſtilens ora Tuſcorum, quae [4] per 2
littus extenditur: Sed hi procul a mari receſſerunt, quin etiam [5] Apennino, ſaluberrimo montium, ſubjacent. Atque adeo, ut omnem pro 3
me metum ponas, accipe temperiem coeli, regionis ſitum, villae amoenitatem, quae & tibi auditu, & mihi relatu jucunda erunt. Coe- 4
lum eſt hieme frigidum, & [6] gelidum. [7] myrtos, oleas, & quae alia [8] adſiduo

libros, quos vel pro te in Blatteram: immo pro te & in illum compoſuiſti, quam maturiſſime emitteres. Catan.

1 *APOLLINARI SUO.*] Riccard. in Indice *Domitium Apollinarem* vocat. Vide Lib. II. Epiſt. IX.

2 Qui cum *audiſſes.*] Sic vulgo, & adſentitur Helmſt. & Ed. Vet. alibi etiam ipſe probarem. At Mediceus, Riccard. Lindenbr. Voſſ. Bongarſ. cum Aldo, Gryphio, Stephano, aliis: quod *cum audiſſes*, idque idem iuris, quod alterum, habet.

3 *Gravis & peſtilens.*] Illuſtrat Io. Savaro ad Sidon. Lib. I. Epiſt. V. pag. 35. *Peſtilens regio Tuſcorum.*

4 *Per littus extenditur.*] A Macra fluvio uſque ad Tiberim. Placet potius intelligere maritimam Umbriam, quae ſecundum antiquorum deſcriptionem inter Tuſcos recenſebatur ſicut Bononia. Nam illa ora ad Picenum etiam tunc inſalubris. Catan.

5 *Apennino.*] A tranſitu Poenorum dictum quidam opinantur *Apennium*, quod confutat Livius, ab uno vel acri incola jugi ejus cognomentum inditum aſſerens. Eſt autem mons Italiae ampliſſimus perpetuis jugis ab Alpibus tendens ad Siculum fretum. de quo praeter Stephanum Claudianus in laudibus Honorii. Strabo Lib. III. Per ipſam Italiam extenditur in longitudinem mons *Apenninus* ad ſeptem uſque ſtadiorum millia. Latitudo vero ejus inaequalis. Ad Genuam, Liguſticum emporium, rupes *Apennini* conjunguntur. Alpibus eodem auctore Lib. V. Hic vero ſaluberrimus fuit, propter ventum Boream, qui ceteris purior, & ſanior eſt, teſte Plinio. Idem. Optimus, Riccard. & alii *Appennino* ſcribunt.

6 *Gelidum.*] Plus eſt, quam *frigidum*: nam gelu aquas ſiſtit. Catan. Non poſſum hic ferre duo vocabula idem ſignificantia, ſine notabili ſynonimias cauſſa. Dicunt *gelidum* plus eſſe, quam *frigidum*. Si hoc voluiſſet, ſcribere debuerat *frigidum, imo gelidum*. Ego ſuſpicor ſcripſiſſe *coelum eſt hieme gelidum*. Poſt adiectam eſſe Gloſſam, *eſt frigidum*, vel potius *frigidum eſt*. Tum quia *eſt* praeceſſerat factum *frigidum &*. Scheffer. Haec refutare non eſt neceſſe, ita manifeſto falſa ſunt. Qui tamen ambigit, videat ſupra Lib. II. Epiſt. XIV. n. 1. ubi *parvas & exiles cauſſas* impune auctor dixit.

7 *Myrtos.*] Hanc arborem gaudere littoribus ſatis conſtat Servii teſtimonio. Habet autem natura praecipuam admirationem ſuccorum in *myrto*: quando ex una omnium olei vinique bina genera fiant. Graecum ei nomen remanet, quo peregrinam eſſe apparet. Lege plura apud Plin. Lib. XIV. cap. XIX. ubi Hermolaus Barbarus, vir alias doctiſſimus, cum tria *myrti* genera prodidiſſe Catonem citat Plinius, *candidam, nigram, conjugalem*: *conjugulum* non *conjugalem* apud Catonem

[1] adſiduo tepore laetantur, aſpernatur ac reſpuit: laurum tamen pati-
tur, [2] atque etiam nitidiſſimam profert. interdum, ſed non ſaepius,
5 quam ſub [3] urbe noſtra, necat. Aeſtatis mira clementia. [4] Semper
aer ſpiritu aliquo movetur, frequentius tamen auras, quam ventos
6 habet. Hinc ſenes multi. videas avos, proavosque [5] jam juvenum. Au-
dias fabulas veteres, ſermoneſque majorum: cumque veneris illo,
7 putes alio te ſeculo natum. Regionis forma pulcherrima, imaginare

Am-

tonem ſcriptum tradit obſervaſſe. Nos tamen in vetuſto Catonis codice *conjugalem*, non *conjugulum* legimus. Hinc Plinius ſtatim repetit, *Conjugalem exiſtimo nunc noſtratem dici.* Vid. Columell. Lib. XIII. Catan. Mediceus: *myrtos*, tilias, & quae *alia adſiduo tepore laetantur*, cet. De quibus *& quae*, pro *quaeque*, adoptavi; de *tiliis* amplius deliberandum. *Oleas* ſcio tepore laetari, & memoriae prodidit Plinius Lib. XVII. H. N. cap. IV. *In Theſſalia circa Lariſſam emiſſo lacu* frigidior *facta ea regio eſt*, oleaeque *deſierunt*, *quae prius fuerant.* Oxon. *Mixtas oleas.*

1 Adſiduo tepore *laetantur.*] Hoc teneo cum Optimo, item Voſſ. & aliquot impreſſis. Riccard. Bongarſ. ceterique ſcripti cum Ed. Vet. *aeſtivo tempore*, quod quidem abſurdum. *Tepore*, ex *tempore*, hic dudum fecit Lipſius ad Auct. Dial. de Orator. cap. XXI. Sed ſi cum Aldo malles *aeſtivo tepore*, quod Lipſio aliisque viſum, vix notam abſurdi effugies, cum hoc loco de *hieme* & aere hiberno ſit ſermo. Quare omnino *adſiduo tepore* legendum, quod & Minos praetulit.

2 *Atque etiam viridiſſimam profert interdum: &c.*] Mutavi diſtinctionem, & in omnibus, quas vidi, editionibus vitioſam: *atque etiam viridiſſimam profert. Interdum, ſed non ſaepius, quam ſub urbe noſtra, necat.* Casaub. Optime vitioſam diſtinctionem correxit Caſaubonus, quem nos ſecuti ſumus. Sed aliud praeterea vitium eiecimus. Scripſimus nempe cum Optimo, Riccard. Lindenbr. Helmſt. Arnz. Ed. Vet. Aldo, Gryphio: *atque etiam* nitidiſſimam *profert*, quod alii ex ſupina ignorantia mutaverant in *viridiſſimam.* Apud optimos omnia *virentia* dicuntur *nitere.* Vide Heinſ. ad Ovid. XV. Metam. vs. 202.

Vere novo eſt tunc herba nitens;

ubi quidam Codd. *virens*, quae verba apud Naſonem aliosque frequentiſſime permutantur. Idem XIV. Metam. vs. 720.

Et Paeana voca, nitida*que incingere* lauro.

Adde Cl. Burmann. ad Quinctil. Declam. XII. cap. XIII.

3 *Urbe noſtra.*] Aut *Como*, aut *Roma.* Nam merito ſe Romanum facit, & in Aventino Lauretum fuit. De quo Plinius Lib. XVI. cap. XXX. Scimus per urbis appellationem ſine additione alterius verbi intelligi *Romam.* Quare non video cur addiderit, *noſtra*, ſi de *Roma* loquitur, niſi tollatur *noſtra*, quod etiam in uno codice MS. ſublatum vidimus. Catan. Fruſtranea eſt cura illa. Sic de Roma loquitur Lib. I. Epiſt. X. n. 1. *Si quando* urbs noſtra *liberalibus ſtudiis floruit.* & ſic ipſe Cicero Lib. II. de Divinat. cap. XLVII. item Tacitus Germ. cap. XXXVII. alii. Pro *necat*, Riccard. Oxon. & Arnz. obferunt *negat*, atque ita ex coniectura Barthius ſcribere iubebat. Dictio quidem proba, ut dicta monſtrant ad Lucan. Lib. I. vs. 647.

— *ſegetes tellus inſida* negabit,

ſed hic ſententiae non convenit. Quid enim iſta vellent: *patitur laurum ac profert*, & deinde *laurum negat?* Haec ſane ſunt contraria. Verum eſt *necat*, de lauro areſcente. vide Lib. II. Epiſt. XVII. n. 14. Etiam Annaeus noſter Lib. IX vs. 434.

— *exurit meſſes, & pulvere Bacchum*
Enecat.

4 *Semper aer ſpiritu.*] Ita Palat. & Vett. Edd. male noviſſimae *ſemper ac ſpiritu.* Gruter. Noſtri omnes: *ſemper* aer *ſpiritu a. movetur*, praeter Mediceum: *ſemper ſpiritu a. m.*, ut vox *aer*, per ſimilitudinem ſyllabae poſterioris in particula *ſemper*, perierit. Vide ad Lib. II. Epiſt. XVII. n. 16. *cum ſerenus dies & immotus* aer.

5 *Jam juvenum audias fabulas veteres.*] *Juvenes* narrabunt tibi veteres fabulas, quas a majoribus ſuis audiverunt. quomodo quidam rerum ſcriptores putant hiſtorias traditas poſterioribus

ante

[1] Amphitheatrum aliquod immenſum, & [2] quale ſola rerum natura poſſit effingere. Lata & diffuſa planities montibus cingitur: montes ſumma ſui parte procera nemora & antiqua habent. Frequens ibi & varia 8
venatio: inde caeduae [3] ſilvae cum ipſo monte deſcendunt: has inter pingues, terrenique colles,) neque enim facile uſquam ſaxum, etiam ſi quaeratur, occurrit,) planiſſimis campis fertilitate non cedunt, opimamque meſſem [4] ſerius tantum, ſed non minus percoquunt. Sub his 9
per latus omne vineae porriguntur, unamque [5] faciem longe lateque contexunt. Quarum a fine, imoque quaſi margine, [6] arbuſta naſcuntur: prata inde, campique. Campi, quos nonniſi ingentes boves & 10
for-

ante inventum literarum. Catan. *Jam juvenum, &c.*] Ita merito interpunge: *ſenes multos videas avos, proavosque jam juvenum.* (Prius enim ſic: *hinc ſenes multos videas avos, proavosque. Jam juvenum, &c.* quomodo & legiſſe Catanaeum conſtat.) Cujus lectionis argutia pro longiori confirmatione erit. Casaub. Bene habet iſta poſterior diſtinctio, quae nectit illa: *proavosque iam iuvenum.* Sed reliqua etiam perpurganda ſunt, dum haec: *ſenes multos videas avos*, minus concinne leguntur. Scribendum nempe & diſtinguendum ex Mediceo, Riccard. Voſſ. Lindenbr. Bongarſ. & Aldinis: *Hinc ſenes* multi. *Videas avos, proavosque iam iuvenum*: audias *fabulas*, cet. Forte etiam: Hic *ſenes multi* legendum: nam & hoc pro *hinc* ſiſtit Mediceus, atque Oxonienſis.

1 *Amphitheatrum.*] Dion in rebus Caeſaris, *Amphitheatrum* appellatum eſt, quia circumquaque ſedilia habet ſine ſcena, aedificium ſane compactum circum circa, quod indicat ipſius verbi interpretatio. & Secundus expreſſe monſtrat, & Suidas refert, *Amphitheatrum* dici locum undique ſpeculas habentem. *Theatrum* pariter fuiſſe ſemirotundum, indicat Vitruvius Lib. V. Hanc autem autumo differentiam inter *theatrum* & *amphitheatrum*, quod hoc habebat illo amplius circulum exteriorem, qualem cernimus fuiſſe Veronenſi arenae, adhuc aliqua ex parte ſuperſtitem, quam incolae *alam* vocitant. Catan.

2 *Quale.*] An hoc verbum reſpicit variam ſilvarum faciem, an ad immenſam amplitudinem caveae? & tunc neceſſe erit, *quale* pro *quantum* uſurpatum fuiſſe. Idem.

3 *Silvae.*] Minorum arborum. Servat ad unguem praecepta deſcribendorum locorum, quae jubent primum attingenda extrinſeca, & circumvicina: deinde id quod intendimus, ut praecipit Aphthonius in progymnaſmate arcis Alexandrinae. Idem. Riccard. *inde* caedae *ſilvae*; Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *inde* crebrae *ſilvae c. i. m. deſcendunt.* perperam. Male etiam haec interpretatur Barthius: *quo propiores valli, eo magis caeduae*, quod ex iſtis verbis non efficitur.

4 *Serius tantum, ſed non minus* percoquunt.] Statius: *& quos* percoquit *Eboſia cannas.* Barth. Mediceus *decoquunt*, quod non probo. *Percoquere* de ſole Lucretius, Cicero atque alii dixerunt. Ovidius Remed. Am. vs. 83.

Nam mora dat vires, teneras mora percoquit uvas,
Et validas ſegetes, quod fuit herba, facit.

Ubi tamen, quod mireris, ſcripti nonnulli, etiam meliores, cum prima Edit. *decoquit.* Sed conſule Heinſium ad eum locum. Riccard. ſcribit *perquoquunt*; Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *percoquit*, corrupte, ut infra n. 11. *alit*, pro *alunt.*

5 *Faciem.*] Adſpectum, apparentiam. Nam etiam de rebus inanimis dicitur: ut Virg. de mari:

— *Quibus aſpera quondam*
Viſa maris facies. —

Et Tacitus Lib. XV. *Aliam fere littore faciem.* Marcellus tamen exemplis nititur monſtrare, *faciem eſſe oris ſpeciem*: & Cornel. Celſus ita faciem terminavit: *Facies fulturam habet maximam, quae a tempore incipiens per medios oculos nareſque tranſverſa pervenit ad alterum tempus.* Catan. Riccard. Lindenbr. Oxon. & Arnz. una*que* facie *longe lateque contexunt.* non probo.

6 *Arbuſta.*] Parvae arbores maritandis vitibus opportunae. Apulejus in re ruſtica commemorat *arbuſta*, quae locis aquoſis laetantur, & quae aridis. Catan. Riccard. Lindenbr. & Bong. *ambuſta naſcuntur*, pro *arbuſta.*

1 Tan-

fortiſſima aratra perfringunt : [1] tantis glebis tenaciſſimum ſolum, [2] cum primum proſecatur, adſurgit, ut [3] nono demum ſulco perdometur.
11 Prata florida & [4] gemmea, trifolium, aliasque herbas, teneras ſemper & molles, & quaſi novas alunt. Cuncta enim perennibus rivis nutriuntur. Sed ubi aquae plurimum, [5] palus nulla: quia devexa terra
12 quicquid liquoris accepit: nec abſorbuit, effundit in [6] Tiberim. Medios ille agros ſecat: navium patiens, omnesque fruges devehit in urbem, hieme duntaxat, & vere. Aeſtate ſummittitur, immenſique flu-
13 minis nomen arenti alveo deſerit, autumno [7] reſumit. Magnam capies voluptatem, ſi hunc regionis ſitum ex monte proſpexeris. Neque enim terras tibi, [8] ſed formam aliquam ad eximiam pulchritudinem pictam vide-

1 Tantis *glebis... adſurgit.*] Mediceus: *is glebis.* Nempe *is*, pro *iis*, quod ſaepius in tali re pro *tantus* & *talis* ponitur. Mea ſententia *iis glebis* reponendum erit.

2 *Cum primum proſecatur.*] Cum primum rumpitur, quod fit aequinoctio verno in frigidioribus locis denſa terra quam ſoluta, pingui quam macra. Plinius Lib. XVIII. cap. XIX. monet altum & grave ſolum etiam moveri hieme. Legitur alias, *proſcinditur.* Nam Columella, Plinius, Palladius, cum primum campus aratro rumpitur, *proſcindi* appellant. CATAN. *Proſcindere* dixit etiam Varro Lib. I. de R. R. cap. XXIX. Lucretius, Maro, Lucanus Lib. III. vs. 192. alii. Sed hic Codd. omnes, quibus nos utimur, *proſecatur* praeſtant.

3 *Nono demum ſulco.*] Nona aratione. CATAN. *Nono demum, &c.*] Jam ſeculum fere legebamus, *ut novo demum*, contra MSS. Edd. Vett. ipſamque experientiam. Diſerte enim Plin. Lib. XVIII. cap. XX. *Spiſſius ſolum, ſicut &c.* GRUTER. Sic *tertio ſulco* dixit Plautus Trinum. BARTH. *Novo* legitur in Helmſt. At Arnz. hoc vocabulum plane omittit. Ceteri recte *nono demum ſulco.*

4 *Gemmea.*] Lucida propter flores, an propter interlabentes rivulos, quibus numerare lapillos poſſes? CATAN. Riccard. *& iemme*; Helmſt. *& gemina*; Voſſ. *& gramen. Gemmea* dixit, non ab rivis, ſed ab nitore herbarum, de quo ſupra ad n. 4. Sic Lib. I. Epiſt. III. n. 1. *Quid Euripus viridis &* gemmeus. Mediceus: *Prata* frigida *& gemmea*, quod tot rivis intercurrentibus & in tanta aeris clementia, n. 5. fieri poterat, eo magis, quod *frigidum* ſaepe de tali frigore dicatur, quale aqua & umbra praeſtare poſſunt. Alterum tamen non repudiandum exiſtimo. Ovidius XIII. Metam. vs. 790.

Floridior pratis, *longa procerior alno.*

5 *Palus nulla.*] *Campus* ubi pratum fieri libet, neque concavae poſitionis, neque collis praerupti eſſe debet, ille ne collectam diutius contineat aquam, hic ne ſtatim praecipitem fundat: poteſt tamen mediocriter acclivis, ſi aut pinguis eſt, aut riguus ager, pratum fieri. at *planicies* maxime talis probatur, quae exigue prona non patitur diutius imbres, aut influentes rivos immorari: quippe aquarum abundantia atque penuria graminibus aeque eſt exitio. Columella. CATAN.

6 *Tiberim.*] *Tiberis* fluvius ceterorum omnium princeps & Imperator a ſolis ortu maxime Tuſcos alluens: ex Apennino autem defluit, pluribus vero augetur amnibus, partimque per Etruriam excurrit: deinceps ipſam diſterminans primum ab illa dividit Umbriam, poſtea Sabinos & Latinos Romae ad littus uſque finitimos. Haec Strabo & Dionyſius, ſed longe melius & latius ſenior Plinius Lib. III. cap. V. IDEM. Helmſt. & Arnz. mox: *Medios* illos *agros ſecat.* Vir doctus tentabat: *Medius illos agros ſecat*, ſed retinebatur per Iuſtin. Lib. XI. cap. VIII. n. 3. *Captus Cydni fluminis amoenitate, per* mediam urbem *influentis.* Nos hoc genus dicendi pluribus illuſtravimus ad Salluſt. Cat. cap. LX. n. 5. *Cohortem praetoriam in* medios hoſtes *inducit.*

7 *Reſumit.*] Iterum dicitur flumen *reſumere*, cum incipit fluere plenius. CATAN.

8 *Sed* formam *aliquam* ad *eximiam p. pictam.*] *Formam*, ſuſpecta vox eſt. BARTH. *Formam*, hoc eſt, ideam, exemplar, a pictore aliquo ſeu artifice confictum ingenioſe. Solebant enim *formas* adpellare illa exemplaria, ad quae pictorum diſcipuli ſe exercebant. SCHEFFER. Barthio vox *formam* ſuſpecta erat, Cellarius etiam laborat, &

videberis cernere. Ea varietate, [1] ea deſcriptione, quocumque inciderint oculi, reficientur. [2] Villa in colle imo ſita proſpicit [3] quaſi ex 14
ſummo, [4] ita leniter & ſenſim, clivo fallente, conſurgit, ut cum adſcendere te non putes, ſentias adſcendiſſe. A tergo Apenninum, ſed [5] longius habet. Accipit ab hoc auras quamlibet ſereno & placido die, non tamen acres, & immodicas, [6] ſed ſpatio ipſo laſſas & infractas. magna ſui parte meridiem ſpectat, aeſtivumque ſolem ab hora ſexta, 15
hibernum aliquanto maturius, quaſi invitat in porticum latam, [7] & prominulam. Multa in hac membra: atrium etiam ex more veterum.

Ante

& inuſitata notione hic poni putabat, praeterque Caſſiodorum Lib. X. Ep. XXX. extr. exemplum haud norat. Rectius Schefferus, & nos infra ad Lib. IX. Epiſt. XXXIX. n. 5. alia dabimus, ubi ita Secundus: *Quantum ad porticus, nihil interim occurrit, quod videatur iſthinc eſſe repetendum, niſi tamen ut* formam *ſecundum rationem loci ſcribas.* In Riccard. eſt: *formam aliquam & eximiam pulchritudinem*; Voſſ. *formam aliquam* eximiam*que p.* ut Sichardus edidit.

1 *Ea deſcriptione.*] i. Diſtinctione, ſeu, quod dixerat, mira & ordinata varietate. Infra n. 35. *Alibi ipſa buxus intervenit in figuras mille* deſcripta. Vide ſupra ad Lib. II. Epiſt. VI. n. 2. Deinde *reficientur* retinuimus ex Optimo & Edd. Aldinis. Gryphius, Gruterus aliique *reficiuntur*, quod & in Ed. Vet. & iunioribus ſcriptis iacet.

2 *Villa.*] Nunc accedit ad tertiam propoſitionis partem. Supra enim pollicitus ſe deſcripturum villae amoenitatem. CATAN.

3 *Quaſi ex ſummo.*] *Villa* aedificanda eſt in edito, ut totus fundus proſpectari poſſit, & ſic melius ſit ſub tutela. Cato. IDEM. Multa de hac loquendi forma habes ad Lucan. Lib. III. vs. 88.

Et celſa de rupe *procul iam* proſpicit *urbem*,

ut nos locum emendavimus.

4 *Ita* leviter *& ſenſim, clivo fallente.*] Ex Mediceo, Bongarſ. Helmſt. Voſſ. & Arnz. ſcripſimus *leniter*, ut eae voces perpetuo confunduntur. *Leniter conſurgit*, id eſt, molliter, ſenſim, paullatim, non praerupta altitudine. Vide Barthium ad Calpurn. Eclog. VII. vs. 25.

Immenſosque gradus, & clivos lene *iacentes.*

& quae nos ad Lucan. Lib. IV. vs. 11.

Colle tumet modico, leni*que excrevit in altum*
Pingue ſolum tumulo.

Deinde diſtinctionem mutavimus. Haec enim *clivo fallente* per ſe capienda ſunt, a quibus dependet, quod addidit: *ut cum adſcendere te non putes*, cet. Haec enim vis verbi fallere. Sic maior Plinius Lib. XXI. Hiſt. N. cap. XIV. fallente *operis incremento*, ubi Gronovium vide, & Gebhardum Lib. I. Crepund. cap. XIV. Lucanus Lib. V. vs. 464.

Cauſſa palus, leni *quam* fallens *egerit unda.*

Sic Minuc. Felix cap. III. de iis, qui laborem itineris non ſentiunt: *iter fabulis fallentibus.* Ovidius Lib. III. Triſt. Eleg. II. vs. 16.

Fallebat *curas aegraque corda* labor.

Lib. IV. Eleg. X. vs. 114.

Sic tamen abſumo, decipio*que diem.*

ubi vide Ciofan. CORTE.

5 *Longius.*] Non tergo imminentem, ſed procul: comparativum pro poſitivo, quod ſubinde apud idoneos reperitur. CATAN.

6 *Sed ſpatio* ipſo *laſſas &* infractas.] *Ipſo* exturbat Mediceus, & eo carere poſſumus. Lucanus Lib. III. vs. 362.

Ventus ut amittit vires, *niſi robore denſo*
Occurrunt ſilvae, ſpatio diffuſus inani.

Pro *laſſas*, Arnz. *lapſas*, quae numquam fere ab librariis diſtinguuntur, ut vidimus ad Eiusdem Lucani Lib. I. extr. Helmſt. *latas*, ſed id eadem manus correxit ſtatim. *Infractus*, pro *fractus*, Ciceronis & omnium meliorum eſt, etiam Velleii Paterc. Lib. II. cap. XXXVII. n. 2. cap. XXXIX. n. 1. Senecae variis locis. Deterior aetas *infractus* pro *non fracto* dixit.

7 *Et pro modo.*] Menſura, proportione latitudinis.

16 Ante porticum [1] xyſtus conciſus in plurimas ſpecies, diſtinctusque [2] buxo: demiſſus inde, pronusque [3] pulvinus, cui beſtiarum effigies invicem adverſas buxus inſcripſit. [4] Acanthus in plano mollis, & pene
17 dixerim liquidus. Ambit hunc [5] ambulatio, preſſis varieque tonſis [6] viridibus incluſa: ab his geſtatio [7] in modum circi, quae buxum multifor-

In exemplari vetuſto non eſt *& pro modo longam*, ſed *& prominulam*, ut porticus illa aliquantulum promineret. CATAN. Vulgo erat: *in porticum latam, & pro modo longam*, ſatis infeliciter. Repoſui ex Vet. Cod. Catanaei, & integerrimo Mediceo *prominulam*. Verbum ipſum exſtat apud Hieronymum, Solinum, Capitolinum & alios, uti *eminulus* apud Varronem, Prudentium & Apuleium. Infra n. 26. *ſol praeſto eſt*: prominet *enim*. CORTE.

1 *Xyſtus.*] Locus conſitus arboribus in plurimas ſpecies, non animalium modo, ſed navium & aliarum rerum diſtinctus conciſusque. CATAN. Conf. Gronov. ad Senec. Lib. III. de Ira cap. XIX. & quae ſupra diximus ad Epiſt. XVII. Lib. II. n. 17. VEENH.

2 *Buxo.*] *Buxus* magnitudine non excellit, folio myrto ſimilis: naſcitur ſecundum Theophraſtum, locis algentibus, atque aſperis. Plinio auctore amat frigida & aprica: quippe Olympus Macedonicus frigidus eſt, & in eo gignitur: maxima autem pulcherrimaque in Corſica eſt, procera enim eſt, craſſitudineque ceteris longe praeſtantior. CATAN. Mediceus: *Xyſtus in plurimas ſpecies diſtinctus conciſusque buxo*, quod forte mollius eſt vulgato. Oxon. & Voſſ. *conciſus in plurimas ſpecies, diſtinctus buxo.*

3 *Pulvinus.*] Sed mollis. Fiebat autem *pulvinus* ex terra tumulus, ſive ſaxo, vel ramento, vel pluma, aut tomento, poſtremis tela vel corio circumſitis. Nam Varro in re ruſtica ſcribit, neceſſe fieri *pulvinos* in violariis: & Palladius inquit, caulis clivis delectatur, & ideo ponendae ſunt plantae per *pulvinos*, id eſt eminentes tumulos arearum. Columella Lib. XII. *Pulvinis* poſitae allii ſpicae minus infeſtantur hiemis aquis: & VI. pro eminentiore parte arearum: in I. vero, pro inſtrumento, quo parietum & ſoli juncturae fibulantur. Tranquillus ſcribit *pulvino* injecto ſpiritum Tiberio intercluſum. Hujus diminutivo *pulvillo* pro lecto & cervicali utitur Apulejus. CATAN. Infra pro *effigies invicem adverſas*, Mediceus, adverſa *buxus inſcripſit*.

4 *Acanthus.*] *Acanthus* eſt topiaria & urbana herba, elato longoque folio, crepidines marginum adſurgentiumque pulvinorum toros veſtiens. Duo genera ejus ſunt, aculeatum & criſpum, quod brevius: alterum lene, quod aliqui *pedaerota* vocant, alii *melamphyllum*. Plinius ſenior. VEENH.

5 *Ambulatio.*] Locus ad ſpatiandum conſtructus, qui, Juliano tradente, arboribus infoecundis fere veſtiebatur. Nam ff. VII. inquit: *Si forte voluptuarium fuerit praedium, viridia, vel geſtationes, vel deambulationes, arboribus infructuoſis opacas, atque amoenas habens, non debet dejicere.* Columella libro primo: *Ambulationes meridionali aequinoctiali ſubiectae ſint, ut & hieme plurimum ſolis, & aeſtate minimum recipiant.* Ampliſſimas & ornatiſſimas *ambulationes* ſub dio collocari praecipit Vitruvius, & modum Lib. V. explicat. Dictae ſunt quaſi *circuitiones*. CATAN.

6 *Viridibus.*] Arboribus ſemper virentibus. *Viridia* cum pro adjectivo accipiuntur, genitivum in *ium* faciunt, ut *viridium pratorum*: cum vero ipſam loci viriditatem ſignificare volumus, *viridiorum* dicimus, ut *formoſa facies viridiorum.* Macrobius Lib. I. IDEM. *Viridibus* i. viridariis. BARTH. Sic infra n. 38. & 40. Vide Interpretes & maxime Cl. Burmann. nupero Commentario ad Phaedr. Lib. II. Fab. V. vs. 14.

Perambulante laeta domino viridia.

atque Heinſium Epiſt. XIX. ad Scheffer. Tom. V. Syllog. Burm.

7 *In modum circi.*] Ad ſimilitudinem & formam *Circi*, qui erat locus ſpatii oblongi muris ſeptus hinc inde extructis gradibus: in ejus principio carceres & meta, unde ſigno dato emittebantur equi, qui, cum ad ſummum perveniſſent, circumacti metam, recurrebant ad priorem. hic erat finis curſus. *Circum maximum* Tarquinius inter Aventinum & Pallantium extruxit, in longitudinem trium ſtadiorum, in latitudinem vero quatuor jugerum, Dionyſio Lib. III. ſuarum antiquitatum referente, ubi latius & melius, quam uſquam viderim, *Circi* forma deſcribitur. Priora ſumpſimus ex Livio, Varrone & Juvenale. CATAN. De *Geſtatione* vide Lib. I. Epiſt. III. Lib II. Epiſt. XVII. BARTH. Gronov. ad Senec. Lib. III. de Benef. cap. XVI.

1 *Et*

tiformem, humileſque, [1] & retentas manu arbuſculas circumit. omnia
maceria muniuntur: hanc gradata buxus [2] operit & ſubtrahit. Pratum 18
inde non minus natura, quam ſuperiora illa, arte viſendum. [3] Campi
deinde porro, multaque alia prata & arbuſta. A capite porticus tricli- 19
nium excurrit, valvis xyſtum deſinentem, & protinus pratum, mul-
tumque ruris [4] videt feneſtris. Hac latus xyſti & quod proſilit villae,
[5] hac adjacentis [6] hypodromi nemus, comaſque proſpectat. Contra 20
mediam

1 *Et* retentas *manu arbuſculas.*] Minos, Gruterus & plerique recentiores dabant: *&* retonſas *manu arbuſculas*, quod quidem inconcinne immittitur, cum *tonſis* modo ſit lectum. Sed & dictio abſona eſt *retonſas manu*, quaſi & alio modo, quam *manu* tonderi poſſent. Gryphius cum MS. Voſſ. *retunſas*, quod etiam vitioſum eſt. Scripti omnes reliqui & Ed. Vet. cum Aldo, Catanaeo & paucis: *&* retentas *manu.* veriſſime. Optimus: *retantes*, tranſpoſitione duarum Vocalium. *Manu* fieri dicuntur, quaecumque arte (ut mox n. 18.) opere, vitio ſeu virtute hominis fiunt, non ab natura aut fato veniunt. Sic arbores ab natura *retinentur*, quae natura ſua ſunt humiles, *manu* retinentur, quae opere humano. Familiariſſimum hoc ſenſu vocabulum Annaeis, quod ad Senecam oſtendit Lipſius, nos ad Lucanum Lib. IV. vs. 535.

2 *Operit.*] Recentiores *aperit*, ſed nolentibus editionibus exoletis, quibus adhaeret quoque Palat. GRUTER. Noſtri etiam omnes, praeter Voſſ. *operit & ſubtrahit*, quomodo & Aldus, Gryphius, alii. Mendoſe Hackiana: *operit & abſcondit*, contra fidem omnium librorum. Lucanus Lib. VI. vs. 518.

— — — *ſi nimbus, & atrae*
Sidera ſubducunt *nubes.*

3 *Campi* deinde, porro *multa*que *alia prata.*] Diſtinctio eſt vitioſa. Lego: *Campi* deinde porro, *multaque alia prata.* Cohaerent quippe *Deinde porro*, ſicut apud Ciceronem alioſque *deinde poſtea.* SCHEFFER. Gryphius: *Campi deinde, porro multa alia prata*, quod dubio procul ex MS. Voſſ. deſumſit, cui *que* deeſt. Barthio verba corrupta videbantur, ea tamen in omnibus Codd. leguntur, & nihil vitii habent, ſi diſtinctionem Schefferi ſequaris. Sic Livius *Deinde poſtea*, & Lib. XXXIV. cap. IX. *Mox deinde*, Plautus Stich. A. I. Sc. II. vs. 29. *Igitur deinde*, qui & *Deinde hinc* coniungit. Lactant. Lib. I. cap. XIV. Poſthaec deinde *Saturno datam ſortem.* Vide Boſium ad Nepot. Eumen. cap. V. n. 5. Cl. Daviſ. ad Cic. Lib. IV. Tuſc. Qu. cap. XXIV. *Deinde porro* proprie coniunguntur, ſi cogites, quae de particula *porro* notamus ad Salluſt. Iug. cap. XXV. n. 7. Mox Riccard. Oxon. & Voſſ. *Capite porticus*, ſine Praepoſitione.

4 *Videt.*] Triclinium. Tanta gratia fuiſſe diſpoſita monſtrat omnia domus membra, ut ſingulis ſenſum videndi praebeat.

5 Hac *adiacentis.*] Sic emendavi ex Mediceo, Lindenbr. Voſſ. atque ita iam edidit Gryphius. Vulgo: ac *adiacentis.*

6 *Hippodromi.*] Cujus formam mox Secundus exprimit. Erat autem locus rectus, qui intrantibus ſtatim ſe offerebat, hinc inde arboribus conſitus, ad curſum & agitationem equorum inſtructus: ſicut ipſa vocabuli interpretatio oſtendit. De quo Sidonius Lib. II. & Hom. XXIV. plura, quaedam Philoſtratus V. *Hippodromi* Mart. Lib. XII. meminit:

Pulvereumque fugax hippodromon *ungula plaudit.*

Pollux *hippodromon* inter publica aedificia recenſet. At *Peridromus* fiebat in aedificiis ſuperne in circuitu, ut legimus apud Herodianum *peridromum* pleno amphitheatro exaedificatum Commodo fuiſſe: per quem decurrere in orbem poſſet, ne comminus cum beſtiis pugnans periclitaretur: ſed ſuperne ac de tuto loco tela jaciendo jaculandi potius ſcientiam, quam fortitudinem oſtentaret. Proinde apud Pollucem, *Peridromus* eſt funiculus in extrema & ſuperiori parte retis impoſitus, qui contrahit & extendit retia. CATAN. *Hypodromi.*] *Hippodromum* inepte legi pro *Hypodromo* notat Jac. Sirmond ad locum Sidonii Lib. II. Et ratio ibi allegata huc pertinet, cum Sidonius haud dubie hanc vocem a Plinio mutuatus ſit. Non enim, ait, *circum* intelligit, qui quorſum in aedium veſtibulo, aut quid habet cum Cryptoporticu commune? ſed *tectam longitudinem & clauſum undequaque deambulacrum*: qualia ſunt in Veſtibulis magnatum, aut qualia, quae *ſtadia opaca* vocat Tertull. in Lib. ad Martyres. *Hypodromus* vero ex eo dictus, quod ſub eo incedatur, ſicut *Peridromus* in xyſto hypaethra ambulatio a circumitu,

mediam fere porticum [1] diaeta paulum recedit, cingit [2] areolam, quae
quatuor platanis inumbratur. Inter has marmoreo [3] labro aqua exun-
dat, circumjectasque platanos, & [4] ſubjecta platanis leni adſpergine
21 [5] fovet. Eſt in hac diaeta dormitorium cubiculum, [6] quod diem,
clamorem, ſonum excludit: [7] junctaque & quotidiana amicorum coe-
natio. Areolam illam porticus alia, eademque omnia, quae porticus
22 adſpicit. Eſt & aliud cubiculum a proxima platano, viride & umbro-
ſum,

tu, & *Diadromus* a tranſitu, balnei membrum in Hippia Luciani. Non latuit ea vox Angelum Decembrium, qui Lib. V. *Hypodromum* diſtinguit ab *Hippodromo*: nec ſecuti ſui eruditiſſimum Aldelmum, apud quem in Lib. de Virginit. Babylas Martyr *ad palatinas ducitur zetas, & imperialis veſtibuli* hypodromum. Vid. Jac. Sirmond. l. d. Veenh. Optimus *Hipodromi*, & non dubito, quin *Hypodromi* ſit corrigendum. Helmſt. *Heliodromi* dedit.

1 *Diaeta.*] Super qua dictione obſervo, *diaetas* calefieri igne ſolitas, auctore Ulpiano Lib. ff. XXXII. *Lignis*, inquit, *legatis, quod comburendi cauſa paratum eſt, ſive ad balinei caletactionem, ſive* diaetarum *hypocauſtorum contineri ſcripſit Offilius.* Catan. *Diaeta.*] *Zetas* ego *Diaetas* interpretor. Ut enim pro διάπλουτος, ζάπλουτος dicitur, ſic pro *Diaeta*, *zeta*. Reperio in Antonini itinerario *Hipponem Zarrhytum* pro *Diarrhyto*, & apud Cyprian. *zabolum* pro *diabolo*. Eſt autem *zeta* vel *diaeta* aedificium vel membrum domus, coenationem & cubiculum habens. Turneb. adverſ. Lib. XXIV. capite IV. Veenh. Gruterus notat, Palatin. & Edd. Vett. hic infra *Zeta* habere, quod praefert τῷ *Diaeta*. Habent etiam ex noſtris recentiores Voſſ. Helmſt. Arnz. *Zeta*, ſed *Diaeta* cum Optimo & Riccard. tenendum eſſe, demonſtravimus ad Lib. II. Epiſt. XVII. n. 12. ubi eadem varietas. Helmſt. etiam Arnz. & Ed. Vet. *parum recedit*; Riccard. *reſcidit*, vitioſe; Oxon. *reſidit*. *Recedere* & *reduci* propria in talibus verba, ut dicta modo Epiſt. vidimus.

2 *Areolam.*] Spatium terrenum, ut plurimum quadratum ſub dio. In eo ſaepe ſunt Platani. Catan.

3 *Labro.*] Vaſe. Papinius in deſcriptione balinei Ethruſci:

— *Argento felix propellitur unda,*
Argentoque cadit labiisque *nitentibus inſtat.*

Cato *labrum vinarium* & *aquarium.* dixit, & Vitruvius *labrum* in balineis ſub lumine faciundum praecipit. Columella diminutivo utens, quod etiam vulgo uſurpant, cenſet in *labello* muſtum de ſeria ſumi, qui Lib. decimo tertio, capite de oleo conficiendo, *labrorum* plures ſpecies deſcribit. Nam aliud *rotundum*, aliud *quadratum* & *plumbeum*, aliud *fictile*, treſque *labrorum* ordines in cella vinaria locat, ut unus ſit *primae notae*, alter *ſecundae*, tertius *tertiae*. Idem.

4 *Subjecta platanis leni adſpergine.*] Recentiores vulgati, *ſubjecta platanis gramina levi*, ſed non adnuentibus MSS. noſtris aut Edit. Veteri, ne Aldina quidem. Gruter. Illud *gramina* in unico Voſſ. comparet, ceteri omnes reſpuunt. Interim Primarius: *ſubjecta platanis* lenta *adſpergine fovet*, quod valde placet. Nam cum dixerat *adſpergine*, non opus erat, credo, addere *leni*: quamquam non ignorem *adſperginem* etiam de fluviis & ipſo mari dici. *Adſpergine tingere* Ovidii eſt III. Metam. vs. 6. & de illis, quae tinguntur, illud *lentum* paſſim reperias. Ita autem *lenta adſpergine* dixit, ut *lenta flamma*, *lentus ignis*, *lenta venena*, *lenta dies* ubivis obvia ſunt. Ita & *lenta aequora* non multum diſſimiliter Lucanus Lib V. vs. 434.

5 *Fovet.*] Aut Fiſtulae & canales & crateres, & ſi qua ſunt alia ad aquas ſalientes neceſſaria, magis domus portio ſecundum Ulp. quam domus inſtrumenta ſunt. Catan.

6 *Quod diem, clamorem, ſonumque excludit.*] Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. inepte: *quod die clamorem.* At optime Primarius: *diem, clamorem*, ſonum *excludit*, ſine Copula, quae etiam Arnz. & Oxon. deeſt, unde Voſſ. accepit: *clamoris ſonum excludit*. Oxon. *quoddam*, pro *quod diem*.

7 *Junctaque quotidiana amicorum coenatio.*] Non aliter iidem codices (Pal. & Vett. Edd.) Nam Aldina ceteraeque Edd. *junctaque ei quotidiana amicorumque coenatio.* Gruter. Verum eſt, illud *ei* nullus ex noſtris Codd. admittit, in Bongarſ. praeterea *que* deficit. Sed longe aliam lectionem agnoſcit Mediceus. Ita enim ille: *junctaque* & *quotidiana amicorum coenatio*, quae *areolam illam*, porticum aliam, *eademque omnia*, *quae porticus adſpicit*. quam ſcripturam ferendam, immo praeferendam exiſtimaverim. adeo tota de-
ſcriptio

ſum, marmore excultum [1] podio tenus: [2] nec cedit gratiae marmoris, ramos, inſidenteſque ramis [3] aves imitata pictura; cui ſubeſt fonticulus: In hoc fonte [4] crater, circa [5] ſiphunculi plures miſcent jucundiſſimum murmur. In cornu porticus ampliſſimum cubiculum [6] a triclinio 23
occurrit:

ſcriptio loci conſpirat, quae contra vulgatam lectionem reſpuit. *Iunctaque &*, pro *iunctaque etiam*, non durius coniunguntur, quam apud alios *ac &*, *ac etiam*, *& quoque*, *& etiam*, de quibus nonnihil ad Cicer. XIII. Fam. Epiſt. VII. n. 7. & Salluſt. Iug. cap. I. n. 5. *Multum*que etiam *periculoſa petunt.* Sueton. Iulio cap. LV. *Splendidam quoque*, ac etiam *magnificam rationem dicendi tenere.* Auguſto cap. XVII. extr. *Tumultus poſt haec* ac etiam *rerum novarum initia*, quae duo loca perperam membranae noſtrae ſollicitant. Ita *ac etiam* ex MS. Bertinienſi notatum habeo apud Apulei. I. Metam. pag. 8. Ed. Colvii, ubi vulgo: *Nam etiam.* Hegeſippus Lib. III. cap. XIX. *Non ſolum Romanae ſocietatis gratia*, *ſed* & *inſito* quoque *odio plebis Iudaeae.* Sic membranae litteris quadratis ſcriptae: quod non magis novum eſſe debet, quam illud Tullii I. de Nat. D. cap. XXII. *Non enim poeta ſolum ſuavis*, *verum* etiam *cetera* quoque *doctus.* Ita auctor Lib. VII. Epiſt. IV. n. 9. *Legitur*, *deſcribitur*, *cantatur etiam*, & *a Graecis* quoque *nunc cithara nunc lyra perſonatur.* Sic eſt in MSS. Vulgo pariter *&* eiecerunt. Eodem modo peccant Lib. VII. Epiſt. XXIII. n. 1. Bene itaque habet *iunctaque &*, quae forma frequentior longe eſt, quam ea, quae adduximus. Bene etiam: *quae areolam illam*, de qua n. 20. *porticum aliam*, ab altera nempe parte, *eademque omnia*, *quae porticus*, primaria ſcilicet, de qua n. 15. dicere coeperat, & quam porro n. 23. tangit, *adſpicit.* Illam *aliam porticum*, quam coenatio hic adſpicere dicitur, deſcribit infra n. 31. CORTE.

1 *Podio tenus.*] Praepoſitio *tenus* poſtponitur caſui ſuo, & genitivo, interdum accuſativo, & pro majori parte ablativo conſtruitur. *Podium* autem locus extra aedificium porrectus: unde ſpectamus, ſi quid foris fiat. Hujus crebra mentio apud Vitruvium. Nam Lib. II. *Podium* circa aedem faciendum & VI. columnas in *podio* poſitas ſcrib. Spart. victoriam ictam decidiſſe de *podio*, & humi proſtratam: ſed praecipuus locus erat in theatro, cui inhaerebat Imperator, vel ſenatores ludos ſpectantes. quare nobiles indicare volens ſatyricus dixit: *omnibus ad podium ſpectantibus.* CATAN. Male Catanaeus & Hackiana: *marmore* exſculptum *podio tenus.* MSS. omnes & Edd. Vett. *excultum.*

2 *Nec cedit.*] Ordo; *nec pictura imitata ramos & aves inſidentes ramis cedit gratiae marmoris*, id eſt, tantam elegantiam habet & dignitatem, quantam imagines marmoreae. Nam utraque res laudabilis erat. CATAN.

3 *Aves imitata pictura*; *cui ſubeſt fonticulus: &c.*] Aliquid latet vitii. Quippe Palat. & Vett. Edd. nec non Aldina *aves imitata pictura fonticulus. in hoc fonte.* GRUTER. Certe latet aliquid vitii. nam & Mediceus, & alii MSS. noſtri inſititia illa *cui ſubeſt*, quae ſane nullum commodum ſenſum praeſtant, eiiciunt. Voſſ. *pictura*, hic iuxta *fonticulus.* Scribendum, opinor, cum Riccard. *Nec cedit gratiae marmoris*, *ramos inſidenteſque ramis aves imitata pictura*, & *fonticulus.* h. e. eiusdem, cum marmore, gratiae eſt pictura & fonticulus. Deinde Voſſ. *In hoc crater*, neglecto vocabulo *fonte*, quod & nupera quaedam Editio omiſit. Ego non aegrius toleraverim, quam Lib. II. Epiſt. XI. n. 23. *Foediſſimo quidem* titulo, nomine *unguentarii*, qui titulus *a vita hominis non abhorrebat.* ubi vide, quae notamus. adde Lib. IV. Epiſt. XXX. n. 3. Lib. VII. Epiſt. VI. n. 11. & Cl. Daviſ. ad Minuc. Fel. cap. XIII. *Quid* Simonidis *Melici nonne admiranda omnibus & ſectanda cunctatio?* qui Simonides, *cum* &c. pro *crater* Oxon. *erant.* CORTE.

4 *Crater.*] Vide Budaeum ad Pandect. pag. 627. BARTH. Item Holſten. apud Graevium Tom. IV. Theſ. Ant. Rom. pag. 1800.

5 *Siphunculi.*] Canales, fiſtulae aereae, ſive ex alia materia, per quas aqua effluit a cratere. Mox enim dicet aquam e *ſiphunculis* exilire, *ſiphones* alii appellant, ut Celſus. & Plin. Lib. II. CATAN. Scripti omnes cum Aldo *ſipunculi*, ut & in lapide Florentino inter Lapid. Etruſc. pag. 131. n. 16.

COH. VII. VIG. SIPONAR.

i. *ſiphonariorum.* Adſpirationem enim ipſi lapides frequenter omittunt, de quo legas Turneb. Lib. XIX. Adverſ. cap. XXIII. & nos quaedam ad Lucan. Lib. VIII. vs. 483. Adde infra Lib. X. Epiſt. XLII. n. 2. *Nullus* ſipho, *nulla hama.* Gryphius vulgavit: *plures*, qui *miſcent*, contra fidem librorum.

6 A *triclinio occurrit.*] Sic Mediceus, Riccard. Lindenbr. Bongarſ. & plerique impreſſi.

occurrit: aliis feneſtris xyſtum, [1] aliis deſpicit pratum, ſed ante piſcinam, quae feneſtris [2] ſervit ac ſubjacet, ſtrepitu viſuque jucundam.
24 Nam ex edito deſiliens aqua, ſuſcepta marmore albeſcit. Idem cubiculum hieme tepidiſſimum, quia plurimo ſole perfunditur. Cohaeret [3] hypocauſton, &, ſi dies nubilus, immiſſo vapore, ſolis vicem ſupplet.
25 Inde [4] apodyterium balinei laxum & hilare excipit cella [5] frigidaria, in qua baptiſterium amplum atque opacum. Si natare latius aut tepidius velis, [6] in area piſcina eſt: in proximo puteus, ex quo poſſis rurſus
26 [7] adſtringi, ſi poeniteat teporis. Frigidariae cellae connectitur [8] media, cui ſol benigniſſime praeſto eſt, [9] caldariae magis. prominet enim. in hac

Contra Voſſ. Helmſt. Arnz. & Edd. Vet. ac Aldinae: *triclinio occurrit.* Alterum illuſtrabit nota ad Salluſt. Cat. cap. LVIII. n. 6. & ſic modo n. 22. *Eſt & aliud cubiculum* a *proxima platano.* & alibi ſaepiſſime.

1 *Aliis deſpicit pratum, ſed ante piſcinam.*] Ita interpungendum duxi, quod legeretur in Pal. & Edd. Vett. *piſcinam*, non ut in vulgatioribus, *piſcina.* Gruter. Laudo factum, cui conſentiunt Mediceus, Riccard. Lindenbr. omneſque meliores, in quibus *piſcinam* exſtat. Sed & infra reſtituere debuiſſet vir doctiſſimus: *ſtrepitu viſuque iucundam*, quod habet Mediceus & Lindenbr. quibus parui, non *iucunda*, quod in impreſſis omnibus ſeſe oſtentat.

2 *Servit ac ſubiacet.*] *Servit* i. expoſita eſt, cohaeret proxime, ut ſupra n. 21. *platanos & ſubiecta platanis.* Lib. I. Epiſt. III. n. 1. *Quid ſubiectus & ſerviens lacus.* Lib. II. Epiſt. XVII. n. 6. *Haec & ſubiacens mare longius quidem, ſed ſecurius intuetur.* Quinctil. Lib. IX. cap. IV. pag. 849. *Non enim* cohaerent *aliis, nec praecedentibus* ſerviunt, *ſed novum exordium ſumunt.* Adde Cl. Markland. ad Statii II. Silv. II. vs. 75.

—— —— ſervit *ſua terra feneſtris.*

3 *Hypocauſton.*] Locus concameratus ante praefurnium, per quem cubicula hodie quoque calefieri ſolent. Catan.

4 *Apodyterium.*] In quo loturi veſtes deponebant. Nam ἀποδύω ſignificat *exuo.* M. Tullius ad Quintum fratrem: *Inde* apodyterio *nihil altius, nihil muſcoſius.* Et alibi: *In balneariis hypocauſta in alterum* apodyterii *angulum promovi.* Latine *Spoliatorium* dici ſolet. Lucianus, dum Hippiae balineum laudat, membra refert fuiſſe, quibus loturi ſpoliabantur: ſicut *frigidarii* & *caldarii* ſitum magis in eo commendat. *Apodyterii* etiam Plato meminit. Idem.

5 *Frigidaria.*] Aquae frigidae, qua reſtringebantur corpora. Jam notavimus (Ep. XVII. Lib. II.) in balneo fuiſſe tres cellas, *frigidariam*, *tepidariam*, *caldariam.* Idem. *Frigidaria.*] In hac tot ſellas eſſe oportebat, quot perſonis locus erat in *caldaria.* In balneis enim, qui lavabant, a *cella caldaria*, ejuſque ſolio tranſibant ad *frigidariam*, ibique in ſellis conſidebant. Vide Jac. Sirmond ad Sidon. *Frigidaria.*] Frigidariam cellam ψυχρὸν οἶκον & ψυχροδόχον οἶκον appellat Lucian. in Dial. Ἱππίας ἢ βαλανεῖον· ὁ γὰρ σοφὸς ὡς ἀληθῶς Ἱππίας τὸν ψυχροδόχον οἶκον εἰς βοῤῥᾶν προκεχωρηκότα ἐποίησε. Salm. in Fl. Vopiſc. Veenh. Mediceus: *cella frigida.*

6 *In area piſcina eſt.*] Haec utraque Aldina perperam omiſit, cum & ſenſus ea requirat, & in omnibus aliis libris legantur.

7 *Adſtringi.*] Refrigerari. nam calore laxantur corpora, frigore contrahuntur. Catan. *Adſtringi.*] Legitur & *abſtergi.* Boxhorn. *Abſtergi* in Voſſ. reperitur, & Edd. Gryphii, in Oxon. *aſtergi.* Sed corrupte. *Adſtringi* exponit Barthius *leniter frigeſieri.* Lucanus Lib. IV. vs. 652.

—— —— —— *iam pectora pigro*
Stricta *gelu.*

Celſo aliiſque medicis antiquis frequentiſſimum, apud quos *ſolvere* ſeu *laxare*, & *adſtringere* perpetuo opponuntur.

8 *Media.*] *Tepidaria* cella, quae media erat inter *frigidariam* & *caldariam*, & ſitu & qualitate. Catan. *Media* inter calidam ſc. & frigidam. Barth. Hanc & Galenus οἶκον μέσον vocat. vide Salmaſ. ad Vopiſci Carin. cap. XVII.

9 *Caldariae magis. prominet enim.*] Hoc adprobo. Tamen Optimus: *caldariae magis prominent*, ſcribae errore. Ed. Vet. *prominent enim.*

1 De-

hac tres [1] deſcenſiones: duae in ſole, [2] tertia a ſole longius, a luce non longius. Apodyterio ſuperpoſitum eſt [3] ſphaeriſterium, quod plura ge- 27
nera exercitationis, pluresque circulos capit. [4] Non procul a balineo ſcalae, quae in cryptoporticum ferunt, prius ad diaetas tres. harum alia areolae illi, in qua platani quatuor, alia prato, alia vineis imminet, diverſasque coeli partes, [5] ut proſpectus, habet. In ſumma 28
cryptoporticu cubiculum, ex ipſa cryptoporticu exciſum, quod hypodromum, vineas, montes intuetur. Jungitur cubiculum obvium ſoli maxime hiberno. hinc oritur diaeta, quae villae hypodromum [6] adnectit. haec [7] facies, hic viſus a fronte. A latere aeſtiva cryptoporticus 29
in

1 *Deſcenſiones.*] Has ἐμβάσεις id eſt, *alveos* vel *ſolia* dicunt, & Lucianus πυέλους. ἔμβασις enim eſt πύελος, *ſolium.* Vide Salmaſ. ex Dioſcor. de Aſſiolapide in Solin. & not. in Fl. Vopiſcum p. m. 487. & in Jul. Capitolin. p. 159. Edit. Pariſ. Veenh. Helmſtad. & Ed. Vet. *diſceſſiones*, corrupte. Factum ex eo, quod in Lindenbr. haeret: *diſcenſiones.* Verum nempe *deſcenſiones.*

2 *Tertia.*] Diſceſſio non eſt in ſole: tamen non in obſcuro. Catan. Diſceſſionem vocat Catanaeus, quam alii *deſcenſionem.* Utriusque enim lectio circumfertur. Veenh. Haec aliter diſtinguit Mediceus: *Tertia a ſole, longius a luce. Non longius apodyterio*, cet. corrupte tamen, ut arbitror. Riccard. Oxon. & Lindenbr. *Tertia a ſole non longius. Apodyterio* cet. Ita reperit & Aldus in exemplaribus ſuis, qui edidit: *Tertia a ſole. Non longius apodyterio* cet. Ed. Vet. *Tertia a ſole longius*, a luce longius. *Apodyterio* cet. Illud *non longius* ſolummodo negotium faceſſit; aliter in promtu eſſet ex MSS. emendare: *Tertia a ſole. Apodyterio ſuperpoſitum eſt ſphaeriſterium*, ceteris omnibus, tamquam ex Gloſſa nata ſint, reſectis. Sed hoc eſſet vere ſecare & urere. Quin potius cum in praeſtantiſſimo Cod. omnia verba vulgatae lectionis legantur, ipſam vulgatam teneamus, quae ſenſum, ut Catanaeus exponit, tolerabilem concedit: quamvis fatear, nec eam plene mihi ſatisfacere.

3 *Sphaeriſterium.*] Locus, ubi exercitiis, ut pilae cet. vacabant. vide Budaeum ad Pandect. 548. Barth. Adi ad Lib. II. Epiſt. XVII. n. 12.

4 *Nec procul a balineo ſcalae.*] Integra & ſana forſitan ſcriptura. Sed aurem vellit Mediceus, qui praefert: *Non a balineos ſcalae.* Hoc *balineos* librario debetur, & nihil movet. Poteſt & eiusdem culpa excidiſſe particula *procul*, ut ſit ſcribendum: *Non procul a balineo ſcalae*, aut *Non* poſuit, pro *Iam*, quae in narrationibus apte continuat, ſic erit: *Iam a balineo ſcalae. a balineo*; ut modo n. 23. *a triclineo.* Lib. I. Epiſt. VI. n. 2. Iam *undique ſilvae*, & paſſim. Priorem rationem interim ſecutus ſum. Corte.

5 Ac *proſpectus habet.*] Ita vulgo legebatur contra fidem librorum. Nam Optimus, item Riccard. Lindenbr. Bongarſ. Helmſtad. Arnz. Ed. Vet. cum Aldo: ut *proſpectus habet.* Recte. Ut proſpectus ſunt diverſi, quos enumeravit, areola, pratum, vineae; ſic & coeli partes: quia ad aliam vineae, ad alias areola & pratum ſita ſunt. Intelligendum nempe, *ut proſpectus diverſos.* quod cum animadverterent quidam litteratores, dederunt in Voſſ. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *imminet* diverſis diverſasque *coeli partes.* Alii *imminent*, quod eſt in Riccard. & expreſſit Aldus, cum Primarius tueatur *imminet.* Si quis tamen *imminent* maluerit, & *habent*, non morabitur eum, quod *alia* ſit adiunctum. Sic enim Criſpus Cat. cap. VI. n. 2. alius *alio more* viventes. & cap. XXII. n. 2. alius *alii tanti facinoris* conſcii, ubi exempla & rationem adtuli. adde & Lucan. Lib. III. vs. 27. Lib. VI. vs. 258. Sed nec id, quod editur, eſt abſurdum, quod alibi monſtravimus. Quod tamen multo uſu ex libris vett. didici, illud *imminent* oſtendit, hic *habent* ſcriptum fuiſſe, cui deinde alterum a ſciolis eſt adcommodatum. Plinii itaque fuit: .... *alia vineis* imminet, *diverſasque coeli partes*, *ut proſpectus*, habent. *Imminet* & *habent* ita copulantur, ut *fremuit* & *petunt*; *ducit* & *pandunt*; *miles decurrit* & *incumbunt*, qualia multa notamus ad Lucani Lib. IV. vs. 367. & Lib. VII. vs. 47. Corte.

6 *Adnectit.*] Copulat. Niſi enim fuiſſet haec *diaeta*, *hippodromus* videbatur disjunctus a villa & aedificiis. Catan. Arnzen. *iungit*, pro *adnectit*, ex Gloſſa. In Mediceo iſta: *hinc oritur diaeta*, *quae villae*, deſiderantur.

7 *Facies.*] Eſt, ſcilicet cryptoporticui hibernae. Nam ſequitur: *Aeſtiva ſtructa ad arcendos* aeſtus;

in edito poſita, quae non adſpicere vineas, ſed tangere videtur. In media triclinium ſaluberrimum [1] adflatum ex Apennini vallibus recipit. Poſt latiſſimis feneſtris vineas, valvis aeque vineas, ſed per cryptopor-
30 ticum [2] quaſi admittit. A latere triclinii, quod feneſtris caret, ſcalae convivio utilia, [3] ſecretiore ambitu ſuggerunt. In fine cubiculum, cui non minus jucundum proſpectum cryptoporticus ipſa, quam vineae praebent. Subeſt cryptoporticus ſubterraneae ſimilis, aeſtate incluſo frigore riget: [4] contentaque aere ſuo nec deſiderat auras, nec admittit.
31 Poſt utramque cryptoporticum, unde triclinium deſinit, incipit porticus: ante medium diem, hiberna: inclinato die, aeſtiva: hac adeuntur diaetae duae, [5] quarum in altera cubicula quatuor, altera tria, ut
32 circumit ſol, [6] aut ſole utuntur, aut umbra. Hanc diſpoſitionem, amoenitatemque tectorum [7] longe lateque praecedit hypodromus: [8] medius pateſcit, ſtatimque intrantium oculis totus offertur. Platanis circumitur: illae hedera veſtiuntur, utque [9] ſummae ſuis, ita imae alienis frondibus virent. Hedera [10] truncum & ramos pererrat, vicinasque pla-

aeſtus: & ideo in edito poſita, ut facile poſſit auras recipere & tranſmittere. CATAN.

1 *Adflatum ex* Apenninis *vallibus recipit.*] Scio, ut defendi poteſt *Apenninis vallibus*, & innumera talia ad Lucanum collegimus. At hic Optimus praeſtat: *ex* Appennini *vallibus*, quod ſtatim adſumſi. Hoc *adflatus* Iſ. Voſſius ad Melae Lib. II. cap. IV. princ. illuſtrat alio loco Plinii maioris ex Lib. III. H. N. cap. V. quem contra Salmaſium vindicat. Addo ſupra n. 14. *Accipit ab hoc* (Apennino) auras *quamlibet ſereno & placido die.* Ceterum recentiores Codd. *accipit* hoc loco oſtentant; meliores omnes *recipit.*

2 *Quaſi admittit.*] i. Proſpicit ex propinquo. BARTH.

3 *Secretiore aditu.*] Legitur etiam *ambitu*, quod non diſplicet, ut inſtar cochleae fuiſſe intelligamus eas ſcalas, quales nunc interdum videmus conſtrui. CATAN. Noſtri omnes *ambitu*, non *aditu*. Mediceus: *ſcalae convivio*, ut illa *ſecretior*, librarii peccatum.

4 *Contentaque aere* ſuo.] Lucanus Lib. VIII. vs. 446.

Terra ſuis contenta *bonis, non indiget mercis*
Aut Iovis.

5 *Quarum in altera.*] Mediceus, vitioſa traiectione: *quarum* in latera *cubicula q.* Deinde eaedem membranae: *ut* circumit *ſol*, quae ſcriptura antiquiſſima eſt, ut dictum ad Lucan. Lib. IV. vs. 463. & ſic mox n. 32. *Circumitur* in Mediceo & Riccardiano.

6 *Aut ſole.*] Alia cubicula modo ſole, alia umbra utebantur, prout ſol ſe revolvebat: verbi cauſa, quae erant, expoſita orienti, *ſolem matutinum* excipiebant, quae auſtro, *meridianum*, quae occidenti, *occiduum.* CATAN.

7 *Longe praecedit.*] Editiones recentiores: *Longe lateque*, ſed ſic nulla editio ante Aldinam, quae tamen habet *late longeque.* haud etiam viſitur in Palatino noſtro. GRUTER. Edidit Aldus: *late longeque praecedit.* Sed Gruterus non, veluti novitiam ſcripturam, damnare debebat: *longe lateque praecedit:* eſt ea ipſa veterrimi Medicei, Riccard. Lindenbr. ad quam adludunt Helmſtad. Bongarſ. & Arnz. in quibus: *tectorum* longeque *praecedit*, & ipſa deſcriptio hypodromi illud *lateque* flagitat. Ideo reſtitui auctori. Oxon. *longe* largeque *praecedit.*

8 *Medius pateſcit.*] A lateribus arboribus ſeptus viam patentem in medio oſtendit. CATAN.

9 *Summae.*] In cacumine & ramis. Nam platanum ſcribit Cicero comparatam ad opacandum locum ramis patulis. IDEM. Eſt enim arbor late ſpargentibus ramis. Petron. Arbiter:

Nobilis aeſtivas platanus *diffuderat umbras.*

Vide Plin. Lib. XII. cap. II. Dioſc. Lib. I. cap. 109. VEENH.

10 *Truncum & ramos pererrat.*] Riccard. Oxon Lin-

platanos tranſitu ſuo copulat. Has buxus interjacet. Exteriores buxos
circumvenit laurus, umbraeque platanorum ſuam confert. Rectus 33
hic hypodromi limes in extrema parte [1] hemicyclio frangitur, mutat-
que faciem: cupreſſis ambitur, & tegitur, denſiore umbra opacior,
nigriorque: interioribus circulis (ſunt enim plures) [2] puriſſimum diem
recipit. Inde etiam [3] roſas effert, umbrarumque frigus non ingrato 34
ſole diſtinguit. Finito vario illo, multiplicique curvamine,
[4] recto limiti redditur, nec huic uni. Nam viae plures inter- 35
cedentibus buxis dividuntur. alibi pratulum, alibi ipſa buxus inter-
venit in formas mille deſcripta, [5] literas interdum, quae modo nomen
[1] do-

Lindenbr. & Bongarſ. *trunculum*. Sed in verbo *pererrat* deficit probus ille Riccardianus codex, reliquis iniuria temporum deperditis. Itaque eius ſuffragio in poſterum uti non licebit, niſi in titulis Epiſtolarum huius Lib. V. Hi enim, quia ſub initium cuiusque libri perſcribuntur, ſervati ſunt.

1 *Hemicyclo.*] Semicirculo circa reflexum metarum. *Hemicyclium* Pollux in ſcena vocat locum juxta orcheſtram a forma nominis, cujus uſus, ut ſignificet locum aliquem procul ab urbe, aut in mari natantes. Idem Lib. VI. *Hemicyclia* ſedes vocat. Catan. *Hemicyclo.*] Vulgo a principibus grammaticis exponi video *Hemicyclum*, cathedram, quod ſit ſemicirculi forma, in illo Ciceronis de Amicitia: *Cum ſaepe multa, tum memini domi in* hemicyclo *ſedentem, &c.* Sed poteſt quis domi ſedere in conclavi, neque protinus conclave cathedra erit. Exiſtimo igitur formam quandam eſſe, vel porticus, vel conclavis ſemirotundi, ubi ſedentes ſolerent colloqui. Nam non ignoramus rotundam formam ad colloquia eſſe accommodatiorem, quam directo rigore porrectam. Hoc Ἡμικύκλιον videtur vocaſſe Plutarchus, quem, ſis, vide apud Turneb. Adverſar. Lib. XXVIII. Veenh. *Hemicyclio* emendavi ex praeſtantiſſimo Mediceo, quomodo & Aldus edidit. Sic libri meliores Ciceronis de Amicit. cap. I. ubi legas Graevium. Oxon. *emiclio*; Ed. Vet. *hemicyculo* Infra Primarius *cypreſſis*, non *cupreſſis*. Supra iſtae membranae *hic* neglexerunt: *Rectus hypodromi limes.*

2 *Puriſſimum diem.*] Lucidiſſimam lucem, quia interiores circuli conſtabant roſariis, per quae facile ſol admittitur. Sequitur enim, *inde roſas offert.* Catan. Recte *puriſſimum diem* exponis nulla umbra corruptum aut imminutum, aut, ut Catanaeus inquit, lucidiſſimam lucem. Rutilius Lib. I. vs. 199.

Illic perpetui ſoles, atque ipſe videtur
Quem ſibi Roma facit purior *eſſe* dies.

Alibi hoc librarii in *clarior* mutarunt. Vide Cl. Burmann. ad Ovid. III. Art. Am. vs. 55.

3 *Roſas* offert.] Lindenbr. Voſſ. Helmſt. Bongarſ. & Ed. Vet. *roſas effert*, non *offert*. Mediceus *ecfert*, quod eſt *effert*, veteri ſcriptura. Sic iterum Lib. IX. Epiſt. XXVI. n. 2. *Interdum etiam effervescere*, ecferri, *ac ſaepe accedere ad praeceps.* Reperi hoc in multis Codd. ſed duos tantum antiquiſſimos hic producam. Hegeſippus Lib. V. cap. XXV. *Qui propter infinitam pauperum multitudinem* ecferri *nequiverint*, ita membranae littera quadrata ſcriptae. Item pervetuſtus MS. Non Marcell. cap. I. n. 107. *Ebullire eſt* ecferveſcere. Cap. I. n. 176. Lucillius: *ne myſteria* ecferres *foras.* Cap. II. n. 462. *Qui nulla impotentia* ecferantur, Tullius ſcripſit. & n. 892. idem Tullius: *nec immanitate belluarum* ecferari. Lucillii illud ſervatur etiam Cap. IV. n. 46. & n. 156. Accius: *Egredere, exi,* ecfer *te, elimina urbe.* n. 167. iterum Lucillius: *Ego ubi quem ex praecordiis* ecfero *verſum*, & ipſe Nonius ibidem: Ecferre, *oſtendere.* mox: Ecferre, *eligere.* deinde: Ecferre, *edere, provehere.* atque ibidem Tullius: *Haec illi mirentur atque* ecferant. item: *Maximis* ecferunt *laudibus.* n. 178. idem Tullius *exſilire &* ecferri, & denique cap. VIII. n. 55. iterum ex Cicerone de Rep. *Qui comperit eius vim, & ecfrenatam illam ferociam.* Unde patet, haud immerito Gruterum edidiſſe apud Salluſt. Iug. cap. XIV. n. 11. *Scelere atque ſuperbia ſeſe* ecferens. ad quem locum nonnihil de hac ſcriptura diximus.

4 *Recto* limiti *redditur.*] Mediceus: *recto limite*, & ſic Oxon. Arnz. & Ed. Vet. At Helmſt. *recto limine.* perperam. *Limes* eſt tractus, via, ut monſtravimus ad Lucanum, & ſic n. 33. *Rectus hic limes.*

5 Litteris *interdum.*] Immo *litteras*, quod habet

[1] domini dicunt, modo artificis: [2] alternis metulae ſurgunt, alternis inſerta ſunt [3] poma, & in opere urbaniſſimo ſubita [4] velut illati ruris imitatio. Medium ſpatium [5] brevioribus utrimque platanis adornatur.
36 Poſt has, acanthus hinc inde lubricus & flexuoſus, deinde plures [6] figurae, pluraque nomina. in capite [7] ſtibadium candido marmore, vite protegitur. vitem quatuor columellae [8] Caryſtiae ſubeunt. E ſtibadio aqua,

habet Optimus. Intellige: buxus deſcripta *in litteras*, ut *in formas*. Talis Repetitio Praepoſitionis aderat modo n. 31. *Quarum* in *altera cubicula quatuor*, altera *tria*. Sext. Platon. Lib. I. de Medic. ex anim. cap. IX. n. 23. *Si dexter oculus glaucomate laborat*, in *dexteriorem partem ſpicella demittitur*; *ſin ſiniſter*, ſiniſtram. Ovidius Her. Epiſt. V. vs. 111.

Et minus eſt in *te*, *quam* ſumma *pondus* ariſta.

Adde ſupra Lib. II. Epiſt. XVII. n. 16. Idem Mediceus: quo *modo nomen.* non placet. CORTE.

1 *Domini.*] Trajani, cum in Epiſtolis eundem Dominum appellet Secundus. An *domini*, id eſt Secundi? Nam Tranquillus in Tiberio poſſeſſores inſularum *dominos* dicit. CATAN. Recte poſſeſſoris Plinii, non principis. Vide ad Lib. I. Epiſt. XXIV. n. 4. *Scholaſticis porro* dominis *ſufficit.*

2 *Alternis metulae.*] Sic veterrimi & plerique omnes Codd. Unus Voſſ. *alternis* viticulae *ſurgunt*, quod ſtatim placuit Gryphio & Sichardo. Arnz. *alterius*, ut ſupra peccatum vidimus. Ed. Vet. *alterinis* bis exhibet.

3 *Poma.*] In neutro pro arboribus nuſquam alibi annotavimus: ſicut *pomaria* contra grammaticorum praecepta apud Columellam, Palladium Martialem, Statium. Pro locis conſitis pomis legimus ſubinde. CATAN.

4 *Velut* illati *ruris.*] Eleganter *illati ruris*, qualem faciem hic non exſpectaveras. Nec cedit elegantia Lucanus Lib. IX. vs. 323. ubi de Syrtibus & vento illic orto:

— — — *longeque ab Syrtibus undas*
Egit, *&* illato *confregit* litore *pontum.*

Tam egregius locus in omnibus Edd. mire corruptus erat. Scribebant enim & interpungebant: *alternis inſerta ſunt poma: & in opere urbaniſſimo, ſubita velut illati ruris imitatio, medium* in *ſpatium*, cet. ex quibus nullum idoneum ſenſum efficias. Ipſe poſt *imitatio* plenam diſtinctionem poſui, eaque, ut fieri debet, ad ſuperiora referens intelligo verbum ſubſtantivum *eſt.* Quod cum ſaepiſſime auctor noſter omittat, ſaepe tamen librariis & correctoribus fraudi fuit. Iam vero video, Gryphium etiam, uti nos, diſtinxiſſe, licet in alio corruptus ſit. Servat enim cum omnibus vulgatis: *Medium* in *ſpatium.* At ipſa res clamat, ſcribendum eſſe: *Medium ſpatium* ... *adornatur*: quod cum Mediceus & Voſſ. praeſtent, ſine haeſitatione recepi. CORTE.

5 *Brevioribus.*] Reſpectu illarum, quibus hippodromus in ingreſſu veſtiebatur. CATAN. Mediceus: *brevibus u. platanis a.* pro *brevioribus.*

6 *Figurae.*] Ambiguum ex acantho, an buxo, an magis quae erant ſtibadio inſcriptae? de quo Mart.

Accipe lunata ſcriptum teſtudine ſignum
Octo capit, *veniat quiſquis amicus erit.*

CATAN. *Figuras* dixit n. 35. *formas*, ubi & *litteras* memorat, ex quibus *nomina* fiebant.

7 *Stibadium.*] Menſa, torus. Sic interpretatur Suidas, *ſtibades* eſſe toros humi poſitos, & lignis ramiſque ſtructos. Athen. Lib. VII. *Primum*, inquit, *ſcenas faciebant*, *&* *in his* ſtibades *ex herba*: *ſuper quas dapes ſtruebant*, *& illis invitati veſcebantur*: *nec ſolum municipes*, *ſed etiam peregrinos hoſpites convivio admittebant.* & Lib. XIII. teſtatur diſcumbentes in *ſtibadibus* veſci. & Proverbium in parcos ortum refert Suidas: *Stibades Phormionis.* Fuit enim hic *Phormio* miles parcus? quin etiam in militia humi ſolent diſcumbere & recumbere. Servius negat antiquos habuiſſe *ſtibadia.* Theocritus tamen in Adonidis epitaphio dixerat:

Ε'ς' ἀγαθὰ ςιβὰς, ἐςὶν ἀδώνιδι ςιβὰς ἑτοῖμα.

Animadvertendum apud Graecos dici ἡ ςιϐὰς, τῆς ςιϐάδος, apud nos, hoc *ſtibadium.* Nam Sidonius Lib. II. *ſtibadium* & *abacum* in coenatiuncula ponit. & fieri interdum ex marmore verba Secundi monſtrant. CATAN. Confer hanc in rem Zoſim. Lib. III. & Jac. Sirmond ad Sidonii Lib. I. Ep. I. & II. Ep. II. &c. VEENH. Mediceus hic *ſtipadium*, ſed infra *Ex ſtebadio.*

8 *Caryſtiae.*] Ex *Caryſto* oppido Euboeae, ſi Pto-

aqua, velut expreſſa cubantium pondere, [1] ſiphunculis effluit, cavato lapide ſuſcipitur, [2] gracili marmore continetur, atque [3] ita occulte temperatur, ut impleat, nec redundet. [4] Guſtatorium graviorque 37 coenatio margini imponitur, [5] levior navicularum & avium figuris innatans circumit: contra fons egerit aquam & recipit. nam expulſa in altum in ſe cadit, [6] junctisque hiatibus & abſorbetur & tollitur. E regione ſtibadii adverſum cubiculum tantum ſtibadio reddit [7] ornatus, quantum accipit ab illo. [8] Marmore ſplendet, valvis in viridia 38 pro-

Ptolomaeo credimus. Ad *Caryſtum* vero lapis naſcitur, quem pectunt, nent, texunt: inde mantilia conficiuntur egregie contexta. Ea ubi ſordeſcunt, in flammas projecta non ſecus emundantur, quam ſi maculas elueris. Haec Strabo & eum ſecutus Stephanus, qui tamen in hoc diſſentit, *Caryſtum* ſcilicet urbem ſcribens ſub monte Ocho Euboeae, & *Caryſtum* locum Aegyos juxta Arcadiam, a quo *Caryſtium vinum*, cujus gentile *Caryſtius*. Et in eo lapidicinas *caryſtiarum* columnarum. Verum Strabo protulit *Caryſtium* etiam in Laconica fuiſſe, unde *vinum Caryſtium* ab Alcmane celebratum. Straboni libentius crediderim. Addam Plinium *Caryſton* locare in ſinu Aegeo, & civitatem ex adverſo Euboeae. Eam, ſi Diodoro fidem praeſtamus, Dryopes pulſi ad Euboeam condidere. CATAN. De marmore & columnis Caryſtiis vide Brockhuſ. ad Tibull. Lib. III. Eleg. III. vs. 14.

1 *Sipunculis.*] Canaliculis, fiſtulis. CATAN. Sed cur non *Siphunculis* ſcribimus, ut ſupra n. 24? Voſſ. & Helmſt. *ſiponculis.* Oxon. *ſi pre oculis*, qui etiam omittit illa: *gracili marmore continetur.*

2 *Gracili marmore.*] Alio labello ſubtiliter ex marmore elaborato, ſed latente. Nam duo erant vaſa, alterum ſub ſtibadio, unde aqua defluebat, alterum in quo confluebat. CATAN.

3 *Ita occulte temperatur.*] Sc. aqua. Male Helmſt. *ita occulte verberatum.* Gryphius: *ita occulte perforato*, notabili varietate, ſed quam in nullis libris deprehendimus.

4 *Guſtatorium.*] Menſa contecta putaminibus teſtudinum, quam primus Carbilius Pollio prodigi ac ſagacis ingenii ad inſtrumenta luxuriae fertur excogitaſſe. Quare epigrammaticus poeta deinceps poſt ſtibadium in diſtichis *guſtatorium* locavit. Diodorus & Plinius ſcribunt in mari Indico teſtudines inveniri tantae magnitudinis, ut ſingularum ſuperficie habitabiles caſae contegantur. CATAN. Conf. Cl. Salmaſ. in Flav. Vopiſc. p. m. 419. Editionis Pariſ. VEENH. Adi interpretes Martialis Lib. XIV. Epigr. LXXXVIII. & quaenos ſupra ad Lib. III. Epiſt. V. n. 11. Mox Mediceus corrupte: *graviorque coenam*, & deinde: *naucularum & av. fig.*

5 *Levior navicularum, &c.*] Teſſellata & vermiculato pavimento, in quo variae erant figurae navicularum & avium. Sicut hodie diverſorum piſcium Romae in aedibus ſaxorum cernimus, ita ut impoſita aquae innatare videantur. CATAN.

6 *Iunctisque* hiatibus *& abſ. & t.*] Puto & hunc locum male diſtingui. certe *ſtibadii*, *ſtibadio* in eodem commate repetitum, indecens eſt. Nec ſententia praecedens ſatis plena. Scribo: *iunctisque hiatibus & abſorbetur & tollitur e regione ſtibadii adverſum cubiculum. Tantum ſtibadio*, &c. SCHEFFER. Sed talis diſtinctio ſenſum pervertit, & lectionem minus venuſtam inducit. quare auctori ſuo eam relinquamus. Latet tamen fortaſſe aliud ulcus. Nam in Mediceo clare legitur: *iunctisque* partibus *& abſorbetur & tollitur*, quod plane genuinum eſſe cenſeo, & a Battologia, quae in vulgata occurrit, Plinium abſolvit. *Partes* ſunt vices & viciſſitudines, ut ſupra Lib. II. Epiſt. XII. n. 7. & alibi. Iam *partes* ſemper diviſae & alternae eſſe ſolent; Noſter autem, cum res ita ferret, frequentiſſima figura, quam Oxymoron dicunt, *iunctis partibus* dixit, id eſt, continua quadam viciſſitudine. quae elegantia ingenio Secundi eſt digniſſima.

7 *Ornatus.*] Tanto ornamento cubiculum eſt ſtibadio, quanto ſtibadium cubiculo. Nam invicem ſe exornant. CATAN.

8 A *marmore ſplendet.*] Proba locutio *a marmore ſplendet*, ut *a beſtiis intereunt*, *a frigore nihil gignit*, & ſimilia; Sed vix veroſimile eſt, Plinium ita voluiſſe. Certe Primarius habet: *marmore ſplendet*, ſine Praepoſitione, quam etiam Arnz. omittit. Eadem varietas aderat ſupra Lib. II. Epiſt. V. n. 8. *Nec adimunt gratiam illis*, quibus *capitur*, ubi impreſſi nonnulli: *a quibus*. Lucanus Lib. X. vs. 114.

Nec ſummis cruſtata domus, ſectisque nitebat
Marmoribus.

Sic

[1] prominet, & exit: alia viridia ſuperioribus inferioribusque feneſtris
[2] ſuſpicit, deſpicitque. Mox [3] zothecula [4] refugit quaſi in cubiculum
idem atque aliud. [5] Lectus hic & undique feneſtrae, & tamen lumen
39 obſcurum, umbra premente. Nam [6] laetiſſima vitis per omne tectum
in [7] culmen nititur & adſcendit. Non ſecus ibi, quam in nemore jaceas:
40 imbrem tantum tanquam in nemore non ſentias. Hic quoque fons
naſcitur, ſimulque ſubducitur. Sunt locis pluribus diſpoſita [8] ſedilia e
marmore, quae ambulatione feſſos, ut cubiculum ipſum, juvant. Fonticuli ſedilibus adjacent, per totum hypodromum [9] dulces ſtrepunt rivi, & qua manus duxit, ſequuntur. His nunc illa viridia, nunc haec,

Sic & alii plures. Itaque cum fides libri Medicei toties cognita & ſpectata ſit, ne hic quidem ab illo receſſerim. Corte.

1 *Prominet, & exit.*] Sic proxime Palat. & Vett. Edd. nempe *prominet texit alia.* Aldina noſtrum iſtud repraeſentat; ea juniores exhibuerant nobis, *prominet & texit.* Deinde *alia viridia, &c.* Gruter. *Prominet & exit* habent Mediceus, Lindenbr. Voſſ. & Bongarſ. At Helmſtad. Arnz. & Oxon. *prominet texit.* Illud *deinde* libri noſtri non agnoſcunt, niſi quod Voſſ. *dehinc* habeat, quem Gryphius ſecutus eſt.

2 *Suſpicit deſpicitque.*] Mediceus: *feneſtris* ſuſcipit, quae *mox zoth.* Hoc *ſuſcipit*, quod etiam Oxon. tuetur, ita dictum foret, ut ſupra n. 29. *admittit.* Sed additum *quae* indicio eſt, excidiſſe alterum verbum, cui adhaeſit: quare vulgatam non deſero.

3 *Zothecula.*] Vide notata noſtra ad Lib. II. Ep. XVII. ex Sirmondo. Veenh. Mediceus diſerte *Zothecula*; Voſſ. Helmſt. & Ed. Vet. *Zetecula*; Lindenbr. *quem exodio thecula*; Bongarſ. *quem exodio thecuſa*; Oxon. *Quem ex odio cutiula refugit.*

4 *Refugit.*] Latet, reducitur. Hic mirum architecti ingenium commendatur. Catan.

5 *Lectulus hic &c.*] Ita Pal. & Edd. Vett. niſi quod omnes, *hinc.* Novitiae Edd. *Lectus hic.* Gruter. Non Edd. Novitiae tantum, ſed & veterrimus Mediceus, Lindenbr. Bongarſ. & Oxon. vindicant *Lectus hic.* Quare Palatini Codicis *Lectulus*, quod ex noſtris iuniores ſaltem MSS. Arnz. & Helmſt. praeferunt, exſulare iuſſi.

6 *Laetiſſima.*] Multiplici palmite, maxima. *Vites* enim quoque apud priſcos inter arbores numerabantur. Jovis ſimulacrum in urbe Populonia ex una conſpectum *vite* tot aevis incorruptum. Metaponti templum Junonis vitigeneis columnis ſtetit. Tectum Epheſiae Dianae ſcalis ſcandebatur *vite* una cypria. Plinius. Catan. Puto Plinium reliquiſſe: *Nam* latiſſima *vitis.* Barth. Ego non putarim, nec Codd. addicunt. *Laetiſſima vitis* eſt florentiſſima, unde iam illud alterum ſequitur. Gellius Lib. XII. cap. I. *Saepe videas* arborem laetam *& nitentem, in locum alium tranſpoſitam deperiſſe.* Sic *valida arbuſta & laeta*, item *laetas arbores* dixit Seneca, *laetas ſegetes* Virgilius, qualia multa collegit Burmannus ad Phaedr. Lib. II. Fab. V. vs. 14.

Perambulante laeta *domino* viridia.

7 *Culmen.*] *Culmen* in eo diſtinguitur a *tecto*, quod culmis tegatur. Antiquis enim *culmina* dicta ſunt tecta, quia aedificia de *culmo*, id eſt, paleis e meſſibus contegebant. Virg. Eccl. I.

Pauperis & tuguri congeſtum ceſpite culmen.

Catan.

8 *Sedilia.*] Sedes diſpoſitae: quales ſcribit Cicero fuiſſe ſub platanis. Idem. Mediceus haec ita concipit: *Sunt locis pluribus diſpoſita.* Sedile marmoreum, quod *ambulatione f. u. c. i. iuvant.* Ceteri omnes vulgatae favent, quam nullo modo ſollicitandam exiſtimo, adeo, ut ne quidem *ſedilia marmorea* coniectare velim.

9 Inductis fiſtulis *ſtrepunt rivi.*] Inviſa ſunt mihi iſta: *inductis fiſtulis*, & quamquam corrigerem *inducti fiſtulis ſtrepunt* rivi, tamen illud, quod ſubiicitur, *qua manus duxit*, cum ſenſum longe elegantius exprimit. Quantum ergo debemus venerando Cod. Mediceo, in quo perbelle: *per totum hypodromum* dulces *ſtrepunt rivi, & qua manus duxit ſequuntur.* Illa *inductis fiſtulis* Gloſſator adſcripſerat margini aut inter verſus, ut exponeret *qua manus duxit.* Sic loquitur Lucanus noſter Lib. II. vs. 142.

— — — *nimiumque* ſecuta eſt
Qua morbi duxere, *manus.*

Dulces

haec, interdum ſimul omnia [1] lavantur. Vitaſſem jamdudum, ne vi-
derer argutior, niſi propoſuiſſem omnes angulos tecum epiſtola cir-
cumire. Neque enim verebar, ne laborioſum eſſet legenti tibi, [2] quod 41
viſenti non fuiſſet: praeſertim cum interquieſcere ſi liberet, depoſita-
que epiſtola, quaſi reſidere ſaepius poſſes. Praeterea indulſi amori
meo. Amo enim, quae maxima ex parte ipſe inchoavi, aut inchoata
percolui. [3] In ſummam (cur enim non aperiam tibi vel judicium meum 42
vel [4] errorem?) primum ego officium ſcriptoris exiſtimo, ut titulum
ſuum legat, atque identidem interroget ſe, quid coeperit ſcribere:
ſciatque, ſi materiae immoratur, non eſſe longum: longiſſimum, [5] ſi
aliquid arceſſit atque attrahit. Vides, quot verſibus [6] Homerus, 43
quot

Dulces rivi ut hic omnia laeta & amoena. Sic *dulces viſu* Papinius & Claudianus, ubi plura Barthius: *ſtrepitus dulcis*, & *flumen dulce* ex Horatio nota ſunt, ut ex Marone & aliis *umbra dulcis*, & quae ſunt ſimilia. adde & ſupra Lib. II. Epiſt. XIII. n. 7. Lib. IV. Epiſt. III. n. 3. CORTE.

1 *Lavantur.*] Irrigantur. Non improbo *juvantur*, ſcilicet ad retinendam viriditatem ſuam in aeſtu, quamvis pontificius codex habeat *lavantur*. CATAN. *Lavantur.*] Haec eſt ſcriptura Pal. & Edd. Veterum, non *laetantur*, aut *juvantur*; quod invaſit Edd. poſteriores. GRUTER. Etiam veterrimus Mediceus, item Arnz. *lavantur* defendunt; in Lindenbr. & Bongarſ. eſt *iuvantur* (cuius utriusque varietates nos in hoc ipſo verbo deſerunt, quia Bongarſ. MS hic plane deficit, Excerpta Lindenbrogiana pergebant quidem paullulum, ſed ea ſcriptura, quam dudum vaneſcentem adſequi non licebat) Voſſ. & Helmſt. *laetantur* maluerunt, & pro hoc ſtat Celeb. Burmannus ad Phaedri loc. cit. Nobis contra videtur. Scimus *laeta viridia*, & *viridia laetari* recte dici poſſe; at cur hoc librarii mutaſſent in *lavantur?* Praecedit etiam *laetiſſima vitis*, cur non alio verbo hic uſus eſt auctor? praecedit proxime *iuvant*, quid ergo hic *iuvantur* aut *laetantur?* Teneo *lavantur*, id eſt, adſperguntur, tinguntur, ſeu, ut ſupra n. 20. dixit, *leni adſpergine fovetur. Lavare* enim *adſpergere* notare, ipſe vir Clar. obſervat ad Ovid. Epiced. Druſi vs. 115. & ſic Lucanus Lib. VI. vs. 109.

— — *&* lavi *calido profecta cerebro.*

Eadem varietas infra occurrit Lib. VII. Epiſt. IX. n. 11.

Utque ſacri fontes non ſola incendia ſiſtunt,
Saepe etiam flores vernaque prata iuvant.

ubi in aliis MSS. eſt *lavant*, & *levant*. Sed illic praefero *iuvant*, hic, ut dixi, *lavant*, cum & res ipſa diverſa ſit. CORTE.

2 *Quod* viſenti *non fuiſſet.*] Hoc confirmat Mediceus. At Voſſ. a prima manu *ſcribenti*, ab ſecunda *praeſenti*; Helmſt. *abſente*, quod eſt in Ed. Vet.

3 *In ſumma.*] Optimus: *In ſummam*, quod amavit auctor, ut ſupra diximus ad Epiſt. I. h. l. n. 3. Ita rurſus Lib. VI. Epiſt. VI. extr. In ſummam, *ſi datur Naſoni quod petit.*

4 *Errorem?*] Si deceptus ſum, neque recte judicavi. Extenuat enim facultatem ſuam, per correctionem, ut modeſtiae laudem conſequatur. CATAN. Eadem modeſtia Lib. I. Epiſt. II. n. 5. *errorem ſuum* nominat, atque *errare* & *iudicare* perquam ſcite opponit Lib. VII. Epiſt. IX. extr. *Sed de aliorum* iudicio *loquor: qui ſive* iudicant, *ſive* errant, *me delectat. Unum precor, ut poſteri quoque aut* errent *ſimiliter, aut* iudicent.

5 *Si aliquid* acceſſit.] *Arceſſit* ſcribendum, ut habet Optimus, i. attrahit & inducit tamquam alienum. Hoc infra n. 44. vocat *inductum atque devium loqui.* Lib. III. Epiſt. XVIII. n. 10. *Cum ea potius, quae preſſius & adſtrictius ſcripſi, poſſint videri* arceſſita *&* inducta. Sic Lib. IV. Epiſt. III. extr. *Inſititium & inductum ſermonem* adpellat.

6 *Homerus.*] Qui Lib. XVIII. Iliados pluribus Achillis arma deſcribit, cujus exemplo Virgilius pariter Lib. VIII. praeſertim in deſcribendo Aeneae ſcuto multis immoratur. CATAN.

 1 *Ara-*

quot Virgilius arma, hic Aeneae, Achillis ille, deſcribat: brevis tamen
uterque eſt, quia facit quod inſtituit. Vides, ut [1] Aratus minutiſſima
etiam ſidera conſectetur & colligat, modum tamen ſervat. Non enim
44 excurſus hic ejus, ſed opus ipſum eſt. Similiter nos, [2] ut parva ma-
gnis, cum totam villam oculis tuis ſubjicere conemur, ſi [3] nihil indu-
ctum & quaſi devium loquimur, non epiſtola, quae deſcribit, ſed
villa, quae deſcribitur magna eſt. [4] Verum illuc, unde coepi; ne ſe-
cundum legem meam jure reprehendar, ſi longior fuero [5] in hoc, in
45 quod exceſſi. Habes cauſas, cur ego Tuſcos meos [6] Tuſculanis,
Tiburtinis, Praeneſtinisque meis praeponam. Nam ſuper illa, quae
retuli, altius ibi otium, & pinguius, eoque ſecurius: [7] nulla neceſſi-
tas

1 *Aratus.*] Hic Athenodoro patre genitus, ſecundum alios Mnaſea & matre Lenodora. Magna de praeceptoribus inter Suidam, & eum, qui *Arati* vitam conſcripſit, diſſenſio. Conſtat tamen viguiſſe Ptolomaei Philadelphi temporibus, & claruiſſe apud Antigonum cognomento Gonatam Macedonum regem. Patriam habuit Solos Ciliciae: plura literarum monumenta reliquit, tradente Suida, inter quae Phaenomena ſcilicet lucentes ſtellas: quod opus ad noſtros tranſtulit M. Tullius. Utrumque extat: ſed Latinum detruncatum. Initium habet admirabile, & totum Homero ſimile. Sunt tamen, qui ſentiant magis Heſiodum ſecutum. Illum Cicer. I. de Oratore aſſerit fuiſſe ignarum aſtrologiae, verum ornatiſſimis atque optimis verſibus de coelo ſtellisque dixiſſe. Fabius materiam *Arati* motu carere judicat, ut in qua nulla varietas, nullus affectus, nulla perſona, nec cujuſquam ſit oratio: ſufficere tamen operi, cui ſe parem credidit vel aequalem. CATAN.

2 *Ut parva, &c.*] Editiones Aldina poſteriores, *magnis* conferamus *cum*, ſed contra Pal. & impreſſiones exoletas. GRUTER. Etiam noſtri omnes, nominatim Mediceus, Voſſ. Oxon. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. cum Aldo *conferamus* omittunt. & ſic ſolet auctor, ut iam dictum ad Lib. I. Epiſt. II. n. 2. *Pauci, quos aequus amavit.* In proverbium enim abiiſſe formulam *parva magnis conferre*, vel *componere*, dudum interpretes Maronis obſervarunt & Io. Brantius ad Auct. de B. Alexandr. cap. XVIII. *Ut minora maioribus conferantur.* Gryphius exhibuit: *ut parva* magis *conferamus*, typorum vitio. Deinde Optimus: *ſubiicere conemur*, pro *conamur.* recte.

3 *Nihil* inductum.] i. alienum. Sic loquitur Lib. IV. Epiſt. III. extr. BARTH. Reſpice n. 42. Ceterum Mediceus *diſcribit*, & *diſcribitur*, ut n. 43. *diſcribat*, ut veterrimi Codd. aberrare ſolent. Adi & notam ad Lib. II. Epiſt. VI. n. 2.

4 *Verum* illuc, *unde coepi.*] Sc. redire, reverti debeo. Optimus: *Verum* illud, *unde coepi.* non placet. Cicero Lib. III. de Finib. cap. II. *Deinde* prima illa, *quae in congreſſu ſolemus: Quid tu, inquit*, huc? *a villa enim, credo.* Adde ſupra Lib. II. Epiſt. XX. n. 11.

5 *In hoc*, quod *exceſſi.*] Sic Gruterus & vulgatae Edd. At Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *in quo exceſſi.* Optimus cum Aldo & Gryphio: *in quod exceſſi*, idque reſtitui. *Excedere in quid*, ut *excurrere in quid.* Hinc *Exceſſus*, pro *Excurſu*, ut iam Alciatus monuit. Adde ad Lucan. Lib. VI. vs. 450. & infra Lib. IX. Epiſt. XXVI. n. 9. *Quid audentius illo pulcherrimo ac longiſſimo* exceſſu? CORTE.

6 *Tuſculanis.*] Villis, quas in Tuſculano agro habeo, & Tiburtino, & Praeneſtino. Tuſculum civitas in conſpectu Romae eſt egregiis ornamentis inſignis, eam vineta coronant tectaque magnifica: praeſertim ea regione, quae in Romanum deſcendit adſpectum, videre licet villas variis decoratas apparatibus. A Tuſcia Tuſcus, a Tuſculo Tuſculanus deducitur. Praeneſte & Tibur pariter in conſpectu urbis fuere. Strabo. CATAN.

7 *Nulla neceſſitas togae.*] Sumendae videlicet togae, & obeundi officii urbani; ut ſunt, ſalutare amicos, deducere, comitari: ſponſalibus, nuptiis, teſtamentis, funeribus & aliis iſtiuſmodi rebus intereſſe, iisque commodare praeſentiam: tum in foro ac curia agere partes. Quae obituri cum prodirent domo togas ſumebant. Unde illud Martialis Lib. I. Epigr. LV.

Vivat & urbanis albus in officiis.

Albus, id eſt, togatus. Nam hic togarum color erat. Nec alia cauſa operam, quae in ejuſmodi officiis ponebatur, *togatam* appellavit idem Poeta Lib. III. Epigr. XLVI. ſicut & homines ipſos, qui eam navabant, alibi *togatulos*; alibi *togatam turbam.* Nec alii illi *togati ac urbani* ſunt, quos
Noſter

tas togae, [1] nemo arceſſitor ex proximo. Placida omnia & quieſcentia, [2] quod ipſum ſalubritati regionis, ut purius coelum, ut aer liquidior, accedit: ibi animo, ibi corpore maxime valeo. Nam ſtudiis animum, venatu corpus exerceo. Mei quoque nuſquam ſalubrius degunt, uſque adhuc certe neminem ex his, quos eduxeram mecum ([3] venia ſit dicto) ibi amiſi. Dii modo in poſterum hoc mihi gaudium, hanc gloriam loco ſervent. *Vale.*

VII.

Noſter infra Lib. VI. Ep. XXX. nominat. Extra urbem, & ruri maxime, *tunicati* erant. Ex quo apud Martialem eleganter ſane *tunicata quies* de ſeceſſu dicitur Lib. X. Ep. LII. Ac adeo rarus extra urbem *togae* uſus erat, ut nonnulli ne tota vita ſumerent. Juvenalis Sat. III.

> *Pars magna Italiae eſt, ſi verum admittimus, in quo*
> *Nemo* togam *ſumit niſi mortuus.*

Sic infra Noſter Lib. VII. Epiſt. III. *nuſquam togam* in ſeceſſu eſſe ſcribit. Buchner. Similiter Martialis: *Lis numquam, rara toga.* Adde ſupra Lib. I. Epiſt. XXII. Barth. Paulo ſuperius Optimus: *& pinguius* atque *ſecurius.*

1 *Nemo accerſitor ex proximo.*] Significat ſubductiorem hunc ſeceſſum fuiſſe: nec coluiſſe in proximo, qui aut vocarent ad ſe, atque accerſerent, aut ſe venturos nunciarent miſſo curſore. Et hoc eſt aliud *altius otium*, quod paulo ante praedicavit. Tale aliud Materni Quinctilianumve an Tacitum elegantiſſimo Dialogo de cauſis corruptae Eloq. cap. XIII. felicitatem ſec ſſus ſui attollentis; *non me*, inquit, *fremitus ſalutantium, nec anhelans libertus excitet, &c.* Buchner. Gryphius: *nemo* accerſit e *proximo*, contra Codd. fidem.

2 *Quod ipſum*, ſalubritate.] Accidit, ut omnia quieſcant. Ordo eſt, quod ipſum accidit ſalubritate regionis, quia coelum purius & magis ſerenum, quam in aliis locis ſit. Catan. *Quod ipſum, &c.*] Ita Palat. & Vett. Edd. omnes, non ut neotericae *accidit:* quod h c ferri nequit. Planior eſſet ſententia, ſi adhuc, litera una mutata, ſcriberetur *ſalubritati.* Gruter. *Quod ipſum, &c.*] Ita ex Palatino reſtituit Gruterus: qui planiorem ſenſum futurum exiſtimabat, ſi ſcriberetur, *ſalubritati.* Atque profecto, niſi ita legimus, non modo non planus ſenſus erit, ſed omnino nullus. Neque enim Plinium adducor ut credam archaiſmo uſum, & *ſalubritate* pro *ſalubritati* dixiſſe. Sed neque ſic ſatis conſultum tamen huic loco erit. Nam quid faciemus iis, quae proxime verbum hoc antecedunt, *ut purius coelum, ut aer liquidior?* Neque enim haec accedunt ad ſalubritatem ipſam, ſed ſalubritatem ipſam faciunt. Quod ſi pro *ut* reponamus *ubi*; nihil difficultatis amplius manebit. Buchner. Fruſtra ſibi difficultates fingit Buchnerus. *Purius coelum* & *aer liquidior* non omnem ſalubritatem loci, ſed partem tantum, licet maiorem, faciunt: atque eodem pa tem ſalubritatis efficit pingue illud otium & ſecuritas altiſſima. Eo enim fit, ut animo potiſſimum, ſed & corpore eo loci Plinius maxime valeat, quod ſtatim ſubiungit. Elegans autem uſus Particulae *ut*, & Noſtro admodum familiaris. Sic ſupra h. Ep. n. 27. *Diverſaſque coeli partes*, ut proſpectus, *habent.* quod etiam vulgo corruperant. n. 40. *Sedilia e marmore ambulatione feſſos*, ut cubiculum ipſum, *iuvant.* & paſſim. Ceterum *accedit* eſt in noſtris omnibus, ſed iidem *ſalubritate* tenent, quod genus vitii non eſt novum.

3 *Venia ſit dicto.*] Modus dicendi, qualis, malum abſit omen, ne ſcilicet excitaret Nemeſin adverſum ſua, quae petulantes & ſuperbos ulciſci ſolet, & elatum cervice premit. Nam tradunt Nemeſin implacabilem admodum contumacibus, & pennatam, quia celeriter delinquentes conſequitur. Inde proverbium Νέμεσις δε γε παρ' πόδας βαίνει, id eſt, *Nemeſis quidem ad pedes graditur.* Nam praedicit brachio & freno, ne immenſa facias, neque effrenata dicas: unde illud diſtichum Lib. IV. Graecorum epigrammatum:

> Ἡ Νέμεσις προλέγει τῷ πήχει τῷ τε χαλινῷ,
> Μήτ' ἄμετρον τι ποιεῖν, μήτ' ἀχάλινα λέγειν.

Nemeſis praedicit brachio & freno, neque immenſum quid facere, neque effrenata dicere. Item aliud ad idem:

> Ἡ Νέμεσις πῆχυν κατέχω. τίνος οὕνεκα; λέξεις,
> Πᾶσι παραγγέλλω μηδὲν ὑπὲρ τὸ μέτρον.

Nemeſis brachium teneo. cujus cauſa dices? omni-

-*bus*

VII. C. Plinius [1] Calviſio Suo S.

Pompejus Saturninus Secundum heredem reliquerat ex dodrante, Remp Comenſium ex quadrante: & quia tunc ſecundum leges Reſp. non poterat inſtitui heres, ſcribit Secundus, ſe tamen velle, ut voluntas Saturnini rata ſit, nec infringatur.

NEc heredem inſtitui, nec praecipere poſſe [2] Rempubl. conſtat: Saturninus autem, qui nos reliquit heredes, [3] quadrantem Reipubl. noſtrae, deinde [4] pro quadrante praeceptionem quadringentorum
2 millium dedit. Hoc, ſi jus adſpicias, irritum: ſi [5] defuncti voluntatem, ratum & firmum eſt. Mihi autem defuncti voluntas ([6] vereor quam in

bus praenuncio, nihil ſupra menſuram. Ibidem alia leguntur de Nemeſi: & apud Auſonium tetraſtichon, & quaedam ex primo Auſoniae, ſed plura apud Suidam. Catan. *Venia ſit dicto.*] Hoc deprecandi faſcini cauſa, Deorumque invidiae interponit, quae ulciſci felicium paulo elatius dicta credebatur. Quae ipſa *Nemeſis* antiquorum eſt. Unde illud Poetae:

—— Mitibus audi
Auribus hoc Nemeſis, ferat & fortuna jocantem.

Veteres & *Praefiſcini* ſive *Praefiſcine*, in ſimili cauſa dicebant, de quo ad Feſtum Scaliger & Muretus Lib. IX. Variar. Lection. cap. III. Buchner.

1 *CALVISIO SUO S.*] Riccard. in Indice *Ad Calpurnium Rufum* ſcriptam eſſe ait. In Oxonienſi hic eadem manu, qua codex ſcriptus eſt, adnotatur: *Huc usque exemplar fuit ſatis emendatum.*

2 *Remp.*] Nec poſſe inſtitui heredem, aut jus iſtud municipale fuit, aut leges, quibus tunc utebantur, poſtea ſunt abrogatae. Nam hodie omnes JConſulti intendunt utilitati Reipub. ut Marcellus. ff. XXX. de legatis & fideicommiſſis: *Si quid*, inquit, *relictum ſit civitatibus, omne valet, ſive in diſtributionem relinquatur, ſive in opus, ſive in alimenta, vel in eruditionem puerorum, ſive in quid aliud.* Et Paulus ibidem latius: An dicamus de legatis tantum loqui, non de hereditatibus? an ut ſcribit Ulpianus XXVIII. ff. *Quia reſp. incerta res eſt: heres autem inſtitui nemo poteſt, niſi ut certus demonſtretur? an quia litis cauſa & calumniae non poſſumus Imperatorem, nec Remp. heredem inſtituere.* Paulo Libro XXVIII. titulo de heredibus inſtituendis aſſerente? Nam & Ulpianus XXVIII. refert, nos hoc jure uti, ut in rebus publicis, cum de donatione quaeritur, illud ſolum ſpectandum, utrum ob cauſam aliquam juſtam Reip. promittat quis, vel polliceatur, an non? Catan.

3 *Quadrantem.*] Quartam patrimonii partem, quae erat CCCC. millium. Idem.

4 *Pro quadrante praeceptionem.*] Si ſtandum eſt Vett. Edd. & Pal. reſtituendum fuerit, *deinde quadrantem praeceptionem.* Gruter. Ita nempe ſtandum eſt fide Palatini, ut MSS. Voſſ. & Helmſt. in quibus etiam legitur: *deinde* quadrantem *praeceptionem* cet. quod nullius ſenſus eſt. Melior auctoritas Cod. Medicei *pro quadrante* adſerit. Oxon. *pro quadrante* plane omittit.

5 *Defuncti voluntat.*] Omnino puto ſervandam defunctorum voluntatem, etiamſi lege prohiberemur: neque enim ſtricte illorum voluntates interpretandae ſunt, Ulpiano reſpondente. Nam idem Lib. XXVIII. titulo de heredibus inſtituendis, aſſerit *imprimis teſtatoris voluntatem inſpiciendam.* Et Juſtinianus conſtituit, ſe cupere, *defunctorum voluntates validiores eſſe, & non verbis, ſed voluntatibus eorum favere*: quin immo *voluntas militis teſtamentum eſt*, quod ſola perficitur voluntate. Papinianus auctor. Catan. Tu lege Lib. IV. Epiſt. X. Mediceus hic omnia a voce *ratum* usque ad *vereor* neglexit: propter iteratum vocabulum *voluntas.* Habet autem, *irritum, ſed defuncti voluntatis vereor* cet.

6 *Vereor quam in partem.*] Senſus eſt: timeo ne Juriſconſulti meam ſententiam reprehendant, cum in univerſum dixerim extremas voluntates non

in partem Juriſconſulti, quod ſum dicturus, accipiant) [1] antiquior jure
eſt, utique in eo, quod ad communem patriam voluit pervenire. An 3
cui de meo ſeſtertium [2] undecies contuli, [3] huic quadringentorum
millium paulo amplius tertiam partem [4] ex adventitio denegem? Scio
te quoque a judicio meo non abhorrere, cum eandem Remp. ut ci-
vis optimus diligas. Velim ergo cum proxime decuriones contra- 4
hentur, quid ſit juris indices, parce tamen & modeſte: deinde ſub-
jungas, nos quadringenta millia offerre, ſicut [5] praecepit Saturninus.
Illius hoc munus, illius liberalitas, noſtrum tantum [6] obſequium vo-
cetur. Haec ego ſcribere publice ſuperſedi: Primum, quod memi- 5
neram

non infringendas: ſed intelligo in rebus honeſtis. Nam ſtatim ſubdit, utique in eo, quod ad communem patriam voluit pertinere, cenſeo ſervandam Saturnini voluntatem. Catan.

1 *Antiquior.*] Venerabilior, ſanctior, charior. Livius ſecundo ab urbe condita, *Id antiquius conſuli fuit.* Tranquillus in Vitellio: *Coegit jurare ceteros, nihil ſibi antiquius quiete publica fore.* Et in Veſpaſiano: *Nihil habuit antiquius, quam prope afflictam nutantemque Remp. ſtabilire.* Idem. Adi Gronovium ad Livii Lib. I. cap. XXXII. *Longe* antiquiſſimum *ratus, ſacra publica facere.* Sic & Ammianus Lib. XIX. cap. XI. Antiquiſſimum *omnium exercitus ratus eum iuvare.* Lib. XXXI. cap. VI. princ. *Salutem ſuam ducentes* antiquiſſimam *omnium.* Leg. 19. §. 7. ϖ. de captivis: *Diſciplina caſtrorum* antiquior *fuit parentibus Romanis, quam caritas liberorum.* Optimus: *antiquiore iure eſt.* non placet.

2 *Undecies.*] Centum ſeſtertium. Nam cum pollicitus eſſet quingenta Seſtertia in alimenta ingenuorum Novocomenſium, agrum de ſuis precii mille centum ſeſtertiorum longe pluris quam promiſerat, auctori publico mancipavit: eundem impoſito vectigali recepit, daturus in id munus tricena millia annua pro fenore. Hanc rem latius tractat Lib. VII. ad Caninium. Legitur in aliis exemplaribus *ſeſtertium ſedecies contuli.* Catan. *Seſtertium ſedecies* agnoſcit Mediceus, & vulgavit Aldus. Helmſtad. *an cui de meo* hiis adicies *contuli*; Oxon. *de meo his adicies*; Arnz. *an cui de meo* his adiacens *contuli*; Ed. Vet. *an cui de meo* his adiiciens *contuli.* Illud *his* ex antiqua nota ſeſtertii HS. ſine dubio profluxit, & alterum *adiciens* vulgatum *undecies* confirmat. *Sedecies* certe legi nequit, aliter *quadringenta milia* non tertiam amplius partem, ſed quartam conficerent.

3 *Huic quadringentorum, &c*] Lege, ut in quibuſdam codicibus: *huic quadringenta millia, paulo amplius tertiam partem, ex adventitio denegem?* Appellat quadraginta ſeſtertium millia, paulo amplius tertiam partem ſeſtertii undecies, & cum de ſuo patriae hanc ſummam contulerit, non gravate eidem ex adventitio illam quoque ſe ait collaturum. quod autem in quibuſdam libris *ſedecies* ſcribitur, falſum manifeſto eſt. *Seſtertium* vero non *ſeſtertiorum* ſcribendum ex uſu auctorum ejus ſeculi. Casaub. Omnes libri habent *quadringentorum milium*, nec opus eſt mutare in *quadringenta milia*, cum idem ſenſus in illis iaceat, & Conſtructio non alia eſt, quam quae illuſtrata eſt ad Lib. IV. Epiſt. I. n. 4. Oxon. *quadriginta milium.*

4 *Ex adventitio.*] Ex eo, quod ad me pervenit ex hereditate Saturnini. Senſus eſt: ſi de meo peculio Reip. obtuli undecies centum ſeſtertium, quanto magis concedere debeo, ut habeat quadraginta, quae jure hereditario mihi debebantur, cum ea ſint ex peculio adventitio, & non jure agnationis? Eſt enim *adventitia* pecunia, quae non accedit, & relinquitur ſucceſſionis cauſa, ſed ab extraneis & inſperato. *adventoria* autem res ut epiſtola, quae amico advenienti occurrit. Catan.

5 *Praecepit.*] Propria locutio Juriſconſultorum. Nam veterum teſtamenta imperativis referta ſunt verbis. Idem. *Praecepit.*] Haud aliter Palat. & Edd. Vett. *praeceperit*, nuper cuſi. Gruter.

6 *Obſequium.*] Beneficium, lenitas. nam obſecuti ſumus Reip. cum jure poſſemus contendere. Catan. Immo obſecuti ſumus praecipienti Saturnino. Latinitatem illuſtramus ad Lucan. Lib. VIII. vs. 610.

Qui Bruti dixere nefas.

Helmſt. *Illius liberalitatis tamen obſequium vocetur*, corrupte. Infra etiam plura in recentioribus MSS. corrupta offendi; ſed cum Optimus Vulgatae faveat, iſtas varietates ne indicare quidem neceſſe fuit.

neram pro neceſſitudine amicitiae noſtrae, pro facultate prudentiae tuae, & debere te & poſſe, perinde meis, ac tuis partibus fungi: deinde, quia verebar ne modum, quem tibi in ſermone cuſtodire
6 facile eſt, tenuiſſe in epiſtola non viderer. Nam ſermonem vultus, geſtus, vox ipſa moderatur: epiſtola, omnibus commendationibus deſtituta, [1] malignitati interpretantium exponitur. *Vale.*

VIII. C. Plinius [2] Capitoni Suo S.

Capitoni ut hiſtoriam ſcriberet ſuadenti, reſcribit idem cupere: & cauſas, quibus ad hoc incitaretur, quibusque retardaretur, enumerat: ubi pleraque multa, quid hiſtoria ab oratione differat, breviter tractat.

SUades, ut hiſtoriam ſcribam, & ſuades non ſolus: multi hoc me ſaepe monuerunt, & ego volo. non quia commode facturum eſſe [3] confidam (id enim temere credas, niſi expertus) ſed quia mihi pulchrum inprimis videtur, non pati [4] occidere, quibus aeternitas
2 debeatur, aliorumque famam [5] cum ſua extendere. Me autem nihil

1 *Malignitati interpretantium.*] Subjacet epiſtola, neque ſe defendet ab his, qui eam maligne interpretari velint. CATAN.

2 *CAPITONI.*] Sidonius Apoll. Lib. IV. voluit hanc epiſtolam non *Capitoni*, ſed *Tacito* ſcriptam *Nam*, inquit, *& antiquitus cum C. Cornelius Tacitus C. Plinio Secundo, ut hiſtoriam ſcriberet, ſuaſiſſet. & ipſe poſtremo, quod injunxit, arripuit.* IDEM. Riccard. in Indice ad *Titinium Caepionem* mittit; at Mediceus ceterique ſcripti & impreſſi uno ore *Capitoni.* Solus Cl. Minos in ora libri exhibet *Tacito*, quod emendatiores libros praeferre Io. Savaro ad Sidon. Lib. IV. Epiſt. XXII. dixit, non probavit.

3 *Confido.*] Mediceus, Oxon. Helmſt. & Arnz. *confidam*, recte. Mutarunt propter ſequens *videtur.* Sed eadem varietate Cicero pro Milone cap. XXII. Non quia *non* poſſet *verum inveniri*, *ſed* quia videbatur *indignum eſſe.* Hyginus Aſtron. Lib. II. cap. XXIV. Quod *prima* fuerit *Herculis haec certatio*, & quod *cum inermis* interfecit. Sic etiam *non quo* & *ſed quod* cum diverſis Modis coniungunt, ut videre licet ex nota ad Lucani Lib. II. vs. 732. ad cuius Lib. IV. vs. 426. plura de hac Modorum varietate diximus. CORTE.

4 *Occidere.*] Aboleri nomen illorum, & facta interire. (Pro *non pati occidere*, fuit in vetuſto codice *poſteris tradere.*) CATAN. Recte admonet de vetuſto Codice Catanaeus. nam in Mediceo etiam legitur: *pulchrum in primis videtur*, poſteriſque tradere, *quibus aeternitas debetur*, quaſi is utramque lectionem in exemplari invenerit, aut iungere vellet: *non pati occidere, poſteriſque tradere*, quod tamen, ſi nexum Orationis reſpicias, inconcinnum eſſet. Credo tamen, illud *poſteris tradere* ex antiqua Gloſſa irrepſiſſe, quae interpretari voluit Plinii: *non pati occidere* *Occidere* enim & *perire* dicuntur, quae memoria hominum excidunt & ad poſteros non transmittuntur. Seneca Epiſt. XXI. *Nomen Attici* perire *Ciceronis epiſtolae non ſinunt.* Ut in illo Horatii:

Dignum laude virum Muſa vetat mori.

Lucanus Lib. IX. vs. 980.

O ſacer, & magnus vatum labor, omnia fato
Eripis, *& populis donas mortalibus aevum.*

5 *Cum ſua* extendere.] Licet *non par gloria ſequatur ſcriptorem & auctorem rerum*, quod Salluſt. dixit Cat. cap. III. n. 2. utriusque tamen fama extenditur. Ita de ſe Lucanus & de Caeſare Lib. IX. vs. 985.

Ven-

hil aeque, ac [1] diuturnitatis amor & cupido ſolicitat: [2] res homine digniſſimae, praeſertim qui nullius ſibi conſcius culpae, [3] poſteritatis memoriam non reformidet. Itaque diebus ac noctibus cogito, 3

—— Si qua me quoque poſſim
Tollere humo.

Id enim voto meo ſufficit: illud ſupra votum,

—— Victorque virum volitare per ora.
[4] *Quanquam ô!*

Sed hoc ſatis eſt, quod prope ſola hiſtoria polliceri videtur. orationi 4
enim [5] & carmini parva gratia, niſi eloquentia eſt ſumma: hiſtoria [6] quoquo modo ſcripta delectat. Sunt enim homines natura curioſi, & quamlibet nuda rerum cognitione capiuntur, ut qui ſermunculis etiam fabellisque ducantur. Me vero ad hoc ſtudium impellit
domeſticum quoque exemplum. [7] Avunculus meus, idemque 5
per

Venturi me teque *legent*, *Pharſalia noſtra*
Vivet, *& a nullo tenebris* damnabimur *aevo.*

Ut hic *famam extendere*, ſic *memoriam prorogare & extendere* ſcribit Lib. VII. Epiſt. XXXI. n. 5.

1 *Diuturnitatis.*] Non audet de ſe ipſo per modeſtiam dicere *aeternitatis*, cum tamen de Martiale & aliis ſic loquatur. *Aeternus* etiam celebris Lib. II. Epiſt. XI. BARTH. Adi Lib. III. Epiſt. XXI. extr.

2 *Res homine* digniſſima.] Omnes ſcripti, etiam Optimus, & Ed. Vet. *digniſſime*, hoc eſt, *digniſſimae*, ut diſtincte intelligere iuberet & *amorem* diuturnitatis, & *cupidinem.* Sic Criſpus Cat. cap. IX. n. 4. *Audacia & aequitate.* Quarum rerum *ego maxima documenta haec habeo.* In Mediceo eſt: *res homine* digniſſime o *praeſertim.*

3 *Poſteritatis memoriam.*] Ut de ſe poſteri male loquantur: nam qui recte vixerunt, non timent, ut poſteri ſua reprehendant. CATAN.

4 *Quamquam o!*] Optat tamen ſuis ſcriptis illuſtrari & excellere, ſumens initium ex V. Aeneid. ubi Mneſtheus hortatur ſocios ad remigandum in navali certamine. prius vero eſt ex III. Georgicorum. IDEM. Particula *ô* deſideratur in Mediceo, exhibetque ille: *Quamquam.* Sed *hoc ſatis eſt.* & *quod prope ſola h. p. v.* Non male copula *&* inſeritur, immo ſententiae illa neceſſaria eſſe videtur. *Hoc* deeſt Oxon.

5 *Et carmini parva gratia.*] Recentiſſimae Edd. *carmini* eſt *parva gratia*, ſed nuſquam ea vocula in Vett. aut etiam Palatino. GRUTER. Recte monet Gruterus abeſſe ab Vett. libris, ſed talibus ſaltem & eius aetatis, cuius fuit Palatinus, verbum ſubſtantivum exſulare; at non diſſimulare debebat, eosdem libros *eſt*, pro *ſit*, exhibere. Certe nos in Helmſt. Arnz. Voſſ. & Ed. Vet. exſtare ſcimus: *niſi eloquentia* eſt *ſumma.* At Primarius ille cum Aldo: *orationi enim & carmini* eſt *parva gratia*, *niſi eloquentia* eſt *ſumma. Niſi eſt*, abunde vindicant, quae congeſſimus loco iam ad Lib. II. Epiſt. X. n. 3. citato, ubi ſimiliter ex MSS. emendavimus: niſi retrahis *in corpus.*

6 *Quoquo modo.*] Etiam ſine eloquentia, & tantum res nudas commemorans. Inde ad Lucejum M. Tullius, *Ipſe*, inquit, *etiam annalium ordo nos mediocriter retinet*, *quaſi enumeratione faſtorum:* & de Finibus: *Quod hiſtoria delectet, quam ſolemus perſequi uſque ad extremum*, *praetermiſſa repetimus*, *inchoata perſequimur.* CATAN.

7 *Avunculus meus.*] *C. Plinius Secundus* frater matris meae. Quidam opinantur *avunculum* traxiſſe appellationem ab eo, quod aeque tertius a matre, ut avus eſt, ſed non ejuſdem juris, ideoque vocabuli factam diminutionem. ſive *avun-*

[1] per adoptionem pater, hiſtorias, & quidem religioſiſſime, ſcripſit. Invenio autem apud ſapientes, honeſtiſſimum eſſe, [2] majorum veſtigia ſequi, ſi modo recto itinere praeceſſerint. [3] Cur ergo cunctor? Egi
6 magnas & graves cauſas. Has (etiamſi mihi tenuis ex eis ſpes) deſtino retractare, ne tantus ille labor meus, niſi hoc, quod reliquum eſt,
7 ſtudii addidero, mecum pariter intercidat. Nam ſi rationem poſteritatis habeas, quicquid non eſt peractum, [4] pro non inchoato eſt. Dices, Potes ſimul & reſcribere actiones, & componere hiſtoriam. Utinam! Sed utrumque tam magnum eſt, ut abunde ſit alterum efficere.
8 [5] Undeviceſimo aetatis anno dicere in foro coepi, & nunc demum, quid praeſtare debeat orator, adhuc tamen per caliginem, video. Quid, ſi huic oneri novum acceſſerit? Habet quidem oratio & hiſtoria [6] multa com-

unculus appellatur, quod avi locum obtineat, & proximitate tueatur ſororis filium. CATAN.

1 *Per adoptionem pater.*] Jus adoptionis eſt, ut is adoptet, qui neque procreare jam liberos poſſit: & cum potuerit, ſit expertus, & adoptatus ſit minor adoptante, legitimo & pontificio jure procedat adoptatio, & ita fiat, ut ne quid aut de dignitate, aut de ſacrorum religione minuatur: in primis, ne qua calumnia, ne quis dolus adhibeatur. Evenit autem ſecundum JC. ut is, qui in adoptione datus eſt, tam in familia naturalis patris jura cognationis retineat, quam in familia adoptiva nanciſcatur: ſed eorum tantum cognationem in adoptiva familia nanciſcitur, quibus fit agnatus, in naturali autem omnium pertinebit. Paulus ff. primo: *Per adoptionem dignitas non minuitur, ſed augetur: unde Senator, ſi a plebeio adoptatus eſt, manet & Senator, ſimiliter & Senatoris filius in familia adoptantis manet, niſi mancipetur.* De adoptione multa Juriſconſulti ſcribunt, ut Juſtinianus in Inſtitut. & Codice de adoptionibus, Diocletianus, & Max. Imperat. Ulp. ff. primo, & Modeſtinus ib. Longe tamen plura Gellius Lib. V. Tantum addam, quae a Cajo traduntur: Quod generalis adoptio duobus modis fiat, aut *principis auctoritate*, aut *magiſtratus imperio*: *principis auctoritate* adoptamus eos, qui ſui juris ſunt: quae ſpecies adoptionis dicitur *Arrogatio*, quia & is, qui adoptat, rogatur, an velit eum, quem adoptaturus ſit, juſtum ſibi filium eſſe, & is, qui adoptatus, interrogatur, an id fieri patiatur. *Imperio magiſtratus* adoptamus eos, qui in poteſtate parentis ſunt, ſive primum gradum liberorum obtineant, qualis eſt filius, filia: ſive inferiorem, qualis eſt nepos, neptis, pronepos, proneptis. Apud Barbaros mos fuerat in adoptionibus lectum adſcendere, & adoptandum ſumptum juxta ab adoptaturo per veſtes, inferius in terram demittere, ut verum partum imitaretur. CATAN.

2 *Maiorum veſtigia ſequi.*] Cicero I. de Offic. *Quia paullo ante dictum, imitandos eſſe maiores, primum illud exceptum ſit, ne vitia ſint imitanda.* MINOS.

3 *Cur ergo cunctor?*] Sic Mediceus & multi impreſſi. Voſſ. Helmſt. Oxon. & Ed. Vet. *Cur enim cum tot egi* cet. quod Gryphius propagavit. Aldus: *Cui ergo cunctor?* Recentiores quidam: *Cur ego cunctor?* Arnz. *Cur enim agi magnas* cet. mirae in formula notiſſima turbae.

4 *Pro non inchoato eſt.*] Tanquam ſi nunquam incoepiſſes, nam imperfecta negliguntur, & cito intereunt. CATAN. Veriſſima ſententia, quam Epiſt. ſequ. IX. n. 5. iterat. BARTH. Gryphius: *pro non inchoata duces*, contra Codd.

5 *Undeviceſimo.*] Decimo nono, dempto uno de viceſimo, ſicut duodeviceſimo, decimo octavo: demptis duobus de viceſimo: ſic *undetrigeſimo*, & *duodetrigeſimo*, ac deinceps uſitato & eleganti dicendi genere. CATAN. *Undeviceſimo anno.*] Eadem aetate forum ingreſſus Lucius Craſſus eſt, cum C. Carbonem accuſaret. Auctor Dialogi de cauſis corruptae eloquentiae cap. XXXIV. *Nono decimo aetatis anno L. Craſſus C. Carbonem; uno & viceſimo Caeſar Dolabellam, altero & viceſimo Aſinius Pollio C. Catonem, non multo aetate antecedens Calvus Vatinium iis orationibus inſecuti ſunt, quas hodieque cum admiratione legimus.* BUCHNER. Optimus diſtincte: *Uno de vincenſimo aetatis anno.*

6 *Multa communia.*] Ut delectet, afficiat, auditores rerum novitate attentos reddat, exemplis inſtruat, & moveat digreſſionibus opportunis, utatur exornationibus fere omnibus, quibus orator,

communia, ſed [1] plura diverſa in his ipſis, quae communia videntur. Narrat ſane illa, narrat haec, ſed [2] aliter. Huic pleraque [3] humilia & ſordida, & [4] ex medio petita: illi omnia recondita, ſplendida, excelſa, conveniunt. Hanc [5] ſaepius [6] oſſa, muſculi, nervi: illam [7] tori qui- 10
dam & quaſi [8] jubae decent. Haec vel maxime vi, amaritudine, [9] inſtantia: illa [10] tractu & ſuavitate, atque etiam dulcedine placet. Poſtremo [11] alia verba, alius [12] ſonus, alia conſtructio. Nam plurimum 11
refert,

tor, & elegantia & flumine orationis, & varietate. Catan.

1 *Plura diverſa.*] *Diverſa* eſt hiſtoricorum ratio ſcribendi ab oratoribus. *Hiſtorici* enim ordinem rei ſervant, & materia praeparata utuntur: *oratores* vero multa invertunt & fingunt. Prooemium hiſtoricorum, duabus tantum rebus, attentione & docilitate conſtare debet, omiſſa benevolentia, quam in primis orator captat. Lucianus in Lib. ſcribendae hiſtoriae. Idem.

2 *Aliter.*] Scribitur enim hiſtoria ad narrandum, non ad probandum, & inter ſpecies narrationum a Fabio numeratur, at quae oratori convenit narratio interdum ſubtrahenda, neque ſemper prooemio ſubſtituenda: ſed pro conditione cauſarum mutanda. namque non in hoc reperta eſt, ut tantum cognoſcat judex, ſed aliquanto magis ut conſentiat, neque neceſſe eſt narrationem in oratore eſſe veram, ſed veriſimilem, in qua aliqua neganda, aliqua adjicienda, aliqua mutanda, ſicut aliqua etiam tacenda, quae omnia ab hiſtorico reſpuuntur. Idem.

3 *Humilia & ſordida.*] Omnia, in quibus hiſtoria verſatur, complecti rerum ſcriptores decet: tum vero maxime, quomodo quaeque res ſigillatim deſcribendae ſint, cura videtur ſuſcipienda. Diodor. Lib. VI. Exemplo eſt Liv. qui obſcura bella etiam ſine exemplis recenſet. Idem.

4 *Petita ex medio.*] Trita, vulgaria, communia: poſſumus iſta etiam referre ad verba. Nam auctore Luciano, hiſtoria coloranda eſt dictione clara. Inde ſaepius invenies apud rerum ſcriptores de medio petita vocabula: qualia ſunt *carrus*, *induratus*, *caſtellanus*, *ferraria*, *lignatum*, *aquatum*, *rebellatum*, & ſimilia: exiſtimo tamen de rebus hic loqui, cum ſequantur mox alia verba. Idem.

5 *Saepius.*] Interdum ex praecepto Luciani vim eloquentiae licet oſtentare, ubi copia rerum exigit: laudare tamen & vituperare parce. Idem.

6 *Oſſa, muſculi, &c.*] A corpore ad hiſtoriam haec commode tranſlata. Sunt autem *muſculi* ex nervis & cartilagine condenſati, quibus robur oſtenditur ſicut nervis. Licet igitur hiſtorico vires oſtendere, quod Quinctilianus permittit in declamat. quibus ſimilis eſt hiſtoria: *Oſtendenda*, inquit, *oſſa & nervi controverſiae ac declamationis:* at oratori ſecus faciendum. nam vires diſſimulandae, & illius praecipuum artificium, cum ex arte loquatur, ne ars ulla videatur. Idem.

7 *Tori.*] Pulpae. Oratio, ſicut corpus hominis alicujus, ea demum pulchra eſt, in qua non eminent venae, nec oſſa numerantur: ſed temperatus & bonus ſanguis implet membra & exſurgit toris, ipſos quoque nervos robur tegit, & decor commendat. Tacitus. Idem.

8 *Jubae.*] Exultantia & decor orationis per jubas monſtratur, ſicut per toros plenitudo & ubertas. Quanquam Fabius moneat orationi non debere ineſſe athletarum toros, ſed militum lacertos: nec verſicolorem illam, qua Demetrius Phalereus dicebatur uti, veſtem bene ad forenſem pulverem facere. Verum aliud eſt poſteritati conſulere, aliud utilitati praeſenti. In alia lectione fuit *tubae*, id eſt eminentiae. Idem. *Tubae* eſt in Voſſ. Oxon. ac Edd. Aldi & Gryphii. Corruptius Ed. Vet. *turbae.* Mediceus recte *iubae*, quibus cum *toris* melius convenit, quam *tubis.*

9 *Inſtantia.*] Rerum frequentia, brevitate, quam Secundus in Saturnino commendat, qualis Thucydides & Tacitus, ut verborum prope numerum ſententiarum numero ſequantur. Nam uterque hiſtoriae graviſſimus auctor. Catan.

10 *Tractu.*] Amplificatione: cum inter alias oratoris virtutes haec non minima ſit, parva augere, magna minuere, & immorari diutius, ubi opus ſit, ut melius animis auditorum infigatur. Idem.

11 *Alia verba.*] Diverſa ſunt quaedam hiſtoricorum verba ab oratore. Nam illis peculiare eſt dicere, *palare*, *facere impreſſionem*, *canere receptui*, *centuriare*, *lapidare*, *caſtrametari*, *expedire aciem*, *anteſignanos*, *vicanos*, *claſſiarios*, *ſuppetias*, & alia multa, quibus orator nunquam niſi per tranſlationem utitur. Idem.

12 *Sonus.*] Hiſtorico, praeterquam in concionibus, unus & perpetuus debet eſſe *ſonus:* oratori ſecus. Nam ſi lugubria tractat verbis & voce querula,

refert, ut Thucydides ait, [1] κτῆμα ſit, an ἀγώνισμα, quorum alterum oratio, [2] alterum hiſtoria eſt. His ex cauſis non adducor, ut duo diſſimilia, & hoc ipſo diverſa, [3] quod maxima, confundam, miſceamque: ne tanta quaſi colluvione turbatus, ibi faciam, quod hic debeo. [4] Ideoque interim veniam, (ne a meis verbis diſcedam,) advocandi peto.

rula, ſi laeta laetis, ſi gravia gravibus utetur, & exornationibus ac clauſulis ad rem accommodatis, &c. Catan.

1 Κτῆμα *ſit*, *an* ἀγώνισμα.] *Poſſeſſio* ſit, an *concertatio*. Haec eſt ſana lectio, quam in omnibus, quos vidimus, codicibus mancam & inverſam reſtituimus in integrum, ſumptam ex prooemio Thucydidis κτῆμα μᾶλλον ἐς ἀεὶ ἤπερ ἐς τὸ παραχρῆμα ἀγώνισμα, id eſt, *monumentum potius in perpetuum, quam ad praeſens tempus pugna*. Haec repetit ad verbum Lucianus in praeceptis ſcribendae hiſtoriae. Idem. Κτῆμα, *&c.*] *Monumentum an certamen.* Fabius hujus loci ſenſum pulcherrime expreſſit Lib. X. cap. I. *Totum hiſtoriae opus non ad intuitum rei pugnamque praeſentem, ſed ad memoriam poſteritatis & ingenii famam, componitur.* Stephan. Laudo Catanaeum, qui veram lectionem reſtituit, quam etiam Aldus, Gryphius & alii amplectuntur, quamque haud obſcure adſerit Ed. Vet. in qua legas: *Thucydides ait, itema ſint an agonisma.* Mediceus paullo longius abit: Thucydides *rei hi hmina an* ΑΓωΝΙΕΜ. Voſſ. κτῆμα *ſit an* σύνταγμα. Arnz. *ait item aſyntana gonisma*, quomodo fere & Helmſtad. & Oxon.

2 *Alterum.*] Hiſtoria exigit, ut poſteris placeat. Si legis *hiſtoria eſt*, interpretaberis, ut ſit perpetua poſſeſſio. M. Tullius de legibus, quod Plin. orationi tribuit, id poeticae dat, *Intelligo*, inquit, *alias in hiſt. leges ſervandas, alias in poemate: quod in illa ad veritatem referantur, in hac ad delectationem pleraque.* Catan. *Alterum, &c.*] Orationem & Hiſtoriam ſic contulit inter ſe Plinius hactenus, ut primo de illa, & poſt de iſta verba faceret. Quare & hic videri poterat eum ordinem obſervaſſe, & κτῆμα, quod primo ponit, Orationem, Hiſtoriam ἀγώνισμα, quod ſequitur, accipiendam ſignificaſſe. Atqui Thucydides Hiſtoriam, κτῆμα volebat, non ἀγώνισμα. Et Lucianus, cum de ſcribenda Hiſtoria praeciperet, idem ex eo iterum iterumque inculcavit. καὶ ὅλως, πῆχος, inquit, εἷς καὶ μέτρον ἀκριβὲς, ἀποβλέπειν μὴ εἰς τοὺς νῦν ἀκούοντας, ἀλλ' εἰς τοὺς μετὰ ταῦτα συνεσομένους τοῖς συγγράμμασιν: *Et in ſumma, ulna una ac menſura certa eſt adſpicere non ad praeſentes auditores, ſed ad eos, qui in poſterum in his ſcriptis legendis verſabuntur.* Nec aliud ſenſit, opinor, Plinius ipſe, cum Lib. VII. Epiſt. XVII. ſcriberet: *Hiſtoriam non oſtentationi, ſed fidei & veritati componi.* Quare nec hic putandus ἀγώνισμα ſtatuiſſe hiſtoriam; ſed κτῆμα potius, & commutaſſe itaque ordinem, quem ſervaverat hactenus, quod non tam infrequenter ſolent auctores. Agit de orationibus forenſibus, &. quae, ut alibi ait, *exemplaria actionum* ſunt: quales Verrinae & aliae Ciceronis. Quae ut contentione conſtant, ita illa ipſa altercatio, ἀγών Graecis appellabatur.* Vid. Cicer. Lib. I. ad Atticum Epiſt. XIII. Quare ἀγώνισμα non de hiſtoria, ſed de oratione interpretandum. Quemadmodum & Quinctilianus in Thucydidis verbis accepit. Quae reſpexit pariter & interpretatus quodammodo eſt, cum Lib. X. cap. I. ſcriberet: *Hiſtoria ad narrandum, &c. Res*, negotium forenſe eſt, de quo diſceptatio eſt. Sive *lis*, ut Auſonius interpretatur in illo de triplici hujus vocis ſignificatione:

Imperium, litem, Venerem cur una notat res.

Actus rei & pugna, actio ipſa ſeu diſceptatio rei eſt, ſive ἀγών ille, quem Graeci vocabant. *Pugnam certaminis* Noſter appellat Lib. VI. Epiſt. XIII. qua Urſo ſuo de Bithynorum in Varenum actione nonnihil exponit. Et ita *pugnacem ac contentioſam orationem* ante dixerat Lib. II. Epiſt. XIX. Eaque de cauſa & Ariſtoteles, cum Lib. III. Rhet. cap. XII. de convenienti elocutione ageret, illud genus, quod judicialibus ac deliberativis cauſis proprium facit, ἀγωνιστικὸν appellavit. Neque enim in judiciis tantum, verum in curia etiam contentio eſt, cum ſuadet alius & alius diſſuadet. Quare κτῆμα omnino Hiſtoria, ἀγώνισμα vero Oratio erit. Buchner. Mediceus cum Aldo & Gryphio: *hiſtoria* eſt. *His ex c.* Ceteri ſcripti omnes cum Ed. Vet. *hiſtoria.* & *ex his c.* Unde patet, recentiores Verbum ſubſtantivum perperam omiſiſſe.

3 Quod *maxima.*] Mediceus & Voſſ. quo *maxima.*

4 *Ideoque interim.*] Lectio minus ſana, ſi modo non mentiuntur Edd. priſcae & Pal. in iis etiam concorditer, *debeo:* quae *interim* veniet, *ne a, &c.* altera illa ſcriptura nata in officina Aldi,

peto. Tu tâmen jam nunc cogita, quae potiſſimum [1] tempora aggre- 12
diar. [2] Vetera & ſcripta aliis? parata inquiſitio, ſed oneroſa colla-
tio? [3] intacta & nova? [4] graves offenſae, levis gratia. [5] Nam praeter 13
id,

Aldi. GRUTER. Minime in Aldi officina primum nata eſt vulgaris lectio, ſed Gruterus tantummodo decipitur Palatino ſuo, quomodo & nobis imponerent Helmſtad. & Arnz. MSS. ſi meliores conſulere non licuiſſet. Nam in Arnz. eſt prorſus ita ſcriptum, ut in Palat. & Edd. Vett. Paullulum abit Helmſt. qui praefert: *debeo: interim quae veniet ne a for.* Voſſ. *debeo: aut interim veniam ut ne a for.* Oxon. *Quae interim veniet.* At Praeſtantiſſimus Mediceus: *debeo. Ideoque interim veniam*, & *ne a* meis *verbis* diſcedam, *advocandi peto.* Huic itaque veram lectionem in poſterum debebimus, modo illud & ſive cum aliis Codd. eiiciatur, ſive cum Voſſ. & Aldo in *ut* commutetur. Vulgo ab Aldo acceperant: *Ideoque interim veniam* (*ne a* forenſibus *verbis* recedam) *advocandi peto.* Sed illud *diſcedam* ex tali Codice omnino praeferri meretut, & *forenſibus* natum eſt ex Gloſſa τῷ *meis.* Plinius enim, qui tota epiſtola actionibus ſuis ſeſe intentum eſſe profitetur, optime *ſua verba* vocat, quae ad forum pertinent. Forenſe autem eſt *veniam advocandi petere*, i. tempus & moram poſtulare, ut liceat amicos advocare, cum iis deliberare, quid ſit faciendum. Sic Cicero Lib. VII. Fam. Epiſt. XI. n. 1. *Ego omnibus, unde petitur, hoc conſilii dederim, ut a ſingulis interregibus binas* advocationes *poſtulent.* ibi iam alii notarunt Senec. ad Marc. cap. X. *Nihil de hodierna die promittitur. nimis magnam* advocationem *dedi: nihil de hac hora*, ubi rem egregie illuſtrant Lipſius & Gruterus. CORTE.

1 *Tempora.*] Quorum temporum hiſtorias ſcribendas aggrediamur. CATAN. Optimus: *Tu tamen* immo *nunc cogita, quae potiſſimum*, quo tempore *adgrediar.* Ex quibus ultimum verbum, quod & in Aldinis viſitur, ſine haeſitatione vulgato *adgrediamur* ſubſtitui. Primum illud *immo* corruptum eſſe cenſeo, teneoque *iam nunc.* Media: *quae potiſſimum, quo tempore* prorſus Pliniana eſſe iudico; ſed ne in paucis verſibus multa ſimul immutarem, textui inferre nolui. *quae potiſſimum* h. quam partem hiſtoriae, ſeu, ut diſerte ſcribit n. 14. *quam materiam. Quo tempore*, i. a quo tempore, aut cuius temporis, quo reſpiciunt mox *vetera* & *nova.* Iungit utrumque ſine Copula ea elegantia, qua infra Lib. VI. Epiſt. XXIV. princ. *Quam multum interest*, quid, a quo *fiat.* ubi plura adſcripſimus.

2 *Vetera & ſcripta aliis.*] Totus locus ita concipi debet: *Vetera & ſcripta aliis? parata inquiſitio, ſed oneroſa collatio, intacta & nova? graves offenſae, levis gratia.* Sic amat loqui Cicero, ſic Plinius, vel vide Epiſt. XVIII. Lib. VII. CASAUBON. Vocabula *inquiſitio* & *collatio* inverſa eſſe puto, ſcribendumque: *parata collatio, ſed oneroſa inquiſitio.* BARTH. Peſſime ita ſcriberes, ut voluit Barthius: *Parata eſt inquiſitio* & facilis, quia ſcriptores bene multos habebat, ex quibus vetera depromere poterat, ſed *oneroſa erat collatio*, ſi ex tot ſcriptoribus, qui ſaepius diverſiſſima perſcripſerunt, veritatem elicere, aut diverſas ſententias inter ſe conferre debebat.

3 *Intacta.*] Tempora non deſcripta ab ullo, qualia erant Veſpaſianorum, Nervae, & Trajani. Nondum enim Tacitus & Tranquillus ſuas hiſtorias conſcripſerant, cum haec deſtinaret Secundus. CATAN.

4 *Graves offenſae.*] Sunt futurae moleſtae inimicitiae ſcripturo. *Arduum videtur*, refert Salluſtius, *res geſtas ſcribere, primum quod facta dictis exaequanda ſunt: deinde quia plerique delicta, quae reprehenderis, malevolentia & invidia dicta putant.* IDEM.

5 *Nam praeterii quod.*] Turbat doctos viros hic locus. Tu lege, *Nam praeter* id, *quod &c.* Nihil jam planius. CASAUB. *Nam praeterii quod.*] Nec haec ſcriptura ſincera. Palat. enim: *Hanc* praeterea *quod*, nec aliter Mediolanenſis editio. Anonyma autem illa: *Ac praeterea, &c.* Dixi in ſuſpicionum libellis, legendum videri *levis gratia.* praetereo *quod in tantis, &c.* neque adhuc muto ſententiam. Certe diverſitas vocis praecedentis fallitatem ſuam eo ipſo ſatis prodit. GRUTER. *Nam praeterii.*] Gruterus inducta particula *i. Praetereo, quod in tantis, &c.* Mox pro *tum ſi laudaveris*, malim: *cura, ſi laudaveris, parcus, &c.* BUCHNER. Scribo: *Nam* praeter id, *quod in tantis* cet. BARTH. Gruterus putat illud *nam* delendum, mox ſcribendum *praetereo.* Buchnerus addit *cum ſi* (Veenhuſius male edidit *cura, ſi*, nam vitio typographi ſic legitur apud Buchnerum, quod quilibet intelligit) pro *tum ſi* ſcribendum. Mihi aliter eſt viſum. Puto namque Plinium ſic ſcripſiſſe: *Nam praeter id, quod in tantis vitiis hominum plura culpanda ſunt, quam laudanda, tum ſi laudaveris, parcus, ſi culparis, nimius fuiſſe diceris* &c. SCHEFFER. Veriſſime coniecit Caſaubonus & Barthius, ſcribendum eſſe:

 Nam

id, quod [1] in tantis vitiis hominum plura culpanda ſunt, quam laudan-
da, tum ſi laudaveris, parcus: ſi culpaveris, nimius fuiſſe dicaris:
14 [2] quamvis illud pleniſſime, hoc reſtrictiſſime feceris. Sed haec me
non retardant: eſt enim mihi pro fide ſatis animi. [3] Illud peto prae-
ſternas, ad quod hortaris, eligasque materiam, ne mihi, jam ſcribere
parato, alia rurſus cunctationis & morae juſta ratio naſcatur. *Vale.*

IX. [4] C. Plinius Saturnino Suo S.

Dolet Julium Valentem graviter jacere, ſed moleſtius refert, quod Avitus deceſſerit.

VAric me [5] affecerunt literae tuae: nam partim laeta, partim triſtia
continebant. Laeta, quod te in urbe teneri nunciabant. [6] Nollem,
inquis: ſed ego volo: [7] praeterea, quod recitaturum ſtatim, ut ve-
2 niſſem, pollicebantur. Ago gratias quod exſpector. Triſte illud,
quod

Nam praeter id, *quod in tantis* cet. & ſic planiſſime in Mediceo legitur. Ceteros non moror. Nec cauſſa fuit, cur Buchnerus *cum ſi*, nec cur Schefferus *diceris* mallet.

1 *In tantis vitiis.*] Quibus verſamur noſtris temporibus. Nam tunc omne in praecipiti vitium ſteterat, ſi Juvenali credimus; potuit tamen reſpexiſſe mala Domitiani tempora. Catan.

2 *Quamvis illud pleniſſime.*] Non parce ac maligne laudaveris; ſed plene: nec nimius & iniquus in culpando fueris, ſed juſtus, & integer irae ac odii cauſas veritati poſtponens. Nam rectum eſt, quod regulae quadrat, nec excedit. Buchner. Oxon. Voſſ. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. haec omnia: *quamvis illud p. h. r. feceris*, omittunt. Sed tenet ea Mediceus, qui tamen *ſtrictiſſime* maluit, pro *reſtrictiſſime. Adſtrictius dicere* habes Lib. I. Epiſt. XX. n. 20. ſed *reſtrictius* Lib. IX. Epiſt. XIX. n. 6. Locus Salluſtii, quem indicat Catanaeus, ubi ſimilia de hiſtoria prodidit, exſtat Cat. cap. III. n. 2.

3 *Illud peto* praeſtruas.] Hoc vulgo propinant, & irrepſit in recentiores ſcriptos. At Veterrimus cum Aldo & Gryphio longe melius *praeſternas*, qnod de eligenda & definienda in anteceſſum materia non minus apte dicitur, quam *ſubſternere* & *ſubſtrata materia.* Infra Optimus: *ne mihi* eam *ſcribere parato*; Helmſtad. & Arnz. *ne mihi* tam *ſcrib. p.* Male. Lucanus Lib. V. vs. 731.

— — *mentem* iam *verba* parata
Deſtituunt.

Denique idem Optimus: *alia rurſus*, *& morae iuſta ratio naſcatur*, omiſſo vocabulo *cunctationinis:* quod ni ſuſpicari poſſes, ob aliquam ſimilitudinem particulae *rurſus* ſcribam fugiſſe, *alia & iuſta morae ratio* non inepte dictum eſſet, pro *& quidem* iuſta. Vide, quae notamus ad Lucani Lib. V. vs. 580.

— Sola *tibi* cauſſa *eſt*, ac iuſta *timoris*,
Vectorem non noſſe tuum.

Ita enim emendavimus. Mihi perſuaſiſſimum eſt, & hoc loco Mediceum Cod. Secundi manum ſervaſſe, ſed propter tranſpoſitionem, bonis tamen uſitatam, *& morae iuſta*, pro *& iuſta morae*, locum eſſe corruptum. Corte.

4 C. *PLINIUS.*] Haec Epiſtolam ad finem libri reiicit Mediceus, etiam in Riccard. Indice ultimo loco ponitur.

5 *Affecerunt.*] Si alicui fuiſſet ambiguum, *afficere* eſſe affectus movere tam laetos, quam triſtes, hic omnino tollitur dubium. Catan.

6 *Nollem.*] Sc. *eſſe in urbe*, occurrit enim his, quae dici poterant a Saturnino. Idem.

7 Propterea *quod recitat.*] Optimus, Helmſtad. & Ed. Vet. *praeterea, quod.* id ab aliis iniu-

quod [1] Julius Valens graviter jacet: quanquam ne hoc quidem triſte,
ſi illius utilitatibus aeſtimetur, cujus intereſt quam maturiſſime [2] inex-
plicabili morbo liberari. Illud plane non triſte ſolum, verum etiam 3
luctuoſum, quod Julius [3] Avitus deceſſit, dum ex quaeſtura redit:
[4] deceſſit in nave procul a fratre amantiſſimo, procul a matre, a ſoro-
ribus. Nihil iſta ad mortuum pertinent, ſed pertinuerunt, quum mo- 4
reretur. Pertinent ad hos, qui ſuperſunt. [5] Jam, quod in flore primo 5
tantae indolis juvenis extinctus eſt, ſumma conſecuturus, ſi virtutes
ejus [6] maturuiſſent? Quo ille ſtudiorum amore flagrabat? quantum
legit?

ſte repudiatum loco ſuo reſtituimus. Nobiscum facit Modius Novantiqu. Lect. Epiſt. CXXII. Infra etiam, *ut veniſſem*, auctoritate omnium Vett. Libb. ſcripſimus, pro: *ut* ego *veniſſem*.

1 Julius *Valens.*] Mediceus: *Silvius Valens.* Infra Voſſ. Helmſt. & Ed. Vet. *Si* Iulius *utilitatibus* Barthius malebat: *ſi illius utilitate ius* vel *res aeſtimetur*, praeter neceſſitatem. Porro *cuius intereſt* omittunt Helmſt. Oxon. Arnz. & Ed. Vet. in Helmſt. etiam *liberari* deſideratur.

2 *Inexplicabili.*] Id eſt, incurabili. CATAN.

3 *Avitus.*] Alius a *Junio Avito*, cujus interitum Lib. VIII. lugubriter dolet. IDEM.

4 *Deceſſit* autem *in* navi.] Mediceus, Voſſ. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *autem* ignorant, neque haec plena diſtinctione a ſuperioribus ſeparant: cum quibus ſi iungantur, magis belle ſenſus procedit. Praeterea Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *deceſſit in navem*, factum hoc ex *nave*, quod lucet in Mediceo.

5 *Jam quod in flore primo.*] Revocavi ſcripturam Palatini, & Neuſtetteri Codd. confirmatam editionibus primis. Aldina invexit: *Jam quidem in fl.* ſed ex illa profecto officina tam multa fere mala prodierunt, quam bona; dum nimium ſibi tribuunt Correctores, neque tamen aſteriſcis locum mutilum inſigniendum putant operae ſuae pretium. GRUTER. De Neuſtetteri Codd. vide indicium Modii l. c. Eſt ſane etiam in Mediceo, Oxon. Helmſt. Voſſ. & Ed. Vet. *Iam*, *quod*, atque ita omnino ſcribendum. Arnz. tamen: *Iam quidem.* Gruterum Aldinae officinae adeo infeſtum eſſe, alii auctores efficere potuiſſent, qui ex illa prodierunt: Plini. Epiſtolae non debuiſſent. Sed vereor praeterea, ne quis de Grutero & unico eius Palatino occinat: IDEM IN TE, antiquam formulam. Sed dum Aldo iraſcitur, oblitus eſt locum ipſum ſanare, qui ut vulgata habet diſtinctio, nullius ſenſus eſt. Signum vero interrogandi, vel exclamandi poſt verbum *maturuiſſent* poni debebat: ſic enim integer ſenſus eſt: *Iam*, quam luctuoſum eſt, quantum eſt, *quod in flore .... maturuiſſent?* Talia enim in admiratione, indignatione, interrogatione omitti ſolent, quod explicat nota ad Lucan. Lib. V. vs. 694.

6 *Maturuiſſent.*] Si vixiſſet diutius. In Pontificio codice, cujus copiam nobis fecit Philippus Beroaldus, eſt iſta lectio: *maxima conſecuturus. Amabam virtutes ejus maturitatemque.* CATAN. Pontificii codicis lectio eadem fere eſt cum lectione codicis Medicei, in quo habetur: *maxima conſecutus? amabam virtutes eius maturitatemque. Quo ille ſtudiorum amore flagrabit?* Difficile eſt a tam praeſtantibus libris recedere. Ergo vel ea ſolum non deſeremus: *amabam virtutes eius, maturitatemque*, ſive haec per ἓν διὰ δυοῖν dicta accipias, ut *virtutis maturitatem* Tullius pro Coelio laudavit, ſive etiam per ſe intelligas. Summa enim, & notiſſima laus eſt iuvenum, ſi laudantur a *maturitate*, h. e. ſi nihil, praeter corpus, iuvenile gerant, ſi ſint mente ſenes, *aetate pueri*, quam laudem infra Lib. VII. clarius proponit Secundus, & permulti paſſim ingeſſerunt, quos collegit diligentia Barthii, Marcilii, Martini, Dreſemii, Rittershuſii. indicat loca Cl. Drackenb. ad Silii Lib. VIII. vs. 466.

Ora puer, *pulcherque habitum*, *ſed corde ſagaci*
Aequabat ſenium, *atque aſtu* ſuperaverat annos.

Et ſic iam ex Catonis elogio *ſenilis iuventa* nota eſt, eamque diſerte *maturitatem* vocat Seneca ad Marc. cap. XXIII. ubi *ſenilem prudentiam* iuvenis laudat. hunc lege. Caſſiodor. Lib. IV. Var. Epiſt. XXII. *Nam multi* iuvenes *morum gravitate* maturi *ſunt: & contra quidam ſenes morum gravitate maculantur.* cui iungas Ennodium Lib. VII. Epiſt. XIII. Statius: *probitas* maturior *aevo*, cuius duo loca, quae hoc vocabulum defendunt,

 notat

legit? quantum etiam ſcripſit? quae nunc omnia cum ipſo [1] ſine fructu
6 poſteritatis abierunt. Sed quid ego indulgeo dolori? cui ſi frenos remittas, nulla materia non maxima eſt. Finem epiſtolae faciam, ut facere poſſim etiam lacrymis, quas epiſtola expreſſit. *Vale.*

X. C. PLINIUS ANTONINO SUO S.

Jambos Antonini tantum admiratur, ut ſibi imitabiles neget: & hortatur ad ſimiles identidem emittendos.

CUM verſus tuos aemulor, tum maxime, quam ſint boni, experior. Ut enim pictores pulchram, abſolutamque faciem raro, niſi [2] in pejus effingunt: ita ego ab hoc archetypo [3] laboro & decido.
2 Quo magis hortor, ut quamplurima proferas, quae imitari omnes concupiſcant, nemo aut pauciſſimi poſſint. *Vale.*

XI. C. PLINIUS [4] TRANQUILLO SUO S.

Secundus hendecaſyllabo pollicitus fuerat amicis, Tranquillum emiſſurum quaedam: quae cum diutius is contineret, &, amici indies promiſſa re-

notat Io. Caſtalio ad Rutil. I. Itiner. vs. 470. Alia Io. Savaro ad Sidon. Lib. II. Epiſt. X. *Nam praeditus es, quamquam* iuvenis, *hac animi* maturitate, *ut tibi etiam natu* cet. Noſter infra Epiſt. XV. n. 5. *Cum ut parentem revererer, quod non tam aetatis* maturitate, *quam* vitae, *merebatur.* & Epiſt. XVI. n. 2. Abſolute etiam Cicero: *Ingenium ad* maturitatem *pervenit.* item: *Adoleſcens non tam re &* maturitate, *quam ſpe & exſpectatione laudatus.* Sic non modo *virtutes maturitatemque*, ſed & *ſumma conſecutus*, & omnino Mediceam ſcripturam (excepto Verbo *flagrabit*) tenere poſſumus. CORTE.

1 *Sine fructu poſteritatis.*] Quia nullam utilitatem capient poſteri ex ſtudio illius immaturo. CATAN. *Aruerunt.*] Sic Neuſtetterus, ſic Edd. Vett. Nam recentiores *abierunt*, peſſime. GRUTER. *Aruerunt* eſt in Helmſt. Oxon. & Voſſiano. At Optimus, cum Arnz. & Aldo *abierunt*, quod adeo male recentioribus adſcribitur. *abierunt* eſt occiderunt, extincta ſunt, ut alibi loquitur, vel evanuerunt. Hauſit ab Tullio ſuo, qui Lib. IX. Fam. Epiſt. XX. n. 3. *Illa mea, quae ſolebas antea laudare...* abierunt.

2 *In pejus fingunt.*] Deficiunt ab exemplari CATAN. *In pejus fingunt.*] Eodem fere loquendi genere uſus eſt Noſter quoque ſupra Epiſt. XXVIII. Lib. IV. *A qua rogo, ut artificem, quem elegeris, ne* in melius *quidem ſinas aberrare.* VEENH. Vide ad Lib. IV. Epiſt. XVIII. n. 1. Legitur autem haec Epiſtola in MS. Mediceo poſt XV. quo loco eam & Riccard. Index ſiſtit, qui praeterea ad *Arrium Antoninum* ſcriptam eſſe dicit, ut Lib. IV. Epiſt. XVIII.

3 *Laboro.*] Inferior ſum, aut, quod non improbo, *archetypo labore*, a tuis primum elaboratis carminibus: vel magis, ut eſt in antiquo exemplari, *ab hoc archetypo labor & decido.* Nitor ſcilicet aſſequi majeſtatem tuorum carminum, ſed fruſtra. CATAN. Optimus, Oxon. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *laboro & decido*; Aldus: *labore & decido*; Gryphius & Sichardus: *labor & decido.* Venuſtiſſima eſt prima lectio, modo recte capiatur.

4 *TRANQUILLO SUO.*] Integrum nomen *Suetonium Tranquillum* exhibet in Indice Riccard. At Mediceus *Suetonio Suo* inſcribit, ſimul hanc & ſequentem Epiſtolam poſt XXI. reiicit.

1 *Ap-*

repeterent, eundem monet, ut publicet: ſin minus, comminatur in illum verſus convitioſos.

LIbera tandem hendecaſyllaborum meorum fidem, qui ſcripta tua
communibus amicis ſpoponderunt. [1] Appellantur quotidie & fla-
gitantur: ac jam periculum eſt, ne cogantur ad exhibendum [2] formu-
lam accipere. Sum & ipſe in edendo haeſitator: [3] tu tamen meam 2
quoque cunctationem tarditatemque viciſti. Proinde [4] aut rumpe jam
moras, aut cave ne eoſdem illos libellos, quos tibi hendecaſyllabi no-
ſtri blanditiis elicere non poſſunt, convicio [5] ſcazontes extorqueant.
Perfectum opus, abſolutumque eſt, nec jam ſplendeſcit lima, [6] ſed 3
atte-

1 *Appellantur.*] Expetuntur, vocantur tanquam debita. Seneca de Beneficiis: *Nec avarus exactor ad horam & diem debitorem appellat.* Interdum ſalutare ſignificat, ut apud Apulejum *appellata Byrrhena.* Saepe provocare, a quo appellatio provocatio, ut ff. IX. titulo de appellationibus. CATAN. Optimus: *adpellantur quotidie efflagitantur.* Helmſt. *adp. quotidie flagitantur.* non placet. *efflagitantur*, pro *& flagitantur*, ſcripſit librarius, ut alibi *& fugiunt*, in *effugiunt*; *& fuſi*, in *effuſi* mutarunt: quales ſcribarum errores adnotavit Cl. Drackenborch. ad Silii Lib. III. vs. 57. nos plures ad Lucanum.

2 *Formulam.*] Libellum, & formam procedendi poſt litem conteſtatam. Tranquill. in Claudio: *Et iis, qui apud privatos judices plus petendo formula excidiſſent, reſtituit actiones.* Fabius: *Neque ignoro multa transferri, cum in omnibus fere cauſis, in quibus cecidiſſe quis formula dicitur: hae ſint quaeſtiones, an huic, an cum hoc, an hac lege, an apud hunc, an hoc tempore liceat agere.* CATAN. Quid ſit *ad exhibendum* docebit Budaeus ad Pandect. pag. 736. quid *formula*, Torrentius ad Sueton. Claud. cap. XIV. BARTH.

3 *Tu tamen meam quoque.*] Voſſ. & Gryphius cum Sichardo: *tu* mora *tamen meam quoque.* Sed vox *mora* non comparet in Mediceo, nec Ed. Vet. nec Aldinis. Helmſt. & Arnz. monſtroſe corrupti ſunt, habentque: *haeſita* tortuoſa *tamen meam quoque* cet.

4 *Aut rumpe* iam *moras.*] Recentiores ſcripti Voſſ. Helmſt Arnz. & Ed. Vet. neglexerunt *iam.* Sed agnoſcit Veterrimus.

5 *Scazontes.*] Jambi. Sed quia legem Jambi non ſervant, merito *ſcazontes*, id eſt claudicantes, dicuntur. Auſonius appellavit, ἀπὸ τοῦ σκάζω, id eſt claudico. Diomedes, *Qui in ultima*, inquit, *oratiuncula vel ſyllaba fraudantur, vel tempore deficiunt, Graece ſcazontes vocantur.* Ephaeſtion Graecus, quem in multis ſequitur idem Diomedes, Jambus ait claudus notandus in fine: quem alii Hipponactem, alii Ananium excogitaſſe ferunt. CATAN. *Scazontes.*] Quippe qui huic rei facti. Nam Dionyſ. Halicarnaſſ. auctor eſt, Hipponacten mutaſſe Archilochios trimetros, & ultima regione pro Jambo, Spondaeum ſubſtituiſſe, ut fortius inſectaretur hoſtes. quod Spondaeus duabus longis gravius feriret, & velut ferrum in vulnere relinqueret. Quanquam univerſa Poeſis Jambica iracundiae, indignationi, vindictae atque conviciis maxime ſerviat. Eſt enim ille pes

Virilis, acer, & raptim citus.

quod Terentianus de eo pronunciat. Auctor Dialogi de cauſis corruptae eloquentiae Cap. X. *Ego vero omnem eloquentiam omnesque ejus partes ſacras puto: nec ſolum cothurnum veſtrum, ſed Lyricorum quoque jucunditatem, & Elegorum laſcivias, & jamborum amaritudinem. Amaritudo* maledicentia eſt, quae ex tertio quodam irae genere oritur, quod vim ſuam verborum acerbitate conſumit, *linguae venenum* & *linguae amaritudinem* Tertullianus appellat. Nam primum genus *reſtricti animi* vocat; cum intus premitur ira occaſionem ulciſcendi operiens: alterum *petulantium manus*; quando in ultionem ſcilicet verberaque erumpit. Vide eruditiſſimum Patrem, ſi lubet, de Patientia cap. VI. Noſter infra Lib. VI. Epiſt. VIII. *Velim attendas, ne in bilem aut amaritudinem vertat injuria.* BUCHNER. De Scazonte vide Marcilium ad Perſium pag. 1. BARTH. Lege & Aug. Politianum Miſcell. cap. LXIV.

6 *Sed atteritur.*] Noſter infra Lib. IX. Epiſt. XXXV. *Diligentiam tuam in retractandis operibus valde probo. eſt tamen aliquis modus. primum quod*

atteritur. Patere me videre titulum tuum, patere audire, deſcribi,
4 legi, vaenire volumina Tranquilli mei. Aequum eſt, nos in amore tam mutuo eandem percipere ex te voluptatem, qua tu perfrueris ex nobis. *Vale.*

XII. C. Plinius [1] Fabato Proſocero Suo S.

Quia Fabatus Proſocer exſtruxerat, & in ornatum portarum pecuniam promiſerat: ideo Secundus munificentiam illius commendat.

[2] REcepi literas tuas, ex quibus cognovi ſpecioſiſſimam te porticum ſub tuo [3] filiique tui nomine dedicaſſe, ſequenti die in portarum ornatum pecuniam promiſiſſe, [4] ut initium novae liberalitatis eſſet [5] conſummatio prioris.
2 Gaudeo primum tua gloria, cujus ad me pars aliqua pro neceſſitudine noſtra redundat: deinde quod memoriam Soceri mei pulcherrimis operibus video proferri. Poſtremo quod patria noſtra floreſcit, quam mihi a quocunque excoli jucundum, a te vero
3 laetiſſimum eſt. Quod supereſt, Deos precor, ut animum iſtum tibi, animo iſti tempus quam longiſſimum tribuant. Nam liquet mihi futurum, ut peracto, [6] quod proxime promiſiſti, inchoes aliud. Neſcit enim

quod nimia cura deterit magis quam emendat, &c. Quinctilianus Lib. X. C. IV. cum de emendatione & modo ei ſtatuendo praecipit, *Sit igitur*, inquit, *aliquando quod placeat, aut certe quod ſufficiat, ut opus poliat lima, non atterat.* Vere itaque Statius Thebaida ſuam *multa lima cruciatum* dixit Lyrico ad Maximum Junium, cui emendandae annos duodecim dederat, ut ipſe extremo opere teſtatur. Plutarchus nimium iſtiusmodi emendandi ac poliendi ſtudium, ſophiſticam puſillanimitatem dicit fine libri, quem de Athenienſium gloria dedit. Buchner. Optimus: *nec iam ſplendeſcit, ſed adteritur.*, neglecto vocabulo *lima.* Sed illud ſenſui neceſſarium eſt, & vel unus locus Fabii vindicat, ad quem vide interpretes. Utitur & Noſter alibi, ut Lib. I. Epiſt. II. n. 5. Epiſt. VIII. n. 3. Lib. VIII. Epiſt. IV. n. 7. Inepte Arnz. *Nec iam ſplendeſcit luna.*

1 *FABATO PROSOC.*] Riccard. in Indice: *Calpurn. Fabato.* Vide Lib. IV. Epiſt. I.

2 Accepi *litteras tuas.*] Riccard. in Indice: *Praecepi litteras tuas.* Scribere voluit *Recepi*, quod eſt in Optimo, Oxon. & Arnz. atque Edd. Aldi; ab aliis autem male repudiatum eſt. Eadem verba in Codd. permutantur ſupra Epiſt. VI. n. 29. Ut *reddi* epiſtolae, ſic & *recipi*, proprie dicuntur, quod ex Tullio aliisque omnibus conſtat. Mox Veterrimus: *cognovi* te *ſpecioſiſſimam porticum.* Corte.

3 *Filii.*] Soceri Secundi. Nam ejus filiam duxerat: verum cum haec ſcriberet, jam vita functus erat. Catan.

4 *Ut initium liberalitatis eſſet.*] Secutus ſum Palat. & Vett. Edd. deinceps enim, *ut initium ſequentis liberalitatis.* Sed ex ſupervacuo. Gruter. Iam pridem Palatinus ille fidem perdidit, utut illi, pro more ſuo, Oxon. Helmſt. & Arnz. ſecundas faciant. Praevaleat Vetuſtiſſimus, in quo: *ut initium* novae *liberalitatis*, cet. quod Secundo reddidi. Oſtendere debuiſſet Gruterus, vocem illam ſupervacuam eſſe; cum id potius in oculos incurrat, ſi iſta abſit, ſententiam laborare. Voſſian. *ut initium* ſequentis *liberalitatis*, cet.

5 *Conſummatio.*] Finis. Senſus eſt: ut finita priore liberalitate exſtruendae porticus, ſtatim ſine intermiſſione initium a promiſſione pecuniae ad ornandas portas ſumeres. quod erat ſecundae liberalitatis principium. Catan.

6 *Quod* maxime *promiſiſti.*] Ita Pal. & Vett. Edd.

enim ſemel incitata liberalitas ſtare , cujus pulchritudinem uſus ipſe commendat. *Vale.*

XIII. C. Plinius [1] Scauro Suo S.

Orationem , quam apud municipes ſuos habuerat , paucis amicis recitatam judicio Scauri ſubdit.

Recitaturus oratiunculam , quam publicare cogito , advocavi aliquos , [2] ut revererer : paucos , ut [3] verum audirem. Nam mihi duplex ratio recitandi : una , ut [4] ſollicitudine intendar : altera, ut admonear , ſi quid forte me , [5] ut meum , fallit. Tuli quod petebam: inveni,

Edd. neque aliter legit Catanaeus. Aldina & ſeqq. *quod* proxime *promiſiſti* ; non male , ſi id etiam libri confirmarent. Gruter. Atqui confirmat *proxime* veterrimus Mediceus , ut & Voſſianus, ipſaque ſententia. *Maxime* haeret in Oxon. Helmſt. & Arnz. ſed ſtatim ſuccurrere poterat , has voces ab librariis perpetuo miſceri , ut Lib. IV. Epiſt. III. n. 3. *cum iambos* proxime *legerem*, ubi Cod. *maxime.* Paneg. cap. VII. *& hunc tibi* proximum , *hunc coniunctiſſimum exiſtimes.* MS. Guelferb. *hunc tibi maximum.* Lucanus Lib. X. vs. 408.

— — *ibi fas* , *ubi* proxima *merces* ,

Sic emendavimus ex pluribus ſcriptis. At vulgo : *ubi* maxima *merces* , cum tamen ſtatim ſequatur : *Aere merent parvo.* Haec confuſio niſi adeo familiaris olim librariis eſſet , facile corrigere potuiſſes : *quod* cum maxime *promiſiſti* , quod auctori infra placuit. Nunc vero *proxime* amplectimur. Corte.

1 *SCAURO.*] Colligimus ex Lib. VI. *Attilium Scaurum* amicitia Secundo conjunctum , & Gellio tradente , de Caeſellii erroribus plura compoſuiſſe. Seneca Lib. I. ſuaſoriarum aſſerit in *Scauro Mamerco* Scaurorum familiam extinctam. Catan. Riccard. in Indice *Terentium Scaurum* nominat.

2 *Ut* vererer.] Emendavi ex Optimo : *ut revererer.* Hoc enim efficit praeſentia aliorum , ut recitans, reverentia auditorum , ſcriptis ſuis acrius intendat. Habes & rem , & vocabulum ſupra Epiſt. III. n. 8. *Itaque has recitandi cauſſas ſequor , primum , quod ipſe , qui recitat , aliquanto acrius ſcriptis ſuis , auditorum* reverentia , , *intendat.* Idem vitium obſedit Codd. ſupra Lib. IV. Epiſt. XII. n. 6. *Te vero Marcellinus ita* reveretur, *ut iudicio tuo plurimum tribuat* , ubi perperam plerique libri *veretur.* Infra hoc libro Epiſt. XV. n. 5. *Cum ſequerer ut magiſtrum , ut parentem* revererer. Sic Optimus ; at vulgo *vererer.* Rurſus de recitationibus ſuis Lib. VII. Epiſt. XVII. n. 7. *Optime autem* reverentia , *pudor , metus iudicant.* & mox n. 9. *Nam illos quoque ſordidos pullatosque* reveremur. Lege totam illam epiſtolam. Simili ſenſu Lib. VIII. Epiſt. XXI. n. 3. *irreverentem operis* dixit , & Paneg. cap. LXIX. *reverentiorem ſenatus candidatum.* Diſtinctionem loci iam Modius conſtituit Novantiqu. Epiſt. CXXII. Corte.

3 *Verum.*] Judicium illorum , *an bona , an mala eſſet.* Catan.

4 *Sollicitudine incendar.*] Intendam animum , cum ſim ſolicitus , ne amici male de meis judicent ſcriptis : nam ſecuritas facit hominem negligentem. Idem. *Incendar.*] *Accendar* , ut videtur ante *ſollicitudine* deſiderare. Boxhorn. Vulgo : *ſollicitudine incendar* , quod eſt abſonum. Recte Veterrimus *intendar* , quomodo & Catanaeus legit. Frequentiſſimum eſt apud Noſtrum *intendere* , *intentio* , *intente* , & in eadem re idem verbum legimus ſupra Epiſt. III. n. 8. adde Lib. II. Epiſt. V. n. 2. Lib. VII. Epiſt. XVII. n. 7. *Nam tanto diligentius , quanto ſollicitius* intendo. Haec autem promiſcua apud Noſtrum ſunt *intendo* & *intendor* , ut alibi *ego adverto animum* , & *advertor* , vel *res me advertit.* Ita *extendere epiſtolam* , & *extendi epiſtola* , vel *extendere ſe epiſtola* , quod habes Lib. VII. Epiſt. IX. n. 16. *Et alioquin tam immodice epiſtola me extendi , ut ſtudendi tempus abſtulerim.* ubi vide. Tacitus XVI. Ann. cap. VIII. *Nam Silanus* intentior metu , *& exitio patrui ad praecavendum exterritus erat.* Vide ad Salluſt. Iug. cap. XLIV. n. 3. Corte.

5 *Ut meum.*] Quia noſtra ſolemus amare , & unus-

inveni, qui mihi copiam conſilii ſui facerent. Ipſe praeterea quaedam
3 emendanda annotavi. Emendavi librum, quem miſi tibi Mate-
riam ex titulo cognoſces, cetera liber explicabit: quem jam nunc
4 [1] oportet ita conſueſcere, ut ſine praefatione intelligatur. Tu velim,
quid de univerſo, quid de partibus ſentias, ſcribas mihi. Ero enim
vel cautior in continendo, vel conſtantior in edendo, ſi huc vel illuc
auctoritas tua acceſſerit. *Vale.*

XIV. C. PLINIUS VALERIANO SUO S.

Notum argumentum praecedente jam epiſtola ad Valerianum, qua illum incitaverat audire, quid futurum eſſet de accuſatione Tuſcilii Nominati: quo advocato uſi fuerant Vicentini contra Sollertem.

ET tu rogas, & ego [2] promiſi, ſi rogaſſes, ſcripturum me tibi,
quem habuiſſet eventum poſtulatio Nepotis [3] circa Tuſcilium No-
minatum. Inductus eſt Nominatus: egit ipſe pro ſe, nullo accuſante.
Nam legati Vicentinorum non modò [4] non preſſerunt eum, verum
2 etiam ſublevaverunt. Summa defenſionis, *non fidem ſibi in advocatio-
ne, ſed conſtantiam defuiſſe: deſcendiſſe ut acturum, atque etiam in
curia viſum: deinde* [5] *ſermonibus amicorum deterritum, receſſiſſe. mo-
nitum*

unusquisque ſuae inventioni favet, meliusque de alienis, quam de ſuis judicat. In ſecunda lectione fuit *ut mecum*, id eſt per meipſum, & ſine alieno judicio: longe tamen melior, *ut meum*. CATAN. Noſtri omnes: *ut meum*, ſed iidem omnes cum Ed. Vet. & Aldo *fallit*, non *fallat*, quod vulgatae oſtentant. Sic Lib. VII. Epiſt. XVII. n. I. *Sua cuique ratio recitandi, mihi, quod ſaepe iam dixi, ut*, ſi *quid me* fugit, *admonear.* Multa huius generis notavimus ad Lucan. Lib. II. vs. 457.

Si rurſus tellus, pulſu laxata tridentis
Aeolii, tumidis inmittit *fluctibus Eurum.*

ubi contra MSS. fidem dederant *inmittat.* adde ad Lib. V. vs. 787.

1 *Oportet ita conſueſcere.*] Sic in Palat. & Vett. Edd. Recentiores enim, *oportet* ibi *conſueſcere.* Aldina neutram voculam expreſſit. GRUTER. Illud *ita* confirmant noſtri omnes, etiam Optimus, expreſſitque illud pridem Gryphius.

2 *Promiſi.*] Jocatus fuerat cum eo, dicens *quamdiu nunc oportet, quam blande roges, ut reliqua cognoſcas.* promiſerat ſe ſcripturum, niſi hac conditione, ut rogaret. CATAN.

3 *Circa* Thuſcillum *Nom.*] *Tuſcilium* vocat Mediceus, Helmſt. Oxon. Arnz. & ſic edidit Aldus. Adludit Ed. Vet. in qua *Tuſcliium.* Vide ſupra ad Epiſt. IV.

4 *Non* preſſerunt *eum.*] Lege Budaeum ad Pandect. pag. 134. BARTH. Nos de verbo ad Lucan. Lib. VII. vs. 870.

Quid totum premitis, *quid totum abſolvitis*
orbem?

Supra Optimus: Nam *legati*, pro *Etenim legati*, quod impreſſos occupavit. Infra Helmſtad. Arma *defenſionis*, pro *ſumma.* corrupte. Oxon. *deſcendiſſe iacturum.*

5 *Sermonibus amicorum* perterritum.] Ultimum verbum non viſitur in Helmſt. Oxon. neque in Ed. Vet. Pro eo Optimus habet *deterritum*, quod amplius ſignificat, quam *perterritum*, &, ut vides, loco magis convenit. *Perterritus* non ſtatim *recedit* ab actione, quod oſtendit Lib. I. Epiſt. XVIII. princ. utique *deterritus.*

I Se-

nitum enim, ne deſiderio [1] *Senatoris non jam quaſi de nundinis, ſed quaſi de gratia, fama, dignitate certantis, tam pertinaciter, praeſertim in Senatu, repugnaret: alioqui majorem invidiam,* [2] *quam proxime, paſſurum.* ([3] Erat ſane prius, a paucis tamen acclamatum exeunti.) Subjunxit preces, multumque lacrymarum: quin etiam tota actione homo in dicendo exercitatus operam dedit, ut deprecari magis (id enim & favorabilius & tutius) quam defendi videretur. Abſolutus eſt ſententia deſignati Conſulis [4] Afranii Dextri, cujus haec ſumma: *Melius*

1 *Senatoris.*] Sollertis, qui jus ingrediendi Senatum & ſententiam dicendi habebat. CATAN.

2 *Quam proxime paſſurus, &c.*] Vereor ne & iſta lectio mendoſa. Nam Palat. accedit veteribus Edd. in quibus: *proxime paſſurus erat. Sane prius tamen paucis acclamatum exeuntis ſubjunxit preces.* Quam propoſui ſcripturam, eruit ex Membranis Neuſtetterianis Modius noſter. GRUTER. *Erat ſane verum tamen a paucis acclamatum eſt.*]Merito diffidit Modio Gruterus. A diſtinctione potiſſimum vetus ſcriptura laborat. *Monitum enim* (refert Plinius) *ne deſiderio ſenatoris, &c. tam pertinaciter, praeſertim in ſenatu, repugnaret: alioqui majorem invidiam, quam proxime, paſſurus.* (*Erat ſane prius, tamen a paucis, acclamatum exeunti.*) *ſubjunxit preces multumque lacrimarum.* Alioqui (nempe dicebat Tuſcillus Nominatus ſe monitum) niſi ſcilicet deſiſteret repugnare Senatori, & ſi rurſus auderet agendi animo ſenatum introire, fore, ut multo majore convicio verberaretur, & probris gravioribus inceſſeretur, quam nuper, quum Vicentinis adfuiſſet. Haec eſt illa *invidia*, quam paſſus erat Tuſcillus. Ut quod de Catilina Salluſtius: *obſtrepere omnes, hoſtem atque parricidam vocare.* Ut apud Tacitum Piſo *ſenatum rurſus ingreditur, redintegratamque accuſationem, infenſas patrum voces, adverſa & ſaeva cuncta perpeſſus.* III. Annal. Etſi pro rerum magnitudine haec paulo atrociora. Hanc aurem *invidiam* ſeſe intelligere ne ignoraretur, Plinius ἐν παρενθέσει (nam priora verba pars erant orationis, qua ſeſe Nominatus ibat excuſatum) interpoſuit congeſta fuiſſe dicta nonnullorum acerba in exeuntem e ſenatu, quibus ei fieret invidia, & oneraretur hominis pudor. Dein redit ad continuandam narrationem defenſionis, qua poſtremum erat in ſenatu uſus. Hinc apparet, quam longe ſit a vero devius Franc. Modius, quum explicat paucos tamen (fortean gratia collegae, vel alia cauſa ſilentium tenentibus ceteris) acclamatione & aſſenſu ſuo dicentis orationem comprobaſſe, cum ſubito ille a purgatione ad deprecationem, utpote favorabiliorem, ideoque ſibi conducibiliorem converſus ſit, nuſquam quoquam, ut nugentur editores, qui exeuntem illum nobis faciant, digrediens. Etenim ἐκβοήσεις iſtae non erant faventium Nominato, ſed huic quidem infeſtorum & iratorum, collegae antem Senatori gratificantium. Deinde nectit ἀσύγκλωστα. non enim quum clamaretur, ille ſubito a purgatione ad deprecationem ſe convertit: ſed illud convicium factum eſt primo ſenatu, quo Vicentinorum contradictio per Tuſcillum audita eſt: interceſſit alius ſenatus, quum Tuſcillus Vicentinos deſtituit, ſupra Ep. 4. hoc demum tertio ſenatu revocatus idem Tuſcillus, poſtquam expoſuiſſet *non ſibi fidem, &c.* tum *monitum ſe &c. alioqui majorem invidiam quam proxime paſſurus*; his, inquam, expoſitis *ſubjunxit preces multumque lacrimarum.* Atque hoc tertio ſenatu ſane hactenus nuſquam digreſſus narratur: ſed primo ſenatu, poſtquam pro Vincentinis contra virum praetorium dixiſſet, exeunti acclamatum & invidiam factam monſtrat Plinius. Videtur autem ſcripſiſſe, *paſſurum.* GRONOV. Recte divinavit ὁ πάνυ, ſcriptum fuiſſe *paſſurum*, idque clare legitur in Mediceo, & a nobis auctori eſt redditum. Modiana videre potes Novant. Lect. Epiſt. LI. quem tamen optimae membranae deſerunt. Supra Helmſt. *ſenatoris*, nimiam *quaſi de nundinis*; Primarius: *ſenatoris, non* quia *iam quaſi de n.* qui movere non debent.

3 *Erat ſane* verum: *tamen a paucis acclamatum* eſt. Inde *ſubiunxit*] Lego hic: *quam proxime paſſurus.* (*Erat ſane, verum tamen a paucis acclamatum*) *Et inde ſubiunxit.* Explicatio Gronovii eſt optima. SCHEFFER. Diſtinctionem Gronovii adſerit veterrimus Mediceus, qui praeterea: *Erat ſane prius, a paucis tamen, adclamatum exeunti. Subiunxit* cet. & hoc reſtitui. Proxime ad illam lectionem Oxon. *Erat ſane prius, tamen paucis, acclamatum exeuntis. Subiunxit*, cet. De clamoribus illis invidioſis lege infra Lib. IX. Epiſt. XIII.

4 *Afranii Dextri.*] Cum *Dextro* habuiſſe amicitiam Mart VII. teſtatur. Hic poſtea in Conſulatu

4 *Melius quidem Nominatum fuiſſe facturum*, *ſi cauſam Vicentinorum*
eodem animo, *quo ſuſceperat*, [1] *pertuliſſet*; *quia tamen in hoc genus*
culpae non fraude incidiſſet, *nihilque dignum animadverſione admiſiſſe*
convinceretur, *liberandum*, [2] *ita*, *ut Vicentinis*, *quod acceperat*, *red-*
5 *deret.* Aſſenſerunt omnes, [3] praeter Flavium Aprum. Is interdicen-
dum ei advocationibus in quinquennium cenſuit: & quamvis neminem
auctoritate traxiſſet, conſtanter in ſententia manſit: quin etiam Dex-
trum, qui primus diverſum cenſuerat, [4] prolata lege de Senatu ha-
6 bendo, jurare coegit e Rep. eſſe, quod cenſuiſſet. Cui, quanquam
legitimae poſtulationi, a quibusdam reclamatum eſt. exprobrare enim
cenſenti [5] ambitionem videbatur. Sed priusquam ſententiae diceren-
tur,

latu ſuo, incertum ſua, an ſuorum manu, ſcelere an obſequio peremptus eſt. id quod Plin. Lib. I. refert. & Spartianus Severum Imperatorem urbi praefeciſſe *Domitium Dextrum*, & *Caſſio Dextro* reſcripſiſſe divum Pium. Ulpian. ff. XL. Summa fuit. CATAN. Veterrimus: *Afrani Dextri*, ut Ed. Vet. & Aldinae. Helmſt. *abſolutus eſt* ſcientia *deſignati Cos.*

1 *Pertuliſſet.*] Explicabit nota ad Lib. I. Epiſt. XXIII. extr. *Perſona ſapienti viro ita aptanda eſt*, *ut* perferatur. Male Oxon. *protuliſſet.* Infra coniiciebat vir doctus: *in hoc genus* culpa, *non fraude*, *incidiſſet*, contra libros & elegantiam Plinii.

2 *Ita tamen*, *ut Vicentinis.*] Sic diſerte in Vett. Edd. illud *tamen* abeſt vulgatis, ut & Palatino, qui ne ſequens quidem *ut* agnoſcit: unde fit, ut ſuſpicer ſcriptum initio *liberandum*: *Vicentinis quod &c*, excluſo adhuc illo *ita.* niſi forte fuit, *liberandum*, *dum Vicentinis quod &c.* idque veroſimilius videtur. GRUTER. Gruteri coniecturae favet quodammodo Helmſt. in quo: *liberam* dum *ita Vicentinis* cet. Oxon. *liberari dum ita.* Sed Mediceus: *liberandum*, *ita*, *ut Vicentinis* cet. atque hoc in textum recepi.

3 *Praeter Flavium Aprum.*] *Flavios* multos nominat Tacitus. *Apri* grammatici Antonini Philoſophi mentio fit per Julium Capitolium: item *Apri* Trib. mil. per Spartianum, ut praeteream, quos Mart. ſuo ſale aſpergit. Alii legunt, *praeterquam. Licinius* (Licinius Nepos praetor, a quo poſtulatus fuerat Tuſcillus. CATAN. *Praeter Flavium Aprum*, *is interd. &c.*] Sic quidem Aldina Editio. Prior omnis *praeter Licinium is interd.* & Palatin. noſter habet, *praeter lacrimis interdicendum*, *&c.* GRUTER. Mediceus: *praeter Fabium Aprum*; Voſſ. *praeter L. Acrem.* Helmſt. & Arnz. *praeter* lacrimis *interdicendum*, ut Palatinus habuit. Oxon. *praeter* Lacinium *interd.* Probo ſcripturam Mediceam.

4 *Prolata lege de Senatu habendo.*] Cn. Pompejus Conſulatum primo cum M. Craſſo initurus, quoniam per militiae tempora Senatus habendi conſulendique rerum humanarum expers fuit, M. Varronem rogavit, ut commentarium introductorium faceret, ex quo diſceret, quid facere dicereque deberet, cum Senatum conſuleret: ſed is liber adhuc vivente Varrone intercidit: unde multa ad eam rem pertinentia in literis ad Oppianum docuit. primum qui fuerint, per quos majorum Senatus haberi ſoleret, Dictatorem ſcilicet, Conſules, Praetores, Tribunos pleb. Interregem, praefectum urbi. Igitur qui Senatum haberet, poterat jurejurando Senatores adigere, quicquid cenſuiſſent e Rep. cenſuiſſe. Unde Licinius Praetor cum Senatum habuiſſet, jure coegit Dextrum jurare quidquid cenſuerat e Rep. cenſuiſſe. *Prolata lege.*] Non nunc primum propoſita, ſed allegata, & in rem ſuam producta. CATAN. *Prolata.*] Ita Aldina: melius, quam ut aliae Edd. *perlata.* GRUTER. Mediceus & Voſſ. confirmant *prolata*, quod Aldus expreſſit, & ſententia poſtulat. Abſurdum illud *perlata* in Helmſtad. & Arnz. iacet, & habuit ſine dubio Palatinus etiam. At male ſupra dederat Aldus: *qui* primum *diverſum cenſuerat*, cum editum in omnibus MSS. & Edd. Vett. legatur. *Prolata* etiam ex coniectura correxit, & bene expoſuit Caſaubon. ad Sueton. Auguſt. cap. XXXV. Sic *proferre* pro allegare apud Tacitum & alios paſſim habetur. Infra Helmſt. Arnz. Oxon. & Ed. Vet. *eripuiſſe* mendoſe ſcribunt, pro *e rep. eſſe.*

5 *Ambitionem.*] Studium rei, & cupidinem eius favoris. Vide ad Lib. III. Epiſt. IX. n. 10. Helmſt. Oxon. & Arnz. *exprobrare enim ſententiam dicerentur*, mediis omiſſis.

I. Ni-

tur, [1] Nigrinus, Tribunus plebis, recitavit libellum diſertum & gra-
vem, quo queſtus eſt, [2] vaenire advocationes, vaenire etiam praevari-
cationes: [3] in lites coiri: & gloriae loco poni ex ſpoliis civium magnos
& [4] ſtatos reditus. Recitavit capita legum, [5] admonuit Senatuſconſulti: 7
in fine dixit, petendum ab optimo Principe, ut, quia leges, quia Se-
natuſconſulta contemnerentur, ipſe tantis vitiis mederetur. Pauci 8
dies, & [6] liber Principis ſeverus, & tamen moderatus. leges
ipſum, eſt in [7] publicis actis. Quam me juvat, quod in cauſis
agendis non modo pactione, [8] dono, munere, verum etiam
[1] xeniis

1 *Nigrinus.*] Hic inter Optimates poſtea tantum potuit apud Adrianum, ut ſibimet ſucceſſorem Imperator deſtinaſſet, niſi inſidias cum multis ſacrificanti paraſſet. Quare Faventiae interficitur invito Adriano, ut ipſe in vita ſua dixit, quod videtur credibile. Nam Cejonium Commodum, *Nigrini* generum, Adrianus adoptavit, auctores hujus rei ſunt Spartianus, & Dion. Catan. Praeſtantiſſimus: *Nigririus.*

2 *Vaenire advocationes.*] Cauſas agi precio, & advocatos pecunia duci Fabius laudat, qui ſine mercede agebant. Cn. Titius legem tulit, qua cavebatur antiquitus, ne quis ob cauſam orandam, donum, pecuniamve acciperet: ſed lex iſta jam exoleverat, & in deſuetudinem venerat: quanquam ſaepius revocata. Catan.

3 *In lites* coiri.] Mediceus *coire* librarii lapſu. *Coire* ſaepiſſime in malam partem de conſpiratioonibus, & pactis vetitis accipitur, ut notavit Graevius ad Cicer. pro Cluent. cap. LII. & poſt Red. in Sen. cap. VII. Barthius praeterea adſcripſit Budaeum II. ad Pandect. pag. 25. & 89.

4 *Statos.*] Certos, annuos. Hodie quoque nonnulli praeſtant ſalaria annua cauſidicis. Catan. Voſſ. Oxon. Helmſt. & Arnz. *ſtatutos reditus.* Ita peccabatur Lib. III. Epiſt. XIX. n. 5. *Quae reditum ſicut modicum, ita* ſtatum *praeſtant.* & Lib. IV. Epiſt. XXX. n. 2. *Ter in die* ſtatis *auctibus ac diminutionibus creſcit decreſcitque.* ubi vide. Dictio ſimilis eſt illi Salluſtianae: *arcem habent ex* ſpoliis *veſtris*, nec mitior Memmius apud eumdem Criſpum Iug. cap. XXXI. n. 10. *Neque eos, qui fecere, pudet aut poenitet, ſed incedunt per ora veſtra magnifice, ſacerdotia & conſulatus, pars triumphos ſuos oſtentantes: perinde quaſi honori, non* praedae *habeant.*

5 *Admonuit* SCtorum.] Integerrimus *ſenatusconſulti*, ut illud proprie SCtum reſpexerit, cujus fit mentio infra Epiſt. XXI. n. 4. Etiam Oxon. a prima manu: *admonuit SCtum.* Imperiti veram ſcripturam corruperunt, quia ſequitur *Senatusconſulta.* At haec Enallage ne Ciceroni quidem diſplicuit. Sic Lib. IV. Tuſc. Quaeſt. cap. VI. *Quidam brevius*, perturbationem *eſſe adpetitum vehementiorem. Partes autem* perturbationum *volunt*, cet. & cap. XXXVIII *Iam vero motus.... animi.... leniuntur*, *traductis* animis *ad voluptatem.* Sic ille ſaepius. item Lucanus Lib. II. vs. 81. de Cimbro, qui Marium occidere parabat:

> — — *fas haec contingere non eſt*
> *Colla* tibi,
> *Si libet ulciſci deletae funera gentis*
> *Hunc*, Cimbri, *ſervate ſenem.*

ubi vide. item ſupra ad Epiſt. VI. n. 27. Corte.

6 *Liber.*] Decretum contra venales advocatos exivit. Hoc decretum vocat *ſeverum & tamen moderatum*, id eſt, non uſque quaque ſummum jus perſequens, ſed veterem illam legem interdum molliens. Catan. Infra Mediceus: legis *ipſum*, pro *leges.* Supra Oxon. *tantis* incommodis *mederetur*, & mox: *in publicis actibus.*

7 *Publicis actis.*] Senatusconſulta coram patribus ſcribebantur, & ab iisdem ſubſcribebantur, & cum Tribunus plebis ſedens ad fores Senatus T. litteram ſubſcripſiſſet, deferebantur ad aerarium, ubi in libris elephantinis, ad id inſtitutis, ſcripta conſervabantur. *Acta* igitur pro libris & tabulis continentibus *publica* civitatis *acta*, id eſt negotia, quae & pro legibus plerumque intelliguntur, & *acta* Caeſaris Dictatoris non reſciſſa legimus apud Tranquill. Catan.

8 *Dono, munere.*] *Donum* ad breviſſimum tempus, *munus* ad multos dies. Secundum Juriſconſultum *munus* tribus modis dicitur. Uno *donum*, & inde munera dici dari mittive. Altero *onus*, quod cum remittitur, vacationem militiae munerisque praeſtat, unde immunitatem appellari. Tertio *officium*, unde munera militaria & quosdam milites munificos vocari. Paulus de verbor. ſignif. inter *donum* & *munus* diſtinguit ut inter genus & ſpeciem. Nam *genus eſſe donum* Labeo ait:

9 [1] xeniis ſemper abſtinui! Oportet quidem, quae ſunt inhoneſta, [2] non quaſi illicita, ſed quaſi pudenda vitare: Jucundum tamen, ſi prohiberi
10 publice videas, quod nunquam tibi ipſe permiſeris. [3] Erit fortaſſe, immo non dubie, hujus propoſiti mei & minor laus, & obſcurior fama, cum omnes ex neceſſitate facient, quod ego ſponte faciebam. Interim fruor voluptate, cum alii divinum me, alii meis rapinis, meae avaritiae [4] occurſum, [5] per ludum ac jocum dictitant. *Vale.*

XV.

ait: *munus ſpeciem.* Ex verbis Taciti Lib. XVII. colligi poteſt, *quod donemus noſtra, largiamur aliena.* CATAN.

1 *Xeniis.*] Amicorum donis, quae mittebantur amicis, & ab amicis. Vitruvius Lib. VI. Graeci hoſpitibus poſtero die mittebant pullos, ova, olera, poma, reliquasque res agreſtes, ideo piſtores ea, quae mittebantur, picturis imitantes *xenia* appellarunt, ξένος enim amicus & hoſpes. Suidas tantum interpretatur *xenium* donum ab amicis datum, ξένιον, inquit, δῶρον παρὰ ξένοις διδόμενον. Apulejus ſecundo ſui aſini: *Mittit mihi Byrrhena xeniola, porcum optimum, & quinque gallinulas, & vini cadum in aetate precioſi.* IDEM.

2 *Non quaſi illicita*, ſed *quaſi pudenda vitare.*] Philoſophicum νόημα, quale illud ICtorum in conventionibus, *non quod licet, ſed quod honeſtum eſt, inſpiciendum* leg. 42. D. de ritu nupt. Sic Horat. Epiſt. ad Quinct. XVI.

Oderunt peccare boni, virtutis amore;
Tu nihil admittes in te formidine poenae.

Vide Senecam Epiſt. XVI. ne te morer pluribus. MINOS. Notiſſima quidem ſententia, ſed cui verba non ſatis reſpondent. Cur enim *illicita* & *pudenda* opponit? cum omnia illicita ſint pudenda, & ipſa, quae ſunt *inhoneſta*, nimis ante contraherentur, ſi tantum pudenda, ut vulgo capiunt, complecti deberent. Quare conſiderandum, anne melior ſit ſcriptura Medicea: *inhoneſta, non quaſi illicita*, non *quaſi pudenda, vitare.* Ipſe tamen vulgatam recte habere, cenſeo, ut *illicita* ſint, quae legibus prohibentur; *pudenda* autem, quae non quidem legibus, pudore tamen naturali honeſti viri coercentur. Sic Ovidius I. Faſt. vs. 25.

Prope metu *populum ſine vi* pudor *ipſe regebat.*

cum quo iam Plinii locum compoſuit Gruterus ad Livii Lib. I. cap. XXI. ubi plura ad rem. Tacitus III. Ann. cap. XXVI. *Neque praemiis opus erat, cum honeſta ſuopte ingenio peterentur; & ubi nihil* contra morem *cuperent*, *nihil* per metum *vetabantur. At poſtquam exui aequalitas, &* pro modeſtia ac pudore *ambitio & vis incedebat*, cet. Abſurde autem ceteri ſcripti & Ed. Vet. *ſed quaſi* iubenda *vitare*, quod fortaſſe corruptum eſt ex eo, quod Oxon. ſiſtit: *quaſi* inhibenda *vitare.* CORTE.

3 Erit *fortaſſe.*] Exſulat *Erit* ab Mediceo, ob ſimilitudinem ſyllabarum, quae praeceſſerant.

4 *Occurſum.*] Lege *proviſum.* CATAN.

5 *Per ludum.*] *Acceptum* addunt, id eſt, joci cauſa, quod pro *ludo* accipitur: ſic enim mecum jocantur amici, cum norint me a rapinis abſtinentiſſimum, & integrum. ad idem tendit ſi legas *per ludum ac jocum dictitant.* IDEM. *Per ludum ac jocum.*] Pal. & Edd. Vett. *per ludum acceptum dictitant*, ut videtur illud *acceptum*, eſſe ex gloſſa, ut & alterum *ac iocum*, niſi forte etiam inde manaverit *per ludum.* GRUTER. Contrarium ſentientes, & illius integritati amice illudentes. BARTH. Gruterus, quia in Palat. reperit *per ludum* acceptum *dictitant*, quod & apud nos boni illius ſocii Oxon. Helmſt. & Arnz. oſtentant, omnia tandem ut irreptitia damnat. Sed ſententiae ſimul maximam & intolerabilem vim infert, ipſumque Plinium impudentem & avarum facit. Teſtor itaque in Mediceo diſerte legi: *per ludum ac iocum*, i. iocantes amici dictitant. Cicero Lib. I. in Verr. cap. LX. *Paucos homines Q. Opimium* per ludum & iocum *fortunis omnibus evertiſſe.* Saepius haec coniunguntur apud Tullium, Livium, Martialem, alios, ut iam notarunt interpretes Terentii ad Eunuch. Act. II. Sc. III. vs. 8.

— — ludum iocumque *dices*
Fuiſſe illum alterum.

& proverbium ſapere, obſervavit P. Manucius ad Cic.

XV. C. Plinius [1] Pontio Suo S.

Laetatur, curam viae Aemiliae demandatam Cornuto Tertullo, amiciſſimo & optimo viro, cum quo praefecturam aerarii, deinde Conſulatum geſſerat: nec minus exſultat temporum felicitate, qua boni dignitates conſequantur: demum enarrat, quibuscum fuiſſet in municipio ſuo, cum intellexit hanc novam dignitatem Tertullo traditam.

SEceſſeram in municipium, cum mihi nunciatum eſt, Cornutum
Tertullum accepiſſe [2] Aemiliae viae curam. Exprimere non poſ- 2
ſum, quanto ſim gaudio affectus, & ipſius & meo nomine. [3] Ipſi-
us, quod ſit licet, ſicut eſt, ab omni ambitione longe remotus, de-
bet tamen ei jucundus eſſe honor ultro datus; meo, quod aliquanto
magis me delectat [4] mandatum mihi officium, poſtquam par Cornuto
datum video. Neque enim augeri dignitate, quam aequari bonis gra- 3
tius. Cornuto autem quid melius? quid ſanctius? quid in omni gene-
re

Cic. I. Offic cap. XXIX. Noſter Lib. VIII. Epiſt. VIII. n. 4. *Jucundum utrumque* per iocum ludumque *fluitantibus*.

1 *Pontio.*] Ad *Pontium* alibi ſcribit Secundus, & fatetur ejus nomine munera accepiſſe. *Scevino Pontio* nobili adoleſcentulo ab Othone redditum locum ſenatorium, teſtatur Cornelius Tacitus. *Pontio* Proconſuli reſcripſit divus Pius, auctor Ulpian. ff. XLVIII. titulo de accuſationibus: & ff. XXXIII. legitur Imperatorem Severum reſcripſiſſe *Pontio Luciano*. Catan.

2 *Aemiliae viae.*] *Aemilius Scaurus*, qui ſubegit Ligures, viam a Placentia, ut Flamminiae committeret, Ariminum perduxit, deductis ex Pado uſque in Parmenſium agrum foſſis, navigationibus commodis. Paludes ipſas exſiccavit e campis per Placentiam, ſiquidem Trebia Padum influens, aliique item complures ante fluvii ultra modum ſtagnabant. Haec Livius & Strabo, apud quem inſuper Lib. V. plura. Idem. *Aemiliae viae curam.*] Curatores viarum primum Auguſtus dedit: qui hoc & alia nova officia invenit, quo plures partem adminiſtrandae Reip. caperent, Suetonius Lib. II. cap. XXXVII. Plura de hoc officii genere Lipſius ad III. Annalium Taciti: quanta ejus dignitas fuerit, ex eo poteſt intelligi, quod viris Conſularibus ſoleret dari: ut Cornuto Tertullo, quem Coſ. ante fuiſſe, ipſe Plinius hac Epiſtola infra teſtatur. Nec mirum: nam & cenſura ante, cujus pars olim viarum cura, non niſi poſt Conſulatum contingebat. Buchner.

3 *Ipſius, quod ſit licet* cet.] Mediceus: *Ipſius, quod ſit*, & deinde, *ſicut eſt* omittit, quod adprobare nequeo. Oxon. Voſſ. Helmſt. & Ed. Vet. *Ipſius, quod* ſcilicet, *ſicut eſt*; Arnz. *quod ſi licet.* perperam. Lucanus Lib. X. vs. 149.

— — *non* ſit licet *ille nefando*
Marte paratus opes mundi quaeſiſſe ruentis;

ubi ſimiliter turbant libri veteres. Auctor infra Lib. VII. Epiſt. VI. n. 1. *Rara & notabilis res Vareno contigit*, ſit licet *adhuc dubia*.

4 *Mandatum mihi officium.*] Cura viae Aemiliae ab Imperatore mihi commiſſa. *Par.*] Id eſt, eadem cura. Catan. *Officium, poſtquam par Cornuto datum.*] Catanaeus τὸ *par*, idem interpretatur, & Plinium ipſum Aemiliae quoque viae curatorem fuiſſe putat. Quod & in vita de eo tradit. Atqui *par*, idem non eſt: τὸ αὐτό; ſed ἴσον, ὅμοιον: ſimile & aequiparandum. Deinde nec Plinius ipſe de ſe, nec uni de ipſo alii haec prodiderunt. Exſtant nonnullae Inſcriptiones veteres honori Plinii datae, in quibus plures Pliniani officii partes recenſentur, ſed de Aemiliae viae cura altum ſilentium eſt. Itaque hic eruditiſſimus Vir humani aliquid paſſus eſt. Sed quo officio Plinius tum fungebatur, quod curae Aemiliae par erat, ſi non adminiſtratione, honore tamen

re laudis [1] ad exemplar antiquitatis expreſſius? quod mihi cognitum eſt
non fama, qua alioqui optima & meritiſſima fruitur, ſed longis ma-
4 gnisque experimentis. Una diligimus, una dileximus [2] omnes fere,
quos aetas noſtra in utroque ſexu aemulandos tulit: quae ſocietas ami-
5 citiarum arctiſſima nos familiaritate conjunxit. Acceſſit vinculum [3] ne-
ceſſitudinis publicae. Idem enim mihi, ut ſcis, collega quaſi voto
petitus in praefectura aerarii fuit: [4] fuit & in Conſulatu. Tum ego
qui vir, & quantus eſſet, altiſſime inſpexi, cum ſequerer ut magi-
ſtrum, [5] ut parentem revererer: quod non tam aetatis maturitate,
6 quam [6] vitae, merebatur. His ex cauſis, ut illi, ſic mihi gratulor,
nec privatim magis quam publice, quod tandem homines [7] non ad pe-
ricula,

tamen & dignitate? CURA ALVEI TIBERIS AC RIPARUM, quam tres lapides ipſi diſerte tribuunt, quarum Ἐπιγραφὰς apud Gruterum, & hic in limine libri legere licet. Parem honore & dignitate VIARUM, & ALVEI TIBERIS fuiſſe CURAM, ex eo fit veriſimile, quod utraque inter partes cenſurae veteris fuit. Cicero Lib. III. de Legibus ex XII. Tabb. *Cenſores urbis, templa, vias, aquas, aerarium, vectigalia tuentor.* Nam *urbis aquarum* nomine & Tiberis intelliguntur. Quare & Auguſtus cum ſublata cenſura veteri magiſtratus ejus partes ſingulis diſtribuiſſet ſingulas, novaque officia inſtituiſſet, cum *curatoribus viarum, aquarum* quoque *&* *alvei Tiberis* conſtituit auctore Tranquillo citato loco. *Aquarum officium* Julius Frontinus vocat: ac ſemper per Principes viros Romanae civitatis adminiſtratum Praefatione Lib. I. de aquaeductibus ſcribit. Itaque dignitate par viarum curae; cui vel Conſulares, ut modo notabamus, praeponebantur. BUCHNER. In Catanaei errorem incidit etiam Th. Reineſius ad Claſſ. VI. Inſcript. CXIV.

1 *Ad exemplar antiquitatis.*] Ut in omnibus antiquos ſequatur virtute praeſtantes & repraeſentet. Feſtus, inquit, *Exemplum* eſt quod ſequamur, aut vitemus, *exemplar* a quo ſimile faciamus, *illud* animo aeſtimatur, *iſtud* oculis conſpicitur. Lib. VI. de Romano Secundus comoediam dixit *ad exemplum veteris comoediae ſcriptam, ut eſſe quandoque poſſit exemplar.* CATAN. *Quid* in *omni genere*, cet. habet Optimus, ceterique ſcripti & Edd. Vett. At Aldus praepoſitionem *in* perperam neglexit.

2 *Omnes.*] Inter quos Senecionem, Ruſticum, Helvidium, Mauricum, Gratillam, Arriam, Fanniam, ſupra Lib. IV. ad Genitorem enumerat in eandem ſententiam. De ſe, & Tertullo loquitur in panegyrica oratione, *Iisdem*, inquit, *amicis gloriabamur, eosdem amiſſos lugebamus.* CATAN. Omnes ſcripti & primi impreſſi: in *utroque ſexu.* Aldus iterum Praepoſitionem reiecit.

3 *Neceſſitudinis publicae.*] Conjunctionis in gerendis ſimul publicis honoribus. CATAN.

4 Fuit *&* *in conſulatu.*] Sic Mediceus & Voſſ. At Oxon. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. male *fuit* excludunt, quod propter geminationem evenit. Male etiam *idem* pro eo ſubſtituit Gryphius. Vide ad Lib. VIII. Epiſt. VIII. n. 6. *Balineum publice* praebent, praebent *hoſpitium.* Sic enim correximus ex membranis veterrimis. In vulgatis idem vitium. Mox Optimus: *cum eo qui vir... inſpexeram.* Facerem: *cum ego*, quod ſuggerit Oxon. niſi *cum* exciperet.

5 *Ut parentem* vererer.] Primarius: *cum ſequerer ut magiſtrum aut parentem revererer que.* Facile *ut* in *aut* abire potuit, & illud *que* ex ſequenti *quod* exſtitit. Repoſui itaque *revererer*, pro *vererer*, ut ſupra Epiſt. XIII. n. 1. ubi dixi. CORTE.

6 *Vitae.*] Morum integritate & perfectione. *Maturitas*, ſi ad aetatem refertur, pro longo vitae ſpatio ſumi debet: ſi ad mores, pro ſanctitate, & perfectione. CATAN. Vide ad Epiſt. IX. n. 5. Modius Novant. Epiſt. LI. hic malebat: *quod non aetatis maturitate, quam vitae merebatur*, ut illud *tam* Graeco more ſubaudiatur, idque ſe ex MSS. habuiſſe teſtatur. Noſtri tamen omnes *tam* retinent.

7 *Non ad pericula, ut prius.*] Sub Nerone, Domitiano: ſub quibus periculoſum erat, virtutibus inclareſcere, & ita ad magiſtratus honoresque aſpirare. Itaque ſecedere, latere, inertia ipſa denique atque ſegnities, ſapientia habebatur. De quo non uno loco Tacitus. Lege Noſtrum Paneg.

ricula, ut prius, verum ad honores virtute perveniunt. In infinitum epiſtolam extendam, ſi gaudio meo indulgeam. [1] Praevertor ad ea, quae me agentem hic nuncius deprehendit. Eram cum proſocero meo, eram 8
cum amita uxoris, eram cum amicis diu deſideratis, circumibam agellos, audiebam multum ruſticarum querelarum: rationes legebam [2] invitus & curſim (aliis enim chartis, aliis ſum literis [3] initiatus) coeperam etiam itineri me praeparare: nam includor anguſtiis [4] com- 9
meatus, eoque ipſo, quod delegatum Cornuto audio officium, mei admoneor. Cupio te quoque ſub idem tempus Campania tua remittat, [5] ne quis, cum in urbem rediero, contubernio noſtro dies pereat. *Vale.*

XVI. C. PLINIUS MARCELLINO SUO S.

E duabus, quas habebat Fundanus filias, minor obierat: puella ſupra aetatem omni virtute praedita. Quare monet amicum Marcellinum, ut, ſi quas ad Fundanum literas conſolatorias ſcribit, potius mitiget eum, quam caſtiget, cum impatienter novum vulnus ferat.

TRiſtiſſimus haec tibi ſcribo, Fundani noſtri [6] filia minore defuncta: qua puella nihil unquam feſtivius, amabilius, nec modo longiore

Paneg. cap. XLIV. XLV. & XC. extremo. BUCHNER.

1 Praevertor *ad ea.*] Voſſ. Oxon. & Ed. Vet. *Praevertam*; Arnz. *Revertam*; Helmſt. a manu ſecunda *Revertor*, quod defendi poterat, quia Latini *Revertor* Compoſitum, pro Simplici haud raro ponunt, ut *Redeo*, pro *Venio* & alia huius generis. Vide ad Criſpi lug. cap. IV. extr. Sed cum in Veterrimo ſit *Praevertor*, hoc deſtituendum non eſt. notat autem *potius me verto.* Sic maior Plinius Lib. XXVIII. cap. VIII. *Nunc praevertemur ad noſtrum orbem*, ut emendavit Gronovius, quem vide. Apuleius Apolog. p. 357. Ed. Colv. *Nunc tempus eſt ad epiſtolas Pudentillae* praeverti.

2 *Invitus & curſim.*] Senſus eſt, coactus tanquam & propere legebam rationes (calculos expenſarum & redituum) rerum ruſticarum: nam cum ſint inepte ſcriptae, & (ut ita dicam) vernaculis literis confectae, eas faſtidiebat Secundus, qui elegantioribus oratorum literis aſſuetus erat. *Nam*, inquit, *inſtitutus ſum floridis ſcriptis, non peſſimis & laniariis*, quibus utuntur calculatores, & qui rationes conficiunt. CATAN.

3 *Initiatus.*] Inſtitutus. Pariter per tranſlationem Fabius dixit, Neque enim ſanctius eſſe ſacris iisdem, quam ſtudiis *initiari.* quod eſt introduci in aliquam rem. proprie tamen de ſacris dicitur. Varro praecipit *initiari* pueros Eduliae & Potulicae & Cubae, Deabus edendi, & potandi, & cubandi. Praeterea legimus in inſula Samothracum certo tempore pueros *initiari.* Quomodo autem quis ſacris initiaretur, Apulejus XI. pluribus perſequitur. IDEM.

4 *Commeatus.*] Veniae. Vide ad Lib. III. Epiſt. IV. n. 2.

5 *Ne* quis, *cum i. u. r.*] Mediceus: *ne* quisquam, *cum in urbem rediero.* Supra Voſſ. *Campania noſtra*, quod Gryphio ſe probavit, qui etiam ex eodem Cod. ſupra margini adſcripſit: *invitus & iratus. malis enim chartis ſum velut litt. initiatus*, ita Voſſ. At Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *invitus & cauſſis malis enim chartis ſum litt. initiatus.* corrupte. adſentitur tamen Oxon. niſi quod is *ex cauſſis.*

6 *Filia minor* eſt *defuncta.*] Voſſ. Helmſt. & Vet. *eſt* omittunt, in hac praeterea comparet *deſundata*, pro *defuncta.* Sed Veterrimus, item

 Arnzen.

2 giore vita, ſed prope immortalitate dignius vidi. Nondum [1] annos
quatuordecim impleverat, & jam illi [2] anilis prudentia, matronalis gra-
3 vitas erat: & tamen ſuavitas puellaris cum virginali verecundia. Ut
illa patris cervicibus inhaerebat! ut nos amicos paternos & amanter &
modeſte complectebatur! ut nutrices & paedagogos, ut praeceptores,
[3] pro ſuo quemque officio, diligebat! quam ſtudioſe, quam intelligen-
ter lectitabat! [4] ut parce cuſtoditeque ludebat! qua illa temperantia,
4 qua patientia, qua etiam conſtantia noviſſimam valetudinem tulit! me-
dicis obſequebatur, ſororem, patrem adhortabatur, ipſamque ſe [5] de-
5 ſtitutam corporis viribus, vigore animi ſuſtinebat: duravit hic illi uſ-
que ad extremum. nec aut ſpatio valetudinis, aut metu mortis infractus
eſt; quo plures gravioresque nobis cauſas relinqueret, & deſiderii &
6 doloris. O triſte plane, acerbumque funus! [6] o morte ipſa mortis
tempus indignius! Jam [7] deſtinata erat egregio juveni, jam electus
7 nuptiarum dies, jam nos [8] vocati. Quod gaudium, quo moerore mu-
tatum eſt? Non poſſum exprimere verbis, quantum animo vulnus ac-
ceperim, cum audivi, Fundanum ipſum (ut multa luctuoſa dolor in-
venit) praecipientem, quod in veſtes, [9] margarita, gemmas fuerat ero-
gaturus,

Arnzen. cum Aldo: *Fundani noſtri filia* minore *defuncta*, quod poſteriores ſine iuſta cauſſa corruperunt. Nos revocavimus.

1 *Annos XIV.* impleverat.] Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *expleverat.* Alterum eſt in optimis membranis & Voſſ. Lib. I. Epiſt. XII. n. 11. Implevit *quidem annum ſeptimum & ſexageſimum.*

2 *Anilis prudentia.*] Qualis ſolet contingere interdum grandaevis matronis. Nam in juvene non dicitur inveniri, cum ſit rerum bonarum, & malarum ſcientia, quarum videtur juniorem aetatem non poſſe temporis anguſtia experientiam & cognitionem habuiſſe. CATAN. Voſſ. *ſenilis prudentia*; Helmſt. Oxon. Arnz. & Ed. Vet. *talis prudentia.* Credo, quia *anilis* alibi raro ad laudem refertur. Optimus tamen ſervat, & vir doctus eadem ratione apud Ovid. Her. Epiſt. XI. vs. 33. *Anilem animum* dictum exiſtimat. In ſenſum vide ſupra ad Epiſt. IX. n. 5. notata.

3 *Pro ſuo officio.*] Ut pertinebat ad officium uniuscujusque: magis enim diligendi ſunt literarum praeceptores, quam cantus & lyrae. CATAN.

4 *Ut parce cuſtoditeque ludebat.*] Deſunt haec ab Mediceo, librarii ſocordia. *Cuſtodite*, eſt reſtrictim, preſſe, & modeſte. Infra Lib. IX. Epiſt. XXVI. n. 12. *An illa* cuſtoditius *preſſiusque?* Contra *incuſtoditi*, hoc eſt liberi & ſoluti apud Tacit. II. Ann. cap. XII. Mox Voſſ. Helmſt. Arnz. Oxon. & Ed. Vet. ignorant *qua patientia*, quae tamen praeſtat Optimus cum Aldo.

5 *Deſtitutam corporis* ſui *viribus.*] In nullo ſcripto, neque in Edd. Vett. Pronomen *ſui* comparet. Itaque delevi.

6 *O morte ipſa.*] In Voſſ. Helmſt. Oxon. Arnz. Edd. Vett. & Aldinis *o* non legitur. Legitur tamen in Mediceo.

7 *Deſtinata.*] i. Deſignata ſponſa, uxor. CATAN. Vide Pricaeum ad iſta Apuleii IV. Metam. pag. 81. *Votisque nuptialibus pacto iugali pridem* deſtinatus. Infra Lib. VI. Epiſt. XXVI. princ. *Gaudeo & gratulor, quod Fuſco Salinatori filiam tuam* deſtinaſti. Minuc. Fel. cap. XXX. *Mox alienas virgines, iam deſponſatas*, iam deſtinatas *& nonnullas de matrimonio mulierculas ſine more rapuit.* Ceterum Optimus cum Ed. Vet. & Aldo: *deſtinata erat*: Reliqui ſcripti Verbum *erat* eiiciunt.

8 *Vocati.*] Invitati ad nuptias. Aliter *advocati*, eodem ſenſu. CATAN. *Vocati* eſt in veterrimo Mediceo. Alterum illud *advocati* ceteri minus apte ſuggerunt, indeque ſibi advocatos nuptiarum, neſcio quos, fingebat Barthius.

9 *Margaritas.*] Uniones. Dicitur *margarita*, *margaritum*, & *margaris* pro majori parte. Invenitur in mari Indico & Rubri littoribus, auctore Curtio.

gaturus, hoc in tus, & [1] unguenta, & odores impenderetur. Eſt qui- 8
dem ille eruditus & ſapiens, ut qui ſe ab ineunte aetate [2] altioribus ſtudiis artibusque dediderit: ſed nunc omnia, quae audiit, ſaepeque [3] dixit, aſpernatur, expulſisque virtutibus aliis, [4] pietatis eſt totus.
Ignoſces, laudabis etiam, ſi cogitaveris quid amiſerit. Amiſit enim fi- 9
liam

Curtio. Culmen omnium rerum pretii *margaritae* tenent Plinio prodente, qui libro nono, cap. XXXV. plura ſuper his ſcripſit. CATAN. Optimus *margarita*, pro *margaritas*. nempe quia & neutro Genere *margaritum* dicitur, ut recte obſervavit Catanaeus. Sic & Solinus cap. LIII. margarita *legunt plurima maximaque*, ut ſcriptum vidimus in pervetuſtis membranis, reperit etiam in ſuis Salmaſius, quem vide Plin. Exercit. pag. 790. ut & Nonium cap. III. n. 138. Sic & iuris noſtri auctores, ut & Hieronymus ad Demetr. de Serv. Virg. p. 64. *Tanti, ut dicitur, vitrum, quanti* margaritum. CORTE.

1 *Unguenta & odores.*] Quibus mortui reſpergebantur. Quem uſum Auſonius indicat:

Sparge mero cineres & odoro perlue nardo
Hoſpes, & adde roſis balſama puniceis.

Ac deinceps. CATAN. In Veterrimo eſt: *hoc in* tus, *& unguenta* cet. quod aeque probum eſt, & mutari non debebat. Lucanus Lib. VIII. vs. 729.

Non pretioſa petit cumulato ture *ſepulchra.*

Lib. IX. vs. 10.

Non illuc auro poſiti, nec ture *ſepulti*
Perveniunt.

Scioli corruperunt, quia cetera Plurium numero efferuntur. Sed ita & Cicero diverſos numeros iungit III. de Offic. cap. XX. *Omnibus vicis* ſtatuae: *ad eas* tus *&* cerei. Plura diximus ad Lucani Lib. VII. vs. 845.

— — *quam* ſol, nimbi*que*, dies*que*
Longior Emathiis reſolutam miſcuit arvis.

ubi duo Codd. *nimbusque*, ut Numerus aequalis procederet. Oxon. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *& in unguenta.* CORTE.

2 *Altioribus ſtudiis* artibusque.] Helmſt. Oxon. & Arnz. *altioribus ſtudiis* altiusque *dediderit*, quod aliis blandiatur. Eodem redit Ed. Vet. *aliusque dederit.* Nobis Vulgata, Mediceo adſtipulante, placet.

3 *Dixit.*] Monuerat obſervanda. Nam quamvis recordetur, conſtantiam in adverſis ſervandam, patientiam retinendam: tamen dolore ſuperatur, & affectui indulget, repulſis aliis virtutibus, & ſola pietate ſervata. CATAN. Suſtuli abſurdum illud, quod Hackiana ex Edd. Catanaei propinabat: *ſed nunc omnia, quae audiit*, quaerit: *ſaepe* quae *dixit, aſpernatur.* Conflatum hoc ex varia ſcriptura, quam deprehendimus in Oxon. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. in quibus pro *quae audiit*, ſcribitur *quaerit:* iſti vero utramque lectionem exhibuerunt. Quam nos dedimus lectionem Mediceus tuetur, niſi quod in eo: *ſaepe* quae *dixit.* Sed is ſaepiſſime pro *que*, exhibet *quae;* quod vitium etiam in antiquiſſimis membranis Maronis, Hieronymi, Nonii aliorumque frequenter offendimus. Dedi ergo cum Aldo, Gryphio, Grutero: *ſaepeque dixit.* CORTE.

4 *Pietatis eſt totus. & talis eſt pietas, cui ignoſcas: laudabis.*] Sic membranae Neuſtetteri, neque nimium abibant Pal. aut Edd. antiquatae. Recentioribus enim tantum erat: *pietatis eſt totus.* Ignoſces, *laudabis &c.* GRUTER. Indicium Modii de membranis Neuſtetteri vide Novantiqu. Lect. Epiſt. LI. earumque manifeſtam Gloſſam Gruterum textui inſerere potuiſſe, miror. Nos eam abire iuſſimus ad auctores ſuos, & manum Plinii, ut eam ſancte ſervavit Mediceus, Aldus aliique propagarunt, reſtituimus. Nec id verum eſt, non nimium abire Edd. Vett. & Palat. ab iſta interpolata lectione. Nam in Oxon. Helmſt. Arnz. (qui fere ſemper cum Palatino faciunt) & Ed. Vet. legimus: *expulſisque virtutibus & talis pietas eſt cui ignoſces.* Ex quo patet ſcripſiſſe hos: *& talis pietas eſt cui*, pro vera lectione: *aliis, pietatis eſt totus*, Neuſtetteri autem membranae utrumque temere receperunt. Gryphius, neſcio qua auctoritate, edidit: *expulſisque virtutibus totum ſe permiſit dolori. Et talis eſt pietas, cui ignoſcas.* Dictionem *pietatis eſt totus*, quae fortaſſe correctoribus fraudi fuit, optime illuſtravit Gronovius Lib. I. Obſerv. cap. XXIV. extr. ubi Livium confert, qui Lib. III. Hominum, *non* cauſſarum, toti erunt, *apud quos gratia vim aequi aequara*. item Senec. Lib. VII. de Benef. cap. XXVI. *Alius abdomini ſervit, alius* lucri totus eſt. Neſcio, an adiiciam Auſon. Sept. Sap. in Biante: *Nam populus iſte, quo theatrum cingitur*, totus bonorum *eſt.* CORTE.

liam, quae non minus mores ejus, quam os vultumque [1] referebat;
10 totumque patrem mira ſimilitudine [2] exſcripſerat. Proinde ſi quas ad eundem de dolore tam juſto literas mittes, memento adhibere ſolatium, non quaſi [3] caſtigatorium & nimis forte, ſed molle & humanum. Quod
11 ut facilius admittat, multum faciet [4] medii temporis ſpatium. Ut enim [5] crudum adhuc vulnus, medentium manus reformidat, deinde patitur, atque ultro requirit: ſic recens animi dolor conſolationes rejicit ac refugit, mox deſiderat, [6] & clementer admotis acquieſcit. *Vale.*

XVII. C. Plinius Spurinnae Suo S.

Calpurnii Piſonis opus de amoribus in auditorio frequenti recitatum, non vulgari laude commendat apud Spurinnam, utraque lingua eruditum; deinde fratris Calpurnii pietatem probat, optatque tempora ſua illuſtrari ingeniorum claritudine.

SCio [7] quanto opere bonis artibus faveas, [8] quantum gaudium capias, ſi nobiles juvenes dignum aliquid majoribus ſuis faciant: quo [1] feſti-

1 *Referebat.*] Lib. IV. Epiſt. II. n. 1. *Si patrem non* referret. Vide ad Lucan. Lib. I. vs. 358. Seneca Troaſin vs. 647.

— — *vivat, ut poſſit tuos*
Referre vultus.

Unde Plinius infra Lib. VII. Epiſt. XIX. n. 9. *Quod matrem eius, illam tantae feminae matrem, quam haec, ut* reddit *ac* refert *nobis, ſic auferet ſecum.* Turpiter Voſſ. Helmſt. Oxon. Arnz. & Ed. Vet. *non minus* formam oris *eius, quam os vultumque referebat.*

2 *Exſcripſerat.*] Proprie Lib. IV. Epiſt. XXVIII. n. 1. *Ut imagines* exſcribendas *pingendasque delegem.* Imitatur Sidonius Lib. VII. Epiſt. XIII. *Quid plura? totum te nobis ille iam* reddidit: *totam tuam temperantiam, religionem, libertatem... iucunda* ſimilitudine exſcripſit.

3 *Caſtigatorium.*] Non quod ſit ejus generis, ut qui caſtiget, & reprehendat tanquam nimium dolori indulgentem, ſed quod demulceat & leniat. Si legatur *caſtigatorum* ad idem tendit. Catan. *Caſtigatorum* Aldus habet, At Voſſ. Helmſt. Arnz. Ed. Vet. & Gryphius *caſtigaturum*; Optimus tamen *caſtigatorium.* Oxon. *caſtigatum*, & ſupra: *memento* habere *ſolatium.*

4 *Medii temporis ſpatium.*] Longum intervallum a morte filiae. Nullus enim dolor ſecundum Sulpitium eſt, qui longitudine temporis non minuatur & molliatur. Catan. Lege Statium V. Silv. I. Barth. De medicina temporis probe Cicero V. Fam. Epiſt. XVI. n. 9. & Lib. VII. Epiſt. XXVIII. n. 6. Perperam Helmſt. Oxon. Arnz. & Ed. Vet. *multum* favet *medii temporis ſpatium.*

5 *Crudum.*] Recens vulnus: tranſlative refertur ad dolorem, ut apud Papinium in Silvis:

—— *Abruptis etiam nunc flebile venis*
Vulnus hiat, magnaeque patet via lubrica plagae.

Catan. *Ut enim crudum adhuc vulnus.*] Infra Epiſt. V. Lib. VIII. *Ero ſuſpenſus pro homine amiciſſimo, dum admittere avocamenta, & cicatricem pati poſſit; quam nihil aeque ac neceſſitas ipſa, & dies longa & ſatietas doloris inducit.* Buchner. Ovidius III. Triſt. Eleg. XI. vs. 19.

Et tamen eſt aliquis, qui vulnera cruda *retractet.*

Lib. I. ex Ponto Epiſt. III. vs. 15.

Tempore ducetur longo fortaſſe cicatrix:
Horrent admotas vulnera cruda *manus.*

quem locum Secundus reſpexiſſe poteſt.

6 *Et* clementer *admotis.*] Voſſ. Helmſt. Arnz. Oxon. & Ed. Vet. *&* vehementer *admotis.* Aliter viſum primariis membranis.

7 *Quantopere.*] Rectius Mediceus, Riccard. in Indice, item Aldus & Catanaeus *quanto opere.* Ita enim ſolet Plinius & alii, ut oſtendimus ad Lib. I. Epiſt. VII. n. 3.

8 *Quantum* gaudium.] Ita veterrimus liber, Oxon.

[1] feſtinantius nuncio tibi, fuiſſe me hodie in [2] auditorio Calpurnii Piſonis. Recitabat [3] ἐρωτοπαίγνιον, eruditam ſane luculentamque materiam. 2
[4] ſcripta elegis erat fluentibus, & teneris, & [5] enodibus, [6] ſublimibus etiam, ut popoſcit locus. [7] Apte enim & varie nunc attollebatur, nunc reſidebat: excelſa depreſſis, exilia plenis, ſeveris jucunda mutabat: omnia ingenio pari. Commendabat haec voce ſuaviſſima, 3
[8] vocem verecundia, [9] multum ſanguinis, multum ſolicitudinis in ore, magna

Oxon. & Aldus aliique. Voſſ. Helmſt. Ed. Vet. Gryphius, Sichardus: *quantum gaudii.*

1 *Feſtinantius.*] Cupide, & per id miſſo tabellario propere: neque dilata re in craſtinum. CATAN.

2 *Auditorio Calpurnii Piſonis.*] In eo loco, quo auditores convenerant, ut audirent Calpurnium Piſonem. IDEM.

3 Ἐρωτοπαίγνιον.] Ad haec legitur, περὶ νόμων, id eſt de legibus, quod facit cum Ariſtotele, qui refert ποιημάτων νόμον inter genera poeticae, ac cum Julio Polluce, ubi de poematibus libro tertio mentionem facit, νόμον & προνόμια inter poemata recenſens. & Tranquillus ſcribit Neronem non deſtitiſſe cantare etiam concuſſo motu terrae theatro, quam inchoatum abſolveret nomum. νόμον Suid. melodiae modum citharoedicum interpretatur complexum harmoniam ordinatam & rhythmum definitum. & Terpandrum νόμους inveniſſe Plutarchus in libro muſicae refert. ubi etiam plura leges [περὶ νόμων.] Legitur etiam appoſite, ἐρωτοπαίγνιον, opus ſcilicet de ludo amoris. ἔρως enim *amor*, & παίγνιον *ludus*: an potius amoris feſtum? Nam ἡ παιγνία Suida interprete *feſtum* ſignificat: & Aratum ſcripſiſſe τὰ παίγνια retulit. Idem Athenaeus tradit eadem Mnaſeam compoſuiſſe, apud quem Nymphodorus Lesbiam Salpen fuiſſe dicit, quae παίγνια monumentis mandavit, ſed Alcimus teſtatur Botryn cognomento Salpen inventricem τῶν παιγνίων. Idem Athenaeus Gnoſippum παίγνια γράφειν memorat. Auſonius prodidit Laelium antiquiſſimum poetam conſcripſiſſe *erotopaegnia.* IDEM. *Recitabat* ἐρωτοπαίγνιον, &c.] Pal. *Recitabat tacta pigmon*, Vett. Edd. *tacte pigmon*, ex quo natum Aldi κατασεριςμῶν. GRUTER. Ἐρωτοπαίγνιον.] Ludicrum de amore poema, vel joculare de rebus amatoriis poema ſeu carmen. Catan. vertit: *Opus de ludo amoris.* Lectio autem margini adſcripta manifeſte eſt mendoſa: & mutato accentu ſcribendum eſſet κατασεριςμῶν, ſi ullum habere locum poſſet. STEPH. Voſſ. Helmſt. *tacte pigmon*; Arnz. *tacte pignion*; Oxon. *tacte pingi non*, ut adeo vulgata lectio prorſus auctoritate veterum librorum deſtituatur. Mediceus enim cum Aldo κατασεριςμῶν.

4 *Scripta elegis.*] Conſtabat verſu elego, qui paulatim a rebus lugubribus tranſit ad amores. CATAN. Mediceus: *ſcripta leges erant*; Arnz. *ſcripta legis erat*; Oxon. & Helmſt. *ſcripte legis*; Ed. Vet. & Aldus: *ſcriptae legis erat.*

5 *Enodibus.*] Mollibus, dulcibus. *nodoſa* enim ſunt aſpera, *enodia* vero lenia & levigata. CATAN.

6 *Sublimibus etiam* verbis.] In nullo ſcripto, neque in Ed. Vet. aut Aldinis ultimum vocabulum reperitur: quare expunxi. Veterrimus etiam, & Oxon, cum Aldo, *ut popoſcit locus*, non *poſcit*, quod deterioribus placuit. Voſſ. *ſublimibus etiam loco ut res popoſcit. Loco* eſt etiam in Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. Praeterea Gryphius vulgavit *popoſcerat.*

7 Alte *enim & varie.*] Stulta lectio, quae tamen in vulgatis omnibus dominatur. Scripſi ego: Apte *enim & varie*, quod dederat Aldus, & confirmant membranae primariae. Lib. I. Epiſt. XVI. n. 2. *Adſunt* aptae *crebraeque ſententiae.* Apuleius Apolog. pag. 305. *Cur quaeque membra nobis divina providentia fabricata ſint*, aptiſſime *docuit.* Ita *apte fingere*, *apte diſponere* apud Livium Lib. VIII. cap. VI. & Lib. XXIII. cap. I. Ovidius IX. Metam. vs. 610.

Non adiit apte, *non legit idonea, credo,*
Tempora.

Cicero III. de Orat. cap. X. *Ut ad id, quodcumque agetur*, apte *congruenterque dicamus.* quem ſecutus Fabius *apte dicere* aliquoties inculcat, cuius etiam Lib. IX. Inſt. Or. cap. IV. eſt *apte cadens oratio.* Oxon. *attollebantur nunc reſidebant.* CORTE.

8 *Vocem verecundia.*] Sc. commendabat. Legitur & *Voce verecunda.* CATAN. In Voſſ. Helmſt. Arnz. Oxon. & Ed. Vet. eſt *voce verecunda.* Melius Veterrimus cum Aldo: *vocem verecundia.* Vide ad Lib. I. Epiſt. XIV. n. 8.

9 *Multum ſanguinis, multum ſolicitudinis in ore.*] Quam paulo ante *verecundiam* dixerat, hic ex ſigno oſtendit. Ex multo ſanguine oris rubor eſt, rubor autem pudoris ac verecundiae index.

magna ornamenta recitantis. Etenim neſcio, quo pacto magis in ſtu-
4 diis homines [1] timor, quam fiducia decet. Ne plura: (quanquam
libet plura, quo ſunt pulchriora de juvene, [2] rariora de nobili) recita-
tione finita, multum ac diu exoſculatus adoleſcentem, qui eſt acerri-
mus ſtimulus monendi, laudibus incitavi, *pergeret, qua coepiſſet, lu-
menque quod ſibi* [3] *majores ſui praetuliſſent*, [4] *poſteris ipſe praeferret.*
5 Gratulatus ſum optimae matri, gratulatus & fratri, qui ex auditorio
illo non minorem pietatis gloriam, quam [5] ille alter eloquentiae tu-
lit. [6] tam notabiliter pro fratre recitante primum metus ejus, mox
6 gaudium eminuit. Dii faciant, ut talia tibi ſaepius nunciem. Faveo
enim ſeculo, [7] ne ſit ſterile & effoetum: mireque cupio, ne nobi-
biles noſtri nihil in domibus ſuis pulchrum, niſi imagines habeant,
quae nunc mihi hos adoleſcentes tacite laudare, adhortari, & quod
amborum gloriae ſatis magnum eſt, [8] agnoſcere videntur. *Vale.*

XVIII.

index. Qui & *verecundus color* Horatio dictus in illo:

Fugit juventus & verecundus *color.*

Noſter ſupra Lib. I. Epiſt. XIV. *Eſt illi facies liberalis, multo ſanguine, multo rubore ſuffuſa. Verecundiam oris* Suetonius in Domitiano dixit. Buchner.

1 *Timor.*] Ut timeant, ne ſua ſcripta improbentur, tanquam non ſatis abſoluta. Catan.

2 *Rariora de nobili.*] Raro ſimilia noſtris temporibus contingunt nobilibus, qui ſe pro majore parte voluptatibus dedunt. An honeſtius eſt ſcripta Piſonis extollere, quam noſtra? Legitur etiam in quibusdam exemplaribus pro, *rariora de nobis, denique*, ut cum ſequentibus ſic conjungatur, *denique recitatione finita*, quae quidem lectio clarior eſt. Idem. Helmſt. *pulchriora de vi veneratione de nobili*; Arnz. *pulchriora de veneratione de nob.* Oxon. *pulchriora de vivendi ratione finita*, & Ed. Ver. *pulchriora de vi recitatione finita*, ceteris omiſſis. Voſſ. *gratiora de nobili.* Editam firmat Mediceus.

3 *Majores ſui praetuliſſent.*] Fuit Calpurnia domus virorum geſtis mirum in modum celebris. Nam *C. Piſo* Calpurnio genere ortus, ac multas inſignesque familia paterna nobilitate complexus, claro apud vulgum rumore erat, per virtutem, aut ſpecies virtutis ſimiles: namque facundiam tuendis civibus exercebat. Haec Tacitus Lib. XV. Fuit & *Calpurnius Piſo* victis in Sicilia fugitivis praeclarus, ut ſuper Calpurniae domus ſplendore omittamus *Livium*, *Plutarchum* ac alios. Catan.

4 *Poſteris ipſis praeferret.*] Scribe, *ipſe.* Casaub. *Poſteris praeferret.*] In aliis: *poſteris* ipſis *praeferret.* Rectum puto: *poſteris ipſe praeferret.* Nam ita omnia membra orationis ſibi invicem reſpondent. Quin & Caſaubonus ipſe ita reſcribendum putabat. Buchner. Non diutius dubitandum, quin Plinius ſcripſerit: *poſteris* ipſe *praeferret.* Adſerit enim hoc integerrimus Mediceus. Ceteri ex noſtro numero omnes cum Edd. Vett. & Aldo: *poſteris praeferret.* Veram lectionem iam Gryphius recepit. Barthius, quia in vulgatis repererat *poſteris ipſis*, coniiciebat; *poſteris* ipſe ſuis *praeferret.*

5 *Ille alter.*] *Calpurnius Piſo.* Vulgaris locutio *ille alter*, qua Secundus alibi eſt uſus, *illam alteram* dicens, quod expoſtulat ſtilus epiſtolaris. Catan. Vide ad Lib. IV. Epiſt. IX. n. 19. Oxon. Helmſtad. Arnz. Ed. Vet. & Gryphius: *eloquentiae retulit.* Diſſentit Veterrimus.

6 *Tam notabiliter.*] Sic omnes ſcripti, Edd. Vett. & pleraeque aliae. Aldus in utraque: *iam nobiliter.* vitioſe. Lib. I. Epiſt. V. n. 13. *Expalluit* notabiliter, *quamvis palleat ſemper.*

7 *Ne ſit ſterile* & effoetum.] Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *ne ſit ſterile effectum*, frequenti errore, quod vidimus ad Salluſt. Cat. cap. LIII. n. 5. & ad Lucan. Lib. IV. vs. 593 Oxon. *ne ſit ſterile, effoetum.* Infra Mediceus: *tacitos laudare*, vitio librariis aeque familiari, de quo ad Lib. II. Epiſt. XIII. n. 11. & alibi.

8 Agnoſcere *videntur.*] Veros ſuos nepotes. Catan. Illuſtravimus ad Lucani Lib. IV. vs. 255.

Tu Caeſar, quamvis ſpoliatus milite multo,
Agnoſcis ſuperos.

Per-

XVIII. C. Plinius [1] Macro Suo S.

Macro congratulatur, quod in ſeceſſu Tarentino multis fruatur commoditatibus, ſe vero in Tuſcis ſcribit vel venari, vel ſtudere.

Bene eſt mihi, quia tibi bene eſt. Habes uxorem tecum, habes filium. Frueris mari, fontibus, [2] viridibus, agro, villa amoeniſſima. neque enim dubito eſſe amoeniſſimam, in qua ſe compoſuerat homo [3] felicior ante, quam feliciſſimus fieret. Ego in Tuſcis &
venor & ſtudeo: quae interdum alternis, interdum [4] ſimul facio: nec 2
tamen adhuc poſſum pronunciare, utrum ſit difficilius, capere aliquid, an ſcribere. *Vale.*

XIX. C. Plinius Paulino Suo S.

Petit, ut Paulinus villam ſuam commodet liberto Zoſimo, donec curatus ſit a tuſſi, quam recitando contraxerat, & inde ſanguinem evomuerat.

Video, quam molliter tuos habeas, quo ſimplicius tibi con-
fitebor, qua indulgentia meos tractem. Eſt mihi ſemper in 2
animo & Homericum illud, [5] *πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦεν*, & hoc noſtrum, *pa-*

Perperam itaque Helmſt. & Ed. Vet. *id cognoſcere videntur*, quod verbum etiam Oxon. ſine Provocabulo propinat.

1 *MACRO.*] In uno vetuſtiſſimo exemplari non *Macro*, ſed *Spurinnae* fuit epiſtola ſcripta, ut cum uxore ſua Coccia & filio Coccio. Catan. Scilicet Veterrimus Mediceus *Spurinnae Suo* inſcribit; At Riccard. in Indice *Calpurnio Macro*; Oxon. *Marco Suo.*

2 *Viridibus.*] Alii *ruribus*, *vitibus* alii, alii *amnibus*, forte *fontibus viridibus*, melius. Boxhorn. Voſſ. *amnibus*; Oxon. *ruribus*; Helmſt. a manu ſecunda *avibus*; Arnz. & Ed. Vet. *viribus*, ſed Optimus cum Aldo *viridibus*, de quibus vide ſupra Epiſt. VI. n. 17. & 38. Illa: *neque enim dubito eſſe amoeniſſimam*, in Mediceo deſunt.

3 *Felicior.*] Nerva, quem cum Orphitus & Rufus ad imperium vocari dicerent, eos Domitianus paratarum contra ſe inſidiarum inſimulans, in inſulam deportavit, Nervam quoque Tarentum ſecedere juſſit, ubi tanquam vitam tranſacturus otium ſuum diſpoſuerat, quanquam Apollonius ei praedixiſſet omnino imperaturum. Comparativum hic majus ſignificatum habet ſuperlativo. Vult enim oſtendere vitam Nervae privati fuiſſe beatiorem, quam poſtquam princeps eſt creatus. Catan. De Sulla tamen melius intelligas.

4 *Simul.*] Eodem tempore ad Tacitum ſcripſit ſe cepiſſe tres apros, & inter venandum plura ſcripſiſſe. Catan. Perperam omnes Vulgatae: *& interdum ſimul.* Copulam induxi, auctoritate Medicei, a quo non abhorrent ceteri MSS. & Ed. Vet. in quibus: *quae interdum ſimul*, omiſſis duabus vocibus: *interdum alternis.*

5 Ἑκυρὸς δὲ &c.] *Socer autem pater, quam mitis erat.* ſumptum ex ultimo Iliad. ubi Helena conqueritur, Priami filios ſibi aliquando infenſos extitiſſe: ſocerum vero Priamum ſemper ſe mitem praeſtitiſſe memorat. magis tamen placet, ut legas: *πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦεν*, *pater autem ut mitis erat*, ſumptum ex II. Odyſſeae ut repetitum libro quinto. Catan. Πατὴρ δ' ὡς ἤπιος, &c.] *Ut pater erat mitis*, vel: *Mitis erat, ut pater.* Hemiſtichium iſtud in aliquot Homeri locis exſtat:

[1] *pater familiae.* Quod ſi eſſem natura aſperior & durior, frangeret
me tamen infirmitas liberti mei [2] Zoſimi : cui tanto major humanitas
3 exhibenda eſt, [3] quanto nunc illa magis eget. Homo probus, [4] offi-
cioſus, literatus, & ars quidem ejus, & quaſi [5] inſcriptio, comoedus,
[6] in qua plurimum facit. Nam pronunciat acriter, ſapienter, apte,
[1] decen-

exſtat: ſed invenitur in quodam exemplari ἐκυρὸς δὲ πατὴρ ὡς ἤπιος ἦεν, quae ſunt ex Il. ω. ſed legitur ibi αἰεὶ non ἦεν. STEPHAN. Noſtri omnes: πατὴρ δ᾽ ὡς ἤπιος ἦεν.

1 *Paterfamilias.*] Deſumtum ex Comico quodam. BARTH. MSS. Mediceus, Voſſ. Leid. Helmſt. & Ed. Vet. *Pater familiae*, quod repoſui. Seneca Epiſt. XLVII. *Ne illud quidem videtis, quam omnem invidiam maiores noſtri dominis, omnem contumeliam ſervis detraxerint? Dominum* patrem familiae *appellaverunt, ſervos (quod etiam in mimis adhuc durat) familiares.* Ubi Lipſium vide. adde Cuiac. Lib. X. Obſerv. cap. XVI. Noſter Lib. IX. Epiſt. XV. n. 3. *& patrem* familiae *hactenus ago.*

2 *Zoſimi.*] Erat hic recitator bonus & literatus, cithara callens, & domino ſuo multa praeſtans officia. Ejus memoria adhuc Comi extat in templo divi Andreae tribus verbis notata: ZOSIMUS CONJUGI INCOMPARABILI. Pariter Veronae legimus, *Zoſimum Viriatium* extantem in curru triumphali *Zoſimum Alexandrinum* & philoſophum, & alium *Gazaeum* ſive *Aſcalonitam* declamatorem recitat Suidas. Ad *Zoſimum* primatem ſcripſit in epiſtolis Aeneas Rhetor. CATAN.

3 *Quanto illa magis eget, eſt homo probus.*] In ſecunda lectione fuit, *quanto nunc major venit debilitas, jam angitur homo probus.* Fuit tertia ſcriptura, non abſurda, *quanto nunc utilior* (humanitas) *aegrotanti.* CATAN. *Quanto nunc &c.*] Palat. *quanto utilior humanitas jam agi ſe: & homo &c.* Mediolanenſis editio: *quanto nunc utilior humanitas aegrotanti:* Nulla melior eſt vulgata. GRUTER. Recte adprobat vulgatam Gruterus, quae totidem verbis in Veterrimo legitur. Expreſſit eamdem Aldus, niſi quod particulam *nunc* neglexerit. Ceteri omnes corrupti ſunt. Voſſ. *cui tanto utilior humanitas aegroto e. e.* Helmſt. *cui tanto maior humanitas magis eget & homo.* Oxon. & Arnz. *quanto nunc utilior humanitas iam agi ſe. Et homo.* Ed. Vet. conſpirat cum Mediolanenſi. Porro aliud ſimul vitium emendavimus. Vulgo enim dabant: Eſt *homo probus.* Sed cum ceteri MSS. omnes *Et*, pro *Eſt*, praeferunt, Aldus autem neutrum agnoſcat, uti nec Mediceus, induxi verbum Subſtantivum. Saepius ita Secundus Noſter & Hiſtorici, Oratores etiam ſic exordiri ſolere, obſervavit Manutius ad Cic. Lib. I. in Verr. cap. XXVI. Vide & Salluſt. Cat. cap. XLV. n. 2. cap. LIX. n. 6. & ſupra Lib. II. Epiſt. III. n. 1.

4 *Officioſus.*] Qui ſe immiſcet officiis juvandi gratia: & non *officioſus*, id eſt quietus & domi reſidens. Interdum pro eo quod nocet intelligimus *officioſum* ab officiendo. Mart.

Omnes proſequeris Praetorum Cotta libellos:
Accipis & ceras, officioſus *homo es.*

CATAN.

5 *Inſcriptio.*] Nam venales ſervi ſcriptis monſtrabantur, in qua praeſtarent arte. IDEM. *Inſcriptio.*] Titulus: cuiuſmodi in mercibus & aliis rebus, quarum notitia ex inſcriptione capienda ſit, fieri amat. BUCHNER. Adi Iac. Dur. Caſellium Lib. I. Variar. cap. X.

6 *In qua multum facit.*] Id eſt, multum poteſt: plurimum valet. Vide Gloſſas. BUCHNER. Mallem ego *in quo*, quia illud *qua* durius nonnihil ad longe praecedens vocabulum *ars* referri videtur. SCHEFFER. Fallitur vir doctiſſimus, & Pronomina illa etiam ad remotiora vocabula referri, monſtrabit nota noſtra ad Lucan. Lib. I. vs. 176.

— *hinc* leges, *& plebisſcita* coactae.

Quod ſane durius eſt, quam illud Plinii. Ita & Florus Lib. III. cap. VI. n. 3. *Ac primum duce Iſidoro contento proximo* mari, *Cretam inter atque Cyrenas, & Achaiam, ſinumque Maleum,* quod *a ſpolis aureum ipſi vocavere, latrocinabantur.* Cicero Lib. V. Fam. Epiſt. XXI. n. 14. culpa *& peccatum*, qua *ſemper caruiſti.* ubi alia notavimus, ut & ad Lib. XVI. Epiſt. V. n. 1. Inſpice praeterea dicta ad Lucani Lib. V. vs. 157. & 288. Poterat etiam, non invita Latinitate, ex *comoedus* intelligi *comoedia*, ut ex *coniuratione*, *coniurati*, ex *lectis*, *ille* quem legeris infra Lib. VII. Epiſt. IX. n. 3. ubi lapſum ſimilem Schefferi videbimus; ſed ſic ſenſus corrumperetur. Quare omnino ad artem hoc *qua* pertinet. CORTE.

1 *Decen-*

‘ decenter etiam: utitur & [1] cithara perite, ultra, [3] quam comoedo
neceſſe eſt. Idem tam commode orationes, & hiſtorias, & carmina
legit, ut hoc ſolum didiciſſe videatur. Haec tibi ſedulo expoſui, 4
quo magis ſcires, quam multa unus mihi, & quam jucunda miniſteria
praeſtaret. [4] Accedit longa jam caritas hominis, quam ipſa pericula
auxerunt. [5] Eſt enim ita natura comparatum, ut nihil aeque amorem 5
incitet & accendat, quam carendi metus, quem ego pro hoc [6] non
ſemel patior. Nam ante aliquot annos, dum intente inſtanterque pro- 6
nunciat, ſanguinem rejecit, atque ob hoc [7] in Aegyptum miſſus a me,
poſt longam peregrinationem confirmatus rediit nuper. Deinde dum
per

1 *Decenter etiam: utitur & cithara.*] Sic diſtinguendum. Aldus & Gryphius poſt *decenter* interpungunt, leguntque: Etiam *utitur* & *cithara*, ubi *etiam &* defendi quidem poterat iis, quae ſupra de *& etiam*, *& quoque* coniunctis adnotavimus; ſed iſtud ab hoc loco alienum eſt. Voſſian. Oxon. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *Etiam utitur cithara*, nihil melius.

2 *Cithara.*] Dicta παρὰ τὸ κινεῖσθαι quod facile moveatur, aut, quod auditores in amorem moveat. Servius teſtudinem dictam credit. Eſt autem vocabulum Graecum, & pro lyra a Suida interpretatur. Vid. & Apulejus in ſecundo Floridorum. CATAN.

3 *Quam comoedo neceſſe eſt.*] Nam inter actus comoediarum concinebatur, quod Horatius in arte praecipit, ut opportune fiat:

Tibia non ut nunc oricalcho juncta, tubaeque
Aemula, ſed tenuis ſimplexque foramine pauco
Aſpirare, & adeſſe choris erat utilis. —

Diomedes, Pantomimi & Choraules, in comoedia canebant inter actores comoediarum pro facultate: & arte potiores principatum ſibi artificii vendicabant. Inſuper legimus Flaccum modulaſſe tibiis Terentianas comoedias. IDEM. Formulam illuſtravimus ad ea Criſpi Cat. cap. XXV. n. 2. *ſaltare elegantius, quam neceſſe eſt probae.* Habes eamdem iterum Lib. VII. Epiſt. XXIV. n. 4. *effuſius*, quam *principi feminae convenit.* Mox Helmſt. & Voſſ. *commode & orationes*, quomodo Gryphius. Diſſentit Mediceus & Ed. Vet.

4 *Accedit* huc *longa iam c. h.*] Mediceus, Oxon. Voſſ. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. ignorant illud *huc*, nec deſiderabat hanc interpolantium libertatem Secundus. Infra Lib. VIII. Epiſt. ult. n. 8. Accedit, *quod tibi certamen eſt tecum.* & aliis locis quam plurimis.

5 *Eſt enim* a *natura comparatum.*] Sic vulgatae, contra ſcriptorum voluntatem. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *Eſt enim* natura *comparatum*; Optimus cum Voſſiano: *Eſt enim* ita *natura comparatum*, quod revocavi. Formula iſta ſemper fere τὸ *ita* adiunctum habet apud Noſtrum & alios, quod oſtendit nota ad Lib. III. Epiſt. IV. n. 6. *Eſt enim* ita *comparatum*, *ut* cet. ibi vide. Terentius Heaut. Act. III. Sc. I. vs. 97.

Ita comparatum *eſſe* natura *omnium.*

ubi vide Faernum. Quinctilian. Declam. XV. princ. *Etſi*, *iudices*, ita *a natura comparatum eſt*, *ne ſit* cet. ubi ſimiliter unus Cod. *ita* neglexit. CORTE.

6 *Non ſemel* patior.] Voſſ. & Helmſtad. inepte: *non ſemel facio.* Lib. II. Epiſt. IX. n. 1. ſollicitudinem *quaſi pro me altero* patior.

7 *In Aegyptum.*] Ubi Zoſimus natus erat: ideo remittebatur in patriam, & ad ſuos, cum valetudinarii curentur mutatione aeris, praeſertim ſi transferantur in conſuetudinem prioris victus, & coeli. Sic enim reſtituuntur veluti nutrici ac parenti. Alioquin Aegyptius aer purior & minus peſtilens: inde multitudine hominum fere ceteras orbis partes ſuperavit. auctores ſunt Diodorus & Joſephus. CATAN. *In Aegyptum miſſus a me.*] Nam inter curationes phthiſeos & navigatio ponebatur: probabaturque maxime, quae in Aegyptum inſtitueretur. Corn. Celſus Lib. III. cap. XXII. quo de tabe praecipit: *Si mali*, inquit, *plus eſt*, *& vera φθίσις eſt*, *inter initia protinus occurrere neceſſarium eſt*, *neque enim facile is morbus cum inveteraverit*, *evincitur. Opus eſt*, *ſi vires patiuntur*, *longa navigatione*, *coeli mutatione ſic*, *ut denſius*, *quam id eſt*, *ex quo diſcedit aeger*, *petatur. ideoque aptiſſime Alexandream ex Italia itur. Si id imbecillitas non ſinit*, *nave tamen non longe geſtari commodiſſimum eſt. Si navigationem aliqua res prohibet*,

per continuos dies [1] nimis imperat voci, veteris infirmitatis tuſſicula
7 admonitus, rurſus ſanguinem reddidit. Qua ex cauſa deſtinavi eum
mittere in praedia tua, quae [2] Forojulii poſſides. audivi enim te ſaepe
referentem, [3] eſſe ibi & aera ſalubrem, & [4] lac ejusmodi curationibus
8 accommodatiſſimum. Rogo ergo ſcribas tuis, ut illi villa, ut domus
pateat: offerant etiam ſumptibus ejus, ſi quid opus erit: erit autem
9 opus medico. eſt enim tam parcus & continens, ut non ſolum delicias,
verum etiam neceſſitates valetudinis frugalitate reſtringat; [5] ego proficiſcenti tantum viatici dabo, quantum ſufficiat eunti in tua. *Vale.*

XX.

ectica vel alio modo corpus dimovendum eſt. Buchner.

1 *Nimis imperat voci.*] Ultra modum exercet; plus ab ea exigit (hoc enim *nimis imperare* eſt) quam ferre per valetudinem queat. Columella Lib. III. cap. III. *Fructum vero plerique quam uberrimum praeſentem conſectantur, nec provident futuro tempori, ſed quaſi plane in diem vivant, ſic* imperant *vitibus, & eas multis palmitibus onerant, ut poſteritati non conſulant.* Fundus hujus elegantiae Virgilius, cujus illud Georgicorum I. eſt:

Exercetque frequens tellurem ac imperat *arvis.*

Idem. Aeque eleganter de Icaro L. Seneca Oedip. vs. 895.

Alta dum demens petit
— ac falſis nimis
Imperat pennis *puer*,
Abſtulit nomen freto.

M. Seneca Lib. I. Controverſ. Praef. pag. 69. *Nemo plus* ingenio *ſuo* imperavit, *nemo plus indulſit.* Et pag. 70. *Neſciebat vires ſuas diſpenſare, ſed immoderati* adverſum ſe imperii *fuit.* adde Graevium ad Cic. de Senect. cap. XV. Perperam itaque Helmſt. & Ed. Vet. *imperatus voci*; Voſſian. *reparatur voci.* Supra Mediceus: *dum per* cotidianos *dies nimis imperat voci. Quotidiani dies* ita fere dicuntur, ut apud Lucanum Lib. VII. vs. 257. Haec dies *eſt*, *quae* hodie *reddet.* Puto tamen *cotidianos* ex Gloſſa irrepſiſſe. Oxon. *tuſſicula admonetur auſus ſ. reddit.*

2 *Forojulii.*] *Forojulienſes* cognomine Concubienſes locat Plinius in ſexta Italiae regione, quae Umbriam, & agrum Gallicum circa Ariminum complectitur: de quibus nunc loquitur Secundus. Scio tamen Strabonem navale Caeſaris Auguſti, quod *Forumjulii* vocant, poſuiſſe inter Olbiam & Antipolim, ut diſtet a Maſſilia ſtad. ſex millibus, & Ptolemaeum *Forumjulii* in Hiſtria. Sed diverſa oppida eodem nomine appellata, quis neſcit? nam & Plin. *Forumjulii* in Hiſpania refert. Catan.

3 *Eſſe ibi & aerem ſalubrem, & lac.*] Optimus cum Helmſtad. & Ed. Vet. *aera*, pro *aerem*, & hanc terminationem non ſolis poetis placuiſſe, adparet ex Cic. Lib. I. de Nat. D. cap. X. *Poſt Anaximenes* aera *deum ſtatuit.* Itaque recepi.

4 *Lac.*] *Lacte* tuſſi per hiemem locis maritimis, per aeſtatem locis mediterraneis opus eſt. Tuſſientem minime oportet lectione uti vehementi: utilis in omni tuſſi peregrinatio eſt, cibus ut *lac* in allio coctum; magis terreri poteſt aliquis cum ſanguinem exſpuit, ſed id modo minus, modo plus periculi habet. Catan. Perperam Aldus vocabulum *lac* omiſit, & pro eo habet: *& in huiusmodi curationibus.* Deinde *eiusmodi* ſcripſimus iuſſu Medicei, Arnz. Helmſt. & Ed. Vet. pro vulgato *huiusmodi.* Librarii errore in Optimo eſt *accomoditatiſſimum* Oxon. *ut illi villa*, illi *domus pateat.*

5 *Ego.*] Senſus eſt, dabo ei tantum nummorum, quantum opus erit in via: nam domi tuae nihil opus erit, ergo nihil ulterius addam. Catan. *Ego proficiſcenti tantum viatici dabo, &c.*] Sic Palat. ſic Edd. Vett. neque abit Aldina, quam quod abjecerit ſyllabam, &, recentiores alia adhuc admiſcuerunt; nimirum *quantum ſufficit, & moderato & eunti in tua.* Gruter. Scilicet etiam Helmſt. Oxon. Arnz. & Ed. Vet. *quantum ſufficit* & *eunti in tua.* Sed valeat auctoritas Optimi, in quo: *quantum* ſufficiat *eunti in tua.*

XX. C. PLINIUS URSO SUO S.

Accuſaverant Bithyni Julium Baſſum repetundarum, qui in ea provincia Proconſulatum geſſerat: contra quem a Senatu impetraverant advocatum Rufum Varenum: is poſtea ſortitus eandem provinciam, repetundarum pariter reus fit. Pro Vareno egit Secundus, cui contradixit Fontejus, Graecus homo. Conceſſa eſt Bithynis inquiſitio, & Vareno poſtulatio.

ITerum Bithyni poſt breve tempus [1] a Julio Baſſo & Rufum Varenum Proconſule detulerunt: Varenum, quem nuper adverſus Baſſum ad-
vocatum, & poſtularant, & acceperant. inducti in Senatum, [2] inqui- 2
ſitionem poſtulaverunt; tum Varenus petit, ut ſibi quoque defenſionis cauſa [3] evocare teſtes liceret. recuſantibus Bithynis, cognitio ſuſcepta eſt. [4] Egi pro Vareno non ſine eventu. nam bene an male, liber
indicabit. In actionibus enim utramque in partem fortuna dominatur: 3
[5] multum commendationis & detrahit & adfert memoria, vox, geſtus, tempus

1 *A Julio Baſſo.*] Lib. IX. legimus *Julium Baſſum* reum fuiſſe repetundarum ſub Trajano, quod provinciam Bithyniam expilaſſet, ſed illic ſcriptum *Pomponium Rufum* adverſus Baſſum egiſſe, nunc vero *Rufum Varenum*, niſi malimus intelligere appellatum *Pomponium Rufum Varenum. A Julio Baſſo.*] Poſt accuſationem Julii Baſſi. CATAN. Tu lege Lib. IV. Epiſt. IX. quae eſt ad eumdem Urſum. Porro autem indecore coniunguntur *poſt* atque *a*, neque in Mediceo, Oxon. Helmſt. Arnz. Ed. Vet. Aldd. praepoſitio *poſt* viſitur. Itaque hoc modo locum emendabis & diſtingues: *Iterum Bithyni (breve tempus a Julio Baſſo) & Rufum Varenum proconſule detuerunt. Proconſule* perſpicue ſcribit Mediceus, & ſic alibi ſolet Secundus. Vide infra Lib. VII Epiſt. XVI. n. 3. & paſſim. In reliquis valde corruptae ſunt dictae membranae, ut quae oſtentant: *Fieret in Bytheni brevi tempus a Iulio Baſſo & Rufum Varenum proconſule tetulerunt.* CORTE.

2 *Inquiſitionem.*] *Inquiſitio* eſt alicujus criminis manifeſti ſaltem per famam ex bono & aequo judicis competentis facta inveſtigatio. Nam cum in jus ventum erat, dicebat accuſator reo, quod injuriam provincialibus fecerat: ſi tacuiſſet, lis ei aeſtimabatur ut victo: ſi negaſſet, petebat accuſator a magiſtratu dies inquirendorum criminum. CATAN.

3 *Evocare teſtes.*] E provincia teſtes in rem ſuam vocare: & expectandum donec in urbem venirent. In rem noſtram faciunt Taciti verba ex Libro XIII. cap. LII. *Pomponium*, inquit, *Sylvanum magna vis accuſatorum circumſteterat, poſcebatque tempus* evocandorum teſtium *ex Africa provincia, ubi proconſulare imperium habuerat. Sed reus illico defendi poſtulabat, valuitque pecunioſa orbitate & ſenecta.* ſed ſicuti favore & gratia quorundam Sylvanus obtinuerat ſtatim pronunciari, ita jure Varenus impetravit, ut poſſet evocare teſtes. IDEM. Supra Lib. III. Epiſt. IX. n. 29. *Ex teſtibus quidam, ſive iratus, quod* evocatus *eſſet invitus*, cet. Male Voſſ. Helmſt. Arnz. Oxon. & Ed. Vet. *vocare teſtes.* Praeterea Optimus: *ut ſibi* undique *defenſionis cauſſa evocare t. l.* quod non diſplicet. Certe τὸ *quoque* hic nihil habet, ad quod referatur, & mihi iam tum ſuſpectum erat, cum pro eo in Helmſt. *quo in* legerem. Lib. II. Epiſt. XI. n. 10. *omnes* undique *exciverat.*

4 *Egi* ego *pro Vareno.*] Omnes noſtri ſcripti & Ed. Vet. ignorant provocabulum *ego*, & tale additamentum correctorum iam ſupra ſuſtulimus. Perperam autem Helmſt. Voſſ. & Ed. Vet. *non* niſi *eventu.* Oxon. *liber indicabit.*

5 *Multum commendationis &* detrahit.] Optimus: *multum commendationis & deicit, & adfert.* Niſi *demit* ex illo *deicit* facias, corrupta ſcriptura eſt.

tempus ipſum : poſtremo vel [1] amor , vel odium rei. [2] liber offenſis,
4 liber gratia , liber & ſecundis caſibus & adverſis caret. Reſpondit mihi [3] Fontejus Magnus, unus ex Bithynis , plurimis verbis , pauciſſimis rebus. [4] Eſt plerisque Graecorum, ut illi, pro copia volubilitas: tam longas, tamque frigidas [5] periodos uno ſpiritu quaſi torrente [6] contorquent.

1 *Amor.*] Cauſa quae agitur, an grata judicibus. Quare non abſurde Caeſar apud Salluſtium ſuam orationem ſic orditur: *Omnes homines, Patres conſcripti, qui de rebus dubiis conſultant, ab odio, amicitia, atque ira, atque miſericordia vacuos eſſe decet.* CATAN. Corrupte Helmſt. Arnz. Oxon. & Ed. Vet. *vel* amorem,*vel odium rei.* Oxon. *liber gratia , & liber ſecundis gratia caſibus* cet.

2 *Liber.*] Oratio mea , quae nullis affectibus tangitur , nulla etiam fortuna movetur , ſive bona, ſive mala. CATAN.

3 *Fontejus Magius.*] Advocatus Graecus a Bithynis in Senatum ductus: cujus ſit mentio ab eodem Lib. VII. IDEM. *Magius* quidem recentiores Edd. omnes exhibent : Contra ſcripti omnes & primi impreſſi, ut & Aldus atque Gryphius: *Fonteius Magnus*, quomodo & Lib. VII. Epiſt. VI. iidem Codd. ſcribunt. Et *Fonteius* & *Magius* nomina ſunt Gentis ; ut merito antiquum *Magnus* recepiſſe videar. Infra Helmſt. & Oxon. *ſanctiſſimis rebus* ; Gryphius: *arctiſſimis rebus.* Ceteri ſcripti & Edd. Vett. vulgatae favent.

4 *Mos eſt plerisque Graecorum, &c.*] Aſiaticorum: nam Attici preſſi & graves , iſti inanes ac redundantes. Cicero in Bruto de Claris Oratoribus cap. XCV. *Aliud autem genus eſt non tam ſententiis frequentatum , quam verbis volucre ac incitatum; quale eſt nunc Aſia tota.* Meminit & alibi Petronius cap. II. *Nuper ventoſa iſthaec & enormis loquacitas Athenas ex Aſia commigravit.* Etiam D. Auguſtus Aſiaticis *inanes ſententias* & *volubilitatem* verborum tribuit, cum M. Antonii dictionem perſtringeret , ut Suetonius Lib. II. cap. LXXXVI. refert. BUCHNER. Eadem, quae Buchnerus , adſcripſerat Barthius , quibus adde Plutarch. Anton. pag. 916. & quae Interpp. ad Petron. cap. I. & II. Praeſtat locum ipſum corrigere. Vulgo legas: Mos eſt *plerisque Graecorum , ut illis ſit pro copia volubilitas.* Tune in cultiſſimo ſcriptore feras : *Mos eſt plerisque , ut illis ſit* , & feras contra omnes libros veteres ? In Helmſt. Arnz. Oxon. & Ed. Vet. reperias : *pauciſſimis rebus. Eſt plerisque Graecorum ut cito copia volubilis* , quod quidem ineptum eſt. Aptius Voſſ. *Ut eſt plerisque Graecorum pro copia volubilitas.* Vides illa *mos* & *ſit* in nullo Vet. Cod. reperiri. Nos ex veterrimis membranis veram lectionem ſubſtituimus, eamdemque repraeſentavit Aldus.

5 *Periodos.*] In lectione. Plena ſententia *periodus* dicitur , cujus partes ſunt , commata, & cola. Fit autem in extrema clauſula. nec longior eſſe debet, quam ut uno ſpiritu proferatur: modum ejus Cicero quatuor ſenariis pedibus terminavit. Unde libro octavo Secundus data opera longiorem *periodum* fecit , ut oſtenderet ſe Tacito inferiorem. Nonnulli duo illius genera eſſe dicunt, unum ſimplex, cum ſenſus unius longiore ambitu circumducitur : alterum quod conſtat ex membris, ſive inciſis, quod plures ſenſus habet, ut, *Aderat janitor carceris , carnifex praetoris.* CATAN. Vulgo: *tamque* ridigas *periodos.* Quae *periodi* ſint *rigidae*, inquirant alii. Ipſe ex Primario MS. emendavi: *tamque* frigidas *periodos.* Haec enim eſt ipſa illa *ventoſa loquacitas* , quam Petronius exagitat, *verborum ſonitus inanis , vanus ſtrepitus*, & quae alia in tali Oratione Tullius pluresque praeterea notarunt. *Frigidum* enim inane & inutile apud Noſtrum. Lib. I. Epiſt. IX. n. 3. *Quot dies , quam* frigidis *rebus abſumſi.* Lib. IV. Epiſt. XVII. n. 4. *Omnia iſta* frigida *& inania videntur.* Ita Cicero : *frigida & ieiuna calumnia* , Graeci etiam ψυχρὸν & ψυχρότητα eodem ſenſu frequentant. CORTE.

6 *Contorquent.*] Jaculantur tanquam telum aliquod in adverſarium. Sic Juvenalis de enthymemate:

— *Et curtum ſermone rotato*
Torqueat enthymema. —

CATAN. Saepius *iaculari* , *torquere*, *iacere*, *iactare* dicta in quem legitur , ſed non ea notione *contorquere* hic eſt capiendum. Quia enim de *periodis* loquitur , & *torrentis* meminit , *contorquent* erit colligunt, concludunt, comprehendunt. Ita ipſe Tullius Periodum *ambitum* , *circuitum* , *comprehenſionem* , *circumſcriptionem orationis* vocat , quo proprie facit *contorquere.* Idem Lib. II. de Divinat. cap. LI. *Deinde* contorquent *atque ita concludunt : Non igitur ſunt dii , nec ſignificant futura.* Lib. III. Tuſcul. Diſp. cap. XXVI. *At quam rhetorice! quam copioſe! quas ſententias colligit ! quae verba* contorquet! Lib. II.

torquent. Itaque [1] Julius Candidus non invenuſte ſolet dicere, [2] *aliud eſſe eloquentiam, aliud loquentiam.* Nam [3] eloquentia vix uni aut alteri, 5
immo, [4] ſi Marco Antonio credimus, nemini: haec vero, quam Candidus loquentiam appellat, multis, atque etiam [5] impudentiſſimo cuique maxime contigit. Poſtero die dixit pro Vareno [6] Homulus calide, 6
acriter,

II. cap. XVII. *Stoici* contortulis *quibusdam & minutis* concluſiunculis *effici volunt, non eſſe malum.* Paullo aliter Seneca Epiſt. XL. *Audiſſe te ſcribis, Serapionem Philoſophum ſolere magno* curſu verba convolvere, *quae non effundit una, ſed premit & urget.* uti paullo poſt de ſermone: *perennis ſit unda, non* torrens. Proprie Lucanus Lib. IV. vs. 101.

— — — *ſubitisque frementes*
Verticibus contorſit *aquas.*

ubi id verbum illuſtravimus. Mediceus: *quaſi torrente* torquente *contorquent.*

1 *Julius Candidus.*] *Julius Veſpronius Candidus*, qui Conſulatum cum Quadrato geſſit, quo tempore Adrianus Tribunatum plebis. Hic poſtea miſſus eſt *Julius* a Senatu legatus ad Septitium Severum, qui in Syria cum exercitibus, quibus praeerat, a Juliano deſciverat. Erat autem *Candidus*, vetus Conſularis olim militibus inviſus ob durum & ſordidum imperium. *Candidi* uxorem tanquam adulteram poeta Martialis epigrammate momordit. *Julio Candido* reſcripſiſſe divum Pium memorat Ulpianus ff. XLVIII. titulo de accuſationibus. CATAN.

2 *Aliud eſſe eloquentiam, aliud loquentiam.*] *Loquentia* loquacitas eſt. Salluſtius: *Satis loquentiae, ſapientiae parum.* Ita enim eum locum legendum Valerius Probus recte exiſtimavit. Vide Gellium Lib. I. cap. XV. ubi & de vitio ipſo plura habes. BUCHNER. Locus Salluſtii eſt B. Cat. cap. V. n. 3. adde Savar. ad Sidon. Lib. VII. Epiſt. II. extr. *Aegre ferre non debet, ſi non tam* eloquentes *epiſtolas recipiat, quam* loquaces. Mediceus haec ita concipit: *Itaque Iulius Candidus non invenuſte ſolet dicere, aliud eſſe eloquentiam, vix uni aut alteri* notam, *immo* notam, *ſi M. Antonino credimus, nemini*, ceteris omiſſis. Verum ſequentia manifeſtum faciunt iſta *aliud loquentiam*, non debere excludi; fefellerunt autem iſta librarium, ut millies ei accidit, propter iterationem vocabuli *eloquentiae.* Quod autem *notam* bis inſerit, ex adnotatione aliqua antiqua provenit, quae hunc locum *notabilem* inprimis dixerat. Turbant tamen & reliqui Codd. Nam Helmſt. Oxon. Arnz. & Ed. Vet. *vix uni aut alteri*: iam non ſumus Antonii: credamus *nemini*, & *credamus* etiam Voſſ. agnoſcit, propter particulam *Si*, quem errorem ſupra iam refutavi.

3 *Eloquentia.*] Ornatus verborum ſententiarumque cum prudentia. Is enim *eloquens* eſt, qui cum ſapientia dicit humilia ſubtiliter, & magna graviter, & mediocria temperate. Nam cum orator ſit vir bonus dicendi peritus, impoſſibile eſt eum eſſe oratorem, qui imprudenter dicit. CATAN.

4 *Si M. Antonino.*] *M. Antonio* debuerat ſcribi. Cicer. de Orator. ad Brutum cap. V. *M. Antonius cui vel primas eloquentiae patrum noſtrorum tribuebat aetas: vir natura peracutus ac prudens, in eo libro, quem unum reliquit, diſertos ait ſe vidiſſe multos, eloquentem neminem.* Refert & Quinct. Prooemio Lib. VIII. BUCHNER. *Antonino* eſt in Mediceo, ſed corrupte. Apud Ciceronem l. c. item I. de Orat. cap. XXI. & Fabium libri nihil variant. Veenhuſius notam Buchneri, ut ab operis corrupta erat, nullo iudicio adſcribi curaverat. Probabat enim ille quoque *M. Antonio.*

5 *Impudentiſſimo cuique.*] Quid enim tam furioſum quam verborum, vel optimorum atque ornatiſſimorum ſonitus inanis, nulla ſubiecta ſententia, nec interdum ſcientia? videas quosdam ſcatere verbis ſine ullo judicii negotio cum ſecuritate multa & profunda, ut loquentes plerumque videantur loqui ſeſe neſcire. Quare Therſiti audaciſſimo verba *ἄμετρα* Homerus attribuit, & Eupolis vetus poeta conſignatiſſime, id genus hominum retulit, *λαλεῖν ἄριςος, ἀδυνώτατος λέγειν*, id eſt *blatterare optimus, dicere ineptiſſimus.* Haec ſumpta partim ex Oratore M. Tullii, partim a Gellio. Adde Euripedem in Hyppolito, malos dicere, populo videri eloquentiores: *Οἱ γὰρ ἐν σοφοῖς φαῦλοι παρ' ὄχλῳ μυςικώτεροι λέγειν.* CATAN. Optimus *contigit*, quod aptius eſt ſententiae, quam vulgatum *contingit.*

6 Homullus callide, *acriter, culte.*] Bis peccatum eſt in duabus vocibus geminata littera *L.* Scribe ex primariis membranis: *Homulus* & *calide.* *Homulus* etiam reliqui MSS. & Edd. Vett. agnoſcunt, ut vulgares ſupra Lib. IV. Epiſt. IX. n. 15. ubi vide. *Calide* praeter Mediceum ſiſtit Ed. Vet. ac pro eo Helmſt. *calde* habet. Simile vitium olim depre-

acriter, culte: contra Nigrinus preſſe, graviter, ornate. Cenſuit
7 Acilius Rufus, Conſul deſignatus, inquiſitionem Bithynis dandam: poſtulationem Vareni ſilentio praeteriit. Haec [1] forma neganda fuit. [2] Cornelius Priſcus Conſularis, & accuſatoribus, quae petebant, & reo tribuit, [3] vicitque numero. [4] Impetravimus rem, nec lege comprehenſam, nec ſatis uſitatam, [5] juſtam tamen. Quare juſtam, non ſum epiſtola exſecuturus, ut deſideres actionem. Nam, [6] ſi verum eſt Homericum illud,

> [7] Τὴν γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείουσ᾽ ἄνθρωποι,
> Ἥπερ ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται,

pro-

deprehendimus in Cicer. Lib. III. Fam. Epiſt. VIII. n. 24. ubi *calidius*, pro *callidius*, ſcripſimus *Calide* dicere hic idem eſt, ac *ardenter*, & *concitate* quaſi, dicere, cui recte obiacet *preſſe dicere.* vide Lib. VII. Epiſt. IX. n. 7. 8. & Epiſt. XII. n. 4. De *calido* vide etiam Cl. Drackenborch. ad Silii Lib. XV. 337.

> — — calido*que habitata Gradivo*
> *Pectora.*

Lucanus Lib. II. vs. 493. ſimiliter:

> — — calida *prolatus ab ira.*

CORTE.

1 *Forma.*] Modus, ſcilicet nullam mentionem facere, ut Vareno liceret teſtes evocare. CATAN. *Haec forma negandi fuit.*] Comior ſcilicet atque urbanior. Improbat poſtulationem Vareni: ſed id ſilentio & praeteritione oſtendere, quam declarare verbis malebat. Similis ars & nonnullorum Conſulum fuit, qui cum per diſceſſionem SCtum faciendum eſſet, eam ſententiam, quam praevalere nolebant, rogatione diſſimulabant. Obſervat hoc ſolertiae genus Polybius in Aulo Poſtumio, ſuper Achaeis detentis Romae Senatum conſulente, Excerptis Legat CXXIX. Apud Caeſarem quoque Lib. I. de bello Civili cap. II. Lentulus Conſul M. Calidii ſententiam ſe pronunciaturum negat, ut Scipionis valeret. BUCHNER.

2 *Cornelius* Priſcus *conſularis.*] Integerrimus: *Cornelius* Sertorius *conſularis accuſatoribus*, ut Copulam omittat, & *Priſcus* mutetur in *Sertorius.* Helmſt. & Ed. Vet. *Cornelius Priſcus actoribus quae petebant*, ceteris neglectis. *Sertorius* non diſplicet. Alii autem Priſcum intelligunt, ad quem eſt Lib. III. Epiſt. XXI. Oxon. *Priſcus autoribus quae petebant*, cet.

3 Vicitque *numero.*] Mediceus: nec cuique *numero.*

4 *Impetravimus rem*, nec lege *comprehenſam* cet.] Aldina haec lectio eſt, quam ille ſine dubio ex veterrimo Codice hauſit, cui & Mediceus maximam partem adſentitur. Habet enim: Impetraveram *rem* lege *comprehenſam*, *nec ſatis uſitatam*, *iuſtam tamen.* Illud *nec*, ante *lege*, male excidit. Si enim lege comprehenſa fuiſſet res iſta, non opus erat, ut *iuſtam* eſſe demonſtrare laboraret: quod tamen fecit. Immo lege non comprehenſam fuiſſe oſtendit Lib. VI. Epiſt. V. n. 2. Reliqui longius abeunt: Voſſ. Helmſtad. Arnz. & Edd. Vett. *Impetravimus rem* negligenter *comprehenſam*, *nec* ſuis tantum, *iuſtam tamen*; Oxon. *Impetravimus rem negligentem*, *nec ſuis comprehenſam*, *iuſtam tamen.*

5 *Juſtam tamen.*] Conſiſtentem. Nam erant perſonae, & res notae: ergo cauſa conſiſtebat, ſed vix ſubſiſtentem dixit, quia ex altera parte rationes erant validiores ad faciendam fidem. quod optime Hermogenes, & eum ſecutus Fortunatianus in primo Rhetoricorum tractant. CATAN.

6 *Si verum eſt Homericum.*] Sane & Plato haud omnino probat, quem vide IV. de Rep. quanquam huc Plinius haud reſpexerit. Cum Homerico iſto illud Pindari Olymp. Θ convenit:

> — Αἴνει δὲ παλαιὸν
> Μὲν οἶνον ἄνθεα δ᾽ ὕμνων
> Νεωτέρων.

> — *Lauda autem vetulum*
> *Vinum quidem, flores vero hymnorum*
> *Recentum.*

BUCHNER.

7 Τὴν γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον, &c.] *Illam enim* *can-*

providendum eſt mihi, ne gratiam novitatis & florem, quae oratiunculam illam vel maxime commendat, epiſtolae loquacitate [2] praecerpam. *Vale.*

XXI. C. Plinius Rufo Suo S.

Dicturi erant advocati apud centumviros, ad quos audiendos Secundus convenerat, ſed Licinius Nepos judicia ſolvit, edicto monens, ut Senatusconſultum ſervaretur: quo cavebatur, ne quis ante actionem pecuniam acciperet, vel paciſceretur: quod Nepotis factum a quibusdam reprehendebatur, ab aliis laudabatur.

DEſcenderam in [3] Baſilicam Juliam, auditurus quibus [4] proxima comperendinatione reſpondere debeam. Sedebant judices, De- 2
cemviri venerant, [5] obverſabantur advocati; ſilentium longum, tan-
dem

cantilenam magis concelebrant homines, quae audientibus recentiſſima exiſtat. Verba ſunt Telemachi ex Lib. I. Odyſſeae. Catan. Qui praeterea legiſſe videtur τῷ ὅτι χρὴ μῦθον ὀφέλλειν. *Ideo nullo modo oportet ſermones augere.* Verba ſunt (ait) Patrocli ad Merionem ex XVI. Iliad. Veenh.

1 Apud te *providendum eſt mihi.*] Sic libri vulgares, etiam Gruterus, qui tamen aliud in Palat. & Edd. Vett. legere potuiſſet. Helmſt. & Ed. Vet. a te *providendum e. m.* Sed Veterrimus, ut & Voſſ. neutrum agnoſcunt, quare cum Aldo & Gryphio *apud te* expunxi. Mediceus: *prodendum eſt mihi.* Salluſt. Cat. cap. LII. n. 4. *Hoc niſi provideris, ne accidat.* Infra coniiciebat Barthius: *gratiam novitatis* ut *florem*, ſine iuſta cauſſa. Porro ex omnibus noſtris MSS. & Ed. Vet. repoſui: *quae oratiunculam* illam *vel maxime commendat*, pro vulgari *oratiunculam meam. Commendat* etiam reſtitui, cum Hackiana & Ed. Vet. *commendant* maluiſſent. Vide ſupra ad Epiſt. XIX. n. 3.

2 *Praecerpam.*] Id eſt deflorem, delibem. Catan. *Praecerpam.*] Alia lectio habet *perdam.* Boxhorn. Alii *perdam.* in noſtris membranis *praetercam.* Minos. Etiam ex noſtris Oxon. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *praeteream.* Sed Optimus *praecerpam.* Paneg. cap. LVIII. *Summumque illud purpurae decus, non niſi* praecerptum *praefloratumque transmittere.*

3 *Baſilicam Juliam.*] In qua judicia publica & privata conficiebantur. Relege a nobis praenotata. Catan.

4 *Proxima comperendinatione.*] Actione, quam primum eram acturus. *Comperendinatio* enim utriusque partis actio. Secundum alios *comperendinatio* eſt ſecunda actio. Item *comperendinatio* eſt ab utrisque litigatoribus invicem ſibi denunciatio in perendinum diem. Nam cum in rem aliquam agerent litigatores, & poena ſe ſacramenti peterent, poſcebant judicem, qui dabatur poſt XXX diem, quo dato deinde inter ſe *comperendinum diem* denunciabant, ut ad judicium venirent: quo cum eſſet ventum, antequam cauſa ageretur, quaſi per judicem rem exponebant: quod ipſum dicebatur *cauſae conjectio*, quaſi cauſae ſuae in breve coactio. Secundum alios inter *comperendinationem* & *ampliationem* hoc intereſt, quod *comperendinatio* ex una tantum repetitur parte, cum ante judex non intelligeret, ut omnino ſuadebatur. Judices, ſi bona cauſa, abſolvebant eam: ſi mala, non ſtatim damnabant. Sed hac excuſatione parcebant. Nam cum condemnandi nota eſſet Θ, litera. A, abſolvendi, ampliandi ſignum N. L. quod ſignificabat *non liquere*, inde *ampliatio* naſcebatur. Haec Aſconius. Tacitus *comperendinationes* liberas olim fuiſſe memorat. Poſtea reſtrictae ſunt legibus, unde alibi Secundus dixerat, *leges, tot horas, tot dies, tot* comperendinationes *largiuntur.* Catan.

5 *Obverſabantur advocati.*] Simul aderant advocati. Legitur etiam *obſervabantur*, ſcilicet ab advocatis & auditoribus. Centumviri venerabantur: nam *obſervatio* ad honorem refertur, & in duabus rebus eſt, obſequio aut ſpeculando. Alias *obſervatio* eſt callida, & diligens annotatio. Idem. *Obverſabantur.*] Sic & Palat. & Edd. Vett. non, ut vulgata recentior, *obſervabantur.*

dem a Praetore nuncius. Dimittuntur Centumviri: [1] eximitur dies,
me gaudente, qui numquam ita paratus ſum, ut non mora laeter.
3 Cauſa dilationis, Nepos Praetor, [2] qui legibus quaerit. Propoſuerat
breve [3] edictum, admonebat accuſatores, admonebat reos, exſecuturum

bantur. Iidem tamen Libb. Vett. aperte ſervant, *Decemviri*, pro *Centumviri.* Gruter. Repoſui *Decemviri venerant*, quod in omnibus MSS. noſtris & Ed. Vet. legitur, & dudum adprobavit Gronovius Lib III. Obſerv. cap. XXIV. *Centumviri* ſunt iidem iudices, qui iam *ſedebant*; at *Decemviri* venientes praeſident. *Obverſabantur* pariter in omnibus ſcriptis noſtris habetur; tantummodo Ed. Vet. habet *obſervabantur*, & de hoc errato iam Stephanus in Praefat. monuit, quem adeas. Idem vitium vidimus Lib. II. Epiſt. XI. n. 12. Obverſabatur *cauſſae difficultas*, ubi MS. *Obſervabatur*, & infra Lib. VI. Epiſt. XVI. n. 13. *qui limini* obverſabantur, ubi quidam impreſſi *obſervabantur.* Infra Oxon. *dimittuntur* clariſſimi *viri*, pro *centumviri*, ortum ex ſcriptura per notam *Cviri.*

1 *Eximitur dies.*] Interdictum eſt eo die litibus, ut judiciis vacarent: ſic enim *diem* credit *eximi*, cum juſtitium indicitur, & jura ſilent. Contra illorum opinionem, qui volunt *diem eximi* vel *tolli* dicendo, cum hic ſilendo ſit exemtus. Catan.

2 *Legibus quaerit.*] Secundum leges cognoſcit. Nam jus cognoſcendi, auctore Pediano, erat apud Praetorem. & Paulus de Regulis juris inquit: *Ubicunque cauſae cognitio eſt, ibi praetor deſideratur, judicandi vero jus apud equites fuit.* Praetor autem Urbanus juri dicundo praeerat, & in poteſtate habebat omnium judicum tabellas. Idem. *Qui legibus quaerit.*] Ex altera lectione quorundam librorum puto legendum, *qui lege de muneribus quaerit*, hoc eſt, qui exercet quaeſtionem illam. Notum, quid ſit *quaeſtionem aliquam exercere in foro Romano*, non recte enim ad Praetorem urbanum videntur haec referri ab interprete. Casaub. *Qui legibus quaerit.*] Haud aliter Palat. & Edd. Vett. verum Modii MSS. *qui legi de muneribus praepoſuerat breve edictum, admonebat*, ſcribendumque ſuſpicabatur: *qui lege de muneribus quaerit. Propoſuerat &c.* Gruter. Illud *quaerit* mihi admodum ſuſpectum eſt hoc loco. Equidem non neſcio τὸ *quaerere* Praetorum eſſe: quid vero hic velit *legibus quaerit*, aut quid faciat hoc loco, non diſpicio. Et puto cohaerere iſta, *qui legibus quaerit propoſuerat breve edictum*: Propoſuerat, ait, edictum legibus, ſecundum quas dicturus ius erat. Sed quae illae leges? hoc vero continetur voce corrupta *quaerit*, pro qua quid debeat ſubſtitui, haud equidem nunc invenio. Niſi quis putet *legibus Quiritium.* Quod tamen ideo diſplicet, quia peculiares fuiſſe leges, quibus vetabantur vaenire advocationes, ex epiſtola ſuperiori XIV. huius libri novimus. Scheffer. Modii coniecturam, quae eadem eſt cum illa Caſauboni, vide Novant. Lect. Epiſt. LI. Ad eam collineat ſcriptura Voſſ. *Nepos praetor, qui Legi de muneribus praepoſuerat breve edictum.* Sed coniectura doctiſſimorum hominum propterea locum habere nequit, quia fruſtra SCti meminiſſet Praetor, ſi *lege de muneribus* quaereret. Nexus Orationis oſtendit, SCtum illud munera ob advocationem diſtincte prohibuiſſe, & iuſiurandum poſtulaſſe: quod ſi illud iam *lege* quadam *de muneribus* cautum fuiſſet, aut Praetor quidam ſediſſet, qui *hac lege quaereret*, iſtud omne otioſum erat. Gloſſa itaque eſt illud *de muneribus*, & Praetorem qui *legibus quaerit*, certe non urbanum intelligere debemus, ſed eum, qui quaeſtiones exercet, quae iam inde a lege Piſonis de repetundis ſingulari Praetori commiſſae erant, ceu patet ex Cicer. Brut. cap. XXVII. Et quamquam Sulla plures Quaeſtiones ordinarias adiecerat; Plinii tamen aetate non tot Praetores erant, quot quaeſtiones: cuius rei ratio in promtu eſt. Certe apud Noſtrum ſemper Praetor ille *legibus quaerere* dicitur, qui *legibus de repetundis* cognoſcit, quo & pertinent leges de donis ac muneribus, quod cognoſcas ex Lib. II. Epiſt. XI. Lib. IV. Ep. IX. Lib. V. Epiſt. XIV. & aliis pluribus. Perperam itaque Medicei aliorumque MSS. lectio, *qui legibus quaerit*, ſollicitatur. Idem de Barthii coniectura ſentio, qui adſcripſerat: *qui legibus* uti *quaerit. Praepoſuerat* eſt etiam in Oxonienſi. Nobiſcum facit Cl. Brummer ad L. Cinciam cap. VI. n. 6. 7. niſi quod is ex Ed. Romana praeferat: *Cauſſa dilationis Nepos praetor* deſignatus, *qui legibus quaerit.* Mox tamen membranis Modii, Lipſii & Polleti coniecturis motus ſuſpicatur ſcribendum: *Nepos, Praetor deſignatus, qui lege de muneribus quaerit.* quod tamen Optimus MS. refutat. Interim plura ad illuſtrationem huius Epiſtolae illic legere poteris.

3 *Edictum.*] *Edicta* Praetoris ſunt, Dictatorum etiam Imperatorumque, auctore Dionyſio in ſuis antiquitatibus, & Lampridio hiſtorico. Adhaec

turum ſe quae [1] Senatusconſulto continerentur. Suberat edicto [2] Se- 4
natusconſultum : *hoc omnes, qui quid negotii haberent, jurare
prius, quam agerent, jubebantur, nihil ſe ob advocationem cuiquam
dediſſe, promiſiſſe, caviſſe.* His enim verbis, ac mille praeterea,
& vaenire advocationes, & emi vetabantur. Peractis tamen ne-
gotiis, [3] permittebatur pecuniam duntaxat [4] decem millium dare.
Hoc facto Nepotis commotus praetor, [5] qui Centumviralibus 5
praeſidebat, deliberaturus, an ſequeretur exemplum, [6] inopinatum
nobis otium dedit. Interim tota civitate Nepotis edictum carpitur, 6
laudatur. Multi, *Invenimus, qui* [7] *curva corrigeret. Quid? ante
hunc Praetores non fuerunt? Quis autem hic eſt, qui emendet
publicos*

Adhaec Secundo dicente, edictum Auguſti & Trajani, & Martiale Domitiani. *Edicimus* enim, quod jubemus, & uni generi *edicimus* ſecundum Donatum, & praecepta, praeceptionesque juſtorum & injuſtorum Romani *edicta* vocant, ut quidam ſcribunt propter eam, quae tunc fiebat dictionem, in qua diffinitione complectuntur interdicta, quibus vetatur aliquid fieri. CATAN. *Edictum.*] *Edicta* non unius generis aut argumenti fuerunt. Nam non pertinebant omnia ad Jurisdictionem, ſed quaedam ex his *monitoria* erant, quaedam etiam *objurgatoria*, *conſolatoria* quaedam. Imo ſunt aliae innumerae eorum ſpecies, quae certo alicui generi accepto ferri non poſſunt. Varie namque, prout inciderat, Principes, magiſtratusve edicebant. Briſſonius ad Tranq. Lib. II. cap. LIII. VEENH.

1 *Senatusconſulto.*] Quod ſupra *Principis librum* dixerat, decretum a Senatoribus referente Trajano. CATAN.

2 *Senatusconſultum: hoc omnes.*] Ita diſtinxi, fide Palat & Vett. & Edd. recens enim, *Senatusconſultum hoc, omnes qui quid.* GRUTER. Non ceperunt recentiores Gruteri mentem. *Hoc* cum ſequentibus coniungendum, potiſſimum cum Verbo *iubebantur*, iſto nempe SCto iubebantur iurare cet. Mediceus a verbis: *hoc omnes* usque ad *cuiquam*, omnia omiſit, relicto tamen vacuo ſpatio. Deinde: *qui quid negotii haberent*, Aldi eſt, &, quod opinor, veterrimi Cod. quod adhibuit. Recentiores enim ſcripti cum Ed. Vet. *quisquis negotium haberet.* Oxon. *quam agere videbantur.*

3 Permittebat *p. d. d. m. dare.*] Sic Hackiana. Ceteri impreſſi *permittebantur.* Rectius primariae membranae *permittebatur*, quod cultioribus omnibus placebit. Voſſ. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. ea omnia: *Peractis tamen negotiis permittebatur*, omittunt, propter ſimilitudinem verborum *vetabantur*, *permittebantur* (Helmſt. enim & Ed. Vet. habent *vetebantur.*) Quod propterea monendum fuit, ne quis ingenio abutatur, & *vetabatur* hic ita inter duo diverſa poſita exiſtimet, ut apud Phaedrum:

Non veto *dimitti*, ſed *cruciari fame.*

qualia plura ad Criſpum collegimus.

4 *Decem millium.*] Secutus eſt Nepos exemplum Claudii, quem legimus apud Tacitum, poſuiſſe modum advocatis pecuniae capiendae uſque ad dena ſeſtertia. Idem enim quod decem millia nummum, quae egreſſi repetundarum tenerentur. CATAN. Adi Lipſium ad Tacit. XI. Annal. cap. V. & Brummer. Comment. ad L. Cinciam cap. IV.

5 *Qui Centumviralibus* praeſidet.] Ita omnes vulgatae, credo, quia ſupra: *qui legibus quaerit.* Mihi adridet Veterrimi *praeſidebat.*

6 *Inopinatum.*] Inſperatam ab agendo vacationem. Quidam, *inopinatum* referunt ad praecedentem dictionem, *exemplum.* CATAN.

7 *Cuncta corrigerent.*] Univerſum edictum reprehenderent, & arbitrarentur permittendum unicuique dare, & accipere pro advocatione quantum libuiſſet: Alii legunt, ut *curva*, iniqua: quod magis probo, ut ſit ironice dictum. IDEM. *Invenimus qui curva corrigerent.*] Seneca Ludo de morte Claudii: *Hic nobis curva corrigit.* Quod fruſtra ſolicitavit eruditiſſimus Rhenanus. Nam proverbiale dicterium eſt in ſeveros atque cenſorios homines, & tritum communi ſermone. Convenit illud patrium: Der wird alles zu boltzen drehen. BUCHNER. Locum Senecae, qui eſt de morte Claud. cap. IX. adſcripſit etiam Barthius. Ad rem Cicero pro C. Balbo cap. VIII. *O praeclarum interpretem iuris, auctorem antiquitatis,*

publicos mores? Alii contra, *Rectiſſime fecit,* [1] *initurus magiſtratum:*
[2] *jura recognovit: Senatusconſulta legit: reprimit* [3] *foediſſimas pa-*
ctiones: [4] *rem pulcherrimam* [5] *turpiſſime vaenire non patitur.* Tales
ubique ſermones, qui tamen alterutram in partem [6] ex eventu prae-
7 valebunt. Eſt omnino iniquum, [7] ſed uſu receptum, quod honeſta
conſilia, vel turpia, prout male aut proſpere cedunt, [8] ita vel pro-
ban-

correctorem *atque* emendatorem *noſtrae civitatis.* Comparat eadem Celeb. Bentlei. ad Horat. Lib. I. Epiſt. XV. vs. 38. Adde infra Lib. VI. Epiſt. V. n. 4. *Corrigeret* autem eſt in omnibus MSS. & Edd. Vet. Aldi, Gryphii. Male alii *corrigerent.* Nec probo Medicei: *quod ante hunc P. n. ſ.*

1 *Initurus magiſtratum.*] Geſturus Praetoris officium. Ex quibus apparet in praecedentibus emendate legi, *Nepotem* Praetorem deſignatum. CATAN.

2 *Jura recognovit.*] Pomponius Juriſconſultus aſſerit, Praetorem habuiſſe facultatem adjuvandi, vel ſupplendi, vel corrigendi jus civile. IDEM.

3 *Noviſſimas.*] Immenſas, ultra modum. Magis probo *foediſſimas*, id eſt turpiſſimas, maxime indecoras. IDEM. Sic quoque Pal. & Edd. omnes ante Aldinam, in qua *foediſſimas.* GRUTER. Illud *noviſſimas* haud dubie eſt vitioſum. Legerem *notiſſimas:* ſed quia in Aldina eſt *foediſſimas*, quod Gloſſam eſſe verbi veri puto, itaque neſcio, an non ſcripſerit *notatiſſimas*, id eſt, maxime reprehenſas & notatas. Puto etiam poſt *legit* punctum collocandum, & vocem *reprimit* a capite ſcribendam littera maiuſcula. SCHEFFER. Optime Aldus *foediſſimas*, cui adſentitur Veterrimus. Alterum prorſus friget, & quod ſequitur *turpiſſime* antiquiſſimam ſcripturam abunde vindicat. Vocabulum habes ſupra Epiſt. XIV. n. 8. adde Salluſt. Cat. cap. XXVI. n. 4. Schefferi *notatiſſimas* plane ſuperflua coniectura eſt, cum *foediſſimas* ſatis ſignificanter, & maiore vi, quam illud, hic legatur. Vide ad Salluſt. Cat. cap. LVIII. n. 14. Iug. cap. XXXVIII. n. 7. Sic infra Lib. VI. Epiſt. XIX. n. 4. *Sumtus candidatorum*, foedos *illos & infames ambitus lege reſtrinxit.*

4 *Rem pulcherrimam.*] Patrocinium, & orandi majeſtatem, qua nihil Dii immortales melius homini dederunt, & qua remota muta ſunt omnia. Illa nihil in urbe, vel ad utilitatem fructuoſius, vel ad dignitatem amplius, vel ad urbis famam pulchrius, vel totius Imperii, atque omnium gentium notitiam illuſtrius. Non aliunde majores honores, opes, amicitiae, laus praeſens, & futura hominibus contingit. CATAN.

5 *Turpiſſime.*] Per quaeſtum. Nam accuſatoriam vitam vivere, & ad defendendos reos praemio duci, proximum latrocinio eſt. Paciſcendi quidem ille pyraticus mos, & imponentium periculis pretia, procul abominanda negociatio, etiam a mediocriter improbis abierit. IDEM.

6 *Ex eventu.*] Si bonum eventum ſortietur edictum Nepotis, pariter bonam famam: ſin minus, malam. Nam ab eventu ſaepe res judicantur, ut teſtatur Livius VII. belli Punici: *Ex eventu quo nihil iniquius eſt, famam homines habent.* A quo idem trahens argumentum inducit Hannonem dicentem, *Eventum* eſſe veluti juſtum belli judicem. Nero dicere ſolitus, *Eventum in manu fortunae conſtare.* Hinc Livius: *Eventus in manu ſtultorum verſatur.* Nam plerumque vis oratoris, & ceterarum rerum ab imperitis exitu & victoria judicatur. Quare ſecundum Iſocratem cum eventus ſit in manu fortunae, non laudandus is, cui res proſpere cedunt, ſed qui, quantum conſilio humano licebat, eas multo ante praevidit, & providit: tametſi ſecus, quam intenderat evenirent: ſapientes enim & docti fortuita debent excludere. M. Tullius in Rhetoricis, cujuſcunque negotii finem eventum diffinit. Donatus tantum bonorum exitum, contra tamen probatiſſimorum auctoritatem. IDEM.

7 *Sed uſu receptum, &c.*] Cicero pro Rabirio principio ſtatim: *Hoc plerumque facimus, ut conſilia eventu ponderemus: & cui bene quid proceſſerit, multum illum providiſſe: cui ſecus, nihil ſenſiſſe dicamus.* Vide & Lib. IX. ad Attic. Epiſt. X. Plautus Pſeud. act. III. Sc. III.

—— Ut quiſque fortuna utitur,
Ita praecellit, atque exinde ſapere eum dicimus;
Bene ubi quod conſilium diſcimus accidiſſe, hominem cautum
Eum eſſe declaramus: ſtultum autem illum, cui vertit male.

BUCHNER. Adde Freinshem. ad Curt. Lib. III. cap. VI. n. 18. Salluſt. Iug. cap. XCIV. extr. Helmſt. Oxon. Arnz. & Ed. Vet. *Eſt omnino inimicum*, vulgari confuſione, de qua ad Criſpi Iug. cap. LIV. n. 5.

8 *Ita vel* probantur, *vel repreh.*] Sic recte Optimus. Perperam Oxon. Voſſ. Helmſt. Arnz. &

bantur, vel reprehenduntur. Inde plerumque eadem facta, modo diligentiae, modo vanitatis, modo libertatis, modo furoris nomen accipiunt. *Vale.*

& Ed. Vet. *ita vel* procedunt , *vel reprehenduntur.*

1 *Diligentiae.*] Nomen , ſi recte interpretentur : vanitatis, id eſt inconſtantiae, ſi male : opponitur vanitas diligentiae, & furor libertati. CATAN. Verba : *modo diligentiae* , *modo vanitatis* , in Helmſt. Oxon. Arnz. & Ed. Vet. non viſuntur. Ceterum fini huius libri is , qui Codicem Oxonienſem tractavit , adſcripſerat ſequentia : *Hucusque hoc exemplar totum cum MS. contuli ; ceterum cum videbam illud in poſteriore parte valde eſſe vitioſum , nec tempus ſuppetebat , non placuit pergere. Tantum quaedam pro lubitu quibusdam in locis adnotavi.* Haec ille. Adeoque & nos ſuffragio huius MS. tantummodo hic illic uti poterimus.

C. PLINII CAECILII SECUNDI EPISTOLARUM LIBER SEXTUS.

Epiſt. I. C. Plinius Secundus Tyroni Suo S.

ARGUMENTUM.

Contulerat ſe Secundus in patriam Comum, Tyro in Picenum, ſed reverſus in urbem, ubi conſueverat Tyroni, tunc coepit deſiderium amici: quare hortatur ut Romam veniat.

QUAMDIU ego [1] trans Padum, tu in [2] Piceno, minus te requirebam. Poſtquam ego in urbe, tu adhuc in Piceno, [1] multo

1 *TRans padum.*] Comi, ubi ſua plurima tenuit praedia. *Padus* ab imis radicibus Veſuli montis exortus, ſive a remio, ut teſtatur Plinius. Ptolemaeus etiam *Padi* caput juxta Larium paludem refert, qui ſubmerſus cuniculo, rurſus in agro Vibonenſi extollitur, ſecundum Solinum. At Plinio tradente in Forojulienſium agro, nulli amni claritate inferior: nam a poeta, *fluviorum rex* dicitur. Lucianus non minorem Nilo ſcribit, & Strabo cunctos Europae fluvios, praeter Hiſtrum magnitudine ſuperare: dictus a Graecis *Eridanus*, nota Phaetontis poena. Fons ejus mediis diebus aeſtivis ſemper aret. canicula liquatis nivibus flumen augetur, atque ubi liquit agros, ubertate largior. Nam ſubjectus Alpibus campus admodum felix & fructuoſis collibus varius, hunc medium fere *Padus* dividit: eaque regio hinc ciſpadana, hinc transpadana. Ciſpadana quidem montibus adjacet, atque Liguriae: reliqua vero tranſpadana. Multis igitur amnibus auctus, juxta Ravennam mare irrumpit per ſeptem oſtia: ſed unum maxime memorabile, quod *Paduſa* dicitur, efficit. haec ſumpta ex Mela, Strabone, Plinio, Solino, Diodoro: qui diſſentiens a ceteris ſcriptoribus, tradit quinque tantum oſtiis in fretum ſe exonerare. CATAN.

2 *Piceno.*] Agro eras. *Picenum* poſt Umbriae civitates, quae inter Ariminum Anconemque jacent, extenditur. Profecti ſunt autem *Picens* a Sabinorum terra, qui cum auſpicio *Pici* iter facerent, nomen inde nacti fuere. E montibus uſque in plana & pelagus eorum incipiunt dominia: quorum ager in longum magis, quam in latum excreſcit: bonus ad omnia: ceterum lignariis quam frumentariis fructibus longe praeſtat. Inter ceteras urbes inſignem habet *Anconem*; in quinta Italiae regione locatur a Plinio, & hominum multitudine abundaſſe idem auctor eſt. A *Piceno* deducitur *Picens*: a *Picentia* vero *Picentini*, qui & ipſi populi ſunt Italiae. CATAN.

1 *Multo*

[1] multo magis, [2] ſeu quod ipſa loca, in quibus eſſe una ſolemus, [3] acrius me tui commonent, ſeu, quod deſiderium abſentium nihil perinde, ac vicinitas acuit, quoque propius acceſſeris ad ſpem fruendi, hoc impatientius careas. Quicquid in cauſa, eripe me huic tormento: 2
veni, aut ego illuc, unde [4] inconſulte properavi, revertar, vel ob hoc ſolum, ut experiar, an mihi, cum ſine me Romae coeperis eſſe, [5] ſimiles his epiſtolas mittas. *Vale.*

II. C. Plinius Arriano Suo S.

Taxat notabiliter actionem M. Reguli, cum videatur probare, & aperte modum agendi ſuo tempore improbat: poſtquam publicos mores notavit, ad ſuos & Arriani amici revertitur.

SOleo nonnunquam in judiciis quaerere Marcum Regulum: nolo enim dicere, deſiderare. [6] Cur ergo quaero? [7] habebat ſtudiis ho- 2
norem, timebat, [8] pallebat, ſcribebat: quamvis non poſſet dediſcere illud

1 *Multo magis.*] Hoc non reſpondet praecedenti *minus.* Illud *multo* enim comparationem habet, quae non eſt in ſuperioribus. Suſpicor itaque, in voce *multo* latere vocabulum, quod nunc non occurrit. Scheffer. Frigide. Quaſi vero inter *minus* aut *parum*, & inter *multo magis* non ſit comparatio.

2 *Ex quo ipſa loca.*] Id eſt, poſtquam. Aliter, *ſeu quod*, quae lectio cum ſequentibus apte congruit. Catan. *Ex quo loca, &c.*] Ita Pal. ita Edd. Vett. agnoſcitque Catanaeus. Planius nupere impreſſi, *ſeu quod loca*, ſecuti Aldinam. Gruter. *Ex quo ipſa loca.*] Ita MSS. Palatini & Edd. Veteres, obſcure & ſalebroſe: planiſſimum eſt, quod alii Codices repraeſentant: *Seu quod ipſa loca, in q. c. n. s. a. me tui commonent: ſeu quod &c.* Buchner. *Ex quo.*] Ita MS. Aldus *ſeu quod*, & probant Gruterus atque Buchnerus. Mihi non eſt dubium, quin vera lectio ſit *eo quod.* Scheffer. At mihi non eſt dubium, quin veriſſima ſcriptura ſit *ſeu quod*: utpote quam adfirmant Veterrimae membranae, & nexus ipſius orationis, quae infra etiam *ſeu quod* repetit. Scriptum etiam in Arnz. fuit a prima manu: *ſed quo.* Voſſ. *ex quo ipſa loca*; Helmſt. *ex quo in ipſa loca.*

3 *Acrius* me tui commonent.] Sic Primarius, & Ed. Vet. & Aldus. At Helmſtad. ac Arnz. *acrius metus commovent*; Voſſ. *acrius mentem commovent*, quod Gryphius praetulit. Infra Voſſ Helmſt. & Ed. Vet. *impatientius cupias*, pro *careas.*

4 Inconſulte *properavi.*] Et hoc Optimus tenet cum Aldo & Gryphio. At Voſſ. Helmſt. Oxon. Arnz. & Ed. Vet. cum aliis: *conſulte.*

5 *Similes.*] Conquerentes de abſentia mea, & efflagitantes adventum in urbem. Catan.

6 *Cur ergo quaero?*] Si ſuperius Lib. V. Epiſt. I. videri queat eſſe ab librariis, *cur ampliſſimo gratius?* poteſt & hic quoque ſupervacaneum dici triga iſthaec verborum, *Cur ergo quaero?* Gruter. Minime ſupervacanea eſt illa interrogatio: *Cur ergo quaero?* ſed prorſus ex genio & ſtilo Secundi, quod pluribus comprobavi ad Lib. V. Epiſt. I. n. 1. adde Lib. VIII. Epiſt. XIV. n. 24. Supra recentiores ſcripti & Ed. Vet. *quaerere meum Regulum*, pro *Marcum*

7 *Habebat ſtudiis honorem.*] Reverenter tractabat eloquentiae ſtudia, ſeu Oratoriam, Quod quomodo fecerit Regulus, in ſequentibus docet. Nam timuit, palluit, ne videretur male dicere, & ſic excideret gloria, quam ex eloquentiae ſtudiis quaerebat, quae faciebat magni & excolebat non orandis cauſis tantum, ſed & libris ſcribendis: ut, quem in Ruſticum recitavit, item quem de obitu filii condidit, de quibus ſupra. Buchner.

8 *Pallebat.*] Lib. I. de eodem dixerat: *Expalluit notabiliter, quamvis palleat ſemper.* Pallidi enim ſtudioſi creduntur nimia vigilia & vini parſimonia. Quare jocus eſt Valerii Martialis In

illud ipſum, quod oculum modo dextrum, modo ſiniſtrum [1] circumli-
nebat: dextrum, ſi a petitore, alterum, ſi a poſſeſſore eſſet acturus:
quod [2] candidum ſplenium in hoc aut in illud ſupercilium transferebat:
quod ſemper aruſpices conſulebat de actionis eventu, [3] anili ſuperſti-
3 tione; ſed tamen & a magno ſtudiorum honore [4] veniebat. Jam illa
perquam jucunda una dicentibus, quod [5] libera tempora petebat, quod
audi-

Oppianum, qui cum eſſet mali coloris, coepit ſcribere verſus, ut videretur poeta, & illa Juven. vellicatio:

— Tunc utile multis
Fallere, *& vinum toto neſcire Decembri.*

Catan.

1 *Circumlinebat.*] Quidam frontem linebant unguento vel ceruſa, deinde panniculum ſive faſciam imponebant: quod *ſplenium* dicebatur: a quibusdam exiſtimatum oculorum operimentem ad arcendam nimiam lucem. Ejus meminit Martialis Lib. II. & VIII.

Talia lunata ſplenia *fronte ſedent.*

Et libro X. pro *petiola* videtur uſurpaſſe. Secundum Pollucem numeratur inter medicorum inſtrumenta. Etiam caput ſplenis dicitur *ſplenium*, quia σπληνιᾷν eſt *ſplenem dolere.* Plinius teſtatur herbam *ſplenion* lienibus mederi. Idem. *Circumlinebat.*] Hoc frequens erat apud veteres, qui linebant faciem vel ad oculorum ὑπογραφὰς, quibus maxime delectabantur, vel ad glabritiem & laevigationem, vide Sueton. in Othon. vel etiam ad ſollicitandum candorem. Hinc Juvenalis vetus interpres ad Satyr. VI. *Aſinino lacte faciem* linit, *ut cutim tendat, & candorem eliciat.* Vide hanc in rem Iſ. Caſaub. not. in Spartian. Veenh. Lege interpretes ad Suetonii Othon. cap. ult. Supra Voſſ. Helmſt. & Ed. Vet. *quamvis non poſſet ediſcere*; Arnz.. *diſcere*; Mediceus: *te diſcere.* Infra Oxon. *circumliniebat.*

2 *Candidum ſplenium.*] Faſciam albam. Catan. Explicant interpretes ad Martialis Lib. II. Epigr. XXIX. Mox Praepoſitionem *in*, quam vulgo omittebant, adieci auctoritate Optimi: *aut* in *illud ſupercilium*, de qua repetitione multa Iac. Gronovius ad Cic. I. de Orat. cap. XVIII. Lib. II. cap. XII. item in Auct. ad Herenn. Lib. III. cap. XIII. Cunigham Animadverſ. in Horat. Bentl. cap. XIII. Nos alibi.

3 *Animi.*] Suſpicor legendum, *anili*, erat, inquit, ſuperſtitioſus in conſulendis aruſpicibus ſuper actionis eventu: ea tamen ſuperſtitio, quamvis anilis, ſummum honorem teſtabatur, quem habebat literis. Casaubon. *Animi.*] Valde mihi ſatisfacit Caſauboni, *anili ſuperſtitione.* Gruter. *Animi ſuperſtitione.*] Qua tenebatur animus ejus. Caſaubonus ſuſpicabatur: *anili ſuperſtitione*, quod valde ſatisfaciebat Grutero. Sane ridenti atque taxanti convenit magis. Buchner. Caſaubonus malebat *anili*, quod placet Grutero, nec diſplicet Buchnero. Sed ne ſic quidem locus integer videtur. Certe quod ſequitur, *a magno honore ſtudiorum veniebat*, non habet in praecedentibus quo referatur. Nam illud, *quod ſemper aruſpices conſulebat*, cohaeret cum ſuperiori, *quamvis non poteſt dediſcere illud ipſum*, plane ſicut cetera. Puto itaque corruptum locum, & primo poſt *transferebat* ſcribendum punctum, mox novam faciendam periodum, & ſic ponendum: *At, quod ſemper aruſpices conſulebat de actionis eventu*, a nimia ſuperſtitione, *ſed tamen* &c. Illud *at* abſumſit ſyllaba praecedens, *animi* autem factum eſt per connexionem litterarum, quae debebant eſſe diviſae. Scheffer. Iam longe magis ſatisfaciet *anili ſuperſtitione*, cum fuero teſtatus, id diſerte exhibere venerandas membranas Mediceas, non *animi ſuperſtitione*, quod in ceteris haeret. Cicer. Lib. II. de Divin. cap. LX. *Eam* ſuperſtitionem *imbecilli animi atque* anilis *putant.* & ſic edebant cap. VIII. Anilis *ſane plenum* ſuperſtitionis *fati nomen.* Certe pro Domo cap. XL. *Quid tibi neceſſe fuit* anili ſuperſtitione, homo fanatice, *ſacrificium inviſere?* Minuc. Fel. cap. XIII. extr. *Ne aut* anilis *inducatur* ſuperſtitio, *aut omnis religio deſtruatur.* Scrupulum, quem Schefferus in ſequentibus reperit, etiam eximimus adiiciendo ex Veterrimo libro Coniunctionem *&*, quam Aldus & Gryphius quoque agnoſcunt: *ſed tamen & a magno* cet. Oxon. Helmſt. Arnz. Ed. Vet. *ſed tamen & magno*; Voſſ. *ſed tamen magno.* Corte.

4 *Veniebat.*] Id conſulere aruſpices procedebat ex ſumma reverentia, quam ſtudiis habebat. Nam niſi de magnis Deum conſulere non debemus. Catan.

5 *Libera tempora.*] Non circumſcripta ſpatiis; ſed

audituros corrogabat. [1] Quid enim jucundius, quam ſub [2] alterius in-
vidia, quamdiu velis, & in alieno auditorio, [3] quaſi deprehenſum,
commode dicere? Sed utcunque ſe habent iſta, bene fecit Regulus, 4
quod eſt mortuus, melius, [4] ſi ante. Nunc enim ſane poterat ſine malo
publico vivere ſub eo Principe, ſub quo nocere non poterat. Ideo 5
fas eſt, nonnunquam eum quaerere. Nam poſtquam obiit ille, incre-
buit paſſim, & invaluit conſuetudo, binas vel ſingulas [5] clepſydras,
[6] interdum etiam dimidias, & dandi & petendi. Nam & qui dicunt,
[7] egiſſe malunt, quam agere: & qui audiunt, finire, [8] quam judicare.
Tanta negligentia, tanta deſidia, tanta denique irreverentia [9] ſtudi-
orum, periculorumque eſt. An nos ſapientiores majoribus noſtris? 6
nos legibus ipſis juſtiores, quae [10] tot horas, tot dies, tot comperendi-
nationes largiuntur? Hebetes illi, & ſupra modum tardi? Nos apertius
dicimus, celerius intelligimus, religioſius judicamus, [11] quia paucióri-
bus clepſydris praecipitamus cauſas, quam diebus explicari ſolebant.
O Regule, qui ambitione ab omnibus obtinebas, [12] quod fidei pau- 7
ciſſimi

ſed quanta ipſe cupiebat. Quaſi indignum eſſet dicenti fines ponere, nec dare copiam indulgendi ingenio & explicandi contentae orationis curſum. Buchner.

1 *Quid* enim *iucundius.*] Hoc adſumſi ex Mediceo & Edd. Aldinis ac Gryphii. Recentiores MSS. & plerique impreſſi: *Quid* denique *iucundius.*

2 *Alterius invidia.*] Reguli malevolentia, qui tam impudenter peteret ad dicendum longiſſima tempora. Catan. Si Catanaei *malevolentiam* non ſatis intelligis, expone *invidiam*, *odium.* Vide ad Salluſt. Cat. cap. XXII. n. 3.

3 *Quaſi deprehenſum.*] Lege Budaeum ad Pandect. pag. 393. Barth. Nos etiam de eo verbo egimus ad Lucan. Lib. VI. vs. 505.

4 *Si ante.*] Sub Nerone, & Domitiano maxime, cum plurimum nocuit, probos & innocentes accuſando. Lege Noſtrum ſupra Lib. I. Ep. V. & Tacitum IV. Hiſt. cap. XLII. Buchner.

5 *Clepſydras.*] Repete annotata in praecedentibus, nempe ad Ep. XI. Lib. II.

6 *Interdum* & *dimidias.*] Repoſui ex Optimo: *interdum* etiam *dimidias*, quomodo & Arnz. ſcribit: ne toties in duobus verſibus unum *&* legeretur. Infra Helmſt. & Voſſ. *Nam qui dicunt*, dicta particula male omiſſa.

7 *Egiſſe malunt.*] Breves eſſe, & jam impoſuiſſe finem, quam eo dicendi tendere. Et judices, pronunciare, quam attendere, deliberareque ac cognoſcere malunt, ſubeunte utriſque taedio, his audiendi, dicendi illis. Buchner.

8 *Quam judicare.*] Quam rectam ſententiam pronunciare. Perinde ac ſi diceret, advocati faſtidium capiunt agendo: judices non audiendo male judicant. Quare omnes, quamprimum finem imponi quaerunt officio ſuo. Catan.

9 *Studiorum periculorumque eſt.*] *Studiorum*, id eſt, dicendi artis: quae excitatur auditorum ſtudio. *Periculorum*, quae impendent reis, cum cauſa eorum, nec oratur plene, nec ſatis diligenter cognoſcitur. Buchner. Helmſt. a manu ſecunda: *ſtudiorum* periculumque *eſt.* Supra Voſſ. Helmſt. & Ed. Vet. *Tanta negligentia*, deſidia, *tanta denique* cet. Sed Optimus: *tanta deſidia*, ut editur.

10 *Tot horas.*] Idem auctor eſt accuſatori ſex horas, reo novem ex lege conſtitutas, ſuper qua re jam multa annotavimus. Catan.

11 *Paucioribus.*] Minoribus XX. Nam ſi clepſydra pro dimidia hora ſumitur, & reo decem & octo, quando plures concedebantur: reſpectu illius recte dixit *paucioribus clepſydris.* Idem. Scripſi: quia *paucioribus clepſydris*, pro *qui*, iuſſu Codicis principis, neque aliter Aldus. Infra Helmſt. & Arnz. quae *diebus*, pro *quam*, corrupte. Deinde Helmſt. & Arnz. O *Regulus*; Voſſ. O *regulam.* Aldus poſtea: *qui* iam *ambitione a. o. obtinebas.* Voſſ. *obtinebat.*

12 *Quod fidei.*] *Fidei* tertius caſus eſt. Significat Regulum libera orandi & petiiſſe, & obtinuiſſe ſpatia, non ut clientibus conſuleret, &, quam debebat iis, fidei faceret ſatis, quod pauci reſpi-

ciſſimi praeſtant! Equidem [1] quoties judico, quod vel ſaepius facio
quam dico, quantum quis plurimum poſtulat [2] aquae do. Etenim te-
8 merarium exiſtimo divinare, quam ſpatioſa ſit cauſa inaudita, tempus-
que negotio finire, cujus modum ignores: praeſertim cum [3] primam
religioni ſuae judex patientiam debeat, quae pars magna juſtitiae eſt.
At quaedam ſupervacua dicuntur; etiam: ſed ſatius eſt & haec dici,
9 quam non dici neceſſaria. Praeterea, an ſint ſupervacua, niſi cum
audieris, ſcire non poſſis. Sed de his melius coram, ut de plu-
ribus vitiis civitatis. Nam tu quoque [4] amore communium ſoles
emen-

ſpiciunt; ſed ut inſerviret gloriae, quam ambiebat ac affectabat, ut amplitudine orationis ac laxitate eloquens videretur. BUCHNER. Helmſt. & Arnz. *quod* fidem *pauciſſimi praeſtant*; Oxon. Voſſ. & Ed. Vet. *fide*.

1 *Quoties judico.*] Nam fuit Decemvir Litibus judicandis, ut lapides atteſtantur. BUCHNER.

2 *Aquae.*] Id eſt temporis. Nam clepſydris aqua refertis (ut dictum eſt ſupra) horas dimetiebantur veteres. Senſus ergo eſt: concedo totum illud ſpatium ad dicendum, (quod intelligit per aquam defluentem clepſydra) quantum quis me poſtulat. Legitur etiam, *qui docet.* ubi indicem intelligit. Nam priusquam cauſa ageretur, per indicem, qui olim dabatur, poſt trigeſimum diem rem exponebant. *Indicem* ergo intelligit per eum, qui docet: ſenſus eſt, ſi diſceptantes petunt a me plurimum temporis, concedere ſoleo: ſed tantundem do ei, qui cauſam exponit, ut ſigillatim, & commode poſſit me docere. Eſt autem *docere* narrare, & argumentis confirmare. Legitur etiam, *qui dicit* non abſurde. Sunt tamen, qui non legunt, *quantum quis plurimum temporis poſtulat* tamen do ei, qui docet, ſed *quantum quis plurimum poſtulat aquae do.* CATAN. Lectiones, quas indicat Catanaeus, etiam in noſtris libris reperimus. Nam Helmſt. & Arnz. *quantum qui plurimum poſtulat atque docet. Enim temerarium* cet. Voſſ. *poſtulat addo etiam. Temerarium enim exiſt.* Ed. Vet. *poſtulat atque dicit eum temerarium exiſt.* Receptae lectioni patrocinatur Mediceus, eaque ſola vera eſt. Ceteras librariorum ſomnolentia peperit.

3 *Primum religioni ſuae.*] Quam obſervare imprimis debet inter cetera ſuae fidei convenientia. Nam Seneca capite de Juſtitia inquit: *De fide, & religione ſcias agi, ubicunque de veritate tractatur. Pars magna juſtitiae*: cum enim *juſtitia ſit conſtans, & perpetua voluntas* ſecundum Juſtinianum, non immerito *patientiam juſtitiae magnam partem* nominavit. CATAN. *Religioni ſuae.*] Conſcientiae atque officio ſuo. Cicero quoque cum Quincto fratri praecepta dat adminiſtrandae provinciae, *adjungendam facultatem in audiendo, in ſatisfaciendo ac diſputando diligentiam* monet. Et recte *pars magna juſtitiae* appellatur haec patientia. Eſt enim *juſtitia*, ut Plato & Ariſtoteles pronuntiarunt, ἀλλότριον ἀγαθὸν, *alienum bonum*, hoc eſt, ad alios quod maxime pertinet. BUCHNER. *Cum primum religioni &c.*] Lego *primam.* Vide I. Obſervat. cap. VII. GRONOV. Recte emendavit Gronovius *primam patientiam*, atque ita legitur in Mediceo, Oxon. Helmſt. Arnz. Ed. Vet. & Aldinis, i. e. primariam, praecipuam, ut Seneca de Vita beat. cap. XIV. *Qui ſequitur voluptatem omnia poſtponit & primam libertatem negligit.* Ita ſaepius Criſpus & alii *prima habere*, de iis, quae omnibus aliis praeferuntur. Vide ad Catil. cap. XXXVI. n. 4. & ad Iug. cap. LXXXIV. n. 2.

4 *Amore communium.*] Reipub. noſtrae, Romanae: vel *communium* ſcilicet tibi mecum, quemadmodum communem amicum dicimus quo utrinque aeque fruimur. CATAN. *Amore communium.*] Legitur in quibusdam libris, *communi.* Fortaſſe ita emendandum: *Nam tu quoque in more* communi *ſoles emendari cupere, quae jam corrigere difficile eſt*, ſententia admodum perſpicua. CASAUBON. Notat Caſaubonus in quibusdam libris legi *communi*, putatque ſcribendum: *Nam tu quoque* in more communi *ſoles.* Suſpicor & hic coniuncta, quae debebant dividi, legendumque: *Nam tu quoque a more communi.* Eſt autem *a more* poſitum plene pro *more*, ſicut Cicero, ſeu Balbus potius ad Ciceronem in Epiſtolis: *illud ſcio, me ab ſingulari amore benevolentiaque quaecumque ſcribo, tibi ſcribere.* SCHEFFER. Ingenioſa eſt Coniectura Caſauboni, ad quam Schefferi tentamen valde friget. Verum eſt in MS. Voſſ. legitur *in amore communi.* Helmſt. *Nam tu quem cum amore communium ſoles emendare cupere.* At Mediceus & reliqui ſcripti cum Edd. Vett. Aldo, Gry-

[1] emendari cupere, quae jam corrigere difficile eſt. Nunc reſpiciamus [2] domos noſtras. Ecquid omnia in tua recte? in mea novi nihil. Mihi autem & gratiora ſunt bona, quod perſeverant: & leviora incommoda, quod aſſuevi. *Vale.* 10

III. C. Plinius [3] Vero Suo S.

Vero agricolationi intento commendat agrum, quem nutrici ſuae dono dederat.

GRatias ago, quod agellum, quem nutrici meae donaveram, colendum ſuſcepiſti. Erat, cum donarem centum millium nummum: poſtea decreſcente reditu, etiam precium minuit, quod nunc, te [4] curante, [5] reparabit. Tu modo memineris, commendari tibi a me 2
non arbores, & terram, (quanquam haec quoque) ſed munuſculum meum, quod eſſe quam fructuoſiſſimum non illius magis intereſt, quae accepit, quam mea, qui dedi. *Vale.*

IV. C. Plinius Calpurniae Suae S.

Conqueritur non ſibi licuiſſe per occupationes in Campaniam cum uxore Cal-

Gryphio, Catanaeo & aliis *amore communium* amplectuntur, quod Catanaeus accipit de republica. Notiſſimum ſane eſt, *Commune* apud Latinos, ut τὸ κοινὸν ac τὰ κοινὰ apud Graecos rem publicam notare, quod monuimus ad Lucan. Lib. II. vs. 390.

In commune *bonus.*

Sed *communia*, & *communium*, hoc ſenſu, nuſpiam leg., nec locus eam notionem patitur. Ut itaque antiquam ſcripturam paullo minus, quam Caſaubonus, deſeramus, legendum opinor ex Voſſiano: *amore communi*, ſive amore in remp. intelligas, ſive, quod mihi placet, pari, ſimili, eodem amore, qui mihi tecum communis eſt. Sic paſſim *odium commune*, *invidia communis*, *aeſtus communis* & innumera talia. Ad priorem ſenſum Tacitus Lib. I. Hiſt. cap. LXXXIX. *communes curas* dixit. CORTE.

1 *Emendari.*] Plus eſt *corrigere*, quam *emendare.* Nam, qui *corrigit* in rectum reducit, qui *emendat*, vitium operit, & mendae ſuperinducere conatur velamen aliquod. CATAN.

2 *Domos noſtras.*] Dictio *domus* non eſt in Pal. aut ulla Editione Aldina antiquiore. GRUTER. Abeſt etiam ea dictio ab Helmſt. & Arnz. fidelibus Palatini ſociis. Sed agnoſcunt eamdem veterrimus Mediceus & Voſſianus, ut adeo excludi non debeat. Iidem recentiores Codd. mox: *Et quid omnia.*

3 *VERO.*] *Veros* plures Spartianus, & Capitolinus monumentis tradunt. Hujus autem tanquam obſcurioris nulla apud alios fit mentio. CATAN. Arnz. *Urſo Suo*, ad quem plures Epiſtolas Plinius mittit, ut Lib. IV. Epiſt. IX. Lib. V. Epiſt. XX. infra h. l. Epiſt. V. XIII. alias. Sed meliores Codd. cum primis impreſſis *Vero Suo.*

4 *Curante.*] Excolente. Nam diligenti cultura precia praediorum ampliantur, quia reditus ſupercurrit: ita ſi negligentius habita ſint, minui ea neceſſe eſt, quod reſcripſerunt divi fratres auctore Calliſtrato de jure fiſci. CATAN.

5 *Reparabit.*] Reſumet, reſtituetur in precium centum millium nummum. IDEM.

Calpurnia ſecedere: inibique multa amabiliter diſſerit, & hortatur, ut ſaltem pluribus epiſtolis timori ſuo provideat.

NUnquam ſum magis de occupationibus meis queſtus, quae me non ſunt paſſae, aut proficiſcentem te valetudinis cauſa [1] in Cam-
2 paniam proſequi, aut profectam e veſtigio ſubſequi. Nunc enim praecipue ſimul eſſe cupiebam, ut oculis meis crederem, quid viribus, [2] quid corpuſculo adparares, ecquid denique [3] ſeceſſus, voluptates [4] regionis-
3 que abundantiam [5] inoffenſa transmitteres. Equidem etiam [6] fortem te,

1 *In Campaniam.*] Ubi Fabatus, Secundi Proſocer, villam Camillianam poſſedit. CATAN.

2 *Quid corpuſculo* acquireres.] Haec eſt vulgata lectio, quam defendas ex eo Lucani Lib. II. vs. 647.

— — *novas* adquirite *vires.*

Sed Optimus: *quid corpuſculo adparares*, quod & in ſuis reperit Aldus, qui edidit *adpareres*. Fides membranarum facit, ut *adparares* non reiiciam. Ut enim *reparare* ſimili ſenſu dixit Epiſt. ſuperiore, ut frequentiſſimum eſt *vires reparare*, quomodo idem Lucanus Lib. I. vs. 134.

Nec reparare *novas* vires:

ſic & *adparare aliquid viribus*, pro addere & colligere non male dicetur. *Vires & corpus*, quod pro carne paſſim ſumitur, coniungit cum Tullio ſuo, qui Lib. VII. Fam. Epiſt. XXVI. extr. *Ego hic cogito commorari, quoad me* reficiam: *nam & vires & corpus amiſi. Parare animos, formam* ex Ovidio nota ſunt, & Noſtro ita placuit *adparare* cum tertio Caſu, ut alibi *adſtruere*, de quo videas ad Lib. III. Epiſt. II. n. 5. CORTE.

3 *Seceſſus, voluptates.*] Omnium non modo Italiae, ſed pene toto orbe terrarum pulcherrima Campaniae plaga eſt. Nihil hoſpitalius mari: Hic illi nobiles portus Cajeta, Miſenus, tepentesque fontibus Bajae, Lucrinus, & Avernus, quaedam maris oſtia. Hic amicti vitibus montes Gaurus, Falernus, Maſſicus, & pulcherrimus cunctorum Veſuvius: urbes ad mare, Formiae, Cumae, Puteoli, Herculanium, Pompei, & ipſa caput urbium Capua: quae quondam inter tres maximas Romam, Carthaginemque nominata: Florus Lib. I. cap. XVI, 3. 4. Ubi notat *Camers* hanc Campaniae laudem ſumtam eſſe ex Plin. III, 5. Solin. C. VIII. Strab. Lib. V. Eutrop. II, 1. eleganterque Silius Campaniae laudes canit VIII, 526. Quibus addit *Freinshemius* Polyb. III, 91. Dionyſ. I, 37. Plin. XVIII. 11. Cicer. pro L. Agraria. Inde quoque eſt, quod Seneca Epiſt. LI. ait: *Hannibalem indomitum nivibus & Alpibus virum, enervaverunt fomenta Campaniae.* VEENH. Ante nos legebant: *&* qui *denique ſeceſſus*, Barthius autem *quî*, pro quomodo, accipere iubebat, quomodo fortaſſe omnes acceperunt; licet illud *inoffenſa* iſti notioni non bene reſpondeat. Aſt Helmſt. *&* quomodo *denique*, ſed hoc *quomodo* in margine exhibet; Mediceus, Oxon. & Voſſian. *&* quid *denique*; Arnz. *ecqui denique*: unde patet, recte nos emendaſſe: ecquid *denique ſeceſſus... inoffenſa transmitteres.* Eadem varietas infra occurrit Epiſt. XVI. n. 17. *Placuit e proximo adſpicere*, ecquid *iam mare admitteret.* Plura exempla dedimus ad Lucani Lib. IV. vs. 542.

Ecquis, *ait*, *iuvenum eſt*, *cuius ſit dextra* cruore
Digna meo?

ubi in novem MSS. reperi: *Et quis*, in pluribus: *En quis.* Eodem nexu Cicero Lib. VII. Fam. Epiſt. XVI. n. 4. Quid *agatis*, *&* ecquid *in Italiam venturi ſitis, fac plane ſciam.* CORTE.

4 *Regionisque abundantiam.*] Campania ſeritur toto anno, panico ſemel, bis farre. Sed campus, qui circa Capuam eſt, & *Laboriae* vocatur, a Graecis *Phlegraeus*, ceteras terras fertilitate ſuperat, & in delitias alicae politur meſſis. CATAN.

5 *Inoffenſa.*] Alia lectio inſuper addit *valetudine.* BOXHORN. Noſtri omnes ignorant inſulſum additamentum *valetudine.*

6 *Fortem.*] Bene valentem. Quamvis ſana eſſes & abſens, tamen tibi timerem, quanto magis invalidae. CATAN. Mendoſum aliquid ſubeſt. Legerem: *etiam fortem te*; *ſed & non ſine cura*, h. e. etiamſi adhuc ſub medicorum cura eſſes.

te, [1] non ſine cura deſiderarem. [2] Eſt enim ſuſpenſum & anxium de
eo, quem ardentiſſime diligas, interdum nihil ſcire. Nunc vero me 4
cum abſentiae, tum infirmitatis tuae ratio, incerta & [3] varia ſollicitu-
dine exterret. Vereor omnia, [4] imaginor omnia: quaeque natura me-
tuentium eſt, ea maxime mihi, quae maxime [5] abominor, fingo. Quo 5
impenſius rogo, ut timori meo quotidie ſingulis, vel etiam binis epi-
ſtolis conſulas. Ero enim ſecurior, dum lego, ſtatimque timebo, cum
legero. *Vale.*

V. C.

eſſes. Sequentia tamen conſideranda ſunt. Barth. Movit diligentiſſimum virum Particula *&* interſita, quam in ſequenti nota damnat Gruterus. Abeſt illa ab omnibus noſtris Codd. & ſic locus medicina non eget.

1 *Non ſine cura.*] Male aliae Edd. *& non ſine.* neque viſitur ea copula in Vett. Edd. aut Palat. Gruter.

2 *Eſt enim ſuſpenſum, &c.*] Facit hominem ambigere, & dubitare, neque parum aeſtuare. Catan.

3 *Varia ſollicitudine* exterret.] V. C. Ierem. Markland. Epiſt. Crit. pag. 115. pluribus contendit, legendum hic eſſe: *varia ſollicitudine exercet*, pro *exterret*, licet ipſe noverit, auctorem infra Lib. VII. Epiſt. I. princ. ſcripſiſſe: Terret *me haec tua pertinax valetudo*, Ciceronis eſſe *metu perterritum*, Celſi: *vel ſpe conſolentur, vel metu terreant*, Varronis:

Videmus populum Furiis inſtinctum tribus
Diverſum ferri, exterritum formidine,

alia aliorum. Adde Noſtrum Lib. I. Epiſt. XXII. princ. *Diu iam in urbe haereo, & quidem* attonitus: Perturbat *me longa & pertinax* valetudo *Titi Ariſtonis*, & quae ibi ſequuntur. Lege etiam Lib. III. Epiſt. XVII. Rationes, quas in contrarium adtulit vir doctiſſimus, rem non conficiunt. Sed non, inquit, infirmitas tua ſollicitudine me exterret; quoniam hoc eſt falſum: non enim *ſollicitudo* eſt cauſſa cur aliquis *exterretur*, ſed *effectus* potius *terroris* vel *metus*. Haec ille. quaſi credidiſſet, Ablativos illos ſemper cauſſam denotare debere; &, ſi hoc demus, ratio non procedit. Omnino enim *ſollicitudo*, h. e. anxia cura, *terret* animos, plane ut Lucanus Lib. II. vs. 681.

—— curis *animum mordacibus* angit.

& vs. 64.

—— *at miſeros* angit *ſua* cura *parentes.*

Valer. Flacc. Lib. II. vs. 113.

—— *o variis coniux nunc* anxia curis.

Ovidius II. Metam. vs. 492.

Venatrixque metu *venantum* territa *fugit.*

Sed, pergit Cl. Marklandus, omnium inſulſiſſimus fuiſſet Plinius, ſi *propter abſentiam uxoris ſollicitudine exterritus* fuiſſet, quando ipſe ſine dubio ad hunc ſeceſſum adhortabatur & conſentiebat. Haec ſi recte opponuntur, inſulſa etiam ſunt, quae ſupra ſcripſit: *Equidem etiam fortem te* non ſine cura *deſiderarem. Eſt enim* ſuſpenſum *&* anxium *de eo* cet. Immo inſulſiſſimum eſt, quod ſupra Epiſt. I. n. 2. deſiderium, non uxoris, ſed amici abſentis *tormentum* vocavit. Quare recepta lectio non eſt ſollicitanda. Corte.

4 *Imaginor omnia.*] Abeſt illud *imaginor omnia*, omnibus Edd. Veteribus, nec non Palat. & tamen non alienum videtur iſto loco. Gruter. Recte pronunciat Gruterus, alienum non eſſe illud *imaginor omnia*, & ſervatum eſt ab Optimo Mediceo, licet omnes reliqui Codd. omiſerint. Deinde idem Primarius: *natura metuentum.* In ſenſum vide Io. Savar. ad Sidon. Lib. VI. Epiſt. IV. Nempe, quod Fabius ait Declam. XI. *apud ſollicitos in deterius prona perſuaſio eſt.* qualia plura collegimus ad Salluſt. Cat. cap. XXX. n. 2. Poſt recentiores MSS. & Ed. Vet. *ea maxime mihi quae abominor fingo*, ne ſcilicet τὸ *maxime* bis legeretur, quod tamen nec praeter morem, nec ſine elegantia iteratur. Lib. IX. Epiſt. XXVI. n. 4. *Sunt enim* maxime *mirabilia*, *quae* maxime *inſperata.* atque ita ſaepiuſcule.

5 *Abominor.*] Quae omine abjicio, ut puta mortem. *Abominetur*, inquit Columella, *arator herbam, tanquam omen triſte exſpuat.* Catan.

V. C. Plinius Urso Suo S.

Licinius Nepos poſtquam Varenus obtinuerat, ut ſibi teſtes pro defenſione liceret evocare, coepit petere, ut legi repetundarum adjiceretur, licere reis denunciare teſtes: cui relationi multi contradixerunt, ſed praeſertim Jubentius Celſus, inter quos orta contentione ad lites usque proceſſum eſt.

SCripſeram [1] tenuiſſe Varenum, ut ſibi [2] evocare teſtes liceret, quod pluribus aequum, quibusdam iniquum, & quidem pertinaciter, viſum; maxime Licinio Nepoti, qui ſequenti Senatu, cum de rebus aliis referretur, de proximo Senatusconſulto diſſeruit, finitamque
2 cauſam [3] retractavit. Addidit etiam, petendum a Conſulibus, ut referrent [4] ſub exemplo legis ambitus, de lege repetundarum, an placeret in futurum ad eam legem adjici, ut, ſicut accuſatoribus inquirendi, [5] teſtibusque denunciandi poteſtas ex ea lege eſſet, ita reis quoque
3 fieret. Fuerunt quibus haec ejus oratio, ut ſera & intempeſtiva, & praepoſtera, diſpliceret: quae, omiſſo [6] contradicendi tempore, caſtigaret per-

1 *Tenuiſſe.*] Impetraſſe a Senatu, quod paulo ante legimus. Catan.

2 *Evocare.*] Ex Bithynia in urbem convocare. Et milites *evocati* auxiliares dicuntur ſubito tumultu a Conſule convocati ad opem Reip. ferendam: ea militia dicitur *evocatio.* Verum apud Macrobium *evocatio* appellatur, quando Dii evocantur ab aliqua urbe excidenda. Idem. *Teſtes evocare* dixit etiam Lib. III. Epiſt. IX. n. 29.

3 *Retractavit.*] Renovavit, remiſit, recognovit: eſt enim *retractare*, quod omiſeris repetere & mutare: ſic ferrum *retractatum*, ſic ſcripta jam omiſſa: deinde emendata dicimus *retractata.* Catan.

4 *Sub exemplo legis ambitus.*] Ad imitationem *legis ambitus*, qua cavebatur, ut ſicut accuſatoribus licebat inquirere, & teſtibus denunciare: ita reis pariter jus eſſet. De *ambitu* Liv. VII. ab Urbe condita. M. Tullius in Vatinium tradit ſe tuliſſe *legem de ambitu* ex Senatusconſulto, id quod pro Murena repetit: ſed Livii abbreviator Lib. XLVII. ante Ciceronem, *legem de ambitu* latam teſtatur. Fuit autem ea lex conſtituta Reip. cauſa ſicut repetundarum: Tacitus tamen inquit, *Candidatorum ambitus Julias leges peperit.* Sub principe vero ceſſat *lex ambitus*: teſtes ſunt Juriſconſulti. Idem. Vide ad Salluſt. Cat. cap. XVIII. n. 2.

5 *Teſtibusque* denunciandi.] Lege Budaeum II. ad Pandect. pag. 26. Barth. Nempe *denunciare teſtimonium*, & *denunciare teſtibus* verba Iuris ſunt, & ſic in Lege Mamilia: teſtibus *publice duntaxat X.* denunciandi *poteſtatem facito.* Exſtat etiam apud Ciceronem, Quinctilianum & alios.

6 *Contradicendi tempore.*] Cum de ea agebatur, & nondum eſſet decretum Senatusconſultum. Catan. *Contradicendi tempore.*] *Tempus*, hic καιρὸς eſt: *Opportunitatem temporis* Cicero & Caeſar appellarunt. Communiter *occaſionem* dicimus. Senſus itaque eſt: tum contradicendi occaſionem fuiſſe Licinio, cum ageretur de Vareno & impediri SCtum poſſet; nunc peracta re, & opportunitate illa dilapſa, praepoſtere & inutiliter contradici. Buchner. Scribe: amiſſo *contradicendi tempore.* Barth. Nihil opus eſt, neque Codd. quidquam movent. *Omittere* eſt praetermittere, ut diximus ad Salluſt. Iug. cap. XXXI. n. 25. *Ne tantum ſcelus impunitum omittatis*, & ad cap. XCIII. n. 1. omitteret *ne inceptum.* Sic & *omittere occaſionem* apud Optimos occurrit, quamquam & *amittere* dicant. vide Celeb.

peractum, cui potuiſſet occurrere. [1] Juventius quidem Celſus Praetor, 4
tanquam emendatorem Senatus, & multis, [2] & vehementer increpuit.
Reſpondit Nepos, rurſusque Celſus: neuter contumeliis temperavit.
Nolo referre, quae dici ab ipſis [3] moleſte tuli. Quo magis [4] quosdam e 5
numero noſtro improbavi, qui modo ad Celſum, modo ad Nepotem,
prout hic vel ille diceret, cupiditate audiendi curſitabant, & nunc
quaſi ſtimularent, [5] & accenderent, nunc quaſi reconciliarent, componerent-

Celeb. Burmann. ad Phaedr. Lib. I. Fab. XIII. vs. 10. Lucanus Lib. X. vs. 429.

— *viſum famulis reparabile damnum,*
Illam mactandi dimittere *Caeſaris* horam.

1 *Jubentius Celſus praetor.*] Ulpianus ff. V. pridie Idus Martias, *Q. Julius Balbus*, & *P. Jubentius Celſus* Coſſ. verba fecere de his, quae Imp. Caeſar Adrianus Trajani Parthici filius propoſuit. Idem Lib. ff. XXXVIII. de operis libertorum ſcribit *Jubentium Celſum* fuiſſe JCtum: ſic Pomponius de juris origine *Celſos* patrem, & filium Jurisconſultos tradit, & Marcellus ff. XXXII. filium Conſulem ponit, & Lib. XXIX. extat Plotianae epiſtola ad *Jubentium Celſum*, & ejusdem ad illam. *Jubentius Celſus* cum prioribus urbis conjurationem iniens contra Domitianum, ideoque accuſatus, admirabiliter vitavit periculum: nam cum injicerent ei manus, dixit ſe quaedam ſecreto velle Domitiano deferre, & ſupplex Dominum Deumque ſaepius invocans, inquit: *Nihil tale admiſi, verum ſi mihi dilationem dederis: quorum particeps non ſum, omnia explicabo, multosque manifeſtabo, ac convincam:* inde dimiſſus nullum detexit, aliquando alias cauſas praetexens, diſtulit confeſſionem usque in Domitiani necem. Poſt quae Dion in Trajano haec addidit, *Celſum Trajano charum, & ſtatuam ei in publico iuſſu Imperatoris erectam, virumque optimatem fuiſſe, & invito Adriano ex decreto Senatus Baiis interfectum, quod necem Imperatori moliretur.* Auctores habeo Spartianum, & Dion. quanquam mendoſe apud Spartianum legatur, *Adrianum in conſilio habuiſſe Julium Celſum JCtum:* Tu repone *Jubentium Celſum.* Proinde is fuit rhetor eloquentiſſimus, quod etiam Juvenalis indicat: tametſi interpretes ſignificaſſe velint *Cor. Celſum*, cum is fuerit mediocris orator. Ex codice Plinii tranſcriptus fuit antiquus hic libellus, ſive ſupplicatio manu Campani: *Cum ante hos dies conjugem & filium amiſerim, oppreſſus neceſſitate corpora eorum fictili ſarcophago commendaverim, donec is locus, quem emeram, aedificaretur via Flaminia, inter miliarium ſecundum & tertium parte laeva, Rogo domine Imperator, permittatur mihi in eodem loco in marmoreo ſarcophago, quem mihi modo comparavi, ea corpora colligere, ut quando eſſe deſiero, pariter cum eis ponar. Decretum fieri placet. Jubentius Celſus promagiſter ſubſcripſi. III. Non. Novembr. Antio Pollione & Opiminio Coſſ. Ordinales Severo & Subinniano Coſſ.* CATAN. *Iubentius* vulgares Edd. At rectius Aldus *Iuventius*, quod exſtat in Mediceo. Adiudunt reliqui Codd. in quibus aut *Viventium*, quod in Ed. Vet. etiam haeret, aut *Venienti dum.* Pari errore infra Epiſt. XV. n. 2. *Iabolenum Priſcum* ſcripſerunt, pro *Iavoleno.* Ita pro *Haveo* MSS. oſtentant *Habeo*; immo *Benerem*, pro *Venerem*, *Berum*, pro *Verum* propinant, qualia quaedam adſcripſimus ad Salluſt. Cat. cap. XXXV. extr. adde Celeb. Burmann. ad Valer. Flacc. Lib. I. vs. 671. & quae de iſta permutatione erudite diſſerit Pierius ad Virgil. X. Aeneid. vs. 205. *Praetor* non legitur in Voſſiano. De *emendatore* vide notam ad Lib. V. Epiſt. XXI. n. 6. CORTE.

2 *Et* vehementer *increpuit.*] Veterrimus: *&* vehementius *increpuit.*

3 *Moleſte tuli.*] Nam aegre erat, quod diſciplinam curae proderent, & ſenatoriam gravitatem jurgandi levitate adeo proſtituerent. Eodem nomine & Senatorum quosdam ſequentibus improbat. BUCHNER.

4 *Quosdam e numero* noſtro.] Mediceus: *quosdam e numero* iſto, ut alii frequenter *ex eo numero* adhibere ſolent. Magis tamen placet *e numero noſtro*, ut ſenatores intelligantur. Vide ad Salluſt. Cat. cap. XXXII. extr. *C. Manlius* ex ſuo numero *ad Marcium Regem mittit.*

5 *Et* accenderent.] Optimus: *quaſi ſtimularent* ac *cenderent*, & deinde: *quaſi reconciliarent, componerent*, reſecta Copula, ut eius iuſſu reponendum ſit: *& nunc quaſi ſtimularent*, accenderent, *nunc quaſi reconciliarent*, componerent, *frequentius ſingulis* cet. Solet ita Secundus. Lib. I. Epiſt. III. n. 1. *quid cubicula diurna*, nocturna? Lib. V. Epiſt. V. n. 1. *Amavi hominem elegan-*

nerentque, [1] frequentius ſingulis, ambobus interdum propitium Caeſa-
6 rem, ut in ludicro aliquo, [2] precabantur. Mihi quidem illud etiam peracerbum fuit, [3] quod ſunt alter alteri, quid pararent, indicati. Nam & Celſus Nepoti ex libello reſpondit, & Celſo Nepos ex pugillaribus.
7 [4] Tanta loquacitas amicorum, ut homines jurgaturi, id ipſum invicem ſcirent, tanquam conveniſſent. *Vale.*

VI. C. Plinius Fundano Suo S.

Secundus, pro Julio Naſone honores petiturus, rogat Fundanum ſuum, ut ideo veniat Romam, quia ſuſceperat candidatum: & verebatur, ſi repulſam pateretur, ne ſibi illuderetur.

SI quando, nunc praecipue cuperem eſſe te Romae, & ſis rogo. Opus eſt mihi voti, laboris, ſollicitudinis ſocio. [5] Petit honores Julius

gantem, diſertum. adde Lib. V. Epiſt. VI. n. 21. & 36. Cicero Lib. V. de Fin. cap. X. *Velut qui ipſi ſibi bellum indixiſſent, cruciari dies ac noctes*, torqueri *vellent.* apud quem haec figura eſt frequentiſſima. Eamdem in Caeſare adnotat Daviſius ad VII. B. Gall. cap. IV. nos paſſim in Salluſtio.

1 *Frequentius.*] Ordo eſt, *frequentius precabantur Caeſarem* Trajanum *propitium ſingulis*: *interdum* precabantur *ambobus*, *ut* aſſolet fieri *in ludicro aliquo.* Dicam apertius: Qui modo ſtimulabant, modo reconciliabant Celſum & Nepotem, Trajanum tunc in Senatu precabantur, ut vellet favere Celſo, vel Nepoti, tanquam ſi ageretur aliqua res ludicra. Ludrica autem ars, quae ludi gratia fit, ut ſcenica, & hiſtrionica. Catan. Supra Lib. IV. Epiſt. XXV. n. 2. *Excanduit ſenatus, magnoque clamore ei, qui ſcripſiſſet*, iratum principem *eſt comprecatus. Ludicrum* Ludum, veluti Circenſem, Athleticum, aut alium, notare, pueri ſciunt. In iis autem favor partium maxime regnabat, quod cognoſcas ex Lib. IX. Epiſt. VI. n. 2. & prout quis huic, vel illi parti favebat, ita & Caeſaris favorem ſuis partibus optabat.

2 *Precabantur.*] Sic Mediceus, ceterique MSS. cum Ed. Vet. Gryphio & Sichardo, & nexus ipſe poſtulat. Vulgo: *precarentur.*

3 *Quod ſunt alter alteri, &c.*] Proditi ſibi invicem, quid alter de altero ſibi promittere poſſet. Neque enim forte, & quodam fervore animi, ſed praemeditato utrumque eo deſcendiſſe, ſatis arguit, quod conceptis verbis, & alter in libello, alter in pugillaribus perſcriptis, contra ſe invicem egerant. Buchner. Elegans locutio *indicati ſunt*, pro *indicatum eſt* ambobus ab amicis, quid alter alteri pararent. Cicero I. de Lege Agrar. cap. II. *Nam ſuperiore parte legis quemadmodum Pompeium* oppugnarent, *a me* indicati ſunt, i. indicatum eſt, ut recte interpretatur Io. Fr. Gronovius, quem vide ad Cic. Lib. I. de Fin. cap. X. ubi ſimiliter: *At id ne ferae quidem faciunt, ut ita ruant itaque turbent, ut earum motus & impetus quo pertineant non* intelligantur, pro quo vulgo dicimus *intelligatur.* Idem Lib. V. Fam. Epiſt. XX. n. 14. *Niſi iſta pecunia graviſſimis* eſſet *certiſſimisque monumentis* teſtata, *cui data.* Porc. Latro Declamat. cap. V. *Nec alae muliebres ab eo coetu religioſo ac nocturno prorſus abfuiſſe* indicatae ſunt. Male itaque *indicati* Mediceo deeſt. Habet is etiam *purgaturi*, pro *iurgaturi*; & *ſcirint*, pro *ſcirent.* Corte.

4 *Tanta loquacitas.*] Futilitas. Familiares Nepotis, cum audiiſſent, parare ipſum contradicere Celſo, hoc detulerunt ad Celſum: & hujus rurſus Nepoti ſignificarunt, quid reſpondere iſte pararet contra. Sic factum, ut uterque ſciret futurum inter ipſos jurgium, non aliter ac ſi de eo conveniſſet. Buchner.

5 *Petit honores Iulius Naſo, petit cum m.*] Optimus: *Petit Naſo cum multis*, mediis omiſſis. Nempe *petere* & *petitio* abſolute de petitione honorum dicuntur, ut docuimus ad Salluſt. Iug. cap. LXIV. n. 1. *Ab Metello* petundi *gratia miſſionem rogat.* & ſic Noſter Lib. II. Epiſt. IX. princ. *Anxium me & inquietum habet* petitio *Sexti Frucii.* Livius

Jius Naſo, petit cum multis, cum bonis, quos ut glorioſum, ſic eſt
difficile ſuperare. [1] Pendeo ergo & exerceor, adficior metu, [2] & me
Conſularem eſſe non ſentio. [3] Nam rurſus mihi videor omnium, [4] quae
decurri, Candidatus. Meretur hanc curam longa mei caritate. Eſt 3
mihi cum illo non ſane paterna amicitia: [5] neque enim eſſe potuit per
meam aetatem: ſolebat tamen vix dum adoleſcentulo mihi pater ejus
cum magna laude monſtrari. [6] Erat non ſtudiorum tantum, verum
etiam ſtudioſorum amantiſſimus, ac prope quotidie ad audiendos,
quos tunc ego frequentabam, Quinctilianum & [7] Niceten Sacerdotem,
ventitabat: vir alioqui clarus & gravis, & qui prodeſſe filio memoria
ſui

Livius Lib. I. cap. XXXV. *Ergo virum, cetera egregium, ſecuta, quam in* petendo *habuerat, etiam regnantem ambitio eſt.* Repetitio tamen illa verbi *petit* Plinianum ſapit, de quo ad Lib. VIII. Epiſt. XXIII. n. 9. & alibi. quare ita legerem: *Petit Iulius Naſo, petit cum multis* cet. CORTE.

1 *Pendeo ergo & exerceor* ſpe, atque *adficior metu.*] Ita omnes vulgatae. At in nullo MS. neque Ed. Vet. Aldinis & Gryphii *atque* habetur, Veterrimus etiam *ſpe* ignorat. Quare ex optimis membranis reſtitui: *Pendeo ergo & exerceor, adficior metu. Pendeo & exerceor* idem eſt, quod ſupra dixit: *Anxium me &* inquietum *habet petitio. Exerceri* enim eſt exagitari, inquietari, ut alibi loquitur. Sic infra Lib. VII. Epiſt. VI. n. 2. *Quin etiam Nigrinum, optimum virum, pertinaciſſime* exercet. M. Cato apud Chariſ. Lib. II. *Me ſollicitum atque* exercitum *habitum eſſe, atque porro fore.* Cicero XIII. ad Attic. Epiſt. XXII. *Te de praedio aviae* exerceri, *moleſte fero.* Adde Gronovium ad Senec. Lib. VI. de Benef. cap. VI. ubi verbum *pendeo* illuſtrat, quod ſaepe *ſollicitum eſſe*, aut *extimeſcere* adiuncta habet. CORTE.

2 *Et me conſularem eſſe non ſentio.*] Sic pendeo dubius, ſollicitusque de exitu ſum, ut candidatus ipſe potius, & petere magiſtratum, quam conſulatu jam defunctus mihi videar. Nam *Conſulares*, qui magiſtratu eo functi eſſent, dicebantur. BUCHNER.

3 *Rurſus mihi.*] Editiones recentiores praemiſerant, *nam rurſus, &c.* ſed non ea etiam in Pal. aut vetuſte cuſis. GRUTER. Palatino MS. adſentiuntur MSS. noſtri recentiores, ut ſemper. At in Veterrimo *Nam* legitur, quod propterea expungere non potui.

4 *Quae decurri.*] Quibus functus ſum. Sunt etiam, qui ſic diſtinguant, *rurſus mihi videor Conſularis*, id eſt alicujus auctoritatis: quia praedixerat, *exerceor ſpe.* deinde ſequentia ordinent, *candidatus*, id eſt Naſo, *meretur hanc curam omnium, quae decucurri*, dignus eſt, ut exercear ſpe, afficiar metu in petitione omnium honorum, quos ego geſſi. CATAN. *Quae decurri.*] Quaeſturae, Tribunatus, Aedilitatis, per quae ordine, ut ſolebat, ad Conſulatum, qui ſummus & maximus honor, ſe perveniſſe ſignificat BUCHNER. Mediceus: *qua decurri*; reliqui MSS. & Ed. Vet. *quae decurri*, licet ſupra *percucurrit*, & *adcucurrit* ſcripſerit. Vide Lib. I. Epiſt. XIV. n. 7. & Lib. II. Epiſt. I. n. 8. Sane Aldus dedit: *quae decucurri*, incertum, an ex Libb. Vett. Eadem varietas cum alibi, tum apud Livium Lib. I. cap. XII. ubi lege Sigonium. Poſtea Helmſtad. *Meretur hanc curam longam & caritatem*; Arnzen. peiore modo turbat.

5 *Neque enim* potuit eſſe *per m. ae.*] Optimus omneſque ſcripti & Ed. Vet. cum Gryphio: *neque enim* eſſe potuit *per meam aetatem.*

6 *Erat non ſtudiorum tantum* cet.] Non aliter codex primarius, Helmſt. Oxon. Arnz. & Ed. Vet. cum pleriſque impreſſis. At Voſſ. cum Aldo: *Erat non ſtudioſorum tantum, verum etiam ſtudiorum amantiſſimus.* Eam collocationem falſam eſſe, oſtendit auctor Lib. IV. Epiſt. XXVIII. n. 2. *Deinde tibi* ſtudiorum *ſumma reverentia, ſummus amor* ſtudioſorum.

7 *Niceten Sacerdotem.*] Alia l. *Nicea.* ſed nullum temporibus Trajani alibi legere memini. Nam *Nicea* Athenienſium Imperator, & Megarenſis alter vetuſtiores fuerunt. Quare libentius legerem *Nicetem*: de quo Seneca Lib. I. Suaſoriarum, *Memini una nos ab auditione* Nicetis *ad Meſſallam veniſſe. Nicetes* ſuo impetu valde Graecis placuit: quaerebat a Gallione Meſſalla, quid illi viſus eſſet. *Nicetes*: Gallio ait, *plena deo*: quoties audiverat aliquem ex his declamatoribus, quos ſcholaſtici *caldos* vocant, ſtatim dicebat, *plena deo.* Addubito tamen eum non tantum vixiſſe, ut a Caecilio audiri potuerit. CATAN. *Niceten Sacerdotem* agno-

4 ſui debeat. Sed multi nunc [1] in Senatu, quibus ignotus ille, multi, [2] quibus notus, ſed non niſi viventes reverentur: quo magis huic, omiſſa gloria patris, in qua magnum ornamentum, gratia infirma,
5 [3] ipſi enitendum, ipſi laborandum eſt. Quod quidem ſemper, quaſi provideret hoc tempus, ſedulo fecit, [4] paravit amicos; quos paraverat, coluit: [5] me certe, ut primum ſibi judicare permiſit,
6 ad amorem imitationemque delegit. [6] Dicenti mihi ſollicitus adſiſtit, aſſidet

agnoſcit Mediceus, & de eo plura Lipſius ad Auct. Dialog. de Orat. cap. XV. Oxon Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. iſta: *Quinctilianum & Niceten Sacerdotem ventitabat* neglexerunt, habentque iidem libri *frequentabat*, unde iſte error profluxit.

1 *In ſenatu.*] Nam commendatione Senatus interdum candidati praeferebantur. Q. Cicero ad M. Fratrem pro petitione Conſulatus monet comparandos, & confirmandos magiſtratus ex civibus, maxime Conſules, deinde Tribunos pleb. ad conficiendum centurias. Admonendi ſumus, ſuffragia judicio Senatus commiſſa a Trajano, & populo adempta, quod aperte taxat Juvenalis dicens:

— *Nam pridem ex quo* ſuffragia *nulli*
Vendimus, effugit curas, nam qui dabat olim
Imperium, faſces, legiones: omnia, nunc ſe
Continet.

Catan.

2 *Quibus* notus.] Vox poſterior deeſt Mediceo, perperam. Infra Epiſt. X. n. 5. *Tam rara in amicitiis fides, tam parata oblivio mortuorum.* Plura in eum ſenſum Lib. IX. Epiſt. IX. n. 1.

3 *Ipſi enitendum* & *laborandum eſt.*] Voſſ. Helmſt. & Ed. Vet. *elaborandum eſt.* Helmſt. praeterea Arnz. & Ed. Vet. *enitendum &* non exhibent. Facile itaque patet, ſcribendum eſſe cum Primario: ipſi *enitendum*, ipſi *laborandum eſt.*

4 *Paravit amicos.*] Faciunt huc Q. Ciceronis verba ad M. Fratrem: *Amicorum ſtudia beneficiis & officiis & vetuſtate & facilitate, ac jucunditate natura parta eſſe oportet.* Mamertinus pro Conſulatu: *Quis ignorat tum quoque, cum honores populi Rom. ſuffragiis mandabantur, multos fuiſſe candidatorum labores. Ediſcenda omnium nomina tribuum, omnes atque etiam ſinguli ſalutandi: prenſandae obviorum manus, omnibus arridendum: non ſolum cum infimis, ſed etiam cum ignotis familiaritatis imago ſimulanda.* Catan.

5 *Me certe.*] Ordo eſt, *certe delegit me ad amorem & imitationem, ut primum permiſit ſibi judicare*, id eſt, profecto elegit ut me amaret & imitaretur, quamprimum judicium fecit de me. Catan. Mendoſa verba. Lego: *me certe, ut primum vindicari permiſit*, i. adiungi. Nam iudicium venit poſt adoleſcentiam. Infra Epiſt. VIII. n. 2. Barth. Nihil agit Barthius, dum verbum *iudicare* exturbat. Nam quod in illo animoſius latet, molitur addito *permiſit.* Similis eſt ſententia, quam protulit Lib. III. Epiſt. XI. n. 23. de qua inferius plura.

6 *Dicenti mihi.*] Agenti in foro cauſas: hoc enim hoc loco *dicere* eſt: *recitanti*, in auditorio declamanti. Et nota ibi *aſſiſti*, hic *aſſideri.* In foro enim ſedebant tantum judices, dicentes ſtabant: itaque illi etiam, qui proſecuti ipſos eo erant honoris cauſa. In Auditorio vero non auditores modo per ſubſellia, ſed ipſi dicentes in ſellis & cathedris etiam conſidebant, & iis proximi, ut hic locus indicat, amici & familiares. Vide, ſi lubet, Creſollium Lib. III. Theatri Rhetorum cap. XIII. Buchner. Optimus: *Dicenti mihi* ſollicitus *adſiſtit*, pro vulgato *ſollicite.* Illud probavi, & adſentitur Oxon. atque Arnz. Seneca de Benef. Lib. VI. cap. XVI. *Inter* ſollicitos *adſedit... gemitus meos* non ſecurus *audivit.* Salluſt. Iug. cap. XXXVIII. princ. *At Iugurtha, cognita vanitate & imperitia legati*, ſubdolus *augere amentiam.* ibi aliquot Codd. *ſubdole.* alterum nos pluribus confirmavimus. Alia damus ad Lucan. Lib. V. vs. 106.

— — — *iuſtiſque* benignus
Saepe dedit ſedes notas mutantibus urbes.

Tacitus III. Hiſtor. cap. XLVII. *Trapezuntem* ſubitus *irrupit.* Sulpic. Sever. Epiſt. III. *Munia tua* devotus *implebo.* Talia etiam proferimus ad Lucani Lib. X. vs. 373.

Irrue nocturnus.

ita enim ex membranis ſcribendum. Corte.

1 *Pri-*

aſſidet recitanti: [1] primis etiam & cum maxime naſcentibus opuſcu-
lis meis intereſt, nunc ſolus, ante cum fratre, cujus nuper amiſſi
ego ſuſcipere partes, ego vicem debeo implere. Doleo enim & il- 7
lum immatura morte indigniſſime [2] raptum, & hunc optimi fratris
adjumento deſtitutum, ſoliſque amicis relictum. Quibus ex cauſis 8
exigo, ut venias, & ſuffragio meo tuum jungas, permultum intereſt
mea, [3] te oſtentare, tecum [4] circumire. Ea eſt auctoritas tua, ut
putem, me efficacius tecum etiam meos amicos rogaturum. Abrum- 9
pe, ſi qua te retinent. hoc tempus meum, hoc fides, hoc etiam
dignitas poſtulat. Suſcepi Candidatum, & ſuſcepiſſe me notum eſt,
ego ambio, ego periclitor. [5] In ſummam, ſi datur Naſoni, quod pe-
tit, illius honor: ſi negatur, mea [6] repulſa eſt. *Vale.*

VII.

1 Primus *etiam*, *& cum maxime naſcentibus opuſculis.*] *Primus* oſtentant omnes impreſſi, licet id ſequentibus non cohaereat. Emendavi ex Primario & Arnz. primis *etiam*, *& cum maxime naſcentibus*. *Prima opuſcula* ſunt recentia, &, ut exponit ipſe, cum maxime naſcentia. Virgilius VI. Aen. vs. 811.

— — primam *qui legibus* urbem
Fundabit.

quod recte exponunt *adhuc recentem*. Horatius I. Satyr. III. vs. 99.

Cum prorepſerunt primis *animalia* terris.

Lucanus Lib. II. vs. 21.

— — — *ſic* funere primo
Adtonitae tacuere domus.

Lib. IV. vs. 65.

— — *quidquid concreſcere* primus
Sol *patitur.*

Lib. X. vs. 434.

— — — *diemque*
Miſit in Aegyptum primo *quoque* ſole *calentem.*

Sic Lib. IV. vs. 446. *primae tenebrae*; Lib. VI. vs. 166. *primus cantus*; Lib. X. vs. 225. *prima tabes nivis.* Silius Lib. XI. vs. 299.

Capys ut primis *dederit ſua nomina* muris.

Talia ubivis obvia ſunt. CORTE.

2 *Raptum.*] *Rapi* proprie dicuntur juvenes, quorum funera ſunt immatura. Scatent hujus verbi innumera apud auctores exempla. CATAN. *Raptum*, ſic loquuntur de exſtinctis ante ſenectutem, & monui ad Statii II. Silv. I. vs. 208. BARTH. Monet etiam infra ad Lib. IX. Epiſt. IX. n. 3. *Ipſamque illam*, *qua eſt* raptus, *aetatem poſſe reſtitui.*

3 *Te oſtentare* & mecum *circumire.*] Concinnius erit: *te oſtentari & mecum circumire.* BARTH. Senſit recte aliquid inconcinnum in ſcriptura vulgata vir doctiſſimus, ſed male vitium curavit. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *te oſtentare*, & tum *circumire.* Princeps: *Permultum intereſt* me adeo *oſtentare*, tecum *circuire.* Repoſui itaque: *Permultum intereſt mea*, *te oſtentare*, tecum *circumire.* Deinde idem Primarius: *Eſt auctoritas tua*, ſine Pronomine *Ea.*

4 *Circumire*] Ambire ſuffragia. CATAN. *Circumire.*] Tribus congregatas in campo, & commendare iis Candidatum, ut pro eo ſuffragium ferant. BUCHNER. *Et mecum circumire.*] Quod hic notat Buchnerus, recte ſe haberent, ſi Plinius ſcripſiſſet ante principatum Tiberii. Nam ſub hoc comitia in curiam tranſlata, & tribus in Campo prenſari deſierunt. GRONOV.

5 *In ſummam.*] Sic iterum Optimus, ut ſaepiſſime, pro recepto *in ſumma.* Vide ad Lib. V. Epiſt. VI. n. 40

6 *Repulſa.*] Dedecus, contumelia. Qui enim patiebantur *repulſam*, deſpecti & contempti credebantur. CATAN.

VII. C. Plinius Calpurniae Suae S.

Reſpondet uxori Calpurniae, quae tunc erat in Campania, ſe non minori deſiderio pro illa teneri, quam illa pro ſe.

SCribis, te abſentia mea non mediocriter affici: unumque habere ſo-
latium, quod pro me libellos meos teneas, ſaepe etiam [1] in veſtigio
2 meo colloces. Gratum eſt, quod nos requiris, [2] gratum, quod his
[3] fomentis adquieſcis. invicem ego epiſtolas tuas lectito, atque iden-
tidem in manus quaſi novas ſumo; ſed eo magis ad deſiderium tui ac-
3 cendor. Nam cujus literae tantum habent ſuavitatis, [4] hujus ſermoni-
bus

1 *In veſtigio.*] Ea lecti parte, qua alias ego cubare ſoleo praeſens. Buchner. *In veſtigio meo*, i. loco cubilis. Ita Valer. Flacc. Lib. VIII. vs. 8.

Ante per antiqui carpſit veſtigia *ſomni.*

Barth. Explicat Buchnerus eam lecti partem, in qua ipſe recumbere ſolebat. Sed *veſtigium* ita ſimpliciter hoc voluiſſe adpellare, contra omnem aliorum conſuetudinem, haud videtur. Itaque aut corruptum eſt vocabulum, aut aliquid hic deſideratur, quod nunc non excogito. Deliberent alii. Scheffer. Et tamen omnes Codd. propugnant *in veſtigio*, nec id contra aliorum conſuetudinem pro loco, qui abſentis nos admonet, adhibetur. Ecce Valer. Flacc. Lib. III. vs. 720.

Ut ſocii ſedere locis, nullaeque leonis
Exuviae; tantique vacant veſtigia tranſtri,

de abſente Hercule. Lucanus Lib. IX. vs. 965.

Magnaque Phoebei quaerit veſtigia muri.

Cicero Lib. I. de Nat. D. cap. XIV. extr. *Ita fit, ut deus ille, quem mente noſcimus, atque in animi notione, tamquam* in veſtigio *ponimus, nusquam prorſus adpareat.* Lib. IV. in Verrem cap. XLIX. *Quod in his locis* veſtigia, *ac prope incunabula reperiuntur deorum.* & hanc notionem infinitis exemplis adſtrui poſſe, iam monuit Celeb. Burmann. ad Ovid. Lib. III. Art. Am. vs. 721.

2 *Quod his fomentis adquieſcis.*] Optimus, & Voſſ. gratum, *quod his fomentis adquieſcis*, prorſus ex more Plinii. Eamdem ſcripturam repererunt in exemplaribus Helmſt. Oxon. Arnz. & Ed. Vet. qui dederunt: *Gratum eſt, quod his fomentis adquieſcis*, omiſſis iis: *quod nos requiris.* Vulgo dabant: *Gratum eſt, quod nos requiris*, quod *his fomentis adquieſcis.* Contra ſupra Epiſt. VI. n. 1. Petit *Iulius Naſo*, petit *cum multis.* item Lib. VIII. Epiſt. VIII. n. 6. *Balineum publice* praebent, praebent *& hoſpitium*, ubi eodem errore alterum *praebent* omiſerant. Ibi plura collegimus. Corte.

3 *Fomentis.*] Solatiis, medelis. Catan. Eodem modo Cicero II. Tuſcul. *Haec ſunt ſolatia, haec* fomenta *ſummorum dolorum.* Idem II. de Finibus: *Fortitudinis* fomentis *dolor mitigari ſolet.* Veenh.

4 *Huius ſermonibus* quantum *dulcedinis ineſt!*] Corrupta ſunt verba, quomodocumque legas. Scribo: cuius *ſermonibus* tantum *dulcedinis ineſt?* Sic cohaerent haec ſuperioribus. Barth. Minus recte ſubduxit rationes Barthius. Hoc dicit: ſi *litterae* tuae tantum habent ſuavitatis; quantum *ſermonibus* tuis dulcedinis inerit! haec reputans, tanto magis ad deſiderium tui accendor, ut praeſens etiam ſermonum voluptate perfruar. Saepius vox *quantum* in tali interrogatione, ſeu exclamatione occurrit, ſaepe etiam librariis aut correctoribus offendiculo fuit, qui hic illic in *tantum* mutarunt, ut vidimus ad Lucanum. Is tamen. Lib. VII. vs. 784.

Et quantum *miſero poenae mens conſcia donat!*

Lib. VIII. vs. 454.

— — quantum *ſpes ultima rerum*
Libertatis habes!

&

nibus quantum dulcedinis ineſt! Tu tamen frequentiſſime ſcribe, licet hoc ita me delectet, ut [1] torqueat.

VIII. C. Plinius [2] Prisco Suo S.

Priſco ſuo enarrat amicitiam ſuam ab adoleſcentia cum Attilio Creſcente: quod eo tendit, ut Priſcus ſollicitet Maximum, Valerii Vari heredem, reddere cum uſuris pecuniam, quam Varus Attilio debuerat.

ATtilium Creſcentem & noſti & amas. Quis enim illum [3] ſpectatior paulo, aut non novit, aut non amat? Hunc ego non ut multi, [4] ſed artiſſime diligo. [5] Oppida noſtra unius diei itinere dirimuntur: 2
ipſi amare invicem, qui eſt flagrantiſſimus amor, adoleſcentuli coepimus.

& paſſim. Vide Cl. Burmann. ad Phaedr. Lib. II. Fab. VIII. vs. 24.

1 *Torqueat.*] Quia tunc magis ſubit recordatio, non licere mihi coram frui tanta voluptate. Catan. *Torqueat.*] Deſiderium tui injiciens. Reſpicit ad id, quod ſupra dixerat: *Invicem ego epiſtolas tuas lectito, ſed eo magis ad deſiderium tui accendor.*

2 *PRISCO SUO.*] Non aliter omnes noſtri At M. Vertranius ad Tacit. I. Hiſt. cap. XXXVII. in ſuo reperit *Bettio Priſco*, h. e. *Vectio*, aut hoc loco, aut infra Epiſt. XII. n. 2.

3 *Spectatior paulo.*] Dignior, & paulo clarior, tanquam ſi diceret, notus & praedilectus eſt omnibus viris auctoritate praeditis, qualis tu es. Catan. Perperam Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *Quis enim* illo *ſpectatior paullo.*

4 *Sed* arctiſſime *diligo.*] Nota ex Tullio *arctiſſima amoris vincula*, ex Noſtro *arcta propinquitas*, ex aliis *arcte complecti* & ſimilia; mihi tamen *arctiſſime diligere*, quod in omnibus libris haeret, hoc loco non placet. Scriberem: *ſed* ardentiſſime *diligo.* Sic Lib. I. Epiſt. XIV. n. 10. *Diligo quidem adoleſcentem* ardentiſſime, *ſicut meretur.* Paneg. cap. LXXXV. *Ut cum ipſe* ardentiſſime diligas, *adhuc tamen* ardentius *diligaris.* Sic ſaepius Noſter. Lib. III. Epiſt. II. n. 4. *Amat me* (*nihil poſſum* ardentius *dicere*) *ut tu.* Lib. II. Epiſt. VII. n. 6. Amavi *juvenem tam* ardenter, *quam nunc impatienter requiro.* Lib. VII. Epiſt. XX. extr. *Ut invicem* ardentius diligamus, *cum tot vinculis nos ſtudia, mores … conſtringant.* hic poterat, ſi uſpiam, cum ſpecie *artius diligamus*, niſi id ſemibarbarum foret. Sola ſyllaba *den* libris vetuſtis excidit. Scribunt enim *artiſſime*, quod vulgus *arctiſſime.* Corte.

5 *Oppida noſtra.*] Patria utriuſque. *Oppida* juxta Comum ſunt, quae uno die inde poſſunt adiri, *Bergomum*, *Laus Pompeja*, *Novaria*, ſed praecipue *Mediolanum.* Quare adducor Attilium Creſcentem potius fuiſſe Mediolanenſem, vel ob illam vetuſtam memoriam in coenobio Divi Ambroſii Mediolani, Attilius A. F. CRESCENS. V. P. TABULARIO PALATI. Illae autem literae V. P. ſignificant virum perfectiſſimum: qui dignitatis gradus reperitur in Inſtitutionibus Juſtiniani. Catan. *Oppida noſtra.*] Utriuſque patria. Vetus Scholiaſtes ad illud Juvenal. Satyr. I. *Venuſina digna lucerna: Venuſinam ideo dicit, quia haec fuit civitas Horatii.* Intelligit patriam Horatii *Venuſium* fuiſſe, & itaque *Venuſina lucerna* Poetam, Horatii in componendis Satyris ſtudium, deſignaſſe. Similiter & ſua cujuſque dicebatur civitas, ubi quis domicilium habebat. Ita *Capernaum* apud Matthaeum cap. IX. *ἰδία* Chriſti *πόλις* appellatur. Cujus locutionis in Jure Romano etiam extare exempla, Summus Vir, Hugo Grotius, ad eum locum obſervavit. Buchner. *Oppida noſtra* pro utriusque patria eadem ratione dixit, qua Lib. II. Epiſt. I. n. 8. *utrique eadem regio, municipia finitima.* ubi vide. Et ſic iterum Lib. VII. Epiſt. XXII. n. 2. *Eſt Cornelius Minicianus, ornamentum* regionis meae, *ſeu dignitate, ſeu moribus.* Infra Voſſ. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *cum eſt flagrantiſſimus amor*, corrupte. Boni illi, cum viderent verbum praecedere & tempus amoris deſcribi, non ſatis elegans putarunt, niſi & particula temporis exprimeretur. Contra expreſſiones illas per Provocabulum Latiniſſimas eſſe, monſtrabunt notae noſtrae ad Sal-

mus. manſit hic poſtea, [1] nec refrixit judicio, ſed invaluit. Sciunt qui alterutrum noſtrum familiarius intuentur. Nam & ille amicitiam meam [2] latiſſima praedicatione circumfert, & ego prae me fero, [3] quam ſit
3 mihi curae modeſtia, quies, ſecuritas ejus. Quin etiam cum inſolentiam cujuſdam tribunatum plebis inituri vereretur, idque indicaſſet mihi, reſpondi:

[4] Οὔτις ἐμεῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο,
Σοὶ κοίλης παρὰ νηυσὶ βαρείας χεῖρας ἐποίσει.

4 [5] Quorſus haec? Ut ſcias non poſſe Attilium, me incolumi, injuriam accipere. Iterum dices: Quorſus haec? Debuit ei pecuniam [6] Valerius Varus: hujus eſt heres Maximus noſter, quem & ipſe amo: ſed
5 conjunctius tu. Rogo ergo, exigo etiam pro jure amicitiae, cures, ut Attilio meo ſalva ſit non [7] ſors modo, verum etiam [8] uſura plurium anno-

Salluſt. Cat. cap. XXIV. n. 1. cap. XLIII. n. 5. Iug. cap. V. n. 1. & cap. LX. n. 3. Apud Secundum nihil frequentius eſt. In Mediceo vocabulum *adoleſcentuli* male deſideratur.

1 *Nec refrixit judicio.*] Poſtquam pervenimus ad eam aetatem, qua judicare potuimus, non diminutus eſt amor, quod alius alium indignum amicitia judicaret: ſed potius crevit. CATAN. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *hic neque frixit iudicio*, quomodo & Voſſ. *hic* omiſſo. inepte.

2 Latiſſima *praedicatione.*] Sic Primarius omnesque ſcripti cum Ed. Vet. At Aldus ac pauci *latiſſime.*

3 Quam *ſit mihi curae.*] Hoc Optimus tenet. Correctorum imprudentia in Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. legitur: quantae *ſit mihi curae.* Habes *quam* hac notione Lib. VIII. Epiſt. VI. n. 17. & alibi. Lucanus Lib. IV. vs. 576.

— — quam ſit *non ardua virtus*
Servitium fugiſſe manu.

Salluſt. Iug. cap. XXXI. n. 2. *Nam illa quidem piget dicere, his annis XV.* quam ludibrio fueritis *ſuperbiae paucorum*, ubi etiam in MS. vidimus *quantum.* adi notas. Valer. Flacc. Lib. II. vs. 564.

— quam *parta tuis iam gloria rebus!*

4 Οὔτις ἐμεῦ &c.] *Nullus, me vivente & ſuper terram intuente* (id eſt, fruente luce) *tibi cavas apud naves manus infeſtas inferet.* Ex Il. α. ubi ſequitur: Συμπάντων Δαναῶν. Qui Genit. jungitur cum οὔτις, id eſt: *Nullus* ex omnibus Graecis. Sed in quibusdam exemplaribus harum Plinii Epiſt. legitur tantum Οὔτις ἐμεῦ ζῶντος. Et magis veriſimile eſt, eum principium duntaxat loci notiſſimi attuliſſe, ut ſolet etiam Cicero. STEPHAN.

5 Quorſum *haec?*] Omnes ſcripti & Edd. Vett. cum Aldo: *Quorſus haec?* neque aliter paullo poſt. Male mutarunt, ut diximus ad Lib. II. Epiſt. VI. n. 6. ubi Libri Vett. ſimiliter *Quorſus haec?*

6 *Valerius Varus.*] *Vari* Syriae praefecti meminit Joſephus. CATAN.

7 *Sors.*] Prima pecunia, cui ſupercurrit foenus, quod vulgo *Capitale* dicitur non abſurde. IDEM.

8 *Uſura.*] Reditus & fructus, qui percipitur ex uſu alicujus rei, Papinianus de uſuris & fructibus cum in judicio bonae fidei diſceptatur arbitrio judicis, uſurarum modus ex more regionis, ubi contractum eſt, conſtiruirur, ita tamen ut legi non offendatur. (*Foenus* cohibitum eſt ab antiquis: nam primo duodecim tabulis ſancitum, ne quis unciario foenore amplius exerceret, deinde rogatione tribunitia ad ſemiuncias redactum, poſtremo vetita uſura, multisque plebiſcitis obviam itum. poſtremo inſecuta eſt lex dictatoris Caeſaris, ſi Tacito credimus, qua de modo credendi poſſidendique intra Italiam cavebatur. CATAN. Optimus & Arnz. *verum etiam ujura*, pro vulgato: ſed *etiam uſura.*

1 *Alien*

annorum. Homo eſt [1] alieni abſtinentiſſimus, ſui diligens: nullis quae-
ſtibus ſuſtinetur, [2] nullus illi, niſi ex frugalitate reditus. Nam ſtudia, 6
quibus plurimum praeſtat, ad voluptatem tantum & gloriam exercet:
gravis eſt ei vel minima jactura, [3] quia reparare, quod amiſeris, gra-
vius eſt. Exime hunc illi, exime hunc mihi ſcrupulum: ſine me ſua- 7
vitate ejus, ſine [4] leporibus perfrui. Neque enim poſſum triſtem vi-
dere, cujus hilaritas me triſtem eſſe non patitur. In ſumma [5] noſti fa- 8
cetias hominis: quas velim attendas, [6] ne in bilem & amaritudinem
vertat injuria. quam vim habeat offenſus, [7] crede ei, quam in amore
habet. Non feret magnum & [8] liberum ingenium cum contumelia da-
mnum. Verum ut ferat ille, [9] ego meum damnum, meam contumeliam 9
[10] vindicabo: [11] ſed non tanquam pro mea, hoc eſt gravius, iraſcar.
Quan-

1 *Alieni abſtinentiſſimus*, *ſui* diligens.] Contra Catilina apud Salluſt. cap. V. n. 4. *Alieni adpetens*, *ſui profuſus.* ubi videſis. *Diligens* autem idem eſt, qui frugalis, & de bono patrefamilias proprie dici, obſervavimus ad Lib. II. Epiſt. VI. n. 1. *hominem lautum & diligentem.*

2 *Nullus* illi, niſi *ex fr. r.*] Sic Optimus, ſic Aldus aliique impreſſi. recte. Abſurde Helmſt. & Ed. Vet. *nullus ex frugalitate reditus*; Arnz. *nullus illi ex frug. r.* Voſſ. *nullus*, *niſi ex frugalitate reditus.*

3 Quia *reparare quod am. g. e.*] Mediceus: quam *reparare.* Librarii vitio. Cetera is incorrupta ſervavit. Alii enim MSS. & Edd. Vett. Et *gravis eſt ei v. m. i.* & *quia reparare.* Barthius emendabat *quod amiſerit*, quod exſtat in Helmſt. Arnz. & Edd. Vett. ſed perperam. Altera forma & elegantior eſt, & latiori ſententiae ſervit. Exempla dedimus ad Salluſt. Iug. cap. I. n. 2. *Neque maius aliud*, *neque praeſtabilius* invenias.

4 *Leporibus.*] Facetiis, venuſtate. *Lepos* enim, auctoribus Donato & Cicerone, venuſtas & feſtivitas eſt: unde mimo illi, quod gratioſe ſaltaret & eloqueretur, nomen inditum *Lepori. Lepidus* autem, qui politus eſt. CATAN.

5 *Noſti facetias* hominis.] *Eius* habet Voſſ. & Helmſt. pro ultimo vocabulo, idque ex aperta Gloſſa. Patebit ex nota ad Lib. IV. Epiſt. II. n. 2. *Ita vulgo ex moribus* hominis *loquebantur.*

6 *Ne in bilem aut amaritudinem vertat injuria.*] Ne irritatus ingenii vim a facetiis, in quibus multum facit, ad convicia vertat: aeque futurus amarus ac mordax jam iratus ac tumens; quam feſtivus & lepidus, cum hilaris ac remiſſus. Quid *amaritudo* ſit, ſupra diximus. BUCHNER. Voſſ. Helmſt. Ed. Vet. & Gryphius: *in bilem aut amaritudinem*; Arnz. *vel.* Sed Veterrimus &.

7 *Crede ei*, *quam.*] Venuſta locutio, *crede viribus* illis, quas in amore habet. h. e. ex iis perſuaderi potes, inde argumentum capere potes. Agimus de illa infra ad Lib. X. Epiſt. II. n. 2. *Sicut potes duobus* matrimoniis *meis* credere.

8 *Liberum ingenium.*] Libertate dicendi utens, non blandiens, ſed fortiter loquens. Senec. in Proverbiis, *Contumeliam nec fortis poteſt*, *nec* ingenuus *pati.* Item: Ingenuitas *non recipit contumeliam.* CATAN. Mediceus: *cum contumelia damni.*

9 *Ego meum damnum.*] Videtur excidiſſe particula, cum eſſet: *verum*, *ut ferat ille*, *ego*, ut *meum damnum*, *meam contumeliam*, *vindicabo.* GRONOV. Nihil excidit. Nam contumelia & damnum Attilii ita cum contumelia & damno Plinii, propter artam familiaritatem, coniuncta erant, ut *is*, *Plinio incolumi*, *iniuriam accipere non poſſet*, quod ſcripſit n. 4. Etiam quod ſequitur *pro mea* Particulam hic non admittit. Sic Epiſt. VI. extr. *ſi negatur*, mea *repulſa eſt.*

10 *Vindicabo.*] Id eſt ulciſcar. CATAN. *Vindicabo.*] Sic Vetus Editio anonyma, & placuit Catanaeo. Ceterae *judicabo* aut *indicabo*, minus nervoſe. GRUTER. Noſtri etiam omnes *iudicabo* pro vero *vindicabo*, quae verba perpetuo in Libb. Vett. confunduntur, pariter ut *vindex* & *iudex*, *vis* & *ius.*

11 *Sed non tamquam pro mea* cet.] Non placet haec diſtinctio. Scribo totum locum ita: *Verum ut ferat ille*, *ego meum damnum*, *meam contumeliam vindicabo*, *ſed non tamquam pro mea. Hoc eſt*, *gravius iraſcar.* Sententia: licet ille ſuam velit ferre contumeliam, tamen ego non feram meam, quae mihi per ipſius contumeliam adfertur. Et feram non tamquam mea eſſet, aut mihi illata, ſed ipſi. Hoc eſt, feram gravius, quia

Quanquam quid denunciationibus & quaſi minis ago? Quin potius, ut coeperam, rogo, oro, des operam, ne ille ſe, quod validiſſime vereor, [1] a me, ego me neglectum a te putem; [2] dabis autem, ſi hoc perinde curae eſt tibi, quam illud mihi. *Vale.*

IX. C. Plinius Tacito Suo S.

Reſpondet Tacito, Naſonem candidatum ſibi commendanti, & neſcio quantopere illum ſuſcepiſſet.

Commendas mihi Julium Naſonem Candidatum. Naſonem mihi? quid ſi [3] meipſum? Fero tamen & ignoſco. eundem enim com-
2 mendaſſem tibi, ſi, te Romae morante, ipſe abfuiſſem. Habet hoc ſollicitudo, quod omnia neceſſaria putat. Tu tamen cenſeo alios roges: ego precum tuarum miniſter, adjutor, particeps ero. *Vale.*

X. C. Plinius Albino Suo S.

Conqueritur, Virginio Rufo, viro nunquam ſatis laudato, poſt decimum mortis annum nondum abſolutum ſepulchrum.

Cum veniſſem in ſocrus meae [4] villam Alſienſem, quae aliquando Rufi Verginii fuit, ipſe mihi locus optimi illius & maximi viri deſide-

quia in amicorum iniuria vindicanda eſſe acrior ſoleo & durior, quam in mea. SCHEFFER. Sententiam bene perſpexit Schefferus, ſed quae aeque ex vulgari diſtinctione reſultat. In Schefferi diſtinctione aut operarum error eſt, aut ea loco plane non convenit.

1 *A me.*] Sc. putet neglectum, quod non commendaverim diligenter negotium ejus apud te. quod fieret, ſi nihil cum Maximo perfeceris. CATAN.

2 *Dabis autem, ſi hoc* cet.] Locus corruptus. quo enim refertur illud *quam*, quod ſequitur *quam illud.* Scribo: *dabis autem hoc, ſi hoc perinde curae.* Sciolis illud *hoc* videbatur bis poſitum ſine cauſſa. itaque prius deleverunt. SCHEFFER. Merae nugae. *quam* refertur ad *perinde*, pro *ac* ſive *prout*, ut apud Tacit. IV. Ann. cap. XX. extr. *Ut provincialibus uxorum criminibus* perinde, quam *ſuis plecterentur.* Lib. VI. cap. XXX. perinde *ſe*, quam *Tiberium falli potuiſſe.* Lib. XI. cap. X. *Si* perinde *amorem inter populares*, quam *metum apud hoſtes quaeſiviſſet.* & ſic ille ſaepiſſime. *Hoc* autem & *illud* ſuperiora referunt. *Hoc* nempe proximum, *ne ego me neglectum a te putem*; *Illud* ſuperius, *ne ille ſe a me neglectum putet.* Verbum vero *Dabis* repetit *operam*, ut apud Senecam: *Id agamus, ut omne* noſtrum *tempus* ſit: erit autem, *ſi prius nos noſtri eſſe coeperimus.* leg. 3. ϖ. de offic. praetoris: *Quid dicemus? quae edixit, quae decrevit nullius* fore momenti, *an* fore *propter utilitatem eorum* cet. & hoc eſt vulgatiſſimum. Ceterum Optimus, Oxon. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *ſi hoc perinde* cura *eſt tibi*, ut Lucanus Lib. II. vs. 142.

Cura fuit *lectis pharetras implere ſagittis.*

nam illud *hoc* non magis moratur, quam Lib. III. Epiſt. V. n. 2. *Eſt enim* hoc *quoque ſtudioſis non iniucunda* cognitio. ubi diximus. Barthius corrigebat *curae ſit.* fruſtra.

3 *Meipſum.*] Mihi commendaſſes. tanquam inferat, Naſonem aeque diligo ac meipſum. CATAN.

4 *Villam Alſienſem.*] *Villae Alſienſis* fit mentio

ſiderium non ſine dolore [1] renovavit. Hunc enim [2] incolere ſeceſſum,
atque etiam ſenectutis ſuae nidulum vocare conſueverat. Quocunque 2
me contuliſſem, illum animus, illum oculi requirebant. libuit etiam
[3] monumentum ejus videre, & vidiſſe poenituit. Eſt enim adhuc im-
perfectum, nec difficultas operis in cauſa, modici, ac potius exigui,
ſed inertia ejus, cui cura mandata eſt. Subit indignatio cum miſera- 3
tione: poſt [4] decimum mortis annum reliquias, [5] neglectumque cine-
rem ſine titulo, ſine nomine jacere, cujus memoria orbem terrarum
gloria pervagetur. At ille mandaverat, caveratque, ut divinum illud 4
& immortale [6] factum verſibus inſcriberetur:

[1] *Hic*

tio apud Ciceronem pro Milone. Valerius autem inquit: *M. Aemilium Porcinam, a L. Caſſio accuſatum crimine nimis ſublime extructae villae in Alſienſi agro, populus Romanus gravi mulcta affecit.* Nam *Alſium*, ſi Dionyſio in antiquitatibus credimus, Pelasgi cum Aboriginibus incoluere. Olim ſic dictum, poſtea *Agilla* ſcribente Plinio. *Alſium* autem ab *Aleſo* conditore nomen accepit Silio dicente Lib. VIII.

Nec non Argolico dilectum littus Aleſo
Alſion.

Catan.

1 *Renovavit.*] Sic Livius, Fabius, Iuſtinus & alii apud Gebhardum ad Liv. Lib. III. cap. LI.

2 Incolere *ſeceſſum.*] Mediceus: *colere ſeceſſum*, quod non diſplicebit, ſi videas Cl. Daviſium ad Caeſar. IV. B. Gall. cap. I. *Neque longius anno remanere uno in loco*, colendi *cauſſa*, *licet.* ubi vulgo *incolendi*, & Graevium ad Flori Lib. III. cap. VI. n. 6. *Animalia, quibus aquam terramque* colendi *gemina natura eſt.* Lucanus Lib. III. vs. 205.

Quique colunt *Pitanen.*

Lib. IX. vs. 650.

— — — *vicina* colentes
Aethiopum totae riguerunt marmore gentes,

3 *Monumentum.*] Ulpianus ff. XI. *ſepulchrum* eſt ubi corpus mortui oſſave hominis condita ſunt: *monumentum* autem dicitur, quod memoriae ſervandae cauſa exſtat. Marcellus titulo de ſumptibus funerum. *Monumentum* ſepulchri id eſſe divus Adrianus reſcripſit, quod munimenti, id eſt muniendi ejus loci cauſa factum ſit, in quo corpus impoſitum ſit. Florentinus ibidem: *Monumentum* generaliter res eſt memoriae cauſa in poſterum prodita, in qua corpus vel reliquiae ſi inferantur, fiet ſepulchrum: ſi vero nihil eorum, monumentum erit, quod Graeci *cenotaphium* appellarunt. Alii *monumentum* ad memoriam poſteritatis, & quicquid ad memoriam alicujus factum eſt, ut fana, porticus, ſcripta & carmina. Catan.

4 *Decimum mortis annum.*] Per hoc apparet multorum annorum epiſtolas collegiſſe Secundum, & diu fuiſſe ſub Trajano, cum alibi Virginii funus celebret, & mortem epiſtola lugeat. Idem.

5 *Neglectumque cinerem ſine titulo.*] Mediceus: *necglectumque.* Voſſ. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. ignorant *ſine titulo*, quod tamen Optimus agnoſcit, & cuilibet ſuccurret illud Iuvenalis Sat. VI. vs. 229.

— — titulo *res digna ſepulchri.*

Plinius Lib. IX. Epiſt. XIX. n. 3. *Victurique nominis famam ſupremis etiam* titulis *prorogare nituntur.* Nam quod hic *titulum* & *nomen* coniungit, non durius eſt, quam quod Lib. II. Epiſt. XI. n. 23. dixit: *foediſſimo quidem* titulo, nomine *unguentarii.* Infra Mediceus: *divinum* illum *&* *immortale f.* Helmſt. & Ed. Vet. *etiam immortale*, unde Barthius malebat: *& iam immortale factum.*

6 *Factum.*] Quod cum ſaepe a legionibus, quibus praeerat, dictus eſſet Imperator, praeſertim poſt interitum Julii Vindicis abnuit, palamque profeſſus non paſſurum ſe quenquam imperare, niſi quem Senatus elegiſſet. Catan.

1 *Hic*

[1] *Hic ſitus eſt Rufus,* [2] *pulſo qui Vindice quondam,*
Imperium aſſeruit non ſibi, ſed patriae.

6 Tam rara in amicitiis fides, [3] tam parata oblivio mortuorum, ut ipſi
nobis debeamus etiam conditoria extruere, omniaque [4] heredum offi-
7 cia praeſumere. Nam cui non eſt verendum, quod videmus accidiſſe
Verginio? cujus injuriam ut indigniorem, ſic etiam notiorem ipſiûs cla-
ritas facit. *Vale.*

XI. C. Plinius Maximo Suo S.

Gratulatur Fuſcum Salinatorem, & Numidium Quadratum juvenes, apud praefectum urbis egiſſe ad imitationem ſui cum ſumma laude & gloria.

O Diem laetum! adhibitus in conſilium [5] a praefecto urbis audivi ex diverſo agentes ſummae ſpei, ſummae indolis juvenes duos, [1] Fuſcum

1 *Hic ſitus eſt.*] Hujus diſtichi ſenſum leges apud Dionem, ex quo nos iſta traduximus. Nerva Virginium ſaepius Imperatorem nominatum non timuit in Conſulatu collegam ſibi aſſumere. In Virginii mortui tumulo tale inciſum fuit epitaphium, quod cum viciſſet Vindicem, IMPERIUM NON SIBI ASSERUIT, SED PATRIAE. Catan.

2 *Pulſo Vindice.*] Omnibus a Nerone ad Galbam deficientibus, Virginius Rufus, qui in Gallia Germanicis copiis praeerat, cum Julio Vindice conflixit: utrique duces a ſuis exercitibus, veluti aurigae, qui frenis dominari non poſſunt, ad bellum acti: Vindice autem ſeipſum interimente inter viginti millia Gallorum, qui ceciderant, exivit rumor perinde atque omnes vellent ob hujusmodi victoriam, ut Virginius imperium admitteret: at is tunc iisdem, quibus initio, cogitationibus inſiſtens, electionem Imperatoris Senatui reſervabat: ſed mortuo Nerone multi rurſus, & quidam ex iis Tribunis, qui erant in tabernaculo, diſtricto enſe jubebant Virginio, vel imperium, vel ferrum admittere: ſed poſtquam a Senatu Galba Imperator creatus eſt, vix perſuaſit militibus, ut eundem principem dicerent, Flaccoque Ordeonio legionem tradidit. Haec Plutarchus. Idem.

3 *Tam parata oblivio.*] Cui malae conſuetudini occurrens Menedemus philoſophus poſt defunctum Aſclepiadem amiciſſimum ſibi, cum ejus amicus ad convivium veniſſet, arcerentque illum janúis adoleſcentes, memor etiam poſt fata Aſclepiadis juſſit hoſpitem introduci dicens, *Aſclepiades etiam ſepultus ei januas aperit.* Idem. *Tam parata oblivio.*] Tam facilis. Cauſa eſt, quod libentius homines viventes reverentur & colunt, qui & prodeſſe poſſunt. Et ſolent plerique ſua commoda primo loco habere. De hoc & ſupra queritur Epiſt. VI. hujus Libri. Buchner.

4 *Heredum officia.*] Titulus eſt Lib. XI. ff. ubi cavetur ex dignitate funerari ab herede funera fieri. Nam etiamſi quid impenſae in marmore factum ſit, funeris eſt. Orta autem haec actio ex bono & aequo. Papinian. ff. V. quamvis ſtricto jure nulla teneantur actione heredes ad monumentum faciendum, tamen pontificali auctoritate compelluntur ad obſequium ſupremae voluntatis. Catan.

5 *A praefecto urbis.*] Tacitus Lib. V. teſtatur, primo ſub regibus moxque ſub magiſtratibus, ne urbs ſine imperio foret, deligi ſolitos, qui jus redderent ac ſubitis mederentur. Ceterum Auguſtum bellis civilibus *Cillinium Mecoenaten*, equeſtris ordinis, cunctis apud Romam atque Italiam praepoſuiſſe: mox ipſo rerum potito primum *Meſſalam Corvinum* eam poteſtatem paucos intra dies quaſi neſcium exercendi tenuiſſe. Tum *Taurum Statilium* quanquam provecta aetate egregie toleraſſe. Dein *L. Piſonem* per viginti annos eam praefecturam geſſiſſe. Ulpianus

V.

[1] Fuſcum Salinatorem, & [2] Numidium Quadratum, egregium par, nec modo temporibus noſtris, ſed literis ipſis ornamento futurum. Mira utrique probitas, conſtantia ſalva, [3] decorus habitus, [4] os La- 2
tinum, vox virilis, [5] tenax memoria, magnum ingenium, [6] judicium aequale, quae ſingula mihi voluptati fuerunt: atque inter haec illud, quod & ipſi me ut rectorem, ut magiſtrum intuebantur: [7] & iis, qui audiebant, me aemulari, meis inſtare veſtigiis videbantur.

O

V. ff. I. omnia crimina praefectura urbis ſibi vindicavit: nec tantum ea, quae intra urbem admittuntur, verum ea quoque, quae extra urbem intra Italiam. Vide initium Epiſtolae divi Severi, miſſae ad Fabium Chilonem praefectum urbis. Catan.

1 *Fuſcum Salinatorem.*] Quem in Epiſt. Trajanus teſtatur virum clariſſimum, & plurimum auctoritate apud ſe valuiſſe. Hic eſt ille *Salinator*, cui poſtea Servianus filiam deſtinavit, & domo patricia genitus, parentes habuit honeſtiſſimos, vir eruditus & eloquens: puer ſimplicitate, comitate juvenis, gravitate ſenex. *Fuſcum* refert Spartianus in ſumma deteſtatione habitum, quod imperium praeſagiis & oſtentis agitatis ſperaret. Ad *Fuſcum* Lib. VIII. Secundi leges binas epiſtolas ſcriptas. *Salinatori* primum cognomen inditum *M. Livio*, quia in cenſura novum vectigal ex ſalaria annona ſtatuit. Idem. Conf. Iſ. Caſaub. not. ad Spartian. p. 39. Veenh.

2 *Numidium Quadratum.*] Cujus alibi fit mentio. Hic dilectus familiariſſime a Secundo heres relictus ex beſſe a Numidia Quadrantilla avia, conſpicuus forma fuit, & omnes ſermones malignorum puer & juvenis evaſit: intra XX. annum maritus apud aviam tanta ſeveritate vixit, ut pantomimos illius nunquam ſpectaverit. Lego apud Spart. *Quadratum* cum Candido geſſiſſe Conſulatum. *Quadrati* hiſtorici meminit Dion in vita Ant. Pii & Capitolinus cum Vulcatio. *Quadratum* graviter inſecutus eſt Adrianus, in cujus vita, quam Spart. Latinam ſcripſit, legendum arbitramur, *Numidium Quadratum*, non *Vinidium.* Sic in Ant. philoſopho apud Julium Capitolinum non *Mummium:* cui ſororis ſuae filio Antoninus Pius moriens bonorum maternorum partem reliquit. In monumentis Brixianorum legi:

L. ANTON. FAB. QUADRATUM DONATUM TORQUIBUS ET ARMILLIS.

Lampridius a Commodo occiſum Quadratum memorat, quod de eo interficiendo conſilium iniiſſet: ſed hanc hiſtoriam melius explicat Herodianus, quanquam opiner fuiſſe filium illius *Numidii Quadrati.* Catan.

3 *Decorus habitus.*] Cultus in oratore debet eſſe ſplendidus & virilis. Nam toga calceus & capillus, tam nimia cura quam negligentia ſunt reprehendenda. Lege quae ſequuntur apud Fab. Lib. XI. Idem.

4 *Os planum.*] Experta pronunciatio. Nam Fab. praecipit *os facile & expeditum* oratori habendum, & Secundus in Regulo notavit in actione *os confuſum.* Si leges *os Latinum*, interpretaberis Romanum ſermonem. Idem. *Os planum.*] Sic Palat. ſic omnes Edd. ante Aldinam, quae nobis objecit *os Latinum.* Gruter. *Os Latinum* mutari non debet. Faciem enim Heroicam dicit, & quae Romanum ſermonem condeceat. Barth. Mediceus etiam *Os Latinum* defendit, cui reliqui Codd. omnes cedere debent. Bene etiam interpretatur Barthius.

5 *Tenax memoria.*] Qua omnes diſciplinae continentur. hinc non immerito theſaurus eloquentiae dicitur. Si quis unam maximamque artem memoriae quaerat, exercitatio eſt & labor, multa ediſcere, multa quotidie, ſi fieri poteſt, cogitare. Catan.

6 *Judicium.*] Secundum Diomedem eſt, quo omnem orationem recte, vel minus quam recte pronunciatam ſpecialiter judicamus. vel eſt aeſtimatio, qua poema ceteraque ſcripta perpendimus, adeo partibus omnibus orationis judicium connexum eſt ac mixtum, ut ne ſententiis quidem, aut verbis ſaltem ſingulis poſſit ſeparari: nec magis arte traditur, quam guſtus aut odor. Idem.

7 *Et ii, qui audiebant me aemulari, &c.*] Malim *videbant.* Pal. non agnoſcit illud *ii.* Mediolanenſis Editio, ut & noſtra anonyma habent, *Etiam qui audiebant*, quod perplacet. Gruter. Neque in verbo *videbant*, neque in altero illo felix fuit Gruterus, licet, pro more, poſteriori Voſſ. & Helmſt. adſentiantur. Reponendum enim ex Optimo, Oxon. & Arnz. *& iis, qui audiebant ... videbantur.*

O diem (repetam enim) laetum, notandumque mihi [1] candidiſſimo calculo! Quid enim aut publice laetius, quam clariſſimos juvenes nomen & famam ex ſtudiis petere? aut mihi optatius, quam me ad recta ten-
4 dentibus quaſi exemplar eſſe propoſitum? Quod gaudium ut perpetuo capiam, [2] deos oro: ab iisdem, teſte te, peto, ut omnes, qui me imitari tanti putabunt, meliores eſſe quam me, velint. *Vale.*

XII. C. Plinius Fabato Prosocero Suo S.

Binis Fabati Proſoceri literis reſpondet, prioribus, quod ſuſcipiet defendendum Priſcum apud centumviros: poſterioribus, quod libenter recordatur conviciorum in ſe, quamvis injuſtorum.

TU vero non debes [3] ſuſpenſa manu commendare mihi, quos tuendos putas. Nam & te decet multis prodeſſe, & me ſuſcipere
2 quicquid ad curam tuam pertinet. Itaque [4] Vectio Priſco, quantum plurimum potuero, praeſtabo, praeſertim [5] in arena mea, hoc eſt apud
3 Centumviros. Epiſtolarum, quas mihi, ut ais, aperto pectore ſcripſiſti, oblivíſci me jubes: at ego nullarum libentius memini. Ex illis enim

1 *Candidiſſimo lapillo.*] Mos deductus a Thracibus, qui dies felices albo lapillo, infelices nigro notabant. Catan. Auctor Plinius Lib. VII. Hiſt. Nat. cap. XL. *notandumque* Medicei eſt omniumque MSS. & Edd. Vett. Solus Aldus *que* omiſit.

2 *Deos oro, &c.*] Haec eſt ſcriptura Palatini, omniumque Editionum ante Aldinam, quae nobis dederat: *Deos oro*, ab iisdem, *teſte* te, *peto, ut omnes* non male; ſi liceret in alterius opere exercere petulantiam. Gruter. Nulla hic petulantia Aldi, qui toties iniuſte vapulat Grutero. Ipſe Mediceus tuetur: *ab iisdem, teſte te, peto*, quae lectio perquam erudita eſt, cum vulgata *ac eosdem teſtes peto* Plinio ſit indigniſſima. Recte teſtem advocat in re, pro arrogantia hominum, vix credibili, dum quilibet altero melior eſſe cupit. Recte etiam tales preces ad deos, teſte addito, fundit, quarum alioquin abuſus notiſſimus erat. Seneca Lib. VI. de benef. cap. XXXVIII. *Quam multa ſunt* vota, *quae etiam ſibi fateri pudet! quam pauca, quae facere* coram teſte *poſſimus!* Vide ad Lucan. Lib. V. vs. 104.

3 *Suſpenſa manu.*] i. leni manu, de qua dictum ad Claudian. Lib. II. in Eutrop. vs. 14. Barth. Tractum a medicis, qui vulnera *ſuſpenſa manu* tractant, quod habemus apud Senecam. Sed & *ſuſpenſus gradus* eadem notione frequens eſt, ut Ovid. I. Faſt. vs. 425.

Surgit amans, animamque tenens, veſtigia furtim
Suſpenſo *digitis fert taciturna gradu.*

4 *Vectio Priſco.*] De Vectio, & Priſco alibi diximus. Legitur etiam *Bettio Priſco*, quem vidimus in memoriis antiquis agri Comenſis. Catan. Mediceus *Betio Priſco*; Arnz. *Baetio*; Ed. Vet. *Bettio.* Vide ſupra ad Epiſt. VIII. princ. Voſſ. *Beticio*; Helmſt. *Betticio.*

5 *In arena mea.*] Tranſlative arenam ſuam dixit agendi uſum frequentatum apud centumviros, ſic Juvenalis:

— *Lentaque fori pugnamus* arena.

Nam plurimas cauſas egit apud centumviros, ſuo & Martialis teſtimonio. Catan.

1 Quan-

enim vel praecipue ſentio, [1] quanto opere me diligas, cum ſic [2] exegeris mecum, ut ſolebas cum tuo filio. Nec diſſimulo, hoc mihi jucundi- 4
ores eas fuiſſe, quod habebam bonam cauſam, cum ſummo ſtudio curaſſem, quod tu curari volebas. Proinde etiam atque etiam rogo, 5
ut mihi ſemper eadem ſimplicitate, [3] quoties ceſſare videbor, videbor dico: nunquam enim ceſſabo, convitium facias. Quod & ego intelligam a ſummo amore proficiſci, & tu non meruiſſe me gaudeas. *Vale.*

XIII. C. Plinius Urso Suo S.

Cum obtinuiſſet Varenus, ut ſibi liceret evocare teſtes, Bithyni conati ſunt invertere Senatusconſultum per Trajanum, a quo remiſſi fuerunt ad Senatum.

[4] Unquamne vidiſti quenquam tam laborioſum & exercitum, quam Varenum meum? cui, quod ſumma contentione impetraverat, defendendum, & quaſi rurſus petendum fuit. Bithyni Senatusconſul- 2
tum apud [5] Conſules carpere ac labefactare ſunt auſi, atque etiam [6] abſenti Principi criminari: ab illo ad Senatum remiſſi, non deſtiterunt. Egit

1 Quantopere *me diligas.*] Optimus hic etiam cum Aldo: *quanto opere.* Vide ad Lib. I. Epiſt. VII. n. 3.

2 *Exegeris.*] Hoc eſt debitum petieris. Nam exigere pecuniam dicimus, quae nobis debetur. Catan. *Exegeris.*] Alia exemplaria habent *egeris mecum*, quomodo & Catanaeus videtur legiſſe. Sic Senec. de Controverſ. *Agere mecum dementiae etiamnum non potes.* Veenh. *Exegeris* Catanaeus explicat per *debitum petieris.* At ipſe noſter reddit paullo poſt per *convicium facere.* Itaque *exigere* hic erit *expoſtulare*, ut ſicut alias *expoſtulare cum aliquo*, ita hic *exigere cum aliquo* dicatur. Scheffer. Mallem ego: *cum ſic* res egeris *mecum.* Barth. Helmſtad. *cum ſine me exegeris mecum.* Reliqui omnes ex noſtro numero vulgatam oſtentant: *cum ſic* exegeris *mecum*, & diximus olim de hoc verbo ad Planci Epiſt. inter Cic. Fam. Lib. X. Epiſt. XXIV. n. 15. *De his rebus, ut* exigeret cum eo, *Furnio mandavi.* Plura Gronovius Lib. IV. Obſerv. cap. XX. ubi & hunc locum Plinii, & alium ex Lib. IX. Epiſt. XXVI. extr. laudat.

3 *Quoties ceſſare videbor* (*numquam e. c.*)] Primarius: *quoties ceſſare videbor*, videbor dico: *numquam enim ceſſabo*, quae repetitio aliis forte ſupervacua videbitur. At amat eam Secundus, quantum licuit per librarios. Lib. III. Epiſt. X. n. 6. *Mihi* difficile eſt *hucusque intendere animum in dolore*: difficile eſt; *ſed tamen ut ſculptorem* cet. Lib. IV. Epiſt. VII. n. 2. *Ipſe etiam nuper adhibito ingenti auditorio, librum* de vita eius recitavit: de vita pueri recitavit; *tamen eumdem librum*, cet. ubi vide. Geminus plane locus eſt Lib. VII. Epiſt. VI. n. 1. *Bithyni accuſationem omiſiſſe* narrantur. Narrantur dico. *adeſt provinciae legatus.* Corte

4 *Unquamne vidiſti.*] Similiter Auſonius Cupid. cruc. adſ. princip. *An umquam vidiſti nebulam pictam in pariete?* Barth. Helmſt. *Nunquamne vidiſti.*

5 *Conſules.*] Nota impudentiam Bithynorum, qui quod Conſules & Senatus decreviſſent, auderent apud eosdem carpere. Catan. Leve eſt, monendum tamen, quod nos ex MSS. & Edd. Vett. *carpere* ac *labefactare* legamus, pro vulgato *&*. Illud etiam Gryphius expreſſit.

6 *Abſente.*] Qui tunc a Senatu aberat. Legitur non abſurde, *Abſenti principi*: ut ſit ſenſus, cum rejecti fuiſſent a Conſulibus; confugerunt ad Trajanum, qui tunc non interfuerat Senatui, verum ab illo ad patres remiſſi ſunt. Quidam legunt *abſentem*, ſcilicet Varenum, qui dum accuſaretur apud Trajanum, non aderat. Catan.

Noſtri

3 Egit Claudius Capito irreverenter magis, quam conſtanter, [1] ut qui
ipſum Senatusconſultum apud Senatum accuſaret. Reſpondit Fronto
Catius graviter & firme: [2] Senatus ipſe mirificus. Nam illi quoque, qui
prius negarant Vareno, quae petebat, eadem danda, poſtquam erant
4 data, cenſuerunt. Singulos enim, [3] integra re, diſſentire fas eſſe,
5 peracta, quod pluribus placuiſſet, cunctis tuendum. Acilius tantum
Rufus, & cum eo ſeptem an octo? ſeptem immo, [4] in priore ſententia
perſeverarunt. Erant in hac paucitate nonnulli, quorum [5] temporaria
6 gravitas, vel potius gravitatis imitatio ridebatur. Tu tamen aeſtima,
quantum praelium, quanta [6] pugna certamini maneat, cujus quaſi
[7] praeluſio atque praecurſio has contentiones excitavit. *Vale.*

XIV.

Noſtri omnes *abſenti principi.* Auct. Dial. de Orat. cap. XLII. *Ac ſimul adſurgens & Aprum complexus Ego, inquit,* te poetis; *Meſſalla,* antiquariis criminabimur. *At ego* vos rhetoribus & ſcholaſticis, *inquit.* Sueton. Calig. cap. LVI. *Nec ceſſavit ex eo* criminari alterum alteri, *atque inter ſe omnes committere.*

1 *Ut qui ipſum SC. apud ſenatum acc.*] Mediceus tantum: *ut qui ſenatum accuſaret.* Arnz. & Ed. Vet. deeſt *ipſum*, pro quo Helmſt. *ut qui per SC. apud ſen. acc.* Infra quidem impreſſi: *graviter* magis & *firme*, contra auctoritatem meliorum Codd.

2 *Senatus ipſe mirificus.*] Sc. erat. Perperam Voſſ. & Helmſt. *Senatus* ipſi *mirificus.* Oxon. *Senatus ipſe* mirifice.

3 *Integra re.*] Nondum decreto Senatuſconſulto. Catan.

4 *In priore ſententia.*] Ut non liceret Vareno teſtes evocare. Idem.

5 *Temporaria.*] Momentanea, & ad breve tempus. Annotavimus hoc verbum bis apud Aſinum Apuleji poni in eundem ſenſum. Nam Lib. VII. *Temporariam ſedem*, & XI. *larem temporarium* dixit: Secundus pariter in panegyrico: *Non ergo temporarium & ſubitum eſt.* & Seneca primo epiſtolarum *temporarias amicitias ad tempus breve comparatas.* & Ulpianus de tutoribus, & curatoribus datis *temporarium* tutorem. Sic Paulus de uſufructu, indictiones *temporarias.* & *temporarium* exilium, non in perpetuum, ſed ad tempus aliquod irrogatum. Item Ulpianus de aqua quotidiana *temporariam* poſſeſſionem. Ac alibi effractores in opus publicum, vel perpetuum, vel *temporarium* dari ſolere. Idem.

6 *Pugna.*] Contentione. In vetuſto exemplari legitur; *Tu tamen* exiſtima *quantum* praelium, quanta *pugna* certamini *maneat.* Idem. *In ipſa pugna certaminis.*] Sic recte Palat. & Edd. Vett. excluſis ceteris. Gruter. Alii nempe habent: *quantum nos in ipſa pugna* praelii & *certaminis maneat*, quod & noſtri Codd. reſpuunt, qui cum Palatino & Edd. Vett. incedunt. Solus Mediceus: *Tu tamen aeſtima, quantum* praelium, quanta pugna certamini *maneat*, quod fere ex Vet. Cod. adnotavit Catanaeus, & temere non eſt reiiciendum. *Praelium* & *pugnam* cum probatis coniungit, ut Salluſtius *praelium pugnatum* dixit, ut Silius Lib. VI. vs. 208.

Utque erat in pugnas, & Martem, & praelia, & *hoſtem*,
Igneus, & *magna audendi flagrabat amore.*

Ut ipſe Tullius *certamen & praelium* coniungit. *Pugnae certamen* Ovidii eſt Lib. XII. Metam. vs. 180.

Qua tibi militia, *cuius* certamine pugnae
Cognitus.

Item Livii Lib. XXXVI. cap. XIX. *In ipſo certamine pugnae.* At *certamini maneat* offendiculo fuit. Contra nos ad Lucani Lib. VII. vs. 185. iam monuimus, Graecos pariter & Latinos *manet me*, & *manet mihi* dicere ſolere. Exempla dedit Heinſius ad Claudian. II. in Eutrop. vs. 478.

— — — *unaque* cuncto
Poena manet generi.

Livius Lib. I. cap. LIII. *Nam ne errarent*, manere his *bellum*, *quod poſitum ſimuletur.* Itaque Mediceam lectionem repoſui. Corte.

7 *Praeluſio.*] Praemeditatio, praecentio, ut aſſo-

XIV. C. PLINIUS MAURICO SUO S.

Promittit adventum ſuum Maurico in praedium Formianum, modo nihil incommodetur.

SOllicitas me in Formianum. Veniam ea conditione, ne quid contra commodum tuum facias: qua pactione invicem mihi caveo. Neque enim [1] mare & litus, ſed te, otium, libertatem ſequor: alioqui ſatius eſt in urbe remanere. Oportet enim omnia aut ad alienum arbitrium, aut ad ſuum facere: mei certe ſtomachi haec natura eſt, ut nihil niſi totum & [2] merum velit. *Vale.*

XV. C. PLINIUS MAURICO SUO S.

Exemplo Paſſieni monet Voconium, recitationibus non adhibendos niſi ſanae mentis auditores. Ille enim dum elegos recitaret, intempeſtive a Jaboleno eſt interpellatus.

MIrificae rei non interfuiſti: ne ego quidem, ſed me [3] recens fabula

aſſolent citharoedi, antequam cantum exordiantur, praeludium emerendi favoris gratia praemittere. Sic tyrones, priusquam in veram pugnam deſcendant, praeexercent ſe ad palum & curſum: quo verbo Virg. utitur in tauro ſe ad pugnam incitante, & Juvenalis *jurgia praeludunt*, id eſt incipiunt, antequam ad veram pugnam veniant. CATAN. Tractum a militia, ut perſpicue oſtendit Cic. Divinat. in Q. Caec. cap. XIV. ubi ſimili Tranſlatione: *Sin mecum in hac* proluſione *nihil fueris, quem te in ipſa* pugna *cum acerrimo adverſario fore putemus?* adi illic Hottomannum, & Interpretes Flori ad Lib. IV. cap. II. n. 2. *Ac Mariana quidem Cinnanaque rabies intra urbem* proluſerat, *quaſi experiretur.* Ceterum libri noſtri omnes *praeluſio*, neque ex Mediceo quidquam varietatis notatum habeo. Mallem tamen *proluſio*, quod I. Fr. Gronovius & N. Heinſius ex Libb. Vett. probant, & nos in antiquiſſimis membranis Virgilii, Vegetii, Hegeſippi oſtendimus.

1 *Mare & littus.*] Loci amoenitatem, quae pluribus a Mart. celebratur. Sunt autem Formiae juxta Cajetam & Terracinam in littore ad mare Tyrrhenum. CATAN. *Sed te, otium, libertatem ſequor.* Membranae tranſlatis litteris & dictionibus: *neque enim mare & litus, ſed* otium & *libertatem ſequor.* quam germanam huius loci lectionem eſſe, praeter alia, quae omnibus liquere confido, ſequentia quoque facile evincunt. MODIUS *Novant. Epiſt. LI.* Modio adſentiuntur penes nos Voſſ. Oxon. & Helmſt. eamque lectionem ipſe etiam pro vera habeo. Ed. Vet. cum Gryphio: *ſed* te, *otium* & *libertatem ſequor.*

2 *Merum.*] Solum. Senſus eſt, ſum ea natura, ut vellem niſi uno occupationis genere teneri: verbi cauſa in urbe amicis inſervire, ruri ociari. CATAN.

3 *Recens fabula excepit me.*] Audita nuper fabula me excitavit. Fuit in ſecunda lectione, *Mirificae rei* interfuiſtine? *ego quidem*, ſed moerens. Ut cum triſtitia huic fabulae interfuiſſet Plinius. IDEM. Secunda illa haeret in Ed. Vet. ad quam prope accedunt MSS. iuniores, in quibus: *Mirificae rei interfuiſti ne ego quidem, ſed me recens. Paſſienus* cet. mediis omiſſis. Aldina tamen, quae vulgata eſt, ſuſtinetur ab Veterrimo, & corrumpentes fortaſſe non intellexerunt, quid eſſet, *me recens fabula excepit.* Significat autem ego recentem fabulam excepi, licet non interfuerim,

bula excepit. [1] Paſſienus Paulus ſplendidus eques Romanus, & imprimis eruditus, ſcribit elegos. [2] gentilitium hoc illi. Eſt enim [3] municeps
2 Propertii, atque etiam inter majores ſuos Propertium numerat. Is
cum recitaret, ita coepit dicere. [4] *Priſce jubes?* Ad hoc [5] Javolenus
3 Priſcus, (aderat enim ut Paulo amiciſſimus) *Ego vero non jubeo.* Cogita, qui riſus hominum, [6] qui joci. Eſt omnino Priſcus dubiae ſanitatis: intereſt tamen officiis, adhibetur conſiliis, atque etiam jus civile publice reſpondet: quo magis, quod tunc fecit, & ridiculum & notabile fuit.
4 Interim Paulo [7] aliena deliratio [8] aliquantum frigoris attulit. Tam

rim, recenti tamen fabulae adveni. Ineſſe enim verbis a *Capio* compoſitis aliquid Reciprocum, pridem Valla obſervavit. Sic Treb. Pollio Claud. cap. XVII. *Nihil* me *gravius* accepit, *quam quod notoria tua intimaſti.* Sic *excipere laudem*, *plagas*, *verbera*, & *laus excipit*, *verberibus excipi* & quae ſunt alia. Vide Pricaeum ad Apulei. IX. Metam. p. 485. Lucanus Lib. VIII. vs. 781.

Quam metuis demens iſto pro crimine poenam,
Quo te fama *loquax omnes* accepit *in annos?*

1 *Paſſienus Paulus.*] Vir optimus & honeſtiſſimus, qui veteres in literis aemulabatur. Elegos ſcripſit ad imitationem Propertii, unde genus trahebat: demum ad lyrica ſe convertit, in quibus Horat. effinxit. Patrem habuit *Paſſienum* nobilem declamatorem: cujus Euſebius in chronicis & frequenter Senec. meminere. Gellius *L. Paulum* poetam memoria ſua doctiſſimum nominat, & alibi *Julium Paulum* poetam virum bonum literarumque ac veterum impenſe doctum. Jabolenum autem fuiſſe *Pauli* praeceptorem ff. XL. de manumiſſ. teſtatur. CATAN.

2 *Gentilium.*] Aliter *Gentile*, ſed magis probo *gentilium*, quod vidimus in antiquo Cod. nam *gentile* eſt, quod ex eadem familia eſt, *gentilitium* quod pertinet ad jus familiae: ſicut familiae Propertianae proprium erat elegos ſcribere. & *gentilitia* ſacerdotia a priſcis appellata, quod aedis aut ſacelli juris eſſent a patre familias, ea ratione erecti dedicatique, ut & ſacrorum cura, & fructuum ipſius ſacerdotii perceptio ad ſolam gentem familiamque ſuam perpetuis ſucceſſionibus devolveretur. IDEM. Inepte Gryphius & quidam recentiores *gentilium*; Helmſt. & Arnz. *gentilicum*; Ed. Vet. *gentile.* Veterrimus cum Aldo *Gentilitium*, quod vocabulum ex Cicerone, Livio & aliis notum eſſe debet.

3 *Municeps Propertii.*] Ex Mevania oppido Umbriae, patria Propertii. Papinius in Sylvis

— *Umbroque* Propertius *antro.*

CATAN. Mediceus & Helmſt. *municeps Properti.*

4 *Priſce jubes.*] Principium operis Paſſieni. IDEM.

5 *Jabolenus Priſcus.*] In ff. ubique ſcribitur *Jabolenus* non *Javolenus*, pariter apud Capitolinum. Fuit enim Juriſconſ. quo uſus eſt cum multis aliis Antoninus Pius, & Pomponius de origine juris, *Priſcus*, inquit, *Jobolenus Sabino ſucceſſit in ſcientia juris.* CATAN. At MSS. omnes Plinii & Edd. Vett. *Iavolenus*, quod propugnat etiam Mediceus, in quo legitur: *ad hoc Volenus.* Simili modo ſupra Epiſt. V. n. 4. *Iubentium*, pro *Iuventio* ſcripſerant, ubi diximus. Supra MS. Voſſ. *Paulle iubes?* pro *Priſce.*

6 *Qui joci.*] Exorti ſint inter praeſentes. Scribit Tranquill. Claudium Imp. cum initio recitationis hiſtoriae ſuae defractis compluribus ſubſelliis obeſitate cujuſdam riſus exortus eſſet, ne ſedato quidem tumultu temperare potuiſſe, quin ex intervallis ſubinde facti reminiſceretur, cachinnoſque revocaret. CATAN. In Helmſt. & Ed. Vet. *qui ioci* corruptum eſt hoc modo: *qui riſus hominum* quotiens *omnino Pr.* Voſſ. *quod eſt omnino Priſcus*, idque Gryphio placuit.

7 *Aliena deliratio.*] Jaboleni inſania. *Lirare* autem, auctore Varrone, eſt cum tertio arant jacto ſemine boves, id eſt cum tabellis ad vomerem ſimul & ſatum frumentum operiunt in porcis, & ſulcant foſſas, qua pluvialis aqua dilabatur. Columella inquit, *lirantur* jugera cum in ſubacta jam terra latiores porcae ſulcantur: *lira* vero eſt ſimilis ei porcae, quam in ſationibus campeſtribus ruſtici faciunt. CATAN.

8 *Aliquantum frigoris.*] Offenſiunculae ac alienationis animorum. Ita enim *frigoris* ſive *friguſculi* vox aliquando ſumitur. Vide Caſaubonum ad Auguſtum Suetonii cap. LXVI. & Levinum Torrentium ibidem, item ad Claudii cap. XLI. BUCHNER. Vide Celeb. Burmann. ad Quinctil. Lib.

Tam ſollicite recitaturis providendum eſt, non ſolum ut ſint ipſi ſani, verum etiam ut ſanos adhibeant. *Vale.*

XVI. C. Plinius Tacito Suo S.

Corn. Tacito hiſtorias ſcripturo, petentique obitum avunculi ſui, etiam cauſam ejus altius repetit, ubi illius conſtantiam, ac animi fortitudinem mirum in modum probat.

PEtis ut tibi avunculi mei exitum ſcribam, quo verius tradere po-
ſteris poſſis. gratias ago. Nam video, morti ejus, ſi celebretur a
te, immortalem gloriam eſſe propoſitam. [1] Quamvis enim pulcherri- 2
marum clade terrarum, [2] ut populi, ut urbes memorabili caſu, quaſi
ſemper victurus occiderit: [3] quamvis ipſe plurima opera & manſura
condiderit, multum tamen perpetuitati ejus ſcriptorum tuorum aeter-
nitas addet. Equidem beatos puto, quibus deorum munere datum 3
eſt, [4] aut facere ſcribenda, aut ſcribere legenda: beatiſſimos vero, qui-
bus utrumque: horum in numero avunculus meus & ſuis libris & tuis
erit. Quo libentius ſuſcipio, depoſco etiam quod injungis. Erat [5] Mi- 4
ſeni,

Lib. V. cap. VII. pag. 385. Auct. Dial. de Orat. cap. XXXIX. *Ut* frigidiſſimos *quoque oratores ipſa certantis populi ſtudia excitare & incendere potuerint*. Supia Mediceus: *alieno deleratio.*

1 *Quamvis enim.*] Ordo eſt, tamen aeternitas tuorum ſcriptorum addet plura perpetuitati ejus: quamvis quaſi ſemper victurus occiderit memorabili caſu, ut populi, ut urbes occidunt clade pulcherrimarum magis terrarum. Catan.

2 *Ut populi, ut urbes.*] Nam populorum, & urbium excidia diutius memorantur, quam alicujus viri interitus. An quia in eo incendio populi & urbes interiere? Idem. *Ut populi, ur urbes.*] Lego *urbis.* Ideo autem haec addit, quia frequentius accidunt populorum aut urbium clades, quam terrarum. Nobilitatur autem eorum mors, qui in aliqua inſigni ſtrage ceciderunt, vel memorabili alicuius urbis caſu. Catanaei vero interpretationi nullus aſſentior. Casaub. *Semper victurus* cum memoria earum cladium, quomodo ille apud Suetonium optat imperium ſuum memorabilibus cladibus clarum fieri. Sic de Domitiano ſupra Lib. IV. Epiſt. XI. Barth. Codices noſtri etiam Primarius: *ut populi, ut urbes*, quod recte interpretatur Catanaeus, & male mutat Caſaubonus. Populorum & urbium caſus memorabiles per ſe ſunt, non autem ſingulorum hominum; at Plinii memoria, clade pulcherrimarum terrarum exſtincti, propter has terras aeque durabit, ac memoria populorum & urbium deletarum.

3 *Quamvis ipſe &c.*] Senſus: quamvis tali caſu memorando interierit, quali interdum populi, aut urbes pulcherrimae concidunt: ut perpetuo victurus videatur: quamvis multa ſcripſerit, per quae ſibi immortalitatem comparavit: tamen tu tuis ſcriptis facies eum aeternum. Catan.

4 *Aut facere ſcribenda.*] Lege Salluſt. Cat. cap. III. & Tacit. Agric. cap. I. Supra Voſſ. *quamvis ipſe plurima ſcripſerit, multum tamen* cet. Helmſt. & Arnz. *quamvis ipſe plurima, tamen perpetuitati*, cet mediis omiſſis. neque multo aliter Ed. Vet.

5 *Miſini.*] Promontorium & oppidum *Miſenum* Cumis proximum. Strabo a *Miſeno* ſocio Ulyſſis dictum aſſerit, ab eo Prochytam, & Pithecuſam crediderunt abruptam. Mela a milite Phrygio, ſicut Dionyſius a quodam illuſtri Trojano cognomen traxiſſe tradunt. Virg. a tubicine Aeneae *Miſeno* ſub eminenti monte ſepulto, &c. Et Solini par ſententia inter auctores ab Aeneae tubicine Miſeno *Miſenum* appellatum. Catan.

1 *Claſ-*

ſeni, [1] claſſemque imperio praeſens regebat. Nonum Calend. Septembres, hora fere ſeptima, [2] mater mea indicat ei, apparere nubem [3] inuſitata & magnitudine & ſpecie. [4] Uſus ille ſole, mox frigida,

1 *Claſſemque imperio praeſens regebat.*] Praeerat claſſi, quae ſtabat ad tutelam maris inferi, non per legatum, ſed coram. Legimus apud Tranquill. & Tacitum, inſtituiſſe Auguſtum, claſſem unam Miſeni, alteram Ravennae: hanc ad ſuperi, illam ad inferi maris tutelam. Hinc Tacitus memorat Miſenenſem claſſem a Galba ad Veſpaſianum tranſiiſſe. Sed Veget. Lib. IV. hanc rem luculentius tractat. CATAN. *Claſſemque imperio regebat, &c.*] Haud aliter quidem ab Aldo excuſi, ſed eo antiquiores, *regebat: Novemb. KL. hora &c.* Palatinus vero, *regebat nonum Kal. hora.* cui otium aliquod eſt, excutiet verum, mihi properanti, vix haec licet committere papyro. GRUTER. Cum Palatino faciunt Helmſt. & Arnz. Verum Optimus: *Nonum Kal. Septembres, hora fere ſeptima*, ſed nec ullus alius ex MSS. neque Edd. Vett. *diei*, quod in vulgatis viſitur, admittunt. In veterrima iſta lectione nihil vitii latet, ſi modo conciſam dicendi rationem agnoſcas. Dicunt enim *Nono*, & *Nonum Kalendas Septembres*, pro *ante diem* nonum *Kalendas Septembres*, quod alibi monſtravimus. Vide notam ad Salluſt. Cat. cap. XXX. n. 1. & Ioſ. Caſtalion. Var. Lect. ad Leg. 131. π. de Verb. Sign. Igitur Mediceam ſcripturam repraeſentavi, pro vulgata: *Nono Calend. Septembr. hora diei fere ſeptima.* Similiter infra Lib. VIII. Epiſt. VI. n. 13. *Ea quae IIII. Calend.* Februarias *optimus princeps recitaſſet.* CORTE.

2 *Mater mea.*] Soror Plinii. CATAN.

3 Inuſitata *& magnitudine & ſpecie.*] Praeſtantiſſimus, inuſitatam *& magnitudine & ſpecie.* Utraque ratio multis confirmari poteſt. Hanc nempe tuentur dicta ad Lucan. Lib. III. vs. 289.

> —— —— —— *coiere nec umquam*
> *Tam* variae cultu *gentes.*

Illam, quae collegimus ad Ei. Lib. III. vs. 362.

> *Ventus ut amittit vires, niſi* robore denſo
> *Occurrunt* ſilvae.

Ubi Codd. *robora denſae*, aut *robore denſae.* Hic ex optimis membranis minime dubitarem adſumere *inuſitatam*, niſi mores librariorum retinerent, de quibus ad Lib. II. Epiſt. XIII. n. 11. Lib. III. Epiſt. XV. n. 2. Lib. V. Epiſt. XVII. n. 6. & alibi.

4 *Uſus ille ſole, mox frigida, &c.*] Sic malui cum Palat. quam ut in vulgatis, *frigidam guſtaverat jacens.* Plinius enim diſerte ſupra de ipſo Lib. III. Ep. V. *Poſt ſolem plerumque frigida lavabatur, dein guſtabat, dormiebatque* &c. GRUTER. *Uſus ille Sole, &c.*] Supra Lib. III. Epiſt. V. eodem ordine de eodem: *Aeſtate, ſi quid otii, jacebat in Sole, &c.* Veteres inter quotidiana praeſidia valetudinis quoque habebant, ſedere in ſole, jacere: ut hic Plinius; aut ambulare nudos, ut Spurinna: de quo Noſter ſupra Lib. III. Epiſt. 1. Hoc eſt, quod *Sole uti*, iſto in loco Plinius vocat. Graecis hoc exercitationis genus ἡλίωσις & ἡλιοκαΐα dicebatur: Latinis *inſolatio.* Nam *inſolare*, apud Columellam eſt, in Sole ponere: Et *inſolatio*, ſiccatio in Sole apud Plin. Lib. XXI. Nat. Hiſtor. c. XIV. Ac alii quidem uncti utebantur Sole, alii ſine unctione. Quod *Solem aſſum* Cicero, ἥλιον καθαρὸν Plato, appellat: alterum *Solem unctum* dixit, ut praeclare Caſaubonus ad Perſium obſervat. Huic curae inſervierunt, opinor, *Solaria* etiam, ſive *Heliocamini*, ut Noſter Lib. II. Epiſt. XVII. vocat, quos in aedibus habebant, quorum apud Suetonium, Plautum & Ulpianum L. XVII. D. de ſervitutibus urbanorum praediorum mentio fit. Poſt Solem igitur in cellam frigidariam deſcendit Plinius, & frigida ibi perfuſus eſt. Spurinna poſt Solem exercebatur pila, deinde lavabatur. Etiam Seneca ab exercitatione in frigidam deſcendebat, ut ipſe refert Epiſtol. LXXIII. Quod plus oſtentationis, quam utilitatis habere, Plutarchus docet de ſanitate tuenda. Auguſtus ungebatur ſudabatque ad flammam: deinde perfundebatur aqua egelida, vel Sole multo calefacta, quod Suetonius de eo prodit. Noſter de ſe Lib. IX. Epiſt. XXXVI. *Ambulo, ungor, exerceor, lavor.* Sequitur de guſtatione. Ceterum *guſtare* eſt leviter veſci, ut pane ſicco, atque aut eo ſolo, aut cum palmulis aut acinis uvae paſſae. Auguſtus de ſe in Epiſtolis apud Suetonium: *Nos in eſſendo panem & palmulas guſtavimus.* Et rurſus: *Dum lectica ex regia domum redeo, panis unciam cum paucis acinis uvae duracinae comedi.* Huc pertinet quod ſupra Plinius de avunculo prodit Lib. III. *Interdiu*, inquit, *cibum levem & facilem veterum more ſumebat. Interdiu* eſt ante coenam. *Veterum morem* vocat, quod jentaret tantum, aut ſi pranderet, id parce ac tenuiter faceret: tantum ut reficeret aliquantulum corpus, non ut expleret. Ita

frigida, guſtaverat jacens, ſtudebatque: poſcit [1] ſoleas, aſcendit locum, ex quo maxime miraculum illud conſpici poterat. Nubes (incertum procul intuentibus ex quo monte, [2] Veſuvium fuiſſe poſtea cognitum eſt) oriebatur, cujus ſimilitudinem & formam, non alia magis arbor, quam [3] pinus expreſſerit. Nam longiſſimo velut trunco [4] elata in altum, qui- 6
busdam ramis diffundebatur. credo quia recenti ſpiritu evecta, [5] dein ſeneſcente eo deſtituta, aut etiam [6] pondere ſuo victa, in latitudinem evane-

Ita enim ſolebant veteres, qui intemperantiae deputabant, bis in die ſaturum fieri: quod vel Platonis locus indicat Epiſtola ad Dionis propinquos, quo Cicero quoque Tuſcul. V. uſus eſt, cum oſtendere vellet, ne mente quidem recte uti poſſe multo cibo & potione completos. Ex hac veterum diſciplina Horatius Lib. I. Sat. VI. de ſe:

Pranſus non avide quantum interpellet inani
Ventre diem durare, domeſticus otior.

Sed *guſtare* & *guſtatio*, proprie atque primario de jentaculo dicebatur, quod ὁ πάνυ Salmaſius ad Vopiſci Tacitum docet. Quae illuſtrandae conſuetudini veterum, atque ut aliquot Epiſtolarum Plinii loca una exponerentur opera, hic annotare in tironum gratiam, non praeter rem exiſtimabamus. BUCHNER. *Mox frigida, &c.*] Merito ſic hic locus reſtituendus, non tantum ex Grutero ſed & Salmaſio, cum ante vulgo, ſed abſque ſenſu legebatur: *Mox frigidam guſtabat, &c.* Utebantur enim ſole, frigida lavabantur, guſtabant, dein prandebant. Confirmat hanc lectionem Epiſt. V. Lib. III. *Poſt ſolem plerumque frigida lavabatur, &c.* Confer Salmaſ. in notis ad Vopiſc. p. m. 419. Edit. Pariſ. VEENH. *Mox frigida* pridem edidit Aldus, neque aliter Mediceus, Helmſt. & a prima manu Arnz. Vide ad Lib. III. Epiſt. VII. n. 11. & de *guſtatione* ad Lib. III. Epiſt. V. n. 11.

1 *Soleas.*] Tegumenta plantae pedis, quas nunc *ſuberes*, a ligno interſuto vulgo dicimus, & Columella *ſoleas ſparteas* de ſparto confectas appellavit: a ſolea *ſoleatus* deducitur, quo Mart. utitur. *Solea* autem ex genere planorum piſcium, unde nomen traxiſſe id genus calceamenti autumo. CATAN. *Soleas.*] Sidonius pro ſolea *ſolum* ponit in Paneg. deſcribens id cothurnorum genus, quod in antiquis ſtatuis videre eſt, in quo, ut Gellii verbis utar, plantarum calces tantum infime teguntur, cetera nuda, & teretibus habenis vincta ſunt. Vid. Jac. Sirmond. Ut vero *ſoleae* calceorum loco ſumebantur viris, ſic foeminis *ſandalia.* Unde σανδάλια olim in nuptiis adhibita σύμβολον οἰκουρίας, ut docet Plutarch. in Quaeſt. Rom. & ex eo Caſaub. ad Tranq. VEENH. Voſſ. Helmſt. Arnz. Oxon. & Ed. Vet. *popoſcit ſoleas.* Sed Veterrimus *poſcit.*

2 *Veſuvium.*] Quem alii *Veſevum*, alii *Veſbium*, nonnulli *Veſubium* nominant, mons eſt Campaniae cunctorum pulcherrimus, amoeniſſimis habitatus agris, excepto cacumine. Id magna ex parte planiciem habet fructum omnino nullum ferentem, verum ſecundum Dionem arbores & vites habet: & cineres in proſpectu oſtentans, cavernoſaque monſtrat antra combuſtis ex petris, ut color indicat, quas ignis abroſerit. Haec Strabo & Eutropius. CATAN.

3 *Pinus.*] Quae incipit a trunco, deinde diffunditur in latum, poſtremo in acutum. IDEM.

4 Elata *in altum.*] Voſſ. Helmſt. & Ed. Vet. *flata in altum*, ex quo Gryphius procudit: efflata *in altum.* Male.

5 Deinde *ſeneſcente eo* deſtituta.] Veterrimus cum Arnz. dein *ſeneſcente*, quomodo Tullius, Criſpus, Tacitus frequentiſſime, licet id non minus frequenter librarii tentaverint. Infra Epiſt. XX. n. 11. dein *manum eius amplexus*, ut habet Mediceus. Vulgo *deinde.* Mamert. Paneg. Iulian. cap. V. Dein *niſi ille adoleſcens ſeveram manum propriis vultibus intuliſſet, dies, ac mora, ac non longa aetatis ſucceſſio omnem illum florem corporis peremiſſet*, ex MS. Guelferbytano. Oroſius Lib. II. cap. XIV. dein *ipſos fugientes perſequi adgreſſus.* Sic membranae Mediceae. Sulpic. Sever. Vit. Mart. cap. X. dein *cum inquietudinem frequentantium ferre non poſſet.* Cap. XI. dein *ſuper ſepulchrum ipſum adſtans.* Sic utroque loco membranae Weiſſenburgicae pro vulgato *deinde.* Eleganter autem nubes *deſtitui* dicitur a vento, qui antea evexerat, ut Lucanus Lib. I. vs. 412. de fluxu & refluxu maris:

Ventus *ab extremo* pelagus *ſic axe volutet*
Deſtituat*que ferens.*

adde Lib. VIII. Epiſt. XX. n. 6. CORTE.

6 *Pondere ſuo* victa.] Hoc etiam venuſte. Martialis

evaneſcebat: candida interdum, interdum ſordida & maculoſa, prout
7 terram cineremve ſuſtulerat. [1] Magnum propiusque noſcendum, [2] ut
eruditiſſimo viro, viſum. Jubet [3] liburnicam aptari: mihi, ſi venire
una vellem, facit copiam. Reſpondi; ſtudere me malle: & forte ipſe,
8 quod ſcriberem, dederat. [4] Egrediebatur domo, accipit codicillos. [6] Retinae

tialis Lib. I. Epigr. LXXXIII.

Victa eſt pondere *cum* ſuo *repente*,
Et poſtquam domino nihil timebat
Secura ruit *incruenta damno.*

Qualia plura ad Lucan. Lib. V. vs. 596.

— — *ſonuit* victis *compagibus alnus.*

Voſſ. & Helmſt. *in* altitudinem *vaneſcebat.*

1 *Magnum.*] Res magnae contemplationis. CATAN.

2 *Ut eruditiſſimo viro.*] Qualis erat Plinius, qui cognitionem multarum rerum tenens inſuper nova & magna conquirebat. IDEM. *Ut eruditiſſimo.*] Malim *id eruditiſſimo viro viſum.* CASAUBON. Secuti ſunt recentiores Edd. Caſaubonum; at Codd. omnes *ut* ſervant. Senſus eſt: ut erat talia noſcendi, pro inſtituto eruditionis ſuae, cupidiſſimus. Proprie enim *eruditionem* de talibus dici obſervavit Alb. Gentil. in Apulei. Apolog. pag. 219. & ſic de eodem ſtudio Naturalium cauſſarum Lib. IV. Epiſt. XXX. princ. *Adtuli tibi ex patria mea pro munuſculo quaeſtionem*, altiſſima eruditione *digniſſimam. Fons oritur* cet.

3 *Liburnicam.*] Navem, diverſae provinciae mari plurimum potuerunt quibusdam temporibus, & ideo diverſa eis genera navium fuerunt; ſed Auguſto dimicante Actiaco bello, cum *Liburnorum* auxilio praecipue victus fuiſſet Antonius, experimento tanti certaminis patuit *Liburnorum* naves ceteris aptiores: ergo ſimilitudine & nomine uſurpato earundem inſtar claſſem Romani principes texuerunt. Hinc Lib. IV. Vegetius dixit *liburnicis*, quae ad Campaniam ſtabant, praefectus claſſis Miſenatium erat. Eutropius *liburnicas roſtratas* appellavit. *Liburnia* autem Dalmatiae pars eſt Andecrinae ſubjacens civitati, cujus exemplo nunc naves bellicae fabricantur, & appellantur *liburnicae*, remorum ſingulos ordines habentes paulo majores, binos idoneae menſurae, ternos vel quaternos, interdum quinos, Actiaco etiam praelio ſenos octonosque. CATAN.

4 *Egrediebatur.*] Malim, *Egreditur domo, accipit cod.* niſi accipias pro, quum egrederetur domo, & referas ad illud *orabant*, quod ſequitur. CASAUBON. Haeſitarunt etiam librarii. Nam in Voſſ. Helmſt. & Ed. Vet. exſtat: Egrediebatur *domo*, accepit *codicillos.* Mihi iſta diverſi temporis coniunctio non magis nova eſt, quam illud Lucani Lib. VI. vs. 662.

Si vero Stygiosque lacus, ripamque ſonantem
Ignibus oſtendam, *ſi me praeſente videri*
Eumenides poſſent.

Ubi vide, & ad Salluſt. Cat. cap. XLVIII. n. 4. *ne eum deprehenſi* terrerent, *eoque magis* properet *ad urbem accedere.*

5 *Accipit codicillos.*] Quibus notaret, quae oculis deprehenderat. BUCHNER.

6 *Retinae claſſiarii.*] Milites qui erant *Retinae.* Eſt autem haec villa ſubjecta Miſeno: cum cognoviſſent juſſu praefecti parari Liburnicam ad inſpiciendum Veſuvii incendium, orabant Plinium, ut non ſolum deſiſteret ab incoepto, ſed etiam Miſeno ſubterfugeret. Sunt autem claſſiarii milites comparati ad tutandam claſſem: de quibus Lib. XV. Tacitus, *Primorum claſſiariorum Miſenenſium labore connixa eſt.* Caeſar III. commentariorum: *Equites prohibuerunt claſſiarios aqua.* Quanquam ſciam a Modeſtio *claſſiarios* appellari buccinatores, qui cornu ducunt exercitum, non a *claſſe* dictos, ſed a *claſſico*, quod canitur Imperatori. CATAN. Aliquid vitii ſubeſſe Codd. produnt. Mediceus: *Rectinae Taſci imminenti p. e.* Arnz. *Rectinae Naſci imminenti p. e.* Helmſt. *Rectine iraſci imminenti p. e.* Oxon. in margine: *Error, retinere ſoror imminenti p. e.* Ed. Vet. *Retinere claſſiarii imminenti p. e.* Aldus: *Rectinae Naſci imminenti p. exterritae*, plane ut Arnzenianus; Gryphius: *Retinae amici imminenti p. e.* Ex illo *Taſci*, *Naſci*, *iraſci*, quod in MSS. haeret eliciendum erit aliud vocabulum, quod aptius ſit nexui orationis, quam vulgatum *claſſiarii*, quod ex Ed. Vet. adſumſerunt: inprimis quia ſequitur in MSS. *exterritae* & *orabat.* Mihi incidit, adfecto loco ſic mederi. *Retinae claſſis imminenti periculo* exterrita (*nam* villae ei *ſubiacebat*, *nec ulla niſi navibus fuga*) *ut ſe tanto diſcrimini eriperet*, orabat. Sic ſenſus eſt apertus, & oratio recte procedit: ſimul patet τὸ *claſſiarii* Gloſſam eſſe τοῦ *claſſis. Claſſis exterrita orabat*, ut apud Lucanum Lib. V. vs. 408.

Ju-

tinae claſſiarii imminenti periculo exterriti ([1] nam villa ea ſubjacebat, nec ulla niſi [2] navibus fuga) ut [3] ſe tanto diſcrimini eriperet, orabant. [4] Vertit ille conſilium, & quod ſtudioſo animo inchoaverat, obit [5] ma- 9
ximo. [6] Deducit [7] quadriremes, aſcendit ipſe non Retinae modo, ſed

Invenit & pavidas *hiberno ſidere* claſſes.

& Lib. VIII. vs. 592.

— — — *ſtetit* anxia claſſis
Ducis ad eventum, metuens *non arma nefasque* cet.

Corte.

1 *Nam villa ea.*] Pal. *nam villa ejus.* Vett. Edd. *navicula ejus ſubjacebat.* Gruter. Quae villa? de nulla enim praeceſſerat. Nam Plinii quidem Miſeni erat, & inde diſceſſerat liburnica. Veteres: *navicula eius*, Palat. *nam villa eius.* Puto veram ſcripturam: *Navis illa eius ſubiacebat.* Quia praecedit; *imminenti periculo*, ideo ait, *ſubiacebat navis*, puta liburnica, periculo illi. Scheffer. Arnz. & Ed. Vet. *navicula eius*, Voſſ. Oxon. & Helmſt. *nam villa eius*, quomodo & Aldus. Vetuſtiſſimus: *nam* ville eius *ſubiacebat*, ex quo facere debebant: *nam* villae ei *ſubiacebat*, nempe *claſſis*, ut nos quidem emendavimus, & emendari ratio ſuadet non una. Ex *ei* factum eſt *eius* propter ſyllabam ſequentem. *Subiacere* autem verbum Plinio familiare, ut *ſubiacet Apennino*, & alia. Vide ad Lib. V. Epiſt. VI. n. 23. *piſcina feneſtris ſervit ac* ſubiacet. Corte.

2 *Navibus.*] Mari. Catan.

3 *Se tanto* diſcrimine *eriperet.*] Ita Aldus & recentiores quidam impreſſi. At omnes MSS. & Edd. Vett. *diſcrimini.* Lucanus Lib. V. vs. 63.

— — — *regnumque* ſorori
Ereptum *eſt*, ſoceroque *nefas.*

Lib. VII. vs. 233.

Eripe victori *gentes.*

Petron. Sat. cap. XXX. *eripere poenae*; cap. XCI. *eripere latroni.*

4 *Non vertit ille conſilium.*] Vett. Edd. etiam Aldina: *Vertit ille conſilium*, *ſed quod* absque negativa particula. Gruter. Noſtri etiam MSS. uno ore: *Vertit ille conſilium*, & *quod ſtudioſo animo inchoaverat*, *obit maximo*, Optima ſententia, ſi *ſtudioſum* & *maximum* animum recte intelligas. Primum conſilium erat nubem illam, eruditionis cauſſa, propius noſcere, & hoc ceperat *ſtudioſo animo*, n. 7. Iam vero ubi periculoſum hoc videt, quadriremes deducit, & Retinae aliisque multis in tali periculo auxilium ferre properat, quod faciebat forti & conſtanti h. e. *maximo animo.* Corte.

5 *Maximo.*] Franciſcus tamen Petrarcha in triumphis ſuis, tanquam incautum in obitu ſuo Plinium monſtrat. Catan.

6 *Deducit.*] Immittit mari: at ſubducit, extrahit. Contraria enim ſunt inter ſe. Idem. *Deducit quad. &c.*] Periodus iſthaec, aliquotque ſequentes valde obſcurae, mireque in iis variant Edd. Vett. item Palatinus. Gruter. *Non Retinae modo, ſed multis.* nulla eſt inter haec oppoſitio. Debebat ſaltem ſcribere, *non Retinae modo*; *ſed & alibi multis.* Itaque aut hic deeſt quidpiam, aut in illo *multis* latet loci alicuius vocabulum, quod quale debeat eſſe, non facile quis dixerit. Scheffer. Mirum, ut ſe ipſe decipit vir doctiſſimus. *Non Retinae modo*, *ſed multis* puta *villis*, aut *hominibus* laturus auxilium. Erat enim ora illa multis villis vicisque habitata, quod mox adiecit, & ex Tacito etiam VI. Ann. cap. L. Plinio XVIII. Hiſt. Nat. cap. VI. aliisque cognoſcitur. Illud vero non ferendum, quod additur, ſaltem ſcribere debuiſſe, *ſed & alibi multis*: quaſi nil, niſi vocabula locorum, coniungi deberent, & *Retinae* pro *Retinenſibus* capi non queat; cum contra longe duriores compoſitiones ſint in uſu, de quibus ad Salluſt. Cat. cap. V. n. 8. Iug. cap. LXVI. n. 2. Iniuſte porro conqueritur de obſcuritate harum periodorum Gruterus. Eſt quidem in Ed. Vet. inepta varietas: *aſcendit ipſe*, *non* retinet modum *ſed multis*, *erat enim frequens amoenitas*, orat *laturus auxilium*, ſed ex MSS. facile videas, unde ea profluxerit. Scripti nempe recentiores exhibent: *non Retinae modum*, & illud *orat*, ex *orae* corruptum eſt, ut in Helmſt. ex iſto factum eſt *erat.* Mediceus certe vulgatam tuetur, niſi quod is *laurus*, pro *laturus*, a feſtinante librario acceperit. Corte.

7 *Quadriremes.*] Navigia habentia quatuor remorum ordines in ſingulis tranſtris. Catan.

ſed multis (erat enim frequens amoenitas orae) laturus auxilium.
10 [1] Properat illuc, unde alii fugiunt, rectumque curſum, recta gubernacula in periculum tenet: adeo ſolutus metu, ut omnes illius mali motus, omnes figuras, ut deprehenderat oculis, [2] dictaret enotaretque.
11 Jam navibus cinis inciderat, [3] quo propius accederent, calidior & denſior, jam [4] pumices etiam, nigrique & ambuſti, & fracti igne lapides. Jam [5] vadum ſubitum, ruinaque [6] montis litora obſtantia. [1] Cun-

1 *Properat illuc, unde alii fugiunt.*] Ed. Vet. *Properat illuc, alii territi inde fugiunt*; Helmſt. *alii unde fugiunt*; Arnz. *Properat illuc, unde fugiunt*; Oxon. *Properat, alii inde fugiunt.* Optimus vulgatae patrocinatur, quae recte habet. Venuſtatem illam, quam multis verbis Plinius hic exprimere laboravit, paucis dedit Lucanus Lib. I. vs. 503.

— — — *ſic, urbe relicta,*
In bellum fugitur.

ubi quaedam notamus.

2 *Dictaret.*] Diceret, quae notarius exciperet. Nam illi ſemper ad latus erat, & quae a Plin. ſcribenda dicerentur enotabat. Catan. Supra Veterrimus: *ut deprenderat oculis.*

3 *Quo propius* accederet.] Quis? Puto ſcribendum *accederent*, ut referatur ad praecedens *navibus.* Scheffer. *Accederent* pridem edidit Aldus, cui forte, ſi transpoſitionem demas, adſentitur Mediceus, in quo *accenderet* legitur. Reliqui *accederet*, nempe Plinius; Gryphius *acceſſerat.*

4 *Pumices.*] Auctore Plin. appellantur & cetera ſaxa eroſa annis, quibus utuntur, & ad laeviganda corpora. Graeci pumicem *ciſſerim* vocant, ſi Suidae credimus, levem & exſuccum perforatumque lapidem ponti. Vitruvius ex incendio Veſuvii *pumicem* Pompejanum excocto lapidis genere in *pumicis* qualitatem redactum tradit. Pompeji autem oppidum non procul a Veſuvio. Plin. Lib. XIII. tradit naſci frutices lauro & thymo ſimiles, qui ambo ejecti in *pumicem* transfigurantur. Catan.

5 *Vadum.*] Maris unda brevis. Ex ruina montis littus certe proceſſerat, & mare in ſe reſorberi, & tremore terrae quaſi repelli videbatur, multaque maris animalia ſiccis arenis detinebantur. Idem. *Vadum.*] Duas cauſas affert, cur tenere litus non potuerit, & ſic ſuccurrere periclitantibus. Prima eſt *vadum ſubitum*: altera *obſtantia litora montis ruina. Vadum*, unda brevis: ſive ut Varro apud Servium deſcribit, *ubi ab aqua ſumma non alta eſt terra.* Graeci hujuſmodi loca βράχεα vocant, quos imitatus Maro:

— *Tres*, inquit, *Eurus ab alto*
In brevia & Syrtes urget.

Mox enim haec ipſa *vada* appellat. Subjicit enim *Illiditque vadis.* Alibi plene *vada brevia* dixit. Quia igitur brevior ibi unda agi naves non ſinebat, deſidere eas neceſſe erat. *Subitum vadum* dicit, quod per tempeſtatem ſubito naſcebatur, ſubducta per aeſtum & terrae motum unda. Infra Epiſt. XX. de hoc ipſo caſu: *mare in ſe reſorberi & tremore terrae quaſi repelli videbamus.* Haec prima cauſa. Jam ruptus incendio & terrae motu Veſuvius mons multa atque ingentia ſaxa in littus & mare provolverat. Hoc *ruinam montis* vocat. Quae cum non ſinerent appellere navem, ſane obſtabant littora, id agitanti. Hoc alterum eſt, quod inſtitutum Plinii fruſtrabatur. quod illis verbis, *ruinaque montis obſtantia littora* expreſſit Noſter. Buchner. Poſterius non ſatis clare expoſuit vir doctiſſimus. Ipſa ruina montis litora quaſi nova in mare intulerat, quae obſtabant. Similis eſt elegantia Lucani Lib. IX. vs. 322.

— — *longeque a Syrtibus undas*
Egit, & illato *confregit* litore *pontum.*

6 *Montis.*] Veſuvii. Quem ſcire debemus, non tantum conflagraſſe ſub Tito, auctoribus Oroſio, Martiale, Euſebio in chronicis, Tranquill. in Tito, Papinio in ſylvis, ac Dione in primis: ſed ſaepius ante, ſecundum Strabonem ac Vitruvium. Verum quia incendium Veſuvii maximum omnium ſub Tito fuit, ideo Dion hiſtoricus hanc rem luculenter tractat. Hinc libro ultimo Silius:

Sic ubi vi caeca tandem devictus ad aſtra
Evomuit paſtos per ſaecla Veſuvius *ignes*,
Et pelago & terris fuſa eſt Vulcania peſtis.

Catan.

1 *Cun-*

[1] Cunctatus paulum, an retro flecteret, mox gubernatori, ut ita facce-
ret monenti, [2] *Fortes*, inquit, *fortuna juvat:* [3] *Pomponianum pete.*
[4] Stabiis erat, [5] diremtus ſinu medio. Nam [6] ſenſim circumactis curva- 12
tisque litoribus mare infunditur. Ibi, quanquam nondum periculo
appropinquante, conſpicuo tamen, & cum creſceret, proximo, [7] ſar-
cinas contulerat in naves, certus fugae, ſi contrarius ventus reſediſſet,
quo tunc avunculus meus ſecundiſſimo invectus complectitur trepidan-
tem, conſolatur, hortatur: utque timorem ejus, ſua ſecuritate leni-
ret, [8] deferri ſe in balineum jubet: lotus accubat, coenat, [9] atque hi-
laris, aut, quod aeque magnum, [10] ſimilis hilari. Interim e Veſuvio 13
monte

1 *Cunctatus*que *paullum.*] Mediceus, Oxon. & Ed. Vet. *cunctatus paullum*, nec Helmſt. Copulam agnoſcit, qui habet *cunctanti paullum*; Arnz. *cunctarique paullum.*

2 *Fortes.*] Imitatio Virgiliana, qui Lib. X. dixerat, *Audentes fortuna juvat.* An magis aemulatio Liviana, qui Lib. VIII. cap. 28. belli punici refert: *fortes fortunam juvare?* CATAN.

3 *Pomponianum pete.*] Dirige curſum Stabias verſus, ubi erat *Pomponianus* Plinii amicus, qui fugam parabat. IDEM.

4 *Stabiis.*] Plinius in deſcriptione Italiae: *Stabiae*, inquit, *in agro Campano oppidum fuit usque ad Cn. Pompejum, & L. Carbonem Coſſ. a pridie Kal. Maji, quo die Sylla legatus bello ſociali id delevit, quod nunc in villas abiit.* Ejus ex agro decurrunt amoeniſſimi fluvii. IDEM.

5 Diremptus *ſinu medio.*] Gryphius: *direptus*; Helmſt. & Oxon. *diremit*; Ed. Vet. *diremitque*; Arnz. *diremitus.* Optimus *diremtus.* Lucanus Lib. VII. vs. 461.

— — *parva tellure* diremti.

Lib. V. vs. 470.

— *duces parva campi ſtatione* diremtos.

Plura de hoc verbo ad Ei. Lib. X. vs. 312.

6 *Senſim.*] Non mirum ſi in tuto erat Pomponianus, quamvis in mari, cum illa loca habeant littora curva, quae ſinum tutum ab aeſtu reddant, & in ea paulatim mare infundatur. Nam Seneca monumentis reliquit ab altera parte Pompejorum Surrentinum Stabianumque littus, ab altera Herculanenſe convenire, & mare ex aperto circumductum amoeniſſimo ſinu cingere. CATAN. Voſſ. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *circumactis turbatisque littoribus*; Oxon. Helmſt. & Arnz. *littoribus* maxima re *infunditur*; Ed. Vet. *mox in mare infunditur.* Optimus vulgatam habet. Lucanus Lib. I. vs. 420.

— — — *qua* litore curvo
Molliter *admiſſum claudit Tarbellius* aequor.

7 *Sarcinas.*] Utenſilia, quae ad cultum pertinent. Interdum pro onere ſumitur indiſcrete. CATAN.

8 Deferri ſe *in balineum iubet.*] Oxon. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *deferri in balineum iubet*, ſine Provocabulo *ſe*. Primarius: deferre *in balineum iubet*, pariter ſine illo additamento. Et cum *ſua* praecedit, recte atque ordine *ſe* exaudiri poſſe, docuimus ad Salluſtium, quod & in alio poſitu ſaepius ſubintelligitur. Supra Lib. III. Epiſt. XIV. n. 2. *Sive quia non ſentiebat, ſive quia* non ſentire *ſimulabat*, ut habent MSS. Vulgo: *quia* ſe *non ſentire ſimulabat.* vide ibi. Livius Lib. XXXIV. cap. XI. *Ad ea conſul*, Moveri *quidem vel periculo eorum vel metu, dicere, ſed ſibi nequaquam tantum copiarum eſſe* cet. Plura ad Salluſt. Cat. cap. XXXI. n. 7. & ad Lucan. Lib. X. vs. 347.

9 *Atque hilaris.*] Scribe *idque hilaris.* CASAUBON. Voſſ. *caenatque hilaris*, quod Gryphius expreſſit. *Atque* non eſt mutandum, quod hic notat *& quidem*, ut alibi docuimus. Deinde Mediceus omnesque noſtri ſcripti: *quod aeque magnum*, pro vulgato: *quod* eſt *aeque magnum.*

10 *Similis hilari.*] Magni animi eſſe ſignificat, non modo vacare metu in diſcrimine, & hilarem eſſe adeo; ſed regere etiam ſi quid veremur, & fingere ac ſimulare poſſe hilaritatem. Sane qui imperare hoc animo poteſt, ille nondum ſuccubuit affectui penitus, & ſui adhuc quodammodo potens eſt. Neque enim *fortis* & *conſtans*, qui nihil timet omnino; ſed qui regit timorem, & ita in illo ſe gerit, ne in ignavum atque degenerem cadat. BUCHNER.

monte pluribus locis latiſſimae flammae, [1] altaque incendia relucebant, quorum fulgor & claritas tenebris [2] noctis excitabatur. [3] Ille agreſtium trepidatione, ignes relictos, deſertasque villas per ſolitudinem ardere, in remedium formidinis, dictitabat: tum ſe quieti dedit & quievit [4] veriſſimo quidem ſomno. Nam meatus animae, qui illi propter amplitudinem corporis gravior & ſonantior erat, ab
14 iis, [5] qui limini obverſabantur, audiebatur. Sed area, [6] ex qua diaeta adibatur, ita jam cinere, mixtisque pumicibus oppleta [7] ſurrexerat, ut, ſi longior in cubiculo mora, exitus negaretur. Excitatus procedit,
15 ſeque Pomponiano, ceterisque, qui pervigilarant, reddit. In commune con-

1 Altaque *incendia.*] Voſſ. Oxon. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. cum Aldo & Gryphio: atque *incendia.* Alterum praeſtat Mediceus, & veriſſimum eſt, ut contra flamma *reſidere* dicitur. Ovidius XIII. Metam. vs. 600.

— — *cum Memnonis arduus* alto
Corruit igne *rogus.*

Sic ſemel atque iterum Statius: *arduus ignis*, & pervulgata eſt deſcriptio Maronis II. Aeneid. vs. 759.

— *exſuperant flammae*, *furit aeſtus* ad auras.

ubi interpretes adeas.

2 *Noctis.*] Caliginis, obſcuritatis. Duplex lectio: *Tenebras noctis pellebat*, vel *tenebris noctis excitabatur*, ut fulgor & claritas obſcuritate creſceret. Catan. *Excitabatur*, i. augebatur. Barth. Et ſic omnes noſtri, praeter Arnz. in quo *excipiebatur* vitioſe legitur. Paullo aliter Lucanus Lib. VIII. vs. 776.

Excitat *invalidas admoto fomite* flammas.

Et eodem ſenſu Lib. II. vs. 325. *Calorem excitate.* Unde & Plinius maior Lib. XXXVII. cap. VII. *excitatius fulgere* dixit. Vide Salmaſium ad Solinum pag. 244.

3 *Ille.*] Ordo & ſenſus: Avunculus, cum videret illuceſcere, in remedium formidinis, ut ſe & circumſtantes confirmaret, dictitabat, villas relictas deſertasque igni metu agreſtium virorum, qui aufugerant, ardere per ſolitudinem, quod nemo remanſiſſet incendiis opem laturus. Si legis *ignis*, junge cum *trepidatione.* Catan. *Trepidatione*, *igni &c.*] Sic Edd. primae, agnovitque & Catanaeus, recentes ut & Palatinus, *ignis &c.* Gruter. Vulgo placebat: *igni relictas deſertasque villas*, quod res non admittit. neque enim Plinius dictitare potuit agreſtes *villas ſuas igni reliquiſſe.*, ut alia omittam, quae cuivis aperta ſunt. At hoc praetendere poterat, agreſtes trepidos *ignes reliquiſſe*, eosque per ſolitudinem aedes occupaſſe. Quare emendavi ex Veterrimo: ignes relictos, *deſertasque villas per ſolitudinem ardere.* Ceteri MSS. *ignis relictas* propinarunt, partim ex veteri ſcriptura *ignis*, pro *ignes*, quae in hoc auctore, ut in omnibus, eſt frequentiſſima, partim ſequenti nomine corrupti. Corte.

4 *Veriſſimo* quidem *ſomno.*] Voſſ. Oxon. Helmſt. Arnz. Edd. Vett. Aldus, Gryphius: *veriſſimo* equidem *ſomno.* Solus Mediceus *quidem* tuetur. Genuinum tamen arbitror *equidem*, propter ea, quae dixi ad Lib. II. Epiſt. XX. n. 11. Et *Aurelia* equidem *vivit*, quomodo illic ex veſtigiis Medicei Cod. ſcribendum arbitramur.

5 *Qui limini* obſervabantur.] Inepte. Legendum ex Mediceo, omnibusque ſcriptis cum Aldo & Gryphio *obverſabantur*, de qua confuſione dictum ad Lib. V. Epiſt. XXI. n. 2. *Decemviri venerant*, obverſabantur *advocati.* & ſic Io. Savaro ad illud Sidonii Lib. I. Epiſt. V. *foribus obverſor.*

6 *Ex qua zeta adibatur.*] Sic Pal. & Edd. Vett. non *diaeta*, ut noviſſimae. Gruter. Faceſſat Gruteri *zeta*, licet eam ingerant recentiores ſcripti. Veterrimus cum Aldo & Gryphio *diaeta*, quod adprobavimus ad Lib. II. Epiſt. XVII. n. 12.

7 *Surrexerat.*] Excreverat, impleta fuerat, *miſſis*, ejaculatis. Non diſplicet *mixtis* loco *miſſis.* Catan. *Surgere* iis tribui, quae a ſolo excreſcunt & tolluntur in altitudinem, dixi ad Lucan. Lib. II. vs. 679.

— — — *tunc aggere multo*
Surgit *opus.*

Deinde

conſultant, [1] intra tecta ſubſiſtant, an in aperto vagentur. Nam crebris vaſtisque [2] tremoribus tecta nutabant, & quaſi emota ſedibus ſuis nunc huc, nunc illuc abire, aut referri videbantur. [3] Sub dio rurſus, 16
quanquam levium exeſorumque pumicum caſus metuebatur, quod tamen [4] periculorum collatio elegit: & apud illum quidem [5] ratio rationem, apud alios timorem timor vicit. Cervicalia capitibus impoſita linteis conſtringunt: id munimentum adverſus [6] incidentia fuit. Jam 17
dies alibi, illic nox omnibus noctibus nigrior denſiorque: quam tamen faces multae, [7] variaque lumina ſolvebant. Placuit egredi in litus, & e pro-

Deinde Codd. omnes: *mixtisque pumicibus.* Livius Lib. XXV. cap. XV. *inſtare Poenum*, permixtosque *& hoſtes urbem invaſuros.* Silius Lib. VI. vs. 6.

—— —— *ſimul arma, virique,*
Ac mixtus *Jonipes.*

Mox omnes ſcripti noſtri: *ſi longior in cubiculo mora*, ſine Verbo *eſſet*, ut ſupra n. 12. Epiſt. I. princ. & paſſim.

1 An *intra tecta ſubſiſtant*, an *in aperto v.*] Sic vulgatae Edd. & vir doctus laborat oſtendere, veteres *an-an*, pro *utrum-an* dixiſſe. Hic illo labore non egemus. nam Veterrimus, item Voſſ. Oxon. Helmſt. & Edd. Vett. prius *an* cum Gryphio neſciunt. Idque ex more Secundi. Lib. III. Epiſt. X. n. 2. *Nunc quoque haeſitavi*, id *ſolum mitterem*, an *adiicerem.* n. 4. *haeſitanti mihi*, omnia *vobis exhiberem*, an *adhuc aliqua differrem.* Eod. Epiſt. XIX. n. 3. *Quae plurimum refert*, unum *in locum conferas*, an *in diverſa diſpergas.* Epiſt. XVII. princ. Recte *omnia*, *quod iam pridem epiſtolae tuae ceſſant?* An *omnia recte*, *ſed occupatus es tu?* ubi fecerunt *Rectene.* Lib. V. Epiſt. XX. n. 2. *Egi non ſine eventu*: *nam* bene, an *male*, *liber indicabit.* Infra hoc libro Epiſt. XXIX. n. 2. *Quia plurimum referret*, bonum, an *malum induceretur.* ubi tentabat MS. Helmſt. an *bonum*, *an malum.* adde infra Lib. VIII. Epiſt. XIV n. 24. Ita & alios ſolere, dixi ad Lucan. Lib. V. vs. 569.

—— —— Zephyros *intendat*, an *Euros*
Incertum eſt.

ut habent membranae. Vulgo: *Zephyros*ne. CORTE.

2 *Tremoribus.*] Terraemotibus. Dion: *Vehementes terraemotus ſubito facti ſunt*, *ut planicies illa univerſa aquis ſcaturiret*, *& montes ſubſilirent.* Cauſam, qua terra concutitur, alii in aqua, alii in ignibus, alii in ipſa terra, alii in ſpiritu putavere, alii in pluribus, alii in omnibus. Quidam liquere ipſis aliquam ex iſtis cauſam dixerunt, ſed non liquere quae eſſet. Democritus & eum ſecutus Seneca poſt longam diſputationem crediderunt, nullam eſſe cauſam motus majorem, quam ſpiritum, quo nihil eſt in rerum natura potentius: ſine quo nec illa quidem, quae ſunt, vehementiſſima pollent. Ignem ſpiritus concitat, aquae ſi ventum detrahas inertes ſunt. Multa fere in eandem ſententiam diſſerit Lucretius libro ultimo. CATAN.

3 *Sub* dio *rurſus.*] Veterrimus: *Sub die.* Arnz. *ſubderuſus.* Ed. Vet. & Aldus: *ſub divo.* Ita ſolent librarii. Diſputavimus de vocabulo Diſſ. I. de uſu Ort. Lat. cap. III. §. VI.

4 *Periculorum collatio elegit.*] Eligendum ſuaſit. In eo enim quanquam periculum, tamen minus erat. BUCHNER. Helmſt. & Ed. Vet. *malorum collatio*; Voſſ. *maiorum*; Arnz. *malorum collocatio.* Optimus, ut editur, praeterquam quod cum Ed. Vet. *ſiſtit eligit*, pro *elegit.*

5 *Ratio rationem.*] Id eſt, quod exierit, id fecit ſano mentis conſilio: quia etſi in cubiculo tutus erat a pumicibus, tamen majus periculum imminebat, tanquam ſi diceres: exceſſit, non timore, ſed ratione. CATAN.

6 *Decidentia.*] Veterrimus, omnesque alii ſcripti, Edd. Vett. cum Gryphio: *incidentia*, quod cur mutaverint editores, cauſſam iuſtam non video. Supra enim ſimpliciter *caſum* pumicum dixit, iique tam recte *incidere* dicuntur in capita, quam *decidere.* Immo, ſi curatius inſpicias, quae de munimento dixit, vulgata lectio prorſus abſona erit.

7 *Variaque lumina* ſolvebant.] Sic quidem editi, & putarunt *noctem* ſic *ſolvi*, ut alibi *tenebrae diſſolvuntur.* Sed num faces illae variaque lumina denſiſſimam talem noctem *ſolvere* poſſunt? Falſiſſimum hoc eſt. Eſt etiam contra libros Helmſt.

e proximo adſpicere, [1] ecquid jam mare admitteret, quod adhuc vaſtum & adverſum permanebat.
18 Ibi ſuper abjectum linteum recubans ſemel atque iterum [2] frigidam popoſcit, hauſitque: deinde flammae, flammarumque praenuncius odor ſulfuris, alios in fugam vertunt, excitant illum.
19 [3] innitens ſervulis duobus aſſurrexit, & ſtatim [4] concidit, ut ego colligo, craſſiore caligine ſpiritu obſtructo, clauſoque ſtomacho, qui illi natura, [5] invalidus, anguſtus, & frequenter [6] interaeſtuans erat.
20 Ubi dies redditus, [7] is ab eo quem noviſſime viderat, tertius, corpus inventum integrum, illaeſum, opertumque, ut fuerat indutus. habitus corporis [8] quieſcenti, quam defuncto ſimilior.

[1] Inte-

Helmſt. Oxon. & Ed. Vet. *ſolebant*; Veterrimus & Arnz. *ſolebantur.* Scribo: *ſolabantur*, perquam eleganter, ut arbitror. Sic Claudianus & Statius *ſolari timorem*, & Lucanus Lib. VIII. vs. 468.

— — — *noctique rependit*
Lux minor hibernae verni ſolatia *damni.*

Tacitus XVI. Ann. cap. XIII. *Cladem Lugdunenſem quadragies ſeſtertio* ſolatus eſt *princeps.* Maro I. Georg. vs. 293.

Interea longum cantu ſolata laborem.

Pacatus Paneg. cap. XIII. *Modico & caſtrenſi cibo* ieiunia *longa* ſolantem, quomodo Ovidius *famem ſolari*, qui & I. Faſt. vs. 441. aves *ſolatia ruris* vocat, plane ut lumina *ſolatia noctis.* Pari ratione Lib. IV. Epiſt. XIV. n. 2. *quibus nos* oblectamus otium *temporis.* Adpoſite Statius XII. Theb. vs. 241.

— *& errantem comites* ſolatia flammae
Deſtituunt.

CORTE.

1 *Ecquid iam mare admitteret.*] Optimus: *ecquid & mare mitteret.* Unde Plinii puto: *ecquid mare admitteret.*

2 Frigidam *popoſcit.*] Mediceus, Voſſ. Helmſt. & Edd. Vett. *frigidam* aquam *popoſcit*, & ſic MSS. Lib. III. Epiſt. V. n. 11. *Poſt ſolem plerumque* frigida *lavabatur* aqua, *deinde guſtabat.* Apuleius II. Metam. pag. 25. *ac deſuper* aqua calida *iniecta*, *porrigit bibam.* Sic Tullius *aqua gelida*, idemque, ut in Iure noſtro, *aqua pluvia.* Celſus Lib. IV. cap. V. *potui*, *niſi quod obſtat*, gelida aqua *praeſtanda.* Idem Lib. I. cap. VIII. in *adverſa valetudine vinum*, *aut* frigidam aquam *concupierunt.* & mox: *omnes potiones* frigida aqua *includere. Cui vero cibus aceſcit*, *is ante eum bibere* aquam egelidam *debet*, *& vomere.* Sic ille ſaepius. Intra *excitavit* male & contra Codd. ingerebat Hackiana.

3 *Innixus.*] Quid ſi *innitens*, ut eſt in codice antiquo, ſicut ſtatim *colligo* pro *conjecto?* CATAN. *Innixus.*] Propter molem, ſeu ut Noſter ſupra loquitur, *amplitudinem corporis.* BUCHNER. Mediceus cum Vet. Cod. Catanaei *innitens*, pro *innixus*, & praeterea *ſervolis duobus.* Utrumque, certe *innitens*, praeſtat vulgato. Deinde etiam idem Veterrimus: *ut ego colligo.* Repoſui itaque veterrimam lectionem.

4 *Concidit.*] Cadens interiit anno ſexto, & quinquageſimo. Vid. Tranquil. de viris illuſtribus. CATAN.

5 *Invalidus.*] Nimia ſtudii intentione. Nam omnes pene ſtudioſi ſtomachi difficultate laborant. Praeſertim qui poſt cibum ſtatim meditantur, quem domeſtica, vel civilia officia tenent occupatum. Quae omnia cum Plinio ineſſent, non mirum ſi ſtomacho erat invalido. IDEM.

6 *Interaeſtuans.*] Ebulliens cruditate, quod ſolet evenire iis, qui non bene concoxerunt: unde aqua frigida frequenter utebatur ad id opportuno remedio, ſi Celſo credimus. IDEM. Optimus: *qui illi natura invalidus*, anguſtus *& frequenter* aeſtuas *erat*, pro Vulgato: & *anguſtus e. f.* interaeſtuans *erat.* Elegantioribus vix ſatisfaciat *frequenter interaeſtuans*, neque Arnz. *frequenter* intus *aeſtuans erat.* Mallem ego ex veſtigiis Medicei: *Frequenter aeſtuans erat.* Celſus Lib. IV. cap. V. *Ubi ſtomachus* exaeſtuat, *aceto cum roſa extrinſecus ſubinde fovendus eſt.*

7 Is *ab eo quem n. v. tertius.*] Optimus ignorat Pronomen *is*, quod & ſalvo ſenſu abeſſe poteſt. Infra etiam dictae membranae cum Voſſ. Oxon. Helmſt. Arnz. & Edd. Vett. *corpus* inventum *integrum*, pro vulgato *inventum eſt.*

8 *Quieſcenti*, quam defuncto *ſimilior.*] Princeps:

[1] Interim Miſeni ego & mater. ſed nihil ad hiſtoriam, nec tu aliud, quam de exitu ejus ſcire voluiſti. Finem ergo faciam: unum adjiciam, 22
[2] omnia me, quibus interfueram, quaeque ſtatim, cum maxime vera memorantur, audiveram, vere perſecutum: tu potiſſima excerpes. Aliud eſt enim epiſtolam, aliud hiſtoriam: aliud amico, aliud omnibus ſcribere. *Vale.*

XVII. C. Plinius Restituto Suo S.

Apud Reſtitutum, praeclarum cauſidicum, exponit indignationem ſuam, quam conceperat per quosdam auditores, qui recitanti amico nullum ſignum laetitiae dederunt.

[3] INdignatiunculam, quam in cujusdam amici auditorio cepi, non poſſum mihi temperare, quo minus apud te, [4] quia non contingit coram, per epiſtolam effundam. Recitabatur liber abſolutiſſimus: hunc 2
duo, aut tres, ut ſibi & paucis videntur, diſerti, ſurdis, mutisque ſimiles audiebant. [5] Non labra diduxerunt, non moverunt manum, non denique [6] aſſurrexerunt, ſaltem laſſitudine ſedendi. Quae 3
tanta

ceps: *quieſcenti, defuncto ſimilior*, dura Ellipſis. Ipſe mallem: *habitus corporis quieſcenti ſimilior*, ut iſtud, *quam defuncto*, ſubintelligatur. Ita ſane Sidonius Lib. II. Epiſt. VIII. *Perpetuis ſedibus* dormienti ſimilior *illata eſt.* ubi vide Io. Savaronem. Nos hanc formam tangimus ad Cic. Lib. IV. Fam. Epiſt. III. n. 2. Lib. VI. Epiſt. VIII. n. 2. & ad Salluſt. Cat. cap. XVI. n. 3. adde ſupra Lib. II. Epiſt. I. n. 7. CORTE.

1 *Interim Miſeni ego & mater.*] Inde enim ſolverat Plinius major, & ibi Noſtrum cum matre reliquerat. Noſter ſupra: *Erat Miſeni, claſſemque imperio praeſens regebat.* Geminam claſſem inſtituerat Auguſtus; quarum alteram Miſeni, alteram Ravennae, *ad tutelam ſuperi & inferi maris*, ut Suetonius ſcribit, *collocavit*: quod ejus conſilium plenius ex Vegetii verbis Lib. V. cap. 1. cognoſces. Miſenenſi itaque claſſi Plinius major Praefectus fuit, ut ex hac Epiſtola cognoſcitur. Et atteſtatur auctor Vitae Plinianae, quae Suetonio vulgo adſcribitur BUCHNER.

2 *Omnia me, quibus interfueram.*] Male haec pervertunt recentiores MSS. *omnia* ea, *quibus* interfuerat, *quaeque ſtatim*... audiverat *v. p. tu* potiſſimum *excerpes.* Optimus autem receptam lectionem agnoſcit. Finem epiſtolae imitatur Sidonius Lib. I. Epiſt. II. extr. *Simul & ſtilo finem fieri decet, quia & tu cognoſcere viri non amplius quam ſtudia perſonamque voluiſti, & ego non* hiſtoriam, *ſed* epiſtolam *efficere curavi.*

3 *Indignatiunculam.*] Lege Plutarchum in libro *περὶ τοῦ ἀκούειν*, ubi multa reperies ad hanc epiſtolam facientia.

4 *Quia non contigit.*] Sic malui cum Pal. & Edd. Vett. litera minus, quam ut recentiores, *contingit.* GRUTER. At noſtra Ed. Vet. item optimus Mediceus cum Aldo *contingit*, quod adeo immerito expellitur, tamquam recentiorum facinus. Lib. I. Epiſt. XVI. extr. *quia non laudare tantum, verum etiam amare* contingit. Infra Primarius: *ut ſibi* ex *paucis videntur.*

5 *Non labra* diduxerunt.] Mediceus & Helmſt. *deduxerunt*, antiqua & vulgatiſſima varietate, de qua plura ad Lucan. Lib. II. vs. 294.

Diductique *fretis alio ſub ſidere reges.*

In rem conferas Lib. V. Epiſt. III. n. 9. & infra Lib. IX. Epiſt. XXXIV. n. 1.

6 *Aſſurrexerunt.*] Honoris cauſa finita recitatione, ut auctorem honeſtarent. CATAN.

tanta [1] gravitas? quae tanta ſapientia? quae immo pigritia, arrogan-
tia, [2] ſiniſteritas, ac potius amentia, in hoc totum diem impende-
re, ut offendas, ut inimicum relinquas, [3] ad quem tanquam amiciſſi-
mum veneris? [4] Diſertior ipſe es? tanto magis ne invideris. Nam
4 qui invidet, minor eſt. Denique ſive plus, ſive minus, ſive idem
praeſtas, lauda, vel inferiorem, vel ſuperiorem, vel parem. Supe-
riorem, [5] quia niſi laudandus ille non eſt, non potes ipſe laudari:
inferiorem, aut parem, quia pertinet ad tuam gloriam quam maxi-
5 mum videri, quem praecedis, vel exaequas. Equidem omnes, qui
aliquid in ſtudiis faciunt, venerari etiam, mirarique ſoleo. Eſt enim
res difficilis, ardua, faſtidioſa, & quae eos, a quibus contemnitur,
[6] invicem contemnat. Niſi forte aliud judicas tu. quanquam, quis
6 uno te reverentior hujus operis, quis [7] benignior aeſtimator? Qua
ratione ductus, tibi potiſſimum indignationem meam prodidi, [8] quem
habere ſocium maxime poteram. *Vale.*

XVIII.

1 *Gravitas.*] Ironice dictum, unde ſtatim per correctionem emendat. CATAN.

2 *Siniſteritas.*] Lege Senec. VI. de Benef. cap. VII. BARTH. Et Buchner. infra ad Lib. VII. Epiſt. XXVIII. n. 3. *Igitur ad alios hanc* ſiniſtram *diligentiam conferant*, & ad Lib. IX. Epiſt. V. n. 2. ſiniſteritatis *atque etiam malignitatis famam conſecuti ſunt.* Io. Savaro ad Sidon. Lib. I. Epiſt. V. pag. 29.

3 *Ad quem tamquam* amiciſſimus *veneris.*] Mediceus, Voſſ. Helmſt. & Ed. Vet. *tamquam* amiciſſimum *veneris*, quod vel praecedens *inimicum* requirebat.

4 *Diſertior ipſe es.*] Si tu es diſertior quam recitator, tanto magis non debes invidere, cum qui invideat alicui, neceſſe eſt ut ſit minor illo; ſummum enim petit invidia, alienis incrementis inimiciſſima: alit livorem infelix inèrtia, & omnes deſtrui cupiunt, quia ſe non potuerunt provehere: nam potentes ſequitur invidia, miſeros contemptus. CATAN.

5 *Quia.*] Nam ſi ſuperior non meretur laudem, tanto minus tu, qui es inferior, non potes laudari, ergo lauda, ut tu ſis aliqua laude dignus. IDEM. Mediceus: *vel partem*, & infra *aut partem*, pro *parem.*

6 *Dedignatur.*] Spernit. In ſecunda lectione fuit, *invicem contemnat.* CATAN. *Cotemnitur, dedignatur.*] Agnoſcit hanc ſcripturam Catanaeus, ut & alteram *contemnitur*, *invicem contemnat*, quae ipſa quoque in Pal. & Vett. Edd. Nam Aldina nobis exhibuit, *contemnitur*, *interimit.* GRUTER. Certiſſime dubitationem tolleret Mediceus, ſed in eo a verbis *& quae eos* usque ad *aeſtimator* lacuna eſt. Interim cum in reliquis ſcriptis omnibus Voſſ. Oxon. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. legatur: *quae eos, a quibus contemnitur, invicem contemnat*, Vulgata autem: *quae eos, a quibus contemnitur, dedignatur*, in nullo veteri libro reperta ſit, iſtam potius textui inſerendam duxi.

7 *Benignior aeſtimator?*] Palatinus quoque noſter, & Edd. Vett. *atteſtator.* GRUTER. *Atteſtator* etiam Voſſ. quo pertinet Helmſt. & Arnz. *atteſtatur*, vel *atteſtatus.* At Mediceus: *aeſtimatur*, quod editum confirmat. Ita *iuſtus* & *iniuſtus rerum aeſtimator* apud Tullium.

8 *Quem habere ſocium maxime* poteram.] Amo ingenium Cl. Marcklandi & aeſtimo, ſed adſentiri ipſi nequeo, quando Epiſt. Crit. pag. 48. hic reponit: *quem habere ſocium maxime* optaveram. Non de eo ſermo eſt, quid *optet* Plinius: ſed ex antecedentibus, ubi laudat Reſtitutum tamquam *reverentem & benignum aeſtimatorem operis*, de quo ſcripſerat, certo conſtare poterat, eundem Plinio indignationis ſocium futurum fuiſſe. Oppoſitioni autem illi: *Niſi forte aliter iudicas tu*, ipſe Secundus ſatisfecit. Quare dictio *habere poteram*, quam omnes Codd. tuentur, capienda eſt ſimpliciter pro certo *habuiſſem*, de quo genere extenſionis, poſt doctiſſimos viros Gu. Canterum, Torrentium, I. Fr. Gronovium, Pricaeum & alios, egimus ad Salluſt.

Cat.

XVIII. C. Plinius Sabino Suo S.

Sabino ſuum patrocinium pollicetur, id enim exegerat pro patria Firmo.

Rogas tu agam [1] Firmanorum publicam cauſam: quod ego, quanquam plurimis occupationibus diſtentus, adnitar. Cupio enim & ornatiſſimam Coloniam advocationis officio, & te, gratiſſimo tibi munere obſtringere. Nam cum familiaritatem noſtram, ut ſoles praedi- 2
care, ad praeſidium ornamentumque tibi ſumpſeris, nihil eſt quod negare debeam, praeſertim pro patria petenti. Quid enim precibus [2] aut honeſtius piis, aut efficacius amantis? Proinde Firmanis 3
tuis, ac jam potius noſtris, obliga fidem meam, quos labore & ſtudio meo dignos, cum ſplendor ipſorum, tum hoc maxime pollicetur, quod credibile eſt optimos eſſe, [3] inter quos tu talis moreris. *Vale.*

XIX.

Cat. cap. LVIII. n. 13. potuiſtis *nonnulli alienas opes* expectare: & ad Lucani Lib. VIII. vs. 440.

— — — ire *per iſta*
Si potes, *in media ſocerum quoque, Magne, ſedentem*
Theſſalia placare potes.

Adi quoque Celeb. Burmann. ad Phaedr. Lib. I. Fab. XV. vs. 6.

Suadebat aſino fugere, ne poſſent capi.

& Fab. XXVII. princ.

Haec res avaris eſſe *conveniens* poteſt.

Ad quem uſum ſi Viro doctiſſimo reſpicere libuiſſet, vulgatam lectionem ſollicitare minime poterat. Corte.

1 *Firmanorum.*] Firmum Piceni caſtellum, auctore Plinio, ſecundum Strabonem oppidum. M. Tullius in Philippicis, tanquam municipes Firmanos laudat: quod contra M. Antonium principes pecuniae pollicendae fuerint. In quibusdam exemplaribus leges *Formianorum*, poſſeſſivum a *Formiis* deductum. Catan. Noſtri omnes *Firmanorum.* Deinde recentiores ſcripti & Ed. Vet. *pluribus occupationibus.*

2 *Aut honeſtius* piis, *aut eff. amantis.*] Melius legas: *aut honeſtius pii*, ſic reſpondet *amantis.* Barth. Olim reſponſiones illas & aequalitatem non magni facio: hic tamen adſentior Barthio, civi meo, cum & praecedens *pro patria petenti* hoc requirat. *Pius* enim, qui patriam amat eiusque commodis inſervit, ut ipſe Tullius docet. Adde Cuperi Apotheoſ Hom. p. 286. & Cl. Daviſium ad Caeſar V. B. Gall. cap. XXVII.

3 *Inter quos tu talis* extiteris.] Veterrimus: *inter quos tu talis* moreris, longe rectus profecto. Supra Lib IV. Epiſt. X. n. 4. Moretur *ergo in libertate.* Saepiſſime ita Cicero. Iuſtinus Lib. XII. cap. V. n. 9. *Populos, qui in radice Caucaſi* morabantur, *ſubegit.* Iuvenalis Sat. VI. princ.

Credo pudicitiam Saturno rege moratam
In terris, viſamque diu.

Sat. XIV. vs. 267.

— *Corycia ſemper qui puppe* moraris,
Atque habitas.

Inde iocus *morari* inter *homines* apud Sueton. Ner. cap. XXXIII. Res eſt notiſſima. Corte.

XIX. C. Plinius Nepoti Suo S.

Petituri magiſtratus conſueverant ſuffragatores invitare, muneribus devincire, depoſita pecunia ſuffragia praeſtinare, hoc igitur referente Homulo ad Senatum, Imperator lege lata candidatorum ſumptus reſtrinxit, & cavit, ut tertiam patrimonii partem conferrent in ea, quae ſolo continerentur: quare cum multi eſſent emptores, admonet Nepotem amicum, ſi cupiat Itala praedia vendere, & in provinciis comparare, nunc eſſe tempus idoneum.

1 SCis tu [1] acceſſiſſe precium agris, praecipue ſuburbanis. Cauſa
ſubitae caritatis, res multis agitata ſermonibus, proximis comi-
tiis [2] honeſtiſſimas voces Senatus expreſſit: *Candidati ne conviventur, ne*
2 *mittant munera, ne pecunias deponant.* Ex quibus duo priora tam
aperte, quam immodice fiebant: hoc tertium, quanquam occulta-
3 retur, pro comperto habebatur. Homulus deinde noſter [3] vigilanter
uſus hoc conſenſu Senatus, ſententiae loco poſtulavit, ut Conſules
deſiderium univerſorum notum Principi facerent, peterentque,
4 [4] ſicut aliis vitiis, huic quoque providentia ſua occurreret. Occur-
rit.

1 *Acceſſiſſe.*] Auctum eſſe. CATAN. Sueton. Aug. cap. XLI. *Tantam copiam numariae rei effecit, ut, foenore diminuto, plurimum* agrorum pretiis acceſſerit. Lege ibi Caſaubonum.

2 *Honeſtiſſimas voces* Senatui *expreſſit.*] Sic omnes vulgatae; At omnes ſcripti & Edd. Vett. *Senatus*, quod adfectatione cuiusdam elegantiae repudiarunt, de qua pluribus dictum ad Lib. II. Epiſt. I. n. 6. Recentiores ſcripti & Edd. Vett. praeterea: *honeſtiſſima voce*, ſed hoc perperam.

3 *Vigilanter uſus.*] Cum vidiſſent omnes Senatores convenire, ut candidatorum ſumptus reprimerentur: tali occaſione impigre uſus, cum rogatus eſſet dicere ſententiam ſuam ſuper ea re, loco ſententiae poſtulavit a Coſſ. ut Imperatorem hujus Senatus conſenſus admonerent. CATAN. Voſſ. Oxon. Helmſt. Arnz. & Edd. Vett. *Homulus deinde noſter* vigilat rurſus *hoc conſenſu ſenatus.* Mediceus: *Homulus deinde noſter* uſus vigilanter uſus *hoc conſ. S.* ex quo diſtinguendo non abſurdum facias: *uſus, vigilanter uſus, hoc conſenſu ſenatus*, quales geminationes Noſtro perquam familiares ſunt, ut dictum modo ad Epiſt. XII. n. 5.

4 *Sicut aliis* vitiis, *huic quoque.*] Mediceus: *ſicut aliis* ut eis, *huic quoque providentia ſua* occurrere. Illud *ut eis* manifeſto corruptum eſt. Lib. V. Epiſt. XIV. n. 7. *petendum ab optimo principe, ut ipſe tantis* vitiis *occurreret.* At alterum *occurrere* facile hoc loco feram, ut ſit *peterent occurrere*, pro *peterent ut occurrat.* Sic Statius XII. Theb. vs. 784.

— — orant ſuccedere *muris*
Dignari*que domos.*

Talia plura notavimus ad Salluſt. Cat. cap. LII. n. 24. & ad Lucan. Lib. V. vs. 228. Tale eſt etiam illud Valer. Flacci Lib. I. vs. 213.

— *fremere, & legem* defendere *cuncti*
Hortantur.

Lucanus Lib. III. vs. 183.

Tresque petunt *veram* credi *Salamina carinae.*

CORTE.

rit. [1] Nam ſumtus candidatorum, foedos illos & infames ambitus lege reſtrinxit. Eosdem [2] patrimonii tertiam partem conferre juſſit in ea, quae [3] ſolo continerentur, deforme arbitratus (ut erat) honorem petituros, urbem, Italiamque, non pro patria, ſed pro [4] hoſpitio, aut ſtabulo, quaſi peregrinantes, habere. Concurſant ergo candidati certatim, quicquid venale audiunt, emptitant: quoque ſint [5] plura venalia, efficiunt. Proinde, ſi poenitet te Italicorum praediorum, hoc vendendi tempus, tam Hercule, quam in provinciis [6] comparandi, dum iidem candidati illic vendunt, ut hic emant. *Vale.*

XX. C. Plinius Cornelio Tacito Suo S.

Incitaverat Secundum Tacitus ad perquirendum quos metus & caſus ſuſtinuiſſet ardente Veſuvio, dum Miſeni cum matre relictus fuit ab avun-

1 Nam *ſumtus candidatorum.*] Scripti recentiores & Edd. Vett. *Nam* neglexerunt; non autem Veterrimus. Iidem recentiores & Edd. Vett. *frigidos illos*, pro *foedos.* Vide ad Lib. V. Epiſt. XXI. n. 6.

2 Patrimonii *tertiam partem.*] Optimus *patrimonio*, quod Grammatici ſtatim damnabunt. Vide tamen quae notamus ad Cicer. Lib. IX. Epiſt. XI. n. 1. & Lib. XVI. Epiſt. XXII. n. 3. Simile inſtitutum Antonini Philoſophi narrat Capitolin. in Vita cap. XI. *Leges addidit, ut ſenatores peregrini quartam partem in Italia poſſiderent.*

3 *Solo continerentur.*] *Solum* dicitur, quod ſubeſt alicui rei. Feſtus *ſolum* terram dicit & locum. Juſtinianus de interdictis, & Scaevola, Quae in fraudem, ſic alii *ſolum* ponunt pro re immobili. Nam appellatione *ſoli* intelliguntur prata, agri, nemora, paſcua, vineae, horti, domus, areae, & ſimilia: apud Juriſconſultos circumferuntur hi duo verſus:

Quicquid plantatur, ſeritur, vel aedificatur,
Omne ſolo *cedit, radices ſi tamen egit:*

Ut per hos comprehendatur quod appellatione *ſoli* continetur. Catan.

4 *Hoſpitio.*] Diverſorio. Idem. Voſſ. Helmſt. & Arnz. *pro hoſpitio aut ſabulo.* inepte. *Stabulum* enim diverſorium, πανδοχεῖον, ut vertit Theophilus, cuius non rara in Iure mentio eſt. Non inutilia legas de eo apud Interpp. Petronii Sat. cap. VI.

5 *Plura.*] Quia certatim emptitant praedia Italica. Legitur & *ut ſint quoque pluris.* An *plura*, quod cum majus precium polliceantur, quam valeant praedia, multi domini incitantur ad ſua vendenda? Catan. Vulgo: *ut ſint quoque plura venalia.* Arnz. *quoque plura venalia*, primis voculis omiſſis? Voſſ. *ut quoque ſint plura v.* Sed Mediceus, Helmſtad. & Ed. Vet. *quoque ſint plura venalia, efficiunt*, quod auctori reddidi. *Quoque* eſt & *quo.* Hoc ſenſu, nempe pro *ut*, uſurpavit Lib. V. Epiſt. XVI. n. 4. *Duravit hic illi usque ad extremum*, quo *plures gravioresque nobis cauſſas relinqueret & deſiderii & doloris. Quoque* autem, ut ſit *& quo*, pluribus illuſtravimus ad Salluſt. Cat. cap. XXIII. n. 4. Sic *ubique*, pro *& ubi*; *utique*, pro *& uti*; *neque* pro *& ne*; *itaque*, pro *& ita* eruditis nota ſunt, nosque de talibus ad Ciceronem & Criſpum abunde diximus. Lucanus Lib. IV. vs. 305.

Quoque *minus ſiccos poſſent tolerare vapores,*
Quaeſitae feciſtis *aquae.*

Corte.

6 *Comparandi.*] Acquirendi, emendi. Tranquillus: *Magiſteria ſacerdotii ditiſſimus quisque & ambitione & licitatione maxima vicibus* comparabat. Cato: *Praedium cum* comparare *cogitabis, ſic in animo habeto, ut ne cupide emas.* Catan. Supra Aldus *vendundi tempus*, ſed Mediceus & reliqui *vendendi.* Patet autem, intelligi: *hoc vendendi tempus eſt*, quomodo loquitur

avunculo, hinc proſequitur jam quaecunque paſſus ſit in illo turbine & caligine.

AIS te adductum literis, quas exigenti tibi de morte avunculi mei ſcripſi, cupere cognoſcere, quos ego Miſeni relictus ([1] id enim ingreſſus abruperam) non ſolum metus, verum etiam caſus pertulerim.
2 [2] *quanquam animus meminiſſe horret, incipiam.* Profecto avunculo, ipſe reliquum tempus ſtudiis ([3] ideo enim remanſeram) impendi: mox
3 balineum, coena, ſomnus inquietus & brevis. Praeceſſerat per multos dies tremor terrae minus formidoloſus, quia [4] Campaniae ſolitus: illa vero nocte ita invaluit, ut non moveri omnia, ſed everti crederentur.

Lib. II. Epiſt XIII. n. 2. & alibi. Infra Voſſ. Helmſt. Arnz. & Edd. Vett. male omittunt: *ut hic emant.*

1 *Id enim* litus *ingreſſus abruperam.*] Ingreſſus Campaniae *litus* Miſenum mihi pro receſſu delegeram. Catan. Ridicule nempe circumferebant impreſſi: *id enim ingreſſus* litus *abruperam*, quod natum eſt ex corrupta ſcriptura, quam etiam in Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. deprehendimus: *Miſeni littus*, pro *relictus*. Interim haec varietas Scheffero copiam dedit, talia adnotandi: Alii: *id enim littus ingreſſus abruperam.* Alii τὸ *littus* omittunt. Suſpicor ſcripſiſſe Plinium: *Id enim ingreſſus, litteras abruperam*, vel: *id enim ingreſſus litteris, abruperam*, quomodo *ingredi ſermone quid* reperitur. Haec ille. At ſciendum, *litus* illud nusquam adparere in veterrimo Mediceo, neque in Voſſiano, qui cum Aldo, Gryphio, Grutero & aliis ſcribunt: *id enim ingreſſus abruperam.* Cicero XV. ad Attic. Epiſt. XI. *Quam* orationem *cum* ingreſſus *eſſem*, *Caſſius intervenit.*

2 *Quanquam animus, &c.*] Virgilianum carmen ex ſecundo Aeneidos vs. 12. ubi introducitur Aeneas dicturus Ilienſe excidium Catan.

3 *Ideo.*] Ut ſtuderem. Jam enim dixerat: *mihi, ſi venire una vellem, facit copiam, reſpondi ſtudere me malle.* Idem. MSS. Voſſ. Oxon. Helmſt. Arnz. Edd. Vett. & Aldinae: *ideo remanſeram.* Sed Optimus: *ideo* enim *remanſeram.*

4 *Campaniae, &c.*] Scribit Seneca, *Campaniam* nunquam ſecuram a terrae motu: attamen indemnem ante Reguli & Virginii Conſulatum: vexantur enim terrae motu magis propinqua mari. Nam ſpiritus intra terram per occulta foramina intrat, deinde cum obſtructus ille trames, per quem deſcenderat, reditum autem illi a tergo reſiſtens aqua abſtulit, huc illuc fertur, & ſibi ipſi occurrens terram labefactat. Inde Neptuno haec aſſignata movendi potentia apud Homerum. Catan. *Quia Campaniae ſolitus.*] Exhibere libuit ſcripturam exemplaris Palatini, confirmatam omnibus Editionibus vetuſtis, etiam Aldina. Novatores nobis intruſerant, *minus formidoloſus*, qui *Campaniae* non ſolum caſtella, verum etiam oppida vexare *ſolitus*: *illa nocte, &c.* prorſus contra mentem Plinii: imo contra veritatem. Legatur modo Seneca Lib. VI. cap. I. Naturalium quaeſtionum. Gruter. Palatino adſentiuntur Voſſ. Oxon. Helmſt Arnz. Propterea tamen alteram lectionem novatoribus tribuere non auſim. Nam in Veterrimo ita legas: *minus formidoloſus, qui Campaniae non ſolum caſtella, verum etiam oppida moveri omnia, ſed verti credebantur. Invaſit in cubiculum* c t. Unde ex utraque ſcriptura Heinſius ad Ovid. VII. Metam. vs. 492. locum ita concinnabat: *Praeceſſerat per multos dies tremor terrae minus formidoloſus, quia Campaniae ſolitus: illa vero nocte ita invaluit, ut non ſolum caſtella, verum etiam oppida omnia non moveri, ſed everti crederentur. Invaſit in cubiculum meum mater.* qualis reſtitutio cuivis in mentem venire poterat. Videamus tamen, an propius ad Mediceam ſcripturam, quam aegre deſerimus, accedere queamus. In Excerptis noſtris particula *non* verbo *moveri* non adhaeret; Cauſſam etiam deprehendiſſe videor, cur librarius, quae inter verbum *ſolitus* & *non ſolum* media ſunt, omiſerit, cum tot iam exempla ſimilis erroris ex hoc codice adnotata ſint. Quamobrem reſcribere mallem: *Praeceſſerat per multos dies tremor terrae minus formidoloſus, quia Campaniae ſolitus: illa vero nocte* non ſolum caſtella, verum etiam oppida moveri omnia & verti credebantur. Invaſit in *cubiculum meum mater.* Sic omnia retinemus, quae membranae integerrimae ſuggerunt; tan-

tur. [1] Invaſit in cubiculum meum mater : ſurgebam invicem, ſi quie- 4
ſceret, excitaturus. [2] reſidimus in area domus, quae mare a tectis
modico ſpatio dividebat. dubito conſtantiam vocare, [3] an impruden- 5
tiam debeam: agebam enim duodeviceſimum annum. Poſco [4] librum
Titi Livii, & quaſi per otium lego, atque etiam, ut coeperam, ex-
cerpo. Ecce amicus avunculi, qui nuper ad eum ex Hiſpania vene-
rat, ut me, & matrem ſedentes, me vero etiam legentem videt, illius
patientiam, ſecuritatem meam corripit: nihilo ſegnius ego intentus in
librum. Jam hora diei prima, & adhuc dubius, & quaſi languidus 6
dies, [5] jam quaſſatis circumjacentibus tectis, quanquam in aperto loco,
anguſto tamen magnus & certus ruinae metus. Tum demum excedere 7
oppido viſum. Sequitur vulgus attonitum, quodque in pavore ſimile
prudentiae, alienum conſilium ſuo praefert, ingentique agmine abeun-
tes premit & impellit. Egreſſi tecta conſiſtimus, multa ibi miranda, 8
[1] multas

tantummodo *qui*, in *quia*, *ſed* in *&* mutamus, quod & aliis locis faciendum fuit. Heinſii: *non moveri omnia, ſed everti crederentur*, propterea etiam diſplicet, quia modo praeceſſir *non ſolum, ſed etiam.* Deinde non modo in Mediceo, verum etiam in omnibus aliis MSS. & Edd. Vett. *verti* legitur, non *everti*, & *moveri* quidem ac *verti* ſatis apte coniunguntur. Lucanus Lib. III. vs. 418.

Saepe cavas motu terrae *mugire cavernas.*

Lib. V. vs. 633.

— mota*que poli* compage *laborant.*

Lib. VI. vs. 21.

Cedere vel bellis, vel cuncta moventibus *annis.*

Lib. VIII. vs. 848.

Ignibus aut nimiis, aut terrae tecta moventi.

Lib. IX. vs. 466.

Concuteret *terras*, *orbemque ab ſede* moveret.

Ad eiusdem Lib. III. vs. 489.

Moliri *nunc ima parant*, *&* vertere *ferro*
Moenia,

ubi decem circiter MSS. *evertere* praeferunt, docuimus *vertere* ſignificare *evertere.* Alio ſenſu Tullius *moveri & verti* coniungit, ubi de coeli motu loquitur. CORTE.

1 Irrumpit *cubiculum.*] Optimus, ut iam vidimus, *Invaſit in cubiculum*, idque Heinſius dicto loco pluribus tuetur, & nos quaedam ad Criſpi Iug. cap. XXXII. n. 4. *Tanta vis avaritiae* in *animos eorum, veluti tabes*, invaſerat. Lucanus Lib. X. vs. 355.

Invaſit *Cleopatra* domum.

Ni membranae iuberent, a vulgato non recederem. Ita idem Lucanus Lib. II. vs. 327.

Pulſatae ſonuere fores, quas ſancta relicto
Hortenſi moerens irrumpit *Marcia buſto.*

2 Reſedimus *in area domus.*] Optimus *reſidimus*, & ſic ille perpetuo, ut dictum ad Lib. III. Epiſt. I. n. 5. *Deinde* conſidit. ubi vide.

3 *An* imprudentiam *debeam.*] Hoc placuit Mediceo, Voſſ. Oxon. Helmſt. Edd. Vett. Aldo, Gryphio. Impreſſi quidam & Arnz. *an* prudentiam *debeam*, ex mente monachi ſomnolenti, non Plinii. Deinde Medic. *duodevicenſimum*, de qua ſcriptura ad Lib. I.

4 *Librum.*] Hiſtorias. Nam & Epiſtolas & ſermones compoſuit Livius, ſermones inquam ex profeſſo philoſophiam continentes. CATAN. Excidit numerus. Totum enim opus non poterat ſic poſci, vel tractari. Martialis: *Livius ingens.* BARTH. Sed & certum librum poterat his verbis indicare: *Poſco* librum *Titi Livii.* Codices ſane nihil mutant.

5 *Iam quaſſatis circumiacentibus tectis.*] Oxon. *cir-*

[1] multas formidines patimur. Nam vehicula, quae produci juſſeramus; quanquam in planiſſimo campo, in contrarias partes agebantur: ac ne
9 lapidibus quidem fulta, in eodem veſtigio quieſcebant. Praeterea mare in ſe reſorberi, & tremore terrae, [2] quaſi repelli videbamus. Certe [3] proceſſerat litus, multaque animalia maris [4] ſiccis arenis detinebat. Ab altero latere nubes atra & horrenda ignei ſpiritus tortis vibratisque diſcurſibus rupta, in longas flammarum figuras dehiſce-
10 bat, [5] fulgoribus illae & ſimiles, & majores erant. Tum vero ille idem ex Hiſpania amicus acrius & inſtantius, [6] *Si frater*, inquit, *tuus*, *tuus avunculus*, *vivit*, *vult vos eſſe ſalvos: ſi periit*, *ſuperſtites voluit. Proinde quid ceſſatis evadere?* Reſpondimus, *Non commiſſu-*
11 *ros nos*, [7] *ut de ſalute illius incerti*, *noſtrae conſuleremus.* Non moratus ultra proripit ſe, effuſoque curſu periculo aufertur: nec multo poſt, illa nubes [8] deſcendere in terras, operire maria. cinxerat [9] Capreas, &

circumadiacentibus. Veterrimus: *iam quaſſatis* omnia *circumiacentibus tectis.* Neſcio, an voluerit *quas ſatis omnia*, ut *cultus omnia*, *corruptus omnia*, *unctus cetera*, *transfixus tempora*, qualia innumera collegimus ad Lucanum, quaedam ſupra ad Lib. II. Epiſt. XI. n. 10. *Ianuarius mensis cum* cetera, *tum praecipue ſenatorum frequentia* celeberrimus.

1 Multas formidines *patimur.*] Optimus: *multa ibi miranda* multa formidine *patimur.* At ſupra n. 1. quos *ego Miſeni relictus non ſolum* metus, *verum etiam caſus* pertulerim. Lucanus Lib. IX. vs. 447.

— — — illic ſecura iuventus
Aequoreos eſt paſſa metus.

2 *Quaſi* repelli *videbamus.*] Mediceus: *quaſi* revelli *videbamus.* non placet. Sequentia enim de litore nudato mare ab terra repulſum quaſi eſſe docent. Lucan. Lib. IV. vs. 101.

— — — ſubitisque frementes
Verticibus contorſit aquas, & repulit *aeſtus*
Fortior Oceani.

Ovidius VI. Faſt. vs. 495.

Et ſpatio contracta brevi freta *bina* repellit.

3 Proceſſerat *litus.*] i. auctum erat, recedente mari. Contra *promovere litus* mare dicitur apud Senec III. Nat. Qu. cap. XXVII. & Cap. XXVIII. *litus prolatum.*

4 In *ſiccis arenis detinebat.*] Optimus & ſcripti omnes, ut & Edd. Vett. Praepoſitionem non admittunt, quae etiam non ita neceſſaria eſt.

5 *Fulgoribus.*] Seneca in naturalibus quaeſtionibus, *Horum*, inquit, *aliqua non patiuntur moram*, *ſed tranſcurrunt*, *aut extinguuntur ſubinde qua reluxerant*: *hi* fulgores *dicuntur*, *quia facies illorum*, & *candida eſt*, *nec ſine injuria decidens.* Heraclitus fulgurationem exiſtimat apud nos incipientium ignium conatus, & primam flammam incertam, modo intereuntem, modo exſurgentem. CATAN.

6 *Si frater*, &c.] Haec lectio vera, altera falſa: *ſi frater*, *inquit*, *tuus avunculus.* Ait, *frater tuus*, reſpiciens Pliniam, matrem hujus Plinii, ait *Avunculus tuus*, ipſum reſpiciens, qui haec ſcribit. CASAUB. *Si frater*, &c.] Ita vetus Editio omnis, etiam Aldina, repetito illo *tuus*, quod omiſſum a recentioribus. GRUTER. Malo: *ſi frater*, *inquit*, *tuus avunculus.* Suum fratrem vocat amicum intimum. BARTH. Atque ita mediae quaedam Edd. Longe melius Caſaubonus locum interpretatur, eique adhaeret Mediceus, qui vulgatam exhibet. Helmſt. fruſtra alteri lectioni favet.

7 *Ut de ſalute* eius *incerti.*] Omnes ſcripti & Edd. Vett. cum Gryphio: *ut de ſalute* illius *incerti.*

8 *Deſcendere*, *operire.*] Infinitiva pro Indicativis more hiſtorico. CATAN.

9 *Capreas.*] Inſulam juxta Neapolim: cujus ſeceſſu delectabatur Tiberius Caeſar. Hanc prius Auguſtus permutaverat cum Repub. Neapolitanorum Aenaria data. Diſtat a Surrento octo millibus

& abſconderat: Miſeni quod procurrit, abſtulerat. Tum mater orare, 12
hortari, jubere, quoquo modo fugerem: Poſſe enim juvenem: [1] *ſe &*
annis & corpore gravem bene morituram, *ſi mihi cauſa mortis non fuiſ-*
ſet. Ego contra, *ſalvum me*, *niſi una*, *non futurum*: [2] dein manum
ejus amplexus, addere gradum cogo: paret aegre, incuſatque ſe quod
me moretur. Jam cinis, adhuc tamen rarus: reſpicio; denſa caligo 13
tergis imminebat, quae nos, torrentis modo infuſa terrae, ſequeba-
tur. *Deflectamus* (inquam,) *dum videmus*, *ne in via ſtrati*, *comi-*
tantium turba [3] *in tenebris obteramur.* Vix [4] conſideramus, & nox, 14
non qualis [5] illunis, aut nubila, ſed qualis in locis clauſis lumine ex-
ſtincto: audires [6] ululatus feminarum, infantium [7] quiritatus, clamo-
res virorum: alii parentes, alii liberos, alii conjuges vocibus require-
bant, vocibus noſcitabant: hi ſuum caſum, illi ſuorum [8] miſerabantur:
erant qui metu mortis [9] mortem precarentur. Multi ad deos manus 15
tollere:

libus paſſuum. A Stephano *Capriaria* dicta, vel etiam *Capriae*. CATAN.

1 *Se & annis*, *&* *corpore.*] Oxon. *ſe* ut *annis & c. g.* Ceteri omnes vulgatae adſunt.

2 Deinde *manum e. a.*] Primarius *dein*, ut Gryphius edidit. Vide Supra ad Epiſt. XVI. n. 6.

3 *In tenebris* obteramur.] Mediceus: *in tenebris operiamum.* vitioſe.

4 *Conſederamus.*] Extra viam publicam greſſum firmaveramus. Legitur etiam, *viam deſerueramus.* CATAN. In omnibus noſtris MSS. legitur: *Vix conſideramus*, unde Ed. Vet. fecit *conſtiteramus.* Vulgo *conſederamus.* MSSptis obediendum eſſe, oſtendet locus modo n. 4. indicatus. Secundam lectionem, quam Catanaeus memorat, Aldus poſteriore editione expreſſit: priore tenuit *Vix conſyderamus.* Conſediſſe Plinium cum matre n. 16. declarat. Ne Gryphio quidem *conſideramus* diſplicuit.

5 *Illunis & nubila.*] Id eſt, vel in nocte non lucente Luna, vel nubibus obtecta. Eſt alia lectio, *illunis*, *aut nubila.* Cum ſcil. Luna inter nubila lucet. CATAN. MSS. noſtri: *illunis*, aut *nubila*, idque ratio reſtituere iubebat. Iidem MSS. cenſenſu: *non* qualis *illunis*, minime *quaſi*, quod recentiores quidam amplectuntur.

6 *Ululatus feminarum.*] Caeſar in commentariis ululatum etiam ad viros retulit, ſcribens Gallorum ululatu confirmari animos in praelio. Magis convenienter Tacitus locutus in libello de moribus Germanorum, *Ululatus*, inquit, *foeminarum*, & *vagitus infantium.* Secundus tamen, *Quiritatus infantium* dixit a verbo *quirito*, quod eſt Quiritium fidem implorare, auctore Varrone. CATAN.

7 *Queritatus.*] Scribe. *Quiritatus.* CASAUBON. *Queritatus.*] Alii libri, *Quiritatus*, ac ita Caſaubonus quoque emendabat. *Quiritare*, inquit Varro, *dicitur qui Quiritium fidem clamans implorat.* Id fiebat, cum inclamarent, *Porro Quirites*, de qua formula plura Briſſonius. Inde ad quosvis clamores miſerabiles traducitur hoc verbum. Ut hic ad infantium ploratus. Gloſſis veteribus *Quiritans* ἐπιβοώμενος exponitur. BUCHNER. Mediceus, Helmſt. & Voſſ. *quiritatus*; Oxon. & Ed. Vet. *queritatus*, ut variant libri apud Valer. Max. Lib. IX. cap. II. n. 1. & Apuleium. Vide Colv. ad Apulei. VIII. Metam. pag. 94. Infra *noſcitabant*, ut Tacitus IV. Ann. cap. LXIII. *Qui per diem viſu*, *per noctem ululatibus & gemitu coniuges aut liberos* noſcebant.

8 *Miſerabantur.*] Arnz. & quidam impreſſi *miſerebantur.* male. Vide ad Salluſt. Iug. cap. XXIII. extr. *eos multa pollicendo*, *ac* miſerando caſum *ſuum confirmat.*

9 *Mortem precarentur.*] Ut fit in ſumma rerum deſperatione, cum tamen vivere optamus. CATAN. Seneca de Brev. Vit. cap. XVI. *Mortem ideo ſaepe optant*, *quia timent.* Qualia notamus ad Lucan. Lib. VII. vs. 104.

— — *multos in ſumma pericula miſit*
Venturi timor *ipſe mali.*

tollere: plures nusquam jam deos ullos, [1] aeternamque illam & noviſſimam noctem mundo interpretabantur. Nec defuerunt qui fictis mentitisque [2] terroribus vera pericula augerent. Aderant qui Miſeni
16 illud fuiſſe, illud ardere falſo, ſed credentibus, nunciabant. [3] Paullum reluxit, quod non dies nobis, ſed adventantis ignis indicium videbatur: & ignis quidem longius ſubſtitit: [4] tenebrae rurſus, cinis rurſus multus & gravis: hunc identidem aſſurgentes excutiebamus, operti alioqui, atque etiam [5] obliſi pondere eſſe-
17 mus. Poſſem gloriari, non gemitum mihi, non vocem parum fortem in tantis periculis excidiſſe, [6] niſi me cum omnibus, omnia mecum

1 *Aeternamque illam, &c.*] Dio hanc ipſam Veſuvii conflagrationem, quae ſub Tito contigit, Lib. LXVI. narrans, καὶ ἐδόκουν, inquit, οἱ μὲν τοὺς γίγαντας ἐπανίστασθαι, οἱ δὲ καὶ ἐς χάος ἢ καὶ πῦρ τὸν κόσμον πάντα ἀναλίσκεσθαι: *Exiſtimabant nonnulli gigantes contra ſe inſurgere: alii, aut mundum in chaos redigi, aut igni conſumi.* Nempe Epicuraei & Stoici periturum igne mundum, omniaque in priſtinum, unde orta eſſent, chaos recaſura, ſtatuebant. Lucanus Lib. I.

— Sic, cum compage ſoluta
Secula tot mundi ſuprema coegerit hora,
Antiquum repetent iterum chaos omnia.

Atque ab hac neceſſitate nec Deos ipſos excipiebant. Seneca Thyeſte:

Trepidant, trepidant pectora magno
Perculſa metu, ne fatali
Cuncta ruina quaſſata labent,
Iterumque Deos hominesque premat
Deforme chaos. —

Et eo pertinet, quod nonnulli, ut refert Noſter, dicerent, *nusquam jam Deos ullos eſſe.* BUCHNER. Lucanus Lib. V. vs. 634.

Extimuit natura chaos, rupiſſe videntur
Concordes elementa moras, rurſusque redire
Nox manes mixtura deis.

Virgilius I. Georg. vs. 468.

Impiaque aeternam *timuerunt ſaecula* noctem.

2 *Terroribus.*] Nam exiſtimabantur gigantes inſurrexiſſe, & effigies illorum apparuiſſe in fumo, praeterea tubarum ſonitus audiri. CATAN.

3 Paullum *reluxit.*] Voſſ. Helmſt. Ed. Vet. Gryphius & recentiores quidam: *Paullulum reluxit*, ſollemni confuſione, de qua ad Lib. VII. Epiſt. XXVII. n. 9. *ut* paullum *exſpectaret.* Hic certe Veterrimus, Arnz. & Aldus *paullum reluxit.* Helmſt. *Paululum reluxit* quidem, *non dies nobis.* perperam.

4 *Tenebrae rurſus.*] Tantus fuit ignis & fumus, ut aera totum obumbraret, totum vero ſolem occultaret ceu defectum: nox vero ex die, nox & tenebrae ex luce factae ſunt. Eructabat immenſus cinis, & occupabat terram, mare, aera: laedebantur homines, regiones, pecora, piſces, praeterea aves abſumebantur. Dion. CATAN.

5 Obliſi *pondere eſſemus.*] Mallem: eliſi *pondere eſſemus.* Lucanus Lib. II. vs. 206.

— vivaque graves elidunt *corpora trunci.*

ubi vide. *Oblidere* tamen eodem fere ſenſu Cicero, Tacitus, Prudentius & alii dixerunt, ſi modo ſana ſcriptura ad nos pervenit.

6 *Niſi me cum omnibus.*] Senſus eſt: ſi in hoc caſu aliqua meliorum ſpe ſupra praeſentium acerbitatem ſuſtuliſſem animum, tum poſſem gloriari, nec gemitum mihi nec fortem parum excidiſſe vocem (etenim magnae indolis ſignum ſperare ſemper) nunc cum ex deſperatione id fecerim potius, & quia credidi mundi finem inſtare, conſtantiae & fortitudinis laudem mereri haud poſſum: neque enim virtus eſt, quod neceſſitate exprimitur. Interim tamen ignaviae ſeſe vacare culpa ſignificat, ut qui perſuaſerit animo, non eſſe ferendum aegre aut deprecandum interitum, qui omnes eadem involvat ruina. Pari apud Tragicum ratione ſe conſolatur ac erigit chorus in ſimili caſu, cum ait:

Abeant queſtus, diſcede dolor!

Vitae

mecum perire miſero, [1] magno tamen mortalitatis ſolatio credidiſſem.
Tandem illa caligo tenuata quaſi in fumum, nebulamve [2] deceſſit: 18
Mox dies verus, ſol etiam effulſit, [3] luridus tamen, qualis eſſe, [4] cum
deficit, ſolet. Occurſabant trepidantibus adhuc oculis mutata omnia,
altoque cinere, tanquam nive, obducta. Regreſſi Miſenum, curatis 19
utcunque corporibus, ſuſpenſam [5] dubiamque noctem, ſpe ac metu
exegimus: [6] metus praevalebat. Nam & tremor terrae perſeverabat,
& plerique [7] lymphati terrificis vaticinationibus, & ſua & aliena mala
ludificabantur. [8] Nobis tamen ne tunc quidem, quanquam & exper- 20
tis [9] periculum, & exſpectantibus, abeundi conſilium, [10] donec de
avun-

Vitae eſt avidus, quisquis non vult
Mundo ſecum pereunte mori.

Buchner. Lege Lucanum Lib. VII. vs. 134. ſqq.

1 *Magno ſolatio.*] Cum putarem eſſe omnes mecum interituros: ſola enim neceſſitate conſolabar. Catan.

2 *Deceſſit.*] Voſſ. Helmſt. Oxon. Arnz. & Edd. Vett. *diſceſſit*, ut *umbra diſcedit*, *diſcutitur*, *obſcuritas dimovetur* apud Ammian. Lib. XV. cap. IX. & ſimilia paſſim. Primarius tamen *deceſſit*, quod praefero. Salluſt. Iug. cap. LXXXVIII. princ. *plebi patribusque*, *poſtquam invidia* deceſſerat, *iuxta carus.* ubi eadem in libris confuſio. Vide & Gronov. ad Liv. Lib. IV. cap. LII. Virgil. Eclog. VIII. vs. 14.

Frigida vix coelo noctis deceſſerat umbra.

Hic etiam Libri, ut ſemper in his verbis, turbant. adde Bentlei. ad Horat. Lib. I. Epiſt. XVI. n. 7. Sequitur in Helmſt. Oxon. Arnz. & Ed. Vet. *Mox dies*, *ſol etiam effulſit*, omiſſo vocabulo *verus.* Quidam *dies vere.* Optimus *dies verus*, ut ſupra Epiſt. XVI. n. 13. *veriſſimus ſomnus.* Vide ad Lib. III. Epiſt. VI. n. 3. Opponit hunc *verum diem* diei illi adparenti, de quo n. 16.

3 *Luridus.*] Lividus, decoloratus, ſqualidus. Apulejus, *lurore* Socratem deformatum: & alibi, *lurore* ac illuvie collapſa membra dixit. Catan. Lucanus Lib. V. vs. 549. de Luna:

— — — *tum* lurida *pallens*
Ora *tulit*, *vultu ſub nubem triſtis itura.*

4 *Cum deficit*, *ſolet.*] Legimus etiam *cum deficere ſolet*; id eſt, cum patitur eclipſin ex interpoſitione & objectu Lunae. Catan.

5 *Dubiamque noctem.*] Sic malui, quod & agnoſceret Catanaeus, & reſtaret in Palat. & in Edd. antiquis, alias legebatur *mentem*, quod paſſim obtinuit. Gruter. *Noctem* praeſtat etiam Mediceus ceterique MSS. item *exegimus*, pro quo alii *exigimus.*

6 *Metus praevalebat.*] Nec parvus metus fuit per multos dies: neſciebant homines quid factum eſſet, nec coniectare unde factum: exiſtimabant enim quae ſupra & infra erant everti, ſolem in terram deſcendere. Dion. Catan.

7 *Lymphati.*] Phanatici, larvati, inſanientes: quod vulgo creditum fuit, ut quicunque nympham vidiſſet, furendi finem non faceret. Idem. Ut in magnis terroribus fieri ſolet. Lucan. Lib. I. vs. 495.

— — — *ſic turba per urbem*
Praecipiti lymphata *gradu* — —
Inconſulta ruit.

Barth.

8 *Nobis tamen ne* tunc *quidem.*] Modius Novantiq. Epiſt. LI. *ne* nunc *quidem.* eleganter, ut patebit ex nota noſtra ad Lucan. Lib. III. vs. 368. Codices tamen noſtri omnes in vulgatam conſpirant.

9 *Periculum*, *&c.*] Secutus ſum Modii exemplaria ſcripta, vulgati prius: *& ea ſpectantibus.* Gruter. *Ea ſpectantibus* haeret in Helmſtad. Arnz. & Ed. Vet. At Mediceus *exſpectantibus*, uti pridem edidit Aldus & Gryphius.

10 *Donec de avunculo nuncius.*] Sic Palat. & Edd. Vett. neoterica enim verbo amplius *nuncius veniret.* Prorſus ſupervacue: ſuavius enim ſubauditur. Gruter. Conſentiunt omnes etiam noſtri Codd. in fugam verbi *veniret*, quod plane contra morem Plinii recentiores adſuerunt. Lib. I. Epiſt. V. n. 9. *Evigilaveram*; nuncius *a Spurinna*: *Venio ad te.* Lib. V. Epiſt. XXI. n. 2. *Silentium longum*, *tandem a praetore* nuncius. *Dimittuntur centumviri.* adde Lib. II. Epiſt. XIV. n. 7.

avunculo nuncius. Haec nequaquam hiſtoria digna, [1] non ſcripturus, leges, & tibi ſcilicet, qui requiſiſti, [2] imputabis, ſi digna ne epiſtola quidem videbuntur. *Vale.*

XXI. C. Plinius Caninio Suo S.

In Virginio Romano & morum probitatem & doctrinam laudat, praeſertim in comoedia ſcribenda tam nova quam priſca, temporum ſuorum ingenia non deſpiciens.

SUm ex iis, qui mirer antiquos: non tamen, ut quidam, temporum noſtrorum ingenia deſpicio. [3] Neque enim quaſi laſſa & effoeta

n. 7. & Lib. V. Epiſt. VI. n. 45. Infra Lib. IX. Epiſt. XXVII. n. 2. *Ecce* amici *cuiusdam*, *orantes obſecrantesque*, *ne reliqua recitaret.* Similiter Livius Lib. XXXVII. cap. X. *Tum* internuncius, *regiam claſſem aut totam* cet. Lib. XLI. cap. III. *Tunc demum* nuncius *ad tertiam legionem revocandam.* quibus locis Gronovium videas. Nos plura alibi.

1 *Non ſcripturus*, *&c.*] Senſus eſt. Tu non ſcripturus, quia non ſunt hiſtoria digna, tantummodo leges haec noſtra. Catan. *Non ſcripturus*, *&c.*] Verba aliquot habeam pro gloſſa, certe Pal. & Vett. Edd. ſervant, *nos ſcripturos leges.* Putaverim a Plinio ſolum eſſe: *Haec nequaquam hiſtoria digna*: *tibi imputabis*, *ſi digna ne epiſtola quidem videbuntur.* Gruter. *Hiſtoria digna*, *&c.*] Senſus eſt: haec, quae nequaquam hiſtoria digna ſunt, leges quidem, ſed non ſcripturus, hoc eſt, non eo fine, ut tuis hiſtoriis inſeras, ſed tantum ut ſcias. Gruterus putabat nonnulla gloſſemata huc irrepſiſſe; iisque rejectis ita conſtituendum hunc locum, *Haec*, *nequaquam hiſtoria digna*, *tibi imputabis*, *ſi digna ne epiſtola quidem videbuntur.* Quae ut rotunda atque arguta; ſic unice convenire Plinio cenſeam, ut qui virtutes iſtas maxime ſequebatur. Buchner. Voſſ. etiam, ac Helmſt. *nos ſcripturos leges*, ſed propterea totam ſcripturam infamare non eſt aequum. Optimus enim eam tuetur, & ſententia eſt perſpicua. Haec leges, ut non ſcripturus in hiſtoria, quam meditaris: quia hiſtoria nequaquam digna, & legere potes ſimilia ſupra Epiſt. XVI. n. 21. 22. ubi etiam *ſcribere* hoc ſenſu n. 3. *Equidem beatos puto*, *quibus deorum munere datum eſt*, *aut facere* ſcribenda, *aut* ſcribere *legenda.* & ſic paſſim.

2 *Imputabis tibi.*] Te accuſabis, tibi adſcribes & objicies. Plinius in praefatione totius operis: *Hanc igitur tibi imputabis.* Seneca in declamationibus; *Imputabitur mihi*, *ſi quid acciderit.* Et de Beneficiis: *Multi ſunt tam malae naturae*, *ut malint perdere*, *quae praeſtiterunt*, *quam videri recepiſſe*, *ſuperbi & imputatores.* Secundus ad Trajanum: *Eidem civitati imputata ſunt terna millia.* Tacitus de Germanis: *Gaudent muneribus*: *ſed nec data imputant*, *nec acceptis obligantur.* Columella: *Longe plus imputant ſeminis jacti*, *quam quod ſeverint.* Catan.

3 *Neque enim quaſi laſſa & effoeta natura.*] Hoc plures aſſeruere: ſed contra cum Noſtro Columella ſentit Praefatione elegantiſſimorum de re ruſtica librorum: itemque Quinctilianus Lib. I. cap. I. Quae ſententia cum ex illorum opinione dependeat, qui mundum nec ortum nec interiturum, ſed aeternum ac una eademque natura ſemper praeditum ſtatuebant; capere conjecturam licet, auctorem noſtrum nec Stoicae, nec Epicureae ſectae, cui avunculus deditus fuerat: ſed Ariſtotelicae Philoſophiae addictum fuiſſe, qui poſt Ocellum Lucanum aeternitatem mundi inprimis adſtruxit. Quid Critolaus & Boethius poſtea Peripatetici & ipſi aſſeruere, quorum argumenta Philo, & ipſe hujus ſententiae adſtipulator, περὶ ἀφθαρσίας κόσμου recenſet. Nam Stoici, & Epicuraei ſicut origini ac fini, ita & ſenio obnoxium mundum ſtatuebant. Quo illa Lucretii, qui de familia Epicuri fuit, pertinent Lib. II. de natura rerum:

Jamque adeo effoeta *eſt aetas*, effoetaque *tellus*
Vix animalia parva creat.

Item.

ta natura, ut nihil jam [1] laudabile pariat. atque adeo nuper audii [2] Ver- 2
ginium Romanum paucis legentem comoediam ad exemplar [3] veteris
comoediae ſcriptam, tam bene, ut eſſe quandoque poſſit exemplar.
Neſcio an noris hominem, quanquam noſſe debes. Eſt enim probitate 3
morum, ingenii elegantia, operum varietate monſtrabilis. Scripſit 4
[4] mimiambos tenuiter, argute, venuſte, atque in hoc genere eloquen-
tiſſime. [5] Nullum eſt enim genus, quod abſolutum, non poſſit elo-
quentiſſimum dici. Scripſit comoedias, [6] Menandrum, [7] alioſque
aetatis ejuſdem aemulatus. licet has inter Plautinas Terentianaſque nu-
meres. Nunc primum ſe in vetere comoedia, ſed non tanquam inci- 5
peret, oſtendit: [8] non illi vis, non granditas, non ſubtilitas, non
ama-

Item cum paulo poſt, ipſo fine libri, ait:

— Omnia paullatim tabeſcere, & ire
Ad ſcopulum ſpatio aetatis defeſſa *vetuſto.*

Buchner. Voſſ. Arnz. Helmſt. Oxon. & Edd. Vett. *Neque enim laſſa & effoeta natura*, particula *quaſi* neglecta, quam tamen ſervat Veterrimus. Verba illuſtramus ad Salluſt Cat. cap. LIII. n. 5. & ad Lucan. Lib. II. vs. 340.

1 *Laudabile.*] Ut olim. Perinde ac diceret, inveniuntur etiam noſtris temporibus ingenia ſimilia antiquis: quod probat exemplo Virginii Romani. Catan.

2 Verginium *Romanum.*] Mediceus, Helmſt. Arnz. & Edd. Vett. Vergilium *Romanum.*

3 *Veteris comoediae.*] Antiqua illa comoedia cum ſinceram ſermonis Attici gratiam prope ſola retinet, tum facundiſſimae libertatis. Ejus inventor pater Eupolis cum Cratino Ariſtophaneque eſſe creditur: non penitus ficta argumenta, ſed res geſtas a civibus magna dicendi libertate inceſſens, & admirans. Catan. Verba: *ad exemplar veteris comoediae* in Optimo, noto librarii vitio, omittuntur. Infra Voſſ. *neſcio an moveris*; Helmſt. *neſcio* mireris *hominem*; Arnz. *neſcio* minoris *hominem.* Primarius & Edd. Vett. *neſcio an noris.*

4 *Mimiambos.*] Mimum comoediam conſtantem verſibus jambis, qua Laberius excelluit. *Mimus* autem ſermonis eſt cujuſlibet motus ſive reverentia, vel factorum cum laſcivia imitatio. *Mimus* dictus hoc genus comoediae, quaſi ſolus imitetur, cum & alia poemata idem faciant: ſed ſolus quaſi privilegio quodam quod fuit commune poſſedit. Catan. Veterrimus: *ſcripſit* mimos i. ambo *tenuiter*, corrupte. Reſpice Lib. IV. Epiſt. XXVII. n. 1. Mox Barthius emendabat: utque *in hoc genere*, *eloquentiſſime*, eleganter, ſed praeter libros & neceſſitatem. Diximus de vi Particulae *atque* ſupra ad Epiſt. XVI. n. 12.

5 *Nullum eſt enim genus.*] Non una eloquentiae forma ac ſpecies eſt: ſed alia aliis argumentis convenit. Quod ſi quis convenienti uſus, atque in ea implevit partes, tum eloquentiſſime ſcripſiſſe exiſtimandus. Exempli gratia: Mimiambis character proprius tenuitas cum venuſtate argutiaque eſt: hanc ideam ſi quis ita expreſſit, ut nihil deſit, hic eloquentiſſime mimiambos ſcripſiſſe ſtatuendus eſt, licet grandis atque magnificus haud fuerit. Neque enim decet haec forma id genus carmina. Recederet igitur ab eloquentiae regula, & ſibi corrumperet ſperatam gloriam, qui ibi adhiberet. Neque enim, qui quam ampliſſime ſemper, ſed qui pro re apta maxime dixerit, is eloquentiſſimus omnium eſt. Buchner.

6 *Menandrum.*] *Menandros* plures lego. Nam fuit *Menander* Athenienſis comicus antiquus, & *Menander* alius Athenienſis Diopithi, & Hegeſiſtratae filius, qui a cunctis celebratur, ſcriptor novae comoediae, luminibus ſtrabo, ſed ingenii acumine oculatus, in mulieres pronior, cujus comoediarum numerus a Gellio Lib. XVI. recenſetur, & a Suida, quo auctore alia etiam ſcripſit. Ejus ſepulchrum ex Pireo venientibus offerri Pauſanias retulit. Catan.

7 *Alioſque.*] Philemona praeſertim, quem Gellius aſſerit ſaepius de Menandro palmam retuliſſe Idem. Infra Mediceus: *inter Plautinas* Terentinaſque *numeres.*

8 *Non illi vis, non granditas.*] Omnis dicendi ratio tribus nixa eſt: ut doceamus, ut conciliemus, ut moveamus. Docemus argumentis, conciliamus moribus, affectibus movemus. *Vis & granditas* ad ultimam partem pertinent, & orationis affectae virtutes propriae ſunt. Nam na-

amaritudo, non dulcedo, non lepos defuit. [1] Ornavit virtutes, inſectatus eſt vitia, [2] fictis nominibus decenter, veris uſus eſt apte. Circa

ſcitur ex affectu *granditas*. Quod Longinus etiam docet: nec ſine impetu ac vi, affectus venit, percellitque ac concitat magis, quod & impetum habet, & magnum eſt. *Subtilitas* tenuitatis, quae *granditati* opponitur, virtus eſt, quae in docendo ſive probando verſatur, in quo prima dicendi ratio ſita. Cicero Oratore: *Is eloquens eſt, qui & humilia ſubtiliter, & magna graviter, & mediocria temperate poteſt dicere.* Lib. II. de Oratore: *Tres*, inquit, *in dicendo facultatis rationes, quarum prima lenitatem orationis, ſecunda acumen, tertia vim deſiderat.* Ubi *acumen*, quae eidem cum Noſtro alibi *ſubtilitas* appellatur. Nam & *ſubtile* atque *acutum* idem conjunxit. Ut in Oratore: *Qui in illo ſubtili & acuto elaboravit, ut callide arguteque diceret, nec quicquam altius cogitaret, hoc uno perfecto magnus orator eſt. Subtile* atque *acutum* nominat, quod paulo ante *enucleatum*, alias *ſummiſſum* vocaverat. Sequitur *Amaritudo*, quam *fellis* nomine deſignat Noſter, cum de Martiale, & ejus obitu ad Priſcum ſcribit: *Erat homo ingenioſus, acutus, acer, & qui plurimum in ſcribendo & ſalis haberet & fellis, nec candoris minus.* Eſt autem affectae dictionis haec ratio. Nam cum ira & ſtomachus in convitiorum acerbitates procellasque erumpit, tum *amaritudo* ſive maledicentia naſcitur. Noſter infra Ep. VIII. hujus libri: *Vide attendas, ne in bilem aut amaritudinem vertat injuria.* Porro, ſicut *amaritudo* affectae orationis, ut diximus, & granditatis ferme eſt, ita *dulcedo & lepor*, moratae atque ſummiſſae orationis dotes propriae ſunt. Cicero Oratore cum de temperato & modico illo genere loqueretur: *Hoc in genere*, inquit, *nervorum vel minimum, ſuavitatis autem vel plurimum.* Et mox: *plurimumque eſt in hac orationis forma ſuavitatis. Suavitatem* vocat, quam Noſter *dulcedinem*, Graeci γλυκύτητα dixerunt. *Mel* vocat Noſter Lib. III. loco ſupra allato. Ceterum tam recte ac erudite Virginium commendat Plinius, quod in comoedia veteri, in qua ingenium experiri ceperat, has, quas recenſet orationis affectiones, diverſas licet contrariasque inter ſe miſcuerit; quam inique, ut ſummi viri exiſtimant, Plutarchus Ariſtophanem (quem procul omni dubio ſecutus Virginius fuerat, ut regem & principem Comoediae veteris) reprehendit, & inaequalitatis accuſat, cum tumidum modo ac grande, modo plebejum ac humile ſermonis genus afferat; contra quam fecerit Menander, qui ſibi ubique ſimilis ſit & aequabilitatis laudem tueatur. Sed fruſtra Ariſtophanem, cum ferre de eo judicium vellet, ad Menandrum exigit, fruſtra ad novam comoediam reſpectum habet, cum veteris principem ad partes vocat. Quae uti genere, ſic dictionis quoque idea plane diverſa a nova erat: & ita fiebat, ut quae in altera merae eſſent laudes, in altera merae culpae fierent. De quo hoc loco tamen agendum pluribus haud eſt. Buchner. Mediceus verba: *non granditas, non ſubtilitas*, omiſit.

1 *Ornavit virtutes, inſectatus eſt vitia.*] Vitae humanae ſpeculum comoedia eſt. Sicut in vita igitur virtutum juxta & vitiorum exempla eveniunt, ſic in comoedia eadem repraeſentantur. Atqui in nova exhibebantur tantum; eaque ut leviorum virtutum, ſic leviorum quoque vitiorum, qualia plebejorum ac privatorum ſunt, cujusmodi ſtatus perſonae & ibi ſolum inducebantur: in veteri contra non privatorum actiones tantum, ſed principum Reip. ac civitatis etiam vocabantur ad partes: nec oſtendebantur tantum, verum & acerbiſſime exagitabantur; modo ſub fictis vocabulis, quae ſola in nova obtinebant, modo ſub veris, ac illis ipſis eorum, qui taxabantur. Sic apud Ariſtophanem non Chremylus tantum & Cario aliquis, quae ficta nomina ſunt; ſed Cleo, ſed Nicias, ſed Lamachus, & Socrates ipſe cum aliis, qui tum vivebant, quidam & adminiſtrabant Remp. & producuntur in ſcenam & traducuntur. Hoc eſt, cur Quinctilianus antiquam comoediam *foecundiſſimae libertatis*, atque *in inſectandis vitiis praecipuam*, dixit. Nec aliunde naſcebatur vis illa ac granditas, quam in Virginio hic laudat Plinius, & non ſine eruditorum admiratione Plutarchus, ut diximus, ad cacozeliam in Ariſtophane interpretabatur. Buchner.

2 *Fictis mominibus, &c.*] De ſenſu hujus loci ita mihi videbatur. Conſtituerat Comoediam ſuam Virginius, ſecutus, ut puto, Ariſtophanis exemplum maxime, pro ſtatu praeſenti civitatis, atque imperii Romani, ut quae praeclare ibi a nonnullis aut ſecus fierent, vel commendarentur ad aemulandum, vel taxarentur ad fugam. Sed uti actiones hominum ſunt, ita nominibus homines dignoſcuntur. Quare cum intelligeret, auctores comoediae veteris ex eo reprehendi potiſſimum, quod viros primarios civitatis ſub ſuis nominibus palam illuſerint ac exagitarint (quippe quod id exempli peſſimi eſſet, qua de cauſa & lege coercita ea licentia fuit) ca-

[1] Circa me tantum benignitate nimia modum exceſſit, niſi quod tamen 6
poetis mentiri licet. In ſumma extorquebo ei librum , legendumque, 7
immo ediſcendum mittam tibi, Neque enim dubito futurum, ut non deponas, ſi ſemel ſumpſeris. *Vale.*

XXII. C. PLINIUS TYRONI SUO S.

Caleſtrium Tyronem, Proconſulatum Baeticae ſortitum, monet exemplo Bruttiani, ne cui ſuorum facile credat. Is enim dum eſſet in provincia, & de flagitiis ſocii ſui Atticini Caeſari ſcripſiſſet, accuſatus ab eo eſt abſolutus, damnato Atticino.

MAgna res acta eſt omnium, qui ſunt provinciis praefuturi, magna omnium, qui ſe [2] ſimpliciter credunt amicis. [3] Luſtricus Brut- 2
tianus, cum [4] Montanum Atticinum [5] comitem ſuum in multis flagitiis deprehendiſſet, Caeſari ſcripſit. Atticinus flagitiis addidit, ut quem deceperat, accuſaret. Recepta cognitio eſt, [6] fui in conſilio: egit uterque

cavendum ſibi exiſtimavit, ne idem in vitium incideret, & in ſcribendis comoediis verſaretur aliter, quam deceret ac fas eſſet. In quo hoc temperamentum ſequutum arbitror, ut quorum libidines rapacitasque atque ambitio, ac faſtus & repraeſentanda & inſectanda eſſent, fictis nominibus, ſed congruentibus tamen, & inducerentur & perſtringerentur; at quorum oſtentandae exornandaeque virtutes eſſent, illi ipſi ſub ſuis vocabulis producerentur in ſcenam. Nam reprehendere vitia, perſonis parcere, ut cauti ac cuſtoditi hominis eſt; ſic neminem ſua privare laude, & eſt ingenui maxime, & quemvis decet. Itaque fictis decore, veris nominibus apte uti, in loco eſt uti, ac convenienter: hoc eſt, ut decet & laudi eſt. BUCHNER. Martialis Praefat. Lib. I. *Spero me ſecutum in libellis meis tale temperamentum, ut de illis queri non poſſit, quisquis de ſe bene ſenſerit, cum ſalva infimarum quoque perſonarum reverentia ludant: quae adeo antiquis auctoribus defuit, ut* nominibus *non tantum* veris *abuſi ſint, ſed & magnis.* BARTH. Lege ad illum locum Raderum.

1 *Circa me tantum benignitate.*] Hinc colligitur, cum aliis illius temporis principibus ac praeclaris viris, tum Plinio etiam in illa fabula datas fuiſſe partes: ut ejus illuſtres virtutes non commendarentur tantum, ſed vel in majus, ut per modeſtiam interpretatur ipſe urbane, attollerentur: ideo *benignitate nimia modum exceſſiſſe* ſcribit. BUCHNER.

2 *Simpliciter.*] Inconſulte & parum caute. Ita enim *ſimplicitas* aliquando pro ſtultitia ponitur, & providentiae opponitur. IDEM.

3 *Luſtricus Bruttianus.*] Hic eſt ille *Bruttianus*, de quo ad Thaliam Martial Epig. XXII. Lib. IV.

Dum tu lenta nimis diuque quaeris,
Quis primus tibi, &c.

CATAN. Mediceus: *Luſtricius*: Recentiores Codd. *Bructianus.*

4 *Montanum Atticinum.*] *Montanos* multos comperio. *Julium Montanum*, *Montanum Votienum*, *Montanum Hiſponem* declamatores, *Montanum Traulum*, *Montanum Alpinum*, *Curtium Montanum*, ad quem alibi Secundus; Juven. & Tacitus Senatorem fuiſſe memorat. *L.* praeterea *Titium Montanum* VI. vir. aedil. II. vir. in memoriis municipii Ticini. CATAN. Veterrimus: Montanium *Atticinum.*

5 *Comitem.*] Legatum. Poſtea hoc nomen *Comitis* tranſit in nomen dignitatis. Nam loco legati & procos. ſaepius juniores *comites* appellavere: deinde ſe diffudit ad alia officia, ut pro vicariis *comites* dicerentur, demum dignitatis nomen obtinuit, ſicut *primicyrius.* CATAN.

6 *Fui in conſilio.*] Electus ſum inter judices hujus

uterque pro ſe, egit autem carptim, & [1] κατὰ κεφάλαια: quo genere
3 veritas ſtatim oſtenditur. Protulit Bruttianus teſtamentum ſuum,
quod [2] Atticini manu ſcriptum eſſe dicebat. [3] Hoc enim & arcana
familiaritas, [4] & querendi de eo, quem ſic amaſſet, neceſſitas indi-
4 cabatur. Enumeravit crimina foeda manifeſtaque. Ille quum diluere
non poſſet, [5] ita receſſit, ut dum defenditur, turpis; dum accuſat,
ſceleratus probaretur. Corrupto enim [6] ſcribae ſervo, interceperat
commentarios, [7] intercideratque, ac per ſummum nefas utebatur adverſus

hujus cauſae. CATAN. *In conſilio.*] *Conſilium*, conſeſſus judicum eſt. hoc eſt, qui a Caeſare, cognituro hanc cauſam, in conſilium adhibiti fuerant. BUCHNER. Lib. I. Epiſt. XX. n. 12. *Frequenter egi*, *frequenter iudicavi*, *frequenter* in conſilio fui. ubi vide, ſi placet. Recentiores MSS. varie turbant. Supra habent *Caeſar ſcripſit*, item *flagitiis additis*, & plura talia, cum Veterrimus receptis conſentiat.

1 Κατὰ κεφάλαια.] Per capita, id eſt attingendo tantum capita rerum. Verti poteſt *Capitulatim*, ex Plinio hujus avunculo. STEPHAN. Sic Polybius Lib. I. cap. XIII. *κεφαλαιωδῶς* & *ἐπὶ κεφαλαίων ψάυοντες.*

2 *Atticini manu.*] Sua vel amicorum manu teſtamenta ſcribebant. Nam Tranquill. refert Tiberium ſcripſiſſe duplex teſtamentum ante biennium quam obiret, alterum ſua, alterum liberti manu. CATAN.

3 *Hoc enim & arcana familiaritas.*] Duas cauſas affert Plinius, cur productum ab ſe teſtamentum ſuum Bruttianus, Atticini manu ſcriptum diceret. *Prima* eſt, ut inde poſſet conſtare, quam intime ſibi familiarem Atticinum Bruttianus habuerit: cum teſtamenti ſcriptura aut ab ipſo teſtatore perfici, aut nonniſi illi committi ſoleret, quem fidum ſibi maxime crederet & haberet teſtator. *Altera* eſt; ut inde cognoſceretur, quam juſtas & neceſſarias Bruttianus querendi apud Caeſarem de Atticino habuiſſet cauſas. Non additur tamen, quomodo aut qua ratione ex eo conſtare id potuit. Et id inveſtigandum & indagandum aliis relinquo. BUCHNER.

4 *Et querendi de eo.*] Sic ſcribendum, non *quaerendi*. Senſus eſt: Bruttianus propter ſuum teſtamentum Atticini, accuſatoris jam ſui, manu ſcriptum protulit, ut eſſet apud omnes inſigne ejus perfidiae argumentum ac τεκμήριον. CASAUBON.

5 *Ita regeſſit.*] Legitur etiam *receſſit*, ſcilicet a propoſito, & defenſione: an, quod magis probo, abiit in inſulam ab urbe? CATAN. *Ita regeſſit &c.*] Sic Editio vetuſtior, nec abit Pal. quam quod ipſe, *rem geſſit*. Vulgati hodie *ita receſſit*, aut *etiam ſe geſſit*. GRUTER. *Ita receſſit.*] Excuſum oportuit *regeſſit*. *Regerere* enim, eſt contra incriminantem facere verba. Niſi legendum, *rem geſſit*, quod in Palatino Gruterus invenit. BUCHNER. *Regeſſit* in Voſſ. & Ed. Vet. exſtat. At Oxon. & Helmſt. *regreſſit*; Arnz. *ita ſe geſſit*. Optimus cum Aldo & Gryphio: *ita receſſit*, quae Plinii manus eſt. *Regerere* neque ſequentia duo membra, neque antecedens *diluere* admittunt. *Ita receſſit* nempe ex iudicio, quaſi ex pugna forenſi: ita abiit. Sic intelligendum, non ut voluit Catanaeus: quamvis Lib. IV. Epiſt. XI. n. 12. *Receſſit*, pro *in exſilium abiit*, occurrat. At Lib. VII. Epiſt. XXIII. n. 4. *Semper* ita recedebat, *ut melior factus*.

6 *Scribae.*] Eum in rationibus monumentiſque publicis verſari teſtatur M. T. pro domo ſua. Hodie *cancellarium* non inuſitato vocabulo appellamus, & auctor eſt Vopiſcus in Carino, fortaſſe a delendis & ſuperinducendis literis dictum. Scaevola ff. II. *cancellato* pro deleto poſuit. Dionyſius Lib. IV. antiquit. & Julius Capitolinus in Gordianis, teſtantur *ſcribas* rerum geſtarum ſummam complecti. CATAN.

7 *Intercideratque.*] *Commentarios* accipio eos, quos *diurnos commentarios*, Suetonius in Auguſto: item *diurnos actus*, vel *acta diurna* alibi vocat. *Quotidiana* Tiberianus apud Vopiſcum: alii *Ephimeridas* atque *Diaria* appellarunt, ex eo, quod res quotidianae ibi annotarentur. In iis igitur Commentariis notaverat etiam Bruttianus Atticini flagitia, quae in Provincia commiſerat. Cum ſcripſiſſet de illis, cum diſſimulare amplius haud poſſet, Trajano, atque id intellexiſſet Atticinus, corrupit Scribam Bruttiani, penes quem cura actorum erat, & interceptis commentariis heri reſecavit partes eas & intercidit, quibus de ejus flagitiis agebatur: ne argui inde earum rerum Atticinus, quas ad Trajanum Bruttianus perſcripſerat, & ſic per fraudem convinci Bruttianus poſſet

verſus amicum [1] crimine ſuo. Fecit pulcherrime Caeſar. Non enim 5
de Bruttiano, ſed ſtatim de Atticino [2] perrogavit. damnatus & in
inſulam relegatus: Bruttiano [3] juſtiſſimum integritatis teſtimonium
redditum, quem quidem etiam conſtantiae gloria ſecuta eſt. Nam 6
defenſus expeditiſſime, accuſavit vehementer, nec minus acer quam
bonus & ſincerus apparuit. Quod tibi ſcripſi, ut te ſortitum [4] pro- 7
vinciam praemonerem, plurimum tibi credas, nec cuiquam [5] ſatis
fidas: deinde ſcias, ſi quis forte te, quod abominor, fallat, para-
tam ultionem, [6] qua tamen ne ſit opus, etiam atque etiam attende.
Neque enim tam jucundum eſt vindicari, quam decipi miſerum. 8
Vale.

XXIII.

poſſet contra, inique & falſo detuliſſe Atticinum; quo nomine accuſationem ejus alio ſcelere moliebatur. Ideo enim ſcribit Plinius, *crimine ſuo adverſus amicum uſum fuiſſe. Crimen Atticini* vocat, quod corruperat amici ſcribam, quod interceperat Commentarios ac interciderat: quo uſus adverſus amicum eſt, cum fretus hoc ſcelere accuſavit amicum; perſuaſus, quoniam ex commentariis ſeu Actis redargui haud poſſet, ſe abſolutum, & contra invidiam Bruttiano conflatum iri haud parvam. Buchner. Oxon. Helmſt. & Ed. Vet. *inciderat que.*

1 *Crimine ſuo.*] Quod defraudaſſet amicum intercidendo commentarios ejus per fraudem. Catan. Clarius: Corruptos commentarios, qui tamen crimine ſuo corrupti erant, adverſus amicum pro documentis & teſtibus adhibuit. Rationem loquendi illuſtravimus ad Lucanum Lib. II. vs. 162. ubi *ſcelera* eodem modo dicuntur homines per ſcelus interfecti.

2 *Perrogavit.*] Id eſt ſtatuit, quanquam Apulejus in Floridis *perrogare* uſus ſit pro diligenter interrogare. Valerius tamen Maximus non *perrogare*, ſed *praerogare*, niſi menda eſt lib. id eſt, fere ad idem quod eſt pronunciare protulit. *Minos*, inquit, *traductas ſibi leges praerogabat.* Catan. *Perrogavit.*] Sic recte Pal. & Vett. Edd. male recentiores, *pronunciavit.* Conſulit enim Caeſar Senatores ipſos, voluitque pronunciarent in Bruttianum: Sic de Auguſto Suetonius cap. 35. *Sententias de majore negotio, non more, neque ordine, ſed prout libuiſſet* perrogabat. Haec ſcribo, quia minus intellexit id verbi Catanaeus. Gruter. *Perrogavit.*] Ita omnino legendum eſt, quod & Gruterus monuit. *Perrogare* eſt omnium ordine, qui ad cenſendum vocati, rogare ſententiam. Quo genere civilitatis uti ſolebat Trajanus, nobilitatus ea virtute Princeps. Nam ſuperbi & arrogantes auditis paucis, pleriſque praeteritis, ſententiam ferunt. Noſter Paneg. cap. LX. *Parum eſt ut in curiam venias, niſi & convocas; ut interſis ſenatui, niſi praeſides; ut cenſentes audias, niſi* perrogas. Idem verbum *perrogare* & apud Suetonium Auguſto C. XXXV. & apud Lampridium in Commodo legitur. Buchner. *Perrogavit*, i. pronunciavit. Vide infra Epiſt. XXXI. & Lib. CLV. Adverſ. cap. IV. Barth. Rectius Gruterus & Buchnerus, ut iam vidimus ad Lib. IV. Epiſt. XXII. n. 3. *Cum ſententiae* perrogarentur, quomodo ex MSS. emendavimus. Arnz. *prorogavit.*

3 *Iuſtiſſimum integritatis teſtimonium redditum.*] Optimus: *Bruttiano* praemium *integritatis redditum*, inſigni varietate. Lib. III. Epiſt. IX. n. 23. *Eodem SC. fides, conſtantia noſtra pleniſſimo* teſtimonio comprobata *eſt: dignum ſolumque par pretium tanti* laboris. A vulgata ego non receſſerim.

4 *Provinciam.*] Baeticam ſc. Hoc habes Lib. VIII. Catan.

5 Satis *fidas.*] i. valde, vel nimis, ut iam expoſuit Savaro ad Sidon. Lib. IX. Epiſt. XIII. pag. 575. Plura de hac ſignificatione Munckerus ad Fulgent. Mytholog. Lib. I. cap. XXVI. Salmaſ. ad Capitol. Marc. cap. XXIV. & Spartian. Sever. cap. XVIII. Apuleius Lib. II. Metam. pag. 124. *Nam oppido puer, &* ſatis *peregrinus es.* Hieronymus ad Euſtoch. de Virginit. *Cave, ne* ſatis religioſa *velis videri, nec plus humilis, quam neceſſe eſt, ne gloriam fugiendo quaeras.*

6 *Qua tamen ne ſit opus.*] Senſus eſt: quanquam ſi falli contingat, hoc adſit ſolatii ex Attici exemplo, paratam deceptores manere poenam: potius tamen eſt cavere omnem deceptionem, ut ita nec ultione opus in illos ſit, qui deceperunt. Buchner. Ed. Vet. *quae tamen non ſit* huiusmovi *etiam attende*, monſtroſe. Helmſt.

XXIII. C. Plinius [1] Triario Suo S.

Triario promittit ſe defenſurum cauſam, quam ſibi commendaverat, hac conditione, ut ſecum ageret Cremutius Ruſo, quem in forum producere cupiebat.

IMpenſe petis, ut agam cauſam pertinentem ad curam tuam, pul-
chram alioquin & famoſam: faciam, ſed non gratis. Qui fieri poteſt
(inquis) ut non gratis tu? [2] poteſt. Exigam enim mercedem hone-
2 ſtiorem gratuito patrocinio. Peto atque etiam paciſcor, ut ſimul
agat [3] Cremutius Ruſo, ſolitum hoc mihi, & jam in pluribus claris
adoleſcentibus factitatum. Nam mire concupiſco bonos juvenes oſten-
3 dere foro, aſſignare famae. Quod ſi cui, praeſtare Ruſoni meo
debeo, vel propter [4] natales ipſius, vel propter eximiam mei carita-
tem: quem magni aeſtimo in iisdem judiciis, ex iisdem etiam [5] parti-
bus conſpici, audiri. Obliga me, obliga antequam dicat. nam cum
4 dixerit, gratias ages. Spondeo, ſollicitudini tuae, ſpei meae, ma-
gnitudini cauſae ſuffecturum. Eſt indolis optimae, brevi [6] producturus
alios, ſi interim provectus fuerit a nobis. Neque enim cuiquam tam
clarum

& Arnz. *qua tamen ne ſit* huius *etiam atque e. a.* Si Veterrimus addiceret, ſcriberem cum Voſſiano: *qua tamen ne ſit* uſus, *etiam atque etiam attende.* Sic alterum foret interpretatio. Terentius Heautont. Act. I. Sc. I. vs. 28.

> *Mihi ſic eſt* uſus; *tibi ut* opus *facto eſt, face.*
> CH. *An cuiquam eſt* uſus *homini, ſe ut cruciet.*

ubi vide Calpurnium. Cicero I. de Offic. cap. XXVI. *Rem amicis impartientes & reipublicae, ſi quando* uſus *eſſet.* Apuleius Lib. XI. Metam. pag. 272. *quod* uſus *foret pronunciavit.*

1 *TRIARIO.*] *Triarius Maternus*, ſi Capitolino fides, Senator nobilis extitit, cum milites ſeditione mota adverſus Pertinacem, in caſtra ducere voluerunt, ut rebus Romanis praeficerent: ſed ille nudus fugit, atque ad Pertinacem in Palatium venit, inde ex urbe deceſſit: verum *miles Triarius* is dicitur, qui in tertia acie collocatur, id eſt ultima, cum ſcutis. Unde ceſſit in proverbium, *Rem perveniſſe ad triarios*, cum in extremum periculum deducta eſt. Catan. Arnzen. *Traiano*; Helmſt. *Afriano.*

2 *Tu potes.*] Tu in cauſa es. Catan. Nempe pleraeque vulgatae habent: *ut non gratis: tu potes.* Sed iam Gryphius dedit: *ut non gratis tu? Poteſt.* Familiaris modus loquendi Secundo, quod obſervavimus ad Lib. V. Epiſt. I. n. 1. Veterrimus quae inter prius *gratis* & verbum *Exigam* media ſunt omiſit.

3 *Cremutius Ruſo.*] Cujus nullibi invenio factam mentionem, ſed tantum *Ruſonis* liberti Caeſaris Dictatoris: & alterius foeneratoris. *Cremutium Cordum* commemorat Tranquillus. Catan.

4 *Natales ipſius.*] Quia nobilis. Claritas namque *natalium*, auctoribus Euripide & Plutarcho, ſolet afferre audaciam & bonos mores: contra obſcuritas. *Natales* etiam pro nobilitate poni receptum eſt: nam Tranquillus ſcribit *Lectorium deprecatum adulterii poenam propter natales*, id eſt majorum ſuorum nobilitatem. Hermogenianus, *Conſideranda eſt origo natalium.* Et codice de jure annulorum: *Natales antiquos, & jus ingenuitatis non ordo praeſtat decurionum, ſed a nobis petitur, Imperator ait.* Idem.

5 *Partibus.*] Ut mecum cauſam defendat. Plures enim cauſidici ab utraque parte eandem cauſam tuebantur. Idem.

6 *Producturus.*] Foro aſſignaturus. Sic legimus apud

clarum [1] ſtatim ingenium, ut poſſit emergere, niſi illi materia, occaſio, fautor etiam commendatorque contingat. *Vale.*

XXIV. C. Plinius Macro Suo S.

Rem veriſſimam exemplo Arriae & municipis cujusdam ſuae comprobat, multa eſſe fama & gloria digna, quae jacent in obſcuro, quaedam extolli, & per hominum ora ferri.

QUam multum intereſt, [2] quid a quo fiat! [3] Eadem enim facta claritate vel obſcuritate facientium, aut tolluntur altiſſime, aut hu-

apud Tranquil. Saepius principum filios die virilis togae *productos in forum* ad cauſas agendas. Catan. Lib. II. Epiſt. XIV. n. 3. *Ne nobiliſſimis quidem adoleſcentibus locus erat, niſi aliquo conſulari* producente. Perperam margines: *provecturus.*

1 *Statim ingenium* eſt.] Omnes MSS. & Edd. Vett. ignorant verbum Subſtantivum, pro more auctoris.

2 *Quid a quoque.*] Scribo, *Quam multum intereſt, quid* a quo *fiat.* Casaub. Voſſ. Helmſt. Arnz. Edd. Vett. Gryphius, Aldus, alii: *quid a* quoque *fiat*, ut pleraeque Vulgatae. Sed recte divinavit Caſaubonus, ſcribendum eſſe: *quid* a quo *fiat*, quae dicendi genera etiam ſenſu permultum differunt, quamvis vulgus hoc adtendere non ſoleat. Si enim dicas: *quid a quoque*, duplex conſideratio inſtituenda, *quid* ſit factum, & deinde *a quo*, h. e. quale factum, & qualis perſona; ſin: *quid a quo*, ſimplex tantum eſt conſideratio, & hoc quidem loco facientium, ut ſequentia declarant. Poſteriore tamen modo ſaepius etiam elegantiae cauſſa loquuntur, ad priorem ſenſum, quod mox oſtendemus. Priorem formam vindicavi ad Salluſt. Cat. cap. XXIII. n. 4. *De Catilinae coniuratione* quae quoque *modo audierat compluribus narravit*, ubi vir doctus praeferebat: *quae* quo *modo.* & ad cap. XXVII. n. 1. *praeterea alium alio*, quem ubique *opportunum credebat.* Et ad hanc rationem recte Noſter Lib. III. Epiſt. IX. n. 19. *Sua manu reliquerat ſcriptum*, quid ex quaque *re*, quid ex quaque *cauſſa accepiſſet.* item Auct. de Vita Contempl. Lib. III. cap. XXVII. *Quarum una* (*virtus*) *eſt in perſpiciendo*, quid in quaque *re verum ſincerumque ſit.* ita enim legimus in membranis veterrimis, quadrata littera ſcriptis. Vulgo: *quid* in qua *re verum.* Altera ratio hic eo magis praevalebit, quia, quod dixi, etiam ubi ad utrumque Pronomen reſpiciendum eſt, recentiores tamen copulam omittunt. Hac forma Lib. I. Epiſt. IX. n. 3. quot *dies* quam *frigidis rebus abſumſi.* Lib. II. Epiſt. XIV. n. 12. *Pudet referre*, quae quam *fracta pronunciatione dicantur.* Lib. V. Epiſt. VIII. n. 93. quae *potiſſimum* quo *tempore adgrediamur.* atque ita ſaepius Noſter. Auguſtinus de ratione animae: *Artifex carminis novit*, quibus quas *moras vocibus tribuat.* Tertullianus adv. Pruxeam cap. VIII. *Iam nunc quaeritur*, quis quo modo *utatur aliqua re & vocabulo eius.* qui tamen ad praeſentem etiam locum referri poteſt. Idem de Fuga cap. VIII. *ac iam hinc ſcias*, quid unde *facias*, & quid cui *ſubiicias.* adv. Hermogen. cap. XXII. *dicit* id unde *protulerit.. ut ſciremus*, quid unde *proceſſerit.* ubi ſimul principium capitis conferas. Capitolinus Macrino cap. I. *quaſi ſciendum ſit, quando veſtem mutaverit*, & quos quando *promoverit.* Pacatus Paneg. cap. XVIII. *Velim tamen dicas, unde, cum tantis promiſſa perſolvas*, quid cui *promiſeris ſcias.* Qualia infinita cumulari poſſunt. Si vero talibus Copulam non addunt, ubi tamen ad utrumque reſpicitur; certe hoc loco Plinius *quid a quo fiat* ſcribere potuit, ubi alterius tantum conſideratio eſt neceſſaria. Nam ſi leviter transponas: *a quo quid fiat*, videbis, quam aperta ſit ſcriptura. Denique ne coniecturam tantum eſſe credas, teſtor, Mediceum diſerte exhibere *quid* a quo *fiat.* Corte.

3 *Eadem.*] Paria, & ex aequo praeſtantia. Agathia de Zenone ſcribens monſtrat vilium hominum facta jacere, principum etiam minima quaeque extolli:

Οὐ τιδανοὶ μερόπων εἰ καὶ μέγα ῥέξομεν ἔργον,
Οὔ τινος εἰς μνήμην δηρὸν ἐπερχόμεθα.
Οἱ δ' ἀγαθοὶ κἂν μηδὲν, ἀναπνεύσωσι δὲ μοῦνον,
Ὡς Λίβυς εἶπον ἀνὴρ, τοῦτ' ἀδάμαντι μένει,

2 humillime deprimuntur. Navigabam per [1] Larium noſtrum, cum ſenior amicus oſtendit mihi villam, atque etiam cubiculum, quod in lacum prominet. *Ex hoc* (inquit) *aliquando municeps noſtra cum marito ſe*
3 *praecipitavit.* [2] Cauſam requiſivi. Maritus ex diutino morbo circa velanda corporis ulceribus putreſcebat: Uxor, ut inſpiceret, exegit:
4 neque enim quenquam fidelius [3] judicaturum, poſſetne ſanari. [4] Vidit, deſperavit. hortata eſt, ut moreretur, comesque ipſa mortis, dux immo [5] & exemplum & neceſſitas fuit. Nam ſe cum marito ligavit,
5 abjecitque in lacum. Quod factum, ne mihi quidem, qui municeps, niſi proxime, auditum eſt: non quia minus illo clariſſimo [6] Arriae facto, [7] ſed quia minor. *Vale.*

XXV. C. PLINIUS HISPANO SUO S.

Robuſtus Ocriculum cum Scauro tendens poſtea nusquam comparuerat: quare Vipſanus rogaverat Secundum, ut a Scauro de omnibus certior fieret; itaque per epiſtolam pollicetur, ſe Scaurum advocaturum, & omnia diligenter interrogaturum: vereri tamen ne idem acciderit Robuſto, quod Metilio Criſpo, qui poſt impetratos ordines nusquam comparuerat.

SCribis, Robuſtum, ſplendidum equitem Rom. cum [8] Attilio Scauro amico meo Ocriculum usque commune iter peregiſſe: deinde nus-

Id eſt: *Obſcuri homines, etſi magnum gerimus opus, nullius ad memoriam diu devenimus: verum clari, etſi nihil, reſpiraverint ſolum: Ut dixit vir Libs, hoc adamante manet.* CATAN. Vide in ſententiam plura apud Salluſt. Cat. cap. LI. n. 12. & quae nos ibi.

1 *Larium noſtrum.*] *Noſtrum*, quia apud Comum erat hic lacus, Plinii patriam. Ita & alibi vocat. BUCHNER. Voſſ. Helmſt. Ed. Vet. Aldus, Gryphius *requiſii*, Helmſt. praeterea *cauſſam* omittit. Sed Optimus & Arnz. *Cauſſam requiſivi.* Vide Epiſt. XI. n. 1. & Lib. II. Epiſt. XIV. n. 11.

2 *Judicaturum.*] Melior lectio ex ſequentibus, quam *indicaturum.* CATAN. *Indicaturum* tenet Mediceus; ſed omnino praeferendum *iudicaturum*, quod ceteri Codd. praeſtant, & confuſio iſta in Vett. Libb. ut facillima, ita frequentiſſima eſt.

3 Vidit, *deſperavit.*] Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. perperam *Vidit* neglexerunt.

4 *Et exemplum & neceſſitas fuit.*] Lib. III. Epiſt. XVI. n. 2. *Neptis haec Arriae illius, quae marito & ſolatium* mortis, & exemplum *fuit. Neceſſitatem* ſtatim ipſe exponit.

5 *Arriae facto.*] Quae ſe confodiens Paeto marito pugionem porrexit, ut ſuum exemplum ſequeretur. CATAN.

6 *Sed quia minor* eſt ipſa.] Sic vulgatae Edd. At Voſſ. Helmſt. Arnz. Ed. Vet. & Gryphius: *ſed quia minor ipſa.* Optime Mediceus: *ſed quia minor. Vale.* ut reliqua intelligantur.

7 *Attilio Scauro.*] Sic & Pal. & Edd. Vett. niſi quod quaedam *Acilio*, aliae *Caro.* *Commune iter peregiſſe.*] Ita iidem libri non *iter feciſſe*, ut recentius vulgati. GRUTER. Mancus hic eſt Veterrimus, habetque tantum: *equitem R. cum Atilio commune iter peregiſſe.* Ex quo tamen patet recte emendatum eſſe *iter peregiſſe*; recte etiam

Scauro

nusquam comparuiſſe: petis ut Scaurus veniat, noſque, ſi poteſt, in
aliqua inquiſitionis [1] veſtigia inducat. Veniet, vereor ne fruſtra. Su- 2
ſpicor enim tale neſcio quid Robuſto accidiſſe, quale aliquando Meti-
lio Criſpo, municipi meo. Huic ego [2] ordines impetraveram, atque 3
etiam [3] proficiſcenti quadraginta millia nummum ad inſtruendum ſe
ornandumque donaveram: nec poſtea aut epiſtolas ejus, aut aliquem
de exitu nuncium accepi. [4] Interceptusne ſit a ſuis, an cum ſuis, 4
dubium: certe non ipſe, non quisquam ex ſervis ejus apparuit. [5] uti-
nam ne in Robuſto idem experiamur! [6] tamen accerſamus Scaurum.
Demus

Scauro, pro *Caro*, reponi, inde patet, quod infra eaedem membranae: *ut* Scaurus *veniat*, & deinde: *accerſamus* Scaurum.

1 *Veſtigia.*] Signa & indicia inquirendi Robuſtum. CATAN.

2 *Ordines.*] Qui decuriis praeerant *ordinarii* dicebantur, & *principes*, quod primos ordines ducebant. Aelianus centurionem, qui praeficitur duabus quadruplaribus a nonnullis dictum *ordinarium* aſſerit. *Ordinem* autem Livius in bello refert habuiſſe ſexagenos milites, duos centuriones, vexillarium unum: is Lib. VII. ab urbe condita tradit latam eſſe legem militarem, quae *ſacrata* appellaretur: & in ea cautum, *ne quis ubi Trib. mil. fuiſſet, poſtea ordinum ductor eſſet.* Ubi *ductor ordinum* nihil aliud eſt, quam *primipilaris dignitas*, ſicut apud M. T. in Philippicis ſcribitur. IDEM. Optimus: *Huic ego* ordinem *impetraveram*, quod ego damnare non poſſum. Nam ut *ordinem* & *ordines ducere* in uſu ſunt, ita ſane *ordinem impetrare* tam probum erit, quam *ordines.* Tacitus IV. Hiſt. cap. V. *Cluvio patre, qui* ordinem *primipili duxiſſet.* Livius Lib. XLII. cap. XXXIII. *Deprecatus eſt, ne prohiberent conſulem, quem cuique* ordinem *adſignari e rep. eſſet, eum adſignare.* cap. XXXIV. *tertio anno virtutis cauſſa mihi T. Quintus Flaminius decimum* ordinem *haſtatum adſignavit.* Interim de his Ordinibus, & maxime de primis Ordinibus vide Valeſium ad Ammian. Lib XVI. cap. XII. Salmaſ. ad Capitol. Maxim. cap. IV. Vopiſci Bonoſ. cap. XIV. & Interpretes Velleii. Pat. Lib. II. cap. CXII.

3 *Proficiſcenti quadringenta millia nummum, &c.*] Non me clam eſt, quam effuſa liberalitate fuerit Plinius: Puto tamen veriorem eſſe lectionem, quae in nonnullis codicibus reperitur, *quadraginta.* Nam etiam haec ſumma (accedit ad mille aureos noſtrae monetae) munus ampliſſimum eſſe videtur. Plinius ſane *liberalis* fuit, non *prodigus*, ut teſtatur Epiſt. IV. Lib. II. neque uni huic benefaciendum habuit; ſed multis; quod ex his epiſtolis ſaepe ab eo factum apparet. Poſtremo vix eſt, ut grandiore ſumma ad inſtruendum ſe opus haberet, qui ad ducendos ordines proficiſceretur. Non enim is tantus honos fuit Sic *Quinctiliani filiae nupturae quinquaginta millia nummum confert*, infra eodem. CASAUB. *Quadraginta.*] Nuper vulgati: *quadringenta*, ſed praeter Pal. & Edd. exoletas. GRUTER. Adſentior viris doctiſſimis, quod & faciunt recentiores noſtri MSS. Veterrimus tamen cum Aldo *quadringenta.*

4 *Interceptus.*] Interfectus, mortuus. Tranquill. in Auguſto: *Intercepto communis filii pignore.* Eſt enim *intercipere* quaſi totum capere. Terentius in Eunucho: *Quod nos capere oportet, haec intercipit.* CATAN.

5 *Utinam ne in Robuſto idem experiamur!*] Voſſ. *utinam* id *ne in R.* Helmſt. Arnz. & Ed. Ver. *ut ne Robuſti quidem experiamur.* Mediceus: *ne Robuſti quidem experiamur!* Foret aliquid: *ne Robuſti idem experiamur*, durum tamen. Scribo: ne *in Robuſto idem experiamur!* Ennium quidem decuit illud:

> Utinam ne *in nemore Pelio ſecuribus*
> *Caeſa cecidiſſet abiegna ad terram trabes.*

Decuit & Ciceronem & Terentium aliosque. At Livius etiam ſine *Utinam*, Lib. XXVIII. cap. XXVIII. ne *iſtuc Iupiter Optimus Maximus ſiverit!* Plautus Merc. Act. II. Sc. II. vs. 51. ne *dii ſiverint!* Moſtell. Act. I. Sc. III. vs. 149.

> *Qui invident*, ne *umquam eorum quisquam* invideat *commodis!*

CORTE.

6 *Tamen* accerſamus *Scaurum.*] Aldus, Gryphius & quidam recentiores *arceſſamus*, quam ſcripturam hodie eruditi ſequuntur. Nihilo tamen

minus

5 Demus hoc tuis, demus optimi adoleſcentis honeſtiſſimis precibus
[1] qui pietate mira, mira etiam [2] ſagacitate patrem quaerit: dii faveant,
ut ſic inveniat ipſum, quemadmodum jam cum quo fuiſſet, invenit!
Vale.

XXVI. C. Plinius Serviano Suo S.

Serviano principi viro gratulatur, quod filiam ſuam Fuſco Salinatori uxorem dare decreviſſet, cujus virtutes plurimum probat, optatque filios ſimiles ei naſci.

Gaudeo & gratulor, quod Fuſco Salinatori filiam tuam [3] deſtinaſti.
Domus [4] patricia, pater honeſtiſſimus, mater pari laude. [5] Ipſe
ſtudioſus, litteratus, etiam diſertus: puer ſimplicitate, comitate ju-
2 venis, ſenex gravitate: neque amore decipior. Amo quidem effuſe
(ita officiis, ita reverentia meruit) [6] judico tamen, & quidem tanto
acrius, quanto magis amo: tibique, ut qui exploraverim, ſpondeo
3 habiturum te generum, quo melior fingi ne voto quidem potuit. Su-
pereſt, ut avum te quam maturiſſime [7] ſimilium ſui faciat. Quam felix
tempus

minus Optimus cum Helmſt. & Ed. Vet. *accerſamus*, neque hoc plane repudiandum eſſe, ex veterrimis MSS. docui ad Lucan. Lib. I. vs. 166. Tutiſſimum ego in talibus arbitror probatis Codd. adhaerere.

1 *Qui pietate* ſumma, *mira etiam ſag.*] Helmſt. Oxon. Arnz. & Ed. Vet. *qui pietate, mira etiam ſagacitate.* Invenerunt illi, quod nobis ſervavit Optimus: *qui pietate* mira, mira *etiam ſagacitate*, quod reſtituimus. Sic ſolet Noſter, ut vidimus ſupra Epiſt. VI. n. 1. Epiſt. VII. n. 2. & alibi.

2 *Sagacitate.*] Aſtutia, induſtria. De canibus *ſagacitas* proprie dicitur, qui advenientem *ſagaciter* adoriantur. Seneca prudentiam a *ſagacitate* diſtinguit. Catan.

3 *Deſtinaſti.*] Princeps: *diſtinaſti.* Sic ſolent eximiae iſtae membranae, ut iam vidimus Lib. I. Epiſt. VIII. n. 1. Epiſt. XIII. n. 7. & alibi. *Deſtinare* ſollemne verbum eſſe, oſtendimus ad Lib. V. Epiſt. XVI. n. 6. *Iam* deſtinata *erat egregio iuveni.*

4 *Patricia.*] Eſt Salinatori domus Senatoria, cujus majores patres, id eſt Senatores, fuerunt. Catan.

5 *Ipſe* eſt *ſtudioſus.*] Mediceus: *Ipſe ſtudioſus*, ex more Plinii. Ita modo: *Domus patricia.* Lib. V. Epiſt. XIX. n. 3. *Homo probus & officioſus* Vide ad Lib. II. Epiſt. III. n. 1.

6 *Judico.*] Examino diligenter cauſas, cur eum laudo: nec amore decipior, neque enim ſoli maligni judicant. Catan. Sic Lib. V. Epiſt. III. n. 9. *Quae ſatis apertis notis* iudicium ab humanitate *diſcernunt.* Alibi *iudicium* & *error* obiacent. Vide ad Lib. V. Epiſt. VI. n. 42. Lib. IV. Epiſt. XV. princ. *Si quid omnino, hoc certe* iudicio *facio, quod Aſinium Rufum ſingulariter amo.* Plancus Cic. Lib. X. Fam. Epiſt. XXIII. n. 17. *ne quid aut ex* amore, *aut ex* iudicio *tuo perdam.* Rurſus Noſter Lib. IX. Epiſt. XXXVIII. *cui multum apud me gratiae* amor *ipſius adiecit.* Iudicavi *tamen*, item Lib. VII. Epiſt. XXVIII. extr.

7 *Simillimum ſui.*] (Te) optimum virum ſicut ipſe Fuſcus eſt. Catan. *Simillimum ſui, &c.*] Inepta lectio, ſi quid judico. Ac miror eruditum virum Catanaeum hoc eſſe ſecutum. Lege *ſimillimo ſui*, vel *ſimillimi.* Sic Lib. V. *Videas avos proavosque juvenum.* Placet tamen magis in ſexto caſu. Casaubon. Rectiſſime damnat vulgatam Caſaubonus, eiusque *ſimillimo ſui* abſtipulatur Arnz. Nos vero ex venerando Mediceo & Voſſiano iam litem diremimus, qui praeſtant *ſimilium*

tempus illud, quo mihi liberos illius, nepotes tuos, ut meos vel liberos vel nepotes ex veſtro ſinu ſumere, & quaſi [1] pari jure tenere continget! *Vale.*

XXVII. C. PLINIUS SEVERO SUO S.

Severum Coſ. a Trajano deſignatum conſulentem quid cenſeret in laudem Principis, docet Secundus exemplo ſuo quid faciendum, ſed illi datam materiam cenſendi, & nova & majora rebus nuper ab Imperatore praeclarioribus geſtis.

Rogas, ut cogitem, quid [2] deſignatus Conſul in honorem Principis [3] cenſeas. Facilis inventio, non facilis electio. Eſt enim ex virtuti-

lium ſui, h. e. qui ſint ſimiles patris. Eodem tendit Helmſt. *ſimilimum*, & Ed. Vet. *ſimillium*. De filio & parente Noſter infra Lib. VIII. Epiſt. XIII. extr. *Qui denique eum potiſſimum imitandum habes*, cui *natura eſſe* te ſimillimum *voluit*. CORTE.

1 *Pari jure.*] Tanquam ſi mei eſſent, quia amo te, tanquam parentem, & illum tanquam filium. CATAN. Aldus *contingat*; Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *contigerit*. Optimus & alii *continget*.

2 *Deſignatus Conſul.*] Qui gerendo Conſulatui & aliis magiſtratibus deſtinabantur, ſolenni & proprio in iſta re verbo, *deſignari* dicebantur: quod ad hunc Plinii locum obſervent tyrones. Gratianus Imperator Epiſtola ad Auſonium: *Cum de conſulibus in annum creandis ſolus mecum volutarem, ut me noſti, atque ut facere debui, ut velle te ſcivi, conſilium meum ad Deum retuli. Ejus auctoritati obſecutus, te Conſulem,* DESIGNAVI, *&* DECLARAVI, *& priorem* NUNCUPAVI. Ad quae Auſonius Gratiarum actione ad Imperatorem: *Cujus orationis*, inquit, *ordo lucidior? quae doctrina tam diligens* PROPRIIS COMITIORUM VERBIS *loqui, nec vocabulis moris antiqui nomina peregrina miſcere.* Et mox: *Quis haec verba te docuit? ego tam propria & tam Latina neſcivi*, DESIGNAVI *&* DECLARAVI *&* NUNCUPAVI. Sic & in aliis honoribus muniiſque ſolennia verba erant, quibus deligebantur, qui capeſſere deberent. Sic proprie NOMINARI dicebantur Sacerdotes, Veſtales CAPI. BUCHNER. Nos etiam ea de re in gratiam tironum egimus ad Salluſt. Cat. cap. XVIII. n. 2.

3 *Cenſeas.*] Decernas: nam Conſules deſignati in honorem principis aliquid decernebant. CATAN. *Cenſeas.*] *Cenſere* curiae verbum eſt. Nam cum ſententiam rogati Senatores dicebant, CENSERE perhibebantur. Obtinuerat autem in libera quoque adhuc Rep. ut qui Relationes praeclaras feciſſent, aut qui ſalubria vel fortia maxime cenſuiſſent, a Senatoribus, cum *cenſerent*, collaudarentur, quod ſub Principibus poſtea, & circa ipſos cumprimis ita invaluit viguitque, ut in turpiſſimum adulationis genus degeneraret: cum ſemper & in leviſſimis rebus, atque immodice id facerent, & vel falſiſſimis laudibus immorarenrur. Nam ſemper inveniuntur, *quibus*, ut Taciti verba ſunt, *omnia principum honeſta & inhoneſta laudare mos eſt*; praecipue tamen ſub malis principibus; cum & libertas periculoſa, & ipſum ſilentium quoque ſuſpectum. Quare ut levitate tunc arguendi alii ſunt, ita plerique neceſſitate excuſandi. Atreus apud Tragicum:

— Maximum hoc regni bonum eſt,
Quod facta Domini cogitur populus ſui
Quam ferre, tam laudare.

Luculentus in hanc rem locus apud Noſtrum eſt Panegyrici cap. LIV. ſed quia prolixus, ibi legendus. Sed cum in Principem laudes congerere, ceteri Senatores ſolebant; tum eos cumprimis id facere, qui deſignati modo conſules eſſent, obtinuiſſe, haec ipſa Epiſtola arguit. At iis ſane prae aliis imponi videbatur neceſſitas, digrediendi in laudes Principis: quod & obnoxii eſſent collati honoris beneficio, (nam penes Imperatores jus nominandi Conſules erat) & primi ſententiam rogarentur. Ne aliorum urbanitas pudorem ipſis

tutibus ejus larga [1] materia. Scribam tamen, vel, quod malo, coram indicabo, ſi prius haeſitationem meam oſtendero. Dubito, num idem
2 tibi ſuadere, quod mihi debeam. Deſignatus ego Conſul, omni hac, & ſi non [2] adulatione, ſpecie tamen adulationis abſtinui: [3] non tanquam liber & conſtans, ſed tanquam intelligens Principis noſtri: cujus videbam hanc eſſe praecipuam laudem, ſi nihil quaſi ex neceſſitate de-
3 cernerem. Recordabar etiam plurimos honores [4] peſſimo cuique delatos, [5] a quibus hic Optimus ſeparari [6] non alio magis poterat, quam diver-

ipſis excuteret, qui nec obligati, tamen laudarent. Buchner.

1 *Materia, tamen quod ſentiam, &c.*] Pal. *materia tam vel quod malo quodam indicabo.* Editio prima: *tamen quod malo indicabo.* Gruter. Abſque Mediceo fuiſſet, nemo inveterato vitio hic medicinam facile reperiſſet. Vulgatae certe a Plinii manu longe aberrant. Helmſt. & Arnz. *tam vel quod malo quodam indicabo*; Voſſ. *tamen vel quod malo quiddam indicabo.* Sed iam Catanaeus monuerat, duplicem eſſe lectionem, & hanc quidem alteram: *ſcribam tamen quod ſentiam, vel quod malo indicabo*, quae licet & ipſa corrupta ſit, merebatur tamen, ut ad eam editores animum adverterent. Exoſculor Integerrimum, qui ſervavit: *Scribam tamen, vel, quod malo, coram indicabo.* Illud *quod ſentiam* Gloſſa eſt, quae deinde antiquam lectionem truncavit: ex *coram* fecerunt *quoddam*, deinde *quiddam*, poſtremo *quidem.* Sic exſtitit partim vulgata, partim recentiorum MSS. lectio. Lentulus Cic. Lib. XII. Fam. Epiſt. XIV. n. 16. *praeterea promiſerunt* coram, *& abſenti mihi* ſcripſerunt.

2 *Adulatione.*] Id eſt, Laudibus iis, quae ſententiae dictioni a deſignatis Coſſ. in Principis honorem attexi ſolebant. Ceterum omnis ficta falſaque laudatio, adulatio eſt: vera, ſemper non eſt: ſuſpicionem tamen incidere poteſt, quod verae etiam laudes non ſemper admiratione virtutum, ſed & non raro captandae gratiae (quod adulatorium) inſtitui ſoleant. Quo reſpectu Trajanum quoque laudare, *ſpeciem adulationis* habere poterat; quamvis non eſſet adulatio: quippe qui propter virtutum, quibus praeditus, excellentiam, neque laudari ſatis poſſet, & laudari ab omnibus mereretur. Buchner.

3 *Non tanquam liber, &c.*] Non abſtinui adulatione, quod libertate dicendi & conſtantia uſus ſim, ſed quia intelligebam Trajani virtutes eas eſſe, quae non indigerent blanditiis. Catan. *Non tanquam liber, &c.*] *Liber* eſt, qui nihil coacte aut metu facit, & ſua ſponte agit omnia: *Conſtans*, qui tuetur propoſitum animi, nec a probata ratione ſemel dimoveri temere ſe patitur; itaque & facili ac leni opponitur. *Intelligens Principis*, qui mores atque ingenium Principis novit ac tenet: quemadmodum alibi quoque locutus Noſter, ut Lib. VIII. Ep. XXIII. *Quem Legatum Tribunus ita & intellexit & cepit, ut ex Germania in Pannoniam tranſeuntem, non ut commilito, ſed ut comes adſectatorque ſequeretur.* Buchner.

4 *Peſſimo cuique.*] Imperatori, non princeps enim Caligula, ſed monſtrum, cognominatus eſt Pius, caſtrorum filius, pater exercituum, & optimus maximusque Caeſar. Catan.

5 *A quibus hic Optimus, &c.*] *Optimus*, Trajanus, cui haec laudis appellatio in cognomen vertit. Per *peſſimum quemque*, Tiberium, Caligulam, Neronem, atque imprimis Domitianum, qui proxime anteceſſerat, intelligit. Sub quibus cum inoleviſſet maxime laudare in dictione ſententiae Principem; non honor id amplius, ſed conſuetudo videri poterat; quam nunc migrare ſub optimo, atque ſilere inter cenſendum de Principis laudibus, honor & reverentia videbatur. Idem ſenſus in illo panegyrici cap. LV. *Cum jampridem novitas omnis adulatione conſumta ſit, non alius erga te novus honor ſupereſt, quam ſi aliquando de te tacere audeamus.* Buchner.

6 *Non alio* modo *magis poterat.*] Optimus, omnesque ſcripti noſtri & Edd. Vett. conſenſu expellunt illud *modo*, & ſufficit Plinio, *non alio magis*, ut ſit *alio*, pro *alia re*, quomodo Lib. II. Epiſt. XVII. n. 20. *In hac heliocaminus quidem* alia *xyſtum*, alia *mare*, utraque *ſolem proſpicit.* Lib. I. Epiſt. V. n. 5. *Non poſſum dicere* aliud *tunc mihi*, *quam deos adfuiſſe.* ubi vide, quanquam diverſa ſit ratio. Optime illuſtrabit Cl. Ducker. ad Flor. Lib. III. cap. X. n 13. *Qui calor in praeliando militum fuerit*, nullo magis *exprimi poteſt*, quam *quod ſuper ipſa ſcuta Romani ſalierunt.* & Cl. Burmannus ad Quinctil. Lib. II. cap. IV. nullo *magis ſtudia*, quam *ſpe gaudent*, ubi

diverſitate cenſendi : quod ipſum [1] diſſimulatione & ſilentio non praeterii, ne forte non judicium illud meum, ſed oblivio videretur. [2] Hoc tunc ego : ſed non omnibus eadem placent, [3] nec conve- 4
niunt quidem. Praeterea, faciendi aliquid vel non faciendi vera ratio, cum hominum ipſorum, tum rerum etiam ac temporum [4] conditione mutatur. [5] Nam recentia opera maximi Principis praebent 5
facultatem, nova, magna, vera, cenſendi : quibus ex cauſis (ut ſupra ſcripſi) dubito, an idem nunc tibi, quod tunc mihi, ſuadeam. Illud non dubito, debuiſſe me [6] in parte conſilii tui ponere, quid ipſe feciſſem. *Vale.*

XXVIII. C. Plinius Pontio Suo S.

Admittit Pontii excuſationem, quod ſibi non occurriſſet : & fructus quos miſerat ſcribit recepiſſe, denuntians, in futurum ut modum donis imponeret.

SCIO quae tibi cauſa fuerit impedimento, quo minus [1] prae-

ubi hunc ipſum Plinii locum vindicavit. Adde ſis noſtra ad Salluſt. Cat. cap. LII. n. 4. CORTE.

1 *Diſſimulatione & ſilentio non praeterii.*] Quamvis rogatus ſententiam primum, jam deſignatus Conſul, Plinius Trajani laudes haud attigerat; non tamen ſe cauſas, cur non attigiſſet, diſſimulaſſe & praeteriiſſe ſe ait. Et eas adeo allegandas ſibi habuiſſe ſcribit, ne magis oblitus conſuetudinis receptae, quam judicio & certis adductus rationibus feciſſe illud videri poſſet. BUCHNER.

2 *Hoc tunc ego.*] Cenſui cum Conſul deſignatus eram. CATAN.

3 *Nec conveniunt quidem.*] Tum reſpectu naturae, quae alia aliaque in aliis eſt, (nihil autem invita Minerva faciendum) tum aetatis atque conditionis. Saepe & ipſum tempus atque neceſſitas aliam atque aliam perſonam nobis imponit. Vide Cicer. Lib. I. de Officiis cap. XXXI. & ſeq. BUCHNER.

4 *Conditione.*] Hominum : ſi fiunt clariores, vel obſcuriores, ac deinceps. Nam niſi hominum, rerum, & temporum conditionem recte conſideraveris, antequam negotia aggrediaris, facile decipieris. CATAN. *Conditione mutatur, &c.*] Sic Catanaeus e Pontificio exemplari, proximeque ei Pal. & Vett. Edd. in quibus *conditio nunciatur.* Vulgata fere, *conditione initur.* GRUTER. Arnz. *conditionum initur*; Oxon. *conditio terminatur*; Helmſt. *conditio nunciatur.* Sed Veterrimus: *conditione mutatur.*

5 *Nam recentia opera maximi Principis praebent facultatem, nova, &c.*] Laudamur & honoramur ex factis atque operibus: quibus praeclaris atque egregiis cum principatum ſuum Trajanus inſigniiſſet recens; haud futilis certe occaſio atque facultas laudandi ac honorandi principis praeberi omnibus videbatur. Dubitat itaque Plinius, utrum ſilendum Severo de iis, ſicut ipſe ſiluerat, jam deſignatus Conſul, ſed qui in talem opportunitatem non incidiſſet. Ceterum qui inter cenſendum Principum facta ac laudes attingebant, non illas proſequebantur verborum tantum elogiis; ſed nova quaedam honoris genera, tituli, ſtatuae, arcus ut decernerentur iis ornandi cauſa, fiebant auctores. Eo itaque pertinent verba illa, *nova*, *magna*, *vera cenſendi.* *Nova*, nondum communicata cum aliis; *magna*, quae operibus principis reſpondent; *vera*, id eſt, non ficta & falſi: quemadmodum ſub malis principibus haud raro veniebat uſu. Exempli gratia: cum Domitianus Germanici appellatione ornatus eſt; & ei decretus triumphus: quaſi viciſſet eam gentem, a qua tantum non victus erat. BUCHNER.

6 *In* partes *conſilii tui ponere.*] Optimus & Oxon.

[1] praecurrere adventum meum in Campaniam poſſes: ſed quanquam abſens totus huc migraſti. tantum mihi [2] copiarum qua urbanarum, qua ruſticarum, nomine tuo oblatum eſt, quas omnes [3] improbe
2 quidem, accepi tamen. Nam me tui, ut ita facerem, rogabant: & verebar ne & mihi & illis iraſcereris, ſi non feciſſem. In poſterum [4] niſi adhibueritis modum, ego adhibebo. Et jam tuis denuntiavi, ſi rurſus tam [5] multa attuliſſent, omnia relaturos. Dices, *oportere*
3 *me tuis rebus ut meis uti.* etiam: ſed perinde illis ac meis parco. *Vale.*

XXIX. C. PLINIUS QUADRATO SUO S.

Numidium Quadratum, quem jam foro aſſignaverat, exemplo ſui monet, quas cauſas agere debeat: inprimis ut multum ſtudeat, ut quoties opus fuerit, ſit paratus ad dicendum: interdum tamen ſtandum neceſſitati, quod ipſe quandoque feciſſe teſtatur, dum mandatis Senatus paret: cujus juſſu refert orationes a ſe habitas.

[6] AVidius Quietus, qui me unice dilexit, &, quo [1] non

Oxon. cum Gryphio & Boxhornio: *in* parte *conſilii tui.* Recte. Lib. II. Epiſt. XIX. extr. *Omnesque, quos ego movi*, in *utraque* parte *calculos* pone. Lib. III. Epiſt. IV. extr. *Audiſti* conſilii *mei motus*, *ſupereſt alterutra* ex parte *iudicium tuum.* adde Lib. II. Epiſt. III. n. 2. Unde Petronius Sat. cap. CXV. *Poſtero die, cum* poneremus conſilium, *cui nos regioni crederemus.* & Seneca Epiſt. LXXXVIII. *rationem ponere.*

1 *Praecurrere.*] Praevenire, ut me ſuſciperes. CATAN.

2 *Copiarum* tum *urbanarum* quam *ruſticarum.*] Optimus: *copiarum* qua *urbanarum*, qua *ruſticarum*, veriſſime. Infra Epiſt. XXXIII. n. 4. *ex ſuperiore baſilicae parte* qua *feminae*, qua *viri & audiendi, & viſendi ſtudio imminebant.* Lib. IX. Epiſt. II. n. 2. *Ille enim & copioſiſſimum ingenium, & ingenio* qua *varietas rerum*, qua *magnitudo largiſſime ſuppetebat.* Lib. III. Epiſt. V. n. 7. *medium tempus diſtentum impeditumque* qua *officiis maximis*, qua *amicitia principum egiſſe.* Lib. X. Epiſt. XVIII. n. 2. *certamen ei* qua *privatim*, qua *publice teſtimonium retribuerunt.* ubi videas Rittershuſium. Livius Lib. II. cap. XXXV. *uſique ſunt* qua *ſuis quisque*, qua *totius ordinis viribus.* Saepius ita Livius, Cicero & alii. Sed ad eos progredi non libet, cum otium nobis fecerint viri docti, quos laudat Heinſius ad Valer. Flacc. Lib. V. vs. 85. ubi & hunc locum Plinii ex Florentino MS. emendavit. De *copiis* ruſticis & urbanis vide ad Lib. V. Epiſt. II. n. 2. & earum reſpectu perquam venuſte dixit *totus* huc migraſti, quod illuſtramus ad Lucani Lib. V. vs. 742.

—— *iam* totus *adeſt in praelia* Caeſar.

CORTE.

3 *Improbe.*] Ruſtice feci accipiendo eas. CATAN.

4 *Niſi* adhibueris *modum.*] Veterrimus: *niſi* adhibueritis *modum*, quod placet, ſi modo pro ſequenti *etiam* ſcribas diviſim *&* *iam.*

5 *Tam multa attuliſſent.*] Mediceus: *tam multa* tuliſſent *omnia* relituros. corrupte. Infra idem Codex: *ut meis etiam uti*, *ſed* cet. & hoc perperam. *Etiam* concedentis eſt, quod oſtendimus ſupra ad Lib. V. Epiſt. III. n. 7.

6 *Avidius Quietus.*] *Avidii* fit mentio apud Africanum JC. *Avidium Nigrinum* Procoſ. ſub Domitiano teſtantur epiſtolae Secundi & Trajani: & *Ventidium Quietum* lego fuiſſe Severo imperante. *Luſius* vero *Quietus*, quanquam apud Euſebium in Chro-

[1] non minus gaudeo, probavit, ut multa alia Thraſeae (fuit enim familiaris) ita hoc ſaepe referebat, praecipere ſolitum, ſuſcipiendas eſſe cauſas, aut amicorum, aut deſtitutas, aut ad exemplum perti-
nentes. Cur amicorum? [2] non eget interpretatione. Cur deſtitutas? 2
quod in illis maxime & conſtantia agentis, & humanitas cerneretur. [3] Cur pertinentes ad exemplum? quia plurimum [4] referret,
bonum an malum [5] induceretur. Ad haec ego genera cauſarum, 3
ambitioſe fortaſſe, addam tamen claras & illuſtres. Aequum enim eſt agere nonnunquam gloriae, & famae, [6] id eſt, ſuam cauſam. Hos terminos, quia me conſuluiſti, [7] dignitati ac verecundiae tuae
ſtatuo. Nec me praeterit, uſum eſſe, & haberi [8] optimum dicendi 4
magiſtrum. Video etiam multos parvo ingenio, literis nullis, ut bene

Chronicis corrupte legatur *Liſias*, Judaeos rebellantes Meſopotamia exterminavit. Nam adverſum eos aciem ſtruens infinita millia interfecit, ob quae Judaeae procurator a Trajano decernitur: poſtea ſublatis Mauris, quos regebat, quia ſuſpectus imperio fuerat, ab Adriano eſt exarmatus, auctore Spartiano. CATAN.

1 *Non minus gaudeo.*] Scilicet, quam me diligeret. IDEM. *Non minus gaudeo. probavit.*] Sic Pal. & Edd. Vett. poſteriores enim, *& cui non minimum gaudeo, probavit.* GRUTER. Veterrimus etiam atque reliqui MSS. noſtri: *quo non minus gaudeo.* Mox idem Veterrimus: & *multa alia*, vitioſe. Deinde iuniores ſcripti: *praecipere ſolebat.*

2 *Non eget.*] Satis enim manifeſtum omnia pro amico facienda, modo non excedant verecundiae terminos. CATAN.

3 *Cur pertinentes ad exemplum?*] Cauſas futuras bono exemplo legentibus & audientibus. Nam exemplorum quaedam comparata ſunt, ut nos inſtruant ad bonum: quaedam ad malum declinandum. IDEM.

4 *Referret, bonum.*] Sic Pal. & Edd. Vett. niſi quod Pal. *duceretur*, Vett. Edd. *diceretur*, vulgatis erat *refert.* GRUTER. Conſentiunt MSS. noſtri verbo *referret*, & ſenſus poſtulat.

5 *Induceretur.*] Alia lectio *ducem haberent.* BOXHORN. Hoc Gryphius expreſſit, forte ex MS. Voſſ. in quo legas: *animalium ducem haberent.* Helmſt. cum Palatino *duceretur*; Reliqui omnes *induceretur.* Vide ad Lib. I. Epiſt. VIII. n. 12. & Lib. IV. Epiſt. XIII. n. 10. Sic *morem* & alia *inducere* frequenter apud Tullium. Noſter Paneg. cap. VI. n. 2. inductum *peſſimum* exemplum, *ut optimum opponeretur.*

6 *Id eſt ſuam cauſſam* cet.] Non diſſimulandum eſt, in Voſſ. Helmſt. Arnz. Edd. Vett. & Aldo locum eſſe mancum. Habent enim: *agere nonnumquam gloriae & famae idem dignitati ac verecundiae tuae ſtatuo*, mediis eiectis. Sed cuivis adparet ſimilitudinem τῶν *id eſt* & *idem* in cauſſa fuiſſe, ut verſus excideret. Mediceus integer eſt, ſiſtitque omnia, quae noſtra aliaeque Edd. praeferunt. Eſt autem venuſta interpretatio, qualis illa Flori Lib. IV. cap. II. n. 15. *de ſucceſſione Caeſaris ſenatus*, id eſt *Pompeius agitabat.* Auctor Lib. VII. Epiſt. XII. n. 1. *Libellum miſi tibi ideo tardius, ne tempus emendandi eum*, id eſt, *diſperdendi haberes.* Senec. de Conſt. Sap. cap. XVIII. *Huic in convivio*, id eſt, *in concione qualis in concubitu eſſet uxor eius, obiecit.* utroque loco *idem* & *item*, pro *id eſt* in libris reperias. Plura talia produxi ad Salluſt. Iug. cap. XXXI. n. 20. *Vos autem*, hoc eſt, *populus R. ſatis habebatis animam retinere.*

7 *Dignitati ac verecundiae tuae.*] Scripti omnes, quod dixi, etiam Optimus: idem *dignitati ac ver. t. ſtatuo.* Lego: item *dignitati* cet. id eſt, pariter, ſimiliter. Cic Lael. cap. II. *itaque ex me quaerunt, credo ex hoc* item *Scaevola, quonam pacto mortem Africani feras.* Uſus eſt notiſſimus. Vide etiam ad Salluſt. Cat. cap. XXVII. n. 2. CORTE.

8 *Optimum dicendi, &c.*] Hoc frequenter Marcus Tullius teſtatur, ut primo & tertio de Oratore, item de perfecto oratore, ac pro Corn. Balbo. CATAN. Vulgo: *uſum* & *eſſe, & haberi optimum d. m.* Sed omnes MSS. noſtri & Edd. Vett. prius *&* excludunt, a quibus non temere recedo; licet infra Lib. VII. Epiſt. XX. n. 4. *tibi proximus* & *eſſe*, & *haberi concupiſcebam*, omnes Codd. exhibeant. Aldus: *uſitatum eſſe & haberi*, quod vitium etiam in ſecunda editione retinuit.

5 bene agerent, agendo conſecutos. Sed & illud, quod [1] vel Pollionis, vel tanquam Pollionis accepi, veriſſimum experior, *Commode agendo factum eſt, ut ſaepe agerem, ſaepe agendo, ut minus commode*: quia ſcilicet aſſiduitate nimia [2] facilitas magis, quam facultas: nec
6 fiducia, ſed temeritas paratur. [3] Nec vero Iſocrati, quo minus haberetur ſummus orator, offecit, quod [4] infirmitate vocis, mollitie frontis, ne in publico diceret, impediebatur. Proinde multum lege, ſcribe, meditare, ut poſſis, cum voles, dicere: dices, cum velle debebis.
7 Hoc fere temperamentum ipſe ſervavi: nonnunquam neceſſitati, [5] quae pars rationis eſt, parui. Egi enim quasdam a Senatu juſſus, [6] quo tamen in numero fuerunt ex illa [7] Thraſeae diviſione, hoc eſt ad exemplum.

1 *Vel Pollionis, vel tamquam Pollionis.*] Voſſ. Oxon. Helmſt. Arnz. & Edd. Vett. *Sed & illud vel Pollionis accepi veriſſimum*, ceteris praetermiſſis. At Veterrimus conſentit Aldo & vulgatis.

2 *Facilitas.*] Secutus eſt praeceptorem Fabium, qui Lib. X. inquit, *Scribendo dicimus diligentius, dicendo ſcribimus facilius.* CATAN.

3 *Nec vero Iſocrati.*] Non obfuit Iſocrati, quo minus haberetur ſummus orator, quod non auderet in publicum prodire ad cauſas agendas debilitate vocis & pudore. Iſocrates Athenienſis rhetor, ut Plutarchus in ejus vita ſcripſit, ſui temporis inſignis, in cujus labris Siren inſederat, ſi Philoſtrato credimus, in compoſitione plusquam diligens, nitidus, comptus, & palaeſtrae quam pugnae magis accommodatus, omnes dicendi veneres ſectatus eſt, cujus e ludo, tanquam ex equo Trojano, innumeri principes exierunt. Lege vitam ejus apud Plutarchum, Philoſtratum & Dionyſium. IDEM.

4 *Infirmitate vocis, &c.*] Cicer. II. de Oratore cap. III. *Ut ille*, inquit, *pater eloquentiae de ſe Iſocrates ſcripſit ipſe, pudore a dicendo, & timiditate ingenua refugiſti.* Nam Iſocrates in oratione, cui titulus παναθηναϊκὸς talia de ſe faſſus: *Scio naturam ad res gerendas infirmiorem & debiliorem, quam opus ſit. Nam ad orationes neque exactam, neque omnino inutilem, ſed judicare quidem de unaquaque re veritatem magis potentem, quam ſcire pollicentem: verum agere de his in concione multorum audacter hominum omnibus (ut verum dicam) inferiorem, &c.* Quae ad verbum traduximus ſuppreſſis Graecis verbis, ne in his videamur nimium inſoleſcere. IDEM. Supra Mediceus & Arnz. *effecit*, pro *offecit*. male. Idem vitium in duobus MSS. Vratiſlavienſibus reperi apud Salluſt. Cat. cap. XXVII. extr. Infra Mediceus omnisque manus cum Aldo, Gryphio & Edd. Vett. *mollitia*, non *mollitie*. Deinde mallem ego: dicas, *cum velle debebis*, ſed Codd. contra nituntur, & ferri poteſt ſcriptura recepta.

5 *Quae pars rationis eſt.*] Nullis enim ſubjacet legibus, & feriis caret, tradente Palladio: demum ἀνάγκῃ ὐδὲ θεοὶ μάχονται, id eſt *neceſſitati ne dii quidem repugnant*, nam cogit ad effectum, quae a fato dependent: unde in officiis Cicero: *Neceſſitati eſſe parendum.* In Graeco epigrammate πάντολμος ἀνάγκη appellata, quod omnia audeat: fit autem ſaepius virtutis cauſa. CATAN.

6 *Quo tamen &c.*] Lego: quae tertio *in numero fuerunt, ex illa Thraſeae diviſione.* Manifeſtum eſt, ſi quis attente ita legat & ſupra allatae diviſionis Thraſeae meminerit, ita legendum eſſe. Fuerat ſcriptum notis III. pro tertio: imperiti homines putarunt eſſe *tn.* & *tamen* legerunt: quae vox ita vulgo ſcribi per compendium ſolet. CASAUB. Caſaubonus legit: *quae tertio in numero*, me invito. Sic enim ſequeretur, omnes a ſenatu iuſſas pertinuiſſe ad exemplum, quod Plinius non vult, ſed quasdam tantum, & nominatim eas, quas ſubiicit. Hoc ergo dicit Plinius, non tantum triplices illas cauſſas, quas volebat Thraſea, obſervaſſe, ſed & quartum genus pertinens ad gloriam, & quintum pertinens ad neceſſitatem, cum a ſenatu hoc ipſi iniungeretur. quamquam in hoc quinto genere eſſent cauſſae quaedam pertinentes ad illam Thraſeae diviſionem, quoniam ſpectabant ad exemplum. SCHEFFER. Supervacua eſt emendatio Caſauboni, & eam omnes Codd. reſpuunt.

7 *Thraſeae diviſione.*] Ex ea diviſione cauſarum, quas Thraſea praecipiebat ſuſcipiendas: hoc eſt, id genus quod pertinebat ad exemplum, ut adeſſe Baeticis, quod expilati eſſent a Baebio Maſſa & Caecilio Claſſico. CATAN.

1 Bae-

pſum pertinentes. Adfui Baeticis contra [1] Baebium Maſſam. Quaeſitum
eſt, an danda eſſet inquiſitio: data eſt. Adfui [2] rurſus, iisdem que- 8
rentibus de Caecilio Claſſico. Quaeſitum eſt, an [3] provinciales, ut
ſocios miniſtrosque Proconſulis, plecti oporteret: poenas luerunt.
Accuſavi Marium Priſcum, qui, lege repetundarum damnatus, ute- 9
batur [4] clementia legis, cujus ſeveritatem [5] immanitate criminum ex-
ceſſerat: relegatus eſt. [6] Tuitus ſum Julium Baſſum, ut incuſtoditum 10
nimis & incautum, ita minime malum: judicibus acceptis in Senatu
remanſit. Dixi proxime pro Vareno poſtulante, ut ſibi [7] invicem 11
evocare teſtes liceret: impetratum eſt. In poſterum opto, ut ea po-
tiſſimum jubeat, quae me deceat vel ſponte feciſſe. *Vale.*

XXX.

1 *Baebium Maſſam.*] Hanc rem latius complectitur Lib. VII. Epiſtola ult. ad Tacitum. CATAN.

2 *Rurſus.*] Secundo. Nam ter egit pro Baeticis, quod Lib. III. ad Macrinum teſtatus eſt: tertio ſe munere functum pro illis ſcribens, unde ſubjungit iisdem Baeticis lamentantibus, quod Claſſicus provinciam ſpoliaſſet. Contentio fuit an miniſtri ejus venirent puniendi, quod operam ſuam ad turpe miniſterium praeſtaſſent. IDEM *Iisdem quaerentibus de Caecilio Claſſico.*: *Quaerere* non actorum, ſed judicum eſt: unde & *Quaeſtores.* Reſcribe *querentibus*, id eſt, expoſtulantibus. Noſter Lib. III. Epiſt. IV. *Legati provinciae Baeticae queſturi de Proconſulatu Caecilii Claſſici, advocatum me a Senatu petierunt.* Leve mendum; ſed quia editiones omnes obſederat, indicandum fuit. BUCHNER. Helmſt. & Voſſ. *Adfui* rurſus *iisdem querentibus.*

3 *Provinciales.*] Baeticos, qui ſe implicaverant rapinis Proconſulis: neque enim ita defendebantur, ut negarent, ſed ut neceſſitati veniam deprecarentur. CATAN.

4 *Clementia legis.*] Quae jubebat, ut ablata reſtitueret, verum majore poena digna flagitia commiſerat, quibusdam crudeliter excarnificatis. IDEM. Lege: *ſerenitatem*, pro *ſeveritatem*, i. clementiam. BARTH. Sed quis *ſerenitatem legis* hoc ſenſu umquam dixit? Recte *ſeveritatem* editur. Vide Lib. II. Epiſt. XI.

5 *Immanitate.*] Crudelitate, dum accepta pecunia punit Equitem Romanum exilio, & ſeptem ejus amicos morte. Item alium Equitem Romanum multis cruciatibus dilacerat. CATAN.

6 *Tuitus.*] Vocabulum raro inventu. Paulus tamen ff. quinquageſimo titulo de vacatione, *Qui publicum*, inquit, *negotium tuitus ſit.* Et ceteri Juriſconſulti frequenter dixere, *tuitionem*, ut Ulp. ff. XLIII. Verbum ſane illinc deductum, ut ſecundum aliquos aedituus. IDEM. *Tuitus ſum* dixit etiam Fabius Declam. I. cap. XIII. pr. Curtius, Hieronymus, atque alii.

7 *Invicem vocare.*] Corrige haud dubius *evocare.* Ut & ſupra Lib. V. Epiſtol. XX. *ut ſibi quoque defenſionis cauſa evocare teſtes liceret.* Uti habent veteres Editiones. GRONOV. *Evocare teſtes* exſtat in Mediceo, atque ita dudum dederunt Aldus atque Gryphius, & verbum ſollemne eſſe, iam diximus ad Lib. III. Epiſt. IX. n. 29. *Ex teſtibus quidam, quod* evocatus *eſſet invitus.*

8 *Natales tuos.*] Nobilitatem tuam manifeſtam per Camillianam villam, quam majores tui tibi reliquerunt: an potius, quod ibi natus erat Fabatus? Sunt qui legant *novales tuos*, ſcilicet agros, propter ſequentia, praeſertim illud, *ruſticorum autem praediorum adminiſtratio.* CATAN. Locus ſubobſcurus, ut bene ſenſit Catanaeus. Poſſemus quidem dicere partem primam Epiſtolae reſponſoriam eſſe, & reſpicere ad ea, quae Fabatus ſcripſerat: ſequentia tamen plane aliud ſuadent. *Novales* in nullo ex noſtris vidimus, & ſi qui libri habuerunt, ineptias propinarunt. Omnes praeſtant *natales*, & hos quidem de *loco natali* accipere debemus, quod item ſubodoratus eſt Catanaeus. Sic maior Plinius Lib. XVI. cap. XXXIII. *ubi in ſupera attolluntur, genuinis natalibus derogatis, lapides fiunt.* Ovidius & alii plene: *natalis humus, terra, natale ſolum, natalia rura.* Ovidius II. Amor. Eleg. XVI. vs. 37.

Non ego Pelignos videor celebrare ſalubres
Non ego natalem, rura paterna, locum.

XXX. C. Plinius Fabato Suo S.

Quaſſata proſoceri ſui villa ex vetuſtate, quaerit praeficere praedio aliquem virum agreſtem, qui interſit operi reficiendo.

DEbemus, me Hercule, [1] natales tuos perinde ac noſtros celebrare, cum laetitia noſtrorum ex tuis pendeat, cujus diligentia &
2 cura hic hilares, iſtic ſecuri ſumus. [2] Villa Camilliana, quam in Campania poſſides, eſt quidem vetuſtate vexata; [3] tamen quae ſunt preti-
3 oſiora, aut integra manent, aut leviſſime laeſa ſunt. [4] Attendimus ergo, ut quam ſaluberrime reficiantur. Ego videor habere multos amicos, ſed hujus generis, cujus & tu quaeris, & res exigit, prope
4 neminem. Sunt enim omnes [5] togati & urbani: ruſticorum autem praediorum adminiſtratio poſcit [6] durum aliquem & agreſtem, cui nec

Sed & alii *Natales* praeciſe, pro originibus dixerunt. Verbum modo *celebrare* obſtare videtur, quippe quod ad diem potius natalem referri debeat. Sed & *loca celebrari*, quando ſunt frequentia, vidimus ad Salluſt. Iug. cap. XLVII. n. 1. quibus adde Ciofanum, Heinſ. & Burmann. ad Ovid. IV. Metam. vs. 46.

Stagna *Palaeſtini credunt* celebraſſe *figura.*

Sic *celebrare domos*, pro ſaepius viſitare, & talia plura obvia ſunt. Optimus: *perinde ac noſtros* celebrare, celebrare *cum laetitia*, ex quo aliqua de Verbo ſuſpicio oriri queat.

1 *Villa* Camilliana.] Sic Mediceus ceterique ſcripti & plures impreſſi. Hackiana cum Aldo & paucis *Camilliani.* vitioſe.

2 Ea *tamen*, *quae ſunt pretioſiora.*] Ita vulgatae. At Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. & *tamen quae ſunt.* Sed Veterrimus & Voſſ. neutrum praemittunt, ſed nude: tamen *quae ſunt pr.* Vides, imperitos *tamen* ab initio poſitum ferre nequiviſſe, ideoque aliquid adpendiſſe. Sed illud minime abſurdum eſſe, monui ad Lib. I. Epiſt. XII. n. 12. *& hoc ſcio.* Tamen *tamquam & iuvenis*, *& firmiſſimi mortem doleo.* Ubi pari inſcitia fecerant: *Ego tamen.* Corte.

3 Attendemus *ergo.*] Helmſtad. Arnz. Ed. Vet. Gryphius, Sichardus & quidam recentiores hanc lectionem obferunt. At Veterrimus cum Aldo, *Attendimus ergo.* Scribit enim ad abſentem a villa Camilliana ipſe propior, ſi non in ipſa villa degens, quod ex ſuperioribus *hic*, *illic* n. 1. concludas. Quod ſequitur *ſaluberrime* notabit *modico pretio*, de qua notione dictum ad Lib. I. Epiſt. XXIV. extr.

4 *Togati & urbani.*] Belli, elegantes, & urbanis tantum officiis ſueti amicitiam colere, ex quibus parum utilitatis redundat. Cicero ad Attic. Lib. I. Ep. XV. *Illae ambitioſae noſtrae fucoſaeque amicitiae ſunt in quodam ſplendore forenſi, fructum domeſticum non habent.* Buchner.

5 *Durum aliquem & agreſtem.*] *Durum*, id eſt, patientem & ad labores obfirmatum. Quemadmodum *duros agreſtes*, Virgilius, & *durum Ulyſſem* Ovidius dixit, quem in Epodis Horatius *laborioſum* vocat. Cui *labor gravis haud eſt*, ut ipſe Plinius paulo poſt interpretatur. *Agreſtis*, natus in agro & educatus ibi procul deliciis & celebritate urbana: hoc enim, quod ſubjicit mox, pertinet, *cui nec cura ſordida, nec triſtis ſolitudo videatur.* Nam urbanis illis & nitidis res ruſtica, ſordidum videbatur opus, de quo conqueritur Columella; quin ſervile, & poenae proximum. Unde Pomponius Tribunus plebis L. Manlio Imperioſo apud Livium objicit; *quod filium juvenem* (quem, quod lingua inpromtus & male facundus eſſet, rure abdiderat) *nullius probri compertum, extorrem urbe, domo, penatibus, foro, luce, congreſſu aequalium prohibitum, in opus ſervile, prope in carcerem atque in ergaſtulum dederit.* Etiam Noſter *humiles curas & ſordidas* vocat, ſed reſpectu Studiorum Lib. I. Ep. III. Idem.

nec labor ille gravis, nec cura ſordida, nec triſtis [1] ſolitudo videatur.
Tu de Rufo honeſtiſſime cogitas. Fuit enim filio tuo familiaris. quid 5
tamen nobis ibi [2] praeſtare poſſit, ignoro, velle plurimum, ſcio. *Vale.*

XXXI. C. PLINIUS CORNELIANO SUO S.

Seceſſerat Trajanus ad Centumcellas, quo conſilii gratia Secundum cum multis Senatorum evocaverat: ibique Claudius Ariſto ab invidis accuſatus abſolvitur. Galitta adulterii rea cum adultero condemnatur, tertio die cognoverunt codicillos Julii Tyronis, quae tamen judicia remiſſiones variabant. Haec Secundus Corneliano ſcribit, ac poſtremo portum a Trajano jam ſemiſtructum ſumma cum evidentia repraeſentari.

EVocatus in conſilium a Caeſare noſtro ad [3] Centumcellas (hoc
loco nomen) longe maximam cepi voluptatem. Quid enim jucun- 2
dius quam Principis juſtitiam, gravitatem, comitatem, in ſeceſſu
quoque, [4] ubi maxime recluduntur, inſpicere? Fuerunt variae co-
gnitiones, & quae virtutes judicis per plures ſpecies experirentur. Dixit 3
cau-

1 *Solitudo.*] Quod ſolus & ſine urbanorum contubernio vivat. Hinc Columella vetat nundinas villicum frequentare, ut ſemper in opere ſit. CATAN.

2 *Poſſit praeſtare.*] Poſſit facere. Eſt alia lectio, *Quid tamen* novi ſibi *praeſtare poſſit ignoro*, ut ſit ſenſus: neſcio quid novi praeterquam conſueverat, quod non facit in re praeſenti, ſibi depoſcat, & aſſumat praeſtandum, quamvis credam habere bonam mentem praeſtandi plurima. in antiquo codice pro *credo* legitur *ſcio.* IDEM. Etiam Voſſ. Helmſt. Arnz. Ed. Vet. Aldus, Gryphius: *quid tamen* novi ſibi *praeſtare poſſit*, corrupte. Optimus diſerte: *nobis ibi*, idemque *ſcio*, pro *credo*, in fine epiſtolae ſcribit. *Credo* valde abſonum eſt: ſaltem non ita opportunum, ut *ſcio*, quod repoſui.

3 *Centumcellas.*] Abeſt a Corneto paſſuum millia decem, portus celebris arcem habens munitiſſimam, cui civitati veteri nomen eſt: olim *Centumcellenſis portus*, parvo enim ſpatio abeſt *Centumcellenſis* oppidi locus a Barbaris dirutus, in quo divum Auguſtinum libros de Trinitate tradunt ſcripſiſſe. Neque in hoc Gaſpar Blondus eſt audiendus, cum refert Plinium dicere Adrianum Imperatorem, *centum* judicibus ad audiendas publice cauſas ſe praeſente inſtitutis, *cellas* totidem aedificaſſe, cum neque Adrianum, ſed Trajanum, neque *centum cellas* totidem judicibus excitaſſe tradat. *Centumcellas* oppidum fuiſſe Italiae, ſaepe fit mentio in libello Gottico, quem Leonardus Aretinus latinitate donavit. Hodie quoque ad *Graviſcas* porticus vetuſtiſſimus extat, in cujus oſtio inſulae forma cum dimidiata turri. Ptolemaeus juxta Populoniam *Ruſellas* locat. Strabo poſt *Graviſcas* regis villam, Maleoti Pelaſgi regiam. CATAN. Helmſtad. *Vocatus in conſilium* perperam; ſed ſic turbabant libri deteriores modo Epiſt. XXIX. n. 11. Mediceus: *in concilium.* & haec confuſio frequentiſſima eſt, quod diximus ad Salluſt. Iug. cap. XXIX. n. 5. *Conſilium* hic genuinum eſſe, vel ex Epiſt. XXII. n. 2. patere poteſt. Deinde Helmſt. & Arnz. *hoc* longo nomine *maximam c. v.* Voſſ. *hoc nomine.* corrupte. Lucanus Lib. VI. vs. 144.

Scaeva viro nomen.

Ovidius V. Faſt. vs. 708.

— — nomen *Aphidna* loco.

1 *Ubi* haec *maxime recluduntur.*] Nec Mediceus,

causam [1] Claudius Ariſton , [2] princeps Epheſiorum , homo munificus,
& [3] innoxie popularis : inde invidia, [4] & diſſimillimis diſſimilis delator
4 immiſſus. Itaque abſolutus vindicatusque eſt. Sequenti die audita
eſt [5] Galitta adulterii rea. Nupta haec Tribuno militum honores pe-
tituro, [6] & ſuam & mariti dignitatem centurionis amore maculaverat.
5 Maritus Legato Conſulari , [7] ille Caeſari ſcripſerat. Caeſar excuſſis
probationibus , centurionem [8] exauctoravit , atque etiam relegavit.
Supererat crimini , quod niſi duorum eſſe non poterat , reliqua pars
ultio-

ceus , nec alii MSS. noſtri , ne Edd. quidem Vett. Pronomen *haec* exprimunt. Itaque delevi.

1 *Claudius* Ariſto.] Omnes MSS. & Edd. Vett. cum Gryphio *Ariſton.* recte. Graecis 'Α-ρίστων, & hanc extremitatem ſaepiſſime ſervant Latini , ut oſtendimus ad Lucani Lib. V. vs. 134.

— — *barbarica cum lampade* Python
Arſit.

ita enim omnes MSS. & Edd. Vett. ac mediae , non *Pytho.* Nomen *Ariſton* habemus etiam apud Plinium Lib. XXXIII. Hiſt. Nat. cap. XII. & Lib. XXXIV. cap. VIII. item in libris aliquot Tullii II. Academ. cap. XXXIX. Ariſton *Chius.* Corte.

2 *Epheſiorum princeps.*] Primus in urbe Epheſo. *Epheſus* civitas Joniae celeberrima , & portus in ſinu. Herodot. Lydiae eſſe dicit, vocatur & *Smyrna* , ab Amazone Smyrna appellata , & *Sermona* , & *Ortygia* , & *Ptelea :* ibi erat templum Dianae. Urbs in cavo loco condita , tempeſtate ſubmerſa fuit multis interemptis. Lyſimachus civitatem tranſtulit , ubi nunc eſt , quam ab uxore ſua *Arſinoen* nominavit , ſed eo mortuo priorem appellationem reſumpſit. Stephanus. Catan.

3 *Innoxiae popularitatis.*] Populo gratus ſine damno alicujus , vel *innoxiae popularitatis* , ad idem. Idem. Vides aliam lectionem primo loco exponere Catanaeum , quam quae in vulgatis circumfertur : *innoxiae popularitatis.* Sed cur diſſimulant illam lectionem Minos , Gruterus, Boxhornius ? Scilicet Mediceus & omnes ſcripti cum Edd. Vett. & Gryphio : *homo munificus & innoxie popularis* , quod ſane tantopere diſplicere non poteſt , nec debet. *Innoxie* addidit , ut Cic. Lib. XII. Fam. Epiſt. IV. n. 2. *Itaque ad nos concurritur , factique iam* in re ſalutari populares *ſumus.* Vide notam ad Eiusd. Lib. IX. Epiſt. XIV. n. 13. *ut ſumma ſeveritas animadverſionis non modo non invidioſa , ſed etiam* popularis *eſſet.* Quod ni Codd. hanc lectionem omnes tuerentur , elegantiae videri poſſet , coniungi *munificus* , & *innoxiae popularitatis* , de qua ad Salluſt. Iug. cap. XCII. n. 5. cap. CIII. n. 7. & paſſim. Corte.

4 *Et ab diſſimillimis delator immiſſus.*] Sic Aldus , Gryphius & pleraeque vulgatae. Catanaeus & pauci : *& ab diſſimillimis diſſimilis delator immiſſus.* MSS. Voſſ. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *& ad diſſimillimum delator inmiſſus.* Obtineat Primarii auctoritas : *inde invidia* , *&* diſſimillimis diſſimilis *delator inmiſſus* , niſi forte malis : *&* diſſimillimo *diſſimilis delator inmiſſus* , quia terminatio *is* ex ſequenti vocabulo adhaeſiſſe librario poteſt. Capitolin. Maxim. cap. XIII. *Cum ferre non poſſet , quod delatores evocaret , accuſatorem* immitteret. Iuſtinus Lib. XXVI. cap. VI. Cui , *cum in lectum ſocrus conceſſiſſet , percuſſores* immittuntur. Vide ad Salluſt. Cat. cap. XLVIII. n. 8. & de *diſſimili* infra ad Lib. IX. Epiſt. IX. n. 2. *qua pietate cum* diſſimillimo *patre vivebat?*

5 *Galitta.*] Ita recentiores MSS. Edd. Vett. Aldus, Gryphius. At Mediceus *Galitia.*

6 *Et ſuam.*] Nam mariti honor ad uxores redundat. Ulpianus ff. primo : *Foeminae nuptae clariſſimis perſonis clariſſimarum perſonarum appellatione tenentur , foeminis enim dignitatem clariſſimam mariti tribuunt.* Catan.

7 *Ille Caeſari ſcripſerat.*] Helmſtad. a prima manu : *illi Caeſare ſcripſerat* ; Optimus : *ille* Caeſaris *ſcripſerat* , quaſi Caeſaris legato , ſed perperam. Sana eſt vulgata , & ſic ſupra Epiſt. XXII. n. 2. *Luſtricus Bruttianus* , *cum comitem ſuum in multis flagitiis deprehendiſſet* , Caeſari ſcripſit. & paſſim.

8 *Exauctoravit.*] Removit a primipilatu ſecundum leges. Arrianus de re militari , adulterio vel aliquo judicio publico damnati , inter milites non ſunt recipiendi. *Auctorare* autem eſt pecunia addicere ſibi aliquem , *exauctorare* vero , a mercede conſtituta removere. Aliquando tantummodo pro repudiare ſumitur. Macrobius, *Exauctorata* , inquit, *verba jam deſueta & abolita.* Catan.

1 *Non*

ultionis; ſed maritum [1] non ſine aliqua reprehenſione patientiae, amor
uxoris [2] retardabat: quam quidem etiam poſt delatum [3] adulterium
domi habuerat, quaſi contentus [4] aemulum removiſſe. Admonitus, 6
ut [5] perageret accuſationem, peregit invitus; ſed illam damnari etiam
[6] invito accuſatore neceſſe erat: damnata, & [7] Juliae legis poenis re-
licta eſt. [8] Caeſar & nomen centurionis, & commemorationem diſci-
plinae militaris ſententiae [9] adjecit, ne omnes ejusmodi cauſas revocare
ad ſe videretur. Tertio die inducta cognitio eſt, multis ſermonibus, 7
&

1 *Non ſine reprehenſione.*] Criminis lenocinii, Severus & Antoninus Imperatores, *Crimen lenocinii* contrahunt, qui deprehenſam in adulterio uxorem in matrimonio retinuerunt. Marcellus ad legem Juliam de adulteriis, & ſtupro: *Mariti, lenocinium lex coercuit, qui deprehenſam uxorem in adulterio retinuit, adulterumque dimiſit*: debuit enim uxori quoque iraſci, quae matrimonium ejus violavit. CATAN. *Reprehenſione patientiae.*] Portius Latro apud Senecam Lib. II. Controverſ. XV. *Quanquam eo prolapſi mores ſunt, ut nemo ad ſuſpicanda adulteria nimium credulus videri poſſit, tamen ego adeo longe ab eo vitio ſemper fui, ut etiam timeam, ne quis in me aut nimiam patientiam, aut nimium ſtuporem arguat.* Sic & Tertullianus de patientia cap. ult. Itaque proprio vocabulo conniventia maritorum, & in ferendis adulteris facilitas, *patientia* vocabatur. Ex quo idem Pater Apologetici cap. XXXIX. *Omnia indiſcreta ſunt apud nos praeter uxores. In iſto loco conſortium ſolvimus, in quo ſolo ceteri homines conſortium exercent, qui non amicorum ſolummodo matrimonia uſurpant, ſed & ſua amicis* PATIENTISSIME *ſubminiſtrant.* BUCHNER. Lucanus Lib. VII. vs. 52.

— — *ſegnis pavidusque vocatur*
Ac nimium patiens ſoceri *Pompeius.*

vide ad Salluſt. Iug. cap. XXXI. n. 1. Recte autem monet Buchnerus, ſingulatim de maritis dici, qui adulteros ferre poſſunt: quae patientia etiam apud Noſtrates proverbio celebratur.

2 *Retardabat.*] Ab accuſatione. Domitianus Equitem Romanum ob reductam in matrimonium uxorem, cui dimiſſae adulterii crimen intenderat, condemnavit. CATAN.

3 *Adulterium.*] Papinianus ad legem Juliam de adulteriis & ſtupro: *Lex Julia ſtuprum & adulterium promiſcue appellat, ſed proprie adulterium in nuptam committitur, propter partum ex altero conceptum compoſito nomine.* IDEM.

4 *Aemulum removiſſe.*] Mitiore vocabulo *aemulum* ſive rivalem vocat, quem adulterum debebat. BUCHNER.

5 *Perageret accuſationem.*] Ut uxorem Galittam condemnandam curaret. *Peregiſſe autem*, ut JC. ff. quadrageſimo octavo ad legem de adulteriis aſſerit, *non aliter quis videtur, niſi & condemnaverit.* Adulterii autem accuſatio ex conſenſu J. Conſultorum imprimis ad maritum pertinet: & marito jure mariti accuſanti illi praeſcriptio objicitur: ſi lege prodidiſſe dicatur, ob hoc quod adgreſſus accuſationem adulterii accuſare deſtitit, quique in adulterio deprehenſam retinuerit, in eum poena ſtatuta. Cujus metu quanquam invitus Tribunus uxorem ream peregit. CATAN.

6 *Invito accuſatore.*] Nam adulterium publicum crimen eſt, & reipub. cauſa conſtitutum. Unde non in manu mariti erat ab accuſatione deſiſtere. Verum ponamus aliquo caſu deſtitiſſe, alium exercere utile erat: nam & pater adulterae & alii accuſare poterant, ſi prius adulterum condemnaſſent. IDEM. Mediceus: *ſed damnari etiam invito accuſatore*, ſine Pronomine *illam.*

7 *Juliae legis poenis relicta eſt.*] Ad Legem Juliam de adulteriis, quae ab Auguſto lata eſt, Digeſtorum titulus eſt Lib. XLVIII. V. & Cod. Lib. IX. ſed neque ibi nec aliis locis usquam poena ipſa diſerte exprimitur. Non unam fuiſſe praeſens noſtri locus arguit: ac inde cauſa non unius opinionis. Sed erudite ſuper iſto negotio Cujacius Lib. VI. Obſervat. cap. XI. & Juſtus Lipſius ad IV. Annal. Taciti diſputarunt: qui conſulendi. BUCHNER.

8 *Caeſar & nomen Centurionis &c.*] Tuendae diſciplinae militaris propria Imperatoris cura eſt: quae cum Centurionis adulterio violata eſſet, ejus cognitio ad Trajanum pertinebat. Hoc itaque in ſententia, quam pronunciarat, allegaverat Trajanus: ne omnes in univerſam hujusmodi cauſae ſuae cognitionis facere videretur. IDEM.

9 *Adjecit.*] Poſtquam pronunciavit de ſupplicio,

& vario rumore jactata, [1] Julii Tironis codicillis, quos ex parte veros
8 eſſe conſtabat, ex parte falſi dicebantur. [2] Subſtituebantur crimini
Sempronius Senecio, Eques Romanus, & Eurythmus, Caeſaris liber-
tus, & procurator. Heredes, cum Caeſar eſſet [3] in Dacia, commu-
9 niter epiſtola ſcripta petierant, ut ſuſciperet cognitionem: ſuſceperat,
reverſus [4] diem dederat: & cum ex heredibus quidam, quaſi reveren-
tia Eurythmi, [5] omitterent accuſationem, pulcherrime dixerat, [6] *Nec
ille Polycletus eſt, nec ego Nero.* Indulſerat tamen petentibus dilati-
onem,

cio, adjecit huic ſententiae ſe ſuſcepiſſe hanc cognitionem adulterii propter diſciplinam militarem, quam corrigere pertinebat ad ſe: nam poſt Auguſtum jam collapſam militarem diſciplinam Trajanus ſeveriſſime reſtituit. CATAN.

1 *Julii Tironis.*] Vel *Julii Tironis codicilli:* vel, *de Julii T. codicillis* conſtat legendum. CASAUBON. Voſſ. Helmſt. Arnz. & Edd. Vett. *Iulii Tironis codicilli*; Veterrimus cum Aldo aliisque impreſſis: *Iulii Tironis codicillis.* Quidam recentiores alteram coniecturam Caſauboni, *de I. T. codicillis*, receperunt: priorem poterant cum ſpecie, & conſenſu Codd. Illa vero non modo in libros, ſed etiam in ſenſum peccat. Non enim ipſa *cognitio* de codicillis multis rumoribus & vario ſermone *iactata* eſſe poteſt, ut quae fuit iuſtiſſima, aequiſſima; ſed res ipſa, ſeu codicilli varie differebantur Emendarem itaque unam ſyllabam, libris veterrimis inhaerens: *Inducta cognitio eſt, multis ſermonibus & vario rumore iactatis Iulii Tironis codicillis.* Supra Epiſt. XIX. n. 1. *Cauſſa ſubitae caritatis*, res *multis* agitata *ſermonibus*, *proximis comitiis honeſtiſſimas voces ſenatus expreſſit.* Salluſt. Cat. cap. XXIX. n. 1 rem *ad ſenatum refert, iam antea vulgi ſermonibus* exagitatam. Tacitus IV. Hiſt. cap. VIII. *Haec magnis utrimque contentionibus* iactata *diverſis ſtudiis accipiebantur.* Quinctilian. Declam. CCCLXXII. *Dum* iactatur *tota civitate* parricidium, *invenit impietas originem ſuam.* CORTE.

2 *Subſtituebantur.*] Accuſabantur. CATAN. Ita *ſubſtituere arbitrio* leg. 30. π. de oper. libert. *Et fere ea mens eſt perſonam* arbitrio ſubſtituentium, *ut, quia ſperent eum recte arbitraturum, id faciant.*

3 *in Dacia.*] Dum bellum gereret contra Decibalum Dacorum regem, cui bis intulit bellum. CATAN. Mediceus: *cum Caeſar eſſet in Patia.* V... *cum Caeſare eſſent inde acta.* Helmſt. *inde acta*; Arnz. *in dacta.* Ed. Vet. Aldus & alii *in Dacia*, quod proxime accedit ad Medicei ſcripturam. Mox, notiſſimo lapſu, librarius Medicei: *ut ſuſciperet, reverſus diem d.* media omittens.

4 *Diem dixerat.*] Dederat diem quo in jus convenirent, citaverat partes ad conſtitutum diem. CATAN. Omnes vulgati, & MSS. recentiores: *diem dixerat*, quod tamen Principi non convenit. Emendavi ex integerrimis & vetuſtiſſimis membranis: *diem dederat.* Sic & Lib. III. Epiſt. IX. n. 32. Dari *ſibi* diem, *& edi crimina poſtulabat.* ubi vide. & adde Cl. Ducker. ad Flori Lib. III. cap. III. n. 14.

5 Remitterent *accuſationem.*] Optimus: *Et cum* heredibus *quidam quaſi r. E.* omitteret *accuſationem*; Ed. Vet. *Eurythmo mitterent*, quae etiam *omitterent* in exemplari invenit. Voſſ. clare *omitterent*, quod verum eſt. Sic *omittere obſidionem, inceptum* & alia nota ſunt. Vide noſtra ad Salluſt. Iug. cap. XCIII. n. 1. *anxius trahere cum animo*, omitteret*ne inceptum, quoniam fruſtra erat.* Vide & ſupra ad Epiſt. V. n. 3. Tacitus VI. Ann. cap. XXX. *quia pecuniam a Vario Ligure* omittendae delationis *ceperant.* Sic *actiones omittere* habemus leg. 25. §. 5. π. Locati. Ipſe auctor Lib. VII. Epiſt. VI. n. 1. *Bithyni* accuſationem *eius, ut temere* inchoatam, omiſiſſe *narrantur.* CORTE.

6 *Nec ille Polycletus, nec ego Nero.*] Sub prioribus Principibus ſic Libertorum potentia creverat, ut ſicut principes civium, ita liberti Principum Domini exſterent. Cum poſſent itaque omnia, omnia obtinerent, nihil non agerent liberti impune, aeque ac imperatores ipſi metuebantur: aliquando & magis. Trajanus igitur, cum intelligeret, heredes *Tironis Eurythmi*, liberti ſui, accuſationem remiſiſſe, quod vererentur ne in miniſtro & gratioſo forte offenderent dominum, corrigere eos & addere animos hoc dicto voluit, ut ſuum jus perſequi pergerent. Oſtendens eo apud ſe loco *Eurythmum* non eſſe, ut vereri eius potentiam deberent; nec ſemetipſum tam ſui oblitum, ut in miniſtri perſona ſuam poſſe laedi exiſtimaret. *Polycletus* potens & dives libertus ſub Nerone fuit, de quo Dionis Epitomator, & Tacitus quoque non uno loco. Pro
tali

onem, cujus tempore exacto [1] conſederat auditurus. A parte heredum intraverunt duo: omnino poſtularunt, ut omnes heredes agere cogerentur, cum [2] detuliſſent omnes, aut ſibi quoque deſiſtere permitteretur. 10 Locutus eſt Caeſar ſumma gravitate, ſumma moderatione: 11 cumque advocatus Senecionis & Eurythmi dixiſſet, ſuſpicionibus relinqui reos, niſi audirentur, *Non curo* (inquit) *an iſti ſuſpicionibus relinquantur*: [3] *ego relinquor.* Dein converſus ad nos, [4] Ἐπίστασθε, 12 *quid facere debeamus? Iſti enim queri volunt, quod ſibi licuerit non accuſare*: [5] tum ex conſilii ſententia juſſit denunciari heredibus omnibus, ut agerent, aut ſinguli approbarent cauſas non agendi, alioqui ſe vel [6] de calumnia pronunciaturum. Vides quam honeſti, quam ſe- 13 veri

tali igitur hoc dicto, per antonomaſiam, *Polycletus*, ponitur: quemadmodum *Nero* pro uſus nullius Imperatore, & qui libertis ſuis omnia indulgeat. Tale illud Petronii Satyrico: *Si Lucretia es, Tarquinium inveniſti.* Item Senecae Agamemnone: *Ubi Helena eſt, Trojam puta.* Buchner. Voſſ. *Polyditus*; ſed Mediceus, Helmſt. Oxon. & Ed. Vet. *Polyclitus*, & apud Dion. Caſſ. Lib. LXIII. pag. 720. nomen hujus liberti editur Πολύκλειτος. In Tacito tamen conſtanter libri *Polycletus* XIV. Ann. cap. XXXIX. Lib. I. Hiſt. cap. XXXVII. & alibi. Similem in aliis nominibus varietatem alibi notavimus, & in hoc eodem Lib. I. Epiſt. XX. n. 10. Polyclitum *eſſe dicebant*, ut habent MSS. Infra recentiores ſcripti & Ed. Vet. *cuius* temporis *exacto.* Sed recte veterrimus *tempore.*

1 Conſederat *auditurus.*] *Sedere* iudicum eſt, ut adparet ex Epiſt. XXXIII. Ovidius XIII. Metam.

Conſedere *duces, & vulgi ſtante corona* &c.

Barth. Helmſt. *conſederat auditurus* aperte *heredum*, cet.

2 *Detuliſſent omnes.*] Uno conſenſu accuſationem omnes inchoaſſent: aut ſi illi deſiſterent ab accuſatione, ſibi quoque liceret abire. Catan.

3 *Ego relinquor.*] Suſpicionibus ſiniſtris, puta. Ac ſi plus aequo indulgeret liberto faveretque. A quo vitio alieniſſimus Trajanus erat. Noſter de eo Paneg. C. LXXXVIII. *Plerique Principes cum eſſent civium Domini, libertorum erant ſervi: horum conſiliis, horum nutu, regebantur: per hos audiebant, per hos loquebantur: per hos praeturae, & ſacerdotia, & conſulatus, imo ab his petebantur. Tu libertis tuis ſummum quidem honorem ſed tanquam libertis habes: abundeque ſufficere his credis, ſi probi & frugi exiſtimentur. Scis enim praecipuum eſſe indicium non magni Principis magnos libertos.* Buchner.

4 Ἐπίστασθε.] Vel καταστήσατε conſtituite, decernite. Catan. Ἐπίστασθε.] Pro hoc verbo, cujus ſignificatio huic loco minime eſt apta, ſubſtituo καταστήσατε ſive καταστήσασθε, ex quodam veteri exemplari, ut ſignificetur *Statuite*, *conſtituite*: vel *decernite.* Licet alio potius verbo aut etiam aliis verbis illa ſignificare ſoleant Graeci. Stephan Voſſ. ἐπεστήσατε. Arnz. ἐνιστήσατε. Ed. Vet. ἐνιστήτετε. At Veterrimus cum Aldo & Gryphio ἐπίστασθε, quod non muto, i. ſcitote, hoc eſt, decernite, cenſete, ut alibi *ſcire* pro decernere accipitur.

5 *Tum ex Conſulis ſententia.*] Palat. & Edd. Vett. recentiores *ex conſilii ſententia.* Gruter. *Ex Conſulis ſententia.*] Quicquid habeat Pal. ſcribendum *ex conſilii ſententia*: vel ſi Conſulum aliquis interfuiſſet, ſed non interfuiſſe credibilius. Cicero Bruto: *Cum Conſules re audita amplius de conſilii ſententia pronunciaſſent.* Idem ad Capitonem Lib. XVI. ad Atticum: *Coſſ. de conſilii ſententia decreverunt ſecundum Buthrotios.* Gronov. Nimis credulum Palatino ſuo paſſim deprehendimus optimum Gruterum. Legendum omnino *ex conſilii ſententia*, quod dedit Aldus & Gryphius, praeſtatque etiam Mediceus, & Buchnero ac Gronovio placuit. Nos de formula ipſa plura diximus ad Lib. V. Epiſt. I. n. 6. Deinde *ſeceſſi, &* ex conſilii ſententia *Videtur*, *inquam* cet. Deinde Mediceus & omnes ſcripti & Ed. Vet. *ut agerent*, quod vulgato *aut agerent* ſubſtitui. Helmſt. & Arnz. vitioſe: *ſinguli* adprovocarent *cauſſas.*

6 *De calumnia.*] Quae eſt vexatio alicujus in litibus per fraudem & fruſtrationem. Et calumniatoribus poena lege Rhemia irrogatur, contra quos

veri dies, quos jucundiſſimae remiſſiones ſequebantur. Adhibebamur
quotidie coenae. erat [1] modica, ſi Principem cogitares: interdum
[2] *ἀκροάματα* audiebamus, interdum jucundiſſimis ſermonibus nox du-
14 cebatur. [3] Summo die abeuntibus nobis ([4] tam diligens in Caeſa-
re humanitas) xenia ſunt miſſa. Sed mihi ut gravitas cognitionum,
[5] con-

quos Imperatores Honorius & Theodoſius haec conſtituerunt: *Quiſquis crimen intendit, non impunitam fore noverit licentiam mentiendi, cum calumniantes ad vindictam poſcat ſimilitudo ſupplicii.* Lege enim XII. tabularum cautum erat, ut calumniator idem pateretur quod reus, ſi convictus eſſet. Plura ff. tertio & Codice de calumniatoribus. CATAN. *Vel de calumnia pronuntiaturum.*] *Calumnia* falſa accuſatio eſt: cui dicta poena: quam qui ſubierant, *calumniatores* demum audiebant contrahebantque infamiam. Vide L. Athletas IV. §. Calumniator IV. D. de his qui notantur infamia. *Pronuntiare* eſt ferre ſententiam, ſive abſolvat ea ſeu damnet. Itaque *pronuntiare de calumnia* eſt, calumniae cauſa damnare. Sic Lib. VI. D. ad Legem Juliam peculatus, *pronuntiari* dicuntur *ad beſtias*, qui damnantur. BUCHNER.

1 *Modica.*] Exemplo D. Auguſti, qui coenam ternis ferculis, aut cum abundantiſſime ſenis praebebat, ut non nimio ſumptu, ita ſumma comitate, ut qui tacentes vel ſummiſſum fabulantes ad comitatem ſermonis provocaret. CATAN. Vulgo: *erat modica, ſi principem* cogites; At omnes MSS. & Ed. Vet. *cogitares*, quod magis in rem praeſentem ducit.

2 *Α'κροάματα.*] Per contractionem ſit *acromata*, quae ſecundum Suidam & Gellium interpretes, ſunt auſcultationes. Antiſthenes dixiſſe traditur, cum vidiſſet adoleſcentem luxurioſum acromatibus deditum, *Miſerum te, adoleſcens, qui nunquam audiſti ſummum acroma*, id eſt tuam laudem. Facit hic opportune ut acromata intelligamus hiſtriones & mimos. Marcus Tullius pro Publio Seſtio: *Ille ipſe maxime ludius, non ſolum ſpectator, ſed actor, & acroama.* Tranquill. in Auguſto: *Et aut acromata & hiſtriones coenis interponebat.* Plutarchus in ſympoſiis acromata refert ſolita eſſe introduci in convivium. Lampridius in Alex. *omnia acromata populo donavit.* Athenaeus tradit Antiochum regem in conviviis *acroamatibus* illuſiſſe. CATAN. *Α'κροάματα.*] Hoc homines utuntur tam de lepidis quibusdam & ad voluptatem aurium comparatis dictis, quam de iis, a quibus ea dicuntur. Poſſunt autem haec *auditiones lepidae* appellari ſeu *feſtivae:* quum Auditio interdum vocetur id quod auditur. Catanaeus putat intelligi hic debere hiſtriones & mimos. Cui ut aſſentiar faciunt haec quae proxime ſequuntur: *Interdum jucundiſſimis ſermonibus nox ducebatur.* Sed malim de mimis tantummodo intelligere. STEPHAN. *Ἀκροαμάτων* nomine adpellabantur illi omnes, qui dictis aut canticis voluptatem auribus facerent, ut ſunt Muſici, hiſtriones, aretalogi ac ridicularii. BUCHNER. Plura Io. Savaro ad Sidon. Lib. I. Epiſt. II. pag. 19. Interpp. Sueton. Aug. cap. LXXIV. Corn. Nepot. Attic. cap. XIV. & Muret. Lib. VI. Var. Lect. cap. XVI. Mediceus autem Latinis litteris ſcripſit *acroamata*; Helmſt. & Ed. Vet. *acromata*, ex quo Arnz. *aromata* fecit.

3 *Summo die abeuntibus nobis.*] Noviſſimo die conſilii diſcedentibus nobis & redeuntibus domum. BUCHNER.

4 *Quam diligens.*] Haud aliter Pal. & ſic quoque MSS. Modii, ceteraeque Editiones Vett. vulgati enim: *tam diligens in Caeſare &c.* GRUTER. *Quam diligens.*] Non ſatis habuit Trajanus, accepiſſe comiter, quos in conſilium vocaverat; muneribus quoque diſcedentes affecit. Diligenter cavens, ne quam humanitatis partem neglexiſſe videretur. *Xenia*, munuſcula, quae hoſpitibus dabantur. Vet. Gloſſ. *ξένιον, τὸ δῶρον τὸ πεμπόμενον ξένῳ Hoſpitale.* Martialis de ſuo libro, quem *Xenia* inſcripſit:

Haec licet hoſpitibus pro munere diſticha mittas,
Si tibi tam rarus, quam mihi nummus erit.

BUCHNER. Quod poſt Gruterum Edd. obſedit, habetur etiam in MSS. noſtris recentioribus, nempe: *quam diligens in Caeſare humanitas!* & defendi poterat ex iis, quae ſupra de ſimili uſu vocum *qualis* & *quantus* diximus, ex qua ratione & Modio placuit Novant. Epiſt. LI. At Veterrimus: *tam diligens in Caeſare humanitas*, quem ſine piaculo deſerere non poſſumus, etiamſi mille Palatini nos ſeducere vellent. Modus loquendi aeque frequens eſt, ac ille alter. Vide, ſi lubet, notam ad Salluſt. Cat. cap. VII. n. 3. tanta *cupido gloriae inceſſerat.* Auctor ſupra Epiſt. X. n. 5. tam *rara in amicitiis fides, tam parata obli-*

[1] conſilii honor, [2] ſuavitas ſimplicitasque convictus, ita locus ipſe per-
jucundus fuit. [3] Villa pulcherrima cingitur viridiſſimis agris: immi- 15
net litori, [4] cujus in ſinu fit cum maxime portus. Hujus ſiniſtrum
brachium firmiſſimo opere munitum eſt: dextrum elaboratur. In 16
ore

oblivio mortuorum Epiſt. XV. extr. Tam ſollicite *recitaturis providendum eſt*, *non ſolum ut ſint ipſi ſani*, *verum etiam ut ſanos adhibeant.* Epiſt. II. n. 5. Tanta *negligentia*, tanta *deſidia*, tanta *denique irreverentia ſtudiorum periculorumque eſt.* Lib. V. Epiſt. XVII. n. 5. Tam notabiliter *pro fratre recitante primum metus eius*, *mox gaudium eminuit.* Lib. III. Epiſt. V. n. 12. Tanta *erat parcimonia temporis.* Epiſt. VII. n. 13. Tam *anguſtis terminis* cet. Sic & *ea*, ubi alias *qua*, Lib. V. Epiſt. VI. n. 13. Ipſe Lucanus, cui alibi *qualis* & *quantus* in ſimili Parentheſi reſtituimus, Lib. IV. vs. 538.

— — tanta *eſt fiducia morti.*

Lib. X. vs. 490.

— — tanta *eſt conſtantia menti.*

CORTE.

1 *Conſilii honor.*] Quia conſtituit Caeſar, quae Senatores conſuluerant. Habitus ergo conſulentibus honor. CATAN.

2 *Suavitas ſimplicitasque convictus.*] Valerius Max. Lib. II. cap. V. *Simplicitatem* veterum *in cibo capiendo* praedicat, & *ſimul humanitatis ac continentiae certiſſimam indicem* tradit, Sed ea huc nihil pertinet. Nam illa *ſimplicitas* epulas ipſas & apparatum earum reſpicit, quem ſimplicem & minus ſumtuoſum apud veteres, frugalemque ac modicum fuiſſe ſignificat. Tacitus de Germania cap. XXIII. *Cibi* ſimplices, *agreſtia poma*, *recens fera*, *aut lac concretum. Sine apparatu*, *ſine blandimentis expellunt famem.* Quam Plinius hic commendat, *ſimplicitas*, ad convivantes ipſos pertinet, & in ſermonibus maxime ſpectatur. Eſt enim & appellatur *ſimplicitas*, cum aperte, candide, libere, & agimus omnia & loquimur; nihil malignitati, fucis, adulationi, relinquimus loci, cum nec inſidiamur alios, & de aliis pariter ſumus ſecuri. Tacitus Ann. VI. cap. V. *Nec multo poſt literae afferuntur*, *quibus in modum defenſionis*, *repetitio inter ſe atque Cottam amicitiae principio*, *crebriſque ejus officiis commemoratis*, *ne verba prave detorta*, *neve convivialium fabularum* ſimplicitas *in crimen duceretur*, *poſtulavit.* Plinius cum Paneg. cap. XLIX. Trajanum ſcribit ſocialem fuiſſe in remiſſionibus; provocaſſe & reddidiſſe ſermonem, non ſpectatorem & annotatorem imminuiſſe convivis, & ejus coenis adeo nullam affuiſſe ſatietatem, quando ſincera omnia ac vera eſſent, hanc ipſam *ſimplicitatem* ac ſuavitatem, de qua hic ſermo, celebrat. Eadem convivandi ratio Auguſto fuit; contraria Domitiano (quam dicto loco perſtringit Noſter) itemque Tiberio ante fuit. Vide Senecam de Benefic. Lib. III. cap. XXVI. & XXVII. BUCHNER. Recte habet ultima expoſitio Buchneri, & eodem ſenſu Noſter Lib. I. Epiſt. XV. n. 4. *Potes adparatius* coenare *apud multos: nusquam hilarius*, ſimplicius, *incautius.*

3 *Villa.*] Centumcellae tunc villa, poſtea extructo portu in oppidum auctum propter opportunitatem commeatuum. CATAN.

4 *Cujus in ſinu quam.*] Lectionem hanc arguunt libri ſcripti, antiquitusque cuſi. Palatini enim & Vett. Edd. *Cujus in ſinu fluit. cum maxime portus hujus ſiniſtrum &c.* Aldina: *Cujus in ſinu portus*, *velut amphitheatrum &c.* GRUTER. Omnino corrupta eſt Vulgata, quae haec eſt: *cuius in ſinu* quam maximus *portus*, velut amphitheatrum. *Huius ſiniſtrum* cet. Sed illa, *velut amphitheatrum*, non in Mediceo, non in ceteris MSS. nec in Edd. Vett. comparent, & ex Gloſſa provenerunt, quam forte ex Rutilio deſumſerunt, qui eumdem portum deſcripſit Lib. I. Itiner. vs. 239.

Molibus aequoreum concluditur amphitheatrum,
Anguſtosque aditus inſula facta *tegit.*

Itaque laciniam iſtam, *velut amphitheatrum*, reſecui. Sed nec reliqua ſana ſunt. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *cuius in ſinu* fluit cum maxime *portus*, corruptum eſt *fluit*, pro quo Voſſ. *fit*, qui tamen vitioſe *tum maxime.* Repoſui ex Mediceo: *cuius in ſinu* fit cum maxime *portus.* Mox enim clarius oſtendit, quod eo tempore, quo haec ſcripſit, portus a Traiano ſit exſtructus. *Cum maxime*, eſt in praeſenti, ſed dictio in Libb. Vett. varie paſſim corrupta, hodie vero a viris doctis ſaepius reſtituta eſt. Vide, quos laudat C. Ducker. ad Flori Lib. II. cap. XVI. n. 3. & adde Donat. ad Terent. Hec. Act. I. Sc. II.

ore portus inſula aſſurgit, [1] quae illatum vento mare, objacens frangat, tutumque ab utroque latere decurſum navibus praeſtet. [2] Aſſurgit autem arte viſenda. Ingentia ſaxa [3] latiſſima navis provehit: Contra, haec alia ſuper alia dejecta ipſo pondere manent, ac ſenſim
17 quodam velut aggere conſtruuntur. Eminet jam & apparet [4] ſaxeum dorſum, impactoſque fluctus in immenſum elidit, & tollit. Vaſtus illic fragor, [5] canumque circa mare. Saxis deinde [6] pilae adjiciuntur, quae

Livineium ad Mamert. Paneg. cap. II. Ut Plinius, ita Cicero de Har. Reſp. cap. XV. *etiamne ea negligemus, quae* fiunt cum maxime? Supra Epiſt. VI. n. 6. *primis etiam &* cum maxime naſcentibus *opuſculis meis intereſt.* Lib. VII. Epiſt. XXVI. n. 4. *Nam tantum utraque lingua valet, ut ea magis videatur excellere, quam* cum maxime *loquitur.* Lib. VIII. Epiſt. XXII. n. 4. *Vereor enim, ne id, quod improbo, inſectari, carpere, fere huic, quod* cum maxime *praecipimus, repugnet.* Lib. IX. Epiſt. XX. n. 2. *Ipſe* cum maxime *vindemias, graciles quidem, uberiores tamen quam exſpectaveram, colligo.* ubi ſe peſſime dedit circa hanc Particulam vir doctus. Seneca Epiſt. CXXIV. *Atqui quantulum intereſt inter eum, qui* cum maxime *vitam accipit, & illum, qui materniorum viſcerum latens onus eſt.* Is ita frequentiſſime. Ita ex MS. legam apud Quinctil. Lib. VI. cap. I. *Haec petuntur aut ex eis, quae paſſus eſt reus, aut ex iis, quae* cum maxime *patitur.* S. Hieronymus ad Chromat. Iovin. & Euſeb. *Hoc iter illa* cum maxime *ingrediens omnium fulcienda praeceptis, omnium eſt ſuſtentanda ſolatiis.* Sic in veterrimis membranis lego. Utitur etiam Tertullianus paſſim, ut de Poenit. cap. VI. de Ieiun. cap. IV. VII. &c. & quis non? *Facere portum* paullo aliter dixit Lucan. Lib. V. vs. 721.

Succedens Boreae iam portum fecerat *Auſter.*

Hic eſt *condere, exſtruere*, ut alibi *facere templa, delubra, facere nidos, muros, moenia.* Vide ad Salluſt. Cat. cap. XII. n. 3. CORTE.

1 *Quae illatum vento mare.*] Sic MSS. niſi quod Mediceus lapſu librarii *quam*, pro *quae*, exhibeat. Similem portus Brundiſini deſcriptionem lege apud Lucan. Lib. II. vs. 616. ſeqq.

2 *Aſſurgit autem arte viſenda.*] Ergo non naturalis ſed manu & arte facta haec inſula erat: & quomodo facta, mox recenſet. VISENDA ARTE, id eſt, digna viſu & admiratione propter artem. Similiter infra Lib. VII. Ep. IV.

Laſcivum inveni luſum Ciceronis & illo
Sectandum ingenio, quo ſeria condidit.

Item Paneg. cap. LI. *Hic immenſum latus circa templorum pulchritudinem provocat: digna populo victore ſedes, nec minus ipſa* viſenda, *quam quae ex illa ſpectabuntur.* viſenda *autem cum cetera ſpecie, tum quod aequatus plebis ac principis locus.* BUCHNER.

3 *Latiſſima navis.*] Pontonem intelligit, hodie quoque ſic appellatum, quo, loco pontis, in trajiciendis fluminibus utuntur. Caeſar: *Ad reliquos milites equitesque transportandos*: pontones, *quod eſt genus navium Gallicarum, Lyſſi reliquit.* Auctor eſt Papinianus flumen trajici *pontonibus*, & hujus generis navium meminit Gellius. CATAN. Non placet vulgaris diſtinctio poſt verbum *provehit*, & poſt *Contra.* Haec enim particula aut cum *provehit*, aut cum *deiecta* iungi debet, ut intelligatur *Contra portum.*

4 *Saxeum dorſum.*] Moles coepta ex ſaxis ſtrui, & ſummis partibus, dorſi inſtar de mari eminens. Sunt autem ποιητικότερα, *canum mare, ſaxeum dorſum*: ut & alia alibi apud Noſtrum, qui audentia iſta, atque ut ipſe alibi vocat παράβολα, nec Epiſtolari genere aliena prorſus & indecora exiſtimabat. BUCHNER. Optimus: *Eminet iam & adparet* os *ſaxeum*; Recte *dorſum*, quod omnibus eminentibus tribuunt. Vide Interpp. ad Virg. I. Aen. vs. 110.

Dorſum *immane mari ſummo.*

& ſic *dorſum*, quod eſt altiſſimum Appennini, dixit Lucan. Lib. II. vs. 428.

Longior educto qua ſurgit in aera dorſo.

5 *Canumque circa mare.*] Albeſcens ſpumis, quas concitatum agit. BUCHNER. Minucius Fel. cap. III. *mare etſi non* canis ſpumoſisque *fluctibus exibat ad terram, tamen criſpis toroſisque.* Plura ad Lucan. Lib. X. vs. 321.

Cuncta fremunt undis, ac multo murmure montis
Spumeus invitis caneſcit *fluctibus amnis.*

6 *Pilae.*] Majores lapides. Dionyſius *Pilam* fuiſſe,

quae procedente tempore [1] enatam inſulam imitentur. [2] Habebit hic portus, & jam habet [3] nomen auctoris, eritque vel maxime ſalutaris. Nam per longiſſimum ſpatium [4] litus importuoſum hoc receptaculo utetur. *Vale.* 18

XXXII. C. Plinius Quintiliano Suo S.

Offert dono Quintiliani filiae nuptae Nonio Celeri quinquaginta millia nummum: plus oblaturus, ſi confideret a modeſtia patris hoc poſſe impetrari.

Quamvis & ipſe ſis continentiſſimus, & filiam tuam ita inſtitueris, ut decebat filiam tuam, [5] Tutilii neptem; cum tamen ſit nuptura honeſtiſſimo viro, [6] Nonio Celeri, cui ratio civilium officiorum ne-

fuiſſe angularem monſtrat Lib. III. hiſtoriarum, Apulejus vocat *pilam mediam*, quae ſtabuli trabes ſuſtinet, & Vitruvius *pilatim agere* aedificia, per pilas ſtruere. CATAN. Feſtus: *Pila, quae parietem ſuſtentat.*

1 *Enatam.*] Genuinam. CATAN.

2 *Habebit hi portus* etiam *nomen a.*] Non aliter omnes impreſſi. At Mediceus, Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *Habebit hic portus*, & iam habet *nomen auctoris*, quod longe elegantius eſt, & miror, ab nemine animadverſum eſſe. Habebat ſane iam tum nomen Traiani, quod mox Cataneaus & Buchnerus oſtendunt. Apud Ptolemaeum, Lib. III. cap. I. Τ αϊανὸς λιμὴν, *Portus Traianus*, qui tamen ſitum eius non ſuo loco ponit.

3 *Nomen auctoris.*] Dicitur Trajanus portus, & Ptolemaeus poſt Populoniam Trajanum locat portum. Nam Trajanus Anconitanum portum ex pecunia ſua tutiorem reddidit, ſicut teſtatur vetus elogium, quod adhuc illic extat: ſed Centumcellarum portum primus ipſe conſtruxit, & appellationem a conditore accepit. Utrumque fere in medio Italiae, ut ille mari Adriatico, hic Tyrrheno ſerviret, quem ſane puto Juvenalem monſtraſſe per illa:

Tandem intrat poſitas incluſa per aequora moles,
Tyrrhenamque Pharon, porrectaque brachia rurſus,
Quae pelago occurrunt medio, longeque relinquunt
Italiam, non ſic igitur mirabere &c.

CATAN. *Nomen auctoris.*] Trajani appellabitur; ut alia ipſius opera, quae plura ac permagnifica, utilia tamen atque ſalubria, fecit Trajanus, quod notant & laudant Dio, Eutropius, Victor. Sed quoniam omnibus operibus, quae vel feciſſet ipſe primum, vel inſtauraſſet ornaſſetque aliorum, nomen ſuum inſcriberet, falſis hominibus dicterii cauſam praebuit: quibus *herba parietina* vocabatur, quod Ammianus Marcellinus Lib. XXVII. obſervat. BUCHNER.

4 *Litus* importuoſum.] Veterrimus: *litus inaeſtuoſum*, ut Horatius *inaeſtuo* dixit, cuius etiam eſt *aeſtuoſus* variis locis. *Importuoſum* illuſtravimus ad Salluſt. Iug. cap. XVII. n. 5. *Mare ſaevum*, importuoſum.

5 *Tutilii neptem.*] Filiam *Tutilii* uxorem duxit Quintilianus, ex qua filiam ſuſcepit, quam Nonio Celeri deſpondavit. Idem Lib. III. commemorat *Tutilium* aetatis ſuae Rhetoricae ſcriptorem. CATAN. Mediceus & Helmſt. Tutili *neptem*. Inde Voſſ. fecit. *Tituli neptem*. Ed. Vet. *Tutilli*. Praeterea Mediceus: *ut decebat* tuam filiam, *Tutili neptem*. Quia in *tuam* potior vis iacet, & antea dixit *filiam tuam*, non poſſum illum poſitum improbare. Alioquin pro vulgari ordine bene multa dixi ad Salluſt. Cat. cap. II. n. 2 & cap. IX. n. 1.

6 *Nonio Celeri.*] *Nonium Celerem* cum Junio Quintiliano conſulatum geſſiſſe Frontinus Auctor. Martialis ad Auctum ſcribens, teſtatur *Celerem* fuiſſe

neceſſitatem quandam nitoris imponit, debet ſecúndum [1] conditionem mariti veſte, comitatu (quibus non quidem augetur dignitas, ornatur tamen) inſtrui. Te porro [2] animo beatiſſimum, modicum facultatibus
2 ſcio. Itaque partem oneris tui mihi vindico, & tamquam parens alter puellae noſtrae confero quinquaginta millia nummum: [3] plus collaturus, niſi a verecundia tua ſola mediocritate munuſculi impetrari poſſe confiderem, ne recuſares. *Vale.*

XXXIII. C. Plinius Romano Suo S.

Gloriatur ſe egiſſe apud centumviros pro Accia Variola vario eventu: Praemittit igitur Romano quicquid in cauſa acciderit, & artes

fuiſſe virum integrum, & Hiſpaniae Proconſulem. Catan.

1 *Conditiones mariti, &c.*] Secutus ſum exemplar Palatinum, cui & adſtipulantur membranae a Modio expreſſae, & Edd. Vett. Nupere vulgati Aldinam ſecuti exhibebant: *veſte, comitatu augeri; quibus non quidem augetur dignitas, ornatur tamen & inſtruitur.* Gruter. Modium vide Novant. Epiſt. XCII. cumque eo atque Grutero faciunt penes nos Voſſ. Helmſt. & Arnz. At primarius ille Mediceus Aldinam amplectitur, quam neſcio, an ita facile repudiare debuerint Gryphius, Modius, Gruterus. *Veſte, comitatu augeri* tam bene dicitur, quam *dignitate, honoribus, divitiis augeri.* Supra Lib. V. Epiſt. XV. n. 3. *Neque enim* augeri dignitate, *quam aequari bonis, gratius.* Vide ad Lib. III. Epiſt. VIII. n. 2. Apuleius Apolog. pag. 314. *Quorumdam filias* dote auxi. Ovidius IV. Faſt. vs. 117.

> *Quid, quod ubique potens,* templis*que frequentibus* aucta.

Repetitum *augetur* cum Particula negandi elegantiae potius eſt, quam ut illud ad mutationem impellere poſſit. Tandem & alia: *dignitas ornatur & inſtruitur* legitime dicitur. Sic iungit illa Livius Lib. XXIV. cap. XLVIII. *Sed armandi* ornandi*que &* inſtruendi *eos artem ignorare.* Vide infra ad Lib. X. Epiſt. IV. n. 2. & ad Salluſt. Cat. cap. XXXVI. n. 1. Quae ſi conſideras, haud immerito Mediceam, ſive Aldinam lectionem revocandam eſſe cenſebis. Praeterea aliud vitium tollendum. Scribendum nempe, ut ego feci, ex iisdem veterrimis membranis & Arnz. *Secundum* conditionem *mariti*, non cum vulgo *conditiones.* Ita *conditio ſervilis* apud Iuſtinum; *conditio mortalis* apud Velleium, & apud Suetonium *homo conditionis abiectae, conditionis Latinae, incertae, peregrinae*, Idemque Aug. cap. XL. *cum & de numero, & de* conditione *ac differentia* eorum, *qui manumitterentur, curioſe caviſſet.* Claud. cap. XXV. *Nihilo deteriorem virtutem aut* conditionem *ſuam praedicantes.* Grammat. cap. XXI. *permanſit tamen in ſtatu ſervitutis*, praeſentem*que* conditionem *verae origini antepoſuit.* Aeque frequenter etiam Tullius & Fabius aliique. Unum addo Phaedrum Lib. III. Fab. VII. vs. 7.

> *Canis ſimpliciter: eadem eſt* conditio *tibi,*
> *Praeſtare domino ſi par officium potes.*

Et ſic perpetuo, numquam *conditiones.* Concurſus aliquot litterarum *m* non morabitur, ſi reſpicias, quae indicavimus ad Lib. II. Epiſt. V. n. 9. Vereor tamen, ne quis nimis argutus, vocabulum *mariti* expungat, ut ſit: *debet tamen ſecundum* conditionem *veſte, comitatu augeri. Conditionem* enim praeciſe pro marito dici pluribus docuit Gronovius Lib. I. Obſerv. cap. VI. ad Senec. Lib. I. de Benef. cap. IX. & alii. Corte.

2 *Animo beatiſſimum.*] Quia ſummus dicendi rhetor & artifex. Juvenalis felicem eum vocat, & divitem: hic vero Noſter modicum facultatibus, reſpectu ſui, qui fuit ditiſſimus: at Juven. reſpectu aliorum rhetorum pauperum, & quod ex tenui facultate ad honeſtas opes proceſſiſſet. Catan.

3 *Plus collaturus.*] Majori ſumma te juviſſem. Quam gratus in praeceptorem Secundus, qui nec

ſuae orationis detegit, quam refert a quibusdam comparari ei, quam dixit Demoſthenes pro Cteſiphonte, judicemque hujus Romanum facit.

[1] TOllite *cuncta*, inquit, *coeptosque auferte labores.* ſeu ſcribis aliquid, ſeu legis, tolli, auferri jube, & [2] accipe orationem meam, ut [3] illa arma, divinam. [4] Num ſuperbius potui? revera, ut inter meas, pulchram. Nam mihi ſatis eſt certare mecum. Eſt haec pro 2
[5] Accia Variola & dignitate perſonae, & exempli raritate, & judicii magnitudine inſignis. Nam femina ſplendide nata, nupta praetorio viro, exheredata ab octogenario patre, intra undecim dies, [6] quam illi novercam amore captus induxerat, [7] quadruplici judicio bona paterna

nec egentem, nec rogantem opibus juvit. *Plus collaturus.*] Contuliſſem. Participium futurum praeteriti ſignificationem ſuſtinens. CATAN.

1 *Tollite cuncta*, &c.] Carmen ex VIII. Aeneidos, ubi Vulcanus Aeneae fabricaturus arma, jubet ut Cyclopes, quae in manibus habebant, deponerent, cum magis urgentia forent elaboranda. IDEM.

2 *Accipe orationem meam.*] Scribe, *ut illi arma, divinam.* Vocat orationem illam ſuam divinam, & poſtea corrigit ſe, aitque, *ut inter meas pulcram*: ſic in fine, *praecipuam ut inter meas*, tollenda enim ex loco eo ὑποστιγμή. Sed immenſum ſit depravatos in his epiſtolis locos hac ratione, punctis, inquam, male collocatis, omnes perſequi. Sane non omnes aſſequuntur elegantiſſimi ſcriptoris argutiam: quae magnam ſaepe requirit attentionem, quod ſemel dicere placuit, ne exſpectaret Lector, ut de omnibus admoneretur a nobis. CASAUBON. *Accipe orationem*, &c.] Probo Caſauboni emendationem legentis: *Orationem, ut illi arma, divinam.* Nam quia *divinam* vocaverat, mox ſubjicit Noſter: *Num quid ſuperbius potui?* Quare ut nimium illud atque ſuperbum corrigeret quaſi reſtringeretque, adjicit: *re vera, ut inter meas, pulchram. Divinam* vocare ſuperbum erat: *pulchram*: neque id tamen ex comparatione illarum, quas alii; ſed quas ipſe ſcripſiſſet, dicere, modeſtiae erat. Senſus igitur eſt: ut illi, puta Cyclopes, arma Aeneae fabricanda ſepoſitis aliis omnibus accipiebant a Vulcano, qui hoc praecipiens apud Virgilium illo ipſo verſu, quem in principio poſuit Noſter, Cyclopes alloquitur; ita tu orationem meam divinam ea conditione legendam accipe, ut cetera omnia longe poſthabeas. BUCHNER. Veriſſime Caſaubonus emendavit *divinam*, quod & Mediceus, & Arnz. apud nos praeſtant. Sed iidem Codd. praeterea, ut & reliqui MSS. & Edd. Vett. *ut* illa *arma*, non *illi*, quod negligendum non erat. Helmſt. corrupte: *divina* ſum *ſuperbius p.* Voſſ. *Sin id ſuperbus poſui.*

3 *Illi.*] Vulcani miniſtri Brontes & Steropes, & nudus membra Pyragmon, arma divina, ſumma, & Vulcani juſſu decocta in manus acceperunt. CATAN.

4 *Num ſuperbius potui?*] Loqui de me & rebus meis, cum me Vulcano, mea vero ſcripta comparem divinis Aeneae armis? *Certare mecum.*] Contendere ut efficiam meliores orationes, quam antea fecerim, & non ſuperare Demoſth. vel Cicer. IDEM.

5 *Accia Variola.*] Sidonius Apollinaris Lib. VIII. ad Rauricium hujus actionis mentionem fecit, *C. Plin.* inquit, *pro Accia Variola plus gloriae de Centumvirali ſuggeſtu domum retulit, quam cum M. Ulpio Trajano incomparabili principi incomparabilem panegyricum dixit.* Variam vero Heliogabali aviam Lampridius monumentis protulit. IDEM. Optimus: *pro Attia Viniola*; Ceteri etiam *Viriola.*

6 *Quam* ille *novercam* ei *amore captus induxerat.*] Ita omnes impreſſi, & recentiores ſcripti. Melius optimae membranae: *quam* illi *novercam amore c. i.* In iisdem eſt etiam *praetorio viro*; at Helmſt. Arnz. Ed. Vet. & Aldus *praetori viro*, vitioſe.

7 *Quadruplici judicio.*] Apud Centumviros, ubi fiebant quatuor judicia, ideo erant totidem Tribunalia. CATAN. Vide ſupra ad Lib. I. Epiſt. XVIII. VEENH.

3 terna repetebat. Sedebant Judices [1] centum & octoginta: tot enim quatuor conſiliis [2] colliguntur: [3] ingens utrimque advocatio, & numeroſa ſubſellia: praeterea denſa [4] circumſtantium corona, latiſſimum
4 judicium multiplici circulo ambibat. Ad hoc ſtipatum tribunal, atque etiam ex ſuperiore [5] Baſilicae parte, qua feminae, qua viri, & audiendi, quod difficile, [6] &, quod facile, viſendi ſtudio imminebant. Magna exſpectatio patrum, magna filiarum, magna etiam noverca-
5 rum. Secutus eſt varius eventus. Nam duobus conſiliis [7] vicimus, toti-

1 *Centum & octoginta.*] Opinor legendum *centum quadraginta.* Nam primum terni ex ſingulis tribubus Judices electi ſunt: (cum decuriae judicum tres tantum eſſent,) ita ut eſſent numero centum quinque, poſtea aucti, usque ad centum octoginta. Obtinuit tamen uſus, ut Centumviri dicerentur, Varro enim in Re ruſtica inquit, *Centumviralis judicii numerus non fuit ad amuſſim, ut cum dicimus mille naves iiſſe ad Trojam.* Poſtea quarta decuria ab Auguſto addita, & quinta a Caligula, crevit judicum numerus ad centum ſeptuaginta quinque: qua deinde ſublata, reſtitit numerus intra centum quadraginta, ſervata ſemper priore appellatione centumvirorum. Tametſi legerim apud Ciceronem pro Planco cap. XXV. judices equeſtris ordinis principes ſediſſe, niſi mendam illic exiſtimare volumus. Tunc enim equitum decuriae tres tantum erant. CATAN. Vitium ſubeſſe videtur verbis Catanaei, quando ſcribit: *poſtea aucti ad centum octoginta*; nam ex mente ipſius ſcribi oportebat; *centum quadraginta.* De numero & ipſo iudicio ſupra diximus: Tu lege Siccam. de Centumvir. Iudic. & quae contra eum Praefat. Tom. II. Antiqu. Rom. diſputavit Graevius. Mediceus: *ſedebant centum & octoginta iudices.*

2 *Conſcribuntur.*] In antiqua lectione fuit, *colliguntur.* CATAN. *Conſcribuntur.*] Vulgati *conſiliis colliguntur*; ſed nolente Palatino & Editione antiquiſſima. GRUTER. Nolit licet Palatinus; & eius aetatis plures Codd. Vult tamen veterrimus Mediceus, cuius eſt *colliguntur.* Et quis *conſcribere centumviros* dixit, aut dicere potuit? *Cogere* proprium verbum eſt, quod paſſim occurrit. Hic vero omnes numerat, qui in quatuor iudiciis ſedent, qui numerus recte dicitur *colligi.* Cicero Cat. II. cap. IV. *ingentem* numerum *perditorum hominum* collegerat. quod ſane eſt frequentiſſimum. Hic vero etiam pro *confici* accipere poſſumus, ut maior Plinius *tot anni colliguntur*, alii alia ſimili ſenſu protulerunt. Similiter infra Lib. VII. Epiſt. XVII. n. 10. *Quia in numero ipſo eſt quoddam magnum* collatumque conſilium. CORTE.

3 *Ingens utrinque advocatio.*] Magnus advocatorum numerus advenerat, qui pro utraque parte aderat, & erant innumerae minorum Judicum ſedes. CATAN. *Ingens utrinque advocatio.*] Falſi arguunt hanc ſcripturam Palat. & Edd. Vett. in quibus, *ingens utrinque advocatorum & numeroſa ſubſellia praeſtantium corona latiſſimum &c.* monuitque Catanaeus loco *praeſtantium*, alias lege *prehenſantium.* GRUTER. Cum Palatino & Edd. Vett. faciunt ex noſtris Helmſt. & Arnz. item Voſſ. niſi quod is *adſtantium* praeferat, pro *praeſtantium.* Nihilo tamen minus integra eſt recepta lectio, quod teſtis, omni exceptione maior, Codex Mediceus evincit. Illud *advocatorum* ortum eſt ex Gloſſa, quae declarabat *advocationem* hic pro *advocatis* poni, & alibi *conſilium*, pro conſiliariis; *adminiſtratio*, pro adminiſtrantibus; *officia*, pro officiis fungentibus. & ſic Livius Lib. III. cap. XLVII. *Virginius filiam ſuam obſoleta veſte, comitantibus aliquot matronis, cum* ingenti advocatione *in forum deducit.* Reliqua aliquot ſyllabis omiſſis corrupta ſunt. CORTE.

4 *Circumſtantium.*] Seu *praeſtantium*, Auditorium exiſtentium ante magna ſubſellia, quae ſunt minorum judicum ſedes. In aliquibus exemplaribus habetur, *prehenſantium.* CATAN.

5 *Baſilicae.*] Juliae, in qua Centumviralia judicia agebantur. IDEM.

6 *Et*, quod *facile*, *viſendi ſt. i.*] Mediceus, *&*, facile, *viſendi ſtudio* imminebat, poteratque hoc *facile* non inepte defendi. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. iſta: *& quod facile*, omittunt, Voſſ. & Oxon. tantum *quod facile*, Particula ſervata. Quidam ſupra, contra auctoritatem librorum: *quod* erat *difficile.*

7 Vicimus, *totidem* victi *ſumus.*] Xenophon Lib. VIII. Cyropaed. pag. 589. Δῆλον δ᾽ ἦν ὅτι ἐςοχάζοντο μὲν οἱ ἀνταγωνιζόμενοί τι ἀμφότεροι τῶν κρατίςων καὶ τῶν μάλιςα φίλων κριτῶν· ὁ δὲ μὴ ΝΙ-
ΚΩΝ

totidem victi ſumus. Notabilis prorſus res & mira, eadem in cauſa,
iisdem judicibus, iisdem advocatis, eodem tempore tanta diverſitas
accidit [1] caſu, quod non caſus videretur. [2] Victa eſt noverca: Ipſa 6
heres ex parte ſexta. Victus [3] Suberinus, qui exheredatus a patre,
ſingulari impudentia alieni patris bona vindicabat, non auſus [4] ſui
petere. Haec tibi expoſui, primum, ut ex epiſtola ſcires, quae ex 7
oratione non poteras: deinde (nam detegam artes) ut orationem libentius legeres, ſi non legere tibi, ſed intereſſe judicio videreris,
quam, ſit licet magna, non deſpero gratiam [5] breviſſimae impetraturam. Nam & copia rerum, & [6] arguta diviſione, & narratiunculis 8
pluribus, & eloquendi [7] varietate renovatur. Sunt multa (non auderem

ΚΩΝ τοῖς μὲν ΝΙΚΩΣΙΝ ἐφθόνει, τὺς δὲ μὴ ἑαυτὸν κρίνοντας ἐμίσει· ὁ δ᾽ αὖ ΝΙΚΩΝ, τῷ δικαίῳ προτεποιεῖτο ΝΙΚΑΝ, ὥςε χάριν ὐδενὶ ἡγεῖτο ὀφείλειν.

1 *Caſu* quidem, ſed *non* ut *caſus videretur.*] Hoc Gryphius invexit, & obtinuit in Vulgatis. MSS. Oxon. Helmſt. & Ed. Vet. *caſu quidem non caſus videretur.* Optimus & Arnz. *caſu*, quod *non caſus videretur.* Idque reſtitui, & expreſſit olim Aldus, Catanaeus, alii. Bene *quod.* Vide notata ad Lib. III. Epiſt. V. n. 2. *Eſt enim* hoc *quoque ſtudioſis non iniucunda* cognitio, & plura ad Lucan. Lib. IX. vs. 536.

Par Geminis Chiron, & idem, quod *Carcinos ardens*,
Humidus Aegoceros.

Infra Lib. IX. Epiſt. XIII. n. 24. *Accidit* fortuitum, *ſed* non tamquam fortuitum, *quod editis libris* cet. CORTE.

2 *Victa.*] Noverca. Hoc videtur factum contra leges, quibus nunc utimur: nam Martianus ff. quinto. *Si pars*, inquit, *iudicantium de inofficioſo teſtamento contra teſtamentum, pars ſecundum teſtamentum ſententiam dederit, quod interdum fieri ſolet: humanius erit ſequi eius partis ſententiam, quae ſecundum teſtamentum ſpectavit: niſi aperte inique ſecundum ſcriptum heredem pronunciaſſe apparebit, quod fortaſſe judices in hoc ſunt intuiti.* CATAN.

3 *Suburranus.*] Filius novercae, & privignus ſenis illius octogenarii Non tamen credo eundem eſſe: cujus paulo poſt fit mentio. Et Spartianus refert ſub Trajano bis Conſulatum geſſiſſe. In quibusdam exemplaribus legitur *Suberinus*: ſed de nomine, quod alibi non repetitur, non contendo. Quamvis in epiſtolis apud Ciceronem legatur, *C. Suberinus Calenus.* IDEM. *Suberranus.*] Pal. & Edd. Vett. *Suberrimus.* GRUTER. *Victus Suberranus.*] Ex Palatinis legendum videtur *Suberrinus.* Fuit hic novercae illius filius, quam Acciae pater octogenarius induxerat: qui, ſicut Accia, exheredatus a patre, non, ſicut Accia ſui, ſed alieni patris, hoc eſt, Vitrici bona contra Acciam una cum matre, noverca Acciae, petebat ſeu vindicabat. BUCHNER. Recentiores noſtri *Suberrimus*; Veterrimus cum Aldo *Suberinus.*

4 *Sui.*] Bona legitimi ſui patris, quae non audebat petere, quia jure fuerat exheredatus. CATAN. Helmſt. & Arnz. *ſuis*, vitioſe.

5 *Breviſſime impetraturam.*] Mirum eſt, tot editores non eluiſſe minimam maculam, quae ſententiae prorſus turbandae. Legendum enim erat *breviſſimae*, eo ipſo facies periodi honeſtiſſima, quae antea nulla erat. GRUTER. *Breviſſime.*] Brevi admodum tempore. BUCHNER. *Gratiam breviſſime impetraturam.*] Video quid hic optimus Buchnerus. At tu, ſi verum vis, lege *breviſſimae*, nempe orationis. GRONOV. Recte *breviſſimae*, & ſic, diſtinctis litteris, membranae primariae. Idem etiam ex Arnz. notatum habeo, & edidit Boxhornius. Simili Figura Tullius Lib. III. Fam. Epiſt. X. n. 6. *Q. Servilius* perbreves *mihi a te litteras reddidit, quae mihi tamen* nimis longae *viſae ſunt.*

6 *Arguta diviſione.*] Subtili partitione, quamvis ſit aliqua differentia, inter partitionem & diviſionem. Eſt enim *diviſio* rerum plurium in ſingulas: *partitio*, ſingularum in partes diſcretio. CATAN.

7 *Varietate.*] Prout res exigebant, interdum gravi, nonnunquam mediocri, quandoque attenuato dicendi genere, quotiesque admonebatur, digreſſionibus, & non imtempeſtivis amoenitatibus,

rem niſi tibi dicere) elata, multa [1] pugnantia, multa ſubtilia.
9 Intervenit enim acribus illis, & erectis frequens neceſſitas computandi, ac pene [2] calculos, tabulamque poſcendi, ut repente
10 in privati judicii formam Centumvirale vertatur. Dedimus vela indignationi, dedimus irae, dedimus dolori: & in ampliſſima cauſa, quaſi magno mari pluribus [3] ventis ſumus vecti. In
11 ſumma, ſolent quidam ex contubernalibus noſtris exiſtimare, hanc orationem (iterum dicam) praecipuam, ut inter meas, [4] ὡς ὑπὲρ Κτησιφῶντος eſſe. an vere, tu facillime judicabis, qui tam memoriter tenes omnes, ut conferre cum [5] hac, dum hanc ſolam legis, poſſis. *Vale.*

XXXIV.

bus, ab itinere diſceſſit. *Renovatur.*] Delectat tanquam nova. Catan. Mediceus : *&* eloquentis *varietate.* Factum forte ex : *&* eloquentiae *varietate* quod Gloſſa non ſatis adcurata fuit τοῦ *eloquendi.* Supra iuniores ſcripti *narratiuncula.*

1 *Pugnantia.*] Acria, vehementia. Nam tota prope in contentione dicendi erat. Eam opinor fuiſſe, quam Lib. I. Arrio emendandam miſerat. Catan. *Pugnantia.*] Contentioſa ac fortia. Mox *acria* & *erecta* vocat : quibus *ſubtilia* opponit : quae lenia ſunt ac doceri contenta, ut calculi & computationes. Buchner. De *elato* diximus ad Lib. I. Epiſt. VIII. n. 5. Lib. II. Epiſt. XIX. n. 5. *His accedit, quod oratio, de qua loquor*, pugnax *& contentioſa eſt.* ubi & hoc *pugnax* illuſtramus. Sane hoc etiam loco MS. Voſſ. *pugnacia* habet, pro *pugnantia.*

2 *Calculos tabulamque.*] Quibus computare ſolemus: unde Lib. IX. apertius, *calculo* dixit *oſtendam.* Tabulam autem intelligit calculatoriam. Catan.

3 *Ventis.*] Affectibus, motibus animi, indignatione, ira, dolore; hic excedit ſtilum epiſtolarem. Grandior enim eſt, & hoc ſatis elucet, quam ut magis probetur. Idem. Vide ad Lib. IV. Epiſt. XX. n. 2. *In quo tu ingenii ſimul dolorisque* velis *latiſſime vectus es.*

4 Ὡ'ς ὑπὲρ Κτησιφῶντος.] Id eſt optimam, & ſimilem ei orationi, quam Demoſth. dixit pro Cteſiphonte. Hic cum Demoſtheni coronam pro reparatione murorum urbis Athenarum decreviſſet, Aeſchines invidia motus Cteſiphontem accuſavit, tanquam id injuſte feciſſet, & pariter in Demoſthenem invectus eſt acerrime: verum Demoſthenes elegantiſſima & copioſiſſima oratione Cteſiphontem defendit, & accuſatorem vicit. Catan. Arnz. Helmſt. & Ed. Vet. *hanc orationem* (*iterum dicam*) *ut inter meas* ὑπὲρ Κτησιφῶντος *eſſe*, omittentes vocem *praecipuam* & Particulam ὡς, quam & reliqui MSS. ignorant. Eamdem lectionem expreſſit Aldus. At Mediceus: *iterum dicam, praecipiam ut inter meas eſſe*, neſcio, plane omittens Graeca, an poſt iſta ſubiiciens. Graeca tamen non bene abeſſe poſſunt; aliter fruſtra ad contubernales provocaſſet. Dictio *ut inter meas* ſua ſe elegantia tuebitur apud pleroſque, ut ſupra n. 1. *revera*, ut inter meas, *pulchram.* Sic Tacit Germ. cap. XXX. *Multum*, ut inter Germanos, *rationis ac ſollertiae.* Idem alibi : *ut inter barbaros*, *ut noſtris temporibus* & ſimilia. quomodo Cicero : *ſcriptor*, ut temporibus illis, *luculentus*, & plura ad eamdem formam. Sed qui cum cura adtendit, ſentiet nihil hic dici: *praecipuam*, *ut inter meas*, ſi ad iſtam elegantiorem ſenſum reſpicere velis. Quare ſervarem, tranſpoſita una vocula, veterrimarum membranarum lectionem: *ſolent quidam ex contubernalibus noſtris exiſtimare*, *hanc orationem* (*iterum dicam*) *praecipuam inter meas*, ut ὑπὲρ Κτησιφῶντος *eſſe.* Si hoc diſplicet, placebit fortaſſe Aldina ſcriptura, quae in tot aliis MSS. viſitur. Corte.

5 *Hac.*] Pro Variola : ſcilicet potes judicare ex ſola lectione hujus, an ſit potiſſima aliarum. Catan.

1 *Gla-*

XXXIV. C. Plinius Maximo Suo S.

Maximi munus gladiatorium Veronenſibus editum in funere uxoris commendat: dolet tamen Pantheras non adveniſſe in tempore, ut pariter daret ſpectaculo.

REcte feciſti, quod [1] gladiatorium munus [2] Veronenſibus noſtris promiſiſti, a quibus olim amaris, ſuſpiceris, ornaris. Inde etiam [3] uxorem cariſſimam tibi & probatiſſimam habuiſti: cujus memoriae aut opus aliquod, aut ſpectaculum, atque hoc potiſſimum, quod [4] maxime funeri, debebatur. Praeterea tanto [5] conſenſu rogabaris, ut ne- 2
gare [6] non conſtans, ſed durum videretur. [7] Illud quoque egregie, quod tam facilis, tam liberalis in edendo fuiſti. [8] Nam per haec etiam magnus

1 *Gladiatorium munus*] Quod in funere illuſtrium dari populo notum: eſt tanquam lugubre ſpectaculum. CATAN. Adi Lipſium Lib. I. Saturnal. cap. VII. BUCHNER.

2 *Veronenſibus noſtris.*] In Tranſpadana regione, in qua & Comum patria noſtra, ſic Brixiam Lib. I. appellavit, ex illa noſtra Italia. Vel quos patrocinio ſuo tuendos ſuſceperat. Sic ad Sabinum Firmanos ſuos dixerat: an cum quibus propter vicinitatem, & elegantiam ingeniorum, multae neceſſitudines interceſſiſſent? nam & filiam Quintiliani, quam ornandam ſuſceperat, ſuam appellavit. An quia erant maxima neceſſitudine conjuncti? Minutio enim ſcribens dicet, *quo amicus tuus, immo noſter uteretur.* Quid enim non commune amicis? nam ridiculum eſſet per hoc dicere Caecilium Veronenſem, cum ubique ſe Comenſem fateatur. CATAN. *Veronenſibus noſtris.*] Suos vocavit Veronenſes propter avunculum Plinium, qui inde fuit. BUCHNER.

3 *Uxorem cariſſimam tibi* & probatiſſimam *habuiſti.*] Aldus omiſit *&* *probatiſſimam*, quod tamen MSS. omnes & Edd. Vett. ſervant.

4 *Maxime funeri debeatur.*] Antiquitus enim non niſi in funeribus, & mortis cauſa dari ſolebant haec munera ſive ſpectacula. Quod defunctorum animos humano ſanguine propitiari crederent. Conſule Lipſium Lib. I. Saturnal. cap. VIII. CATAN. MSS. recentiores, & Edd. Vett. ita haec concipiunt: *cuius memoriae aut opus aliquod, maxime funebre, debeatur*, ceteris neglectis, idque infra Gruterus etiam ex Palatino profert, & tantum non probat. Vulgatae tamen adhaeret Mediceus, quae & commodum ſenſum miniſtrat. In altera lectione, etiamſi ex voluntate Gruteri emendetur, inconcinnum eſt *opus funebre.* Fuerunt tamen, qui Gruterum ſequentes meliorem lectionem exturbarunt.

5 *Conſenſu.*] Conſpiratione Veronenſium, ubi amphitheatrum adhuc extat ſpectaculorum gratia conſtructum. CATAN.

6 *Non conſtans, &c.*] Exceſſus *Conſtantiae*, *durities eſt.* Noſter Panegyr. cap. LXXXVI. *Quibus enim muneribus aequari haec cura principis, haec patientia poteſt? qua meruiſti, ut ille ſibi minimum fortis, ac prope durus videretur.* Nam *fortis* conſtans eſt. Alii conſtantiae exceſſum rigorem vocant, ut Seneca Lib. I. de Ira cap. ult. *Cui*, inquit, *pro conſtantia rigor.* BUCHNER.

7 *Illud quoque* egregium.] Ita vulgatae, ſed contra fidem omnium MSS. & Edd. Vett. in quibus *egregie* legitur, quod Aldus, Gryphius, alii expreſſerunt. *Egregie* nempe factum, vel feciſti, ut princ. Epiſt. *Recte feciſti.* Sic loquitur ſupra Epiſt. XXVII. n. 4. Lib. II. Epiſt. III. n. 3. Lib. VII. Epiſt. XIV. princ. *Tu quidem* honeſtiſſime, *quod tum impenſe rogas & exigis.* adde Eod. Epiſt. XV. n. 2. Cicero Lib. I. Tuſc. cap. IV. *tamen* inepte, *quisquis Minervam docet.* & paſſim. CORTE.

8 *Nam per haec etiam magnus animus oſtenditur.*] Spectaculorum editio magnificentiae eſt, atque haec magni animi qui maxime declaratur, ſi & facile edes, & liberaliter: nam difficulter ac parce maligneque dare, & gratiam minuit, & magnanimitatis laudem corrumpit. Nam parcere pecuniae videtur, quod humilis atque anguſti ani-

3 magnus animus oſtenditur. Vellem [1] Africanae, quas coemeras plurimas, ad praefinitum diem occurriſſent, ſed licet ceſſaverint illae tempeſtate detentae, tu tamen meruiſti, [2] ut acceptum tibi fieret, quod quo minus [3] exhiberes, non per te ſtetit. *Vale.*

animi eſt. Cicero Lib. I. de officiis: *Nihil tam anguſti animi atque tam parvi, quam amare divitias; nihil honeſtius, magnificentiusque, quam pecuniam contemnere, &c.* BUCHNER.

1 *Africanae.*] Pantherae, quas Africanas dici Plin. Lib. VIII. cap. XVIII. tradit. *Senatus*, inquit, *conſultum fuit vetus, ne liceret Africanas in Italiam vehere: contra hoc tulit ad populum Cn. Aufidius Tribunus plebis, permiſitque Circenſium gratia importari. Celeberrimae ſunt in Africa, vivacitatis adeo lentae, ut ejectis interaneis diu pugnent.* Vid. & apertius Lib. XXXVI. *Accidit*, inquit, *Praxiteli, ut cum in navalibus, ubi fere Africanae erant, per caveam intuens leonem caelaret: ex alia cavea panthera erumperet non levi periculo diligentiſſimi artificis.* Dion in Caligula Lybicas feras, quas noſtri *Africanas* dicunt, appellavit, & Tranquillus in vita ejusdem teſtatur venationem *Africanarum* datam, & in Claudio ſimilia refert. CATAN. *Occurrere* eſt praeſto eſſe, in tempore venire. Sueton. Calig. cap. XXXIX. *Adeo, ut litigatorum plerique, quod* occurrere *abſentes* ad *vadimonium non poſſent, cauſſa caderent.* Seneca II. Controv. XI. *Vultis, inquit, amici, eamus ad raptae patrem?* occurremus, *ille domi eſt.* ubi plura congeſſit Gronovius. Sic etiam ſcribo ex quinque MSS. apud Lucanum Lib. X. vs. 356.

— — *ceſſas* occurrere *ſolos*
Ad *dominae thalamos.*

In aliis MSS. reperi *ſuccurrere*, *concurrere*, quod iam prodit, vulgatum *adcurrere* vitioſum eo loco eſſe. CORTE.

2 *Ut acceptum tibi fieret.*] Ut omnes tibi haberent gratias, perinde ac ſi illas dediſſes. CATAN. *Tibi fieret.*] Maluiſſem, *tibi ferrent*, ſupra quoque pro illis, *cujus memoriae aut opus aliquod aut ſpectaculum atque hoc potiſſimum, quod maxime funeri debeatur.* Palat. & Edd. Vett. tantum habent, *cujus memoriae aut opus aliquod, maxime funebre, debeatur*, quod ipſum bene ſe haberet, ſi reſcriberetur, *cujus memoriae opus aliquod, maxime funebre, debebatur.* GRUTER. *Ut acceptum ſibi fieret.*] Ut acceptum ſibi ferretur, etiam nondum exhibitum. Significat, quamvis non dediſſet Africanas; ſic tamen actas ei gratias, ac ſi fuiſſent datae. BUCHNER. Perperam Gruterus *acceptum tibi ferrent* praetuliſſet impreſſo: *acceptum tibi fieret.* Hoc enim Plinianum eſſe, diximus ad Lib. II. Epiſt. IV. n. 2. *quidquid mihi pater tuus debuit*, acceptum tibi fieri *iubebo*, ita enim in MSS. legitur, cum vulgo obtrudant *ferri.*

3 *Exhiberes.*] In ſpectaculo dares. Ulpianus ff. XLIII. de libero homine exhibendo: *Exhibere eſt in publicum producere, & videndi tangendique rei facultatem praebere.* Proprie autem *exhibere*, eſt extra ſecretum habere. Et alibi, *exhibere* eſt materiae ipſius apprehendendae copiam facere. CATAN.

C. PLINII CAECILII SECUNDI EPISTOLARUM

LIBER SEPTIMUS.

Epiſt. I. C. Plinius Secundus [1] Gemino Suo S.

ARGUMENTUM.

Hortatur Reſtitutum, ut valetudinem patienter ferat: exemplo ſuo docet, non indulgendum appetitui in morbo, ſed medicis parendum.

TErret me haec tua tam pertinax valetudo, & quanquam te temperantiſſimum noverim, vereor tamen, ne quid illi etiam [2] in mores tuos liceat. Proinde moneo, [3] patienter reſiſtas. Hoc lauda- 2
bile, hoc ſalutare admittit humana natura, quod ſuadeo; ipſe certe ſic agere ſanus [4] cum meis ſoleo: Spero quidem, ſi forte in adverſam 3
valetudinem incidero, nihil me deſideraturum vel pudore, [5] vel poeniten-

1 *RESTITUTO.*] Alii cod. *Gemino* vel *Geminio.* Boxhorn. *Geminio* inſcribitur in Arnz. Helmſt. & Ed. Vet. At Veterrimus *Gemino*, quod pro Vulgato *Reſtituto* repoſui. Sic & Lib. VIII. Epiſt. V. & Lib. IX. Epiſt. XI. ille atque alii Codices.

2 *In mores tuos.*] Quamvis ſis temperatiſſimus. Catan. *In mores tuos liceat.*] Temperantiam tuam corrumpat. Buchner. Lucanus Lib. IX. vs. 1025.

— — cui *tantum fata* licere
In *generum volucre tuum.*

Symmachus Lib. IX. Epiſt. XCIX. *Sed ego* in *ſacrae virginis* famam *nihil patior* licere ſermonibus, quem & alia dat Io. Savaro ad Sidon. Lib. VIII. Epiſt. VI. ad fin. *quod* in *ſapientes* viros *minus annuo* licere fortuitis. Noſter Lib. IV. Epiſt. VIII. n. 3. In hoc *fortunae hactenus* licet, *ut dari poſſit.* Supra *temperantiſſimum* ſcripſi ex Optimis membranis. Plerique impreſſi *temperatiſſimum* praeferunt.

3 Patienter *reſiſtas.*] Alii *potenter*, ſed male, ut vides ex illis n. 6. *placide leniterque dimiſſa.* Barth. Noſtri omnes *patienter.* Mox diſtinctionem mutavimus, quae in vulgatis erat corruptiſſima. Forte etiam poſt *ſalutare* diſtinguendum eſt, ut agnoſcas Plinium.

4 *Cum meis.*] Hortari meos infirmos, ut fortiter ferant. Catan.

5 *Vel* poenitentia *dignum.*] Sic omnes ſcripti & Edd.

nitentia dignum : Si tamen ſuperaverit morbus , denuncio , ne quid
mihi detis , niſi permittentibus medicis , ſciatisque , ſi dederint , ita
4 vindicaturum , ut ſolent alii , quae negantur. Quin etiam cum peruſtus
ardentiſſima febre , tandem [2] remiſſus , unctusque acciperem a medico
potionem , porrexi manum , [3] utque tangeret dixi , admotumque jam
5 labris poculum [4] reddidi. Poſtea cum viceſimo valetudinis die balineo
praepararer , [5] muſſantesque medicos repente vidiſſem : cauſam requi-
ſivi : reſponderunt , poſſe me tuto lavari , non tamen omnino ſine ali-
6 qua ſuſpicione. Quid , inquam , [6] neceſſe eſt ? atque ita ſpe balinei ,
cui jam videbar inferri , placide leniterque dimiſſa , [7] ad abſtinentiam
rurſus , non ſecus ac modo ad balineum , [8] animum vultumque compo-
7 ſui. Quae tibi ſcripſi , primum , ut te non ſine exemplo monerem :
deinde ,

& Edd. Vett. nec aliter potuit. At Aldus & Gryphius perperam : *vel* patientia *dignum.*

1 *Ne quid mihi* detur , *niſi p. m.* ſciant*que.*] In alio , neſcio quam contorte : *ſciatisque ſi dederitis.* Minos. Hoc ille unus de particula verae lectionis admonuit. Ceteri ſecure neglexerunt , cum potius recepta adhuc ſcriptura : *ne quid mihi* detur , ſciant*que* , *ſi* dederint , *ita vindicaturum.* Quid poteſt prava diſtinctio ! Non animadverterunt , Plinium inde a verbis : *Spero* quidem cet , exponere , quemadmodum cum ſuis agere etiam ſanus ſoleat , & quam curam & obedientiam , ſi forte aegrotaverit , iis denunciet. Sed & libri vitii admonere potuiſſent. Ed. Vet. *ſciantque ſi dederitis* ; Voſſ. Helmſt. Arnz. & Oxon. *ſciatisque* , *ſi dederitis.* Praeterea Helmſt. & Arnz. *ne quid mihi deſit* , litteris transpoſitis , pro *detis.* Itaque ſine mora ex Veterrimo & Voſſiano reſcripſi : *ne quid mihi* detis , *niſi p. medicis* , ſciatis*que* , *ſi* dederitis , ita *vindicaturum* cet. Corte.

2 *Remiſſus.*] Sedato febris ardore. Catan. Supra Mediceus & omnes ſcripti ac primi impreſſi *febre* , non *febri.*

3 *Utque me tangeret.*] *Tangere* , pro *venam tangere* poſuit. Hoc enim verbum in iſta re proprium. Et ſolent Medici ex modulis ac intervallis ſeu pulſibus venae , vel arteriae potius , diſcere , utrum deceſſerit febris , an adhuc duret. Quanquam etiam cum manum pectori imponunt. Perſius Satyr. III. vs. 107.

Tange *miſer venas* , *& pone in pectore dextram*
Nil calet hic.

Attingere venam Medicus neſcio quis apud Gellium Lib. XVIII. Noct. Attic. cap. X. quem vide : Suetonius Tiberio cap. LXXII. *tentare venas* dixit. Buchner. Vulgo : *utque* me *tangeret.* Arnz. *ut* quem *tangeret* ; Oxon. *ut* quae in *tangeret.* Veterrimus & Voſſ. ſine Pronomine , *utque tangeret* , quomodo Gryphius edidit , ut vel *venam* , vel *manum* intelligere queas. Nam & *porrigere manum* ſimpliciter in hunc ſenſum dicunt. Plutarchus de San. tuenda pag. 136. ἤκουσα τοίνυν Τιβέριόν ποτε Καίσαρα εἰπεῖν ὡς ἀνὴρ ὑπὲρ ἑξήκοντα γεγονὼς ἔτη , καὶ ΠΡΟΤΕΙΝΩΝ ἰατρῷ ΧΕΙΡΑ καταγέλαστός ἐστιν.

4 *Reddidi.*] Reſtitui intactum , jubente medico : cum me vidiſſet adhuc febre detineri. Catan.

5 *Muſſantes.*] Haeſitantes , dubitantes , commurmurantes. Idem. Vide ad Lib. III. Epiſt. XI. n. 2. Infra Aldus & Gryphius dederunt : *cauſſam requiſii* ; at *requiſivi* eſt in MSS. ut Lib. VI. Epiſt. XI. n. 1. *audivi.* Contra hoc libro Epiſt. XVII. n. 3. *requiſierim* MSS. ubi quidam vulgarunt *requiſiverim.*

6 *Neceſſe eſt.*] Ingredi balineum. tanquam diceret : ſi ſuſpicio mali eſt in balineo , non opus eſt illud ingredi. Catan.

7 Ad *abſtinentiam rurſus.*] Primarius neglexit Praepoſitionem , ſive ſequentis vocabuli prima ſyllaba corruptus , ſive quia *ad* , quod ſequitur , hic etiam intelligi voluerit , de qua forma diximus ad Lib. II. Epiſt. XVII. n. 16. *Utrimque feneſtrae* , mari *plures* , ab *horto ſingulae* , ubi vulgatur *a mari.*

8 *Animum vultumque compoſui.*] Laetitiam reſumpſi , & hilaris fui , ut paulo ante cum videbar inferri balineo. Catan.

1 *Ut*

deinde, [1] ut in poſterum ipſe ad eandem temperantiam adſtringerer, cum me hac epiſtola quaſi pignore obligaviſſem. *Vale.*

II. C. PLINIUS JUSTO SUO S.

Promittit Juſto aliquid ſcriptorum ſuorum, cum aeſtas transmiſſa fuerit.

QUemadmodum [2] congruit, ut ſimul & affirmes te aſſiduis occupationibus impediri, & ſcripta noſtra deſideres, quae vix ab otioſis
impetrare [3] aliquid perituri temporis poſſunt? Patiar ergo aeſtatem 2
[4] inquietam vobis, exercitamque tranſcurrere: & hieme demum, cum
credibile erit noctibus ſaltem [5] vacare te poſſe, quaeram, quid potiſſimum ex [6] nugis meis tibi exhibeam. Interim abunde eſt, ſi epi- 3
ſtolae non ſunt moleſtae. ſunt autem, [7] & ideo breviores erunt. *Vale.*

III. C. PLINIUS [8] PRAESENTI SUO S.

Revocat a longo ſeceſſu amicum Praeſentem, hortaturque, ut tandem velit urbem repetere: ſic enim fieri jucundius otium aliquando laboribus intermiſſum.

TAntane perſeverantia tu modo [9] in Lucania, modo in Campania? Ipſe enim, inquis, Lucanus, uxor Campana. Juſta cauſa longioris

1 *Ut in poſterum ipſe* cet.] Sic, ut editur, Veterrimus. At ceteri MSS. & Ed. Vet. *ut in poſterum ipſe ad eamdem temperantiam adſtringerer hac epiſtola quaſi pignore. Vale.* non aeque probe.

2 *Congruit.*] Convenit, concordat. CATAN.

3 *Aliquid perituri temporis poſſunt.*] Vox ultima non conſpicitur in Palatino, aut Edd. antiquiſſimis. abeſſe poterat, ſi reſcriberetur, *deſideres, vix ab otioſis impetratura aliquid perituri temporis?* GRUTER. Abeſt verbum *poſſunt* etiam ab Oxon. Helmſt. Arnz. qui vero ſequens *patiar* ſuperioribus nectunt. Veterrimus *poſſunt* ſervat, quo uno indicio omnes conjecturas removemus.

4 *Inquietam.*] Occupationibus plenam. CATAN. *Inquietam nobis.*] Pal. & Edd. antiquiſſimae *vobis*, quod forte rei propoſitae aptius. GRUTER. Omnes ſcripti noſtri *vobis* amplectuntur, quod unice verum eſt, & iam expreſſit Gryphius.

5 *Vacare.*] Vacuum eſſe a negociis, & de nocte ſcriptis meis attendere. CATAN.

6 *Nugis.*] Scriptis levibus, fortaſſe verſibus. Nam & hi nugae, & luſus interdum dicuntur. IDEM.

7 *Et ideo breviores erunt.*] Voſſ. Helmſt. & Ed. Vet. *&* vel eo *breviores erunt*, quod Gryphio placuit. Alterum tenet Veterrimus.

8 *PRAESENTI.*] Hic *Brutius Praeſens* tantae auctoritaris poſtea fuit, ut Antoninus philoſophus Imperator ejus filiam Commodo filio ſuo, qui deinceps imperavit, matrimonio junxerit, celebratis exemplo privatorum nuptiis. Julius Capitol. CATAN.

9 *In Lucania.*] Ocium diſpenſas. *Lucania* inter Tyrrhenum Siculumque littus jacens, incipit poſt Silaris oſtium, & urbe Talao ſecundum Strabonem terminatur. *Lucani* autem genus ducunt a Samnitibus. IDEM.

2 gioris abſentiae, non perpetuae tamen. Quin ergo aliquando in urbem redis? ubi dignitas, honor, [1] amicitiae tam ſuperiores quam minores. Quousque [2] regnabis? quousque vigilabis, cum voles?
3 dormies, [3] quamdiu voles? quousque [4] calcei nuſquam? toga feriata? [1] liber

1 *Amicitiae tam ſuperiores &c.*] Amici uniuscujusque ordinis, & qui te dignitate praecedunt, & qui ſunt inferiores. Nam in agris minores habebat. CATAN. Mallem ego: *amicitiae tam ſuperiores, quam* pares & *minores.* BARTH. Diſſentiunt omnes Codices, quibus Vulgata placuit.

2 *Regnabis.*] Dominus eris, & ſuperior omnibus, qui ſunt in Lucania & Campania. CATAN. *Regnabis.*] *Regnare*, eſt libere vivere & ſua ſponte, quod nusquam magis, quam ruri & in ſeceſſu licet. Itaque ibi quaſi *regnare* videmur, eaque de cauſa ſuas poſſeſſiones lepidi homines *regna* vocabant. Tityrus Virgilianus:

En unquam patrios longo poſt tempore fines,
Pauperis & tuguri congeſtum ceſpite culmen,
Poſt aliquot mea regna *videns mirabor ariſtas?*

Auſonius: *Salve haerediolum majorum* regna *meorum.* BUCHNER. Adde his Lucanum Lib. IX. vs. 458. Alii dictum putant, ut apud Terent. Phorm. Act. II. Sc. III. vs. 58. *Quandoquidem ſolus regnas.* Sed res eodem redit. Nam libertatem quidquid velis faciendi etiam ſerio *regnum* vocabant, ut vidimus ad Salluſt. Iug. cap. XXXI. n. 26. Librarii tamen haeſitarunt, & Voſſ. Helmſt. Arnz. ac Ed. Vet. verba, *quousque regnabis*, plane omittunt: agnoſcit illa Veterrimus. Aldus antiqua ſcriptura corruptus exhibuit: *quousque regna vis?*

3 *Quamdiu voles.*] Cum non ſit tibi ſurgendum ante lucem officii cauſa. Hinc Mart. cum in patriam ſeceſſiſſet, ſcripſit ſibi licere quantum voluiſſet quieſcere. CATAN. *Dormies quamdiu voles.*] In urbe enim id non licebat: tum propter officia, quorum nonnulla peragenda ante lucem, quae *antelucana* inde Noſter alibi vocat: tum propter turbam ac ſtrepitum, qui neque noctu intermittebat, de quo & Juvenalis alibi, & Martialis non uno loco queritur. Vide praecipue Epigram. LVII. Lib. XII. quod ita claudit:

—— *Taedio feſſis*
Dormire quoties libuit, *imus ad villam.*

BUCHNER.

4 *Calcei.*] Quibus utebantur in ſeceſſu. Nam Romae frequentior erat ſolearum uſus lectica ſuccollatis. Horatius Lib. II. Sermonum, *& ſoleas poſcit.* Mart. in Ligurinum, *Depoſui ſoleas.* Quem locum interpres ſurda aure praeteriit. Quare Secundus in praecedentibus dixerat de ſeceſſu Spurinnae loquens: *Hora ſecunda calceos poſcit.* Idem tamen Lib. VIII. *calceos poſcunt*: cum ambiguum ſit, an in urbe, an ruri. *Nusquam toga feriata.*] Eadem ſemper veſte ruri uteris. Imo ſi Juvenali credimus, pars magna Italiae fuit, in qua nemo togam ſumebat niſi mortuus. Verum ſi legatur, *Quousque toga feriata?* Senſus erit, quousque eris in ocio, & feriis, ſemperne? CATAN. *Quousque calcei? &c.*] Suſpectus mihi eſt iſte locus. Quid ſi legas? *Quousque calcei, nunquam toga? feriaberis liber totos dies.* CASAUB. *Quousque calcei nuſquam? toga feriata?*] Interpunctio eſt a Lipſii noſtri conjectura, quam firmat Lib. I. Epiſt. quaeſt. cap. 5. Prius diſtinguebatur, *quousque calcei? nusquam toga feriata?* inepte. GRUTER. *Quousque calcei nusquam? toga feriata?*] Interpunctio ex conjectura Lipſii eſt; quam ita probavit Gruterus, ut in textum reciperet. Aliter emendavit Caſaubonus: ſed verior Lipſii reſtitutio eſt. Nobis tamen ita videbatur: *Quousque calcei nusquam? nusquam toga? feriatus ac liber totos dies?* Sane repetitio particulae *nusquam*, & elegans eſt, & ſervit affectui; & facili lapſu deſcribentis ſemel omitti potuit, jam poſita ſemel. Nec dura ceterorum mutatio eſt: & fallor, aut tota compoſitio, ſi ita refingas, mollior juxta concinniorque ac plenior erit. Porro in ſeceſſu & municipiis, non togatos, ſed tunicatos fuiſſe, alibi diximus. Inde eſt, *nusquam toga.* Martialis de ſeceſſu ſuo Lib. XII. Epigram. XVIII.

Ignota eſt toga: *ſed datur potenti*
Rupta proxima veſtis a cathedra.

Sed quid de altero faciemus, *Calcei nusquam?* Ergone, inquies, calceorum uſus nullus in villa? Imo nullus, aut prope nullus, elegantiorum, quidem, ac pretioſiorum, & quibus ordines diſtinguebantur; ut lunati illi patriciorum, quibus in urbe neceſſe erat ornari: in rure enim ſoliis, caligis, peronibus contenti eſſe poterant. Itaque *calceos κατ᾽ ἐξοχὴν* de altero genere dixiſſe, ex-

[1] liber totus dies? [2] tempus eſt te reviſere moleſtias noſtras, vel ob hoc
ſolum, ne voluptates iſtae [3] ſatietate langueſcant: [4] Saluta pauliſper,
quo ſit tibi jucundius ſalutari: terere in hac turba, ut te ſolitudo delectet.
Sed quid imprudens, quem evocare conor, retardo? fortaſſe 4
enim his ipſis admoneris, ut te magis ac magis otio involvas, quod
ego non abrumpi, ſed intermitti volo. Ut enim ſi coenam tibi face- 5
rem, dulcibus cibis acres [5] acutosque miſcerem, ut obtuſus illis, &
oblitus ſtomachus his excitaretur: ita nunc hortor, ut jucundiſſimum
genus vitae nonnullis interdum, [6] quaſi acoribus, condias. *Vale.*

IV. C. PLINIUS PONTIO SUO S.

Admiranti Pontio, quod hendecaſyllabos ſcripſiſſet, reſpondet Secundus, ſe a teneris annis poeticae ſtudioſum fuiſſe.

AIS legiſſe te hendecaſyllabos meos: requiris etiam quemadmodum coeperim ſcribere, homo, ut tibi videor, ſeverus, [1] ut

exiſtimandus. BUCHNER. *Quousque calcei nusquam? &c.*] Actum agit homo ingenioſus. In omnibus his intelligitur, *ſunt* vel *eſt tibi. Quousque calcei nusquam* ſunt tibi? *toga feriata* en tibi? *Liber totos dies* eſt tibi in manibus ad ſtudendum. Non enim liber hic ἐπίθετον, ut ille putat. Calceos autem & togam ſimul ſumebant, ſimul ponebant. Unde calceos propria togae tormenta vocat Tertullian. in Lib. de Pallio. Suetonius Octav. c. 73. *Et forenſia &* calceos *nunquam non intra cubiculum habuit.* Et cap. 78. *Ita ut veſtitus* calceatus*que erat.* Veſtitus, id eſt, togatus: ut forenſia, nihil aliud quam toga. GRONOV. *Calcei nusquam?* Hoc dicit, quia nudis pedibus erat in ſeceſſibus, quod laudat & in Paedagog. Clemens Alexandrinus. BARTH. Adde Tertullian. de Pallio cap. V. & ibi Salmaſ. pag. 386.

1 *Liber* totos *dies?*] Video, quid pro hac lectione adferat Gronovius, & ſcio, quomodo vulgo capiant. Sed non amplius diſputandum erit. Mediceus enim, & omnes noſtri MSS. cum Ed. Vet. *liber* totus *dies.* Qui in urbe erant, vix partem diei liberam habebant, aut ſibi vindicare poterant; contra in ſeceſſu. Sic Lib. II. Epiſt. XVII. n. 2. *Decem & ſeptem millibus paſſuum ab urbe ſeceſſit, ut peractis, quae agenda fuerint,* ſalvo iam & compoſito die, *poſſis ibi manere.* ubi vide. Lege etiam Lib. IX. Epiſt. XXXVI. quae oſtendet, vulgarem lectionem admitti non poſſe; quamquam eamdem & arguat Latinitatis ratio. Ita *liberum tempus* dixit Cicero Lib. I. de Fin. cap. X. quo facere poſſumus, quid velimus. CORTE.

2 *Tempus eſt*, te *reviſere.*] Sic optimus omnesque alii ſcripti. Aldus vero *te* omiſit, quomodo ſaepius alii ſcriptores ſolent, quos produximus ad Salluſt. Iug. cap. LXXXIX. n. 3. *maiora & aſpera* adgredi tempus *viſum.* Infra pauci impreſſi: *vel hoc ſolum*, contra auctoritatem Vett. Codd.

3 *Satietate langueſcant.*] Nimia copia, & aſſiduitate fiant utiliores. Seneca XI. Epiſtolarum: *nulla tibi voluptas nova eſt: nulla non jam odioſa ipſa* ſatietate. CATAN.

4 *Saluta.*] Veni in urbem, & ſaluta potentiores. Nam nobiles, & ſalutabant, & ſalutabantur. Nota res longo Juvenalis carmine. IDEM.

5 *Acutosque.*] Salſos, ſtomachum ſuſcitantes. IDEM. Celeb. Burmannus ad Petron. Sat. cap. XXXI. teſtatur, Heinſium ad oram libri ſui conieciſſe: *acres* acidos*que miſcerem*, ſed libri omnes diſſentiunt, & ſicubi legeretur *acidos*, id potius pro Gloſſa τοῦ *acutos* haberem. *Acuti* enim cibi & acidos, & auſteros omnesque alios, qui ſtomachum excitant, complectuntur. Lege Celſum Lib. II. cap. XXII. & XXIV. Ita *acutum vini ſaporem* Plinius maior dixit.

6 *Quaſi acoribus.*] Ita Pal. quoque noſter. editi fere *acrioribus*, minus adpoſite, meo quidem judicio. GRUTER. *Acoribus* penes nos Voſſ. & Arnz. tuentur, idque veriſſime. Oxon. *moerori-*

2 [1] ut ipſe fateor, non ineptus. Nunquam a poetice (altius enim repetam) alienus fui: [2] quin etiam quatuordecim natus annos Graecam tra-
3 goediam ſcripſi. Qualem? inquis: neſcio, tragoedia vocabatur. Mox cum [3] e militia rediens, in [4] Icaria inſula ventis detinerer, Latinos elegos [5] in illud ipſum mare, ipſamque inſulam feci. Expertus ſum, me aliquando [6] & heroo, hendecaſyllabis nunc primum: quorum hic natalis,
4 [7] haec cauſa eſt. Legebantur in Laurentino mihi libri [8] Aſinii Galli de comparatione patris & Ciceronis: Incidit epigramma Ciceronis in [9] Tironem

bus; Ceteri *acrioribus*. Veram ſcripturam iam exhibuit Gryphius & Sichardus. Quinctilian. Lib. IX. cap. III. *nec languere patiuntur ſubinde aliqua notabili figura* excitatum, *& habent quandam ex illa vitii ſimilitudine gratiam, ut in cibis* interim acor *ipſe iucundus eſt.*

1 *Ut ipſe* fateor.] MS. noſter: *ut ipſe patior*, ex quo fecerim: *ut ipſe paciſcor*. Barth. Etiam Voſſ. Helmſt. Oxon. & a manu ſec. Arnz. ac Ed. Vet. *patior* habent; Arnz. a pr. m. *potior*. Sed Primarius *fateor* tuetur, ut librariorum peccato non ſit immorandum.

2 Quin *etiam quatuordecim.*] Iidem ſcripti recentiores & Ed. Vet. qui *etiam*. Rurſus Veterrimus *quin etiam* praeſtat.

3 *E militia.*] A Syria, ubi Tribunatum militum adoleſcens adhuc geſſit: cujus rei fit mentio ab eodem ad Genitorem Lib. III. Et primo ad Clementem. Catan. *E militia.*] Aliter *e Cilicia*. Boxhorn. Noſtri uno ore: *e militia.*

4 *Icaria inſula.*] Juxta Samum deſerta ſi Straboni credimus, quae tamen egregia continet paſcua a Samiis uſurpata: ſit rogo celeberrima, nomen habet ab *Icaro* Daedali filio, quem dicunt paternae fugae comitem e Creta fugientem via non ſervata huc cecidiſſe: a qua mare *Icarium* appellationem accepit. Stephanus autem inquit, *Icaria* populus Aegeidis tribus. *Icarus* una Cycladum inſula, vocatur autem *Macris*, & *Dolicha*, & *Ichthioëſſa*: ſecunda, civitas: tertia, inſula juxta mare rubrum, cujus civis *Icarius*, & foemininum *Icaria*. Catan. Voſſ. *in* Varia *ventis detinerer*. Mediceus: *In* Caria *inſula*, corrupte.

5 *In illud.*] Argumentum elegorum fuit Icaria inſula, & mare Icarium. Catan.

6 *Et heroico.*] MS. noſter *etero*. Scriberem itaque *& heroo*, pro vulgato *& heroico*. Barth. Helmſt. *hetero*; Sed Optimus & Arnz. diſerte: *& herco*, ut coniecerat Barthius, quod recepi. Sic Cicero Lib. II. cap. XXVII. *quod capiat laudem mortui, inciſam ne plus quatuor* herois *verſibus*. Alibi idem Tullius *heroum numerum*, *heroum pedem* ſimili ratione dixit. Ovidius Lib. IV. Triſt. Eleg. X. vs. 47.

Ponticus Heroo, *Baſſus quoque clarus Iambo.*

ubi vide Heinſium. Quinctilian. Lib. I. cap. V. pag. 58. *ne faciat iambum, quem non recipit verſus* herous, ut eſt in MS. Bernenſi, quod in Addendis monuit Burmannus. adde eumdem Lib. IX. cap. IV. Corte.

7 *Hae cauſae.*] Sic Pal. & Edd. Vett. non *haec cauſa eſt*, ut vulgatiores. Gruter. Immo *haec cauſſa eſt* exſtat in Mediceo, ceteri etiam MSS. qui *cauſſae* oſtentant, adiiciunt *ut*, vel *&*, quod ex *eſt* originem duxit, ſupra Voſſ. *cuius hic natalis.*

8 *Aſinii Galli.*] *C. Aſinius Gallus* magnus orator, niſi illum magnitudo patris obruiſſet: libros ſcripſit, in quibus eloquentiam & doctrinam patris ſui Aſinii Pollionis & Ciceronis comparat: ſuperioremque patris conatur oſtendere, contra eos libros defenſionem M. Tullii ſatis eruditam compoſuit Claudius Imperator. Dion tradit *Aſinium Gallum* paterna uſum audacia rupiſſe patientiam, cum Tiberius ambiguis reſponſis, & callida cunctatione ſuſpenderet Senatum, precantem ut ſuſciperet Imperium, & in tumultu proclamaſſe, *aut ageret*, *aut deſiſteret*, cum poſt obitum Auguſti confeſtim neque agere dubitaſſet: cujus facti meminit Euſebius. Catan. MS. Barthii, Helmſt. & Oxon. *Ariani Galli*; Mediceus & Ed. Vet. *Aſini Galli*, more veterum.

9 *Tironem ſuum.*] *Tullius Tiro* M. Ciceronis alumnus, & libertus, ingenio quidem eleganti, & haud quaquam rerum literarumque veterum indoctus, quo ab ineunte aetate liberaliter inſtituto adminiculatore, & quaſi adminiſtratore, in ſtudiis uſus eſt Cicero: libros ſcripſit complures de uſu & ratione linguae Latinae, Item de variis atque promiſcuis quaeſtionibus; & praecipue pandectas, id eſt promiſcua, & omnimoda continentes libros tres de viſu: quanquam Fabius ſuper iis

nem ſuum : [1] dein cum meridie (erat enim aeſtas) dormiturus me recepiſſem, [2] nec obreperet ſomnus: coepi reputare, maximos oratores hoc ſtudii genus & in oblectationibus habuiſſe, [3] & in laude poſuiſſe. Intendi animum, contraque opinionem meam poſt longam 5
deſuetudinem, perquam exiguo temporis momento, id ipſum, quod me ad ſcribendum ſollicitaverat, his verſibus exaravi :

Cum libros Galli legerem, quibus ille parenti 6
Auſus de Cicerone [5] *dare palmamque decusque,*

La-

his in ambiguo ſit. M. Tullii commentarios aptatos idem contraxit, ejus (ad Lentulum, familiares) epiſtolas collegit, & publicavit. CATAN.

1 *Dein cum meridie.*] Ex more & ſuo, & aliorum, meridie per aeſtatem dormiebat: nam hieme, cum productioribus noctibus uterentur, & ſatis licet dormire, meridianus iſte ſomnus eximebatur. Infra Lib. IX. Epiſt. ult. *requiris, quid ex hoc in Laurentino hieme permutem. Nihil, niſi quod meridianus ſomnus eximitur.* Rationem aeſtivi otii Lib. IX. Epiſt. XXXIX. exequitur: ubi poſt quartam vel quintam in xyſtum vel Cryptoporticum conferre ſe, meditari coepta ante dictareque; mox vehiculum aſcendere, & facere eadem, deinde *paullum redormire* ſolitum ſcribit: quod ipſum tempus in meridiem aut a meridie quod ſtatim eſt, incidit. Etiam Plinius major, cum guſtaſſet ſub meridiem, dormiebat, de quo ſuper Lib. III. Epiſt. V. Hic ſomnus itaque quoniam medio die ſumebatur, idcirco hoc ipſum dormire, *meridiare* vocabant. Quod verbum apud Catullum, Cic. Suet. Calig. C. XXXVIII. legitur. *Inſititium ſomnum* elegantiſſime vocavit Varro, quod inter diei negotia insereretur, *Aeſtivo die*, inquit, *ſi non diffinderem meo inſititio ſomno meridie diem, vivere non poſſem.* Ita enim legendus hic locus, qui Lib. I. de re ruſtica cap. II. eſt. Neque offendere quem debet crebrior repetitio vocabuli *dies.* Neque enim haec indecet Dialogorum ſermonem, qua forma ſcripti hi libri ſunt: deinde aliter ſemper haec vox & aliter ſumitur. *Aeſtivo die* eſt aeſtivo anni tempore, id eſt, aeſtate; *meridie* eſt *per meridiem*, ſive, *de meridie.* Jam *diffindere diem*, dividere eſt. Ita enim infra loquitur Lib. III. cap. II. Nam cum dixiſſet Axio Varro; *Certe noſti materiae meae fundum in Sabinis, &c.* Reſpondet Axius: *Quidni? ubi aeſtate diem meridie dividere ſoleam, cum eo Reate ex urbe.* Qui locus ſatis arguit adjiciendum poſt τὸ *meridie* vocabulum *diem*: quod abeſt a libris, abſorptum fine praecedentis & inde reſtituendum. BUCHNER.

2 *Nec obreperet ſomnus.*] Incaute dictum. *Obrepit* enim non adfectanti; hic autem volebat. BARTH. Attamen ita volebat, ut obreperet. Homines enim, qui vel iacentes ingenium exercent, non niſi obrepentes patiuntur ſomnos.

3 *Et in laude poſuiſſe.*] MS. noſter: *in laudibus poſuiſſe.* BARTH. Sic etiam Arnz. Sed reliqui omnes *in laude.*

4 *His verſibus exaravi.*] Haec, & prima linea verſuum deſiderantur in Mediceo. Supra MS. Barthii & Arnz. perperam *conſuetudinem*, pro *deſuetudinem* ſcribunt.

5 *Daret palmam parenti de Cicerone.*] Ut probaret Pollionem parentem ſuperiorem Cicerone. Sunt qui legant *dare*, quod ratione commatis recte admittitur, & ſenſum habet expeditiorem. CATAN. *De Cicerone dare.*] Scribe *dare eſt.* CASAUBON. MS. noſter *daret*, pro quo ſcribo *dare eſt.* Forte etiam *Luſus* pro *Auſus* reponi debet. *Dare de ſe palmam cui* dixit etiam Valer. Max. Lib. VIII. cap. I. n. 8. Ceterum ſi ex his de Plinii poeſi iudicandum, Malus poeta fuit, bonus verſificator. Sunt ſane celeres & ſuaves verſiculi. BARTH. Mediceus quoque, Oxon. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *daret*, quod tamen admitti nequit, ſi *Auſus* retinemus. Pro eo *Rurſus* ſcripſit Mediceus, & ipſe arbitror, in ea vocula vitium latere, Pontanus ad Macrob. Lib. VII. Sat. cap. XV. emendat:

Plauſus *de Cicerone* daret *palmamque decusque*,

ſed neque illud ſatis placebit elegantioribus. Puto levi mutatione ex caſtiſſimarum membranarum ſcriptura reſtituendum:

Verſu *de Cicerone* daret *palmamque decusque*,

Laſcivum inveni [1] *luſum Ciceronis, & illo*
Spectandum ingenio, quo ſeria condidit, & quo
[2] *Humanis ſalibus, multo varioque lepore*
Magnorum oſtendit mentes gaudere virorum.
Nam queritur, quod fraude mala fruſtratus amantem
Paucula coenato ſibi debita [3] *ſavia Tiro*
Tempore nocturno ſubtraxerit. His ego lectis,
Cur poſt haec, inquam, noſtros celamus amores,
[4] *Nullumque in medium timidi damus? atque fatemur*
Tironiſque dolos, [5] *Tironis noſſe fugaces*
Blan-

Verſu, inquam, vel *Verſus* ex illo *Rurſus* faciendum. Ita modeſtiorem facimus Aſinium Gallum, quamquam & Plinius ad eam ſaltem partem comparationis, quae poeticen tangebat, reſpexiſſe poteſt. Certe cum ſtatim *Laſcivi luſus* Ciceroniani mentionem faciat, coniectura non impedita eſt, de verſibus Ciceronis Gallum verba feciſſe. Quod Catanaeus de *ratione commatis* monuit, id eo reſpicit, beneficio Inciſionis ultimam in *dare* produci. Sic apud Maronem in veterrimis membranis Lib. II. Georg. vs. 289. legitur:

— *terram multo ante memento*
Excoquere, *magnos ſcrobibus concidere montes.*

adde Lucan. Lib. I. vs. 318. & Lib. IV. vs. 447. CORTE.

1 Luſum *Ciceronis.*] MS. Barthii, Helmſt. Arnz. *uſum Ciceronis*, ex quo Voſſ. & Ed. Vet. fecerunt *verſum Ciceronis.* Sed Optimus recte *luſum.* Recentiores praeterea ſcripti & Ed. Vet. *invenit*, quod loco non convenit. Infra malebat Barthius: *quo ſeria condiit*, praeter cauſſam.

2 *Humanis ſalibus.*] Qui humanos & comes maxime decent. BUCHNER.

3 *Suavia.*] Baſia quaſi *ſuavia*, & ſaviare *baſiare.* Frequens verbum apud Plautum & Apulejum. CATAN. Mediceus, alii ſcripti & Ed. Vet. *ſavia*, non *ſuavia*, eodemque modo in libris Apuleii exaratum reperi, & hic edidit Aldus.

4 *Nullumque in medium &c.*] Quaſi timore correpti non publicamus omnibus noſtros luſus amorum Ciceronis exemplo. CATAN. *Nullumque &c.*] Scribe: *Nullique. Nullus* pro *non* vulgo notum. CASAUB. *Nullumque &c.*] Aut hic ſubaudiendum aliquid, quod ad τὸ *Nullumque* referatur; aut alia lectio comminiſcenda eſt. Praeceſſit: *cur poſt haec noſtros celamus amores?* Ex quo conjicere aliquis poſſit, *amorem* intelligendum eſſe: ſed hoc Latinitas non feret. *Luſum* accipere, propter illud, quod ſupra dixerat, *Laſcivum inveni luſum*; duriuſculum videbatur. Caſaubonus legit: *Nullique in medium timidi damus*: ut *nulli*, pro *non*, ut ſaepe ponitur, accipiatur, hoc ſenſu: cur celamus noſtros amores, & non edimus potius? Poſſis etiam: *Nilumque in medium timidi damus*; id eſt, & nihil hujusmodi, amatorium puta, in medium damus. *Nilum*, pro *Nihilum*, Lucretianum eſt, a *Nil*; ut *Nihilum* a *nihil.* BUCHNER. Barthius etiam adſcripſerat *Nilumque*; At Codd. conſtanter *Nullumque*: quod non erat corrumpendum. Neſcio autem, quid reſpexerit vir doctus, dum ait, Latinitatem non ferre, ut ſubintelligamus *amorem* ex praecedente *amores.* Sic ſane Auſonius Parental. Praefat.

Et praeter iuſtum funera *nulla fleas.*

Lucanus Lib. II. vs. 82.

— *debet* multas *hic legibus aevi*
Ante ſuam, mortes.

Lib. IV. vs. 638.

— *videt* exhauſtos ſudoribus *artus*,
Cervicemque *viri*, ſiccam *cum ferret Olympum.*

Ita & Horatius Lib. IV. Od. VI. vs. 18.

Neſcios fari pueros *Achivis*
Ureret flammis, *etiam* latentem
Matris in alvo.

Eamdem figuram apud Noſtrum iam obſervavimus ſupra Lib. III. Epiſt. IX. n. 12. & Lib. V. Epiſt. VI. n. 27. CORTE.

5 *Tironis noſſe fugaces.*] Fortaſſe, *Tironiasque fugacis.* Nam *noſce* plerique codices habent, *ce* pro *que* poſito, ut paſſim. CASAUB, *Tironis noſſe fuga-*

Blanditias, & [1] furta novas addentia flammas?

Tranſii ad elegos, hos quoque non minus celeriter explicui: addidi 7
alios facilitate [2] corruptus: deinde in urbem reverſus, ſodalibus legi.
Probaverunt. [3] Deinde plura metra, ſi quid otii, maxime in itine- 8
re tentavi. Poſtremo placuit, exemplo multorum unum ſeparatim
hendecaſyllaborum volumen abſolvere, nec poenitet. Legitur deſcri- 9
bitur, cantatur etiam, & [4] a Graecis quoque, quos [5] Latine hujus
libelli amor docuit, nunc cithara, nunc lyra perſonatur. Sed quid 10
ego [6] tam glorioſe? quanquam poetis [7] furere conceſſum eſt, & tamen

fugaces.] Ita Palat. & Edd. Vett. usque Aldinam, quae male *noſce*. Eo enim ipſo venus tota carminis illius perit. GRUTER. *Tironis noſſe fugaces.*] Cum in plerisque libris *noſce*, non *noſſe* legeretur, & *ce*, pro *que*, ponatur paſſim, Caſaubonus conjiciebat, — *Tironiasque fugacis Blanditias*, tertia in *Tironiasque* producta. Ut, ſicut a *Bio*, *Bioneus*, ex Βιωνεῖος; ita a *Tiro*, *Tironius* ex Τυρωνεῖος, dicatur. Propius ad ſcripturam vulgarem videbatur, *Tironiasque fugacis* legere. *Tironiae*, vel *Tironinae fugacis blanditiae* pro *Tironis fugacis blanditiis*. Quanquam cauſa non eſt, cur a recepta lectione recedamus. *Fatemur noſſe*, id eſt, palam oſtendimus, & nos peritos amatoriarum nequitiarum eſſe, quales fuerunt Tironis doli. Et elegantiſſime ac peracute *fugaces blanditias* dixit. Significat enim non ruſticitatem aut truculentiam, ſeu faſtum (quod poterat videri) fuiſſe, quod Tiro amanti domino ſe ſubduxiſſet; ſed blanditiam potius; quae non tam verbo, quam facto ipſo captaret patronum, & magis magisque amorem illius erga ſubducentem ſe, ex deſiderio ipſo amantis, inflammaret. Simile adulatorum artificium eſt: qui tum cummaxime captant gratiam, cum libertatis ſtudium ſimulant, nec ſe vereri offenſam Regis videri volunt: de quo Plutarchus in de adulatoris ac amici diſcrimine. tangit & Quinctilianus Lib. IX. cap. II. cum de παῤῥησίας agit: ejusque exemplum Tacitus Annal. I. cap. VIII. in Meſſala Valerio notat. BUCHNER. Etiam Mediceus, omnesque reliqui noſtri: *Tironis* noſſe *fugaces Blanditias*, ſenſu manifeſto.

1 *Furta*, &c.] *Furta*, illam ipſam Tironis fugam, qua ſe ſubduxerat atque abdiderat clanculum vocat. BUCHNER. Quod enim negatur, magis quaeritur. BARTH.

2 *Corruptus.*] Ineſcatus. BUCHNER. MS. Barthii, Helmſt. Arnz. *Addidi* altos *facilitate corruptus*. Ed. Vet. *alteros*. Sed Optimus *alios*. De verbo *explicui* dictum ad Lib. III. Epiſt. I. n. 4.

3 Deinde *plura* metra.] Sic Veterrimus & quidam impreſſi. Aldus & qui eum ſequuntur: *Dein*, de qua varietate ſupra egimus. Voſſ. *Idem*; Helmſt. Arnz. Ed. Vet. & Gryphius *Inde*. Offendebat homines procul dubio tam exiguo ſpatio iteratum *deinde*. Sed ſic ſolet Tullius, qui etiam ſaepius repetit, ut videas Lib. I. de Invent. cap. XXVI. & Lib. II. cap. XLIX. Item Noſter infra Epiſt. XXIX. n. 1. *Ridebis*, deinde *indignaberis*, deinde *ridebis*, *ſi legeris*. Et in talibus regulae magiſtrorum non reſpondere optimos ſcriptores, obſervavimus ad Salluſt. Cat. cap. XXIII. n. 3.

4 *A Graecis quoque.*] Ita vulgatae. At Mediceus & alii ſcripti: *& a Graecis quoque*, quod ipſum etiam Ed. Vet. exhibet. Alii forte *& quoque* coniungi non poſſe putarunt, quos refutavi ad Lib. V. Epiſt. VI. n. 21. *iunctaque & quotidiana amicorum coenatio*. ibi vide.

5 *Latine.*] Latinas literas ediſcere fecit. CATAN.

6 *Tam glorioſe?*] Recentiores editiones *furioſe*, ſed contra Palat. & antiquitus impreſſos. GRUTER. *Tam glorioſe.*] Tam jactabunde. Supra Lib. I. Epiſt. VIII. *Eſt enim paulo glorioſius & elatius.* Et Lib. III. Epiſt. IX. *glorioſas & jactantes literas* dixit. BUCHNER. Noſtri *tam glorioſe* confirmant.

7 *Furere conceſſum eſt.*] Furore quodam duci. Nam Plato veros poetas credit, qui inſaniunt: unde in Sylvis Statius de Lucano loquens ſcripſit: *Docto pectora concitatus oeſtro.* Et M. Tullius pro Archia: *quaſi divino quodam ſpiritu afflari.* Lucianus in laude Demoſthenis, *Multo*, inquit, *furore opus eſt poetis, & divino quodam ſpiritu: niſi volunt humiles, & obſcuri videri.* Apulejus in quarto floridorum laudans illud ſapientis viri ſuper menſam celebre dictum, *Prima*, inquit, *cratera ad ſitim pertinet, ſecunda ad hilaritatem, tertia ad voluptatem, quarta ad inſaniam: prima*

men non de meo, ſed de aliorum judicio loquor, [1] qui ſive judicant, ſive errant, me delectant. Unum precor, ut poſteri quoque aut errent ſimiliter, aut judicent. *Vale.*

V. C. Plinius Calpurniae Suae S.

Scribit ad uxorem Calpurniam abſentem, ſe magno ejus deſiderio teneri.

INcredibile eſt, quanto deſiderio tui tenear. In cauſa amor primum: deinde, quod non conſuevimus abeſſe. Inde eſt, quod magnam partem noctium [2] in imagine tua vigil exigo: Inde, quod interdiu, quibus horis te viſere ſolebam, ad [3] diaetam tuam ipſi me, ut veriſſime dicitur, pedes ducunt: quod denique [4] aeger & moeſtus, ac [5] ſimilis

ma cratera litteratoris rudato eximit, ſecunda grammatici doctrina inſtruit: tertia Rhetoris eloquentia armat: quarta poetarum commentis incitat. Catan. Mediceus *fruere*, traiectis duabus litteris. Ad *furere* poetarum provocat, quaſi ea, quae glorioſius ſcripſerat, per furorem extulerit. De *furore* iſto vide interpretes Petron. Sat. cap. CXVIII. ad fin.

1 *Qui ſive iudicant, ſive errant.*] Sic ſaepius Secundus. Vide quaedam ad Lib. V. Epiſt. VI. n. 24. *cur enim non aperiam tibi vel* iudicium *meum*, *vel* errorem. & adde Lib. I. Epiſt. II. n. 5. In Mediceo *me delectat* exaratum eſt, ut *iudicium* intelligatur.

2 *In imagine tua.*] In conſuetudinis tuae memoria, ſeu cogitatione de te. *Imago* φαντασία eſt: ſive conceptus rei, qui fit per phantaſiam, non intellectum. Buchner. Quinctilian. Declam. CCCXXIX. *Iam nunc in hac cogitatione, atque* in hac *rerum* imagine *verſatur mens mea.* Hoc fere eſt, quod Tullius de Terentia ſua dixit Lib. XIV. Fam. Epiſt. II. n. 3. *Ante oculos dies noctesque verſaris.* Ovidius II. ex Ponto Epiſt. IV. vs. 7.

Ante meos oculos tua ſtat, tua ſemper imago eſt
Et videor vultus mente videre tuos.

& pluribus verbis talem amorem & deſiderium depingit Terentius Eunuch. Act. I. Sc. II. vs. 113.

Dies noctesque me ames, me deſideres,
Me ſomnies, me exſpectes, de me cogites,
Me ſperes, me te oblectes, mecum tota ſis,
Meus fac poſtremo ſis animus, quando ego ſum tuus.

Minuc. Fel. cap. I. *Ita eius* contemplatio, *quantum ſubtracta eſt oculis, tantum pectori meo ac paene intimis ſenſibus implicata eſt.* Sulpic. Sever. Dial. I. cap. I. *Cum tu in Aegypto morareris, totus tecum ſemper animo & cogitatione verſabar, meque de te dies ac noctes cogitantem totum tua caritas poſſidebat.* Praeterea omnes libri, praeter Unicum illum: *in imagine tua vigilem*, corrupte. Ovidius XII. Met. vs. 184.

Dumque vigil *Phrygios ſervat* cuſtodia *muros*,
Et vigil *Argolicas ſervat* cuſtodia *foſſas.*

Sic Lucanus Lib. IV. vs. 7. *pervigil cuſtodia.* Valer. Flacc. Lib. I. vs. 296.

Impatiens ſomni ductor manet, hunc gravis Aeſon
Et pariter vigil Alcimede *ſpectantque tenentque.*

3 *Diaetam tuam.*] Ubi tu de die ſolebas verſari. Catan.

4 *Aeger metu.*] Affectus metu, quae animi aegritudo eſt. Metuebat enim Calpurniae uxori, ne quid mali accideret. Potius probo *aeger & moeſtus.* Idem *Aeger & moeſtus.*] Videtur eſſe ab ingenio Catanaei. Nam MSS. ejus, *aeger metu, & ſimilis*, neque aliter Pal. quam quod is, addita

[1] ſimilis excluſo a vacuo limine recedo. Unum tempus his tormentis caret, [2] quo in foro amicorum litibus conteror. Aeſtima tu, quae vita mea ſit, [3] cui requies in labore, [4] in miſeria curisque ſolatium. *Vale.* 2

VI. C. Plinius Macrino Suo S.

Bithynorum legatis in urbe agentibus, Polyaenoque petente, ut res integra ad Trajanum deferretur, ſcribit Secundus Macrino, ſe raro interlocutum, exemplis monens, interdum melius eſſe paucis, quam pluribus agere.

Rara, & notabilis res Vareno contigit, ſit licet adhuc dubia. Bithyni accuſationem ejus, ut temere inchoatam, omiſiſſe [5] narrantur: narrantur dico. adeſt provinciae legatus: attulit decretum concilii ad Caeſarem, attulit ad multos principes viros, attulit etiam ad nos Vareni

dita litera *metus*. Edd. antiquae, *aeger victus & ſimilis*. Gruter. Oxon. *aeger & victus*; Helmſt. *aeger metus aut ſimilis*; Voſſ. *aeger* mente & *ſimilis excluſo*, quod Gryphius & Sichardus expreſſerunt. Locutio non mala, quemadmodum iſta vulgatiſſima docet, *aeger animi*, de qua Gronov. ad Liv. XXX. cap. XV. & Cl. Drackenb. ad Silii Lib. III. vs. 72. Quod plerique propinant *aeger metu*, ineptum eſt. Gruterum etiam coniectura fefellit, qui alteram lectionem Catanaei ingenio tribuit. Eſt ea veterrimarum membranarum, in quibus aperte legitur: *aeger* & maeſtus ac *ſimilis excluſo*, quod reſtitui. Edidit iam Aldus, niſi quod pro *ac* etiam ſecundo loco &, ac pro *recedo*, quod eſt in omnibus MSS. ille *cedo* protulerit. Corte.

1 *Similis excluſo.*] Triſtis, tanquam ab amica foribus excluſus. Catan. Ut Phaedria aliquis Barth.

2 *Quo in foro, & amicorum l. conteror.*] Sic omnes impreſſi, & favet illud ex Epiſt. III. n. 2. Terere *in hac turba, ut te ſolitudo delectet*, & magis hoc ex Lib. II. Epiſt. III. n. 5. *Nos enim, qui* in foro *veris*que litibus terimur, *multum malitiae addiſcimus.* & ſic *in cauſſis conteri* Tullius dixit. Hic tamen Primarius Codex & eiicit, cuius nutui parendum eſſe cenſeo. Infra Lib. VIII. Epiſt. XII. n. 3. *An, ſi* litibus tererer, *obſtrictum eſſe me crederem obeunti vadimonia mea.* Livius Lib. I. cap. XXII. *illi omnium ignari primum* purgando terunt *tempus*. quomodo Noſter Lib. I. Epiſt. XIII. n. 2. *Tempusque audiendi* fabulis conterunt. item Tacitus III. Hiſt. cap. L. & alii. Idem Tacitus Agric. cap. XXXI. *Corpora ipſa ac manus ſilvis ac paludibus* emuniendis conterunt. Corte.

3 *Cui requies in labore.*] Forenſi, illo, de quo paulo ante. Quo cum occupatur animus, a deſiderio uxoris revocatur. Buchner.

4 *In miſeria & curis.*] Ut atteri perpetuo litibus, res moleſtiſſima & plena curae ac taedii, ſic dura quoque atque miſerrima eſt. Quia tamen in eo deſiderii ſui frangebatur vis, ſolatium inde ſe capere, ex quo moleſtia alii miſeriaque afficerentur. Idem. Vulgatae: *in miſeria curisque ſolatium eſt.* Sed verbum *Eſt* ignorant omnes MSS. & Ed. Vet. idque omittere ſolet auctor, ut vides ex Lib. VI. Epiſt. XX. n. 20. Epiſt. XXIII. n. 5. & aliis locis innumeris.

5 *Narrantur.*] *Dico.* Perinde ac ſi inferret, nondum tamen pro comperto habeo. Catan. *Narrantur: de eo adeſt &c.* Illud *de eo* recentiſſime natum eſt. Ejus enim loco in Pal. & Edd. Vett. *dico.* Adeo ut putem ſcriptum primitus; *omiſiſſe narrantur. narrantur dico, adeſt legatus.* Ita certe videtur legiſſe Catanaeus. Gruter. Veriſſime, ut opinor, Gruterus, neque timui lectionem illam in textum recipere, cum in omnibus noſtris invenerim: *omiſiſſe* narrantur dico. *adeſt pr. l.* Pervulgatum eſt, & vel centies iam apud Noſtrum vidimus, librarios verba bis exaranda ſemel tantum ſcribere, & geminam germa-

2 Vareni advocatos. Perſtat tamen idem ille [1] Magnus : quin etiam Nigrinum optimum virum pertinaciſſime exercet. Per hunc a Conſulibus
3 poſtulabat, ut Varenus exhibere rationes cogeretur. [2] Aſſiſtebam Vareno jam tantum , ut amicus , & tacere decreveram. Nihil enim tam contrarium, quam ſi advocatus a Senatu datus defenderem , ut reum,
4 cui opus eſſet , ne reus videretur. Cum tamen finita poſtulatione Nigrini , Conſules ad me oculos retuliſſent , *Scietis* , inquam , *conſtare nobis ſilentii noſtri rationem* , *cum* [3] *veros legatos provinciae audieritis.* [4] Contra Nigrinus: *ad quem miſſi ſunt ?* Ego : [5] *ad me quoque habeo decre-*
5 *tum provinciae.* Rurſus ille: *Poteſt tibi liquere.* Ad hoc ego : *Si tibi ex*

manam lectionem ex optimis membranis Plinio reſtituimus Lib. VI. Epiſt. XII. n. 5. *quoties* ceſſare videbor , videbor dico : *numquam enim ceſſabo : convicium facias.* ibi plura. Supra MSS. omnes & Ed. Vet. *Vareno contigit* , non , ut vulgo , *contigit Vareno.* Infra quidam impreſſi *decretum conſilii* ; Helmſt. *decreti conſilium.* Optimus tamen & plerique MSS. cum Ed. Vet. *decretum concilii*, quod non erat mutandum , ut evincit nota I. Fr. Gronovii ad Livii Lib. XLV. cap. II. CORTE.

1 *Magius.*] Quem refert Lib. V. Epiſt. XX. pluribus contra Varenum dixiſſe. CATAN. *Magnus* habent omnes Codd. noſtri , item Aldus & Gryphius, atque ita ſcribendum eſſe , non *Magius*, dixi ad Lib. V. Epiſt. XX. n. 4. Helmſt. & Aldus corrupte *Praeſtat.*

2 *Aſſiſtebam Vareno jam tantum ut amicus.*] Non ut advocatus: nam advocati proprie *adeſſe*. & *aſſiſtere* dicuntur. Quod vulgo atque , ut Gellius exiſtimat, imperite , *ſupereſſe* vocabant. Hoc idiotiſmo Auguſtus tamen uſus eſt apud Sueton. Lib. III. C. LVI. BUCHNER. Lib. VI. Epiſt. VI. n. 6. *Dicenti mihi ſollicitus* adſiſtit , *adſidet recitanti.*

3 *Veros legatos.*] Ut Polyaenum. Nam veros legatos appellat eos, qui attulerant decretum abolitae accuſationis, & Magium , qui antea miſſus fuerat accuſatum , non vocat verum legatum, quia poſteriora prioribus derogant. CATAN. Voſſ. *ſi* ceteros *legatos* proinde *audieritis.* Helmſt. *pro ut in te* ; Arnz. *prout vitae* ; Oxon. *pro ut in re.* Satis corrupte.

4 *Contra Nigrinum.*] Quae ſcilicet dicent contra ea , quae nunc petit a vobis Nigrinus, ad quem miſſi ſunt a Bithynis. Alia lectio habet, *contra Nigrinus, ad quemquam.* CATAN. Foede haec corrupta ſunt in omnibus vulgatis, ubi ita legitur & interpungitur : *cum veros legatos provinciae audieritis* contra Nigrinum , *ad quem miſſi ſunt :* Ego apud *me quoque habeo decretum provinciae. Rurſus ille : Poteſt* cet. quae neſcio quomodo tot editores concoquere potuerint. Falſum enim & ineptum ; *legatos audieritis* contra *Nigrinum* , ad *quem miſſi ſunt* ; Ineptum illud : *Ego apud me quoque habeo* ; Denique illa ; *Rurſus ille* iam ſatis produnt, praecedere debere orationem Nigrini ad Plinium directam , quam tamen in vulgata ſcriptura nusquam vides. Aurem tamen vellere poterat illud ex Lib. I. Epiſt. V. n. 5. Rurſus ille : *Quaero , quid de Modeſto ſentias?* Iterum ego: *Solebant teſtes in reos , non in damnatos interrogari.* vide illum locum. Emendavimus itaque ex membranis Mediceis & Edd. Aldinis, item ex MS. Arnz. pervulgatum vitium, & fecimus : *cum veros legatos provinciae audieritis.* Contra Nigrinus : *ad quem miſſi ſunt ?* Ego : *ad me quoque habeo decretum provinciae.* Rurſus ille : *Poteſt tibi liquere*, cet. Haec forma orationis apud Noſtrum eſt frequentiſſima. Sic Lib. II. Epiſt. VI. n. 3. *Etiamne libertos ?* Etiam. Et ille : *Magno tibi conſtat.* Minime. *Qui fieri poteſt ? Poteſt.* &c. Illud *Ego* cum Verbo videas Lib. IV. Epiſt. XIII. n. 3. & Lib. V. Epiſt. I. n. 9. Particulam *contra* ita abrupte habes Lib. VI. Epiſt. XX. n. 12. Ego contra : *ſalvum me*, *niſi una*, *non futurum.* Pari modo Salluſt. Iug. cap. CIX. n. I. Igitur Sulla : *pauca ſe coram Aſpare locuturum*, ubi ſcioli corruperant : *Igitur Sulla reſpondit.* vide quae illic indico. Noſter Lib. IV. Epiſt. XXII. n. 6. *Tum ipſe* imperator : *Quid putamus paſſurum fuiſſe , ſi viveret ?* & Mauricus: *Nobiſcum coenaret.* Abſtineo ab aliis manum. infinita enim talia ubivis reperiuntur. CORTE.

5 *Apud me.*] Jam enim dixerat veros Bithyniae legatos attuliſſe decretum advocatis Vareni: vel legas *ad me* ſcilicet miſſum. CATAN. Noſtri omnes: *ad me quoque*, non *apud me*, quod vix La-

ex diverſo liquet, poteſt & mihi, [1] *quod eſt melius, liquere.* Tum le- 6
gatus Polyaenus cauſas abolitae accuſationis expoſuit, poſtulavitque,
[2] ne cognitioni Caeſaris praejudicium fieret. Reſpondit Magnus: Ite-
rumque [3] Polyaenus: ipſe raro & breviter interlocutus. Multum me
[4] intra ſilentium tenui. Accepi enim, non minus interdum oratorium 7
eſſe tacere quam dicere: atque adeo repeto, quibusdam me capitis reis
vel magis ſilentio, quam oratione accuratiſſima profuiſſe. Mater amiſſo 8
filio (quid enim prohibet, quanquam alia ratio ſcribendae epiſtolae
fuerit, de ſtudiis diſputare?) libertos ejus, eosdemque coheredes ſuos,
falſi & veneficii reos detulerat ad Principem, judicemque impetrave-
rat Julium Servianum. Defenderam reos ingenti quidem coetu: erat 9
enim cauſa notiſſima. praeterea utrinque ingenia clariſſima. Finem
cognitioni [5] quaeſtio impoſuit, [6] quae ſecundum reos dedit. Poſtea 10
mater adiit Principem, affirmavit ſe novas probationes inveniſſe.
[1] Prae-

Latinum eſt, ſi ad ſuperiora referas, ut referri debet.

1 *Quod eſt melius.*] Cum ſim Vareni advocatus, ut mihi conſtet ex decreto provinciae accuſationem ejus omiſſam. CATAN. Vulgo ſcribebant: *quod eſt melius*, in cauſſa *liquere*, verum Optimus *in cauſſa* non agnoſcit, neque iſtud Aldus expreſſit. Alii MSS. & Ed. Vet. habent: *quod eſt melius* cauſſa *liquere*. Ut verum fatear, ne ſic quidem omnia ſana ſunt, atque eo fere inclino, ut & illa; *quod eſt melius*, ex Gloſſa irrepſiſſe exiſtimem. Sane Mediceus haec tantummodo exhibet: *Rurſus ille: Poteſt tibi liquere, ex diverſo liquet, poteſt & mihi, quod eſt melius, liquere.* Helmſt. autem & Ed. Vet. *ex diverſo libet.* Plures ſcripti: *cauſſa* liqueret. *Legatus Polyaenus* cet, omiſſa particula *Tum*, quam tamen Primarius tenet, & in aliis per notam praecedenti verbo adjectam eſſe, patet. Potuerit liquere & Plinio, & Nigrino; Mihi vero non liquet, quae ſingularis hic ſubiecta ſit ſententia. Quare per otium de hoc loco cogitabimus.

2 *Ne cognitioni Caeſaris praejudicium fieret.*] Ut integra omnia cognitioni Caeſaris reſervarentur, ut ipſe in fine Epiſtolae Plinius interpretatur. BUCHNER.

3 *Polyaenus.*] De magiſtratu ad *Polyaenum* ſcriptas epiſtolas teſtatur Seneca. Fuit & *Polyaenus* Sardianus declamator ſub Julio Caeſare, item *Polyaenus* orator Macedo. Lego *Polyaenum* Pruſae domum D. Claudio legaſſe, & alium *Polyaenum* ab Adriano mori adactum: ad haec *Polyaeni* meminit Seneca de dote praelegata. *Polyaeni* epitheto Homerus Ulyſſem donat tanquam multarum laudum virum. CATAN.

4 *Intra ſilentium.*] Quod eſt ſecundum Philoſtratum *ſermonis magiſter.* Inde cum Lib. VI. hoc ſcripſiſſet, retulit VIII. inter primas orationis virtutes enumerandam videri dicendi moderationem: tacere autem in judicio quartam virtutem percepiſſe. Quare ſubjunxit Secundus *non minus oratorium eſſe tacere, quam dicere.* Nam cum orator ſit vir bonus dicendi peritus, ſequitur, ut & tacendi gnarus ſit. Quamquam Plutarchus in ſympoſiis ſcribat, *oratores oratoriam dicendo, philoſophos vero philoſophiam tacendo exercere:* ſed cum utraque facultas juxta ſit, ut qui optimus orator idem ſit optimus philoſophus, non mirum ſi interdum orator philoſophi partes agit. IDEM. Helmſt. Arnz. Oxon. & Ed. Vet. *multum intra ſilentium tenus accepi*, corrupte. Aldus: *multum me* in ſilentio *tenui.* Vulgatae adſtipulatur Optimus. Lib. IV. Epiſt. XVII. n. 8. *paulliſper* ſe intra ſilentium tenuit, *quod illi plurimum auctoritatis addebat.* Lib. IX. Epiſt. XXIII. n. 1. *cum diu ſe* intra *judicum auctoritatem gravitatemque* tenuiſſent. Infra Mediceus & ceteri ſcripti cum Ed. Vet. *me quibusdam capitis reis*, non, ut Vulgatae: *quibusdam me cap. r.*

5 *Quaeſtio.*] Servorum tortura. CATAN.

6 *Quae ſecundum reos dedit.*] *Dare ſecundum reos*, pronunciare pro reis eſt, ferre ſententiam pro reis. Exempla habes apud Cujacium Lib. VI. Obſerv. cap. XXVII. BUCHNER. Optimus Provocabulum *quae* omittit: *quaeſtio impoſuit, ſecundum reos dedit.* Formulam, *ſecundum reos dedit,*

[1] Praeceptum eſt [2] Suburano, ut vacaret finitam cauſam retractanti,
11 ſi quid novi afferret. Aderat matri Julius Africanus, nepos [3] Julii oratoris, (quo audito [4] Paſſienus Criſpus dixit, *Bene, me Hercule, bene*:

dedit, pluribus adſtruximus ad Lucani Lib. VIII. vs. 332.

> *Una dies mundi damnavit fata?* ſecundum Emathiam lis *tanta* datur?

1 *Praeceptum eſt.*] Hic habemus exemplum retractatae cauſae poſt pronunciatam ſententiam. Quae obſervatio ad jus civile pertinet nec praeteriit Cujacius, quem vide Lib. XVIII. Obſerv. cap. XXXV. Buchner.

2 *Serviano.*] Hoc nomen praeferunt omnes vulgatae; At Mediceus, omnesque alii ſcripti atque primitus cuſi cum Aldo *Suburano*, & ſic infra iidem Codd. n. 11. *Rogo, inquit, Suburane.*

3 *Julii Oratoris.*] Qui & ipſe Africanus cognominatus erat, & quem vidiſſe teſtatur Fabius. Fuit autem concitatus orator; ſed in cura verborum & compoſitione nimius: nonnunquam longior, & tranſlationibus parum modicus. Hic eſt ille Africanus, cujus inopinata inſigniter ſententia apud Neronem de morte matris profertur, *Rogant te Caeſar Galliae tuae, ut felicitatem tuam fortiter feras.* Catan.

4 *Paſſienus Criſpus.*] Bis Conſul & orator inſignis, cujus illud apud Tacitum ſcitum de C. Caeſare dictum, cum immanem animum ſub Tiberio ſubdula modeſtia tegeret, non damnatione matris, non exilio fratrum vocem rumperet, qualem Tiberius diem induiſſet pari habitu haud multum diſtantibus verbis, Neque *meliorem* unquam *ſervum* neque *deteriorem dominum* fuiſſe. Agrippinae matrimonio, & Nerone privigno clarior. Moriens ampliſſimam Neroni hereditatem reliquit. Euſebius in Auguſto, *Paſſienus*, inquit, *pater declamator inſignis diem obiit:* pater inquam illius Paſſieni Criſpi, qui cum audiviſſet Julium Africanum dicentem, laudaverat his verbis actionem ejus, *Bene, me hercule, bene dixiſti: ſed quid opus fuerat hoc tam bene dicere, cum id cauſa non exigeret?* Idem. Nihil ſani erat in vulgata lectione, quam nos, praefiſcine dixerim, feliciſſime emendavimus. Sed ne pereat tam lepidum commentum, poſtquam ex contextu migravit, hic ſaltem legatur. Ita ergo omnes vulgatae: *Aderat matri Iulius Africanus, nepos Iulii* Oratoris: quo *audito Paſſienus Criſpus dixit, Bene, mehercule, bene: ſed quo tam bene?* Iulius Nepos *iuvenis ingenioſus* cet. Vides magnum numerum ineptiarum. Primum, cum Plinius de ſuo ſilentio dicere inſtituiſſet, hic alius breviter reſpondet, & reſpondet Paſſienus Africano nepoti, quod per aetatem impoſſibile fuit. Deinde accedit novus, ſed inſulſiſſimus, advocatus, *Julius Nepos*, & tamen mox Plinius non huic, ſed Africano reſpondet. At MSS. omnes & Ed. Vet. non *Iulius Nepos*, ſed *huius nepos* exhibent. Quare, ne vulgares ſordes multis exagitem, ſcripſi & diſtinxi: *Aderat matri Iulius Africanus*, nepos *Iulii* oratoris (*quo audito Paſſienus Criſpus dixit: bene, mehercule, bene: ſed quo tam bene?*) huius nepos *iuvenis ingenioſus* &c. Sic vides omnia recte procedere. Unus Africanus nepos dicit: eum deſcribit ab avo ſuo, quo avo audito aliquando Paſſienus iſta dixerat: & poſt haec de avo interpoſita adſumit orationem: *huius*, inquam, *nepos* cet. Forma ſcribendi, ut legenti conſulatur, eſt frequentiſſima, & plura exempla peti poſſunt ex iis, quae produximus ad Lib. V. Epiſt. III. n. 5: *An* ego verear (*neminem viventium* cet.) *ſed* ego verear, *ne me non ſatis deceat* cet. & ad Ei. Lib. Epiſt. VI. n. 23. *cui ſubeſt* fonticulus. *In* hoc fonte *crater* cet. Gellius Lib. XVIII. cap. VII. princ. Domitio *homini docto, cui cognomentum inſano factum eſt*... ei Domitio *Favorinus noſter cum forte obviam veniſſet.* Apuleius Apolog. pag. 285. *At enim* Manio Curio, *tot adoreis longe incluto, quippe qui ter triumphum una porta egerit*, ei *igitur* Manio Curio *duos ſolos in caſtris calones fuiſſe?* qui Apuleius fere nimius eſt in hoc genere. Auguſtinus de rat. animae ad Hieronym. Quis *autem* novit, quid parvulus, *de quorum cruciatibus duritia maiorum contunditur*.... quis *ergo* novit, quid *ipſis* parvulis *reſervet deus?* & paullo poſt: *quis autem novit.... quis autem novit.* ita in veterrimis membranis reperi. Alii *inquam* bis ſecundae clauſulae inſerunt. Auctor de Vit. Contempl. Lib. II. cap. XV. *Et domini noſtri* levi onere (*quod ſubiectos non onerat ſed honorat, nec deprimit omnino, ſed ſublevat*) hoc *ergo* levi onere *poſthabito plumbeum pondus noſtris cervicibus aggeramus.* Ita ex antiquiſſimo Cod. locus ille conſtituendus. Homerus Odyſſ. γ'. vs. 218. & 223.

> Εἰ γάρ σ' ὣς ἐθέλοι φιλέειν γλαυκῶπις Ἀθήνη.
> Ὡς τότ' Ὀδυσσῆος περικήδετο κυδαλίμοιο
> Εἴ σ' οὕτως γ' ἐθέλοι φιλέειν, κήδοιτό τε θυμῷ.

Ce-

bene: [1] *ſed quo tam bene?*) huius nepos, juvenis ingenioſus, ſed parum [2] callidus, cum multa dixiſſet, adſignatumque tempus impleſſet, *Rogo*, inquit, *Suburane*, *permittas mihi unum* [3] *verbum adjicere*. Tum ego, cum omnes me, ut diu reſponſurum, intuerentur, *Re-* 12
ſpondiſſem, inquam, *ſi unum illud verbum Africanus adjeciſſet, in quo non dubito omnia nova fuiſſe.* [4] Non facile me repeto, tantum conſe- 13
cutum adſenſum agendo, quantum tunc non agendo. Similiter nunc & probatum & exceptum eſt, quod pro Vareno [5] hactenus non tacui. Conſules, ut Polyaenus poſtulabat, omnia integra Principi ſervaverunt, 14
cujus

Ceterum de Iulio Africano maiore vide Quinctilian. Lib. X. cap. I. ubi iam Cl. Burmannus monuit, eiusdem etiam mentionem facere Auct. Dial. de Orator. cap. XV. CORTE.

1 *Sed quo tam bene?*] *Quo*, in quem finem. Senſus eſt: Bene mehercule, bene dixiſti: ſed quid attinet tam bene dicere, neque enim exigit cauſa. BUCHNER. Helmſt. & Ed. Vet. *ſed* quidem *tam bene*; Voſſ. Arnz. & Oxon. *ſed quid*, non male, ut oſtendimus ad Lucan. Lib. I. vs. 681.

— — — quid *tela manusque*
Romanae miſcent acies?

Exquiſitius tamen erit *ſed* quo *tam bene?* idque non moveo, quia in Mediceo exſtat: *ſed* quod *tam bene?* Hoc pluribus illuſtramus ad Lucan. Lib. I. vs. 663.

— — quo *ſigna meatus*
Deſeruere ſuos?

2 *Callidus.*] Aſtutus, exercitatus. Verſutia enim & aſtutia plurimum oratori confert. CATAN. Mediceus: *ſed parum Gallus*; Arnz. *callus*; Helmſt. *ſed non parum callidus:*

3 *Verbum.*] Paucula, uſitato dicendi modo. Verbum ex legibus accipiendum eſt tam legum ſententia quam ex verbis ſecundum Ulpian. de verb. ſignif. Alii legunt *verſum.* ſuper quo alibi. CATAN. Recentiores ſcripti ex noſtro numero: *unum* verſum *adiicere*, quod ſcribenti conveniret, neſcio, an dicenti. Praeſtantiſſimus: *unum verbum dicere*, ſed *dicere* non placet, & ex antiqua ſcriptura *adicere* facillime corrumpi potuit. Placet *verbum*, quod & infra dictae membranae praeferunt. Lib. III. Epiſt. IX. extr. *Hic erit epiſtolae finis*, *revera finis*: litteram non addam, *etiamſi adhuc aliquid praeteriiſſe me ſenſero.* Terent. Andr. Act. I. Sc. V. vs. 65.

— — verbum vnum *cave de nuptiis.*

Act. IV. Sc. IV. vs. 13.

— — verbum *ſi mihi*
Unum, *praeterquam quod te rogo*, *faxis*, *cave.*

Act. V. Sc. II. vs. 19.

— — verbum *ſi* addideris. *Dromo.*

ſic ille ſaepius. Notum & illud Horatii I. Sat. I. vs. ult.

— — verbum *non amplius* addam.

aliaque plura.

4 *Non facile me repeto, tantum &c.*] Loco horum omnium tantum eſt in Palatino, *non facile me repeto tantum tam adſenſum agendo.* neque aliter Editiones Vett. usque ad Aldinam, quae cetera nobis invexit, alluvione manifeſta. GRUTER. Sed quae iſthaec adluvio, & cur non idem de n. 7. & plurimis aliis locis pronunciavit vir doctiſſimus? Immo Palatinus, item Helmſt. Voſſ. & Oxon. notiſſimo vitio librariorum, qui, ubi verba iterantur, a primo ſaepe ad ſecundum tranſiliunt, corrupti ſunt. Integerrimus certe Mediceus & Arnz. receptam lectionem tuentur. Voſſ. *Non facile me repeto*, *tantum adſenſum* cepiſſe *agendo. Similiter* cet. quod obfert etiam Ed. Sichardina.

5 *Hactenus non tacui.*] Illud *non* viſitur quidem in Palat. ſed alia poſitura, nempe, *quod pro Vareno* [*non*] *tacui hactenus.* Modius ait non exſtare in Neuſtetterianis, & per me abſit licet. GRUTER. *Hactenus non tacui.*] Fallitur Modius, cum cenſet haec diſerte pugnare cum iis, quae praecedunt. Nam, *hactenus non tacui*, eſt, tantillum, & non plus locutus ſum: tacui prae-

 ter-

cujus cognitionem ſuſpenſus exſpecto. Nam dies ille nobis pro Vareno, aut ſecuritatem & otium dabit, aut intermiſſum laborem renovata ſollicitudine injunget. *Vale.*

VII. C. Plinius Saturnino Suo S.

Gaudet amicitia inter Priſcum & Saturninum, quem hortatur ad ſe reverti.

ET proxime Priſco noſtro, & rurſus, quia ita juſſiſti, gratias egi, libentiſſime quidem. Eſt enim mihi perjucundum, quod viri optimi [1] mihique amiciſſimi adeo cohaeſiſtis, ut invicem vos obligari pu-
2 tetis. Nam ille quoque praecipuam ſe voluptatem ex amicitia tua capere profitetur, certatque tecum honeſtiſſimo certamine mutuae cari-
3 tatis, quam [2] ipſum tempus augebit. Te negotiis deſtineri, ob hoc moleſte fero, quod deſervire ſtudiis non potes: [3] ſi tamen alteram litem per judicem, alteram, ut ais, ipſe finieris, incipies primum iſtic otio frui, deinde ſatiatus ad nos reverti. *Vale.*

VIII. C. Plinius Priſco Suo S.

Probat Priſci cum Saturnino familiaritatem, hortaturque Priſcum, ut in ea pergat.

EXprimere non poſſum, quam jucundum ſit mihi, quod Saturninus noſter ſummas tibi apud me gratias aliis ſuper alias epiſtolis agit. Perge,

terquam, quod raro & breviter, ut dixi, interloquutus ſum. Haec enim eſt vis illius particulae, de qua Obſerv. in Eccleſiaſt. ſcriptores cap. XXII. Habet quidem & locum, *hactenus tacui*, non egi, niſi paucis iſtis, quae interfatus ſum: tacui, niſi quod iſta, quorum tum memini, dixi. At illud repugnare ſententiae, dicendum non erat. Magis tamen placet negandi particulam retineri, quum eam ſervet Gruteri codex. Gronov. Recte Gronovius, & longe certior fuiſſet de Particula *non* retinenda, ſi ſcire licuiſſet, eamdem praeſtari etiam ab Optimo, Helmſt. Arnz. Voſſ. & Ed. Vet. qui omnes: *hactenus* non *tacui*, *Hactenus* eodem ſenſu habes Lib. II. Epiſt. XIV. n. 9. *Primus hunc audiendi morem induxit Largius Licinius*, hactenus *tamen*, *ut auditores corrogaret.* Lib. IV. Epiſt. VIII. n. 3. *In hoc fortunae* hactenus *licet*, *ut dari poſſit.* Lib. VII. Epiſt. XXXI. n. 6. *cum plerique* hactenus *defunctorum meminerint*, *ut querantur.* Lib. IX. Epiſt. XV. n. 3. *& patrem familiae* hactenus *ago.* Modii ſententiam videas Novantiqu. Epiſt. XCII.

1 Mihique *amiciſſimi.*] Helmſt. & Arnz. *virique amiciſſimi.* Ed. Vet. *virque* mendoſe.

2 *Ipſum tempus.*] Cum indies magis veſtras virtutes cognoveritis. Catan.

3 *Si tamen.*] Duas lites habebat Saturninus inter manus, quarum alteram beneficio judicis, alteram ſua diligentia brevi ſperabat componere. Idem. Infra Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *alteram* ut

Perge, ut coepiſti, virumque optimum quam familiariſſime dilige, 2
magnam voluptatem ex amicitia ejus percepturus, nec ad breve tempus.
Nam [1] cum omnibus virtutibus abundat, tum hac praecipue, quod 3
habet maximam in amore conſtantiam. *Vale.*

IX. C. PLINIUS CORNELIO FUSCO SUO S.

Fuſcum monet, ut in ſeceſſu Graeca in Latinum, noſtra in Graecum transferat, conſulitque ut quae legit, repetat, ſeque intermiſſo interdum ſtudio oratoris ad hiſtoriam & poeticam convertat.

QUaeris quemadmodum in ſeceſſu, quo jamdiu frueris, putem te
ſtudere oportere. [2] utile inprimis, & multi praecipiunt, vel [3] ex 2
Graeco in Latinum, vel [4] ex Latino vertere in Graecum: quo
genere exercitationis proprietas, ſplendorque verborum, [5] copia figurarum, vis explicandi, praeterea imitatione optimorum ſimilia inveniendi facultas paratur. ſimul quae legentem feſelliſſent, transferentem
fugere non poſſunt. intelligentia ex hoc & judicium acquiritur: nihil 3
obfuerit, quae legeris hactenus, ut rem, argumentumque teneas,
quaſi aemulum ſcribere, lectisque conferre, ac ſedulo penſitare,
[1] quid

ut *ipſe finieris*, omiſſo verbo *ais*, qui error ſcripturam peperit Voſſ. *alteram* tu *ipſe finieris.*

1 Cum *omnibus virtutibus* abundet.] Sic vulgatae omnes inde ab Aldo, neſcio qua ſecordia. Inde autem diligentiſſimus Cellarius exemplis docere debuit, *cum* in hoc ſignificatu etiam Coniunctivo iungi. At Mediceus, omnesque ſcripti & Ed. Vet. conſenſu: *cum o. v. abundat.* Similiter peccant infra Lib. VIII. Epiſt. XVIII. extr. *Nam* cum *aures hominum novitate* laetantur, tum *ad rationem vitae exemplis erudimur.* Sic illic membranae; Alii fecerant *laetentur.* Ut adeo haec duo loca fruſtra pro Coniunctivo citaverit Livineius ad Mamertin. Paneg. Maxim. cap. I. init. Idem de alio loco Plinii dicendum, quem profert ex Panegyr. cap. XLVI. n. 7. ibi enim τῷ *cum* non redditur *tum* in fideliſſimo MS. quem conſuluimus, ſed *tuo* eius loco ſcribitur, quod nec Livineius ipſe, Plinium tractans, improbare voluit. Noſter certe ſaepiſſime, ne dicam ſemper, dictae Particulae Indicativum iungit. CORTE.

2 *Utile inprimis, & multi praecipiunt.*] Helmſt. Voſſ. & Ed. Vet. *utile mihi primum & multis praecipue erit, vel* cet. Arnz. *utile mihi primum, & multi praeceperunt.* Optimus, ut editur. De re legas Quinctilian. Lib. X. cap. V.

3 *Ex Graeco in Latinum &c.*] Vertere Graeca in Latinum veteres noſtri oratores optimum judicabant. Id ſe L. Craſſus in illis Cic. de Orat. libris dicit factitaſſe: id Cicero ſua ipſa perſona frequentiſſime praecipit, quin etiam libros Platonis atque Xenophontis edidit hoc genere tranſlatos: & Homeri quaedam, uti ipſe Lib. ultimo de finibus teſtatur. Marco id Meſſallae placuit, multaeque ſunt ab eo ſcriptae ad hunc modum orationes: adeo ut etiam cum illa Hyperidis pro Phryne, difficillima Romanis ſubtilitate contenderet. Et manifeſta eſt exercitationis hujuſce ratio: nam & rerum copia Graeci auctores abundant, & plurimum artis in eloquentia intulerunt, & horum ſcriptum transferentibus, verbis uti optimis licet. CATAN.

4 *Ex Latino, &c.*] Cui rei aſſentitur Quintilianus: *Sed etiam illa ex Latinis converſio multum contulerit: nam ex utroque copia, & facilitas maxime venit.* IDEM.

5 *Copia figurarum.*] Quae transferentibus excogitanda eſt. Nam figuras, quibus maxime ornatur

[1] quid tu, quid ille commodius. Magna gratulatio, ſi nonnulla tu:
[2] magnus pudor, ſi cuncta ille melius. licebit interdum & notiſſima
4 eligere & [3] certare cum electis. Audax haec, non tamen improba,
quia ſecreta contentio: quanquam [4] multos videmus ejusmodi certa-
mina ſibi cum multa laude ſumpſiſſe, quosque ſubſequi ſatis habe-
5 bant, dum non deſperant, anteceſſiſſe. Poteris & quae dixeris, poſt
oblivionem [5] retractare, multa retinere, plura tranſire, [6] alia inter-
6 ſcribere, alia reſcribere. Laborioſum iſtud & taedio plenum, ſed
difficultate ipſa fructuoſum [7] recaleſcere ex integro, & reſumere im-
petum fractum, omiſſumque, Poſtremo nova velut membra [8] per-
7 acto corpori intexere, nec tamen priora turbare. Scio nunc tibi
eſſe

natur oratio multas & varias excogitandi etiam neceſſitas quaedam eſt, quia plerumque a Graecis Romana diſſentiunt. CATAN.

1 *Quid tu, quid* ille *commodius.*] Quis *ille?* praecedit enim tantum de lectis. Itaque non poſſum dubitare, quin ſit emendandum *illa.* Atque ita ſtatim poſt: *ſi cuncta* illa *melius.* SCHEFFER. Miſerum acumen! *ille* omnes Codd. praeferunt, & vel tirunculus *illum* intelliget, quem legerit, licet non ſcriptor, ſed ſcriptum in ſuperioribus ſit nominatum. Sic ex *comoedus* intelligi poſſe *comoedia*, diximus ad Lib. V. Epiſt. XIX. n. 3. ubi ſimiliter offendit Schefferus; & ex *philoſophia* capiuntur ſenſu *philoſophi* Lib. I. Epiſtola X. n. 10. quo loco plura notavimus. Sic *regna* praecedunt, & tamen *qui* ſubiicitur, quaſi *reges* ſcriptum fuiſſet apud Lucan. Lib. VIII. vs. 278. ubi alia collegi.

2 *Magna gratulatio, &c.*] Ita recte Modiani. Vulgati enim recentius; *ſi tu nonnulla, tum magnus &c.* quomodo tamen neque Edd. antiquae, in quibus *gratulatio nonnulla, tum magnus &c.* GRUTER. Modium vide Nov-antiq. Epiſt. XCII. Conſentit Praeſtantiſſimus, in quo clare: *ſi nonnulla* tu; *magnus p.* Helmſt. *ſi nonnulla* tum *magnus p.* Ceteri fere eam ſcripturam habent, quam ex Edd. Vett. laudavit Gruterus. Iam Gryphius verum exſcribi curavit, niſi quod is Provocabulum transpoſuit: *ſi* tu *nonnulla.*

3 *Certare cum electis.*] Sicut Brutum legimus compoſuiſſe defenſionem Milonis ad aemulationem Ciceronis. CATAN.

4 *Multos.*] Dixit Sextius contra M. T. orationem pro ſe habitam. Proinde Caligula ſolebat proſperis oratorum actionibus reſcribere, & magnorum in Senatu reorum accuſationes defenſionesque meditari. IDEM. Verbum *videmus* deſideratur in Helmſt. & Voſſiano. Aeque corruptum eſt, quod infra recentiores ſcripti & Ed. Vet. atque Gryphius *quousque ſubſequi* exhibent, pro *quosque.*

5 *Retractare.*] Emendare. Retractatio pars ſtudiorum longe utiliſſima: neque enim ſine cauſa creditum eſt ſtilum non minus agere cum delet. Hujus autem operis eſt adjicere, detrahere, mutare: ſed facilius in iis ſimplexque judicium, quae repellenda, vel dejicienda ſunt. Premere vero tumentia, humilia extollere, exultantia coercere, duplicis eſt operae: nam & damnanda ſunt quae placuerant, & invenienda quae fugerant. Nec dubium eſt optimum eſſe emendandi genus, ſi ſcripta in aliquod tempus reponantur: ut ad ea poſt intervallum velut nova atque aliena redeamus. CATAN. Lege Buchnerum infra ad Lib. VIII. Epiſt. XXI. n. 6.

6 *Alia interſcribere, alia reſcribere.*] Id eſt, adjicere alia & interſerere, (paulo poſt *nova membra intexere* interpretatur:) alia demere, & loco eorum ponere nova ac meliora. Sic Lib. V. Epiſt. VIII. *reſcribere actiones* eſt recenſere & emendare. BUCHNER. Lib. VIII. Epiſt. XXI. n. 6. *Haec vel emendata poſtea, vel deteriora facta, quaſi nova rurſus &* reſcripta *cognoſces.* Supra iuniores Codd. & Ed. Vet. *multa retinere*, multa *tranſire*, invito Mediceo.

7 *Recaleſcere.*] Intentionem renovare. CATAN.

8 *Peracto corpori.*] Eleganter, pro perfecto operi, abſoluto ſcripto. *Peragere* eſt perficere, abſolvere, quod pluribus adſtruo ad Lucan. Lib. I. vs. 691. & infra Buchner. ad Lib. IX. Epiſt. I. n. 2. *nolo quemquam opinari, defuncto demum* (libros) *inchoatos, quos incolumi eo peregiſti.* *Corpus* eo venuſtius dixit, quia praecedunt *membra.* Sed & Lib. II. Epiſt. X. n. 3. *Enotuerunt* qui-

eſſe praecipuum ſtudium orandi: ſed non ideo ſemper [1] pugnacem hunc, & quaſi bellatorium ſtilum ſuaſerim. Ut enim terrae variis mutatisque ſeminibus, ita ingenia noſtra nunc hac nunc illa [2] meditatione recoluntur. Volo interdum aliquem [3] ex hiſtoria locum appre- 8
hendas: volo epiſtolam diligentius ſcribas: [[4] volo carmina:] nam ſaepe in orationes quoque non hiſtorica modo, ſed prope [5] poetica de-

quidam tui verſus. Hos niſi retrahis in corpus, *quandoque, cuius dicantur, invenient.* Seneca de Tranquill. cap. IX. *cur ignoſcas homini* corpora *conquirenti aut ignotorum auctorum, aut damnatorum, & inter eos millia* librorum *oſcitanti.* Livius Lib. III. cap. XXXIV. *Vulgatur deinde rumor, duas deeſſe tabulas, quibus adiectis*, abſolvi *poſſe* velut corpus *omnis Romani iuris.* Cicero Lib. V. Fam. Epiſt. XII. n. 12. *A principio enim coniurationis usque ad reditum noſtrum videtur mihi modicum quoddam* corpus *confici poſſe.* ubi alia quaedam adſcripſi.

1 *Pugnacem.*] Judicialem. *Et bellatorium.*] Concertatorium, forenſem. Alitur enim atque enitescit velut pabulo laetiore facundia, & aſſidua concertationum aſperitate fatigata renovatur. CATAN. Fortaſſe ſcripſit Plinius: *pugnacem hunc & quaſi* bellatorem *ſtilum ſuaſerim*, ut Virgilius: *bellator equus.* BARTH. Eſt ſane in Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *bellorum ſtilum*; in Voſſ. *bellicum ſtilum*, non tamen propterea Barthii *bellatorem* comprobaverim. Optimus adfirmat *bellatorium.*

2 *Meditatione.*] Exercitatione. BUCHNER. Mira negligentia recentiores ſcripti, Ed. Vet. Aldus, Gryphius ſiſtunt: *nunc hac, nunc* illac *meditatione.* Primarius *illa* habet, ut recenter cuſi.

3 *Ex hiſtoria locum.*] Quapropter hiſtoriae nonnunquam ubertas in aliqua exercendi ſtili parte ponenda eſt. Fabius. CATAN.

4 *Volo carmina.*] Haec inſerit Gryphius, Catanaeus & omnes Vulgatae: credo, quia mox poeticae deſcriptionis meminit. At omnes noſtri MSS. & Ed. Vet. & Aldus omittunt, videsque, infra demum n. 9. de *carmine* monere Plinium. Quae vero de *deſcriptionibus* ſubiiciuntur, ea primario ad *hiſtoricam deſcriptionem* pertinent, ut adeo non opus fuerit, *carminis* mentionem praemittere. Inducenda ergo ſunt plane iſta: *volo carmina*, quod & ſine librorum auctoritate fecerant, ſi conſideraſſent, auctorem ordine rationem reddere, cur *hiſtoricus*, cur *epiſtolicus*, ut ita dicam, ſtilus ſit exercendus.

5 *Poetica deſcriptionum neceſſitas incidit.*] Legitur & *Poeticae deſcriptionis.* dixerat de quadam ſua oratione loquens, *deſcriptiones locorum*, quae in hoc libro frequentiores erunt, *non hiſtorice tantum, ſed prope poetice* proſequi fas eſt. M. Tull. de oratore, (Lib. I.) *Poeta oratori finitimus eſt, numeris aſtrictior paulo: verborum autem licentia uberior, multis vero ornandi generibus ſocius ac pene par: in hoc quidem certe prope idem, nullis ut terminis circumſcribat jus ſuum, quo minus ei liceat eadem illa facultate, & copia vagari, qua velit.* CATAN. Memorat etiam Minos, in Vet. Cod. legi: *non* hiſtoricae *modo, ſed prope* poeticae deſcriptionis *neceſſitas incidit*, quam ſcripturam ſuis auribus magis lenocinari ſcribit Modius Novant. Epiſt. XCII. Noſtri tamen Codd. nihil movent, niſi quod nonnulli *deſcriptione* exhibeant, pro *deſcriptionum*, & ipſa haec lectio doctior eſt, quam ut ab librariis provenerit, quorum captui illa altera potius reſpondet. Nam *deſcriptionum neceſſitas* per Periphraſin dicitur pro *deſcriptione*, quae eſt neceſſaria, itaque *poetica*, *hiſtorica* ad ſenſum magis ſpectat, quam ad verba. Similiter Sidonius Lib II. Epiſt. XIII. *Felicem te, Damocles, qui non uno longius prandio* regni neceſſitatem *toleraviſti.* Caeſar Lib. I. B. Gall. cap. XL. n. 10. *Qui ſuum timorem in* rei frumentariae ſimulationem *& anguſtias itinerum conferrent, facere adroganter.* ubi fruſtra laborant viri docti. Plura talia profero ad Lucani Lib. I. vs. 666.

— — — ferri*que* poteſtas
Confundet ius omne manu

& Lib. VI. vs. 139.

— — *iam* mundi iura *patebant.*

Et ne dubites, additum *poetica* ad *neceſſitatem* poſſe referri, ecce idem Lucanus Lib. V. vs. 527.

— — *o* vitae tuta *facultas*
Pauperis, anguſtique laris!

pro *o tuta vita!* Pollio Tyrann. cap. I. *Triginta ty-*

deſcriptionum neceſſitas incidit ; & [1] preſſus ſermo purusque ex epi-
9 ſtolis petitur. Fas eſt & carmine [2] remitti, non dico continuo, & longo, (Id enim perfici niſi in otio non poteſt) ſed hoc arguto &
10 brevi, quod apte quantaslibet occupationes curasque diſtinguit. Luſus vocantur, ſed hi luſus non minorem interdum gloriam, quam [3] ſeria conſequuntur : atque adeo, (cur enim te ad verſus non verſibus adhorter ?)

> [4] *Ut laus eſt cerae, mollis cedensque ſequatur*
> [5] *Si doctos digitos*, [6] *juſſaque fiat opus*:
> *Et nunc* [7] *informet Martem*, [8] *caſtamque Minervam*,
> *Nunc Venerem effingat, nunc Veneris puerum* :

Utque

tyranni, *occupato Valeriano* magnis belli *Perſici* neceſſitatibus, *exſtiterunt*. Seneca Herc. Fur. vs. 842.

> — *cum* longae *redit* hora noctis.

pro *longa hora*, ut recte Gronovius. Florus Lib. III. cap. XIV. n. 5. *adeoque* praeſenti metu mortis *exterruit*, *ut abdicare ſe magiſtratu cogeretur*, quod non capiebant viri doctiſſimi, quos comiter in viam reduximus ad Lucani Lib. V. vs. 693. ubi plura videas licet. CORTE.

1 *Preſſus ſermo purusque.*] *Preſſus*, non amplius, copioſus, elatus, ſed modeſtus atque adſtrictus eſt, *Purus*, ſimplex & rectus eſt, qui affectae orationi opponitur. BUCHNER.

2 *Remitti.*] Recreari. Nec carmine quidem ludere contrarium fuerit, ſicut athletae remiſſa quibusdam temporibus ciborum atque exercitationum certa neceſſitate ocio & jucundioribus epulis reficiuntur. CATAN.

3 *Seria.*] Auctores rerum gravium, ut philoſophiae, hiſtoriarum, orationum. IDEM.

4 *Ut laus.*] Ordo eſt: *ſic decet ingenium hominum flecti*, & reliqua. IDEM.

5 *Si doctos.*] Si ab artifice docto elaboretur. Sic M. T. de oratore dixit *orationem*, *ſicut molliſſimam ceram*, *ad noſtrum arbitrium formamus & fingimus.* Et Ovid. X. Metamorphoſeos:

> — *Ut hymettia ſole*
> *Cera remolleſcit*, *tractataque pollice multas*
> *Flectitur in facies*, *ipſoque fit utilis uſu.*

IDEM.

6 *Juſſaque fiat opus.*] Fiat opus quod juſſa eſt: hoc eſt, in quod coepta eſt fingi ac duci. Verbum *jubere* eleganter de operibus uſurpatur, quae manu & arte fiunt. Columella Lib. X. *Tam juſſi veniant declivi tramite rivi. Juſſi rivi*, id eſt, manu facti. Alibi *manu illatam aquam* dixit, & *aquae ſuae ſpontis* oppoſuit : hoc eſt, quae non deducta, ſed ſua ſponte fluit. Sic *juſſae lacrimae* apud Martialem, expreſſae arte & coactae ſunt, non ſponte fluentes. BUCHNER. Ovidius XIV. Metam. vs. 686.

> *Et quod erit* iuſſus (*iubeas licet omnia*) fiet.

De iſta verbi ſignificatione dicimus ad Lucani Lib. X. vs. 216.

> — *ut Oceanus lunaribus incrementis*
> Iuſſus *adeſt.*

Adeas etiam Cl. Burmann. ad iſta Sat. cap. CXXIII.

> — *mox flumina montibus altis*
> *Undabant modo nata*, *ſed haec quoque* iuſſa *putares.*

7 *Informet Martem.*] Formam & imaginem Martis ſumat. CATAN.

8 Caſtamque *Minervam.*] Forte: *Veſtam*, *atque Minervam.* BARTH. Non ita Codd. Iuniores tamen & Ed. Vet. cum Gryphio : *caſtamve Minervam.* Optimus *caſtamque*, & hoc tale Epitheton Minervae, ut illud apud Lucan. Lib. IX. vs. 665.

> *Auxilium volucri* Pallas *tulit* innuba *fratri.*

Ovidius I. Amor. Eleg. VII. vs. 18.

> *Procubuit templo*, caſta Minerva, *tuo.*

quo-

Vtque ſacri fontes non ſola incendia ſiſtunt,
Saepe etiam flores, [1] *vernaque prata juvant:*
Sic hominum ingenium flecti, ducique per artes
Non rigidas docta mobilitate decet.

Itaque ſummi oratores, ſummi etiam viri ſic ſe aut exercebant, aut 12
delectabant: immo [2] delectabant, exercebantque. Nam mirum eſt, 13
ut his opuſculis animus intendatur, remittaturque. [3] recipiunt enim amores, odia, iras, miſericordiam, urbanitatem, omnia denique,
quae [4] in vita atque etiam in foro cauſisque verſantur. Ineſt his quo- 14
que eadem, quae aliis carminibus utilitas, quod [5] metri neceſſitate devincti ſoluta oratione laetamur, & quod facilius eſſe comparatio
oſtendit, [6] libentius ſcribimus. Habes plura etiam fortaſſe, quam re- 15
quirebas: unum tamen omiſi. Non enim dixi, quae legenda arbitrarer, quanquam dixi, cum dicerem, quae ſcribenda. Tu memineris,
ſui cujusque generis auctores diligenter [7] eligere. Ajunt enim, *Mul-* 16

quomodo multi. Vide ipſum Barthium ad Papin. II. Theb. vs. 724. & 737.

1 *Vernaque prata* lavant.] MS. noſter *levant*, nempe ab aeſtu. eleganter. Vide Lib. CXXXIX. Adverſ. cap. XXIII. BARTH. Voſſ. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *lavant*, quod Aldus priore editione expreſſit. At poſteriore dedit *iuvant*, quod Gryphio aliisque placuit, & defenditur auctoritate MS. Medicei, ex quo iam adſeruit N. Heinſius ad Ovid. I. Art. Am. vs. 647.

Dicitur Aegyptos caruiſſe iuvantibus *arva*
Imbribus.

ubi plura collegit. Similem varietatem vidimus ſupra Lib. V. Epiſt. VI. n. 40. Sed hic res ipſa *iuvant* praeferre imperat. CORTE.

2 *Delectabant.*] Voluptatem capiebant, & ocium ſuum oblectabant. CATAN.

3 *Recipiunt amores.*] Per haec monſtratur materia, in qua verſantur epigrammata. IDEM.

4 *In vita.*] Circa vivendi modum. Hinc Martial. Lib. X. tale genus ſcribendi probans, ſupra fabuloſa ſcribit:

Non hic Centauros non Gorgonas Harpyiasque
Invenies, hominem pagina noſtra ſapit.

Id eſt memorat, quae ad vitam humanam faciunt. CATAN. Voſſ. & Arnz. a prima manu: *quae ad vitam pertinent, atque* cet. Helmſt. & Ed. Vet. *quae* ad vitam, *atque in foro.* Optimus tamen *in vita*, & ſic aliquoties maior Plinius. Saepe etiam Terentius, ut Andr. Act. I. Sc. I. vs. 34.

Id arbitror adprime in vita *eſſe utile, ut ne quid nimis.*

Item: *hanccine* vitam, *hoscine mores!* Item: *Hic diem aliam* vitam *adfert, alios mores poſtulat.*

5 *Metri neceſſitate devincti.*] Mallem ego: *neneſſitate defuncti.* BARTH. Codd. vero *devincti*, niſi quod Optimus *devinctis* a proxime ſequenti littera corruptus. Gryphius, renuentibus libris, vulgavit: *Ineſt hic* cum *eadem quae aliis*, tum per ſe quoque *utilitas, quod metri neceſſitate* cet.

6 *Libentius ſcribimus.*] Id eſt, proſam. Ordo eſt, & *illa utilitas ineſt, quod libentius ſcribimus id, quod comparatio oſtendit eſſe facilius.* CATAN.

7 *Eligere.*] Optimus *elegeris*, & ſupra: Tum *memineris.* Salivam movet *elegeris*; credo tamen familiari vitio librarii, qui ſecundam & tertiam Vocales non bene diſtinguit, varietatem illam deberi. Supra: *ſui* cuiusque *generis auctores*, ſcio, quomodo defendi queat; puto tamen Plinium pro elegantia ſua reliquiſſe; *ſui* quosque *generis auctores diligenter eligere.* Livius Lib. XL.

tum legendum eſſe, [1] *non multa.* Qui ſint hi, adeo notum [2] probatumque eſt, ut demonſtratione non egeat: & alioqui tam immodice [3] epiſtola me extendi, ut, dum tibi, quemadmodum ſtudere debeas, ſuadeo, ſtudendi tempus abſtulerim. quin ergo pugillares reſumis, & aliquid ex his, vel iſtud ipſum, quod coeperas, ſcribis. *Vale.*

X. C. Plinius Macrino Suo S.

Macrinum paucis docet, quem finem habuerit Trajani cognitio de Vareno & Bithynis.

Quia ipſe cum prima cognovi, [4] jungere extrema quaſi avulſa cupio, te quoque exiſtimo velle de Vareno & Bithynis reliqua cogno-

cap. L. Cetera *in* ſuum quaeque *tempus agenda diſſerunt.* Tacitus II. Hiſt. cap. LXXXII. *Ea* cuncta *per idoneos miniſtros* ſuis quaeque locis *feſtinabantur.* & paſſim. Poterat etiam: *ſui* quemque *generis auctores*; ſed alterum Plinii ſtilo magis convenit. Corte.

1 *Non multa.*] Non omnes bibliothecas excutiendas. Multorum enim auctorum lectio, & omnis generis voluminum habet aliquid vagum & inſtabile: certis ingeniis immorari, & innutriri oportet, diſtrahit animum librorum multitudo, & faſtidientis ſtomachi eſt multa deguſtare. Catan. Vide Almeloven. ad Quinctil. Lib. X. cap. I. *Et* multa *magis*, *quam* multorum lectione *formanda mens & ducendus eſt color.* Aldus contrario ſenſu expreſſit: *non multum legendum eſſe, ſed multa.*

2 *Provocatum.*] Examinatum, judicatum, cognitum. Nam cauſae ſaepius provocatae melius intelliguntur. *Provocare* ſignificat appellare, & indifferenter ponitur. M. Tullius: *Cum alter ad Senatum provocaſſet, alter vero appellaſſet tribunos.* Tacitus: *Auxit patrum honorem ſtatuendo, ut qui a privatis judicibus provocaſſent, ejusdem pecuniae periculum facerent.* Catan. *Provocatumque.*] Id eſt, apertum & quaſi foras vocatum atque elicitum. Ita enim *provocare* apud Plautum ſumitur. Catanaeus ad appellationes refert: quibus ab alio ad alium Judicem provocatur. Buchner. Quemcumque ſenſum quaeras in vocabulo *provocatum*, non tamen elegantioribus, neque ipſi Plinio facies ſatis. Poſſet corrigi: *adeo notum* pervulgatum*que eſt*; ſed melior eſt medicina, quam adhibet Mediceus: *adeo notum* probatumque *eſt*, illique lubens acceſſerim. Scriptum fuit *proVatumque*, ex emendatione autem litterae V, cui, ex more, B impoſita erat, exſtitit mirum hoc *provocatumque.* Ita vero *notum & probatum* coniungit, uti Tullius *ſpectatum & probatum*, Salluſtius *cognitum & ſpectatum.* Apuleius VII. Metam. pag. 136. *Officiis in aula Caeſaris* clarus, *ipſi etiam probe* ſpectatus. ubi vide Pricaeum. Similiter *probare & oſtendere* coniungit Florus Lib. I. cap. XVIII. n. 16. ex quo etiam, ut & frequentibus dictionibus *probare cui*, *adprobare opus*, *probare militem*, de quibus multi multa, vim dictionis hoc loco adſequaris. Infra Gryphius & quidam alii *egeant*; ſed MSS. & Edd. Vett. *egeat.*

3 *Epiſtola me extendi.*] Ad idem eſt *epiſtolam extendi*, quod in vulgatis legitur exemplaribus. Catan. In Voſſ. & Arnz. eſt *epiſtolam extendi*; Helmſt. & Oxon. *epiſtola mea tendi*; Ed. Vet. *epiſtola mea tendit.* Sed Optimus: *epiſtola me extendi*, quod eleganter dici, monſtrabit nota ad Lib. V. Epiſt. XIII. n. 1. & Lib. VI. Epiſt. XV. n. 1. Talia ſunt: *nolo eſſe longus*, *ne ſim longior*, alia. Eadem ſtructura, idem in vulgatis vitium occurrit Lib. VIII. Epiſt. VI. extr. *Ideo facilius eſt*, *ut me*, *quamquam* indignatione *quibusdam in locis fortaſſe ultra epiſtolae modum* extulerim, *parum doluiſſe quam nimis credas.* Non aliter membranae. Vulgo: *indignationem extulerim.*

4 *Jungere extrema.*] Prioribus: nam paulo ante ſcripſerat ad eundem in cauſa Vareni. Catan. Illud *cognovi* admodum ſuſpectum eſt. Mallem ſcribere *cognoris.* Scheffer. At *cognovi* malunt omnes Codices, quo ſervato, melius procedit Oratio, dum Plinius a ſuo in cognoſcendo more ad Macrini cupiditatem ita concludit, quae illatio inepta, ac potius nulla eſt, ſi *cognoris* reponatur.

1 Ind-

gnoſcere. Acta cauſa hinc a Polyaeno, [1] inde a Magno. Finitis acti- 2
onibus, Caeſar, *Neutra*, inquit, *pars* [2] *de mora queretur. Erit*
mihi curae, explorare provinciae voluntatem. Multum interim [3] Va- 3
renus tulit. Etenim quam dubium eſt, an merito accuſetur, qui an 4
[4] omnino accuſetur, incertum eſt? Supereſt, ne rurſus provinciae,
quod damnaſſe dicitur, placeat, [5] agatque poenitentiam poenitentiae
ſuae. *Vale.*

XI. C. Plinius [6] Fabato Proſocero Suo S.

Succenſenti Fabato proſocero, quod Hermes minori pretio Corelliae vendidiſſet agros hereditarios, reſpondet Secundus id factum ex ſententia ſua, cum pluribus cauſis illam diligat.

Miraris, quod [7] Hermes libertus meus hereditarios agros, quos ego

1 *Inde a* Magio.] Hic etiam omnes MSS. & Edd. Vett. *Magno*; non *Magio*. Vide ad Epiſt. VI. n. 2.

2 *De mora.*] Quia intendebat cognoſcere a conventu Bithynorum, an decreviſſent, ut Vareni accuſationem perſequerentur? Catan. Corrupte Helmſt. *Neutra, inquit*, pro iisdem hora *queretur*, quod fere Ed. Vet. exhibet. Arnz. *per isdem hora queretur.*

3 *Varenus tulit.*] Id eſt, abſtulit, conſecutus eſt. Buchner.

4 *An omnino.*] Legitur & *quo nomine*, quo accuſante. Nam jam Bithyni remiſerant accuſationem, & tamen Magius perſtabat illorum nomine. An magis, qua cauſa? Placet potius *an omnino*, ex antiquiſſimo exemplari. Catan. Aldus edidit: *qui quo nomine a. incertum eſt*, ad quem proxime Arnz. *quia nomine a. i. e.* & Ed. Vet. *quia nomino.* Helmſt. *qui a nemine accuſetur i. e.* Voſſ. *an merito accuſetur, ita quo eventu qui a nemine acc. incertum eſt*, & hanc ſcripturam amplectitur Gryphius. Sed Veterrimus Mediceus, ut antiquiſſimus ille Catanaei, rectius: *qui an omnino accuſetur*, & apertum eſt, maxime ex ſcriptura Ed. Vet. quam facile haec lectio in aliis Codd. corrumpi potuerit. Interpolatoribus autem nimis abruptum viſum, qui *an o. accuſetur*, incertum *eſt*: neque enim meminerunt, Provocabulum *qui* ita capiendum eſſe, ac ſi ſcriptum eſſet *cum is, quia is, quod is: an merito accuſetur*, cum *an omnino* is *accuſari debeat*, *incertum eſt.* Unum hic ſaltem locum propter ſimilitudinem, & ut emendemus, adſcribam ex Mamertin. Pan. Maxim. Herc. cap XII. extr. *Facile igitur quivis intelligit, imperator, quam proſperi te ſucceſſus in re maritima ſecuturi ſint*, cui *iam ſic tempeſtatum opportunitas obſequatur. cui*, i. cum tibi. Sic vidimus in probato MS. Gudiano. Vulgo: *cum iam ſic.* Noſter infra Epiſt. XX. n. 6. *Nam mihi primus*, qui *a te proximus.* h. e. ſi ego, quia ego a *te proximus*, quod editores non ceperunt. Plura autem de illo uſu Pronominis damus ad Lucani Lib. IX. vs. 192.

— — *ſed in hoc tamen utilis aevo,*
Cui *non nulla fuit iuſti reverentia.*

Corte.

5 *Agatque poenitentiam.*] Ne repetat accuſationem, cujus poenituit, ſive, *quam damnaſſe dicitur*, ut paulo ante locutus fuit. Buchner. Ita Curtius Lib. X. cap. VII. n. 12. Poenitebat *modo conſilii, modo* poenitentiae *ipſius.* Barth.

6 *FABATO SUO S.*] Optimus: *Fabato Proſocero Suo S.* ut Lib. IV. Epiſt. I. Lib. V. Epiſt. XII. Lib. VI. Epiſt. XII. hoc Libro Epiſt. XVI. ubi pariter Edd. plures *Proſocero* omittunt, ut & Epiſt. XXIII.

7 *Hermes.*] *Hermetem* longo carmine Martial.

ego juſſeram [1] proſcribi, non exſpectata [2] auctione pro meo [3] quincunce
ex ſeptingentis millibus Corelliae addixerit: adjicis, poſſe eos nongen-
tis millibus vaenire, ac tanto magis quaeris, [4] an, quod geſſit, ratum
2 ſervem. Ego vero ſervo: quibus ex cauſis accipe. cupio enim & tibi
probatum & coheredibus meis excuſatum eſſe, quod me ab illis, [5] ma-
3 jore officio jubente, ſecerno. Corelliam cum ſumma reverentia diligo:
primum ut ſororem Corellii Rufi, cujus mihi memoria [6] ſacroſancta
4 eſt: deinde ut matri meae familiariſſimam. Sunt mihi & cum marito
ejus

extollit. Alterius medici Libro X. meminit. Catan.

1 *Proſcribi.*] Exponi venales. Hinc proſcriptus ſervus. M. Tull. de offic. *Ille quod non placebat* proſcripſit, *tu quod placebat emiſti.* Item ibidem: *Claudius aedes, quas in Caelio monte habebat*, proſcripſit. Aliquando etiam *proſcribi* eſt in exilium mitti, quia publice in tabella ſcripti exponebantur. Apud Tacitum ſignificat proponi & praetendi, cum narrat Lib. XI. fruſtra Armenium proſcribi. At *praeſcribere* interdum eſt jubere, ut Caeſar non ad alterius *praeſcriptum*, ſed ad ſuum arbitrium imperare conſueverat. Idem. *Proſcribere.*] *Proſcribere* eſt rei vendibilis indicium ſcriptura publice facere. Nam qui poſſeſſionem aut fundum vendere vellet, figebat aut ſuſpendebat tabulam publice, in qua & res, & rei pretium perſcriptum erat. Unde *venales pendere* dicebantur, quorum bona ad iſtam rationem proſcripta erant. Noſter infra hoc libro Epiſt. XXVII. *Deſerta inde & damnata ſolitudine domus, totaque illi monſtro relicta:* PROSCRIBEBATUR *tamen: ſeu quis emere, ſeu conducere, ignarus tanti mali vellet. Titulus* eſt tabula illa, ſive libellus, quo proſcribebatur domus. Hinc *ſub titulum ire*, eſt proſcribi. Tibullus Lib. II. El. IV.

Quin etiam ſedes jubeat ſi vendere avitas,
ITE *ſub imperium ſub* TITULUM*que lares.*

Buchner. Plura de hac proſcriptione rerum venalium Briſſon. Select. ex I. C. Ant. Lib. III. cap. VIII. & Interpp. Petronii ad Sat. cap. XXXVIII. & XXXIX.

2 *Auctione.*] In publica venditione, aucto gradatim ab emptoribus precio, cum res proponitur plus offerenti. Catan. *Auctione.*] Ante auctionis diem. *Auctio* venditio publica eſt. Haec ita fiebat, proponebatur libellus auctionis futurae publice: indicabatur dies, Qui cum veniſſet, veniebant emturi & conſidebant per ſubſellia: quae circumiens praeco licentium pretia exquirebat. Qui maximum ſe daturum dixerat, huic res addicebatur. Vide Suetonium Caligula C. XXXVIII. Buchner.

3 *Quincunce.*] Semiſſe minus uncia, quae pars pervenit ad me. Catan. Alii: *ſex ſeptingentis.* Verum eſt *ex*, ut vides ex Epiſt. XIV. Barth. Penes nos Voſſ. *ſex* praefert; Helmſt. &c. Optimus & reliqui vulgatam ſervant, quamquam fuerint, qui Praepoſitionem peſſime intelexerunt. Lege omnino Gronov. Lib. IV. de Pec. Vet. cap. V. Mox Mediceus: *Adiicis*, hos *nongentis millibus* poſſe *venire.*

4 *An, quod* geſſerit, *ratum ſervem.*] Scripti & Edd. Vett. *quod geſſit.* Simile vitium obiecerant Lib. III. Epiſt. XXI. n. 4. *Quaeris, qui ſint verſiculi*, quibus *gratiam* retuli. Fecerant nempe *retulerim.* vide ibi.

5 *Majore officio jubente.*] Officium eſt, quod quis alteri debet. Plus autem amicis, quam coheredibus debemus. Hoc igitur nomine excuſabat ſe Plinius Fabato, quod ſeceſſionem ab coheredibus ceteris faceret, qui contractum Hermetis, quod ſibi praejudicio eſſet, improbabant & reſciſſum volebant. Quod hic *officium*, infra *jus* vocat. *Sunt mihi & cum marito ejus Minutio Fuſco, optimo viro, vetera jura.* Et fine *non enim illis eadem cum Corellia jura ſunt.* Alibi *vincula*, item *neceſſitudines* dixit. Buchner. Helmſt. & Arn7. *maiore officio vivente*, unde forte alii derivarunt *vincente*, quod Gryphius margini adſcripſit. Praeſtantiſſimus *iubente.* Lucanus Lib. IX. vs. 444.

— — — *hac ire Catonem*
Dura iubet virtus.

Lib. II. vs. 298.

— — *longum producere funus*
Ad tumulos iubet *ipſe* dolor.

6 *Sacroſancta.*] Venerabilis, tanquam res divina

ejus [1] Minicio Iuſto, optimo viro, vetera jura: fuerunt & cum filio
maxima; adeo quidem, ut, Praetore me, [2] ludis meis [3] praeſederit.
Haec, cum proxime iſtic fui, indicavit mihi, cupere ſe aliquid circa 5
Larium noſtrum poſſidere: ego illi ex praediis meis quod vellet &
quanti vellet obtuli, exceptis [4] paternis maternisque: his enim cedere
ne Corelliae quidem poſſum. Igitur cum obveniſſet mihi hereditas, 6
in qua praedia iſta, ſcripſi ei venalia futura. has epiſtolas Hermes [5] tulit,
exigentique ut ſtatim portionem meam ſibi addiceret, paruit. Vides
quam ratum habere debeam, quod libertus meus [6] meis moribus geſſit?
Supereſt, ut coheredes aequo animo ferant ſeparatim me vendidiſſe, 7
quod mihi licuit omnino vendere. Nec vero coguntur imitari meum
exemplum. Non enim illis [7] eadem cum Corellia jura ſunt. poſſunt ergo 8
intueri utilitatem ſuam, pro qua mihi [8] fuit amicitia. *Vale.*

XII.

vina & Deo conſecrata. vide in primo Corellii Rufi obitum, & cum Secundo amicitiam. CATAN. Seneca IV. de Benef. cap. XXX. *Non ſine ratione* ſacra *eſt magnarum virtutum* memoria. Cicero etiam *memoriam viri conſecrare* dixit.

1 *Minutio Fuſco.*] Aliter *Militio Juſto.* BOXHORN. Arnz. *Militio Fuſco*; Voſſ. *Fuſco Militio*; Helmſt. & Ed. Vet. *Fuſco milite.* Sed Veterrimus *Minicio Iuſto*, quod repraeſentavimus. Six mox eaedem membranae Epiſt. XII. *Minicio Suo*, & alibi *Minicianos* ex illis revocavimus.

2 *Ludis meis.*] Circenſibus, quos praetor edidi. Nam Juvenalis docet Praetores dare ſolitos Circenſes. *Interea Megaleſiacae ſpectacula mappae Idaeum ſolenne colunt, ſimilisque triumpho Praedo cabellorum praetor ſedet.* CATAN.

3 *Praeſederit.*] Praeſens fuerit, & faciendos curaverit. IDEM. Sic & Auguſtus alium elegit, *qui ſuam vicem praeſidendo fungeretur*, Sueton. cap. XLV. Idem Claud. cap. VII. praeſedit*que nonnumquam ſpectaculis in Caii vicem.* adde Neron. cap. XII. & Cuper. Lib. IV. Obſerv. cap. XIII.

4 *Paternis.*] Relictis a patre naturali, vel adoptivo, ſive ab utrisque. Nam duos patres habuit Secundus. CATAN.

5 *Tulit.*] Ad Corelliam. IDEM. *Hermes tulit.*] Dictio *tulit*, nata in officina Aldina, certe non comparet in Palat. noſtro, non Edd. Vett. & potuit profecto eam vel ſimilem reticere Plinius, ut alia ſaepe. GRUTER. At Mediceus praeſtat *tulit*, ut Aldus non modo abſolvendus ſit, ſed & laudandus. Ceteri ex noſtro numero omittunt, & Voſſ. dedit: *His epiſtolis Hermes exigentique*, r cet.

6 *Meis* moribus.] Melius erit: *meis* motibus. BARTH. Cur melius? Recepta ſunt *more Romano*, *more maiorum*, & ſic *moribus meis* fecit libertus, qui patravit, quod ipſe ego feciſſem, ſive egit ſecundum conſuetudinem meam. Lucan. Lib. X. vs. 412.

Theſſaliae ſubducta acies in litore Nili
More *furit* patrio.

Noſter Lib. V. Epiſt. I. n. 4. *Non convenire* moribus meis *aliud palam, aliud agere ſecreto.* Lib. X. Epiſt. XX. extr. *cum omnia facta dictaque mea probare ſanctiſſimis* tuis moribus *cupiam.* Adde P. Fabr. Lib. II. Semeſtr. cap. XVIII. & Cl. Burmann. ad Quinctil. Lib. XI. cap. I.

7 *Eadem cum Corellia iura* ſunt.] Verbum poſtremum ignorant MSS. Si etiam *iura* ignorarent, non multum Secundo decederet. Tullius certe, *mihi eſt cum aliquo quid*, *nihil mihi cum eo eſt* frequentat, de qua formula vide Manut. ad Cic. Lib. V. in Verrem cap. LII. & iam ſupra Noſter *iura* expreſſit n. 4. *Sunt mihi & cum marito eius vetera* iura. Tamen infra Lib. IX. Epiſt. XIII. n. 3. *iura* pariter ſcripſit, ut ſequatur *amicitia.*

8 *Fuit amicitia.*] Aeſtimavi amicitiam, quam utilitati praepoſui. CATAN.

1 *MINU-*

XII. C. Plinius [1] Minicio Suo S.

Libellum a ſe formatum Minutio mittit, quo ejus amicus uteretur; jocaturque quod quaedam ſuperindidiſſet, & preſſa & exilia, ſe vereri dicens, ne tanquam tumidus notaretur, repoſcitque viaticum pro curſore miſſo.

Libellum formatum a me, [2] ſicut exegeras, quo amicus tuus, immo noſter (quid enim non commune nobis?) ſi res poſceret, uteretur, [3] miſi tibi ideo tardius, ne tempus emendandi eum, id eſt dis-
2 perdendi haberes. Habebis tamen, an emendandi, neſcio, utique diſperdendi, ([4] ὑμεῖς γὰρ κακόζηλοι) ſi optima quaeque detraxeris. quod
3 ſi feceris, [5] boni conſulam. Poſtea enim illis ex aliqua occaſione, [1] ut

1 *MINUTIO SUO.*] Integerrimus *Minicio Suo*, ut modo dictum ad Epiſt. XI. n. 4.

2 *Sicut exegeras.*] Sana haec eſſe exiſtimo. Mediceus: *Libellum formatum a me* exiit exegerat, *quo amicus tuus* cet.

3 *Miſi tibi ideo tardius.*] Locus hic inſignite vitiatus, ſi fides libris antiquioribus. Quippe Palatinus noſter, editique avorum aevo: *ne tempus, emendandi* neſcio, utique *diſperdendi haberes: habebis tamen, an emendandi neſcio, utique diſperdendi.* Adeo, ut appareat ſcriptum primitus: *ne tempus, emendandi* neſcio, utique *diſperdendi haberes: habebis tamen* ὑμεῖς γὰρ, &c. Gruter. Helmſt. & Arnz. *ne tempus emendandi neſcio, utique diſperdendi haberes*, ceteris neglectis. Voſſ. *ne tempus emendandi eum haberes. Habebis* cet. Adparet nec librarios, nec Grurerum veneres Plinii vidiſſe. Is enim non modo in eiusmodi repetionibus delicias facit, quod paſſim oſtendimus; ſed etiam *id eſt* illud non ſine elegantia adhibere ſolet, de quo vide notam ad Lib. VI. Epiſt. XXIX. n, 3. *Aequum enim eſt agere nonnunquam gloriae & famae*, id eſt, *ſuam cauſſam.* Nihil itaque mutandum, eo minus, quod pro noſtra ſcriptura ſtat Mediceus. Corte.

4 Ὑμεῖς γὰρ κακόζηλοι.] *Vos enim corrupti affectatores.* Legitur etiam ὑμεῖς οἱ εὔζηλοι: *vos boni imitatores*, & *belli illi aemuli*, ut ironice dictum ſit. Fuit in tertia lectione: ὑμεῖς γὰρ ἀεὶ ἰσχνοί. Id eſt, *vos enim ſemper tenues.* Nam ἰσχνὸν eſt humile dicendi genus. Catan. Et iſtud quoque damnant iidem libri, in quibus: ὑμεῖς γὰρ οἱ εὔζηλοι *optima quaeque detrahitis*, ſenſu planiſſimo, dummodo accipiatur parte ſui priore ironice. Gruter. Ὑμεῖς γὰρ κακόζηλοι.] Lib. VIII. cap. III. κακόζηλον id eſt, *mala affectatio*, *per omne genus dicendi peccat. Nam & tumida, & exilia & praedulcia, & abundantia & arceſſiva, & exultantia ſub idem nomen cadunt. Denique* κακόζηλον *vocatur, quicquid eſt ultra virtutem, quoties ingenium judicio caret, & ſpecie boni fallitur, omnium in eloquentia vitiorum peſſimum*, Lepidior Palatinorum Codicum Lectio: ὑμεῖς γὰρ οἱ εὔζηλοι. Per ironiam enim εὔζηλοι dicuntur, quos κακοζήλους ſtatuebat revera; quod humilia tantum atque tenuia, & ſic pejora, ut judicabat, ſequerentur. Plinius enim genus dicendi probabat maxime, quod aliquando aſſurgeret & quiddam grandius altiusque ſpiraret; quod infra Lib. IX. Epiſt. XXVI. docet. Et hanc ideam in his Epiſtolarum etiam libris notare licet. Buchner. Recentiores noſtri: *optima quaeque detrahitis*, quod Gruterus probat. Sed Mediceus: *utique diſperdendi, ſi optima quaeque detraxeris*, Graeca omittens, quae nec in reliquis Codd. praeter Voſſ. & Arnz. in quibus ſiſtitur: ὑμεῖς γὰρ οἱ εὔζηλοι, leguntur. Quae fuerint Graeca, tacente Oraculo Mediceo, non temere dixerim: at illa *ſi optima quaeque detraxeris* genuina eſſe, certum clarum eſt. Vulgo: *optima quaeque* ſi *detraxeris.*

5 *Boni conſulam.*] Bonum judicabo, ſecundum Fabium Lib. I. qui eſt dicendi modus rariſſimus, & elegantiſſimus. Ovid. Lib. I. de Ponto:

— *Munus tua grande voluntas*
Ad me pervenit, conſuluit*que* boni.

Catan.

1 *Ut*

[1] ut meis, utar : & beneficio faſtidii tui ipſe laudabor, [2] ut in eo, quod adnotatum invenies, & ſupra ſcripto aliter explicitum. Nam 4
cum ſuſpicarer futurum, ut tibi [3] tumidius videretur, quod eſt ſonantius & elatius, non alienum exiſtimavi, ne te torqueres, addere ſtatim preſſius quiddam & exilius, vel potius humilius & pejus, veſtro tamen judicio rectius. Cur enim non usquequaque tenuita- 5
tem veſtram [4] inſequar & exagitem? Haec, ut inter iſtas occupationes aliquid aliquando rideres; illud ſerio. vide, ut mihi via- 6
ticum reddas, quod impendi, data opera [5] curſore dimiſſo.

[1] Nae

1 *Ut meis.*] Cum tamen tua ſint, quia tibi donavi : ſed ſi nihil illis fueris uſus, opportune illis optimis & grandioribus in aliquam rem noſtram utar. CATAN.

2 *Ut in eo, quod adnotatum invenies, & ſupra ſcripto &c.*] Ex ſupraſcriptione noſtra. Sunt quibus non placet iſta ſcriptura, *ut in eo quod adnotandum adnotatum quoque invenies, & ſupraſcripto aliter explicitum* : ſed legant, *ut in eo quod adnotatum invenies ex ſupraſcripto aliter explicetur*, ut ſit ſenſus; quod ego obelo annotavi, tanquam non vobis placiturum quod videretur nimium tumidum per tenuem dicendi formam aliter ſuperſcribendo explicui : nam ea Tranquil. ſuperſcripta appellat. Ita inquit in Nerone: *Multa & deleta & inducta & ſuperſcripta fuerant.* IDEM. *Ut in eo quod annotatum &c.*] Hoc ſine dubio corruptum. Suſpicabar : *Poſtea enim illis ex aliqua occaſione, ut meis, utar, & beneficio faſtidii tui ipſe laudabor. Unumquodque annotatum invenies, & ſupraſcripto aliter explicitum.* GRONOV. Scribendum eſſe : *beneficio faſtidii tui ipſe laudabor*; tu meo, *quod adnotatum invenies, & ſupra ſcripto* alio recte *explicitum*, ſequentia oſtendunt. BARTH. Bene quidem Barthius, melius etiam, quam Gronovius, coniecit. Sed neutra coniectura opus habemus, ſi modo Vulgata, quam Optimus & ceteri fere omnes adſerunt, recte intelligatur. Senſus eſt : Cum iis, quae tu repudiaveris, aliquando uſurus ſum, laudabor, *ut in eo* abs te laudabor, quod adnotatum invenies cet. *Illa* nempe ſonantia aliis placebunt; *Hoc* preſſum & exile, quod ſupraſcripſi, tuo ingenio ſe probabit. *In quo laudari*, ut Cicero Lib. III. Fam. Epiſt. VIII. n. 22. *Non dicam plura, ne* in quo *te* objurgem, *id ipſum videar imitari.* Marcellus Cic. IV. Epiſt. XI. extr. *Itaque* in hoc *ego mihi* gratulor, *tu vero* cet. Plancus Lib. X. Epiſt. VIII. n. 15. in damno *meae laudis reip. commodo* laetabor. quod tamen aliter capi queat. Catullus Carm. XXII.

Tam gaudet in ſe *tamque ſe ipſe miratur.*

ubi Livineium videas. Auctor de Vita Contempl. Paulli verba citans Lib. III. cap. XXXI. Gaudeo, inquit, in vobis, *ſed volo vos ſapientes eſſe in bono.* Sic membranae antiquiſſimae. & ſequitur: Laetatus *ſum* in his, *quae dicta ſunt mihi.* Quinctil. Declam. CCCII. *Neque tamen* in illo nomine *tenentur. Adnotatum* eſt obelo notatum, ut infra Epiſt. XVII. n. 7. *mox aliis trado* adnotanda, notas*que eorum cum uno rurſus aut altero penſito. Supraſcriptum* recte exponit Catanaeus. Locus Suetonii eſt in Nerone cap. LII. extr. Adi etiam, ſi placet, Boxhorn. Epiſt. pag. 201. Recentiores ſcripti & Ed. Vet. *ut in eo* quoque *adnot. i. &* ſupraſcriptum *aliter explicitum.* CORTE.

3 *Tumidius.*] Quod vitio datur. Credo hunc Minutium fuiſſe, quem ſuppreſſo nomine IX. ad Lupercum ſcribens damnat, *Dixi*, inquit, *de quodam oratore ſeculi noſtri recto quidem & ſano, ſed parum grandi.* CATAN. De *tumido* vide Lib. IX. Epiſt. XXVI. n. 5. De *ſonantibus* Lib. II. Epiſt. XIX. n. 6. De *elato* ad Lib. IV. Epiſt. XIV. n. 3. ubi & indicium de *preſſo* genere ſcribendi reperies.

4 *Inſequar & exagitem?*] Pal. editique avorum aevo, non habent copulam *&*, ut *exagitem* videri queat ab aliquo interprete. GRUTER. Deeſt Copula etiam Arnz. & Helmſt. quod propter ſimilitudinem τῶν *&* atque *ex* evenit, ut alibi obſervavimus. Mediceus Vulgatae favet, & ipſe Tullius pro Quinct. cap. XI. *iactare atque agitare*, Gellius Lib. XVII. cap. XXI. *exagitare & vexare* coniungit : nam & *inſequi* hic eſt caſtigare, traducere, ut apud Cic. pro Sext. cap. XI.

5 *Curſore dimiſſo.*] Tabellario ad te miſſo. *Curſor* eſt, qui pedibus celeriter literas defert. Alexandrum ſcribit Lampridius *curſorem* nunquam niſi ſervum ſuum feciſſe. Dicebat enim *ingenuum currere, niſi in ſacro certamine, non debere.* Et

Pau-

[1] Nae tu, cum hoc legeris, non partes libelli, ſed totum libellum improbabis, negabisque ullius pretii eſſe, [2] cujus pretium repoſceris. *Vale.*

XIII. C. Plinius Feroci Suo S.

Oſtendit Julium Ferocem elegantiſſimam & politiſſimam epiſtolam ſcripſiſſe.

EAdem epiſtola [3] & non ſtudere te, & ſtudere ſignificat. [4] aenigmata loquor, ita plane, donec diſtinctius quod ſentio enuntiem.
2 Negat enim te ſtudere: ſed eſt tam polita, [5] quae, niſi a ſtudente, non poteſt ſcribi: aut es tu ſuper omnes beatus, ſi talia per deſidiam & otium perficis. *Vale.*

XIV.

Paulus ff. XXXII. *curſores* in familia recenſet. Aelius Verus ſuos *curſores* nominibus ventorum appellabat, & exemplo Cupidinum alas apponebat. *Papyrio Curſori* cognomen inditum a praecipua pedum pernicitate, & quod victorem curſu omnium aetatis ſuae fuiſſe ferunt. *Curſore dimiſſo.*] Sidonius docet curſum non equis tantum vehiculisque ſtetiſſe, ſed navigiis etiam ac dromonibus (erant curſoriae, & expediti curſus navigia) per flumina, lacus, ſinus, ut res tulit diſtributis. Vid. Jac. Sirmond ad Sidon. Lib. I. Ep. V. Veenh. Helmſt. Arnz. Oxon. & Ed. Vet. *quod* impendit operam *curſore dimiſſo*; Voſſ. *quod impendi* in operam *curſore d.* Recte Integerrimus: *data opera curſore dimiſſo. Data opera* frequentiſſimum hoc ſenſu in iure noſtro. Coelius Lib. VIII. Cic. Fam. Epiſt. I. n. 1. data opera *paravi, qui ſic omnia perſequeretur.* Pro eo Plautus & Terentius *dedita opera.*

1 *Nae.*] Certe, affirmantis eſt: & ideo cum diphthongo ſcribendum. Catan. *Nae tu, cum hoc legeris* cet.] Quod impreſſum eſt, habetur in omnibus ſcriptis & Ed. Vet. & recte monuit Catanaeus *Ne* capiendum eſſe pro certe, profecto. De ſcriptura autem per Diphthongum fallitur, dum & hoc loco veterrimus Mediceus ac reliqui Codd. *Ne* exhibent, & alibi membranae non aliter ſolent, quod monui ad Salluſt. Cat. cap. LII. n. 27. adde Lambinum ad Cicer. III. de Orat. cap. XXXI. Leviſſimae tamen rei neglectus Aldum induxit, ut locum miſere corrumperet. Is enim excudit: *curſore dimiſſo*, ne *tu*, *cum hoc* legeres, *non partes libelli, ſed totum libellum* improbares, negaresque *ullius pretii eſſe* cet. Tamen & Gryphius: *improbas negasque.*

2 *Cuius pretium* repoſceris.] Haec ſcriptorum & Edd. Vett. eſt lectio. Vitioſe Aldus *repoſceres.* Ovidius IV. Faſt. vs. 670.

Et dixit, gravidae poſceris exta *bovis.*

Hegeſippus Lib. I. cap. XLV. *Anhelitus graves & ſuſpiritus pernicioſi cuivis indicio erant, quod iniuſti parricidii & ſacrilegae damnationis* poenas repoſceretur. Sic veterrimae membranae noſtrae, item aliae, quae Oxonii ſervantur, & ſimilem dictionem eidem auctori reddimus infra ad Lib. VIII. Epiſt. VI. n. 3. Vide ad Lucan. Lib. I. vs. 669.

— & ſuperes *quid prodeſt* poſcere finem.

3 *Et ſtudere te, & non ſtudere.*] Mediceus, Oxon. Helmſt. & Ed. Vet. *& non ſtudere te, & ſtudere ſignificat.* quem poſitum ipſe Plinius n. 2. ubi prius de *non ſtudere* agit, confirmat. Helmſt. & Ed. Vet. *te* omittunt.

4 *Aenigmata.*] Obſcuras quaeſtiones. *αἰνίσσω* enim eſt in parabolis & obſcure loqui. Veteres Rom. aenigmata ſcirpos appellavere: aliquando oratori conveniunt, ſed poetae ſaepius. Catan.

5 Quae, *niſi a ſt. non* poteſt *ſcribi.*] Thomaſius & Cellarius obhaeſerunt in raro exemplo,

quo

XIV. C. PLINIUS CORELLIAE SUAE S.

Remittit ducenta ſeſtertia Corelliae volenti Secundo tradere pro quincunce hereditatis nongenta, quanti vigeſimam partem ejusdem emerat a publicanis.

TU quidem [1] honeſtiſſime, quod tam impenſe & rogas & exigis, ut accipi jubeam a te pretium agrorum non ex ſeptingentis millibus, quanti illos a liberto meo, ſed ex nongentis, quanti [2] a publicanis partem viceſimam emiſti. Invicem ego & rogo & exigo, ut non ſolum quid te, verum etiam quid me deceat adſpicias, patiariſque me in hoc uno tibi eodem animo repugnare, quo in omnibus obſequi ſoleo. *Vale.*

XV.

quo Provocabulum *quae*, pro ut, cum Indicativo coniungitur. Sed eius loco Arnz. *quod*, Mediceus autem *quam* obferunt: & hoc quidem ſi praefers, integra ſententia erit: *ſed eſt tam polita*, quam *polita*, *niſi a ſtudente*, *non poteſt ſcribi.* Infra Mediceus: *aut* eſtus *ſuper omnes* beatos.

1 *Honeſtiſſime.*] Sc. facis. Vide ad Lib. VI. Epiſt. XXXIV. n. 2. *Illud quoque* egregie, quod *tam facilis*, *tam liberalis in* edendo *fuiſti.* Epiſtolam ipſam interpretatur Gronovius loco ſuperius ad Epiſt. XI. citato.

2 *A publicanis.*] Ab his, qui vectigalia publica redimunt, & rem publicam tractant. Nam ſive quis v. g. frumentum, & alias reip. res neceſſarias transportandas, ſive decimas ac vigeſimas redemiſſet, ſive teſtamenta, quae reip. relinquebantur, ſive quovis modo vectigalia & alios populi reditus exigendos certo precio conduxiſſet, is publicanus dicebatur. Cajus de ſig. verb. *qui vectigal populi Rom. conductum habet*, *publicanum appellamus.* CATAN. *A publicanis.*] Imp. Auguſtus, ut perpetuo ac ſine difficultate ſumtus (his ipſis verbis Suetonius narrat) ad tuendos milites proſequendosque ſuppeteret, aerarium militare cum novis vectigalibus inſtituit. Ceterum inter vectigalia illa viceſima quoque hereditatum & legatorum pars deſcripta fuit: non omnium, ſed extraneorum; pauperioribus tamen exceptis, ut Dio auctor eſt Lib. LV. Aliter hanc viceſimae legem temperavit Nerva poſtea, & magis, qui ſucceſſit ei, Trajanus, de quo noſter Panegyrici cap. XXXVII. & tribus ſequentibus, ubi velut hiſtoriam quandam hujus vectigalis habes. Redigendis iſtis viceſimis hereditatum certi praepoſiti homines erant: quos *Procuratores ad viceſimam*, *a viceſima*, item *viceſimae* lapides Veteres appellant, quod dudum ſummis viris ad Lampridium, & ad Annal. XIII. Taciti Lipſio, obſervatum eſt. *Publicanos* communi nomine hic Plinius vocat. Nam ita appellabantur omnes, qui vectigalia publica tractabant. Hi cum viderent contractum Hermetis damnoſum fiſco, interveniunt, eoque deducunt rem, ut pro ſeptingentis millibus, quibus Hermes addixerat, nongenta daturam Corellia promitteret. Sed cum *viceſimam partem* tanti emiſſe Corellia dicitur, non ita intelligendum eſt, ac ſi tota ſumma Fiſco & vectigalia illi cedere debuerit; ſed quia viceſima pars illius ſummae eo redigenda eſſet. Nongenta millia ſeſtertium, ſive nongenta ſeſtertia, faciunt 22600. Coronatos noſtros. Tanti igitur Corellia emerat quincuncem Plinii, de quo ſupra Epiſt. XI. Vigeſima igitur hujus ſummae ex 1125. Coronatis noſtris conſtabat. Hanc vindicabant Procuratores ſive Publicani: relinquebantur adhuc ſolvenda a Corellia 21375. Coronatorum. Hanc ſummam offerebat illa Plinio: ſed Plinius excuſabat, ratum ſervans, quod Hermes libertus contraxerat ante. Contentus itaque ſeptingentis millibus, ſive ſeptingentis ſeſtertiis (quae 17500. Coron. efficiunt) quod erat ad nongentorum reliquum, hoc eſt, 3875 Coron. Corelliae remiſit. Egregio documento, non liberalitatis modo, verum conſtantiae quoque ac gravitatis, quas virtutes inſignes fuiſſe in noſtro ex aliis quoque harum Epiſtolarum locis conſtat. BUCHNER. Non adſecutus eſt mentem Plinii Buchnerus. Quincuncem Plinii emerat Corellia eo pretio, ac ſi tota hereditas eſſet ſeptingenta

XV C. Plinius Saturnino Suo S.

Exponit Saturnino quid ageret, monetque Remp. curare, eſſe honeſtiſſimam rem, ac Priſcum gaudet eſſe officiorum memorem.

REquiris quid agam? quo noſti, diſtringor officio, amicis deſervio, ſtudeo interdum, quod non interdum, ſed ſolum, ſem-
2 perque facere, non audeo dicere [1] rectius, certe beatius erat. [2] Te alia omnia, quam quae velis, agere, moleſte ferrem, niſi ea, quae agis, eſſent honeſtiſſima. Nam & [3] Reipublicae ſuae negocia curare, & diſceptare inter amicos, laude digniſſimum eſt. Priſci
3 contubernium jucundum tibi futurum ſciebam, noveram ſimplicitatem ejus, noveram comitatem: eundem eſſe, quod minus noram,
[4] gratiſſimum experior, cum tam jucunde officiorum noſtrorum meminiſſe eum ſcribas. *Vale.*

millium; hoc eſt, 17500. Scutatorum, ut pro quincunce ſolveret circiter 7290 Scutatos. At viceſimam a publicanis eo pretio redemerat, ac ſi as, ſive tota hereditas eſſet nonaginta millium, hoc eſt, 22500 Scutatorum. Si ergo ex aeſtimatione publicanorum, ſive ex nongentis millibus Plinii partem emere debuiſſet, pro eius quincunce non 7290 Scutati, ſed 9375. ſolvendi erant, eosque hac epiſtola obfert. Renuit Plinius, & priori adquieſcit ſummae, excedentem vero 2085 Scutatorum Corelliae donat.

1 *Rectius.*] Quia optima philoſophiae pars eſt, agere negocium publicum, exercere juſtitiam, amicis deſervire, & tempora noſtra Reip. impartiri. Catan.

2 *Te* alia omnia, *quam quae velis*, agere *moleſte ferrem.*] Primum ſcripti omnes & Ed. Vet. *Te* omnia alia, *quam* cet. licet in Formula ſit *alia omnia*, ut vides infra Lib. VIII. Epiſt. XIV. n. 19. 20. apud Cic. Lib. I. Fam. Epiſt. II. n. 4. ubi dixi, item Lib. X. Epiſt. XII. n. 8. Coelii Epiſt. XIII. n 3. ac paſſim. Videtur autem Plinius vel propterea, quod formula eſſet, poſitum immutaſſe. Deinde elegans etiam locutio eſt, Graecis Latinisque frequentata, *omnia alia, quam quae velis, agere*, quam abunde illuſtravimus ad Salluſt. Cat. cap. XIV. extr. *Sed ex* aliis *rebus* magis, quam *cuiquam compertum foret, haec fama valebat.* Denique Optimus omittit *agere*, idque merito excluditur, cum praecedat *agam*, *facere*, & ſequatur *agis.* Omitti autem alibi hoc verbum, modo dixi ad Epiſt. XIV. princ. item ad Cic. XII. Fam. Epiſt. XXII. n. 4. & Lib. XVI. Epiſt. XIX. n. 1. Ita Seneca I. Contr. I. *Movet me, quod* nihil *ſuo iure*, nihil *pro poteſtate*, *quod tamquam patruus acceſſit.* Sic Noſter Lib. II. Epiſt. III. n. 3. *quid* maxime, *dubites.* Lib. VI. Epiſt. XXVII. n. 4. *Hoc tunc ego.* Singulatim autem poſt vocem *alia* & *aliud* hoc verbum omitti, obſervavimus ad Lib. I. Epiſt. V. n. 5. Sine dubio itaque reponendum: *Te omnia alia, quam quae velis, moleſte ferrem, niſi*, cet. Corte.

3 *Reipublicae ſuae.*] Patriae ſuae. Erat enim in municipio ſuo Saturninus. Catan. *Nam & Reipublicae ſuae &c.*] Vitioſus iterum locus, lectio enim iſthaec ab ergaſtulo Aldino. Edd. quippe priores, *nam & Reipublicae ſuae negotiis & diſceptare &c.* bene exemplar. Palat. *nam & Reipublicae ſervire negotiis & diſcept. &c.* Gruter. Nequidquam Aldi officinam infamat Gruterus, cum illi praeiverit venerandus ille Mediceus; Palatino autem, ut fieri ſolet, iuniores tantum noſtri adhaereſcunt, qui eo forte corrupti ſunt, quod *reipublicae ſuae* tolerare non poterant. Ita vero bonos ſolere docuit Gronovius ad Senec. IV. de Benef. cap. XXXII. extr. *prout occaſio & reipublicae meae facultas tulit.* In rem vide Lib. I. Epiſt. X. n. 10. Corte.

4 *Gratiſſimum experior, &c.*] Vett. Edd. *quem tam jucunde.* Palat. noſter, *quoniam jucunde*, fuit ſcilicet, *quum tam jucunde.* Gruter. In vul-

XVI. C. Plinius Fabato Prosocero Suo S.

Cauſas explicat veteris amicitiae cum Tyrone, ut proficiſcentem in provinciam non vereatur Fabatus Comum revocare ab itinere recto ſervorum liberandorum cauſa.

Caleſtrium Tyronem familiariſſime diligo, & privatis mihi & publicis neceſſitudinibus implicitum. Simul militavimus, ſimul [1] quae- 2
ſtores Caeſaris fuimus. Ille me [2] in Tribunatu liberorum jure praeceſſit, ego illum in Praetura ſum conſecutus, cum mihi Caeſar annum [3] remiſiſſet. ego in villas ejus ſaepe ſeceſſi, ille in domo mea ſaepe convaluit. Hic nunc [4] pro conſule provinciam Baeticam per 3
[5] Ticinum eſt petiturus. ſpero, immo confido, facile me impetraturum, ut

vulgatis erat: quod *tam iucunde*, quomodo MS. Voſſianus; Arnz. quo iam *iucunde*; Helmſt. & Ed. Vet. quom *iucunde*. Vererrimus autem: cum *tam iucunde*, ut coniecit Gruterus, & olim edidit Aldus atque Gryphius.

1 *Quaeſtores Caeſaris:*] Scil. *candidati principis*, qui libris principalibus in Senatu legendis vacabant. Catan. Mediceus: *Quaeſtores* Caeſarea *fuimus*. Tacitus XVI. Ann. cap. XXVII. & *oratio principis per* Quaeſtorem *eius audita eſt*, ubi multa Vertranius, Pichena, alii. Deſcribit eum Rutilius Itiner. Lib. I. vs. 171.

Huius facundae commiſſa palatia linguae;
Primaevus meruit principis ore loqui.

ad quem locum alia congeſſit Sitzmannus. Deſcripſit etiam Zoſimus Lib. V. cap. XXXII. n. 10. Sed appellationem *Quaeſtoris* recentiori aevo non ſatis adcurate tribuit. adde Reineſium Lib. III. Variar. cap. XVI & Schegkium ad Vellei. Paterc. Lib. II. cap. XXIV. n. 4.

2 *In tribunatu liberorum jure praeceſſit, &c.*] In lege Papia caput etiam fuit *de praemiis maritorum patrumque*: hoc eſt, eorum, quibus nati liberi eſſent. Ibi igitur cautum erat, ut in petitione honorum candidati praeferrentur, quibus plures liberi eſſent: item, ut hi in magiſtratu ipſo praecederent & praeeminerent: dignique, ut ante XXV. aetatis annum admitti ad honores poſſent, contra quam lege Annali, ſive Annaria conſtitutum erat; quae minores XXV. annis excludebat. Hujus itaque legis vi Caleſtrius in tribunatu praeceſſit Plinium, ut plurium liberorum pater eumque conſecutus in Praetura poſtea Plinius eſt, cum Caeſar annum remiſiſſet; hoc eſt, cum admiſiſſet Caeſar ante, quam expleviſſet aetatem, quam lex annalis gerendae praeturae definiiſſet. Sed beneficia iſta legis nemo percipere poterat, niſi qui trium liberorum eſſet pater. Is enim numerus ad praemia illa requirebatur. Et inde natum celebre illud *trium liberorum jus*, quod orbis, ſive illiberis, hoc eſt, carentibus prole, pro ſingulari beneficio Princeps dabat: per quem & ipſe Plinius habebat, ut ex Lib. X. conſtat. Hoc loco, *jus liberorum* ſimpliciter dixit Noſter: Juvenalis, *jus parentum*, Tacitus, *privilegia parentum* vocat. De praemiis maritorum & patrum, & tota lege Papia elegantiſſimum excurſum Lipſii habes Comment. ad III. Taciti Annalem: paulo poſt etiam de annaria lege obſervata, de qua & Cujacius Lib. XVII. Obſervat. cap. XXIV. quos vide. Buchner. De privilegio iſto, quo *liberorum iure* praecedebant, lege ex multis Gellium Lib. II. cap. XV. & XXII.

3 *Remiſiſſet.*] Conceſſiſſet poſſe petere praeturam ante annum legitimum. Catan. Lege Lipſium de Magiſtr. Rom. cap. IV.

4 *Proconſul.*] Immo *pro conſule*, quomodo non tantum Mediceus, ſed etiam Oxon. & ipſa Ed. Vet. Nec divertunt multum Helmſt. & Arnz. in quibus *pro conſuli*. Saepius ita Plinius noſter. Loca quaedam videas ad Lib. X. Epiſt. LVII. n. 1. *qui* pro conſulibus *hanc provinciam obtinuerunt*. Corte.

5 *Ticinum.*] Oppidum Inſubriae a Levis & Maricis

ut ex itinere deflectat ad te, ſi voles [1] vindicta liberare, quos proxime inter amicos manumiſiſti. nihil eſt quod verearis, [2] ne ſit hoc illi moleſtum, cui orbem terrarum circumire non erit longum mea cauſa.
4 Proinde nimiam iſtam verecundiam pone, teque quid velis conſule. [3] Illi tam jucundum, quod ego, quam mihi, quod tu jubes. *Vale.*

XVII.

Maricis conditum, non procul a Pado, diſtans a Placentia ſex & XXX. milliariis ſi Straboni credimus. Simili vocabulo praeterfluens amnis, quem Verbanus lacus exonerat, Padum ingreditur. A Plinio diſſentiens Eutropius conditum ſcribit ab Inſubribus Boiis. Clara ſane civitas multiplici fortuna, nunc mutato nomine *Papia* appellatur, ubi omnium liberalium diſciplinarum celeberrimum gymnaſium. Catan.

1 *Vindicta liberare, quos proxime.*] Juſſu ejus in veram libertatem conſtituere. Nam vindicta liberari dicuntur ſervi a Praetore, vel eo qui par Praetori jus habebat, a Vindice ſervo ſeu Vindicio, qui Vitelliorum, & Aquilorum conjurationem detexit, ut innuunt Livius & Plutarch. Servi a dominis ſaepe manumitti ſolent, adeo ut vel in tranſitu manumittantur, veluti cum Praetor, aut praeſes, aut proconſul in balineum, vel in theatrum eat. Inde Cajus ff. XL. *de manumiſſionibus*, *Non eſt*, inquit, *omnino neceſſe pro Tribunali manumittere.* Itaque plerumque in tranſitu ſervi manumitti ſolent, cum aut lavandi, aut geſtandi, aut ludorum gratia prodeat Praetor, aut Proconſul legatusve Caeſaris. Sequitur *Quos proxime inter amicos manumiſiſti.*] Cujus manumittendi forma talis fuit, ut dominus caput ſervi, aut aliud membrum tenens diceret, HUNC HOMINEM LIBERUM ESSE VOLO, & ſic eum e manu emittebat. Hoc amplius addit Appianus, fuiſſe morem Romanis in liberandis ſervis dextra apprehenſos ad ſe convertere. Nam *manumiſſio* eſt datio libertatis, & quamdiu quis in ſervitute eſt, manui & poteſtati ſuppoſitus eſt, & manumiſſus liberatur a domini poteſtate. Lege plura de manumiſſione in Inſtitutionibus titulo de libertinis: & Lib. VII. Codicis de libertate Latina tollenda. Idem. *Vindicta liberare, &c.*] Manumittendi modi tres ſolennes maxime, *cenſus*, *vindicta*, *teſtamentum*, quos vetus Scholiaſtes Horatii ad Satyr. VII. Lib. II. Sermonum notat, & JCti exponunt. His itaque rationibus plena & juſta libertas acquirebatur: nam qui apud amicos tantum manumittebantur, pro liberis quidem gerebant ſe, nec ſerviebant, & tamen vere liberi non erant, ſed potius in libertate. Aliud enim eſt *liberum eſſe*, aliud, *eſſe in libertate*, de quo illuſtris Salmaſius eruditiſſimis Commentariis de uſurarum modo, ubi de his ipſis manumittendi generibus diſputat. *Vindicta liberabantur*, qui apud Praetorem aut alium Magiſtratum (ut hic Proconſulem) liberabantur virga ſive feſtuca impoſita in caput ſervi. Perſius Satyr. V.

Vindicta poſtquam meus a praetore receſſit.

Meus id eſt, liber: nam ſervus non ſuus, ſed domini eſt. Ac illa ipſa virga ſive feſtuca, *vindicta* appellata ex eo eſt, quod ſervi per eam libertati vindicarentur. Vetus Scholiaſtes Perſii ad modo citatum locum: VINDICTA, inquit, *virga eſt, qua manu mittendi a praetore in capite pulſantur: ideo dicta, quod eum vindicet libertati.* Plutarchus de ſera numinis vindicta: *κάρφος λεπτὸν* appellat. *Ῥωμαῖοι δὲ οὓς εἰς ἐλευθερίαν ἀφαιρῶνται κάρφος αὐτῷ λεπτὸν ἐπιβάλλουσι τοῖς σώμασι. Romani, quos liberos emittunt, eorum corpori imponunt tenuem feſtucam.* Apud Proconſules autem in urbe manumitti haud poterat: at extra urbem poterat. Nam ſimul egreſſi urbem eſſent, jurisdictionem habebant: ſed voluntariam. Marcianus JCtus L. omnes II. D. de officio Proconſul. *Omnes Proconſules ſtatim quam urbem egreſſi fuerint, habent jurisdictionem: ſed non contentioſam, ſed voluntariam, ut ecce manumitti apud eos poſſint tam liberi, quam ſervi, & adoptiones fieri.* Ubi *liberi*, addicti ſunt: qui ſervi ut non ſint, ſunt tamen in ſervitute. Paulus JC. L. XVII. D. de manumiſſis vindicta: *Apud Proconſulem, poſtquam urbem egreſſus eſt, manumittere poſſimus.* Hinc patet, cur Plinius hac Epiſtola ſcribat, Fabatum manumittere vindicta poſſe, quos inter amicos proxime manumiſerat, ſi Caleſtrius Tyro, Proconſul Baeticis datus, provinciam petiturus ex itinere ad ipſum deflexiſſet. Buchner. Conf. Turneb. adv. Lib. VII. cap. XXI. Veenh.

2 *Ne ſit* hoc *illi moleſtum.*] Mediceus: *ne ſit illi moleſtum hoc.*

3 *Illi tam incundum* eſt, *quod ego.*] Veteres Codd. omnes, etiam Aldus & Gryphius *eſt* expellunt, ut ſupra Epiſt. V. extr. ac ſaepiſſime apud No-

XVII. C. PLINIUS [1] CELERI SUO S.

De recitatione plura diſſerit, ac rationes exponit, quibus ſint orationes recitandae, & in tranſitu docet quomodo emendanda ſcripta: imprimis monet judicio multorum credendum, exemplo Pomponii Secundi, qui judicio populi multum tribuit.

SUA cuique ratio recitandi: mihi, quod ſaepe jam dixi, ut ſi quid me fugit, ut certe fugit, admonear. Quo magis miror, quod 2
ſcribis fuiſſe quosdam qui reprehenderent, quod orationes omnino recitarem: [2] niſi vero has ſolas non putant emendandas. A quibus 3
libenter [3] requiſierim, cur concedant (ſi concedant tamen) [4] hiſtoriam debere recitari, quae [5] non oſtentationi, ſed fidei veritatique componitur? cur tragoediam, quae non auditorium, ſed ſcenam & actores? cur lyrica, quae non lectorem, ſed [6] chorum & lyram poſcunt? At 4
horum recitatio uſu jam recepta eſt: [7] num ergo culpandus eſt ille qui coepit? quanquam orationes quoque & noſtri quidam, & Graeci [1] lecti-

Noſtrum. Ed. Vet. & recentiores MSS. *Illi tam iucundum, quam mihi, quod tu iubes*, omiſſis illis *quod ego*, ſed perperam.

1 NONIO *CELERI.*] Veteres, ut & Aldus, Gryphius alii tantum: *Celeri Suo.*

2 *Niſi vero.*] Vide ad Lib. II. Epiſt. III. n. 10. Niſi verò *falſum putamus illud Aeſchinis.*

3 *Requiſierim.*] Sic Mediceus & plures impreſſi. Aldus in utraque *requiſieram*; Arnz. & Ed. Vet. *requiſieris.*

4 *Hiſtoriam debere recitari.*] Teſtatur Tranquil. haec antea in uſu fuiſſe. Nam tradit Auguſtum benigne & patienter audiſſe, non tantum carmina & hiſtoriam recitantes: ſed etiam orationes & dialogos. CATAN. Vide Suet. C. LXXXIX. in Aug. ibique Beroald. VEENH.

5 *Non oſtentationi.*] Non ad pompam & gratiam praeſentium, ſed ut ſit κτῆμα μᾶλλον ἐς ἀεὶ ἤπερ εἰς τὸ παρὸν ἀγώνισμα ſecundum Thucydidem. CATAN. Repete notas ad Lib. IV. Epiſt. V.

6 *Chorum.*] Induci chorum in lyricis monſtrat Horatii ſeculare carmen, quod a pueris & puellis in Capitolio cantabatur. In choris junctim omnes loquebantur, quaſi voce confuſa, & concentum in unam perſonam reformantes, lege Julium Pollucem Lib. IV. quotnam chorum ingrederentur, & quae eſſent ejus partes? Seneca decimo tertio epiſtolarum, & eum Macrob. Lib. I. Saturn. ad verbum ſecutus, *Non vides quam multorum vocibus chorus conſtet, unus tamen ex omnibus ſonus redditur: aliqua eſt illic acuta, aliqua gravis, aliqua media, accedunt viris foeminae, interponuntur tibiae, ſingulorum illic latent voces, omnium apparent, & fit concentus diſſonus.* CATAN. Optimus: *chorum & lyram* poſcuntur. ea ſtructura, qua ſupra Epiſt. XII. extr. *cuius pretium* repoſceris. Sed ſenſus *poſcunt* magis poſtulat.

7 *Num ergo culpandus ille qui coepit?*] Palat. & Vett. Edd. *non ergo culpandus eſt ille, qui coeperit.* GRUTER. *Num ergo culpandus &c.*] Al. *Non ergo culpandus ego, ſed ille, qui coepit.* BOXHORN. Quam Boxhornius notat lectionem, eam Sichardus invexit, probat Barthius & expreſſit Cellarius, ſed manifeſto vitio. Non enim de recitatione *orationum* dixerat, quod ea ſit uſu recepta, ſed de recitatione *hiſtoriae*, *tragoediae* & *lyricorum*, quae nihil ad Plinium. Illud vero: *At horum recitatio uſu iam recepta eſt*, ex perſona reprehendentium obiicitur, quibus Plinius reſpondet duplici modo, non propterea reprehendi debere, qui coeperit illas recitationes: & deinde, ſibi etiam eamdem rationem favere, quia apud Graecos & Romanos quodammodo uſu receptum ſit,

5 [1] lectitaverunt. Supervacuum tamen eſt recitare, [2] quae dixeris: etiamſi
ſi eadem omnia, ſi iisdem omnibus, ſi ſtatim recites: ſi vero multa
inſeras, multa commutes: ſi quosdam [3] novos, quosdam eosdem,
ſed poſt tempus aſſumas, cur minus probabilis ſit cauſa recitandi quae
6 dixeris, [4] quam edendi? Sed difficile eſt, ut oratio, dum recitatur,
ſatisfaciat: [5] Jam hoc ad laborem recitantis pertinet, non ad rationem
non recitandi: nec vero ego dum recito, laudari, ſed dum legor,
7 cupio. Itaque nullum [6] emendandi genus omitto: ac primum quae
ſcripſi, mecum ipſe pertracto: deinde duobus aut tribus lego, mox
aliis [7] trado adnotanda, notasque eorum, ſi dubito, cum uno rurſus aut
altero penſito: noviſſime pluribus recito, ac, ſi quid mihi credis,
tunc acerrime emendo. Nam [8] tanto diligentius, quanto ſolicitius,
8 intendo. Optime autem reverentia, pudor, metus judicant. Idque
adeo ſic habe. Nonne ſi loquuturus es cum aliquo, quamlibet docto,
uno tamen, minus commovereris, quam ſi cum multis vel indoctis?
Nonne

ſit, ut orationes quoque recitentur. Haec eſt ſententia loci, quam prorſus iugulat Sichardina ſcriptura. Recentiores MSS. noſtri conſentiunt Palatino & Edd. Vett. At Primarius cnm Aldo vulgatam praeſtat, quae non erat ſollicitanda. Infra aliquot libri corrupte *quidem*, pro *quidam*. CORTE.

1 *Lectitaverunt.*] Recitaverunt. CATAN.

2 *Quae dixeris, etiamſi eadem omnia.*] Ita omnes. Sed illud *etiamſi* non habet, cui reſpondeat. nam verba, *ſi vero multa* &c. nihil faciunt ad id. Quare ita locus totus eſt legendus: *Supervacuum tamen eſt, recitare, quae dixeris etiam, ſi eadem omnia* cet. Senſus apertiſſimus: Supervacuum eſt recitare non alia modo, ſed ea etiam, quae dixeris, ſi eadem omnia recites. SCHEFFER. Nihil certe eſt illud *etiamſi*, ſed Schefferus magis corrumpit, quam emendat. Diſtinguendum hoc modo, ut iam alii viderunt: *ſupervacuum tamen eſt recitare, quae dixeris:* etiam. *Si eadem omnia* cet. Illud *etiam* adfirmantis & concedentis eſt, quod pluribus adſtruximus ad Lib. V. Epiſt. III. n. 7. ubi eadem in vulgatis corruptio: *Recito tamen, quod illi an fecerint neſcio:* etiam; *ſed illi iudicio ſuo poterant eſſe contenti.* Ita ex MSS. emendavimus. Mediceus: *ſi eadem*, ſi *iisdem omnibus*, cet. Alii libri medium *ſi*, quidam poſtremum negligunt.

3 *Novos*] Auditores. Legitur etiam *alios*, ſcilicet quam primo habueras. CATAN. *Alios* in Ed. Vet. conſpicitur, pro quo Helmſt. & Arnz. *tuos.*

4 *Quam edendi.*] Tanquam diceret: ſi edendae orationes, ſunt etiam recitandae. Nam recitando publicamus. CATAN.

5 Iam *hoc ad laborem.*] Helmſt. & Ed. Vet. Nam *hoc*, perperam. Reſpondet praecedenti obiectioni: *ſed difficile eſt* cet. cui rei inſeruit particula *iam.* Cicero Lib. VII. Epiſt. XVIII. n. 8. *An hoc ſignificas, ne chartam quidem tibi ſuppeditare?* Iam *iſta tua culpa eſt, qui verecundiam tecum extuleris.* Lucanus Lib. III. vs. 367.

Sed ſi ſolus eam dimiſſis degener armis,
Tunc mihi tecta patent. Iam *non excludere tantum,*
Incluſiſſe volunt.

6 *Emendandi.*] Emendatio eſt, qua ſingula prout ipſa res poſtulat dirigimus, aeſtimantes univerſorum ſcriptorum ſententiam diverſam, vel correctio errorum, qui per ſcripturam dictionemve fiunt, auctore Diomede. CATAN.

7 *Trado adnotanda, notasque.*] Mediceus: *trado* adnotandasque *eorum*, corrupte. Quid ſit *adnotare* patet ex Epiſt. XII. n 3. Epiſt. XX. n. 1. 2. & Lib. IX. Epiſt. XXVI. n 5. & 13 ubi & de *notis*, de quibus plura Wower. de Polymath. cap. XVII.

8 *Tanto diligentius, quanto ſ. i.*] Optimus: *tanto diligentius intendo*, mediis, librarii vitio, omiſſis, nam de *ſollicitudine* ſequentia perſpicue agunt, eamque ad emendandum multum impellere probat. Supra iuniores ſcripti & Ed. Vet.
tunc

Nonne quum ſurgis ad agendum, tunc maxime tibi ipſe diffidis? tunc 9
commutata, non dico plurima, ſed omnia cupis? utique [1] ſi latior
ſcena, & corona diffuſior. nam illos quoque [2] ſordidos pullatosque re-
veremur. Nonne ſi prima quaeque improbari putes, debilitaris & 10
concidis? Opinor, quia in numero ipſo eſt quoddam [3] magnum colla-
tumque conſilium, quibusque ſingulis judicii parum, [4] omnibus pluri-
mum. Itaque Pomponius Secundus, [5] hic ſcriptor tragoediarum, ſi 11
quid forte familiarior amicus tollendum, ipſe retinendum arbitraretur,
dicere ſolebat, AD POPULUM PROVOCO: atque ita ex populi vel
ſilentio, vel aſſenſu, aut ſuam, aut amici ſententiam ſequebatur. Tan-
tum ille [6] populo dabat. Recte, an ſecus, nihil ad me. Ego enim 12
non

tunc omittunt, non autem veterrimae membranae. Infra Helmſt. *Nonne* locuturus *cum aliquo... quam cum multis vel indoctis.* Obiter diſtinctionem vulgarem: *quamlibet docto uno, tamen minus* cet. in melius mutavi.

1 *Si latior ſcena, &c.*] Amplior & ſpatioſior locus; & coetus ſeu concio denſior ac major. *Coronæ* ἄγυρις eſt: (alibi *circulum* vocat:) hoc eſt, in orbe circumſtans turba. BUCHNER. Sic Lib. II. Epiſt. XIV. n. 6. Lib. VI. Epiſt. XXXIII. n. 3. Supra verbum *dico* in ſcriptis recentioribus deſideratur. Pro ſequenti proxime *Nam*, Barthius malebat *iam*, nullo iure, nec ſenſu commodo.

2 *Sordidos.*] Agreſtes. *Pullatosque.*] Atratos, imperitos, lacernatos. Tranquillus in Auguſto cap. XL. *Ac viſa quondam pro concione pullatorum turba indignabundus & clamitans, &c.* Fabius VI. *Imperitis ac ſaepe pullatae turbae relinquunt.* Et II. *Jam collidere manus, terrae pedem incutere, femur, pectus, frontem caedere mire ad pullatum circulum facit.* CATAN. *Sordidos pullatosque.*] Romanae togae color albus. Hic ut recens & nitidus eſſet, lautiores honeſtioresque ſtudebant: plebs negligebat, & vel plane pullas ſive nigras veſtes aſſumebat, ut parceret ſumtui, & nititandi cura vacare poſſet. Hinc *pullati* apud Suetonium, & *pullata turba* apud Quinctilianum, ὁ χυδαῖος ὄχλος plebecula vilis: nec aliter hic *pullati* & *ſordidi* accipiendi. BUCHNER. Vide hanc in rem pl. Caſaub. ad Suet. in Auguſt. XLI. & Salmaſ. in Lib. Tertull. de Pallio, p. m. 80. VEENH. Vitioſe Mediceus: *ſordidos pollutosque. Pulla veſtis, pullata turba, pullatus circulus* nota ſunt. Vide interpretes ad Lamprid. Commod. cap. XVI. Seneca Epiſt. CXV. *Mirari quidem non debes, corrupta excipi non tantum a* corona ſordidiore, *ſed ab hac turba quoque* cultiore.

3 *Magnum collatumque conſilium eſt.*] *Collatum conſilium* eſt, quod ex plurium rationibus ſumitur. Quorum cum ſemper alius alia atque alia videat, fit, ut ex collatione ſententiarum rectius pleniusque judicari de re ac ſtatui queat, quam ſi vel unus, vel pauciſſimi conſulantur. *Singulis enim judicii parum, omnibus plurimum eſt*, mox ſubjicit Noſter. Et Panegyr. cap. LXII. *melius*, inquit, *omnibus quam ſingulis creditur, ſinguli enim decipere & decipi poſſunt, omnes non poſſunt.* BUCHNER. Verbum *collatum* melius cognoſcas ex nota ad Lucani Lib. I. vs. 477.

Ipſum omnes aquilas, collataque *ſigna ferentem.*

Obiicitur *conſilium diviſum*, quod ſane ſuperat *conſilium* totum & *collatum*. In ſimilem ſenſum *collatam ratem* apud Plautum Bacch. Act. IV. Sc. VI. vs. 27. capiebat Douza.

4 *Omnibus plurimum.*] Reſpectu omnium eſt ſummum. Nam ſi parva multa in unum contuleris, ſurgent in maximum cumulum, & Ciceronis teſtimonio, orator vulgi aſſenſu, & populari approbatione judicari ſolet. Itaque nunquam de bono oratore, aut non bono, doctis hominibus cum populo diſſenſio fuit. Id enim ipſum eſt ſummi oratoris ſummum oratorem populo videri. CATAN.

5 Hic *ſcriptor tragoediarum.*] Pronomen abeſt ab ſcriptis iunioribus, Edd. Vet. Gryphii, Sichard. aliis; Optimus tamen tenet. Sic infra Epiſt. XXIV. n. 8. *Laetor etiam, quod domus aliquando Caſſii*, huius *qui Caſſianae ſcholae princeps & parens fuit, ſerviet domino non minori.* Mox iidem recentiores: *ſi quid forte familiarior amicus* tolleret dum *ipſe retinendum* cet. corrupte.

6 *Populo dabat.*] Deferebat judicio populi. Quare Cicero de claris Oratoribus inquit: *Tibicen*

 An-

non populum advocare, ſed certos, electosque ſoleo, quos intuear, quibus credam, quos denique & tanquam ſingulos obſervem, & tan-
13 quam non ſingulos timeam. Nam quod M. Cicero [1] de ſtilo, ego de metu ſentio. Timor eſt emendator aſperrimus. Hoc ipſum, quod nos recitaturos cogitamus, emendat: quod auditorium ingredimur, emen-
14 dat: quod pallemus, horreſcimus, [2] circumſpicimus, emendat. Proinde non poenitet me conſuetudinis meae, quam utiliſſimam experior. adeoque non deterreor ſermunculis iſtorum, ut ultro te rogem, mon-
15 ſtres aliquid, quod his addam. Nihil enim curae meae ſatis eſt. Cogito, quam ſit magnum, [3] dare aliquid in manus hominum, nec perſuadere mihi poſſum, non & cum multis & ſaepe tractandum, quod placere & ſemper, & omnibus cupias. *Vale.*

XVIII. C. Plinius Caninio Suo S.

Epulum perpetuum Comenſibus promiſerat Caninius: ſed verebatur, ne, ſi ſummam numeraſſet Reip. procedente tempore disperderetur & ad ſacerdotes tranſiret, quare exemplo ſuo monet Secundus, ut ſe imitetur in eo munere, quod patriae donaverat pro alendis ingenuis.

DEliberas mecum, quemadmodum pecunia, quam [4] municipibus noſtris

Antigenidas diſcipulo dixit ſane frigenti ad populum, mihi cane & muſis: ego Bruto dicenti apud multitudinem, mihi cane & populo. Catan.

1 *De ſtilo.*] Senſit. Nam Lib. I. de Oratore cap. 33. STILUS, inquit, EST OPTIMUS ET PRAESTANTISSIMUS DICENDI EFFECTOR ATQUE MAGISTER. *Neque injuria. Nam ſi ſubitam & fortuitam orationem commentatio & cogitatio facile vincit, hanc ipſam profecto aſſidua & diligens ſcriptura ſuperabit.* Idem. Mediceus: *ego de* me *ſentio*, librarii error. Idem tamen, ut & reliqui MSS. & Ed. Vet. *emendator aſp.rrimus.* At ſupra n. 7. *tunc* acerrime *emendo.* Sic *acre iudicium*, *acris cura*, *acriter intendere* apud Fabium & alios, qui Fabius Lib. X. cap. III. etiam *acerrimum laborem* dixit. Nihilominus *aſperrimus* praevaleat. Salluſt. Iug. cap. XL. n. 5. *Sed quaeſtio exercita* aſpere *violenterque.* Noſter Lib. VIII. Epiſt. XXIV. n. 5. *Abſit ſuperbia*, aſperitas; *nec timueris contemtum.* Velleius Pat. Lib. I. cap. X. Aſpera *circa haec tempora* cenſura *Fulvii Flacci & Poſtumii Albini fuit.* Cicero: *homo* aſper *& durus*, *aſperitas contentionis*, & alia, qui & *acerbum* ſimili notione adhibet, de quo videas Graevium ad Or. pro Balbo cap. V. & ad II. Offic. cap. XVIII. Sic *aſpera Iuno*, pro dura & implacabili apud Maronem & alios. Plinio autem vel propterea hoc vocabulum digniſſimum eſt, quod is toties *limam* de iudicio & emendatione dixit. Corte.

2 *Circumſpicimus.*] Frequentiam auditorum; & quod ex vultu, oculis, nutu, manu, murmure, ſilentio cognoſcimus, quid quisque ſentiat. Catan.

3 *Dare a. in manus hominum.*] Idem quod emittere, edere: qua ratione *in manibus habere*, *in manibus eſſe libri* dicuntur. Vide ad Lib. I. Epiſt. II. n. 6. Lib. VIII. Epiſt. XIX. n. 2. *Eſt autem mihi moris, quod ſum* daturus in manus hominum, *ante amicorum iudicio examinare.*

4 *Municipibus.*] Novocomenſibus. Colligitur enim ex libro primo Caninium fuiſſe Comenſem: ubi ad eundem ſcribit: *Quid Comum, tuae meaeque delitiae?* Catan.

1 *Epu-*

noſtris in [1] epulum obtuliſti, [2] poſt te quoque ſalva ſit. honeſta conſul-
tatio, non expedita ſententia. Numeres Reipublicae ſummam? ve-
rendum eſt ne dilabatur. [3] Des agros? ut publici, negligentur. Equi- 2
dem nihil commodius invenio, quam quod ipſe feci. Nam pro [4] quin-
gentis millibus nummûm, quae in alimenta ingenuorum ingenuarumque
promiſeram, agrum ex meis longe pluris [5] actori publico mancipavi:
eundem,

1 *Epulum.*] Publicum cibum. Hujus Plinianae liberalitatis mentio extat Mediolani in marmoreo lapide. Catan.

2 *Poſt* te *quoque ſalva ſit.*] Ita ſolus Mediceus; ceteri ſcripti & Ed. Vet. *poſt quoque ſalva ſit.* *Poſt me* nempe mortuum, ut Lucanus Lib. II. vs. 319.

— — poſt me *regnare volenti*
Non opus eſt bello.

Plura de iſta loquendi ratione diximus ad eumdem Lucan. Lib. V. vs. 473. & Lib. VI. vs. 145.

3 *Des agros.*] In prima lectione fuit: *dilabatur ad ſacros*, id eſt, ad ſacerdotes, qui ideo ſacri dicti, quod ſacra & res Deorum curent. Fuit igitur epulum illud ad res divinas conſtitutum, quibus die ſolenni populus epularetur: erat ideo verendum, ne poſt mortem Caninii traduceretur ad ſacerdotes. Hi & agros ſecundum Siculum Flaccum habuere, *cum*, inquit, *colligere ſacerdotum, item quos virgines habent agros & territoria quaedam etiam determinata, & quaedam aliquibus ſacris dedicata ſunt.* An *ad ſacros*, id eſt mortuos; id quod ex Plin. ſeniore & Plut. colligitur. Neque obſtat quod Servius ſcribit, *epulas hominum eſſe*, quod & nos fatemur, modo concedatur, eas etiam inter ſolennia ſacrorum dari. Et alioquin Apulejus IX. refert dominum aedium ſacrificales epulas cum ſacerdotibus deae coenitaſſe. *Ut publice negligantur.*] Timendum eſt, ne reſp. non curet id epulum, ut ſolet fieri in oppidis, ubi publica negliguntur, & hinc inde occupantur. Clarior tamen lectio: *des agros*, id eſt ſi reip. agros aſſignaveris, timendum eſt ne negligantur, & inculti jaceant, immo a vicinis occupentur tanquam publici. Nam publica civitatum bona ſolent negligi & diſperdi. Catan. Etiam Voſſ. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *ne dilabatur* ad ſacros, *ut publici* cet. Sed Veterrimus: *ne dilabatur.* Des agros? *ut* publica, *negligentur.* Recte *Des agros*, ſed de altero *publica* Amplius pronuncio. Novi negligentiam iſtius ſaeculi circa omnia, quae *publica* erant; hic tamen ſingulatim ſi *agri* intelligantur, aptior eſt ſententia.

4 *Quingentis millibus nummum.*] Quingentis ſeſtertiis. Haec erat ſors, ex qua triginta ſingulis annis, ut mox explicabit, pro alimentis ingenuorum redimebantur. Catan. Voſſ. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *Nam quingentis*, omiſſa Praepoſitione, quam tamen ſenſus (notat autem ἀντὶ, *loco quingentorum*) poſtulat, & Optimus cum Aldo retinet. Iidem infra: *ingenuorum ingenuarumque*, cum alii MSS. & plures impreſſi *ingenuarumque* negligant; credo, quod Lib. I. Epiſt. VIII. n. 10. ſatis habuerat auctor dixiſſe *ingenuorum.* Attamen in marmore Mediolanenſi apud Gruter. p. MXXVIII. ubi Pliniani beneficii fit mentio, diſtincte *pueri & puellae* memorantur: quamquam nec tironibus ignotum ſit, utrumque genus adpellatione *ingenuorum* poſſe exprimi.

5 *Actori.*] Publ. curatori, qui reip. bona curat, & rationes redituum impenſarumque facit. Ejus fit mentio ff. l. titulo de adminiſtratione reipub. Catan. *Exactori publico &c.*] Scribendum *actori publico*, ſicut habent meliores libri: neque aliter eruditus Catanaeus. Sic apud Tacitum etſi alia in re, Lib. II. Annal. *Tiberius mancipari ſingulos actori publico jubet.* Casaub. *Actori publico &c.*] Sic Edit. Vett. & Palat. Noviſſime cuſi *exactori*, non recte, ut jam & aliis notatum. Gruter. *Actori publico mancipavi.*] *Actor publicus* eſt ſervus publicus, qui res ac rationes Reip. adminiſtrabat. Quo de genere Lipſius ad II. Annal. c. XXX. Taciti, & Levinus Torrentius ad Suetonium Domitiano cap. XI. *Mancipare* eſt mancupio dare, vendere. Tacitus Annal. III. *Falanio objiciebat accuſator, quod venditis hortis ſtatuam Auguſti ſimul mancipaſſet.* Buchner. Lege Budaeum ad Pandect. pag. 97. Alciatum I. Parerg. cap. XXXVI. Barth. Voſſ. *exactori*, quem Gryphius ſequitur; Arnz. *auctori.* Reliqui recte *actori*, de quo bene multa viri docti ad Tacitum & alibi. *Actor publicus* dicitur, quia habebant etiam *Actores privatos*, de quibus vide ad Lib. III. Epiſt. XIX. n. 2. Supra: *ager longe pluris*, ſcilicet, quam quingentorum millium, nempe *pretii*, quod cum aliis addit Salluſt. Iug. cap.

 LXXXV.

eundem, [1] vectigali impoſito, recepi, tricena millia annua daturus.
3 Per hoc enim & Reipublicae ſors in tuto, nec reditus incertus, & ager ipſe propter id, quod vectigal [2] large ſupercurrit, ſemper [3] do-
4 minum, a quo exerceatur, inveniet. Nec ignoro, me plus [4] aliquanto, quam donaſſe videor, erogaviſſe, cum pulcherrimi agri pretium
5 neceſſitas vectigalis infregerit. Sed oportet privatis utilitatibus publicas, mortalibus aeternas anteferre: [5] multoque diligentius muneri ſuo conſulere, quam facultatibus. *Vale.*

XIX. C. Plinius Prisco Suo S.

Fanniae valetudinem honeſtiſſima cauſa contractam apud Priſcum dolenter fert: ibique multa de illius ſanctitate, gravitate, conſtantia enumerat, quantaque cum ejus matre fuerit ſibi amicitia, ſancte proſequitur, & filiae longiorem vitam precatur.

Angit me [6] Fanniae valetudo. Contraxit hanc [7] dum aſſidet Juniae Virgini, ſponte primum, (eſt enim affinis) deinde etiam ex

LXXXV. n. 39. *neque* pluris pretii *coquum*, *quam villicum habeo.* ubi vide.

1 *Vectigali impoſito.*] Ut tenerer quotannis tricena millia reip. numerare. Vectigales agri vocantur, qui in perpetuum locantur, hac lege, ut quamdiu pro iis vectigal pendatur, tamdiu neque ipſis, qui conduxerint, neque iis, qui in locum eorum ſucceſſerint, auferri eos liceat. Catan. Aldus: *vectigali impoſito praecepi.* Eum confutant omnes Codd. & Cuiacius ad Novell. VII.

2 *Large ſupercurrit.*] Longe in reditu excellit XXX. ſeſtertia. nam majores fructus inde colligebantur. Catan. *Large ſupercurrit.*] Significat fructuum, quos facit ager, aeſtimationem & pretium multis modis ſuperare atque excedere impoſiti vectigalis modum, itaque nemini agrum illum damnoſum eſſe poſſe, & facile ſemper Dominum, qui exerceat, inventurum. *Exercere agrum*, colere eſt. Virgilius I. Georg. *Exercetque frequens tellurem atque imperat arvis.* Tacitus Agricola cap. XXXI. *Neque enim arva nobis, aut metalla, aut portus, quibus exercendis reſervemur.* Severus Sulpitius, elegans auctor, Lib. I. Hiſtoriae Sacrae: *Turba inutilis ſervitio, exercendis colendisque agris, ne incultum eſſet ſolum, deputata.* Buchner. Dictionem *exercere agros* exponit Acron. ad Horat. Epod. II. vs. 3.

Paterna rura *bobus* exercet *ſuis.*

Nonius cap. IV. n. 160. Palmerius Spicileg. pag. 843. Vulgo edebant: *quod* vectigali *large ſupercurrit*; ſed optimus *vectigal*, atque ita *ſupervolo*, *ſupergredior*, *ſuperenato* apud probatos conſtruuntur, ut omnino iſtud revocandum fuerit. Pro *large* Voſſianus dedit *longe*, ex Gloſſa.

3 *Dominum.*] Sentit Paulus, qui maximos fructus ex redemptione vectigalium conſequuntur, ſi tanti poſtea locari non poſſint, ea prioribus penſionibus ſuſcipere compelli. Catan.

4 *Aliquanto plus.*] Nam reſpectu reditus nihil amplius donaverat: quia quod reliquum erat ipſius dominium erat, ſed hoc aliquanto plus donaverat. Si enim dominus agrum voluiſſet alicui vendere, minoris vendidiſſet reditus ſuos, qui ſupercurrebant vectigali, quia totus ager erat obligatus Reip. Alia ſcriptura ſatis probata, *nec ignoro melius aliquanto quam donaſſe videor caviſſe.* Scio, inquit, diligentius providiſſe, ne ager meus negligeretur, quam ut donum videretur tanti, quanti eſt. Idem. Mediceus: *Nec ignoro* Romae *plus aliquanto*, corruptus per ſecordiam ſcribae, qui praecedentem ſyllabam repetiit. Aldus mire: *Nec ignoro* melius *aliquanto*, *quam donaſſe*, *videor* caviſſe, *dum* cet. Deinde iſte Mediceus *pulcherrimae rei*, pro *pulcherrimi agri.*

5 *Multoque diligentius.*] Recte, neque tentari debet. At Veterrimus: *multosque diligentia*, Aldus *multosque diligentius*, corrupte.

6 *Fanniae.*] Quae fuit Helvidii uxor & Thraſeae filia. Catan.

7 *Dum aſſidet Juniae.*] *Aſſidere* proprie dicuntur,

ex [1] auctoritate Pontificum. Nam Virgines, cum vi morbi [2] atrio Veſtae coguntur excedere, matronarum curae cuſtodiaeque mandantur: quo munere Fannia dum ſedulo fungitur, hoc diſcrimine implicita eſt. [3] Inſident febres, tuſſis increſcit, ſumma macies, ſumma defectio: animus tantum & [4] ſpiritus viget, Helvidio marito, Thraſea patre digniſſimus;

tur, qui aegrotantibus ac decumbentibus praeſto ſunt. Horatius Lib. VIII. Sat I.

At ſi condoluit tentatum frigore corpus,
Aut alius caſus lecto te affixit, habes qui
Aſſideat, *fomenta paret, medicum roget, ut te*
Suſcitet.

Buchner. Sic Lib. I. Epiſt. XXII. n. 11. *Nunc enim nihil legere, nihil ſcribere aut* adſidenti *vacat, aut anxio libet*, quod non intelligebat vir doctus. Praeterea Mediceus, Helmſt. Arnz. Edd. Vet. & Aldinae: *dum adſidet Iuniae* virgini, *ſponte primum* cet. ſine additamento *Veſtali*: Nimirum ut Graeci ἀεὶ παρθένες, Veſtae nomen omittentes, Veſtales vocant; ita & Latini praeciſe *Virgines*, inprimis ubi contextus docet, de Veſtae ſacerdotibus ſermonem haberi: prout hoc loco ſtatim ſequitur commemoratio *Veſtae*. Sic apud Gellium Lib. I. cap. XII. in ſcriptis & primis impreſſis legitur: *Qui de* virgine *capienda ſcripſerunt*, ubi vulgo: *de Veſtali virgine*. Idem paullo poſt: *capiundae virginis, capi virgo, capit virginem* praeciſe. item Tacitus II. Ann. cap. LXXXVI. *Poſt quae retulit Caeſar, capiendam* Virginem *in locum Occiae*. Plutarchus in Numa pag. 66. δεῖ δὲ ἀπομόσαι τὴν παρθένον, & mox pag. 67. ταῖς παρθένοις. Unde de Veſtali Maxima Ovid. IV. Faſt. vs. 639. plane ſimpliciter:

Igne cremat vitulos natu quae maxima Virgo.

Seneca de Provident. cap. V. *Quid porro? non eſt iniquum, nobiliſſimas* Virgines *ad ſacra facienda noctibus excitari; altiſſimo ſomno inquinatas frui.* & ſic alii, in quibus Tertullianus. Vide Goeſium Notis ad Agrim. pag. 140. Eadem ratione *Campum* dicunt, pro *campo Martio*, *Saxum*, pro *ſaxo Tarpeio*, quibus permotus τὸ *Veſtali* delevi. Corte.

1 *Auctoritate.*] Iuſſu. *Pontificum.*] Qui curabant Veſtales, unde Gellius Lib. I. *Virgo Veſtalis ſimul eſt capta, & in atrium Veſtae deducta, & pontificibus tradita eſt.* Catan.

2 *Atrio Veſtae.*] Ex domo Veſtalium templo Veſtae conjuncta inter Capitolium & Palatium. Idem.

3 *Inſident febres, &c.*] Palat. *inſidens febris, tuſſis increſcens*, inde factum Editionibus exoletis, *Inſident febris, tuſſis, orexis &c.* Gruter. *Febres inſident.*] Sic ſupra Lib. I. Epiſt. XXII. *Ut dolori reſiſtat, ut ſitim differat, ut incredibilem* febrium *ardorem immotus opertusque tranſmittat.* Et Libro X. Epiſt. XVIII. *poſtquam vehiculis iter facere coepi, graviſſimis aeſtibus atque etiam* febriculis *vexatus Pergami ſubſtiti.* Ac ſolent recentiores Latinitatis auctores frequentius ferme plurativo numero in iſto vocabulo uti, contra quam veteres conſueverant. Prudentius Agone Laurentii:

Merſiſne anhelat febribus
Atque igne venarum furit?

Coelius Tardarum Paſſionum Lib. V. cap. VIII. *De hinc perfecta purulentatione rigor corporis atque tremor circumſcribitur &* febrium *recedit inquietudo.* Apud Cornelium Nepotem tamen Attici Vita, in libris veteribus, ut Schottus obſervavit legitur *febres acceſſiſſe ſenſit*: pro quo Lambinus: *Febremque*, edidit. Buchner. Voſſian. *incidens febris tuſſim ingeſſit*, nova lectione. Arnz. *inſidens febres, tuſſis increſcit*; Helmſt. & Ed. Vet. *inſidens febris, tuſſis, orexis.* Sed Optimus *inſident febres, tuſſis increſcit*, quod vel hujus Cod. auctoritate conſervandum eſt. Et *febres* quidem bene confirmavit Buchnerus. Sic & Ovidius Her. Epiſt. XXI. vs. 169.

At mihi (vae miſerae!) torrentur febribus *artus.*

Apuleius X. Metam. p. 229. *Iuvenis medullitus dolore commotus exin flagrantiſſimis* febribus *ardebat.* Sidonius Lib. V. Epiſt. III. *vi* febrium *nuper ſalutis extremum acceſſi. Inſident* etiam aptiſſimum verbum cum omnibus morbis, tum febribus: quo pacto Cicero: *tamquam in venis medullisque inſederit.*

4 *Spiritus viget, &c.*] Ita omnino legendum, certe ita diſtinguendum. Recentius enim editi, *viget. Helvidio marito, Thraſea patre digniſſima.* Gruter. Nimirum in Mediceo, ceterisque ſcriptis & Ed. Vet. *digniſſimus* habetur, non *digniſſi-*

gniſſimus; Reliqua labuntur, [1] meque non metu tantum, verum etiam
4 dolore conficiunt. Doleo enim, maximam feminam eripi [2] oculis
civitatis, neſcio an aliquid ſimile viſuris. [3] Quae caſtitas illius? quae
ſanctitas? quanta gravitas? quanta conſtantia? Bis maritum ſequuta in
5 exſilium eſt, tertio ipſa propter maritum relegata. Nam cum [4] Senecio
reus eſſet, quod de vita Helvidii libros compoſuiſſet, rogatumque ſe
a Fannia in defenſione dixiſſet, quaerente minaciter Mettio Caro *an
rogaſſet?* reſpondit, rogavi? [5] *an commentarios ſcripturo dediſſet*, dedi:
an ſciente matre, neſciente. Poſtremo nullam vocem cedentem pe-
6 riculo emiſit. Quin etiam illos ipſos libros, quanquam ex neceſſitate,
& metu temporum [6] abolitos Senatusconſulto, publicatis bonis, ſerva-
vit,

ma, ut intelligatur *animus & ſpiritus*, quae locutio non minus frequens eſt, quam altera vulgata. Lucanus Lib. V. vs. 17.

Indole ſi dignum *Latia*, *ſi ſanguine priſco*
Robur *ineſt animis.*

1 *Meque non* metu *tantum*, *verum e. d. c.*] Optimus: *meque non* cura *tantum.* Sic Epiſt. extr. *In his eram* curis, *cum ſcriberem ad te* cet. Lib. VI. Epiſt. III. n. 3. 4. *curam* & *ſollicitudinem* in eodem negotio reperias. Mihi tamen *metu* elegantius videtur, eumque haud obſcure adſerit Epiſtolae finis: *de* metu *non querar. Metum* vero, & *dolorem* venuſte coniungi, oſtendimus ad Lucani Lib. II. vs. 27.

Nec dum eſt ille dolor, *ſed iam* metus.

Mox recentiores ſcripti & Ed. Vet. *feminam maximam*, & deinde vitioſe *viſurus.*

2 *Oculis civitatis.*] A conſpectu Romanorum, quibus erat exemplum virtutis. CATAN.

3 *Quae caſtitas illius.*] Mediceus: *Quae caſtitas, quanta gravitas*, deſultoria levitate librarii ceteris omiſſis.

4 *Senecio reus.*] Accuſatus enim fuit a Caro delatore ſub Domitiano, quod vitam Helvidii Priſci conſcripſiſſet, mox reus, quod nullum magiſtratum poſt Quaeſturam petiviſſet damnatus eſt, referente Dione. CATAN.

5 *An Commentarios ſcripturo dediſſet.*] *Commentarii* proprie libri illi ſunt, qui materiam plenius uberiusque ac ornatius pertractandam deinceps, nude ac ſine cura dictionis conſignatam habent: Quales *Commentarii* Caeſaris ſunt, quos de Gallico Civilique bello conſcripſit. De quibus ita Cicero in Bruto: COMMENTARIOS *ſcripſit valde quidem probandos: nudi ſunt, recti, ac venuſti, omni ornatu orationis, tanquam veſte detracta: ſed dum voluit* ALIOS PARATA HABERE UNDE SUMERENT, QUI VELLENT SCRIBERE HISTORIAM, *ineptis gratum fortaſſis fecit, qui illa volunt calamiſtris inurere, ſanos quidem homines a ſcribendo deterruit.* Hirtius Praefat. Lib. VIII. de bello Gallico: *Adeo probantur* (Commentarii Caeſaris) *omnium judicio, ut praecepta*, NON PRAEBITA, FACULTAS *ſcriptoribus videatur.* BUCHNER. Vide de *commentariis* ſupra Catanaeum ad Lib. III. Epiſt. V. n. 17. & adde Cicer. V. Fam. Epiſt. XII. extr. Hinc Seneca Excerpt. Lib. III. Controv. Praef. pag. 424. *Sine* commentario *nunquam dixit, nec hoc* commentario *contentus erat, in quo nudae res ponuntur: & maxima parte perſcribebatur actio.*

6 *Abolitos.*] Sublatos. Dato triumviris miniſterio, ut monumenta clariſſimorum virorum in foro comburerentur. Nam fuit Domitianus, quamvis in principatus initio poeticae ſtudioſus videretur, poſtea ſtudiis inimicus, primum philoſophis urbe ſubmotis, & Hermogene propter quasdam in hiſtoria figuras occiſo: librariis etiam, qui eam deſcripſerant, crucifixis. CATAN. *Abolitos Senatusconſulto.*] Nam exuſti in Comitio fuerunt. Tacitus Agricola cap. II. *Legimus, cum Aruleno Ruſtico Paetus Thraſea, Herennio Senecioni Priſcus Helvidius laudati eſſent, capitale fuiſſe: neque in ipſos modo auctores, ſed in* libros *quoque eorum ſaevitum, delegato triumviris miniſterio, ut* monumenta *clariſſimorum ingeniorum in comitio ac foro urerentur.* Servavit tamen exemplar Fannia, & ſecum in exſilium tulit, quorum cauſa relegata erat. BUCHNER. Haec aliter concipit Optimus: *Quin etiam illos ipſos libros*, quos *ex neceſſitate & metu temporum abolitos* Senatus cenſuit, *publicatis bonis, ſervavit*, in qua ſcriptura eſt, quod non parum placet: quamquam omnem adprobare non poſſu-

vit, habuit, tulitque in exſilium exſilii cauſam. Eadem quam jucunda, 7
quam comis, quam denique (quod paucis datum eſt) non minus ama-
bilis, quam veneranda. [1] Erit ſane, quam poſtea uxoribus oſtentare
poſſimus: erit, a qua viri quoque fortitudinis exempla ſumamus,
quam ſic cernentes audientesque [2] miremur, ut illas, quae leguntur.
Ac mihi domus ipſa nutare, convulſaque ſedibus ſuis ruitura ſupra vi- 8
detur, licet adhuc [3] poſteros habeat. Quantis enim virtutibus, quan-
tisque factis aſſequentur, ut haec non [4] noviſſima occiderit? Me qui- 9
dem illud etiam adfligit & torquet, quod matrem ejus, illam (nihil
poſſum illuſtrius dicere) tantae feminae matrem rurſus videor amittere,
quam haec, [5] ut reddit ac refert nobis, ſic auferet ſecum, meque &
novo

poſſumus. Tacitus IV. Ann. cap. XXXV. *Libros per aediles cremandos cenſuere patres; ſed manſerunt occultati & editi.* De libris Cremutii Cordi ſcribit. Utrum igitur Noſter *abolitos*, pro *abolendos*, ſcripſit, ut alii *liberatos*, pro *liberandos*, *victos* pro *vincendos*, & alia dixerunt? De qua forma vide notas ad Salluſt. Iug. cap. XCI. extr. item Voſſium ad Caeſar V. B. Gall. cap. XXXIX. extr. Graevium ad Cic. pro Quinct. cap. XXIII. An dicendum, librarium ex notis *S. C.* feciſſe ſuo Marte *Senatus cenſuit*, cum fieri deberet *Senatusconſulto*; qualem errorem etiam in Codd. Criſpi deprehendimus? Hoc forte pluribus videbitur, ego vero delibero. CORTE.

1 *Erit ſane.*] Al. *nec erit*, Nulla mulier poſtea in urbe invenietur. CATAN. Vocabulum *poſtea* non placet. Scribo: *Erit ſane*, *quam* pro regula *uxoribus noſtris oſtentare poſſimus.* BARTH. Fruſtra id quidem, cum iam *oſtentare* deſignet oſtendere veluti exemplum, quomodo *oſtendere ſe*, & *oſtentare ſe*, pro documentum ſui dare dicunt. Salluſt. Iug. cap. XLIX. n. 4. *Ad hoc viritim, uti quemque ob militare facinus pecunia aut honore extulerat, commonefacere beneficii ſui, & eum ipſum* aliis oſtentare. Tacitus II. Ann. cap. XXVII. *Dum proavum* Pompeium, *amitam* Scriboniam (*iuveni*) oſtentat. Simili ratione Phaedrus Epilog. Lib. II. vs. 9.

Plures habebit, quos opponat *Graeciae.*

Porro Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *Erat ne*, *quam poſtea*, unde Aldus: Erit, ne *quam poſtea*, corrupte. At Optimus: *Erit*, *quam poſtea uxoribus oſtentare poſſimus*, ut & *ſane*, & *noſtris* omittatur. Hoc per ſe intelligitur; illud etiam non male aberit, ſi cogites, quam frequenter occurrant, *Sunt*, *qui*; *Eſt*, *qui*; *Fuerunt*, *qui*; *Erunt*, *qui*, de quibus nos ad Salluſt. Cat. cap. XIX. n. 4. & plura ad Lucani Lib. X. vs. 248. CORTE.

2 *Miramur.*] *Miramur*, inquam, oſtentant Edd. vulgatae, & ſcio non praeter Latinitatem diverſos Modos coniungi. At omnes manu exarati & primi formis excuſi cum Aldo *miremur*, quod ſenſus flagitat. Cur *cernentes audientesque* adjecerit, cognoſcas ex Lib. I. Epiſt. XVI. n. 8. & Lib. II. Epiſt. III. n. 7. ſqq.

3 *Poſteros.*] Sive haec epiſtola ſcripta fuerit ante illam ex libro quarto, ubi meminit duas Helvidii filias interiiſſe, & intelligamus tres liberos, duas foeminas & marem, ſive tantum marem nomine Velium Helvidium, cui Fannia noverca fuit. CATAN.

4 *Noviſſima.*] Quae ſola ob virtutes poſt maritum & majores nominetur. Nam vere dici poſſunt ſuae domus noviſſimi, qui virtute praediti nullos ſibi ſuorum ſimiles reliquerunt. IDEM. Omnium famam vincens. Suſpecta tamen vox, & melius legeretur *nobiliſſima.* BARTH. Male mutatur *noviſſima*, quod eſt in libris omnibus, & recte interpretatur Catanaeus. *Noviſſima* nempe ex iis, qui digni fuerunt ea domo, in qua Helvidius, Thraſea, Arriae tot illuſtres animae extiterunt. Tacitus IV. Ann. cap. XXXIV. *Quod editis annalibus, laudatoque Bruto, C. Caſſium* Romanorum ultimum *dixiſſet.* Lucanus Lib. VII. vs. 163.

— — — *rorantia fletu*
Usque ad Theſſaliam Romana *ac* publica ſigna.

ubi nonnulla contulimus.

5 *Ut reddit, ac refert nobis.*] *Reddit*, ut infra Lib. IX. Epiſt. XXII. n. *Praeterea in litteris veteres aemulatur, exprimit*, reddit: Propertium *inprimis.* Rutilius Lib. I. Itiner. vs. 601.

Nec

10 novo pariter, & reſciſſo vulnere adficiet. Utramque colui, utramque dilexi: utram magis, neſcio; nec diſcerni volebant. Habuerunt officia mea in ſecundis, habuerunt [1] in adverſis. [2] Ego ſolatium relegatarum, ego ultor reverſarum. [3] Non feci tamen paria, atque eo magis hanc
11 cupio ſervari, ut mihi ſolvendi tempora ſuperſint. In his eram curis, cum ſcriberem ad te, quas ſi Deus aliquis in gaudium verterit, de metu non querar. *Vale.*

XX C. PLINIUS TACITO SUO S.

Oſtendit, quod cum Tacito & ſtudia & famam communem habuerit, ſeque totum ab ineunte aetate ad imitandum Tacitum dederit.

LIbrum tuum legi, & quam diligentiſſime potui adnotavi, quae commutanda, quae eximenda arbitrarer. Nam & ego verum dicere aſſuevi, & tu libenter audire. neque enim ulli patientius repre-
2 henduntur, quam qui maxime laudari merentur. Nunc a te librum meum cum annotationibus tuis exſpecto. O jucundas! o pulchras vices! quam

Nec mirum, magni ſi redditus *indole nati*
Felix tam ſimili poſteritate pater.

Lucanus Lib. I. vs. 538.

Iam Phoebe toto fratrem *cum* redderet *orbe.*

Apuleius Florid. pag. 347. *Prorſus omnes virtutes tuas ita* effingit *ac* repraeſentat, *ut me dius fidius admirabilior eſſet in iuvene, quam in te parta laus.* De verbo *referre* dictum ad Lib. V. Epiſt. XVI. n. 9. *Amiſit enim filiam, quae non minus mores eius, quam os vultumque* referebat, *totumque* patrem *mira ſimilitudine* exſcripſerat.

1 *In adverſis.*] Nam relegatarum ſolatium fuit, & reverſarum ultor: cum Publicium Certum Helvidii accuſatorem reum peregit. CATAN. Mediceus: *Habuerunt officia mea in adverſis.* media deſunt.

2 *Ego* ſolatium *relegatarum.*] Optimus: *Ego* ſocius *relegatarum.* contra hiſtoriam. De altero, quod ultor fuerit reverſarum, legas infra Lib. IX. Epiſt. XIII.

3 *Non feci tamen paria.*] Non reddidi illis paria beneficia, quae mihi contulerunt, id eſt quae merebantur. Modus dicendi elegans & circumciſus. Idem in Panegyrico: *Solus ergo adhuc qui pro munere tanto* paria *accipiendo* feciſti. CATAN. *Non feci tamen paria.*] Cum multa contulerim, nondum aequavi magnitudinem tamen meritorum ejus. In rationibus cum accepta & expenſa congruerent, tum qui edebant rationes, *pariare* dicebantur, quo verbo Ulpianus uſus eſt Lib. IV. D. de manumiſſ. Alii, ut Plinius, *paria facere* dixerunt. Columella, *paria cum rationibus facere*, item, *parem rationem facere.* Inde ergo ſumta haec loquendi ratio eſt. Contrarium eſt *reliquari*, Reſt bleiben: quod verbum non ſemel in Digeſtis legitur. Nam & *reliqua* dicebantur, quae ſolvenda reſtant, Reſte. Noſter infra Lib. IX. Epiſt. XXXVII. *Reliqua creverunt.* BUCHNER. Quinctilian. Declam. XII. cap. XXIV. *Siccine* paria fecimus? eumque ſaepiſſime hac dictione uti, monuit Celeb. Burmann. ad Declam IX. cap. XVI. Paria *tecum* facio. *resp. quae propter me unum civem perdideras.* Adde Lipſium & Gruter. ad Senec. II. de Benef. cap. XXX. *Eodem quidem momento, quo obligatus es, ſi vis, cum quolibet* paria feciſti: *quoniam qui libenter beneficium accepit, reddidit.*

1 *Quam*

[1] quam me delectat, quod ſi qua poſteris cura noſtri, usquequaque narrabitur, qua concordia, ſimplicitate, fide vixerimus. Erit rarum 3
& inſigne, duos homines [2] aetate, dignitate propemodum aequales, nonnullius in literis nominis, (cogor enim de te quoque [3] parcius dicere, quia de me ſimul dico) alterum alterius ſtudia foviſſe. Equidem 4
adoleſcentulus, [4] cum jam tu fama, gloriaque floreres, te ſequi, [5] tibi longo, ſed proximus, intervallo & eſſe, & haberi concupiſcebam. Et erant multa clariſſima ingenia, ſed tu mihi (ita [6] ſimilitudo naturae ferebat) maxime imitabilis, maxime imitandus videbaris. Quo magis 5
gaudeo, quod ſi quis de ſtudiis ſermo, [7] una nominamur, quod de te loquen-

1 *Quam me delectat.*] Iſta emendandi viciſſitudo. CATAN.

2 *Aetate propemodum.*] Nam Secundus junior erat. IDEM. *Aetate propemodum &c.*] Sic Pal. & Vett. Edd. usque ad Aldinam, quae uno alteroque verbo auctior, *aetate, dignitate propemodum &c.* ſed ne ea quidem agnovit Catanaeus. GRUTER. At ea agnoſcit Cod. Mediceus, cuius auctoritas & Palatinum, & Edd. Vett. longe ſuperat, nec pro ſupervacuis habuit Gryphius. Inſerui itaque *dignitate:* nam hoc uno tantum vocabulo Aldina & veterrimae membranae auctiores ſunt. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *aequali*, pro *aequales*, quia ſequitur *nonnullius nominis.* Contra Voſſ. mox *nonnulli*, pro *nonnullius*, ut ita *aequales* & *nulli* paria eſſent. Nulla ratione. Gellius Lib. XIX. cap. IX. *Adoleſcens e terra Aſia, de equeſtri loco*, laetae indolis, *moribus & fortuna bene* ornatus, *& ad rem muſicam* facili ingenio *ac* libenti, *coenam dabat amicis.* & paullo poſt: *clamator tantum ac facundiâ rabidâ.* Vopiſcus Aureliano cap. IV. *Fuit decorus, ſtatura* procerior, nervis validiſſimis, *vini & cibi paullo* cupidior, libidinis *rarae*, diſciplinae *ſingularis*, *gladii exſerendi* cupidus. Spartianus Adriano cap. XXVI. *Statura fuit* procerus, *forma* comtus, *flexo ad pectinem capillo*, *promiſſa barba*, habitudine robuſta. Idem Vero cap. V. *In vita minus* probabilis... pulchritudinis *regiae*, oris *venerandi*, *verſu* facilis, *in rep. etiam non* inutilis. Sic idem loquitur Severo cap. XIX. & Nigro cap. I. Capitolinus Pio cap. II. *Fuit vir forma* conſpicuus, *ingenio* clarus, *ſingularis* eloquentiae, *nitidae* litteraturae, *praecipue* ſobrius &c.

3 *Parcius.*] Quia dixerat nonnullius, & non magni nominis, ut debuiſſet de Tacito loqui: ſed cum ſe quoque complexus eſſet, arrogantiae vitandae gratia utriusque facultatem minuit. CATAN.

4 *Cum iam tu fama.*] Voſſ. Helmſt. & Ed. Vet. *cum iam* tua *fama g.* floreret. Vulgatam tuetur Optimus, eamque frequens Tullii aliorumque uſus confirmat.

5 *Tibi longo &c.*] Gaudet Secundus ſuis epiſtolis inſerere Virgiliana carmina. Hic enim inquit:

Primus abit, longeque ante omnia corpora Niſus
Emicat, hinc longo, ſed proximus intervallo
Inſequitur Salius. ——

Proximus igitur Tacito Secundus erat in eloquentia, ſed longo intervallo. CATAN. Similiter loqui Ciceronem, iam obſervarunt interpretes ad Virgil. V. Aen. vs. 320. Imitatur & Auſonius Epiſt. IX. vs. 26.

Proxima ſint quaevis, ſed longe proxima multo
Ex intervallo, *quae* cet.

item Ambroſius de Exc. Hieroſ. Lib. III. cap. XXVI. *Hi ſuppares, & licet* longo intervallo, *ſed tamen* proximi, *Dicas naturae & temporum iucundam contentionem.* Sic duo noſtri MSS. Vulgo *proximis*, nullo ſenſu. CORTE.

6 *Similitudo naturae.*] Quae multum facit ad conciliandam amicitiam. Nam auctore Columella, *ſimilia ſimilibus faciliora fecit natura:* & Graecum ad hoc proverbium ὅμοια χαίρειν τοῖς ὁμοίοις πέφυκε, *Similia gaudere ſimilibus natura fecit.* Hinc Aruns Tarquinius & Tullia minor ingenio truci brevi convenere. CATAN. Quod ſequitur *maxime imitabilis*, non comparet in Primario, rectius in reliquis legitur.

7 *Una nominamur.*] Libro IX. Epiſt. XXIII. hunc locum declarat. *Narrabat*, inquit, *mihi Cor. Tacitus ſediſſe Circenſibus proximum Equiti Rom. hunc poſt varios eruditosque ſermones requiſiſſe*,

loquentibus ſtatim occurro. [1] Nec deſunt, qui utrique noſtrum [2] prae-
6 ferantur. [3] Sed nihil intereſt mea, quo loco jungimur. [4] Nam mihi primus,

ſiſſe, Italicus es? an provincialis? ſe reſpondiſſe, noſti me, & quidem ex ſtudiis. ad hoc illum, Tacitus es, an Plinius? Catan.

1 *Nec deſunt.*] Sunt in urbe noſtra. Idem. *Nec deſunt, qui utrique &c.*] Sic Pal. & Edd. Vett. Aliae: *qui uni ut utrique noſtrum.* Neutrum ſatis aſſequor. Certe utrumque contra mentem Plinii, mea quidem opinione; voluit enim ſcriptum, eſſe quosdam, qui Tacitum dicerent potiorem Plinio, item qui contra Plinium Tacito praeponerent. Gruter. *Nec deſunt, qui uni ut utrique* &c.] Scribendum cenſeo, *qui utrum utri noſtrum praeferant.* Sic conſtat ſenſus, quem recte deprehendit Gruterus. *Utrum utri* eſt vel te mihi, vel me tibi. Gronov. Non eſt dubium, quin haec vitio laborent. Alii aliter. Ego ſuſpicor legendum, *qui unum utrimque noſtrum praeferant. Sed nihil* cet. Unum noſtrum praeferunt utrinque, id eſt, iam ab hac, iam ab illa parte, ut modo tua pars praevaleat, modo mea. Scheffer. Mendoſa certe eſt vulgata lectio; aſt eorum culpa, qui ſincerum vas incruſtarunt. Omnes MSS. praeter Voſſianum, item Edd. Vett. cum Aldo: *Nec deſunt, qui utrique noſtrum praeferantur*, atque hanc ſcripturam eſſe veriſſimam, ſequentia docent, ſi ab interpolatione liberantur, quod mox videbimus. Voſſ. *qui uni ut utique noſtrum praeferantur*: ex quo vulgatum procrearunt: *qui uni ut utrique noſtrum*, idque meliore ſenſu, quam qui a Grutero & Gronovio quaeritur; modo libri addicerent. Si quos doctiores laudabant, eos vel Tacito, vel Plinio praeſtare dicebant, & ſi unum modo nominaſſent, utrumque tamen intelligebant. Sed longe melior eſt vetuſta ſcriptura, neque, ut dixi, ſequentia aliam admittunt.

2 *Praeferantur.*] Praeponantur nobis tanquam doctiores. Catan.

3 *Sed nihil intereſt.*] Pal. & Vett. Edd. *Sed nonnihil intereſt mea.* Gruter. Helmſt. etiam *non nihil*; Arnzen. *nos nihil.* Vetuſtiores recte *nihil.*

4 *Nam hoc ego primus &c.*] Si doctior te ab aliquibus credor, tunc me omnium, qui ſunt in urbe doctiſſimum credo, quia te ſecundum faciunt: ſi vero te primum alii putant, tunc ſecundum doctum me exiſtimo, quia tua veſtigia penitus ſequor. Tanti facit Taciti doctrinam, latenter tamen innuit, ſe fuiſſe doctiſſimos, qui tunc erant, Romanorum. Quaedam exemplaria brevius legunt hoc pacto, *nam* mihi *primus*, qui a te *proximus*, *quin etiam.* Catan. *Quia tu proximus.*] Lego: *quia tibi proximus.* Eo ipſo me omnibus aliis praelatum puto, quia ſecundus a te ponor. Gronov. Non puto aliquid hic mutandum. Certe quando legitur: *quia tibi proximus*, numquam primus intelligitur. Erant autem, qui nunc Plinium, nunc Tacitum facerent priorem. Qui Plinium, faciebant ei proximum Tacitum, & hoc eſt, *quia tu proximus.* Sed nec ſequentia permittunt, locum aliter legi, propter oppoſitionem. Nam alias in his, *quia tibi proximus & ego proximus*, oppoſitio eſt nulla, ſed eadem potius dicuntur. Scheffer. Ut videas, qua de cauſſa laborent viri doctiſſimi, en tibi vulgatam: *Nec deſunt, qui* uni ut *utrique noſtrum praeferantur. Sed nihil intereſt mea, quo loco iungimur. Nam* hoc ego *primus*, quia tu *proximus, & ego proximus, quia tu primus: quin etiam* &c. Mera balbuties & ineptiſſima Battologia, quam Catanaeus contra omnes Codd. certe quos nos conſuluimus, Plinio obtruſit. Habent quidem recentiores MSS. *Nam* in hoc *primus*; ſed illud *in hoc* factum eſſe ex *mihi*, & leviſſima librariorum aberratione fieri potuiſſe, norunt qui Codd. Vett. tractarunt. Pariter infra Epiſt. XXIV. n. 8. Helmſt. & Ed. Vet. *quia iucundum eſt* in hoc, *quod ceperim gaudium* cet. pro *iucundum eſt* mihi. Id ſi ex Mediceo emendes, omnes ſcripti Plinii manum repraeſentant: *Nam* mihi *primus*, *qui* a te *proximus. quin etiam* cet. Reliqua, ab inepto homine adſuta, omnibus libris etiam Ed. Vet. deſunt, nec poſtea, ſi factum noſtrum placuerit, Plinium onerabunt, cum iam Aldus, Gryphius & alii eadem abiecerint. Sententiam adſecutus eſt Gronovius, ſed quae ex veteri etiam lectione emergit: *qui a te proximus.* Nempe *qui* eſt quia ego, ſi ego, ut obſervavimus ſupra ad Epiſt. X. n. 3. *Etenim quam dubium eſt, an merito accuſetur*, qui *an omnino accuſetur incertum eſt.* ubi vide. Nam *proximus a te* culpari nequit. Iuvenalis Sat. X. vs. 126.

Volueris a prima *quae* proxima.

Ovidius II. ex Ponto Epiſt. VIII. vs. 37.

Et tua, ſi fas eſt, a Caeſare proxime *Caeſar*,
Numina ſint precibus non inimica meis.

Maro

primus, qui a te proximus. quin etiam in [1] teſtamentis debes adnotaſſe,
(niſi quis forte alterutri noſtrum amiciſſimus) eadem legata, & qui-
dem pariter accipimus. Quae omnia huc ſpectant, ut invicem arden- 7
tius diligamus, cum tot vinculis nos ſtudia, mores, fama, ſuprema
denique hominum [2] judicia conſtringant. *Vale.*

XXI. C. PLINIUS [3] CORNUTO SUO S.

Cornuto monenti, ut infirmitati oculorum conſuleret, ordinem vitae ſuae enumerat, & pro gallinis miſſis cum amico jocatur.

PAreo, [4] collega cariſſime, & infirmitati oculorum, ut jubes, con-
ſulo. Nam & huc tecto vehiculo undique incluſus, quaſi in cubi-
culo perveni, [5] & hic non ſtilo modo, verum etiam lectionibus, diffi-
culter, ſed abſtineo, ſoliſque auribus ſtudeo. Cubicula obductis 2
velis [6] opaca, nec tamen obſcura facio. Cryptoporticus quoque
adopertis inferioribus feneſtris, tantum umbrae, quantum luminis
habet. ſic paulatim lucem ferre condiſco. [7] Balineum aſſumo, quia 3
prodeſt: vinum, quia non nocet, parciſſime tamen. Ita aſſuevi, &
nunc [8] cuſtos adeſt. Gallinam, ut a te miſſam, libenter accepi, quam 4
ſatis acribus oculis, [9] quanquam adhuc lippus, pinguiſſimam vidi. *Vale.*

XXII.

Maro Eclog. V. vs. 49.

— — *tu nunc eris* alter ab illo.

& hoc uſitatiſſimum. CORTE.

1 *Teſtamentis.*] Subſcribendis & ſignandis, quibus tibi primum, mihi ſecundum locum concedunt: an in legatis, quibus primi nominamur, & quibus eadem legata, & pariter ac ex aequo accipimus, niſi aliquis eſt alterutri noſtrum amiciſſimus, & ideo amiciori majora legata ſcribit. CATAN. Prior Catanaei expoſitio prorſus falſa eſt. In teſtamentis quoque adnotaſſe potes, quod nos pro coniunctiſſimis & ſimillimis habeamur, dum eadem legata, & quidem pariter accipimus.

2 *Iudicia.*] i. teſtamenta. Apulei. Apolog. pag. 334. *Utinam tu Ruffine* ſupremum *eius* iudicium *non impediſſes! quas mihi aut coram, aut in teſtamento gratias egiſſet.* Eodem nomine *iudicii extremi*, *iudicii ſupremi*, in Iure noſtro teſtamenta veniunt, ut & apud Suetonium, Valer. Maximum ac alios. vide Interpretes ad Iuſtin. Lib. V. cap. XI. n. 3. Infra Noſter Epiſt. XXXI. n. 5. *multorum* ſupremis iudiciis *credere potes.*

3 *CORNUTO* FUSCO *SUO.*] Scripti omnes & plerique impreſſi: *Cornuto Suo.*

4 *Collega.*] Vel in praefectura aerarii, vel in Conſulatu? Nam utrumque magiſtratum ſimul geſſere. CATAN.

5 *Et non ſtilo modo.*] Omnes ſcripti, Edd. Vett. Aldus & Gryphius: *&* hic *non ſtilo modo*: quam Particulam cur alii omiſerint, non exputo.

6 *Opaca.*] Aliquantulum inumbrata, ſubobſcura. Celſus praecipit in lippitudinis curatione primo die loco obſcuro cubare, & a ſermone abſtinere. CATAN.

7 *Balineum.*] Curatur lippitudo ſecundum Celſum balineo, vino, quiete, abſtinentia. IDEM.

8 *Cuſtos.*] Qui prohibet, ne ſupra modum bibam. IDEM. Vel uxor, vel medicus. BARTH. Perperam Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *Et nunc cuſtos adhaeſi.*

9 *Quamquam adhuc* lippis.] Sic etiam Aldus, Gry-

XXII. C. Plinius Falconi Suo S.

Indicat Falconi, Minutianum, pro quo impetraverat tribunatum, eſſe virum dignitate, natalibus, facultatibus, & ſtudiis ſummum.

MInus miraberis, me tam inſtanter petiſſe, ut in amicum meum
conferres Tribunatum, cum ſcieris, quis ille, qualisque. Poſſum
autem jam tibi & nomen indicare, & deſcribere ipſum, poſtquam
2 polliceris. [1] Eſt Cornelius Minicianus, ornamentum [2] regionis meae,
ſeu dignitate ſeu moribus: natus ſplendide, abundat facultatibus,
amat ſtudia, [3] ut ſolent pauperes. Idem rectiſſimus [4] judex, fortiſſimus
3 advocatus, fideliſſimus amicus. Accepiſſe te beneficium credes, quum
propius inſpexeris hominem omnibus honoribus, omnibus titulis (nihil
volo elatius de modeſtiſſimo viro dicere) parem. *Vale.*

XXIII. C. Plinius Fabato Proſocero Suo S.

Monet Fabatum, ut domi praeſtoletur Tironis adventum, neque in itinere ei occurrat.

GAudeo quidem eſſe te [5] tam fortem, ut Mediolani occurrere [1] Tironi

Gryphius & alii. At MSS. & Ed. Vet. *lippus*, quod verum eſſe, vel unus Horatius vincit. Vide Cl. Bentlei. ad I. Sat. I. vs. 120.

1 *Eſt Cornelius Minutianus.*] Primarius & Helmſt. *Minicianus*; Alii cum Ed. Vet. *Minitianus.* Prius verum eſt, ut monſtrant inſcriptiones Lib. IV. Epiſt. XI. Lib. VIII. Epiſt. XII. aliaque monumenta. Adi etiam ad Lib. I. Epiſt. XIV. n. 3.

2 *Regionis meae.*] Tranſpadanae. Erat enim Cor. Minutianus Acilianus Brixienſis. CATAN. Vide ad Lib. II. Epiſt. I. n. 8.

3 *Ut ſolent pauperes.*] Qui urgente rerum inopia ſtudent ardentiſſime, nec ullis voluptatum illecebris emolliuntur, ſed per ardua quaeque prorumpunt. Ad hoc extat Graecum illud elogium, ἡ πενίη σοφίην ἔλαχεν, id eſt *paupertas ſapientiam ſortita eſt.* Quandoquidem pauperes multis artibus ſtudent. Et ſecundum Senecam, immo quotidianam experientiam, *hominem experiri multa paupertas docet.* Juven. Satyr. VIII. inquit, *Pauperes ad ſtudia* perſpicaciores. CATAN.

4 *Iudex*, fortiſſimus *advocatus.*] Duo priora verba non comparent in Mediceo, librarii noto peccato. *Fortiſſimi advocati*, qui ſunt firmi & conſtantes. Lib. II. Epiſt. XI. n. 19. *Quod ego & Tacitus iniuncta* advocatione *diligenter* fortiterque *functi eſſemus.* Lib. IV. Epiſt. XXII. n. 4. *Conſtanter inquis & fortiter.* Lib. VI. Epiſt. XIII. n. 3. *Reſpondit Catius graviter & firme.* Lib. IV. Epiſt. XXIX. n. 2. *acer &* fortis *vir.* Simili notione *fortiſſimos conſules* Cicero dixit, de quo ad locum proxime citatum.

5 *Tam fortem.*] Tam firmum & valentem, ἰσχυρόν. Reſpectu corporis enim & valetudinis *fortem* dixit. Salvianus Lib. I. de Providentia: *Quis tam profundi cordis virum non admiretur, qui*

[1] Tironi poſſis. ſed ut perſeveres eſſe tam fortis, [2] rogo, ne tibi contra rationem aetatis tantum laboris injungas. Quin immo denuncio, [3] ut illum & domi, & intra domum, atque etiam intra cubiculi limen exſpectes. Etenim quum a me, ut frater diligatur, non debet ab eo, 2
quem ego parentis loco obſervo, exigere officium, quod parenti ſuo remiſiſſet. *Vale.*

XXIV. C. Plinius Geminio Suo S.

Quadratilla Numidia nepotem modeſtiſſimum tanta reverentia educavit, ut quoties vellet ſpectare pantomimos, ſive ludere calculis, juberet illum abire: quod poſt mortem aviae quum reſciſſet Secundus, cum magna admiratione & gaudio Geminio exponit.

[4] NUmidia Quadratilla paulo minus octogeſimo aetatis anno deceſſit, usque [5] ad noviſſimam valetudinem viridis, atque etiam ultra

qui merita religioſorum atque virtutes tam magnis retributionibus dignas putat, ut in praeſenti hac vita carnes & fortitudines corporum, praemia putet eſſe debere ſanctorum? Et paulo poſt: *opinor omnes omnino homines cibis ac poculis* fortes *eſſe, infirmos autem abſtinentia, ariditate, jejuniis. Fortiſſima ligna*, Caeſar Lib. II. de Bello Civili C. II. dixit. Buchner. Sic Lib. IV. Epiſt. I. n. 7. *Contingat modo te filiamque tuam* fortes *invenire.* Epiſt. XXI. n. 4. *Magno tamen fomento dolor meus acquieſcet, ſi hunc ſaltem* fortem *& incolumem fortuna ſervaverit.* Lib. VI. Epiſt. IV. n. 3. *Equidem etiam* fortem *te non ſine cura deſiderarem.* & ſic aliquoties.

1 *Tironi.*] Caleſtrio Tironi Proconſuli proficiſcenti in Hiſpaniam. Catan.

2 *Rogo*, ut *tibi contra.*] Alii habent, *ne tibi*, quod ipſa exigit ratio. Puto tamen Plinium iunxiſſe: ut ne *tibi contra.* Scheffer. Immo Hackianae mendum erat *ut*. MSS. omnes & impreſſi meliores: *Rogo*, ne *tibi contra*, cet. ut de aliqua novatione non ſit cogitandum, minime omnium de tali, quales omnibus paginis adlini poſſunt.

3 *Ut illum &* domi.] Mediceus: *ut illum &* Comi., *& intra domum* cet. perperam, & omnino contra venuſtatem, quam Noſter ſecutus eſt iungendo *domi*, *intra domum*, & *intra cubiculi limen.* Recentiores ſcripti & Ed. Vet. *atque intra cubiculi limen*, excluſa particula etiam. verebantur enim ſcioli, ne ſuperfluum quid legeretur, ſi *atque etiam* componerent. Alia diſcas ex nota ad Lib. V. Epiſt. VI. n. 21. Simili vitio mox Epiſt. XXIV. n. 1. Helmſt. MS. *atque ultra matronalem modum*, ubi alii omnes: *atque* etiam *ultra.*

4 *Numidia Quadratilla.*] Palat. & Edd. Vett. *Unimidia*, quod inde natum putarim, quoniam primam literam minio perſcribi vellent. Nam veroſimile eſt hanc ſororem Numidii Quadrati eſſe, cujus meminit Tacitus ac Joſephus. Gruter. Helmſt. Ammidia *Quadratilla*; Arnz. *Valmidia*; Ed. Vet. *umidia*, prima littera, ut in omnium Epiſtolarum capitibus ſolet, omiſſa. Optimus: *Commidia Quadratilia*, & prius *Commidia* agnoſcit Catanaeus, pro quo tamen, ſi quid mutandum, ipſe mallem *Cominia*, frequens in lapidibus mulierum nomen; poſterius pro varietate notarunt viri docti etiam ad Gruter. Inſcript. pag. DCXCVII. n. 11. ubi *Numiae Quadratillae*, & *Nummiae Quadratilliae* legitur.

5 *Ad noviſſimam valetudinem viridis.*] *Viride* eſt, quod adhuc plenum ſucci viget ac nitet: cui, quod jam exaruit emarcuitque ac flaccidum redditum eſt, opponitur. Quod, quia in ſenibus evenit, idcirco Terentius *vietos* & *veternoſos* dixit. Nam *vieti* μεμαρασμένοι ſunt, id eſt, marcidi, *veternoſi*, quibus carnes deceſſere, ut in phthiſi ſolet fieri: nam & *Veternus* φθίσις & *Veternoſus* φθισικὸς in Gloſſis antiquis interpretatur. *Paſſos* Lucillius ſic, ut *uvas paſſas* dicimus, appellavit. Naſcuntur tamen nonnulli tam vivido corpore, ut per ſenectutem etiam ſic quaſi juvenes

2 ultra matronalem modum [1] compacto corpore & robuſto. Deceſſit
honeſtiſſimo teſtamento. Reliquit heredes, ex [2] beſſe nepotem, ex
[3] tertia parte neptem. Neptem parum novi: nepotem familiariſſime
diligo, adoleſcentem ſingularem, nec iis tantum, [4] quos ſanguine at-
3 tingit, inter propinquos amandum. Ac primum conſpicuus forma,
omnes ſermones malignorum & puer & juvenis evaſit: intra quartum
& viceſimum annum maritus, &, ſi Deus annuiſſet, pater. Vixit
in contubernio [5] aviae delicatae ſeveriſſime, & tamen obſequentiſſime.

nes vigeant, nec quicquam magnopere de flore ac vigore corporis perdant. Sic Quadratilla igitur Plinio dicitur *ad noviſſimam valetudinem viridis*, quod vegeto floridoque fuit corpore, & nihil ſenile in eo, quamvis ſenex, paſſa ſit, donec noviſſimo morbo finiretur. Ejusmodi ſenectutem ſupra & Spurinnae tribuit Noſter Lib. III. Epiſt. I. Virgilius Charonti in VI. Aeneidos, cum ait: — *cruda Deo viridisque ſenectus.* Nam & *crudum* eſt, quod nondum ex maturitate aruit, & ſole excoctum, ſed adhuc valde viride eſt. Lucanus cum Lib. IV. refert, quomodo miles defectum aquae ſuppleverit & ſitim ſedarit:

Tunc herbas frondesque terunt, & rore madentes
Deſtringunt ramos, & ſi quos palmite crudo
Arboris, aut tenera ſuccos preſſere medulla.

Tacitus, manifeſta Maronis imitatione, Agricola cap. XXIX. *Affluebat omnis juventus, & quibus* cruda *ac* viridis ſenectus. *Aquilae ſenectutem* Terentius dixit. Apud Palladium Lib. VI. de Re Ruſtica Tit. XVII. praeceptum eſt *de roſis viridibus* ſervandis: h. e. de roſis ita ſervandis, ut non exareant, & ultra tempus anni haberi virides poſſint: Wie man friſche Roſen halten / und auſſer der Roſenzeit haben könne. Buchner. *Viridis* proprie de florente & iuvenili aetate dici, obſervavit Cel. Burmannus ad illa Valer. Flacc. Lib. I. vs. 77.

— *te* viridem *videt inmunemque ſenectae.*

1 *Compacto corpore & robuſto.*] Probe vincto nervis, atque ſic firmo, ſolido, robuſto: *cui fluxum* opponitur. Tacitus Hiſtoria II. cap. XXXII. *Germanos, quod genus militum apud hoſtes atrociſſimum ſit, tracto in aeſtatem bello, fluxis corporibus, mutationem coeli ſolique haud toleraturos.* Livius Lib. X. cap. XXVIII. *Gallorum etiam corpora intolerantiſſima laboris atque aeſtus fluere.* Quae Florus Lib. II. cap. IV. ita interpretatur, *quae mox, ut caluere pugna, in ſudorem eunt, & levi motu, quaſi Sole, laxantur.* Columella Lib. VI. cap. I. de bubus parandis praecipiens: *Umbria, inquit, rectos, & albos eademque rubros, nec minus probabiles animis quam corporibus. Hetruria & Latium compactos, ſed ad opera fortes.* Ubi *compacti* ſtaturae mediae ſunt, & quos *quadratos* paulo poſt appellavit: haec enim corpora imprimis probantur: ut maxime nervoſa & firma, artubus inter ſe paulo arctius nexis. Celſus Lib. II. cap. I. *Corpus habiliſſimum*, quadratum, *neque gracile neque obeſum. Nam longa ſtatura, ut in juventa decora eſt, ſic matura ſenectute conficitur: gracile corpus infirmum, obeſum hebes eſt.* Idem Columella eodem loco, *crura compacta & recta* in bubus probat: quae Palladius, *ſolida, nervoſa & brevia* dixit. Haec itaque, *compactum* notat: & ita ibidem *cervicem toroſam atque compactam* in bove laudat. Buchner. Mediceus: compacido *corpore & robuſto.* corrupte.

2 *Beſſe.*] Duabus tertiis. Catan.

3 *Tertia parte.*] Aſſis, id eſt ex triente. Nam beſſe & triente univerſa haereditas exhauritur. Idem.

4 *Quos ſanguine attingit.*] Vide ad Lucan. Lib. VIII. vs. 286.

— *obliquo maculat qui* ſanguine *regnum,*
Et Numidas contingit *avos.*

5 *Aviae delicate, &c.*] Nondum ſatis conſtitui exiſtimare debeam, annon, ſcripſiſſe Plinium, *ſecuriſſime*, non *ſeveriſſime*, hoc eſt, in ſumma ἀδεία & peccandi impunitate. *Aviae delicate, ſeveriſſime &c.*] Prodidi dudum in ſuſpicionum libellis, legendum videri, *aviae delicatae, ſeveriſſime & tamen obſ.* nunc teſtor, ita exſtare in Palatino exemplari, niſi quod idem adhuc perſcribat *ſeveriſſimae & tamen obſequentiſſimae.* Minus recte. Mens enim eſt Plinii, nepotem hunc ſevere educatum ſub avia delicata, quod ipſum ſatis evincunt verba, quae ſtatim ſubſequuntur (*pudet*

tiſſime. Habebat illa [1] pantomimos, [2] fovebatque effuſius, quam 4
principi feminae convenit. Hos Quadratus non in theatro, [3] non
domi ſpectabat; nec illa exigebat. [4] Audivi ipſam, cum mihi com- 5
mendaret nepotis ſui ſtudia, ſolere ſe, [5] ut feminam in illo otio ſexus,
laxare animum luſu [6] calculorum, ſolere ſpectare pantomimos ſuos;
ſed cum factura eſſet alterutrum, ſemper ſe nepoti ſuo praecepiſſe abi-
ret, ſtuderetque; quod mihi non amore ejus magis facere, quam re-
verentia videbatur. Miraberis, & ego miratus ſum. Proximis ſa- 6
cerdo-

(*pudet me dixiſſe pudorem per adulationis officium in theatrum &c.*) Emendabam olim, (*pudet me dixiſſe honorem, adulationis officium*) *in theatrum &c.* neque adhuc poenitet. Gruter. *Aviae delicate, ſeveriſſime.*] Vera Palatini Codicis lectio, & omnino recipienda: *Vixit in contubernio aviae delicatae ſeveriſſime &c.* Senſus eſt: educatum Quadratum ab avia delicata illa quidem in vitae cultu, ſed quae ſevere haberet nepotem morum diſciplina. Delicata vivendi ratio ex iis patet, quae mox de Quadratilla narrat Noſter: ſeveritas diſciplinae inde conſtat, quod ſuis remiſſionibus intereſſe nepotem paſſa haud eſt, de quo etiam paulo poſt reddit. Buchner. *Aviae delicatae* pridem edidit Gryphius, neque aliter ſcribi convenit. Mediceus tamen: *Vixit in contubernio* avia elica *ſeveriſſime:* quod, niſi corruptum eſt ex recepta ſcriptura, neſcio quid ſibi velit. *Mulier delicata* eſt, quae omnibus elegantiis, rebus ad luxum & commoditatem facientibus ſtudet, quales fere olim *elegantes* vocabant, ut exponit Gellius Lib. XI. cap. II. Sic ſaepe apud Quinctilianum *delicatus pater*, *delicatus miſer* & ſimilia. Plura autem Cuperus Lib. I. Obſerv. cap. VIII.

1 *Pantomimos.*] Omnium geſticulatores. Catan. *Pantomimos.*] Hi ſuum chorum habebant, ubi alicujus carmen apto & compoſito corporis geſtu exponebant. Vide Sidon. Lib. VIII. Ep. IX. Manil. Lib. V. Aſtron. Caſſiodor. Senat. Lib. IV. Ariſtenaet. Ep. XXVI. πρὸς ὀρχηστρίδα. Auguſt. Lib. II. de Symb. ad Catechum. Vet. Poet. Lib. IV. Epigramm. collectionis Pithoeanae, Sirmond. & alios. Veenh. Haec deſcripſit ex nota Savaronis ad Sidon. Carm. XXIII. vs. 268. 279. 270. qui & ipſe Mercerum ad Ariſtenaet. Lib. I. Epiſt. XXVI. laudat. Quando Romae invaluerint, docet Zoſimus Lib. I. cap. VI. n. 2.

2 *Fovebatque effuſius.*] Supra modum horum geſticulationes amplectebatur. Catan. Arnz. *effuſius, quam principi* conveniſſet *feminae.* Optimus: *quam principi feminae convenit*, quod reſcripſi. Sic Lib. V. Epiſt. XIX. n. 3. *Utitur & cithara perite*, ultra, quam *comoedo neceſſe* eſt. ubi locum indicamus, quo plura de hac Formula. Nam de diverſis Temporibus ne muſſare quidem decet, cum eadem iuncta vidimus Lib. II. Epiſt. XVIII. n. 2. & Lib. VI. Epiſt. XVI. n. 8.

3 *Non* domi *ſpectabat.*] Voſſ. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *non* domo *ſpectabat.* Veterrimus ſolus *domi.*

4 Audii *ipſam*, *cum* cet.] Helmſt. Audi *ipſam*; Arnz. Aut *ipſam.* Optimus, Voſſ. & Gryphius: Audivi *ipſam.* Sic etiam meliores libri ſupra Lib. VI. Epiſt. XI. n. 1. Audivi *ex diverſo agentes.*

5 *Ut feminam.*] Quae civilibus negociis, neque externis illis diſtringitur. Quare libentius legerim *ſexus* quam *ſenii.* Catan.

6 *Calculorum.*] Schacorum, (ut vulgo dicimus) de quibus Martialis:

Inſidioſorum ſi ludis bella latronum,
Gemmeus iſte tibi miles & hoſtis erit.

Idem.

7 *Reverentia.*] Ne delicatus fieret, ne corrumperetur. Iuvenal. Sat. XIV. vs. 47.

Maxima puero debetur reverentia.

Barth.

8 *Sacerdotalibus ludis.*] Sacris certaminibus. Dicti autem ſacerdotales, & ſacri, quod diis ſacri eſſent, in quos D. Auguſtinus quodam in loco maxime invehitur. Originem horum ludorum pluribus refert Livius VI. ab urbe condita, & ab ſano principio veniſſe ſuis temporibus in vix opulenti regni tolerabilem inſaniam. Catan. *Proximis ludis Sacerdotalibus.*] *Sacerdotales ludi* ſunt, quos Sacerdotes ob honorem ſacerdotii, ut ceteri magiſtratus, edebant. Origo ab Auguſto eſt, ut Gutherius Lib. III. de Vet. Jure Pontificio cap. XX. docet. Buchner.

1 *In*

cerdotalibus ludis, productis [1] in commiſſione pantomimis, cum ſimul
theatro ego & Quadratus egrederemur, ait mihi: *Scis, me hodie pri-*
7 *mum vidiſſe ſaltantem aviae meae libertum?* [2] Hoc nepos. At Hercule!
alieniſſimi homines in honorem Quadratillae ([3] pudet me dixiſſe hono-
rem) per adulationis officium in theatrum [4] curſitabant, exſultabant,
plaudebant, mirabantur: ac deinde ſingulos geſtus dominae cum can-
ticis [5] reddebant, qui nunc exiguiſſima legata, [6] theatralis operae
corolla-

1 *In commiſſione.*] Certamina non gladiatorum tantum & athletarum, ſed artificum quoque, ut Mimorum, Muſicorum, Poetarum, Oratorum, publice inſtituebantur: haec igitur *commiſſiones* appellabant. Nam *committere* eſt duos in certaminis aleam conjicere, Graeci δείξεις, ἐπιδείξεις, ἀγῶνες. Non ſemel haec vox apud Suetonium legitur: & a duobus maximis Interpretibus in vita Auguſti ad cap. LXXXIX. explicatur. Buchner. Lucanus Lib. I. vs. 97.

— *Exiguum dominos* commiſit *aſylum.*

ubi explicuimus.

2 *Hoc nepos.*] Dixit hoc Quadratillus. Catan.

3 *Pudet me dixiſſe honorem.*] Corrigit ſe, quod id, quod Quadratillae mimi praeſente Domina faciebant, non honor eſſet, ſed adulatio turpis. *Curſitabant*; quaſi cupidi eam videndi: *exultabant*; quaſi exhilarati ejus aſpectu: *plaudebant, mirabantur*, ut gratulabundi, & qui magnifacerent ipſius dotes. ſed non contenti *ſingulos etiam geſtus Dominae*, & eos *cum canticis reddebant*, id eſt, imitabantur & exprimebant, accinentes ſaltando aliquid, quo Dominae laudes attollerent. Quae omnia exactae adulationis officia ſunt. *Cantica* proprie hiſtrionum, qui & ipſi *Cantores* dicti, Suetonius Caligula cap. LIV. *Deinde repente magno tibiarum ac ſcabellorum crepitu, cum palla tunicaque talari proſiluit, ac deſaltato cantico abiit.* Idem Nerone cap. XXXIX. *Datus Atellanarum hiſtrio in cantico quodam* ὑγίαινε πάτερ; ὑγίαινε μῆτερ *ita demonſtraverat, &c.* Horatius Epiſt. ad Piſones:

— *donec Cantor, vos plaudite, dicat.*

Suetonius Caligula dicto loco: *Idem cantor atque ſaltator.* Vide Livium Lib. VII. cap. II. ubi rem ab origine habes, & Joſephum Scaligerum ad V. Manilii. Buchner. Quid Gruterus de hoc loco ſentiat, vide ſupra ad n. 3. verba *aviae delicatae.* Scias tamen, ab eius opinione Codd. omnes diſſentire. Longe melius I. Fr. Gronovius ad Tacit. I. Ann. cap. XVI. ubi & notam hanc Buchneri per partes examinat. Eum omnino adeas velim. In eo tamen non adſentior viro exactiſſimo, quod legendum cenſet (*pudet me dixiſſe honorem, quod adulationis officium*) nam ſi contra membranas aliquid tentandum, eodem iure Gruteri coniectura gaudere deberet: neque probo, quod Parentheſin usque ad vocabulum *officium* extendit. quippe ſi iſta, *per adulationis officium* corrigunt ſuperiora, *in honorem Quadratillae*, extra Parentheſin certe ponenda ſunt. Eſt autem *per adulationis officium* idem, quod *per adulationem*, turpi adulatione. *Officium* quid ſit, vides ex Lib. I. Epiſt. IX. n. 2. Officio *togae virilis interfui, ſponſalia aut nuptias celebravi.* ubi de honeſto obſequio dicitur. Sic Lib. VI. Epiſt. XV. n. 3. *Intereſt tamen* officiis, *adhibetur conſiliis.* Hoc ſenſu ingenuorum & libertorum *officia, & operas officiales* Ius Romanum celebrat, & Apuleius IV. Metam. pag. 83. *Officium nuptiarum* dixit, ubi vide Pricaeum pag. 227.

4 *Curſitabant.*] Per haec monſtratur pantomimorum ars: quorum erat in omni ludorum varietate ſuam operam praeſtare. Nam ſcenae ſervitutes omnes edocti ludos fuerant: inde nomen traxiſſe ab imitatione omnium, πάντα enim *omnia*, & μίμημα *imitatio.* Namque idem corpus Herculem deſignat, & Venerem foeminam repraeſentat, & Martem regem facit, & militem ſenem reddit, & juvenem ut in uno referente Caſſiodoro credas eſſe multos tam varia imitatione diſcretos, quae etiam diffuſius ſed cum laude Lucianus refert. Catan.

5 *Reddebant.*] Repraeſentabant, effigiabant, imitabantur. Auctor eſt Tranquillus: *Mimos in funeribus ſolitos reddere omnes defuncti geſtus.* Idem.

6 *Theatralis operae.*] Artis ſuae hiſtrionicae, quam praeſtiterunt in theatro in honorem Quadratillae: ſic Tacitus theatrales artes ſcenicas & hiſtrionales appellavit. Idem. Non ad pantomimos, ſed ad illos alieniſſimos homines haec oratio

[1] corollarium, accipient ab herede, qui non ſpectabat. [2] Haec quia 8
ſoles, ſi quid incidit novi, non invitus audire: deinde [3] quia jucundum
eſt mihi, quod ceperim gaudium, ſcribendo retractare. Gaudeo enim
pietate defunctae, honore optimi juvenis: Laetor etiam, quod domus
aliquando C. Caſſii, hujus, [4] qui Caſſianae ſcholae [5] princeps & parens
fuit, ſerviet domino non minori. Implebit enim illam Quadratus 9
meus, [6] & decebit, rurſusque ei priſtinam dignitatem, celebritatem,
glo-

tio ſpectat, qui pantomimorum geſtus dominae reddebant. Officium autem adulationis apte *theatralem operam* vocat, cui aeque apte reſpondet *corollarium*, ut videbis ex Varrone IV. de L. L. quem etiam adſcripſit Pricaeus ad Apulei. II. Mileſ. pag 115. ubi de *corollario*.

1 *Corollarium.*] Appendicem, id quod additur praeter debitum. Vocabulum fictum a *corollis*, quod actoribus in ſcena qui placuerant dari ſolitae forent. Plinius ſenior *Corollarium* coenam Cleopatrae quotidianam dixit, eo quod eſſet tanquam ſuperflua ſponſioni centum ſeſtertium cum Antonio duos illos uniones abſumptura. Apulejus ſecundo ſui aſini: *Modo* corollarium *idoneum compares.* id eſt, modo dones aliquod munus idoneum ultra pactam mercedem. Catan. Mediceus: *corollirium.*

2 *Quorſum haec? quia ſoles.*] Admitto ſcripturam membranarum Neuſtetteri: *Quorſum haec? quia ſoles*, *&c.* vulgati enim recentius: *Haec ſcripſi, quia ſoles.* Sed enim antiquitus cuſi non agnoſcunt vocem *ſcripſi*, ut nec Pal. Gruter. De lectione iſta membranarum Neuſtetteri vide Modium Novant. Epiſt. XCII. Negari vero non poteſt, ſtilo Plinii optime conſentire: *Quorſum haec? quia* cet. quod vel nota noſtra docebit ad Lib. II. Epiſt. VI. n. 6. Quorſus haec? *ne tibi* cet. At Codd. noſtri omnes Modium ac Gruterum deſerunt, & longe meliorem lectionem ſiſtunt. Nam illa quidem vulgaria: *Haec* ſcripſi, *quia ſoles*; aut *Quorſum ſcribebam haec? quia ſoles* cet. nuſpiam adparent; ſed Mediceus, Oxon. Helmſt. Arnz. item Palat. & Edd. Vett. conſenſu: *qui non ſpectabat.* Haec, *quia ſoles* cet. Veriſſime. *Haec*, puta, ſcripſi, quod deinde Gloſſatores in contextum intruſerunt. Sic n. 7. Hoc *nepos.* vide etiam Epiſt. VI. n. 4. Ita Lib. IX. Epiſt. XIII. n. 18. Haec *illi*, *quo quisque ordine citabantur.* Geminum plane locum, ſed eodem modo corruptum, habes Lib. IX. Epiſt. XXVI. n. 5. Haec, quia *viſus es mihi in ſcriptis meis adnotaſſe quaedam ut tumida*, cet. Sic membranae Veterrimae. Vulgo: *Cur haec?* quia *viſus es* cet. Cicero III. Tuſc. Qu. cap. XVIII. *Sed non neceſſe eſt nunc* omnia. Ovidius Her. Epiſt. X. vs. 37.

Haec ego. *quod voci deerat, plangore replebam.*

Epiſt. XV. vs. 207.

Sed quid ego haec? *pectusne agreſte movetur?*

ad quae loca plura congeſſit Heinſius. Ita *Vix ea* multi poetarum, item *haec ſecum*, *ad haec* & ſimilia, de quibus alibi. Corte.

3 *Quia iucundum eſt* mihi, *quod.*] Voſſ. *quia i. eſt mihi*, hoc *quod cep.* Helmſt. & Ed. Vet. *quia iucundum eſt* in hoc, *quod*, de quo lapſu ad Epiſt. XX. n. 6. diximus. Supra Mediceus: *non* intuitus *audire*, & infra *G. Caſſii*, ut ſemper.

4 *Qui Caſſianae Scholae princeps & auctor.*] *C. Caſſium Longinum* intelligit, qui praefuit Syriae, & legum peritia temporibus Claudii ceteros praeminuit, ut Tacitus laudat Annali XII. cap. XI. & XII. Ab eo *Caſſiani* dicti, qui ejus placita amplectebantur: quemadmodum contra *Proculejani*, qui *Proculi* doctrinam tuebantur: itaque duae ſectae ſeu Scholae JCtorum tum erant, alia *Caſſianorum* & alia *Proculejanorum.* Vide Pomponium JCt. Lib. II. ſub finem D. de Origine Juris. Buchner.

5 *Princeps & parens.*] Sic Pal. & Edd. Vett. Neotericae voculam adjecerant *parens fuit.* non neceſſario. Gruter. Sic & Voſſ. Helmſt. & Arnz. neque diffiteor, Secundum ſaepiſſime Verbum ſubſtantivum omittere; At Veterrimus cum Aldo hic *fuit* agnoſcit, quem propter iuniores MSS. deſerere, iniquum foret. Ut hic *ſervire domus* dicitur, ſic & *dominari* in illo veteri apud Cic. I. Offic. cap. XXXIX. *O domus antiqua, heu quam diſpari* dominare *domino*, ubi perperam vir doctus *neminare.*

6 *Ut decebit.*] Id eſt, ut dignum majoribus ſuis, & ſibi erit. Alia habet *& excellet.* Catan. Helmſt. & Ed. Vet. *& decedit*; Arnz. *& deceſſit.* Optimus autem cum Aldo: *& decebit.* Quare

 cum

gloriamque reddet, cum tantus orator inde procedet, quantus [1] juris ille conſultus. *Vale.*

XXV. C. Plinius Rufo Suo S.

Exemplo Terentii Junioris Rufum monet quandoque doctrinam & eloquentiam latere in habitu pagano.

O Quantum eruditorum, aut modeſtia ipſorum, aut quies [2] operit ac ſubtrahit famae! At nos eos tantum dicturi aliquid, aut lecturi timemus, qui ſtudia ſua proferunt: quum illi, qui tacent, hoc amplius praeſtent, quod maximum opus ſilentio reverentur.
2 Expertus ſcribo, quod ſcribo. [3] Terentius Junior [4] equeſtribus militiis, atque etiam

cum reliqui etiam Codd. referant *&*, non *ut*, hoc *& decebit* repoſui. Eleganter autem *implebit* & *decebit* domum. *Implere domum* eſt par illi eſſe, neque maius decus a domo accipere, quam ipſi adferre. Florus Lib. II. cap. XIV. n. 3. *Regiam formam, regium nomen, animo quoque regio* implevit. ubi vide Cl. Duckerum. Infra Lib. VIII. Epiſt. XIII. n. 1. *Vides, quem ſequi, cuius debeas* implere veſtigia. Talia plura ad Lucan. Lib. VI. vs. 213. Inde vulgaris locutio facta *implere domum*, de qua multa Io. Savaro ad Sidon. Lib. III. Epiſt. II. princ. *Salutat te populus Arvernus, cuius parva* tuguria *magnus hoſpes* impleſti, *non ambitioſus comitatu, ſed ambiendus adſectu.* Sic *decere* maior Plinius Lib. XXXVII. cap. VIII. *Incluſae* decorantur *auro, nullaeque magis* aurum decent, quem & alia multa contulit Heinſius ad Ovidii Her. Epiſt. V. vs. 86.

Sunt mihi, quas *poſſint ſceptra* decere, *manus.*

Lucanus Lib. III. vs. 510.

— — — *non robore victo*
Ornatas decuit *fulgens tutela* carinas.

ubi alia quaedam notavimus. Infra Mediceus: *dignitatem, celebritatemque reddes.* Helmſt. Arnz. Ed. Vet. & Aldus: *celebritatem*, gloriam *reddet.* CORTE.

1 *Juris ille.*] *C. Caſſius Longinus* jurisperitia excellens. CATAN.

2 *Operit & ſubtrahit famae.*] Leve eſt, monendum tamen in Mediceo, ceterisque ſcriptis & Ed. Vet. eſſe: *operit* ac *ſubtrahit.* Illud *ipſorum* poterat abeſſe: amant tamen optimi iſta Pronomina exprimere, quod exemplis declaravimus ad Salluſt. Cat. XL. n. 1. & LII. n. 20.

3 *Terentius Junior.*] *Terentium Max.* Caeſaris in Bithynia procuratorem ex epiſtola Domitiani conjectare licet. Apud Joſephum invenio *Terentium Rufum* cum Tito in oppugnatione Hieroſolymarum. *Terentium Gentianum* Adrianus deteſtatus eſt, quod ipſum videret diligi a Senatu, tanquam imperatorem futurum. *Terentium Priſcum* Mart. carmine celebrat, tanquam poetarum praeſidium. Ad Juniorem Lib. IX. & VIII. ſcribit Secundus. CATAN.

4 *Equeſtribus militiis.*] Suetonius Claudio cap. XXV. Equeſtres militias *ita ordinavit, ut poſt cohortem alam, poſt alam tribunatum Legionis daret.* In quo loco haeret eruditiſſimus Torrentius, nec quicquam expedit. Optime Caſaubonus in Appendicula eas accepit, non quae pedeſtri oppoſitae eſſent, ſed quas obire utroque in genere ſoliti juvenes loco equeſtri nati, quo aditum ſibi aliquem ad Senatoriam dignitatem pararent: quae pluribus ſe Tractatu ad Polybium de Romanorum militia, contra Lipſium, (qui, *Semeſtres militias*, apud Suetonium emendabat) executurum promittit. Sed nihil ejus hactenus, quod dolet ſane, editum eſt. Ceterum haud aliter accipiendae *equeſtres militiae* ſunt praeſenti loco. Cui ſimilis valde eſt ille Suetonii, ſive quicunque auctor eſt vitae Plinii, quae Suetonio inſcribitur, ipſo principio: *Plinius Secundus Novocomenſis*, inquit, *equeſtribus militiis induſtrie functus, procurationes quoque ſplendidiſſimas atque continuas ſumma integritate adminiſtravit.* Nam utrobique *equeſtres militiae*, deinde *procurationes* po-

etiam [1] procuratione Narbonenſis provinciae, integerrime functus, re-
cepit ſe in agros ſuos, [2] paratisque honoribus tranquilliſſimum otium
praetulit. Hunc ego invitatus hoſpitio, ut bonum patrem familiae, 3
ut diligentem agricolam intuebar, de his locuturus, in quibus illum
verſari putabam: & coeperam, cum ille me doctiſſimo ſermone revo-
cavit ad ſtudia. Quam terſa omnia! quam Latina! quam Graeca! 4
Nam tantum utraque lingua valet, ut ea magis videatur excellere,
[3] qua cum maxime loquitur. Quantum ille legit! quantum tenet!
Athenis vivere hominem, non in villa putes. Quid multa? auxit ſol- 5
lici-

ponuntur: & harum laus ponitur in integritate, quae innocentia eſt, & quaedam a rebus flagitioſis puritas. Ita *ſevere ac integre provinciam regere* Tacitus: qui & *Proconſulatum integrum* dixit, integre & incorrupte adminiſtratum. *Militiae*, gradus militiae ſunt: exempli gratia, *Centurionatus* ſeu *Tribunatus cohortis*, *Praefectura alae*, *Tribunatus Legionis*. *Procurationes*, munia, ſive officia *Procuratorum* ſunt, qui vel mittuntur in provincias cum Praeſidibus, ad colligendos & erogandos reditus (nam Praeſidum jurisdictio eſt, & quae tuendae illi ſunt) vel ut ipſi praeſint; in minores puta, de quibus & erudite Lipſius ad XII. Taciti Annalem. Hinc *Procurare*, eſt procuratione defungi, ſeu procuratorem eſſe. Noſter ſupra Lib. III. Ep. V. *Cum procuraret in Hiſpania.* Infra etiam Epiſt. XXXI. hujus libri, *Praefecturam alae*, quae equeſtris militia, *procurationes* ſequuntur. BUCHNER. De *equeſtribus militiis*, h. e. gradibus militiae, equeſtri ordine dignis, optime Rhab. Schelius ad Hygin. de Caſtramet. cuius verba etiam Graevius ad Sueton. l. ex Claudio cit. adſcripſit. De *procuratoribus* vide infra ad Lib. X. Epiſt. XVII. princ.

1 *Procuratione Narbonenſis.*] Fuit procurator Caeſaris in Gallia Narbonenſi. *Narbonenſis* provincia pars Galliarum, quae interno mari alluitur, *Bracchata* ante dicta, amne Varo ab Italia diſcreta, Alpiumque jugis, a reliqua vero Gallia latere ſeptentrionali Gebenna & Iura, agrorum cultu, virorum, morumque dignatione, amplitudine, opum nulli provinciarum poſtferenda, breviterque Italia verius quam provincia. In ea *Narbon* emporium & civitas: unde illa provincia denominationem accepit. CATAN.

2 *Paratisque honoribus.*] *Paratos honores*, dignitatem ſenatoriam & magiſtratus appellat, quo jam patebat aditus equeſtribus militiis & procuratione defuncto. *Parati honores* ſunt, in aperto poſiti, & quos ſine negotio conſequi poſſis. Supra Lib. Epiſt. X. *Tam rara in amicitiis fides, tam parata oblivio mortuorum. Tam parata*, id eſt, facilis. Sic *fructus paratus* Lib. II. Ep. X. praeſens, atque ad manum eſt: ſive obvius. Hoc enim cum altero junxit, *obvium & paratum honorem* diceret Lib. eiusdem Epiſt. XVII. BUCHNER. Recentiores MSS. & Ed. Vet. *paratisque honoribus*, nec dedecet Plinium verbum *paratus*, de quo ad Lib. III. Epiſt. V. n. 9. Sed in Veterrimo legitur: *ſpiratisque honoribus*, ex quo patet Aldum & Gryphium rectius vulgaſſe *ſperatisque honoribus.* Ita *ſperare regnum* Livius Lib. I. cap. XLVII. ubi Gronovium vide. *Spes* candidati apud Salluſt. Cat. cap. XVI. n. 5. Hinc Lucanus Lib. V. vs. 355.

— — ſperantes *omnia dextras*
Exarmare datur.

& contra *inſperati thalami* apud Valer. Flacc. Lib. I. vs. 130. Ovidius Her. Epiſt. XVII. vs. 201.

Dum loqueris mecum, dum nox ſperata paratur,
Qui ferat in patriam, iam tibi ventus erit.

qui ita *ſperata gaudia*, *ſperatam puellam*, *ſperatum colloquium.* Nihilo tamen ſecius teneo *paratisque honoribus*, quod magis adpoſitum eſſe, vel ipſa illa, quae adduximus, oſtendunt. Corruptio inde orta, quod praecedens ſequenti vocabulo adhaeſit, ut fieret *ſparatisque*, quod librarius porro corrupit. Firmat ipſe auctor Lib. VIII. Epiſt. X. n. 2. *Neceſſe eſt graviter accipias, ſenectutem tuam quaſi paratis poſteris deſtitutam.*

3 Quam *cum maxime loquitur.*] Barthius adſcripſerat *tum maxime*; fruſtra, ut vidimus ad Lib. VI. Epiſt. XXXI. n. 15. *Cuius in ſinu ſit* cum maxime *portus.* Male etiam Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *quam maxime loquitur.* Sed omnino etiam vitioſe vulgatur: *quam loquitur.* Veterrimus

licitudinem meam, efficitque, [1] ut illis, quos doctiſſimos novi, non
6 minus hos [2] ſeductos, & quaſi ruſticos verear. Idem ſuadeo tibi. Sunt enim [3] ut in caſtris, ſic etiam in literis noſtris plures [4] cultu pagano, quos cinctos & [5] armatos, & quidem ardentiſſimo ingenio, diligenter ſcrutatus invenies. *Vale.*

XXVI. C. PLINIUS MAXIMO SUO S.

Morbo amici ſcribit ſe admonitum, dum ſumus infirmi, nullis vitiis nos detineri; quare hortatur ſe & Maximum, ut tales velint eſſe ſani, quales infirmi ſe futuros ſpondent.

NUper me cujusdam amici [6] languor admonuit, optimos eſſe nos, dum infirmi ſumus. Quem enim infirmum aut avaritia, aut libido

mus enim: qua *cum maxime loquitur*, idque fideliter Aldus & Gryphius expreſſerunt. Tale erat ſupra Lib. II. Epiſt. XIII. n. 7. Epiſtolis *quidem* ſcribit, *ut Muſas ipſas Latine loqui credas.* ubi vulgo *Epiſtolas.* Ita Cicero II. de Finib. cap. XV. *Ait eos* inani voce ſonare, *neque intelligere, neque videre.* ubi non eſt, cur contra omnes Codd. mallet vir doctiſſimus *inanes voces.* Idem Lib. II. de Oratore cap. XIV. *Poetas omnino, quaſi* alia *quadam* lingua locutos, *non conor attingere.* D. Lucas Act. Apoſt. cap. II. com. 4. καὶ ἤρξαντο ΛΑΛΕΙΝ ἑτέραις ΓΛΩΣΣΑΙΣ. & com. 11. ἀκούομεν ΛΑΛΟΥΝΤΩΝ αὐτῶν ταῖς ἡμετέραις ΓΛΩΣΣΑΙΣ. Paulus Ep. I. ad Corinth. cap. XIII. princ. Ἐὰν ταῖς ΓΛΩΣΣΑΙΣ τῶν ἀνθρώπων ΛΑΛΩ καὶ τῶν ἀγγέλων. & ſic ille aliquoties. CORTE.

1 *Ut illis.*] Ut in literis verear hos ſeductos, & quaſi ruſticos non minus illis, quos novi doctiſſimos. CATAN.

2 *Seductos.*] Remotos a cognitione vulgi, ſecretos. IDEM.

3 *Ut in caſtris.*] Ut multi ſunt in caſtris veſtitu a militia alieno, tamen fortiſſimi ſunt: ita in literis multi ſunt obſiti panno, & tamen eruditiſſimi. IDEM.

4 *Cultu pagano.*] Non militari. *Paganus* enim & *miles* in Jure paſſim opponuntur. Infra Lib. X. Epiſt. XVIII. *Et* milites & pagani, *certatim ei qua privatim, qua publice teſtimonium retribuerunt. Cultus paganus*, qui ſine cingulo & armis eſt: illic enim militaris cultus cenſetur. Servius ad illud Virgilii Aeneid. IX. *Discinctos Afros: Discinctos*, inquit, *inhabiles militiae: nam omnes, qui militant, cincti ſunt.* Inde *cingulum*, pro honore militiae, & militandi jure: quod ſumto cingulo & ſumeretur militia, & poſito poneretur. Prudentius Agone Emetherii, & Cheledonii:

Nec rudem crudi laboris ante vitam duxerant
Milites, quos ad perenne cingulum *Christus*
vocat.

Severus Sulpitius Dialogo II. de Virtutibus Martini cap. VII. *Miles quidam*, cingulum *in Eccleſia, Monachum profeſſus, abjecerat.* BUCHNER. Infra Lib. X. Epiſt. XVIII. n. 2. *Apud me &* milites & pagani *certatim ei teſtimonium retribuerunt.* Iuvenalis Sat. XVI. vs. 33.

— *citius falſum producere teſtem*
Contra paganum *poſſis, quam vera loquentem*
Contra fortunam armati.

cuius etiam meminit Stewech. ad Vegetium Lib. II. cap. XXIII. extr. *Nam ſi doctrina ceſſet armorum, nihil* paganus *diſtat a* milite. De *cinctis* & *cingulo* videndus idem Stewech. ad Veget. Lib. II. cap. III. Briſſon. Select. ex I. C. Antiq. Lib. II. cap. VII.

5 *Armatos ardentiſſimo ingenio.*] Duo miſcuit, militiam & doctrinam; & quanquam *cinctos & armatos* transferri poſſint ad poſterius, tamen melius eſt, ut militiam reſpiciant, & ardentiſſimo ingenio doctrinam, ut aliquid proprii unicuique aſſignetur. CATAN. Vulgo omnes: diligentius *ſcrutatus invenies*; aſt Veterrimus *diligenter*, quod ipſe ſonus commendat.

6 *Languor.*] Morbus, mala valetudo. Ἠθικῶς, moraliter: in quibusdam exemplaribus abeſt Graeca dictio,

libido ſollicitat? Non amoribus ſervit, non appetit honores, opes ne- 2
gligit, [1] & quantulumcunque, ut relicturus, ſatis habet: [2] Tunc Deos,
tunc hominem eſſe ſe meminit, invidet nemini, [3] neminem miratur,
neminem deſpicit, ac ne ſermonibus quidem malignis, aut attendit,
[4] aut alitur: balinea imaginatur, & fontes. Haec ſumma curarum, 3
ſumma votorum, mollemque in poſterum, & [5] pinguem, ſi contingat
evadere, hoc eſt, innoxiam beatamque deſtinat vitam. Poſſum ergo, 4
[6] quod plurimis verbis, plurimis etiam voluminibus [7] philoſophi docere
conantur, ipſe breviter tibi, mihique praecipere, ut tales eſſe ſani
perſeveremus, quales nos futuros profitemur [8] infirmi. *Vale.*

XXVII. C. Plinius Surae Suo S.

Quaerit a Sura, an verae ſint apparitiones, quae Graece phantaſmata dicuntur, & exemplo Curtii Rufi, ac Athenodori philoſophi, poſtre-

dictio, quod non improbo. Verum ſi legerimus ἑκτικὸς *languor*, id eſt *hectica febris:* quae quia diutius durat, maxime moleſta eſt, tunc lectio melius procedet. Catan. Noſtri omnes: *amici languor* ſine ullo additamento, quod ne ſenſus deſiderat. In ſententiam Prudentius περὶ στεφ. Paſſ. II. vs. 209.

Cum membra morbus disjicit,
Animus viget robuſtior,

& quae ſequuntur. Plura, & prorſus Pliniana, habet Salvianus Epiſt. V. pag. 333. 334. ubi inter alia: *ut mihi genus quoddam ſanitatis eſſe videatur, hominem interdum non eſſe ſanum.*

1 *Et quantulumcunque.*] Id eſt, contentus eſt parvo minimoque. Catan. De formula *ſatis habere* egimus ad Salluſt. Iug. cap. XXXI. n. 20. Similiter Lucanus Lib. IV. vs. 381.

— ſatis eſt *populis fluviusque Ceresque.*

2 *Tunc deos, &c.*] Suſpicabar aliquando; *tunc Deos, tunc homines eſſe meminit.* ut ſit ſimile illi Salluſtiano Jugurth. cap. 24. *Jugurtham tanta libido exſtinguendi me invaſit, ut neque vos, neque* Deos *immortales in animo habeat, &c.* Verum ut video nihil variare exemplaria vetera, jam non ultra pertendo; utique cum & vulgato ſuus ſit quoque ſenſus. Gruter.

3 *Neminem* miratur.] Alibi bono ſenſu hoc Verbo utitur, hic ad vitium inclinat, ut apud Criſpum Cat. cap. XI. n. 6. *ſigna tabulas pictas, vaſa caelata* mirari. ubi vide.

4 *Aut alitur.*] Delectatur. Lamprid. Elagab. cap. X. *infami rumigeratione* paſcuntur.

5 Pinguem *vitam.*] Sic Lib. I. Epiſt. III. n. 3. *in alto iſto* pingui*que* ſeceſſu. Lib. V. Epiſt. VI. n. 45. *Altius ibi* otium & pinguius, *eoque ſecurius.* Lib. IX. Epiſt. III. n. 1. *Ac mihi* pingue *illud altumque* otium *placeat.* Seneca Epiſt. LXXIII. *Cuius adminiſtratione ac providentia contingit illi* pingue otium, *& arbitrium ſui temporis, & imperturbata publicis occupationibus quies.* Differt paullulum Symmach. Lib. I. Epiſt. XLVII. *Neque ego te* pingues ferias *agere contendo, aut virtutem puto fregiſſe deliciis.* Adde Lucan. Lib. X. vs. 354.

6 *Quod* pluribus *verbis*, pluribus.] Mediceus, Helmſt. Oxon. & Ed. Vet. plurimis *verbis*, plurimis *erat voluminibus:* quod vulgato non eſt deterius.

7 *Philoſophi.*] Nam philoſophia medetur animis, inanes ſolicitudines detrahit, pellit timores, a cupiditatibus liberat. Pluribus voluminibus M. Tull. in Tuſculanis librorum multitudinem a philoſophis conſcriptorum notat. Et Lucianus in ſuis dialogis. Catan.

8 *Infirmi.*] Caret hac voce Mediceus, ſcribae, opinor, incuria.

poſtremo ſuorum, confirmat eſſe vera: ſed dum quaerit, amicum docet.

ET mihi diſcendi, & tibi docendi facultatem otium praebet. Igitur perquam velim ſcire, [1] eſſe phantaſmata, & habere [2] propriam figuram, numenque aliquod putes, [3] an inania & vana ex
2 metu noſtro imaginem accipere. Ego ut eſſe credam, in primis eo ducor, quod audio accidiſſe [4] Curtio Rufo. Tenuis adhuc & obſcurus obti-

1 *Eſſe phantaſmata.*] An procul dubio ſint apparitiones, & viſiones umbrarum. Diogenes, Plutarchus, Suidas & Macrobius, tradunt, *phantaſmata* eſſe, cum inter vigiliam & adultam quietem, in quadam (ut ajunt) prima ſomnii nebula adhuc vigilare ſe exiſtimans, qui dormire vix coepit, irruentes in ſe, vel paſſim vagantes formas, & a natura, ſeu magnitudine, ſeu ſpecie diſcrepantes, variaſque tempeſtates rerum vel laetas, vel turbulentas cernit, cui ſententiae videtur accedere Ovidius, more ſuo fingens *phantaſmata* eſſe filium ſomni, vid. Lib. XI. Alii *phantaſma* voluerunt eſſe oſtentum prodigioſum: *phantaſiam* vero impreſſionem formae in animo. M. T. *phantaſma* viſum vocavit, quoties opus ei hoc nomine fuit. Deducitur autem ἀπὸ τοῦ φαντάζομαι, quod eſt *appareo.* Ariſtophanes etiam pro decipio uſurpavit. *Eſſe phantaſmata.*] Lucretius Lib. IV. multis explicat eſſe *phantaſmata*, & volitare ultro citroque per auras quaſdam ſc. tenuiſſimas omnium formarum exuvias: & Philoſtrat. refert Apollonio, & ſociis, lucente noctu Luna, Lamiae *phantaſma* occurriſſe, modo in hanc, modo in aliam figuram ſeſe convertentem, quandoque ab oculis repente evaneſcentem: Apollonium autem quidnam id eſſet quamprimum noviſſe, gravibuſque verbis & conviciosis illud increpuiſſe: ſocios, ut idem facerent hortatum. Id enim contra hujuſmodi invaſiones optimum ſciebat eſſe medicamentum: ejus dictis cum paruiſſent comites, ſtridens *phantaſma* celeriter tanquam idolum aufugiſſe. At Lucianus in Philopſeudo cum plurimorum teſtimonium differat eſſe *phantaſmata*, demum more ſuo hanc opinionem damnat. CATAN. *Eſſe phantaſmata.*] Exiſtimamus legendum eſſe *phaſmata*, quam noſtram ſententiam multis rationibus alibi aſtruimus. Video enim non ſolum vulgus, ſed etiam ſummi in literis nominis viros ignorare, quid & quomodo differant haec duo vocabula. CASAUB. *Eſſe Phantaſmata.*] Veteres *Gloſſae* φάντασμα, *Larva*, *Viſio vana*, *oſtentum.* φάσμα *Moſtellum.* Ex quo Plautinae Comoediae, *Moſtellaria*, nomen: a monſtris ſcilicet, ſeu ſpectris, quae fieri in Theuropidae aedibus fingebat Tranio, iſtis, de quibus infra in Athenodori Hiſtoria exponit Plinius, perquam ſimilia. Nam & *monſtra* pro ſpectris ponuntur. Plautus dicta Comoedia act. II. Sc. II. v. 74. *Quae hic monſtra fiunt, anno vix poſſim eloqui.* Noſter hac Epiſtola: *Deſerta inde & damnata ſolitudine domus, totaque illi monſtro relicta.* BUCHNER. Noſtri omnes *phantaſmata*, non *phaſmata*, nec adeo illud ſpernendum eſt, ut fecit vir eruditiſſimus. Prudentius Apotheoſi vs. 1050.

Cerno deum. ſi membrorum phantaſma *meorum eſt,*
Et phantaſma *dei eſt.*

Idem Pſychomach. vs. 712. & alibi vocabulo utitur. De ſpectris plura diſſerit H. Magius Lib. IV. Miſcell. cap. XII.

2 *Propriam.*] Ut unumquodque phantaſma ſuam figuram habeat, neque pro arbitrio poſſit aliam ſumere. CATAN.

3 *An inania & vana.*] Helmſt. *inane ſed variam*; Voſſ. *an inanem & variam ex metu* cet. quod Gryphius expreſſit. Ed. Vet. Helmſtadienſi accedit. Arnz. *inane & vanam ex metu.* Sed Optimus, ut editur. Ille tamen mox vitioſe: *in primis educor.*

4 *Curtio Rufo.*] De origine *Quinti Curtii Rufi*, quem gladiatore genitum quidam prodidere, neque falſa prompſerim, & vera exequi pudet. Poſtquam adolevit, ſectator (Vat. *Sector*, ex Lipſ.) Quaeſtoris, cui Africa obtigerat, dum in oppido Adrumeti vacuis per medium diei porticibus ſecretus agitat, oblata ei ſpecies muliebris ultra modum humanum, & audita eſt vox, TU ES RUFE, QUI IN HANC PROVINCIAM PRO CONSULE VENIES. Tali omine in ſpem ſublatus, digreſſuſque in urbem & largitione amicorum, ſingulari ingenio Quaeſturam, & mox,

obtinenti Africam comes haeſerat. [1] inclinato die ſpatiabatur in porti-
cu: [2] offertur ei mulieris figura, humana grandior pulchriorque, [3] per-
territo [4] Africam ſe futurorum praenunciam dixit. [5] iturum enim Ro-
mam, honoreſque geſturum, atque etiam [6] cum ſummo imperio in
eandem provinciam reverſurum, ibique moriturum. Facta ſunt omnia. 3
Praeterea accedenti Carthaginem, [7] egredientique nave, eadem fi-
gura in littore occurriſſe narratur. Ipſe certe implicitus morbo, [8] fu-
tura praeteritis, adverſa ſecundis auguratus, ſpem ſalutis, nullo ſuo-
rum deſperante, projecit. Jam illud, nonne & magis terribile, & 4
non minus mirum eſt? quod exponam ut accepi. Erat Athenis ſpatioſa 5
& capax domus, ſed infamis & [9] peſtilens: per ſilentium noctis ſonus
ferri, &, ſi attenderes acrius, ſtrepitus vinculorum [10] longius pri-
mo,

mox, nobiles inter candidatos, Praeturam Tiberii principis ſuffragio aſſequitur: cum hiſce verbis Imperator dedecus natalium ejus velaviſſet, *Curtius Rufus videtur mihi ex ſe natus.* Longa poſt haec ſenecta, & adverſus ſuperiores triſti adulatione, arrogans minoribus, inter pares difficilis, conſulare imperium, triumphi inſignia: ac poſtremo Africam obtinuit, atque ibi defunctus fatale praeſagium implevit. Tacitus Lib. XI. cap. 21. Annal. CATAN.

1 *Inclinato die.*] Jam vergente ad veſperam. Secus tamen Tacitus: nam ad medium diei ſcripſit. IDEM.

2 Offertur *ei mulieris figura.*] Mediceus, *offerebatur*: Neſcio, an & ille abſurda opinione ſit abſtractus, ut *offerebatur* daret, quia praecedit *ſpatiabatur.* Aliter de compoſitione Imperfecti temporis & Praeſentis monuimus modo ad Epiſt. XXIV. n. 4. Ita Claudianus II. in Rufin. vs. 124.

Vix Alpes transgreſſus erat, *nec iam amplius* errat
Barbarus.

3 *Perterrito.*] Curtio. Sc. qui ob viſum perterrebatur. CATAN.

4 *Africam ſe.*] Se eſſe Africam, quae ſub imagine mulieris apparuiſſet. Tradit Plin. Lib. VII. in Africae ſolitudinibus hominum ſpecies obvias ſubinde fieri, momentoque evaneſcere. Haec & talia ex hominum genere ludibria ſibi, nobis miracula, ingenioſam feciſſe naturam. IDEM.

5 *Iturum enim Romam.*] Malim *iturum eum Romam.* Pal. & Edd. Vett. *& venturum Romam.* GRUTER. Palatino accinit Helmſt. & Arnz. Sed Veterrimus vulgatam tenet, quam nullo iure ſollicitat Gruterus.

6 *Cum ſummo imperio.*] Cum Proconſulari poteſtate, ubi triumphalia inſignia eſt adeptus. Nam in agro Machaico recluſerat ſpecus quaerendis venis argenti, unde tenuis fructus, nec in longum fuit. At legionibus cum damno labor erat fodere rivos, quaeque in aperto gravia humum infra moliri quibus ſubactus miles: & quia plures per provincias ſimilia tolerabantur, componit occultas literas nomine exercituum precantium Imperatorem, ut quibus permiſſurus eſſet exercitus, triumphalia ante tribueret. CATAN.

7 *Egredientique* navem.] Scripti omnes & Ed. Vet. *nave*, quod propter praecedens *Carthaginem*, & uſum optimorum hic praeferendum. Alteram ſtructuram habes ſupra Lib. VI. Epiſt. XX. n. 8. infra h. l. Epiſt. ult. extr. & alibi. Alteram dat Lucanus Lib. IX. vs. 172.

— — — *Cornelia* puppi
Egrediens.

Salluſt. Iug. cap. XCI. n. 3. *Dein poſtquam tempus viſum* caſtris egreditur. Nepos Alcib. cap. VI. n. 3. *Hic ut* navi egreſſus *eſt.* Similiter Livius aliique. CORTE.

8 *Futura.*] Mortem. *Praeteritis.*] Proſperis, quae vera fuiſſe expertus. CATAN.

9 *Peſtilens.*] Cur peſtilens, infra exponit: *Inhabitantibus*, inquit, *triſtes & dirae noctes per metus vigilabantur: vigiliam morbus, & creſcente formidine, mors ſequebatur.* BUCHNER. *Peſtilens.*] Multis enim nimia injecta formidine cauſa mortis fuerat. VEENH.

10 *Longius primo, de. &c*] Scribe, *deinde* pra-

mo, deinde e proximo reddebatur: mox apparebat [1] idolon, ſenex macie & ſqualore confectus, promiſſa barba, horrenti capillo, cruribus compedes, manibus catenas gerebat, quatiebatque.
6 Inde inhabitantibus triſtes diraeque noctes per metum vigilabantur: [2] vigiliam morbus, & creſcente formidine, mors ſequebatur. Nam interdiu quoque, quanquam abſceſſerat imago, memoria imaginis oculis [3] inerrabat, [4] longiorque cauſſis timor erat. Deſerta inde & [5] damnata ſolitudine

proximo. Casaub. Vulgatae nempe cum recentioribus MSS. Ed. Vet. Aldo & Gryphio *deinde* proximo *reddebatur.* Sed, ut voluit Caſaubonus, ita diſerte Mediceus exhibet. Lib. II. Epiſt. XIV. n. 10. *Audiit* ex proximo *inmodicum inſolitumque clamorem.* Sic Livius Lib. XXVIII. cap. XLIV. *ex propinquo.* Alii *e longinquo*, *ex adverſo* & multa ad hanc formam. Seneca Epiſt. CXXI. *Tutela certiſſima* ex proximo *eſt.*

1 *Idolon.*] Umbroſa imago, phantaſia corporis, quaedam umbra diverſiformis. Nam Hammonius, *idolum*, inquit, *a corpore umbroſa defluxio, aut apparitio, umbroſa ſimilitudo, aut phantaſia corporis, umbra quaedam aerea* ſecundum Bacchylidem. Scire autem debemus quod phantaſiam corporum praebet intuentibus non ſubſtantiam veram. Catan. *Idolon.*] Spectrum, ſive imago, ſeu monſtrum, ſeu ſimulacrum, ut paulo poſt appellat Noſter. Vet. Gloſſ. *εἴδωλον*, *Simulacrum*, *Larva.* Omnis caſſa corpore figura ac ſpecies, ſeu viſum, *εἴδωλον* eſt. Unde Democritus & qui Democritum ſecutus Epicurus eſt, fluentes illas de corporibus & ultro citroque per aera volantes formas ſive imagines, quas fingebant, *εἴδωλα* appellat. Catius *Spectra*; Lucretius Lib. IV. (ubi ex profeſſo rem tractat) *ſimulacra*, Cicero Lib. I. de Finibus *imagines* appellavit. Vide Laertium in Epicuro: item Cicer. Lib. XV. ad Famil. Epiſtol. XVI. Buchner. Barthius expungebat *Idolon*, quia nempe in editis ex Aldo reperiebat: *mox adparebat ſenex* idolon *macie* cet. Sed Optimus alique MSS. noſtrum poſitum adfirmant, quo poſitu *idolon* non eſt ſuperfluum.

2 *Vigiliam morbus.*] Ex nimia vigilia morbum contrahebant domeſtici. Catan. Male Aldus vocabulum *vigiliam* neglexit.

3 *Inerrabat.*] Obverſabatur. in ſecunda lectione fuit, *inhaerebat.* Catan. *Oculis inerrabat.*] Sic omnino Palat. nec recedunt aliae Edd. Vet. quam quod eae, *inhaerebant.* Recentius cuſi, *oculis inhaerebat*, *longiorisque cauſa timoris erat.* Gruter. Varia hic ſimul monenda. Recte primum Catanaeus & Gruterus *oculis inerrabat*, neque aliter Mediceus omneſque noſtri; idque verbum rei eſt aptiſſimum. Infra Lib. IX. Epiſt. XIII n. 25. *hanc imaginem menti eius*, *hanc* oculis oberraſſe. ubi in Codd. ſimilis paene varietas. Seneca Herc. Fur. vs. 1145.

— — *poſt reditus quoque*
Oberrat oculis *turba feralis meis.*

ubi vide Gronovium. Idem Thyeſt. vs. 281.

— *tota iam* ante oculos *meos*
Imago *caedis* errat.

Ovidius III. Triſt. Eleg. IV. vs 57.

Ante oculos errant *domus*, *urbs & forma locorum.*

quomodo ſine dubio etiam I. ex Ponto Epiſt. III. v. 7. ſcribendum, ubi alii *haeret.* Verbum *inerrare* habes apud Noſtrum Lib. I. Epiſt. V. extr. & infra Lib. IX. Epiſt. XVII. n. 1. *moriones menſis* inerrabant. Deinde in vulgatis omnibus haerebat: *longiorisque cauſſa timoris timor erat*; in aliis paullo melius: *longiorque cauſſis timoris timor erat.* At optime omnium Praeſtantiſſimus: *longiorque* cauſſis *timor erat*, quae lectio etiam iudicio acutiſſimi Heinſii comprobata eſt ad Ovidii Remed. Amor. vs. 301. ubi exponit: ſublata timoris cauſſa, nec amplius adparente ſpectro, timor nihilominus perſeverabat. Simili brevitate Lib. IV. Epiſt. IV. princ. Res *parva*, *ſed initium non* parvae, ſcilicet *rei.* ubi vide. Contra plene dixerat: *quamquam abſceſſerat* imago, *memoria* imaginis *oculis inerrabat*, in quibus Barthius male delebat *imago*: ſiquidem nunc adparet, utrumque genus dicendi perquam ſcite Plinium coniunxiſſe. *Cauſſis* legitur etiam in ceteris MSS. & Ed. Vet. Corte.

4 *Longiorisque cauſa timoris.*] Timor conceptus ex ſpectaculo idoli cauſabat longiorem timorem. Nam poſtquam imago illa receſſerat, adhuc tamen reſtabat domeſticis timor. Catan.

5 *Damnata* ſolitudine.] Heinſius l. c. corrigit, *damna*

litudine domus, totaque illi monſtro relicta: [1] proſcribebatur tamen,
ſeu quis emere, ſeu quis conducere, ignarus tanti mali vellet. Venit 7
Athenas philoſophus [2] Athenodorus, legit [3] titulum, auditoque pre-
tio, quia ſuſpecta vilitas, percunctatus, omnia docetur, ac nihilomi-
nus, immo [4] tanto magis conducit: ubi coepit adveſperaſcere, jubet
[5] ſterni ſibi prima domus parte, poſcit [6] pugillares, ſtilum, lumen:
ſuos omnes in interiora dimittit, ipſe ad ſcribendum, animum, [7] ocu-
los, manum intendit, ne vacua mens audita ſimulacra & inanes ſibi
metus fingeret. [8] Initio, quale ubique, ſilentium noctis, deinde concuti 8
ferrum, vincula moveri: ille non tollere oculos, non remittere ſtilum,
ſed obfirmare animum, [9] auribusque praetendere: tum crebreſcere fra-
gor,

damnata ſolitudini, quomodo *damnare ſacris*, *leto*, *muneribus*, *loco* ad Lucanum paſſim illuſtravimus, vide ad Lib. II. vs. 733. Lib. VI. vs. 640. Lib. VIII. vs. 483.

1. *Proſcribebatur.*] Haec ſcripta in tabella proponebantur, CATAN. Vide ſupra ad Epiſt. XI. n. 1. *agros, quos ego juſſeram* proſcribi.

2. *Athenodorus.*] *Athenodorus* Tarſenſis Stoicus philoſophus inſignis, acri ingenio vir, ſecundum Lucianum Auguſti Caeſaris praeceptor; cujus ſcripta ad Octaviam Auguſti ſororem citat Plutarchus, cum ſciret Auguſtum ad res venereas proniorem jubere quaſcumque libuiſſet foeminas, curru intecto ad ſe deduci, quas ipſe ſolus educeret, & forte occurriſſet amico cum uxore admodum triſti, quod ea pariter ad cubiculum Imperatoris deducenda foret: juſſit utrosque bono animo eſſe, ipſeque pro muliere enſem manu tenens currum ingreſſus (nullo enim vidente foeminae currum aſcendebant) adoperto vehiculo ad Auguſtum deducitur, quem vela detegentem, repente gladio adortus, his quidem verbis: *Deinde non times, ne aliquis hoc pacto te trucidet?* Quo tamen facto nihil in eum Auguſtus excanduit, ſed magis de cetero continentior, gratias admonitori retulit. Fuit & *Athenodorus* Solenſis Zenonis diſcipulus, & alius Rhodius, qui de arte ſcripſit. CATAN.

3. *Titulum.*] Propoſitam vendendi vel locandi inſcriptionem. Lucianus in Philopſeudo, ubi hanc rem fere per eadem recitat, non *Athenodorum* Athenis hoc feciſſe, ſed *Arignotum* Pythagoricum Corinthi in domo Eubandae recenſet. IDEM. De *titulo* vide Heinſium l. c. & ad Petron. Sat. cap. XXXVIII. extr. *hoc* titulo *auctionem proſcripſit.*

4. *Tanto magis.*] Utpote philoſophus intelligendi cupidus, an vera eſſent, & cauſas hujus mali cognoſcendi. CATAN.

5. *Sterni.*] Abſolute, pro lectum ſterni. BUCHNER. Ita & *Strata* abſolute, pro lectis ſtratis apud Lucan. Lib. I. vs. 239. & paſſim, qui plene *ſtratum cubile* Lib. VII. vs. 763. dixit, ubi plura contulimus. Mediceus: *jubet ſterni ſibi* prima *domus parte*, ſine Praepoſitione *in*, quam ceteri omnes ante *prima* inſerunt. Lib. V. Epiſt. VI. n. 7. *montes* ſumma *ſui* parte *procera nemora & antiqua habent.* De integra illa locutione diximus ad Lucan. Lib. V. vs. 147.

— prima *templorum* in parte *reſiſtit.*

& ſic Salluſt. Cat. cap. XX. n. 1. *in abditam* partem *aedium ſeceſſit*, ubi etiam aliquid dictum.

6. *Pugillares.*] Ceratas tabulas. CATAN.

7. *Oculos.*] Ne aliud agere mentem cogerent oculi: ideoque lucubrantes ſilentium noctis, & clauſum cubiculum, & lumen unum velut rectos maxime teneat. Inde Lib. VIII. Secundus inquit: *Oculi eadem quae mens vident, quoties non vident alia.* Nec immerito a Plinio ſeniore *cor hominis* dicuntur. IDEM.

8. *Initioque ubique &c.*] Sic Pal. & Edd. Vett. Recentiores: *initio, quale ubique, ſilentium noctis, deinde &c.* GRUTER. Non recentiorum eſt, ſed Veterrimi Medicei: *Initio*, quale *ubique*, *ſilentium noctis*, quod longe venuſtius eſt altero: *Initioque ubique* ſilentium noctis, utut hoc in Voſſ. Arnz. Helmſt. & Leid. haereat.

9. *Auribusque praetendere.*] Animum puta; ne tam auribus, quam animo ſonos illos perciperet, & ſic contemneret: reminiſcens per eum, inanes ſonos & nihil metuendas imagines eſſe. BUCHNER. Dura haec phraſis: *animum auribus praeten-*

gor, [1] adventare, & jam ut in limine, jam ut intra limen audiri: re-
9 ſpicit, videt, agnoſcitque narratam ſibi effigiem. Stabat innuebatque digito ſimilis vocanti: hic contra, [2] ut paullum exſpectaret, manu ſignificat, rurſusque [3] ceris & ſtilo incumbit: illa ſcribentis capiti catenis inſonabat: reſpicit rurſus idem, quod prius, innuentem: nec mo-
10 ratus tollit lumen, & ſequitur. Ibat illa lento gradu, quaſi gravis vinculis. Poſtquam deflexit in aream domus, repente dilapſa [4] deſerit
11 comitem, deſertus herbas & folia concerpta ſignum loco ponit. Poſtero die adit magiſtratus, monet, ut illum locum effodi jubeant. Inveniuntur oſſa inſerta catenis & implicita, quae corpus aevo terraque putrefactum nuda & exeſa [5] reliquerat vinculis: collecta publice ſepeliun-
12 tur: domus poſtea rite conditis [6] manibus caruit. Et haec quidem affirmantibus

dere, & vix Poëtis concedenda videtur Cl. Marcklando ad Statii II. Silv. V. vs. 23. ubi corrigit: *ſed obfirmare animum* acriusque *pertendere*, quam quidem emendationem omnes Codd. longe repellunt. Cogitare etiam debuiſſet Vir doctiſſimus, plura Poetica & paullo laetius ſcripta apud Noſtrum occurrere, id quod ipſe Secundus prae ſe ferre ſolet. Et quid dicemus de illo Criſpi Cat. cap. LVIII. n. 2. *Timor animi auribus obficit?* Nimirum *arma*, *tela praetenduntur* apud Maronem & Naſonem, nec refugiunt *manum capiti praetendere*, *veſtem praetendit ocellis*, & ſimilia: cur non liceat dicere *animum auribus praetendere?* h. e. animo aures cuſtodire, ne vana audiant, & audire fingant, ut ſolent facere, qui aurium ſunt toti. *Praetendere* notiſſimum in re militari verbum, de iis qui primo loco tendunt, aut cuſtodiae cauſſa contra alios locantur. Claudianus B. Get. vs. 416.

Venit & extremis legio praetenta *Britannis.*
Quae Scoto dat frena *truci.*

Adde notam Cl. Burmanni ad Valer Flacc. Lib. V. vs. 167. & Dodwell. de Ripa Striga §. VI. & VIII.

1. *Adventare* etiam, ac jam *ut in limine.*] Sic omnes Vulgatae. Voſſ. *adventare etiam*, etiam *ut in limine.* At Mediceus, Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *adventare etiam*, *ut in limine*, excluſis particulis *ac jam.* Ex quo liquido adparet, ſcribendum eſſe: *tum crebreſcere fragor*, adventare, & jam *ut in limine*, *jam intra* cet.

2. *Ut* paullulum *exſpectaret.*] Mediceus & Voſſ. *paullum*, &, ſi qua fides Veterrimis libris, hoc ſaepius Secundo placuit prae altero. Sic Lib. I. Epiſt. II. n. 4. paullum *itinere decedere.* Lib. III. Epiſt. XV. n. 4. paullum *retundantur.* Lib. IV. Epiſt. XXX. n. 2. *ibi* paullum *retentus.* Lib. V. Epiſt. I. n. 4. *Cunctatus* paullum. Epiſt. VI. n. 20. *diaeta* paullum *recedit.* Lib. VI. Epiſt. XVI. n. 11. *Cunctatus* paullum. Epiſt. XX. n. 16. Paullum *reluxit.* atque ita paſſim: ſed vulgatae iis fere omnibus locis *paullulum* praeferunt.

3. *Ceris & ſtilo.*] Id eſt, Scripturae. *Cerae* ſunt ceratae tabulae, in quibus ferreis ſtilis ſcribebant. BUCHNER.

4. *Deſerit comitem.*] Solum reliquit Athenodorum. CATAN.

5. Reliquerat *vinculis.*] Corpus nempe putrefactum oſſa *reliquerat.* Optimus tamen *reliquerunt*, ut *oſſa* ſint Subjectum, quod vocant. Non ita bene.

6. *Manibus.*] Secundum Plutarchum *manes* ſunt dii terreſtres, & vocari *manes* ait poſt ſepulcra facta, illo tempore ſcilicet, quo de aliis recedentes corporibus nondum in alia tranſierunt: innoxios, & quia non ſint boni, per antiphraſin dictos a *mane*, quo quid melius? Marcellus *deos manes* bonos & proſperos appellari voluit a *mane*, quod melior mors ſapientibus quam vita probetur: inde *immanes* non bonos. At Feſtus, *manes*, inquit; *dii ab auguribus vocabantur*, *quod per eos omnia manare credebant*, *eosque deos ſuperos inferosque dicebant.* CATAN. *Domus poſtea rite conditis manibus caruit.*] Attende quaeſo, lector, videbis locum eſſe mutilum. Quid enim illud eſt, quo *domus caruit?* non eſt obſcurum quid velit, & planiſſime conſtat ex Luciani verbis in ejuſdem rei narratione, ἐκεῖνον μὲν οὖν, inquit, ἐθάψαμεν, ἀνορύξαντες, ἡ οἰκία δὲ τὸ ἀπ' ἐκείνου ἐπαύσατο ἐνοχλουμένη ὑπὸ τῶν φασμάτων. Locus eſt in Philopſeude. Puto legendum, *domus poſtea rite* con-

mantibus credo: illud affirmare aliis poſſum. Eſt libertus mihi [[1]Marcus,] non illiteratus, cum hoc minor frater eodem lecto quieſcebat. Is viſus eſt ſibi cernere quendam in toro reſidentem, admoventemque capiti ſuo cultros, atque etiam ex ipſo vertice amputantem capillos. Ubi illuxit, ipſe circa verticem tonſus, capilli jacentes reperiuntur. Exi-

conditis manibus, *daemonibus caruit*, vel *phaſmatibus caruit*, aut etiam *metu caruit*. Tot enim modis ex Luciano locus expleri poteſt. Jam illud *rite conditis manibus*, quod male quidam accipiunt, dictum eſt ex conſuetudine & ritu Romanorum: qui tum demum manes conditos putabant vocabantque, cum omnia illorum juſta eſſent peracta. CASAUB. *Domus poſtea rite &c.*] Multipliciter locum ſupplent viri doctiſſimi, ego, vocem repetendam dudum monui in Suſpicionibus, ſcribendumque, *rite conditis manibus*, *manibus caruit*. GRUTER. *Domus poſtea rite conditis manibus caruit.*] Caſaubonus cum videret, non exprimi, quo domus caruerit, & itaque mutilum locum eſſe, exiſtimaret, legendum putabat: *d. p. r. conditis manibus*, *daemonibus caruit*, vel, *metu caruit*. Recte Gruterus *rite conditis manibus*, *manibus caruit*. De *manibus*, varia tradiderunt veteres, quorum opiniones Servius ad III. Æneidos recenſet. Receptiſſima eſt, eſſe Daemonum genus, in quod abirent mortuorum animae, ſive umbrae. Apulejus de Genio Socratis: *Eſt & ſecundo ſignificatu ſpecies Daemonum, animus humanus emeritus ſtipendiis vitae, corpore ſuo abjurans. Hunc vetere Latina lingua reperio* Lemurem *dictitatum. Ex hiſce ergo Lemuribus, qui poſterorum ſuorum curam ſortitus placato & quieto numine domum poſſidet*, Lar *dicitur familiaris. Qui vero ob adverſa vitae merita nullis bonis ſedibus, incerta vagatione, ceu quodam exilio punitur, inane terriculamentum bonis hominibus, ceterum noxium malis: id genus plerique* larvas *perhibent. Cum vero incertum, utrum* Lar *ſit, an* Larva, *nomine* Manem Deum *nuncupant. Rite conditis*, id eſt, juſtae ſepulturae honore affectis condi manes dicuntur; quemadmodum apud Virgilium & anima condi dicitur. Locus eſt Æn. III. vs. 68. ad quem omnino Servius legendus. Putabant enim non ante recipi apud inferos, & certas ſortiri ſedes, ſed oberrare vagarique mortuorum animas, quam legitima ſepultura reliquiis corporis contigiſſet: quod & de obtruncatis ſibi perſuadebant, quorum nondum expiata caedes eſſet. Quo illud Lucani pertinet principio, — *umbraque erraret Craſſus inulta*. Hinc Plautinus Tranio *monſtra in aedibus* fieri fingit, quod ibi perfide enectus hoſpes, *inſepultus defoſſus* ſit, hoc eſt, ſine honore ſepulturae; & hic ceſſaſſe ſpectra, ac lemures infeſtare, perhibentur domum, poſtquam cadaver rite conditum eſſet. Quod Lucianus quoque in illis Corinthicis aedibus factum narrat, de quibus his Plinianis perquam ſimilia in Philopſeude refert. Suetonius Caligula cap. penultimo: *Cadaver ejus clam in hortos Lamianos aſportatum, & tumultuario rogo ſemiambuſtum levi ceſpite obrutum eſt: poſtea per ſorores ab exilio reverſas erutum, crematum, ſepultumque. Satis conſtat, priuſquam id fieret, hortorum cuſtodes umbris inquietatos: in ea quoque domo, in qua occubuerit, nullam noctem ſine aliquo terrore tranſactam.* BUCHNER. *Domus poſtea rite conditis manibus caruit.*] Facilius ignoſcimus Buchnero, quando & Caſaubonus Gruterusque hic haeſerunt. At nec vitii quicquam eſt, nec difficultatis, ſi memineris τὸ *manibus*, quaſi bis poſitum eſſet, accipiendum: ut ſaepe veteres loquuntur. Vid. ad Senec. Epiſt. XXI. Quaſi eſſet, *manibus*, *poſtquam rite conditi ſunt*, *caruit*. GRONOV. Recte Gronovius, qui optime vidit, quid ſtilo Secundi ſit dignum. eum modo vidimus n. 6. & alibi. Diximus de illa brevitate ad Lucani. Lib. IV. vs. 762.

—— —— *neque enim* impetus ille,
Incurſusque *fuit.*

Manes condere ita dicitur, ut apud Virgilium: *animamque ſepulchro Condimus.* Ovidius V. Faſt. vs. 451.

Romulus ut tumulo fraternas condidit umbras.

quod etiam Magius vidit. Lucanus. Lib. VIII vs. 696.

Cum Ptolemaeorum manes, *ſeriemque pudendam Pyramides* claudant.

Idem Lib. IX. vs 151.

—— —— *inhumatos* condere manes.

atque ita ille ſaepius.

1. *Marcus.*] Nomen ſervis conſuetum. Perſius, Marcus, Dama. CATAN. Nomen *Marcus* in Mediceo non viſitur, nec expreſſit Aldus, in ceteris etiam MSS. & Ed. Vet. locum mutat: *non illiteratus* M. quod certiſſimum argumentum eſt, ab imperitis intruſum eſſe.

13 Exiguum temporis [1] medium, & rurſus ſimile aliud priori fidem fecit.
Puer in [2] paedagogio miſtus pluribus dormiebat: venerunt per feneſtras
(ita narrat) in tunicis albis duo, cubantemque detonderunt: & qua
venerant, receſſerunt. Hunc quoque tonſum, ſparſosque circa capil-
14 los dies oſtendit. Nihil notabile ſecutum, niſi forte, quod non fui
reus: futurus, ſi Domitianus, ſub quo haec acciderunt, diutius vi-
xiſſet. nam [3] in ſcrinio ejus [4] datus a Caro de me libellus inventus eſt.
Ex quo conjectari poteſt, [5] quia reis moris eſt [6] ſubmittere capillum,
[7] reciſos meorum capillos, [8] depulſi, quod imminebat, periculi ſignum
15 fuiſſe. Proinde rogo, eruditionem tuam intendas. Digna res eſt, quam
diu multumque conſideres: [9] ne ego quidem indignus, cui copiam
16 ſcientiae tuae facias. Licet etiam utramque in partem, ut ſoles, diſpu-
tes:

1. *Medium.*] Nempe *fuit*. Vide ad Lucani Lib. VII. vs. 463. Hinc *medio tempore*, *medio temporis* apud Tacitum, Juſtinum & alios.

2. *Paedagogio.*] Lipſius ad XV. Annalem Taciti cap. LXIX. *Puer e paedagogio*, legit: quod *paedagogii* vox, non pro loco accipiatur, ubi morantur pueri, quemadmodum Beroaldus ad Suetonium interpretatus eſt; ſed pro coetu ipſo, ſive collegio elegantiorum puerorum. Quam ad rem plura auctorum loca adducit, quae ibi vide. *Puer e paedagogio* eſt, quem *paedagogianum* Ammianus appellat. Sed poſſumus & vulgatam, *in paedagogio*, pro *inter paedagogianos*, interpretari. Neque enim infrequenter *in*, pro *inter* ponitur. BUCHNER. *In paedagogio.*] Catanaeus legit *Paedagium*, exiſtimans eſſe membrum domus, in quo ſervi commorantur, hic vero cubiculum ſervorum ſignificare. Verum ſic corrupte legi & ſcribi, auctor eſt Turn. Adv. Lib. XXIII. cap. XIX. ubi & illum Suetonii locum in Nerone cap. XXVIII. examinat: *Super ingenuorum paedagogia, & nuptarum concubinatus, Veſtali virgini Rubriae vim intulit.* Idem auctor eſt, cum Marcellus Donat. ad loc. Suet. a *Paedagogiis* veterum dici, quos nunc vernacula voce *Pagios* vocamus. Notum eſt enim, eos, qui brevitate vocum delectantur, verba ita imminuere, ut tamen vetuſtatis notae reliquae ſint. Conf. Plin. avunc. Lib. XXXIII. cap. XII. Julian. in Antiocho. Lipſ. ad Tranq. loc. cit. Turneb. & alios. VEENII. Noſtri omnes *in paedagogio.*

3. *In ſcrinio ejus.*] In armario arcanorum Domitiani ſcriptorum. *Vel in crinem ejus.*] Sicut paſſim habetur, quod ſcilicet Carus Secundum accuſaſſet tanquam raritati capillorum Imperatoris illuſiſſet. Nam Domitianus, auctore Tranquillo, Calvitio offendebatur. CATAN.

4. *Datus a Caro.*] Porrecta Domitiano a Metio Caro, delatore adverſum me. IDEM. Arnz. *Nam in* crine *ejus datus* acro *de me libellus;* Helmſt. & Ed. Vet. *Nam in* crimen *ejus datus* acer *de me l. inventus eſt*, corrupte. Optimus & Voſſ. vulgatae conſentit.

5. *Quia reis moris eſt ſubmittere capillum.*] Reorum habitum deſcribit Gellius Lib. III. cap. IV. ubi & de ſummiſſione capillorum habes. BUCHNER. Vide Wower. ad Petron. pag. 445. BARTH. Adde Fr. Juretum ad Paullini Lib. V. de Vit. Mart. vs. 265. & Interpretes ad Juvenal. Sat. XV. vs. 136.

—— —— cujus manantia fletu.
Ora puellares faciunt incerta capilli.

6. *Submittere.*] In longitudinem dimittere. Olim enim viri non habebant comam, ſed brevibus admodum capillis contenti, niſi tantum in moerore. tunc barbam & capillum promittebant. CATAN.

7. *Reciſos capillos.*] Suidas tondere capillos de vertice, vult portendere detrimentum rerum: ſic capillum decidere magnum periculum. IDEM.

8. *Depulſi.*] Sic Mediceus, Voſſ. & multi impreſſi, nec aliter legi convenit. At Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *depulſis;* Aldus *depulſiſſe*, vitioſe.

9. Ne *ego quidem indignus.*] Voſſ. Helmſt. Arnz. Ed. Vet. *ego quidem indignus*, ſine Particula negandi, quo facto abſurda redditur ſententia. Primarius; ne *ego quidem*, mallem tamen ipſe: nec *ego quidem indignus.* Vide ad Lib. II: Epiſt. XIV. n. 7. *apud non intelligentes*, nec *audientes* quidem.

1. Ne

tes: ex altera tamen fortius, [1] ne me ſuſpenſum incertumque dimittas, cum mihi conſulendi cauſa fuerit, ut dubitare deſinerem. *Vale.*

XXVIII C. PLINIUS SEPTITIO SUO S.

Notabant Secundum nonnulli, quod amicos ſuos ex quantalibet occaſione ſupra modum laudaret: qua re per Septitium intellecta, reſpondet, neminem magis cognoſcere ſuos quam ſe, neque peccare dum maxime amat, quos amandos putat.

AIs [2] quoſdam apud te reprehendiſſe, tanquam amicos meos ex
omni occaſione ultra modum laudem. Agnoſco crimen, ample-
ctor etiam. Quid enim honeſtius [3] culpa benignitatis? Qui ſunt tamen 2
iſti, qui amicos meos [4] melius me norint? Sed ut norint, [5] quid invi-
dent mihi feliciſſimo errore? ut enim non ſint tales, quales a me prae-
dicantur, ego tamen beatus, quod mihi videntur. Igitur ad alios hanc
[6] ſiniſtram diligentiam conferant, nec ſunt parum multi, qui carpere 3
ami-

1. *Ne me ſuſpenſum incertumque dimittas.*] Mediceus: *ne me ſuſpenſum dimittas*, & ſic Lib. VIII. Epiſt. V. n. 3. Lib. VII. Epiſt. VI. n. 14. ſolo vocabulo *ſuſpenſus* utitur. Hic tamen ſenſus utrumque, quod in vulgata eſt, poſtulat, magis etiam, quam Lib. VI. Epiſt. XX. n. 19. ſuſpenſam dubiamque *noctem ſpe ac metu exegimus.*

2. *Quoſdam apud &c.*] Lege, *quoſdam me apud te reprehendiſſe.* CASAUBON. Nolunt tamen Codd. & illud *me* ſaepiſſime exauditur. Mox Primarius & plerique impreſſi: tamquam *amicos.* Helmſt. Voſſ. Arnz. & Ed. Vet. *tamquam* ſi *amicos.* Aldus: quod *amicos.*

3. *Culpa benignitatis?*] Peccare quod nimium benignus ſis. CATAN.

4. *Melius norint.*] Quam ego noverim, & ideo dicant me illos nimium commendare. Altera lectio non improbanda, ſic habet, *melius norint? ſed ut norint, quid invident.* IDEM. *Melius norint.*] Lege *melius me norint.* CASAUBON. Tetigit rem acu Caſaubonus. Etiam Optimus: *melius* me *norint.* Sic ſupra Epiſt. XXV. n. 5. *effecitque ut illis non minus hos ſeductos & quaſi ruſticos verear.* Quomodo Maro I. Aen. vs. 15.

Quam Juno fertur terris magis omnibus *unam*
Poſthabita coluiſſe Samo.

Horatius I. Epiſt. II. n. 3.

Qui, quid ſit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non,
Planius ac melius Chryſippo & Crantore *dicit.*

Supra Voſſ. Arnz. Helmſt. & Ed. Vet. *Qui ſunt iſti*, omiſſa Particula *tamen.*

5. *Quid invident mihi* feliciſſimum errorem.] Similiter Horatius Lib. II. Epiſt. II. vs. 140. *gratiſſimus error.* BARTH. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *mihi* feliciſſimo *errorem.* Scilicet recipiendum eſt, quod obfert Primarius: *feliciſſimo errore*, quomodo jam edidit Aldus & perpetuo ſolet Plinius. Vide ad Lib. I. Epiſt, X. n. 12. *Neque enim* invideo *aliis* bono, *quo ipſe careo.* Recentiores ſcripti omittunt perperam illa: *Sed ut norint.* Mox Voſſ. *Ut enim non ſint*, quales *a me p.* quod Gryphius adprehendit. Contra Helmſt. *Ut enim non ſint* tales? *a me praedicantur*, idque Ed. Vet. expreſſit. Optimus & Arnz. *tales, quales.*

6. *Siniſtram diligentiam.*] Id eſt, pravam, perverſam, & honeſto contrariam. Nam & in Gloſſis Veteribus *ſiniſter* ἐπαρίστεοος & ἐναντιος; & rurſus in aliis ἐπαρίστερος *perverſus* exponitur. Tacitus Hiſt. V. cap. V. *Cetera inſtituta ſiniſtra, foeda pravitate valuerunt.* Catullus quoque *ſiniſtram liberalitatem* dixit, quam pravam atque perverſam ſignificare vellet. Poſſis *ſiniſtram diligentiam* & malignam interpretari, quemadmodum Lib. I. Epiſt. IX. *ſiniſtros ſermones*, de malevolis atque mali-

gnis

amicos ſuos[1] judicium vocant: mihi nunquam perſuadebunt, ut meos amari a me nimium putem. *Vale.*

XXIX. C. Plinius[2] Montano Suo S.

Epitaphium in Pallantis ſepulcro, tanquam nimis honorificum, apud Montanum indignatur: poſtremo deridet & negligit.

3 Ridebis, deinde indignaberis, deinde ridebis, ſi legeris: quod niſi
2 legeris, non potes credere. Eſt via Tiburtina[4] intra primum lapidem (proxime adnotavi) monimentum[5] Pallantis, ita inſcriptum, HUIC

gnis dixerat. Buchner. Reſpice ad Lib. VI. Epiſt. XVII. n. 3. notata.

1. *Judicium.*] Quod oſtendentibus cauſis dignoſcitur, quamvis re vera non ſit judicium, ſed odium & malevolentia. Catan. *Judicium* nempe & *amor* ſibi opponuntur, ut videmus ad Lib. VI. Epiſt. XXVI. n. 2. Amo *quidem effuſe*, judico *tamen.* ubi vide. Mediceus: *amari a me nimium* aut. —— *Vale.* cum lineola transverſa, quaſi voluiſſet *autumem.* Voſſ. Helmſt. Ed. Vet. & Gryphius: *amari a me* nimis umquam *putem.*

2. *MONTANO.*] Curtius Montanus ſenator, cujus ventrem Juvenalis exagitat. Catan.

3. *Ridebis, deinde indignaberis, ſi leg.*] Haud aliter Pal. haud aliter Neuſtett. imo non aliter Edd. Vett. Aldina priores, ea enim adjecit, *deinde indignaberis, deinde ridebis, ſi legeris, &c.* Grut. Sed Aldus dubio procul in Veterrimo exemplari invenit, quod adjecit: quandoquidem eadem in Optimo Mediceo comparent. Ipſe etiam Plinius n. 4. poſt *indignationem* ſatius putat *ridere*, ut ſententia illi ſcripturae faveat. De geminatione Particulae *deinde* diximus ſupra ad Epiſt. IV. n. 8. Deinde *ſodalibus legi probaverunt.* Deinde *plura metra tentavi.* Modius, qui iſta a Neuſtetteri membranis abeſſe videbat, non tamen aperte damnare auſus eſt Novantiq. Epiſt. XCII. qui ſi didiciſſet, in tam vetuſtis membranis haec eſſe conſervata, propter conſuetudinem Secundi, qua alibi talia iterare ſolet, etiam defendiſſet. Corte.

4. *Intra primum lapidem.*] Veteres milliaria lapidibus diſtinguebant: inde *lapis* & *milliarium* ſynonyma. Quae tamen vocabula aliquando omittuntur, ſolo numero poſito. Tacit. II. Hiſtor. cap. XXIV. *Ad duodecimum a Cremona locus Caſtorum vocatur.* Rutilius Numatianus Lib. II. Itinerarii:

Intervalla viae feſſis praeſtare videtur
Qui notat inſcriptus millia *crebra lapis.*

Qui locus nos docet, illos lapides millenarii numeri nota inſcriptos fuiſſe; ſimulque & diſtrinxiſſe viae ſpatia, & viatoribus praebuiſſe ſolatia, confidendi ibi ac interquieſcendi commodiorem copiam darent. Buchner. *Intra primum lapidem.*] Praeterquam, quod iſti lapides millenarii numeri nota inſcribebantur, ut notat Buchnerus, ſolebant etiam alii habere titulos & nomina Principum, per quos, vel quorum aevo viae refectae fuerant. Hujus generis producit Jac. Sirmond aliquem, quem Savaro in originibus Claromontanis edidit, e via militari erutus, qui Auguſtonemeto Arvernorum Lugdunum olim ducebat:

TI. CLAUD. DRUSI F.
CAESAR AUG. GER.
PONT. MAX. TRIB.
POTEST. V. IMP. XI.
PP. COS. III. DES. IV.
AUG. M. P. XXI.

Et iſte alter in finibus Arvernorum Gabalorumque ante aliquot annos effoſſus, qui lucem nondum vidit:

IMP. CAES.
M. CAS. LAT.
POSTUMO
P. F. AUG. COS.
M. P. GABALL. V.

Vid. Jac. Sirmond ad Sidonii Carm. Propempticum. Veenh.

5. *Pallantis.*] Qui ſervus, deinde Cl. Caeſ. liber-

HUIC SENATUS OB FIDEM PIETATEMQUE ERGA PATRONOS ORNAMENTA PRAETORIA DECREVIT, [1] ET SESTERTIUM CENTIES QUINQUAGIES: CUJUS HONORE CONTENTUS FUIT. Equidem nunquam ſum miratus, quae ſaepius [2] a fortuna, quam a judicio proficiſcerentur: maxime tamen hic me [3] titulus admonuit, quam eſſent [4] mimica & inepta, quae interdum [5] in hoc coenum, in has ſordes abji- 3

libertus, tantum gratia valuit apud principem, ut ipſo & Narciſſo impellentibus Appium Syllanum nobiliſſimum juſſerit interfici, Domitium Neronem adoptaverit. Erat autem obſtrictus Agrippinae, ut conciliator nuptiarum, & mox ſtupro ejus illigatus. Huic quia repertor relationis fuiſſet de poena foeminarum, quae ſervis conjungerentur, ut Caeſar ediderat, praetoria inſignia, & centies quinquagies ſeſtertium cenſuit Conſul deſignatus Barea Soranus: additum a Scipione Cornelio grates publice agendas ei, qui regibus Arcadiae ortus veterrimam nobilitatem uſui publico poſtponeret: ſeque inter miniſtros principis haberi ſineret. CATAN.

1. *Et ſeſtertium centies quinquagies.*] Manifeſtum eſt, legendum eſſe *ſeſtertium* τὸ, non *ſeſtertiûm*. Sequitur enim, *cujus honore* videlicet ſeſtertii. Jam ante diximus, ita loqui ſolitos ſcriptores, *emi centies ſeſtertio: liberalitas centies ſeſtertii*, cujus locutionis paſſim exſtant exempla. CASAUB. Bene Caſaubonus, cui jungas licet Gronovium Lib. II. de Pec. Vet. cap. III.

2. *A fortuna.*] Quae indignis maxima quaeque tribuit. CATAN. Voſſ. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *ſaepius a fortuna, quam* judicio *proficiſcerentur*, ut mox Optimus: *in hoc coenum, has ſordes;* Sed hoc loco iſte Mediceus: *quam a judicio.* Aldus corrupte: *a judice.* *Fortuna* & *judicium* ita fere opponuntur, ut alibi *Caſus* & *conſilium.* Vide ad Salluſt. Iug. cap. XCII. n. 6. & adde ibidem collata ad cap. I. n. 3.

3. *Titulus.*] Epitaphium honorificum. Plinius naturam terrae deſcribens, *Etiam*, inquit, *monumenta ac titulos gerit, nomen prorogans noſtrum, & memoriam extendens contra aevi brevitatem.* CATAN. *Titulus.*] Quaevis inſcriptio *titulus* dicitur, ut monumenti ſive ſepulchralis memoriae, hoc loco, & apud Juvenal. Satyr. X.

——— *Patriam tamen obruit olim*
*Gloria paucorum, & laudis tituli*que *cupido*
Haeſuri ſaxis cinerum cuſtodibus.

BUCHNER. Adde Lib. VI. Epiſt. X. n. 3. *Neglectumque cinerem ſine* titulo, *ſine nomine jacere.*

4. *Mimica.*] Hiſtrionica, ridicula, ut quidam ex fide antiqui codicis legendum putant, cum in vulgatis eſſet, *Inimica*, repugnantia, injuſta, abſurda. Quid ſi *mimica* pro *inimica*, deridicula videlicet & urbana? CATAN. Immo *mimica.* Vide Budaeum ad Pandect. pag. 767. BARTH. *Mimica* falſa & adfectata, qualia eſſe ſolent quae mimi agunt, in quibus nihil veri atque ingenui ineſt, ſed quaeſita & adparata omnia ſunt. Unde illud Senecae patris Praefat. Lib. III. Controv. *Nihil tam* mimicum, *quam manifeſta praeparatio.* Sic *mimice incedere* Catullus dixit, quod non ſuo, ſed adſumto & adfectato gradu incedere eſt. BUCHNER. Ed Vet. habet *inimica*, ſed inepte. Scripti omnes *mimica*, id eſt, adfectata & ridicula. Eadem varietas apud Petron. Sat. cap. CVI. *Nunc* mimicis *artibus petiti ſumus, & adumbrata inſcriptione deriſi*, ubi alii *inimici artibus.* Lege eumdem pag. 673.

5. *In hoc coenum.*] Ita Pallantem vocat hominem viliſſimum & ſordidiſſimae originis. BUCHNER. Putat Buchnerus ſermonem eſſe de Pallante. Mihi non de ipſo, ſed & aliis ejuſmodi libertis ſub malis principibus accipiendus locus videtur. SCHEFFER. Omnes recentiores ſcripti & Ed. Vet. *in coenum.* Sine Pronomine, quod tamen caſte ſervavit integerrimus. Helmſt. & Ed. Vet. *adjicerentur*; Arnz. *abducerentur*, male. *Abjicere* & *Projicere* & ſordibus coenoque optime conveniunt, & de rebus vilioribus dicuntur, aut illis, quae ſine merito & cognitione conferuntur. Vide ad Lucanum Lib. IV. vs. 516. & Lib. VI. vs. 676. Seneca I. de Benef. cap. I. *beneficia ſine ullo delectu magis* projicimus, *quam damus.* Eum lege etiam cap. II. ubi de *judicio.* Adde interpretes ad Phaedr. Lib. IV. Fab. IV. vs. 42. Deinde, ut jam dixi, Mediceus: *in hoc coenum*, has *ſordes*, pro vulgato *in has.* Sic Lib. V. Epiſt. VI. n. 31. *quarum in altera cubicula quatuor*, altera *tria.* adde ibidem ad n. 35. notata. Lib. VI. Epiſt. II. n. 2. *quod candidum ſplenium in hoc, aut* illud *ſupercilium transferebat*, ibi tamen membranae: *aut* in *illud.* Vereor etiam, ne hoc loco *in* perierit, quales litterarum & ſyllabarum interitus paſſim animadvertimus. Quia timui, nihil immutare placuit. CORTE.

1. *Ille*

abjicerentur: quae denique [1] ille furcifer, & recipere auſus eſt, & recuſare, atque etiam, ut moderationis exemplum, [2] poſteris prodere.
4 Sed quid indignor? [3] Ridere ſatius, ne ſe magnum aliquid adeptos putent, qui huc felicitate perveniunt, ut rideantur. *Vale.*

XXX. C. Plinius [4] Genitori Suo S.

Dolet impedita Julii Genitoris ſtudia morte diſcipuli ſummae indolis: ſeque fatetur, quamvis in ſeceſſu, a ruſticis occupari, interdum tamen ſtudere: verum ſentire quam male ſcribat ex comparatione veterum, tametſi Genitor ſua ſcripta ſummo oratori comparet.

TOrqueor quod diſcipulum, ut ſcribis, optimae ſpei amiſiſti, cujus & valetudine & morte impedita ſtudia tua [5] quid ni ſciam? cum ſis omnium officiorum obſervantiſſimus, cumque omnes, quos probas, effu-

1. *Ille furcifer.*] Pallas, qui ſervus in furto, aut ejuſmodi aliquo flagitio deprehenſus fuerat, aut improbitatis ſcelere convictus, duplex lignum quod currui ſubjicitur, & cui temo affigitur, attollere jubebatur, & intuente vicinia circumferre, ut fidem in poſterum ei non haberent, & ab eo tanquam infido caverent; ideo *furcifer* appellabatur a Latinis. Quod enim Graeci *ϛαυρὸν*, hoc Romani *furcam* nominant. Plutarchus in Quaeſt. & Coriolani vita. CATAN.

2. *Poſteris* prodere.] Sic Mediceus & plerique impreſſi. Ceteri ſcripti & Ed. Vet. *proderet*, corrupte.

3. *Ridere ſatius* eſt, *ne ſ. m.* aliquod *adeptos put.*] Ita quidem omnes vulgatae. Sed Mediceus & reliqui MSS. cum Ed. Vet. *Ridere ſatius, ne ſe magnum* aliquid *adeptos putent.* Utrumque probo. *Satius*, pro *ſatius eſt* ex more Noſtri. Lib. I. Epiſt. XX. n. 23. *Non ſolum* ſatius, *breviter dicere*, *ſed omnino non dicere.* Sic Optimus eo loco, ubi reliqui omnes *eſt* infarciunt. Ita etiam alii. Lucanus Lib. III. vs. 111.

—— melius, *quod plura jubere*
Erubuit, *quam Roma pati.*

Qualia multa collegimus ad Ejusd. Lib. II. vs. 537.

Di! melius, *belli tulimus quod damna priores.*

Alterum non minus frequens apud Noſtrum, nempe *aliquid magnum*, non *aliquod.* Sic Lib. I. Epiſt. III. n. 4. Epiſt. VI. n. 1. & paſſim. quo pertinet Lib. VII. Epiſt. XII. n. 4. *non alienum exiſtimavi*, *addere ſtatim* preſſius quiddam *& exilius.* Virgilius X. Aeneid. vs. 547.

Dixerat ille aliquid magnum.

Terentius Eunuch. Act. V. Sc. VI. extr.

Quamobrem inſigne aliquid *faceret his.*

Cicero XII. Fam. Epiſt. II. n. 12. *Si* aliquid dignum *veſtra gloria cogitatis.* Hoc obvium. Utrumque firmat auctor Lib. IX. Epiſt. XXIX. princ. *Ut* ſatius, *unum* aliquid *inſigniter*, *quam plurima facere mediocriter: ita* cet. Male Helmſt. *Reddere ſatius*, & deinde, *ut redeant.* CORTE.

4. *GENITORI SUO.*] Mediceus ſolus: *Montano Suo.*

5. *Quid.*] Cur vel qui, id eſt, quomodo. Tanquam diceret; ſatis eſt mihi exploratum. CATAN. *Quid neſciam?*] Sic omnes fere Edd. lectione corruptiſſima. Lege, ex correctione Levineji, *quid ni ſciam?* Conf. Panegyr. Plinius cap. LXXXI. *In ipſorum quidem ludibrium.* VEENII. Veriſſimam eſſe conjecturam Levineji ad Plinii Paneg. *quid ni ſciam?* oſtendit Optimus, in quo ita perſpicue legitur. Vulgo: *quid neſciam*, & saepius quidem librarios *neſcio*, *neſciat* feciſſe, ubi debebant *nec*, *ne*, *ni ſcio* vel *ſciat*, exemplis vidimus ad Lucani Lib. V. vs. 665.

Nec ſciet *hoc quiſquam*

ubi libri plures *Neſciat*, *Neſciet.*

1. Per-

effuſiſſime diligas? Me huc quoque urbana negotia [1] perſequuntur. 2
Non deſunt enim, qui me [2] judicem, aut arbitrum faciant. Accedunt 3
querelae ruſticorum, qui auribus meis poſt longum tempus [3] ſuo jure abutuntur. Inſtat & neceſſitas agrorum locandorum perquam moleſta: Adeo rarum eſt invenire [4] idoneos conductores. Quibus ex cauſis 4
[5] precario ſtudeo: ſtudeo tamen. Nam & ſcribo aliquid & lego: ſed cum lego, ex comparatione ſentio, quam male ſcribam; licet tu mihi [6] bonum animum facias, qui libellos meos de ultione Helvidii, orationi Demoſthenis [7] κατὰ Μειδίȣ confers: quam ſane, cum componerem il- 5
los, habui in manibus, non ut aemularer (improbum enim, ac pene furioſum) ſed tamen [8] imitarer & ſequerer, quantum aut diverſitas in-

1. *Perſequuntur*, non delectant.] Hic vulgaris ſtupor. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *perſequuntur, non debuit*, ex quo facilius aliquid Plinio dignum exſculpere liceret. At Veterrimus tantum: *perſequuntur. Sunt enim*, cet. abjectis illis inſulſis, quae nec Aldo, nec Catanaeo, qui ſoli meliores Codd. inſpexerunt, placuerunt, & ab eorum Edd. exſulant. Supra Optimus: *Me* hoc *quoque*.

2. *Judicem aut arbitrum.*] *Judex* eſt, qui a praetore datur, & vel cogitur: *arbiter*, qui eligitur a litigantibus, ut medius interveniat, & rem componat; de quibus multa ad Prudentii Hymnum nuper Senec. Lib. III. de Beneficiis cap. VII. *Melior videtur conditio cauſae bonae, ſi ad* judicem, *quam ſi ad* arbitrum *mittitur: quia illum formula includit, & certos, quos non excedat, terminos ponit; hujus libera & nullis adſtricta vinculis religio & detrahere aliquid poteſt, & adjicere, & ſententiam ſuam, non prout lex aut juſtitia ſuadet, ſed prout humanitas & miſericordia impulit, regere.* Vide & Ciceronem pro Roſcio Comaedo. BUCHNER. Adde Senecam Lib. II. de Clem. cap. VII. Scripti autem omnes & Ed. Vet. *qui me judicem, aut arbitrum f.* Vulgo: *qui me* aut *judicem*. Optimus autem: Non deſunt *enim, qui me judicem*, cet. ex quo patet, unde in aliquot Codd. irrepſerit. *non debuit*, de quo ſupra. Vulgo praeferunt: Sunt *enim, qui* cet. Nos veterrimam ſcripturam revocavimus, quam jam Aldus adoptaverat. Recentiores ſcripti *faciunt*, pro *faciant*, non male. Vide ad Salluſt. Cat. cap. XIX. n. 4. & ad Lucan. Lib. X. vs. 248.

3. Suo jure *abutuntur.*] Jure nempe ex longa mea abſentia adquiſito, aut pro arbitrio ſuo. Sic Florus Lib. I. cap. XVII. n. 5. *In ſubjectos* ſuo jure *detonuit*; ubi vide, quos Cl. Duckerus laudavit. Iis non poenitenda adjecimus ad Lucani Lib. I. vs. 2.

Jusque *datum* ſceleri.

4. *Idoneos.*] Quia non perſolvunt quae debent: & tamen fructus abſumunt, ſuper qua re libro nono apud Paulinum pluribus conqueritur. CATAN.

5. *Precario ſtudeo.*] Cum precibus impetrandum eſt, ut poſſim ſtudere, Nam *precarium* id eſt, quod precibus petentis conceditur, quamdiu is qui conceſſit patitur. Qui enim precario concedit, ſic dat, quaſi tunc recepturus, cum ſibi libuerit. Quod genus liberalitatis ex jure gentium deſcendit, & eſt ſimile commodato. Nam qui commodat ſuam rem, ſic commodat, ut non faciat rem accipientis, ſed ut el uti re commodata permittat. Tacitus de Germanis: *Unus imperitat, nullis jam exceptionibus non* precario *jure parendi.* IDEM. Eleganter *precario*, quaſi ex alieno arbitrio, ut *precario imperare* & alia frequenter apud Curtium & alios. Vide Rader. ad Curt. Lib. VI. cap. III. n. 6. Beroald. in Apulej. VII. Metam. pag. 132. Primarius tamen: *Quibus ex cauſſis* raro *ſtudeo: ſtudeo tamen; & ſcribo aliquid, & lego*, ita ut is etiam Particulam *Nam* expellat.

6. *Bonum animum.*] Vide ad Salluſt. Jug. cap. LXXXV. n. 2. *Primum omnium de Numidia* bonum *habetote* animum, *Quirites*. Perperam Arnz. *bonum amicum facis.*

7. Κατὰ Μειδίȣ.] Contra Midiam. STEPHAN. Mediceus κατὰ ΜΕΑΛΟΣ.

8. *Imitarer.*] Sequerer ejus veſtigia tanquam minor. Nam *Imitator* nunquam par eſt auctori, & artifex proculdubio ſapientior eſt quam *imitatio*. Haec enim ſolum quod videt operatur, phantaſia etiam quod nunquam vidit. CATAN. Voſſ. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *imitarer & ſequerer* tantum, ut *diverſitas* cet. quod expreſſit Gryphius. Optimus tamen cum Aldo & Catanaeo vulgatae adhaeret.

ingeniorum, maximi &[1] minimi, aut cauſae diſſimilitudo pateretur. *Vale.*

XXXI. C. Plinius Cornuto Suo S.

Tertullum hortatur, Claudium Pollionem in amicitiam ſuam admittat, & eum commendat ab integritate vitae, deinde ab animi robore, poſtremo a fide in amicos etiam poſt mortem.

CLaudius Pollio amari a te cupit. Dignum hoc ipſo, quod cupit: deinde, quod ipſe te diligit. (neque enim fere quiſquam exigit iſtud, niſi qui facit) vir alioqui rectus, integer, quietus, ac pene ultra mo-
2 dum (ſi quis tamen ultra modum) verecundus. Hunc cum ſimul militaremus, non ſolum ut commilito inſpexi. Praeerat alae [2] milliariae: Ego juſſus a Legato Conſulari [3] rationes alarum & cohortium excutere, ut magnam quorundam foedamque avaritiam, & negligentiam parem,
3 ita hujus ſummam integritatem, ſolicitam diligentiam inveni. Poſtea
[4] promotus ad ampliſſimas procurationes, nulla occaſione corruptus, ab

1. *Minimi.*] Mei. Similitudo, quia uterque ulciſci injuriam intendebat, Demoſth. ſuam, Secundus amici ſui Helvidii. Verum multa in utraque cauſa fuerant diverſa. CATAN.

2. *Militari.*] Quidam legunt *miliariae* a numero mille, ſicut Varro *miliarios* greges vocat. Nec ignoro *miliarias* aves ab eodem atteſtari alias eſſe a coturnicibus, & a Plin. ſeniore *miliariam* herbam milio inimicam, *miliarium* autem eſſe genus vaſis. Sed quia nondum legi alam habuiſſe equites mille, magis placet ut legatur *militari*: & hoc additum ſit ad tollendam aequivocationem. IDEM. *Ala* modo quadringentos, modo quingentos, interdum & *mille* homines habebat. Vide Lipſ. Lib. II. de Mil. R. Dial. VII. extr. Alae quingenariae veterrimae; ſed Romani aut Graecos ſecuti, aut antiquo reip. ſuae inſtituto, quo ſocii duplicem numerum equitum dabant, inſiſtentes, milliarias fecerunt. Lege Schel. in Hygin. pag. 1079. Tom. X. Ant. Rom. Graevii. Nihilominus Voſſ. & Helmſt. cum Catanaeo *alae militari*; Ed. Vet. *alae militare*, Arnz. *alae militariae*; Optimus *alae miliari*, quod fortaſſe genuinum eſt. Certe Analogia tam *milliaris*, quam *milliarius* patitur, & Inſcriptiones, quae harum alarum mentionem faciunt, extremitatem non exprimunt, v. g. AL. MILIAR. & ſic neque Lapis *milliaris* in poſterum dubius erit, aut ſaxum *milliare*. Hyginus tamen ut *alam milliariam* agnoſcit, ſic etiam *cohortem milliariam*, non *milliarem*, dixit, & apud Agrimenſores *milliarii termini*, non *milliares*, leguntur. Codex etiam per ſubſequens E in terminatione facile corrumpi potuit. Vulgatae quaedam: Nam *praeerat alae*, cet. Sed in ſcriptis & melioribus impreſſis Particula illa non comparet. CORTE.

3. Rationem *alarum & cohortium.*] Ita vulgatae, ac ſecure interpretes neglexerunt. Scripti omnes & Ed. Vet. rationes *alarum e. c.* quod reſcripſi. Supra Epiſt. VI. n. 2. *poſtulabat, ut Varenus exhibere* rationes *cogeretur*, & ſic paſſim ſcriptores, quod nemini ignotum eſt. Nec obſtare debet Lib. X. Epiſt. XLVIII. n. 1. *neque enim* ratio *plus excuſſa eſt*, ut quod alia de cauſſa ita dicitur, ut & illud ejuſdem Lib. Epiſt. XXVIII. extr. *Ita certe proſpicio ex* ratione *Pruſenſium, quam cum maxime tracto*. CORTE.

4. *Promotus.*] Productus, ſublatus. Nam *promovere* eſt aliquem ad majores dignitates extollere, quaſi ultra movere. Hinc *promotiones* Hammonius interpretatur progreſſiones. Lampridius in Heliogabalo, voluit & per ſingulas urbes lenones praefectos urbis facere, & ut eſſent in urbe XIV. & feciſſet ſi vixiſſet: promoturus omnes turpiſſimos, & ultimae profeſſionis homines. CATAN.

I. Li-

ab inſito abſtinentiae amore deflexit; nunquam ſecundis rebus intu-
muit, nunquam officiorum varietate continuam laudem humanitatis
infregit; eademque firmitate animi laboribus ſuffecit, qua nunc otium
patitur. Quod quidem pauliſper cum magna ſua laude intermiſit & 4
poſuit, a Corellio noſtro ex [1] liberalitate Imperatoris Nervae emendis
[2] dividendisque agris adjutor aſſumptus. Etenim qua gloria dignum
eſt, ſummo viro [3] in tanta eligendi facultate praecipue placuiſſe? Idem 5
quam reverenter, quam fideliter amicos colat, multorum [4] ſupremis
judiciis, in his [5] Muſonii Baſſi, graviſſimi civis, credere potes, cujus
[6] memoriam tam grata praedicatione prorogat & extendit, ut librum
de vita ejus (nam ſtudia quoque, ſicut alias artes bonas, veneratur)
[7] ediderit. Pulchrum iſtud & raritate ipſa probandum, cum plerique 6
hactenus defunctorum meminerint, [8] ut querantur. Hunc hominem 7
appetentiſſimum tui, (mihi crede) complectere, apprehende, immo
& invita, ac ſic ama, tanquam gratiam referas. Neque enim obligandus,
ſed remunerandus eſt in amoris officio, qui prior coepit. *Vale.*

XXXII.

1. *Liberalitate.*] Nerva reſtituit quaecunque a Domitiano injuſte ſublata fuerant: egenis vero Romanorum mille & quingentas myriadas donavit, praepoſitis quibusdam Senatoribus, referente Dione, qui agros emerent, & dividerent. Et apud Juriſc. invenio D. Nervam legem agrariam tuliſſe, qua cavetur, ut ſi ſervus ſervave inſciente domino terminos ſtatutos extra agrum ſuum finesve moverit dolo malo, ei capitale eſſe, niſi dominus dominave mulctam, (quinquaginta) aureorum ſufferre maluerit. CATAN.

2. *Dividendis agris.*] Florente repub. Romana deligi ſolebant Triumviri ad hoc negotium, Auctores ſunt Livius & Appianus. IDEM.

3. *In tanta eligendi facultate.*] Cum tot alios eligere potuiſſet. Diximus ad Criſpi Cat. cap. II. extr. *Sed* in tanta copia rerum *aliud alii natura iter oſtendit*. Mediceus corrupte: *in* tantae legendi *facultate praecipue* placuit ſed *idem quam reverenter*, cet.

4. *Supremis judiciis.*] Id eſt, teſtamentis. Vide ſupra ad Epiſt. XX. extr. *cum tot vinculis nos ſtudia. . .* ſuprema *denique hominum* judicia *conſtringant.*

5. *Muſonii Baſſi.*] Philoſophi ſapientiſſimi, & graviſſimi nunc defuncti. Quidam non *Muſonii*, ſed *Annii* legunt. CATAN. De *Muſonio* Tacitus XIV. Ann. cap. LIX. & XV. cap. LXXI. Sed Optimus: *Hanni Baſſi*; Arnz. *Muſanni*; Helmſt. *Muſanii*; Ed. Vet. *Muſſanii*. Illud. *Hanni* Veterrimi confirmat *Annii*, quod Aldus, Gryphius & Sichardus dederunt, nec video cauſſam, qua librarii nomen *Muſonii*, quod ex Plinio notum eſſe poterat, vide Lib III. Epiſt. XI. n. 5. corruperint, niſi *Annii* in exemplaribus reperiſſent. Reponendum ergo cenſeo *Annii Baſſi.*

6. *Memoriam tam grata praedicatione.*] Voſſ. & Helmſt. *memoriam tam gratam* grata *praed.* quod etiam voluit Ed. Vet. *memoriam tam* gratiam *grata praed.* Sed nihil tale in Optimo viſitur; & recte editores neglexerunt, cum nec ſenſus tale additamentum poſtulet Dictionem *memoriam extendere* illuſtrabit nota ad Lib. V. Epiſt. VIII. n. 1. *aliorumque* famam *cum ſua* extendere.

7. *Ediderit pulchrum.*] Scribe, *ediderit. Pulchrum iſtud.* CASAUB. Optime Caſaubonus, & diſtinctionem illam recepi, licet Medicei auctoritatem hic ſpectare non potuerim, qui a verbo *ediderit* uſque ad *querantur* omnia omittit. Vulgaris illa diſtinctio lepidas varietates in ceteris Codd. peperit. Helmſt. & Arnz. *ediderit pulchrum.* Studet varietate *ipſa prob.* Voſſ. *ediderit pulchrum.* Sed & varietate *ipſa prob.* quod Gryphius amplexus eſt. Ed. Vet. *pulchrum* ſtili varietate *ipſa prob.* Sed genuinum eſt, quod editur. Lib. I. Epiſt. XVII. n. 2. Pulchrum, & *magna laude dignum*, *amicitia principis in hoc uti* cet.

8 *Ut querantur.*] Ut ſolum lamententur de amicis defunctis: nec aliud ultra pro mortuis faciant. An magis, ut de mortuis conquerantur, quod non fuerint in ſe liberales? CATAN. Poſterior interpretatio vera eſt.

XXXII. C. Plinius Fabato Prosocero Suo S.

Adveniſſe Caleſtrium Tironem Comum, & plurimos manumiſſos laetatur, praeſertim cum Fabato & Secundo publice ſuper hoc ſint actae gratiae.

DElector jucundum tibi fuiſſe Tironis mei adventum. Quod vero ſcribis oblata occaſione Proconſulis plurimos [1] manumiſſos, unice laetor. Cupio enim patriam noſtram omnibus quidem rebus augeri, maxime tamen [2] civium numero. Id enim oppidis firmiſſimum orna-
2 mentum. Illud etiam me, [3] non ut ambitioſum, ſed tamen juvat, quod adjicis, te meque & gratiarum actione & laude celebratos. Eſt enim, ut Xenophon ait, [4] ἥδιϛον ἄκȣσμα ἔπαινος, utique ſi te mereri putes. *Vale.*

XXXIII. C. Plinius Tacito Suo S.

Quaerit Secundus inſeri hiſtoriis Taciti, quas immortales auguratur. Monſtrat igitur quid de ſe ſcribere poſſit, illam ſcilicet vocem liberam & for-

tem

1. *Manumiſſos.*] Nam ſecundum Pauli ſententiam. ff. primo: *apud Proconſulem etiam in ea provincia, quam ſortitus non eſt, manumitti poteſt.* Catan. Lege ſupra Epiſt. XVI.

2. *Civium numero.*] Libertini originem patronorum, reſpondente Ulpiano, vel domicilium ſequuntur: item ex his naſcuntur, nam municipem aut nativitas facit, aut manumiſſio. Et conſtitutione Juſtiniani Libertinis eadem conceſſa libertas, quam manumiſſor habuit, cum prius Auguſtus manumittendi modum terminaſſet, praeſertim ne vinctus unquam tortusve quis ullo libertatis genere civitatem adipiſceretur. Catan.

3. *Non ut ambitioſum.*] Id eſt, περίεργον & captandae benevolentiae gratiaeque paratum. Nam & περιεργία ambitio eſt. Ut Lib. III. Epiſt. IX. *maxime favor & ambitio dominatur. Juvat* autem, delectat, eſt. Horatius: *Hoc juvat & melli eſt.* Buchner. Vide ad Lib. III. Epiſt. IX. n. 10. Mox Helmſt. & Ed. Vet. *juvat, quod* accidiſſe meque *& gratiarum actione* ut *laude celebratos.* Arnz. *adjiciſſe*; Voſſ *quod* ais eſſe te meque *gratiarum* cet. quod Gryphio, pro more, placuit. Primarius vulgatam tuetur, niſi quod cum Voſſ. *te meque* praeferat, pro *me teque*, idque, veluti modeſtius, textui dedi.

4. Ἥδιϛον ἄκȣσμα ἔπαινος.] *Res jucundiſſima auditu, laus,* vel, *Laus, res eſt quae libentiſſime auditur.* Quae autem ſunt in margine, ſignificant: Nulla humana voluptas numini eſt proprior, quam ea quae circa honores verſatur delectatio. Id eſt, quae ex honoribus percipitur. Utraque autem ſententia eſt in Hierone Xenophontis. Verum poſſit fortaſſis ἐϛὶ τȣ̃ θείȣ ἐγγυτέρω exponi etiam, *Propius ad naturam divinam accedit.* Sed apud Xenoph. non legitur ἐϛὶ, verum δοκεῖ εἶναι. Stephan. Veterrimus Graeca magno noſtro malo omittit, habetque praeterea: Eſt *enim ut* e *Xenopho.* Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *Eſt enim Xenophai*; Voſſ. *Eſt enim ut* Ξενοφανὴς ἔπαινος, in quo ſane aliquid arguti lateat. Graeca talia obſert Arnz. ταὶς τήλȣς ἱμεπκιρος, & in margine habet: ȣ̓κ εἰμι ματτις, credo, pro μάντις; ut ſuavis aliquis nugator indicare nobis voluerit, ſe non adſequi nec divinare poſſe, quae ſint verba Graeca, quis ſenſus. Ed. Vet. ταὶς τῆλοισι ἡμεπαινοη quae quidem a recepta ſcriptura longius abeunt, niſi refingere velis: ἄκȣσμα ἡδὺ ἔπαινος. Ita certe ultima vocabula veteri ſcripturae proxime accedunt, & poſitus non multum diverſus eſt ab illo, quo hoc dictum Xenophontis protulit Plutarchus Libr. An. Seni ſit ger. Resp. pag. 786. Adde P. Victor. Var. Lect. Lib. XIX. cap. XIII.

I. Im

tem in Senatu emiſſam adverſus Maſſam, contra quem advocatus pro Baeticis datus erat cum Senecione ſocio.

AUguror (nec me fallit augurium) hiſtorias tuas [1] immortales fu-
turas, [2] quo magis illis (ingenue fatebor) inſeri cupio. Nam ſi 2
eſſe nobis curae ſolet, ut facies noſtra ab optimo quoque artifice
exprimatur, nonne debemus optare, [3] ut operibus noſtris ſimilis tui
ſcriptor praedicatorque contingat? [4] Demonſtro ergo, quanquam di- 3
ligentiam tuam fugere non poſſit, cum ſit [5] in publicis actis, demon-
ſtro tamen, quo magis credas, jucundum mihi futurum, ſi factum
meum, [6] cujus gratia periculo crevit, tuo ingenio, tuo teſtimonio or-
naveris. Dederat me Senatus cum Herennio Senecione [7] advocatum 4
provinciae Baeticae contra Baebium Maſſam: damnatoque Maſſa cen-
ſuerat,

1. *Immortales.*] Perpetuas. Huic tamen augurio Secundi non recte aves addixerunt. Nam major & melior pars earum intercidit, quodque reliquum eſt, ſatis interciſum & exulceratum. CATAN.

2. *Quo magis &c.*] Similiter Cicero a Luccejo petebat, ut conſulatus ſui geſta Hiſtoriis inſereret, vel potius ſeorſim componeret. Vide elegantiſſimam ejus Epiſtolam (ipſe Lib. IV. ad Att. Epiſt. VI. *bellam* vocat) quae Lib. V. ad Familiares XII. eſt, & confer cum iſta. BUCHNER.

3. *Ut operibus* noſtris *ſimilis tui ſcript.*] Omnes recentiores ſcripti, Ed. Vet. & Aldus *noſtris* negligunt: habet tamen Veterrimus.

4. *Demonſtro* itaque.] Mediceus & ceteri MSS. cum Ed. Vet. *Demonſtro* ergo. Et cur diſplicuit? Sic Veterrimus Lib. II. Epiſt. XI. n. 13. *Erat* ergo *perquam oneroſum*, ubi vulgo: *Erat* igitur *perq. on.* Aliis etiam locis idem vitium deprehendimus. *Ergo* hoc loco jam Gryphius dedit. Mox recentiores ſcripti & Ed. Vet. *quamquam diligentiam tuam fugere non* poſſum *in publicis actis.* corrupte.

5. *In publicis actis.*] Sunt acta publica libri, in quibus publica, ut Senatuſconſulta, edicta, acclamationes, illuſtria geſta reſervabantur. Unde Taciti hiſtoriam *diurnales actus* appellamus, quod ſingulorum dierum acta contineat. Et idem Tacitus Lib. III. dixerat, exſequi ſententias haud inſtitui: niſi inſignes per honeſtum, aut notabile dedecus, quod praecipuum munus annalium reor, ne virtutes ſileantur, utque pravis dictis factisque ex poſteritate & infamia metus ſit. CATAN.

6. *Cujus gratia &c.*] Varie leguntur illa verba, quidam codices, *cujus gratia periclitatus ſum*, ex adſcripta vel ſuperſcripta potius interpretatione. In aliis eſt: *cujus gratia periculo cedit.* Legi poteſt vel, *cujus gratia periculum crevit*, vel *cujus gratia periculum creavit*, aut etiam: *periculo crevit.* CASAUBON. *Cujus gratia periculo crevit.*] Sic Palat. Editioque Aldina. omnis vetus, *periculo credit*, proxime ad verum. Recentiſſime cuſi: *cujus gratia periculum crevit.* GRUTER. Barthius ex vulgato *periculum crevit*, faciebat *periculum crevi*, i. adii, ut dicimus de hereditate; ſed id nimis contortum & revera abſonum eſt. Voſſ. *periculo caedit*; Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *periculo credit ſuo, ingen.* corrupte. Primarius: *periculo crevit.* Similiter Lib. IV. Epiſt. IX. n. 22. *Fecerat eum favorabilem renovata* diſcriminum *vetus fama*, *notumque* periculis *nomen.* Tale eſt illud Flori Lib. III. cap. XXI. n. 10. *Redit ab Africa Marius* clade major, *ſiquidem carcer, catenae, fuga, exſilium* horrificaverant *dignitatem.* Deinde in ſcriptis junioribus & Ed. Vet. a verbo *ornaveris*, usque ad nomen *Senecione* omnia deſunt, librarii errore, cui ultimae ſyllabae *nio* in vocabulis *teſtimo*nio & *Heren*nio impoſuerunt. Mediceus *Senicione.*

7. Advocatum *provinciae.*] Helmſt. *advocato*; Voſſ. *advocatus*, Ex quo obſcure colligas auctoris fuiſſe *advocatos*, ut infra n. 5. *cum ſimus* advocati *a ſenatu dati.* Dictum autem: *dederat me cum Senecione advocatos*, ut apud Florum Lib III. cap. X. n. 8. *Cottam* cum *Titurio Sabino* legatos *ibi amiſimus.* Eutrop. Lib. VIII. cap. XII. *Opilius deinde Macrinus* cum *filio Diadumeniano* facti *imperatores.* Talia plura notamus ad Salluſt. Cat. cap. XLIII. *Lentulus* cum *ceteris* conſtituerant, & ad Lucani Lib. IV. vs. 619.

Inmotumque caput *fixa* cum *fronte* tenentur.

CORTE.

ſuerat, ut bona ejus [1] publice cuſtodirentur. Senecio cum exploraſ-
ſet, Conſules [2] poſtulationibus vacaturos, convenit me: &, *qua
concordia*, inquit, *injunctam nobis accuſationem executi ſumus, hac ade-
amus Conſules, petamusque, ne bona diſſipari ſinant,* [3] *quorum eſſe
5 in cuſtodia debent.* Reſpondi; *Cum ſimus advocati a Senatu dati, di-
ſpice, num* [4] *peractas putes partes noſtras, Senatus cognitione finita?* Et
ille, *Tu, quem voles, tibi terminum ſtatues, cui nulla cum provincia neceſ-
ſitudo, niſi ex beneficio tuo, & hoc recenti: ipſe* [5] *& natus ibi, & Quaeſtor
6 in ea fui.* Tum ego, *Si fixum tibi iſtud ac deliberatum, ſequar te:* [6] *ut,
7 ſi qua ex hoc invidia, non tua tantum ſit.* Venimus ad Coſſ. dicit Sene-
cio, quae res ferebat: aliqua ſubjungo. Vix dum conticueramus, &
Maſſa, queſtus Senecionem non advocati fidem, ſed inimici amaritu-
8 dinem impleſſe, [7] impietatis reum poſtulat. Horror omnium: ego
autem, *Vereor*, inquam, [8] *clariſſimi Conſules, ne mihi Maſſa ſilentio ſuo*
[1] *prae-*

1. *Pubice.*] Ab iis qui curam aerarii habebant, & pecunias publicas cuſtodiebant. Nam *publicare* Ulpianus ad legem Juliam de adulteriis ſaepe uſurpat pro ad aerarium deferre & ſervos *publicos*, qui reipublicae ſunt. CATAN.

2. *Poſtulationibus vacaturos.*] Audituros ſupplices libellos. Senatus enim aliquando aliis intentus erat, ut expediendis poſtulatis per libellos, legationibus audiendis, tractandis principalibus rebus. IDEM.

3. *Quorum eſſe in cuſtodia debent.*] Haec verba non carent menda. Eſſet aliquid, ſi legeretur: *quae jam in cuſtodia eſſe deberent.* Sententia recta quidem: modo tamen certa. CASAUB. Vellem, declaraſſet vir doctiſſimus, ubi menda lateat. Intellige: *ne bona diſſipari ſinant* ab iis, *quorum eſſe in cuſtodia debent*, & videre licet multa ejus generis in nota ad Salluſt. Cat. cap. XIII n 2. *quippe* quas *honeſte habere licebat*, abuti *per turpitudinem properabant.* Sive etiam de ipſis conſulibus hoc *quorum* intelligas, Latinitas vitio carebit. Sic Lactantius Lib. II. cap. XVI. *Itaque nullum ſibi honorem tribui volunt*, quorum *omnis honor in deo eſt.* Idem Lib. III. cap. X. *In terram procumbere, ne ſi velimus quidem, poſſumus*, quorum *ſtatus rectus eſt.* Saepius hoc Provocabulum offendiculo fuit interpretibus, ut ſupra vidimus ad Epiſt. X. n. 3. ad Epiſt XX. n. 6. Infra Helmſt. Arnz. & Ed Vet. *cum* ſumus *advocati.* Deinde Mediceus, Helmſt. & Arnz *deſpice*, pro *diſpice*, ut Lib. I. Epiſt. V. n. 10. ubi dixi. CORTE.

4. *Peractas putes partes noſtras.*] Vide Scip. Gentil. II. de Juriſd. cap. XXIX. pag. 317. BARTH.

5. *Natus ibi.*] Mater me peperit in Baetica. Non ideo tamen intellige Senecionem fuiſſe Baeticum, cum potuerit ejus mater maritum in magiſtratu profectum ſecuta illic Senecionem parere. CATAN.

6. *Ut, ſi qua ex hoc invidia* erit, *non tua tantum* ſit.] Ita quidem vulgatae; ſed ſcripti & Edd. Vett. diſſentiunt. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *ut ſi qua ex hoc* invidia, *non tua tantum:* ſequar te: *Venimus* cet. ſimiliter Voſſianus, niſi quod is *ſequatur*, pro *ſequar te.* Manum Plinii ſervavit Optimus: *ut, ſi qua ex hoc* invidia, *non tantum* tua. *Venimus* &c. Sic ille, & verba *erit*, *ſit* ab interprete ſunt addita, quae libenter auctor lectoris intellectui permittit, quod paſſim vidimus, & Lib. VI. Epiſt. XVI. n. 14. & ſupra Epiſt. XX. n. 6. *nam mihi* primus, *qui a te* proximus.

7. *Impietatis.*] Crudelitatis. Nam cum pietas ſit officium & cultus, quem praeſtare debemus, non ſolum patriae, parentibus, neceſſariis, ſed etiam preſſis & reis: ejus contrarium erit impietas, cujus crimini is obnoxius videri poterat, qui peracto accuſandi officio adhuc damnatum Maſſam premeret; id crimen fuit ſub malis imperatoribus frequens, a Nerva vero & Trajano ſublatum. CATAN.

8. *Clariſſimi Conſules*] *Clariſſimi*, non niſi Conſules & Senatores, ut ex aliquot Digeſtorum Legibus patet, dicebantur: unde & Senatus, *Clariſſimus ordo* appellatus; qui Noſtro alibi *Ampliſſimus* dicitur. Una enim *Ampliſſimatus* & *Clariſſimatus* dignitas erat. Poſt, abſolute *clariſſimum* pro ſenatore; *clariſſimam* pro ſenatoris uxore poni coepiſſe,

[1] *praevaricationem objecerit, quod non & me reum poſtulavit.* Quae vox & ſtatim [2] excepta, & poſtea multo ſermone celebrata eſt. Divus quidem Nerva ([3] nam privatus quoque attendebat his, quae recte in publico fierent) miſſis ad me graviſſimis literis, non mihi ſolum, verum etiam ſeculo eſt gratulatus, cui exemplum (ſic enim ſcripſit) ſimile antiquis contigiſſet. Haec utcunque ſe habent, notiora, clariora, [4] majora tu facies: quanquam non exigo, ut excedas actae rei modum. [5] Nam nec hiſtoria debet egredi veritatem, & honeſte factis veritas ſufficit. *Vale.*

piſſe, ex Ammiano, utroque Codice, & aliis Caſaubonus ad Lampridium obſervat. BUCHNER. Vide noſtra ad Salluſt. Cat. cap. LI. n. 19. clariſſimi *viri*, *Conſulis*.

1. *Praevaricationem objecerit.*] Per hoc oſtenderit, quod vellem adjuvare ejus cauſam. Diximus enim praevaricationem eſſe diverſae partis opitulationem prodita cauſa ſua, quam advocatus ſuſceperat defendendam. CATAN.

2. *Excepta.*] Plauſu nempe. BARTH.

3. *Nam privatus quoque*] Placet magis ut legamus, *jam privatus his quae attendebat*, id eſt, jam ab officio Senatorio & publica cura remotus (excuſatione aetatis, de qua in praecedentibus.) Refert enim Philoſtratus ſeptimo, Domitianum juſſiſſe Nervam ſecedere Tarentum: ubi cum intellexiſſet Secundi vocem fortiſſimam in Senatu, ſcripſit ad eum literas graviſſimas, quibus congratulabatur temporibus ſuis adhuc inveniri, qui libere loquerentur. CATAN. Eſt ſane in Voſſ. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *jam privatus*; Veterrimus tamen *nam* praeſtat, quod Parentheſi convenientiſſimum eſt, ut apue Salluſt. Jug. cap. LXIII. n. 6. *Tamen is ad id locorum talis vir* (nam *poſtea ambitione praeceps datus eſt*) *petere non audebat.* adde Lucan. Lib. V. vs. 612. Porro quae ſequuntur: *quae recte in publico fierent miſſis ad me*, in nullo recentiori MS. neque in Ed. Vet. habentur. Servavit tamen ea Optimus, & ſervavit *in publico* cum Aldus & Gryphius expreſſerint *in publicum.*

4. *Majora* tu *facies.*] Ut ſolent Hiſtorici. Vide Salluſt. Cat. cap. VIII. Non tamen negligendum, quod in Mediceo legitur: *majora* tu tu *facies.*

5. *Nam nec hiſtoria d. egredi v.*] Voſſ. *Nec enim hiſtoria*, quod Gryphius recepit. Vulgatae favet Mediceus, licet ille habeat: *Nam* haec *hiſtoria.* Helmſt. Arnz. & Ed. Vit. *Nam* omittunt. *Egredi* cum quarto Caſu jungi, probat Auctor ſupra Lib. VI. Epiſt. XX. n. 8. ubi *egreſſi tecta.* Alia collegimus ad Salluſt. Jug. cap. XXXV. n. 10. & Lib. I. Hiſt. pag. 954. ubi *egredi Romam*, & *egredi fines ſuos.* Mox Voſſ. *&* recte *factis*, pro *honeſte.*

C. PLINII CAECILII SECUNDI EPISTOLARUM

LIBER OCTAVUS.

PRAEFATIO

In librum VIII. ex notis Jani Gruteri.

Sciendum eſt, hunc librum octavum non inveniri in Palat. aut Edd. Vett. ſed ejus locum, nomenque occupare ſequentem librum, qui nobis Nonus eſt. Abfuiſſe etiam Manuſcriptis Neuſtetterianis, inde conjicio; quod nihil ex eo produxit dexterrimae ſolertiae Modius noſter in Novantiquis. †

Epiſtola I. C. Plinius Secundus Septitio Suo S.

ARGUMENTUM.

Seceſſerat in Thuſcos, ſed in itinere libertinorum aliqui adverſam valetudinem contraxerant, praeſertim Encolpus lector, Secundi delitiae. Scribit tamen de illo bene ſperare.

Iter

† Quod Gruterus de Palatino teſtatur, id ita de Neuſtetterianis, ut omnibus recentioribus MSS. valet. Nam & Voſſ. Helmſt. Arnz. Oxon. hunc librum non agnoſcunt, ſtatimque *Nonum* ſubjungunt, cumque eo Voluminі finem imponunt. Solus ille Mediceus habet, ejusque unius fide hic nitemur. Aldo debent eruditi, quod pridem hic Liber inter ceteros Plinii lectus eſt, quod ille etiam in Indice editionis ſuae profitetur, eique vel propterea fides habenda, quia in plerisque adſentitur Mediceus. Verba Aldi ſunt in titulo: *Epiſtolarum Libri decem, in quibus multae habentur Epiſtolae non ante impreſſae. . . Item fragmentatae epiſtolae integrae factae. In medio etiam epiſtolae Libri VIII. de Clitumno fonte non ſolum vertici calx additus, & calci vertex, ſed decem quoque epiſtolae interpoſitae, ac ex Nono libro Octavus factus, ex Octavo Nonus, idque beneficio Exemplaris correctiſſimi & mirae, ac potius venerandae vetuſtatis.* Haec ille, cujus etiam Praefationem legas.

1. Expli-

ITer commode [1] explicui, excepto quod quidam ex meis
adverſam valetudinem [2] ferventiſſimis aeſtibus contraxerunt.
[3] Encolpius quidem lector, ille ſeria noſtra, ille delitiae, [4] exa- 2
ſperatis faucibus pulvere, ſanguinem rejecit. Quam triſte
hoc ipſi, quam acerbum mihi, [5] ſi is, cui omnis ex ſtudiis gratia, inha-
bilis ſtudiis fuerit. Quis deinde libellos meos ſic leget? ſic amabit?
quem aures meae ſic ſequentur? Sed Dii [6] laetiora promittunt. Stetit 3
ſanguis, reſedit dolor. Praeterea continens ipſe: nos ſolliciti, medici
diligentes. Ad hoc [7] ſalubritas coeli, ſeceſſus, quies, tantum ſalutis,
quantum otii pollicentur. *Vale.*

II. C. Plinius Calviſio Suo S.

Vendiderat emptoribus vindemias, cum maxima ſpes in vitibus apparet, ſed coeli intemperies graciles fructus praeſtitit: liberalitate tamen ſua Secundus

1. *Explicui.*] Peregi, abſolvi. Quinctilian. Declam. V. Explicare *non potui* navigationem *juvenibus quoque fortibusque difficilem.* Vide interpretes ad Phaedr. Lib. IV. Fab. VI. vs. 15.

Illic per artus fratris explicuit fugam:

& ad Cic. XV. ad Attic. Epiſt. XVII.

2. *Ferveſcentibus actibus.*] A Catanaeo hoc fluxit, ita tamen, ut operarum potius, quam ipſius vitium eſſe exiſtimen, ſiquidem omni ſenſu deſtituitur. Aldus recte *ferventiſſimis aeſtibus*, & adſentiuntur Membranae unicae.

3. *Encolpus.*] Libertus quaſi in ſinu tenendus & amplectendus. Nam ἐν *in* κόλπος *ſinus.* Nomen amato puero conveniens. Unde Mart. bis meminit *Encolpum* dilectum ab Aulo Pudente. Lampridius refert *Encolpum*, qui vitas Imperatorum ſcripſit, ſub Alex. Severo claruiſſe, & illo familiaritet uſum. Catan. *Encolpius quidem.*] Eruditi & opulenti homines inter alia miniſteria habebant quoque, qui ipſis coenantibus, lavantibus, aut vigilantibus noctu, aut alio tempore, libros vel aliorum, vel ſuos legerent, cujusmodi ſervum Noſter hoc loco *Lectorem* abs re appellat, ut & ſupra Lib. III. Epiſt. V. *Super coenam liber* legebatur, *annotabatur, & quidem curſim. Memini quemdam ex amicis, cum* lector *quaedam perperam pronunciaſſet, revocaſſe, & repeti coegiſſe.* Huc pertinet, quod paulo poſt ibidem ſubjicit: *Dum diſtringitur* (in balneo) *tergiturque, audiebat aliquid, aut dictabat.* Suetonius Auguſto cap. LXXVIII. *Si interruptum ſomnum recuperare, ut evenit, non poſſet;* Lectoribus *aut fabulatoribus arceſſitis, reſumebat producebatque ultra primam ſaepe lucem. Anagnoſtae* Graeco vocabulo appellat Cicero Lib. I. ad Attic. Epiſt. IX. & Lib. V. ad Famil. Epiſt. IX. Buchner. Adde Lib. III. Epiſt. I. & V. Catanaeus & ſequaces *Encolpus*; ſed Aldus, Gryphius & Mediceus *Encolpius*, ut apud Petronium & alibi.

4. *Exaſperatis faucibus.*] Pulvere fauces exaſperari & laedi, inde tuſſim oriri, ac ſanguinem rejici teſtatur Celſus. Catan.

5. *Si* is, *cui omnis e. ſ. gratia, inhabilis ſ. f.*] Mediceus: *ſi*, cui *omnis ex ſtudiis gratia*, ſi *inhabilis ſtudiis fuerit.* Et de abſentia τοῦ *is* nemo queretur, qui inſpexerit locum ſupra ad Lib. VII. Epiſt. XXXIII. n. 4. indicatum. Nec illud *ſi* in tali ſollicitudine repetitum diſplicebit, qui cogitaverit, repetitionem illius ſingulatim particulae, adſtruxiſſe Viros doctos ad Flori Lib. II. cap. VI. n. 19. & J. Fr. Gronov. ad Senec. Epiſt. CXV. quod etiam de *an*, *ut*, aliisque dudum adnotatum eſt viris doctis. Vide ad Lib. II. Epiſt. XVIII. n. 2. Meo certe judicio adprobanda eſt veterrima lectio. Corte.

6. *Laetiora.*] Jucundiora, proſperam valetudinem. Fuit in ſecunda lectione, *ſed dulciora promittunt medici.* Catan. Mediceus, & impreſſi, quos conſuluimus, ut editur.

7. *Salubritas coeli.*] In deſcriptione villae in Thuſcis ſalubritatem regionis laudavit, quod ibi eſſet aer purior & liquidior. Catan.

cundus negotiatoribus ſubvenit, remittendo aliquibus octavam partem, quibusdam decimam: quod non ſine gloria Calviſio exponit.

ALII in praedia ſua proficiſcuntur, ut locupletiores revertantur;
ego ut pauperior. Vendideram [1] vindemias certatim negotiatori-
bus ementibus: [2] invitabat pretium, & quod tunc, & quod fore vi-
2 debatur: ſpes fefellit. Erat expeditum, omnibus remittere aequaliter,
[3] ſed non ſatis aequum. Mihi autem egregium inprimis videtur, ut fo-
ris, ita domi: ut in magnis, ita in parvis: ut in alienis, ita in ſuis,
3 agitare juſtitiam. Nam [4] ſi paria peccata, pares etiam laudes. Itaque
omnibus quidem, nequis [5] mihi non donatus abiret, partem octavam
pretii, quo quis emerat, conceſſi: [6] deinde his, qui ampliſſimas ſum-
mas emptionibus occupaverant, ſeparatim conſului. Nam & me ma-
4 gis juverant, & majus ipſi fecerant damnum. Igitur his, [7] qui pluris,
quam decem millibus emerant, ad illam communem, & quaſi publicam
octa-

1. *Vindemias.*] Vitium fructus, jus demendi uvas a meis vineis. CATAN.

2. *Invitabat pretium & quod tunc.*] Membranae: *Invitabat ſpes fefellit*, media deſunt, quae tamen ſenſus requirit. Aldus: *& quod* forte *videbatur.* corrupte.

3. *Sed non ſatis aequum.*] Nam diverſa emptorum conditio erat. Alii enim majores, alii minores ſummas occupaverant emptionibus: alii praenumerarant aliquantum, alii aliquid, alii omnino nihil. Quare, ut alii magis, alii minus juverant Plinium, & ſic vel majus, vel minus damnum fecerant; ita non remittendum aequaliter omnibus erat, ſed pro conditionis ratione cuique conſulere, aequitas poſtulabat, ut in ſequentibus Plinius ipſe oſtendit. BUCHNER.

4. *Si paria peccata.*] Sunt ſecundum opinionem Perſae, & Zenonis Stoicorum, qui *paria peccata* exiſtimant. Dicunt enim, ſi verum vero majus non eſt, nec falſum fàlſo majus erit, ita nec fraus fraude, nec peccato peccatum: ut, qui centum ſtadiis abeſt Mediolano, & qui uno, aeque Mediolani non eſt: ita qui minus peccat, & qui amplius, aeque in recto opere non ſunt. Hinc M. Tullius pro Murena: *Dicunt Stoici omnia* peccata *eſſe* paria, *omne delictum ſcelus eſſe nefarium, nec minus delinquere eum, qui gallum gallinaceum, cum opus non fuerit, quam qui patrem ſuffocaverit.* Hanc rem latius idem tractat III. Paradoxo, multis obtinens argumentis, *peccata* eſſe *paria*. CATAN.

5. *Mihi non donatus abiret.*] Ex Virgilii V. Aeneid. vs. 305.

6. *Deinde* iis.] Membranae *his*, & infra: *Igitur his.* Male autem *ſeparatim conſuli* eaedem, pro *conſului.*

7. *Qui pluris, quam decem millibus.*] A quibus decem millia nummum, noſtros 250. Philippos accipere debuit, ab illis octo millia ſeptingentos quinquaginta, noſtros ducentos octodecim Philippos, 7½ denarios, ſive ſchillingos, accipere ſatis habuit: detractis mille ducentis quinquaginta nummis ſeſtertiis, Philippis triginta uno, 2½ denariis. Haec enim eſt octo decem millium. Octava eadem, quae ſeſcuncia. Octo enim ſeſcunciae faciunt duodecim uncias. De octo igitur unciis una demitur uncia: velut de 6666. ſeſtertiis beſſe (efficiunt nummi noſtri centum ſexaginta ſex Philippos, ſex denarios ſive ſchillingos, quatuor obolos ſive ſtuferos & dimidiatum) ſeſtertii octingenti triginta tres triens, qui Philippi 10, 8. denarii, 2. oboli: & de quatuor ſequentibus unciis, ſummam 3333. ſeſtertium nummum trientis, hoc eſt, 83. Philippos, 3. denarios, obolum & dimidium oboli efficientibus, de his, inquam, demitur ſemuncia, quae continet ſeſtertios quadringentos ſedecim beſſem, id eſt, decem Philippos, quatuor denarios vel ſchillingos, obolum ſive ſtuferum. Hae duae ſummae conjunctae, nimirum uncia 833. triens & ſemuncia 416. bes, conficiunt octavam 1250, quam dixi. GRONOV.

1. *Deci-*

octavam, addidi [1] decimam ejus ſummae, qua decem millia exceſſerant.
Vereor, ne parum expreſſerim: apertius [2] calculos oſtendam. Si qui forte 5
quindecim millibus emerant, [3] hi & quindecim millium octavam, & quinque millium decimam tulerunt. Praeterea cum reputarem, quosdam ex
debito aliquantum, quosdam aliquid, quosdam nihil repoſuiſſe: [4] nequa- 6
quam verum arbitrabar, quos [5] non aequaſſet fides ſolutionis, [6] hos benignitate

1. *Decimam ejus &c.*] *Decumavimus* aliter, i. decimam detraximus. Vocabulum frequens apud hiſtoricos, cum volunt oſtendere decimum quemque ab Imperatoribus interfectum, quorum aliqui ut erant mitiores viceſimabant, quidam etiam centeſimabant. Auctor Julius Capitolinus. Quidam tamen non legunt *decumavimus* ejus ſummam, quae decem millia exceſſerat, ſed *addidi decimam ejus ſummae, quae decem millia exceſſerat.* CATAN. Peſſimum illud: *decumavimus ejus ſummam*, ortum eſt fortaſſe ex ſcriptura Medicea: *addidi* decumam *ejus ſummae*, quam Orthographiam ſupra etiam ex iisdem membranis adnotavimus: neque vulgo ignota ſunt *decumus fluctus*, *decumanus*, *decumatus* & ſimilia. Ipſe Tullius II. de Offic. cap. XVII. *decumae nomine*, ubi Manutium conſule, & Columella Lib. V. de R. R. *pars decuma.* Porro unicus ille Codex: *ejus ſummae*, qua *decem millia* exceſſerant. eleganter. Haud nego, recte etiam dici *ſummam excedere*; ſed alterum non protriti uſus, & tamen probati eſt. Nam ſextus ille Caſus non ſine vi, non ſine ſpecie verbis adjicitur, ut jam dictum ad Lib. I. Epiſt. XXIII. n. 2. & alibi pluribus illuſtratum. Eadem Conſtructione Auctor Lib. II. Epiſt. XI. n. 2. exceſſiſſe *Priſcum* immanitate *&* ſaevitia *crimina, quibus dari judices poſſent:* quo pacto Cicero Verbum *ſuperare* ſaepiſſime tractat. Eamdem confirmat illud Lib. VII. Epiſt. XVIII. n. 3. *Et ager ipſe, propter id, quod vectigal. large* ſupercurrit, *ſemper dominum inveniet.* Adamavit iſtam elegantiam etiam major Plinius, apud quem ſaepius: *Lotos alvum* baccis *ſiſtit*; ſemine *alvum ſolvunt*; folio *prodeſt*, de quo genere vide Gronov. ad Lib. XXII. Hiſt. Nat. cap. XIII. & XXII. & nos ad Lucani Lib. X. vs. 245. CORTE.

2. *Calculos.*] Supputationem, rationem pecuniae: lapillis enim computabant, quod nunc aliqui obſervant. Et ideo. ff. quarto Paulus *calculi rationem*; & Valerius, *Si ad calculos revocetur*; ac Juvenalis Satyr. IX. *Ponatur calculus*; & Columella Lib I. *Compoſito calculo perfecti operis rationem computant*, dixerunt. CATAN. Mediceus: *apertius* calculo *oſtendam.*

3. *Hi & quindecim millium octavam, &c.*] Quindecim millium nummum ſeſtertium, hoc eſt, 375. Philippum, octava ſunt 1875. nummi ſeſtertii, ſive Philippi 46, octo denarii, quatuor oboli & hemiobolion. Quinque ſeſtertia ſive quinque millia nummum ſeſtertium ſunt noſtri 125. Philippi. Horum decima ſunt ſeſtertii nummi quingenti, Philippi duodecim & dimidiatus. Hi quingenti nummi additi mille octingentis quinque & ſeptuaginta efficiunt duo millia trecentos ſeptuaginta quinque, noſtros 59. Philippos, tres denarios vel ſchillingos, quatuor obolos & dimidiatum. Tantum igitur de quindecim millibus ſibi detrahi paſſus eſt Plinius, & cum poſſet 375. Philippos exigere, ſolummodo 315. Philippos, ſex denarios, obolum & dimidium oboli exegit, ſeſtertium nummum duodecim millia ſexcentos quinque & viginti. GRONOV.

4. *Nequaquam verum arbitrabar.*] Sic Aldina editio, Catanaei *juſtum arbitrabar*, non recte. *Juſtum* enim nihil aliud, quam interpretatio verbi alterius. GRUTER. *Verum.*] Aequum & juſtum. Horatius Lib. I. Epiſt. VII.

Metiri ſe quemque ſuo modulo ac pede, verum eſt.

Verum eſt, id eſt, decet ac par eſt Priſcianus Lib. XVIII. *Juſtum pro vero, & verum pro juſto frequenter tam nos, quam Attici ponimus* BUCHNER. Etiam MS. *verum arbitrabar*, & hoc idem notare, quod aequum & juſtum, poſt Servium multi docuere, quorum aliquot laudavimus ad Salluſt. Cat. cap. XXXV. n. 2. quibus adde Daviſium ad Cic. II. Academ. cap. VI. *Neque enim* verum eſſe, *ulla ratione diſputare cum iis, qui nihil probarent.* Vtitur & Livius, ut Lib. II. cap. XLVIII. Lib. XXIII. cap. XI. Lib. XXXII cap. XXXIII. Lib. XXXIX. cap. XXVII. Lib. XL cap. XVI. & alibi.

5. *Non aequaſſet fides ſolutionis, &c.*] Qui non fuiſſent aequales in ſolutione debiti: tractare eos aequaliter in remiſſione, juſtum non putavi. CATAN.

6. *Hos benignitate remiſſionis* aequare.] Ita omnes

7 tate remiſſionis aequare. Rurſus ergo iis, qui ſolverant, decimam remiſi. Per hoc enim aptiſſime & in praeteritum ſingulis pro cujusque merito gratia referri, & in futurum omnes cum ad emendum, tum
8 etiam ad ſolvendum allici videbantur. Magno mihi [1] ſeu ratio haec, ſeu facilitas ſtetit: [2] ſed fuit tanti. Nam regione tota, & novitas remiſſionis, & forma laudatur. [3] Ex ipſis etiam, [4] quos non una (ut dicitur) pertica, [5] ſed diſtincte gradatimque tractavi, quanto quis melior & probior, tanto mihi [6] obligatior abiit, expertus non eſſe apud me, [7] Ε'ν δ' ἰῇ τιμῇ ἠ μὲν κακὸς, ἠδὲ καὶ ἐσθλός. *Vale.*

III.

mnes impreſſi. Scriptus *aequare*, nihilo deterius, ſi non melius: niſi forte malis: *hos* benignitatem *remiſſionis* aequare, ut modo *fides aequat*, & apud Lucan. Lib. V. vs. 290.

— — facinus, *quos inquinat*, aequat.

ubi vide. Mihi tamen ſcripta lectio probatur. D. Matthaeus cap. XX. comm. 12. ὅτε ὗτοι οἱ ἔσχατοι μίαν ὥραν ἐποίησαν, ἴσυς ἡμῖν αὐτὺς ἐποίησας Corte.

1. *Seu ratio, &c.*] Sive certis adductus rationibus, ac deliberato conſilio; ſive naturae meae facilitate id fecerim. Buchner.

2. *Sed fuit tanti.*] Sed famam & gloriam mihi comparavi, hoc enim retuli ex liberalitate noſtra Catan. Multa hujus generis ad Lucan. Lib. II. vs. 62.

Vix tanti fuerat *civilia bella movere,*
Ut neuter. (imperaret)

3. *Ex ipſis.*] Ordo & ſenſus eſt; Quanto quis melior & probior ex ipſis, quos non una pertica, ut eſt in proverbio, tractavi: ſed tractavi diſtincte & gradatim: tanto abiit obligatior mihi, cum ſit expertus, ſe non eſſe obligatum mihi ex remiſſione debiti. *Diſtincte gradatimque* magis placet, quam *deſtinate*, quoniam illos per gradus debiti ſeparatim donaverat. Catan.

4. *Quos non una &c.*] Id eſt, non uno menſus modulo ſum, ſive, non una ratione tractavi. *Pertica*, virga longior menſuraeque genus eſt, qua Gromatici in menſurandis agris utebantur. Vet. Gloſſ. *Pertica*, κανὼν, κάμαξ. Valerius Cato in Diris:

Pertica *quae noſtros metata eſt impia agellos.*

Habebat *pertica* paſſus duos, pedes decem (unde & *decempeda* appellata) aliquando tamen & plures. Vide Gromaticorum Veterum fragmenta a Rigaltio edita pag 297. & 330. Ubi *pertica* quaſi *portica* dicitur: quod in menſuris ſola portetur. Inepte. Potius, quaſi *pertiga*, a tangendo, ut Julio Caeſ. Scal. videbatur. Plura de *Perticis* Salmaſius Exercitationibus Plinianis videri poteſt. Buchner. Sic exponit etiam Eraſmus Chil. IV. Cent. V. n. 36.

5. Sed *diſtincte gradatimque tractavi.*] Catanaeus, ut ſupra vides, reperit: *ſed* deſtinate *gradatimque*, quod aperte falſum eſt & damnatur a Mediceo Is vero *ſed* omittit, & hanc particulam poſt *non* ſaepiſſime negligi, docui ad Salluſt. Cat. cap. XXXIII. extr. *Sin reticeat* non *ſociis ſaluti fore*, ſeſe *ſuasque ſpes corrupturum*, ut eſt in MSS. pro vulgato: *ſed ſe.* vide plura ad Ej. cap. XXI. n. 2. & ad Lucani Lib. II. vs. 85.

——— ——— non *ille favore*
Numinis, ingenti *ſuperum protectus ab ira.*

quo Vir Summus ſine cauſſa offendebatur. *Gradatim* habet ſupra Lib. II. Epiſt. VI. n. 2. *nam* gradatim *amicos habet.* Corte.

6. *Obligatior.*] Beneficio magis obſtrictus devinctusque. Ita enim *Obligare* verbum ſaepiſſime Noſtro uſurpatur Buchner. Vulgo omnes: *obligatior* abit; ſed Optimus *abiit*, quod ſenſus poſtulat. Formula talis, ut illa ſuperior ex Marone, *non donatus* abibit. Manilius Lib. V. vs 162.

Ille prius victor ſtadio, quam miſſus, abibit.

Plura de illa, meretur enim, dixi ad Salluſt. Jug. cap. CX. extr. *ſi quid meque vobisque dignum petiveris, haud repulſus* abibis. Graeca in membranis deſiderantur.

7. Ε'ν δ' ἰῇ τιμῇ ἠ μὲν *&c.*] Verba ſunt ex Lib. IX. Iliados vs. 319. Achillis ad Ulyſſem, quae ſic ad nos transferri poſſunt: *In eodem autem precio, & malus atque bonus.* Steph.

III. C. Plinius Sparſo Suo S.

Laetatur Sparſo placuiſſe librum ſuum: contra quem monet, ſe favere orationi jam publicatae: ſed iterum emendandae reſumptae.

Librum, quem noviſſime tibi miſi, ex omnibus meis vel maxime
placere ſignificas. Eſt eadem opinio cujuſdam eruditiſſimi. Quo 2
magis adducor, ut neutrum falli putem; quia non eſt credibile utrum-
que falli, [1] & quia tam blandior mihi. Volo enim proxima quaeque
abſolutiſſima videri: & ideo jam nunc [2] contra iſtum librum faveo
orationi, quam nuper in publicum dedi: communicaturus tecum, ut
primum diligentem tabellarium invenero. Erexi exſpectationem tuam, 3
quam vereor, ne [3] deſtituat oratio in manus ſumpta. Interim tamen
tanquam placituram (& fortaſſe placebit) exſpecta. *Vale.*

IV. C. Plinius Caninio Suo S.

Caninium incitat, paratum ad ſcribendum bella, quae Trajanus confecit contra Dacos: latenter indicans modum, quem in ſcribendo ſervare deberet. Unum imprimis petit, ut rudia & impolita carmina ad ſe mittat, quod judicabit amoris ſingulare teſtimonium.

Optime

1. *Et quia* tantum *blandior mihi.*] Gryphius & Sichardus: *& quia* tam *blandior mihi*; Aldus: *& quia* tamen *blandior mihi*, quomodo & membranae. *Tamen* & *tantum* in libris Vett. millies confunduntur quidem; hic tamen faverem Gryphianae ſcripturae contra Vulgatam. Neutrum falli puto, quia *tam* blandior mihi, h. e. *adeo* blandior mihi, adeo noviſſima mea amo, ut ita ipſe quoque exiſtimem. *Tam* enim eſt adeo, tantopere, quod oſtendit Cl. Burmann. ad Valer. Flacc. Lib. V. vs. 542. tam *meritis*, & Cl. Drackenb. ad Silii Lib. XVI. vs. 606.

— *cui* tam ſupereſt *& gloria & aetas.*

Apulejus I. Metam. pag. 18. Tam *jam nec amicis quidem noſtris, vel omnino ullis hoſpitibus* parcitis. Ovidius Her. Epiſt. III. vs. 67.

Si tibi tam *reditusque* placent, *patriique penates.*

ubi Heinſium legas. Corte.

2. *Contra iſtum librum.*] Diverſae materiae ab iſto, quem tibi miſi, & in publicum dedi: nam alter gravia, alter jocoſa continebat. Eſt alia lectio, *& ideo jam nunc contra iſtum librum faveo orationi, quam nuper in publicum dedi*: ut ſit ſenſus, ideo ad aemulationem iſtius libri faveo orationi abſolutiſſimae, quam nuper publicavi, & quamprimum ad te mittam, ut te judicem faciam. Catan. Aldus & Mediceus editam lectionem tuentur, quae ſola genuina eſt. Dixerat, ſe de ſcriptis ſuis ita exiſtimare, ut noviſſima ſemper pro abſolutiſſimis habeat. Quia itaque poſt librum Sparſo miſſum orationem in publicum dederat, eam, pro more ſuo, meliorem judicabat, quam illum librum. Capitolinus Vero cap. VI. *Denique etiam praeſens & cum Marco ſedens multas a Venetianis paſſus eſt injurias, quod turpiſſime* contra eos faveret. ubi Caſaubonum & Salmaſium conſulere par eſt.

3. *Deſtituat.*] Fruſtretur, protrahat. Oratio eadem quam emiſerat, ſed iterum emendare volebat. Catan. Lib. II. Epiſt. X. n. 2. *magna etiam longaque* exſpectatio eſt, quam fruſtrari *adhuc & differre non debes.* Eumen. Paneg. Conſtant. cap. I. *Quorum ego* exſpectationem fallam *brevitate dicendi.* De verbo *Deſtituit* vide ad Lucani Lib. II. vs. 726.

1. *Bel-*

Optime facis, quod [1] bellum Dacicum ſcribere paras. Nam quae tam recens, tam copioſa, [2] tam lata, quae denique tam poetica,
2 & (quanquam in veriſſimis rebus) tam [3] fabuloſa materia? Dices [4] immiſſa terris nova flumina, [5] novos pontes fluminibus injectos, inſeſſa caſtris [6] montium abrupta: pulſum regia, [7] pulſum etiam vita regem [8] nihil deſperantem. Super haec actos bis triumphos: quorum alter

1. *Bellum Dacicum.*] Quod contra Decebalum Regem Trajanus geſſit: de quo Dio Lib. LXVIII. qui omnino legendus, iis, quae ſubjungit Noſter, rectius intelligendis. Buchner.

2. *Tam lata*, quae *denique tam poetica.*] Membranae: *tam* late *denique tam poetica*, ut reliquiſſe videatur; *tam lata*, *denique tam poetica*, abjecto Pronomine. Video tamen ſimul cauſſam, qua corrumpi potuit librarius, ideoque nihil muto.

3. *Fabuloſa.*] Miranda & fabulis proxima. Hujus expeditionis praeter alios meminere Euſebius in Chronicis, & Claudianus in laudibus Honorii: quorum poſterior inquit:

—— —— *Nec tali publica vota*
Conſenſu tradunt atavi caluiſſe per orbem,
Dacica *bellipotens cum fregerit Ulpius* arma:
Atque indignantes in jura redegerit arctos,
Cum cinxere faces Hypanin: mirataque leges
Romanum ſtupuit Moeotica terra tribunal.

Julius etiam Frontinus in praefatione ad Celſum, de menſurarum ratione, hujus expeditionis meminit. Catan.

4. *Immiſſa.*] Commiſſa, per pontes. Nam novi & mirandi operis pontem ſtruxit ſuper Danubium: cum eum non poſſet propter coenum divertere. *Vel immiſſa*] In novum alveum traducta. Sargetiam enim flumen, juxta Decibali regiam, per alia deduxit, quod mortuo rege compererat ſub illo theſauros conditos: quamvis per quoſdam captivos flumen Decibalus divertiſſet, & ſolum ejus effodiſſet, ac ibi maximam auri & argenti copiam ceterarumque rerum precioſarum, quae corrumpi ab aqua non poterant, congeſſiſſet, ac lapidibus antrum concluſiſſet: deinde fluentem ſuperinduxiſſet. At Bicilis quidam regis amicus facti conſcius a Romanis captus rem detexit. Catan. Mediceus: *immiſſa* terras *nova flumina*, quod alibi probarem, ut illud Apuleji VIII. Metam. *timore hoc inani perfuncti longe pejores* inhaeſimus laqueos, ut Salluſtii III. Hiſt. *incumbere arma*, Senecae *incumbere haſtam*, Maronis *irrumpere thalamos*, Lucani *irrumpere animos*, *fores*, *inſilire puppim* & alia, quae vide ad Lucani Lib. IX. vs 152. & erunt fortaſſe, quibus idem hoc loco placeat. Ipſe tamen vulgatam ſervo. Vide infra Epiſt. XVII. n. 2.

5. *Novos pontes.*] In quibus admirabilis maxime, quem Danubio impoſuit Trajanus, de quo Lipſius Lib. III. Magn. Rom. cap. XIII.

6. *Montium abrupta.*] Poſtquam ipſa praerupta & montium cacumina conſcendere aggreſſus eſt, tumulos ex tumulis, cum maximis periculis occupans, & ad ipſam Dacorum regiam impulit, & a tergo Lucius hoſtes aggreſſus, multis interfectis plures captivos fecit. Dion. Catan. Lucan Lib. VI. vs. 16.

Quemque vocat collem Taulantius incola petram.

Inſedit caſtris.

7. *Pulſum.*] Privatum: nam Decibalus, ut regiam ſuam, & univerſam regionem captam ab hoſtibus vidit, parumque abeſſe quin caperetur, ſibi manus intulit, ejusque caput Romam delatum eſt: inde tota Dacia Romanis paruit imperiis. Catan.

8. *Nihil deſperantem.*] Antequam regia caperetur. Verumtamen Graeci tradunt extimuiſſe Trajani in ſe motum: utpote non ignarum prius non Romanos, ſed Domitianum viciſſe: tunc vero bellum geſturum, & contra Romanos & Trajanum Imperatorem: cujus virtutes, praeſertim bellicas admirabantur omnes. Victus igitur primum pacem petitam impetravit, juſſus arma, machinas, & earum opifices, transfugasque tradere, & caſtella demoliri, abſtinere a regione capta, amicos, & hoſtes Romanis ſuos putare eoſdem. In has tamen conditiones invitus conceſſit: deinde Trajanum adiens, & humi procumbens, adoravit. Legati ab eo ad Senatum miſſi, & pacem, & arma impetrarunt, pro quibus Trajanus triumphavit, & Dacici cognomen accepit. Sed poſtquam renunciabatur, Decibalum contra foedera multa patrare, arma parare, legationes ad finitimos mittere, non parentes imperiis depopulari, Jazygibus partem agri ademiſſe, Senatus hoſtem judicavit, & Trajanus non per legatos, ſed ipſe exercitus dux ſecundo bellum intulit: in quo poſt multa diſcrimina hoſte ad internecionem deducto iterum triumphavit. Idem.

1 *Haec*

alter ex invicta gente primus, alter noviſſimus fuit. Una, ſed maxi- 3
ma difficultas, quod [1] haec aequare dicendo, arduum, immenſum, etiam tuo ingenio, quanquam altiſſime adſurgat, & [2] ampliſſimis operibus increſcat. Nonnullus & in illo labor, ut [3] barbara & fera nomina, inprimis [4] regis ipſius, Graecis verſibus non [5] reſultent. Sed 4
nihil eſt, quod non arte curaque, ſi non poteſt vinci, mitigetur. Praeterea, ſi datur Homero & mollia vocabula & Graeca [6] ad lenitatem verſus [7] contrahere, extendere, inflectere: cur tibi ſimilis audentia, praeſertim non delicata, ſed neceſſaria, [8] negetur? Proinde, 5
[1] jure

1. *Haec* aequare *dicendo:*] Ὅσον γὰρ εἴη πρᾶγμα, τοσοῦτον καὶ ὁ λόγος ᾧ χρῆσαι, inquit Labotas apud Plutarch. Lacon. Apophthegm. pag. 224. & hinc frequens formula apud Graecos τοῖς πράγμασι τοὺς λόγους ἐξισῶσαι, quod Hiſtorici praecipuum officium eſſe, docet Criſpus Cat. cap. III. n. 2. *primum quod facta dictis ſunt exaequanda.* ubi nos quaedam, plura Cl. Waſſius, quibus adde Longinum περὶ ὕψους Sect. XXXVIII.

2. *Ampliſſimis operibus.*] In ampla materia ampliſſime tuum ingenium accreſcit, ut illi par ſit, vel *Ampliſſimis operibus,*] A te editis praeclaris ſcriptis. CATAN. Prior interpretatio vera eſt, & male Aldus: *ampliſſime operibus increſcat. Ampliſſima opera* dicuntur facta magna, res geſtae magnificae. Salluſt. Cat. cap. VIII. n. 2. *Athenienſium* res geſtae *ſatis* amplae *magnificaeque fuerunt. Increſcit* autem bene ſubjungit verbo *adſurgit*, quaſi ingenium cum ipſis rebus augeatur, eaſque etiam ſuperet. Hoc enim *increſcere* notat.

3. *Barbara.*] Qualia Vezenas, Sarmiſegetuſa. Mela teſtatur barbara poſſe vix eloqui Romano ſermone; & Nazarius, *Immanitas*, inquit, *barbariae in ipſis vocabulis adhibet horrorem.* CATAN. De tali difficultate Rutilius Lib. I. Itiner. vs. 419.

Optarem verum complecti carmine nomen,
Sed quoſdam refugit regula dura pedes.

Prudentius Paſſ. IV. vs. 161.

Quatuor poſthinc ſupereſt virorum
Nomen extolli, renuente metro,
Quos Saturninos memorat vocatos
Priſca vetuſtas

& quae ſequuntur, adde Caſtalionem ad Rutilium. Sidonius Carm. XXIII.

Horum nomina cum referre verſu
Adſictus cupiat, metrum recuſat;

Inde illud ridiculum Galfridi de Vinoſalico Poetriae ſuae Dedicatione:

Papa, ſtupor mundi, ſi dixero Papa NOCENTI,
Acephalum nomen tribuam tibi; ſi caput addam,
Hoſtis erit metri cet.

4. *Regis ipſius.*] Hoc fecit ut auctoritate Oroſii, qui in multis ſecutus eſt Tacitum. Credam ipſum Dacorum regem appellatum *Diurpaneum*, poſtea aliqua ratione *Decibalum* vocatum: ſic enim & Graeci, & Secundus ad Trajanum nominant. CATAN.

5. *Reſultent.*] *Reſultent*; vel quia propter ſyllabarum modulos male congruant generi carminis, vel ſono horribili id durum ac odioſum efficiant. Similiter Maro, quae coeperat condere de Albanorum Regum geſtis carmina, aſperitate nominum deterritus, omiſit, quod ad Eclogam VI. Servius notat. BUCHNER.

6. *Ad lenitatem.*] Hinc Servius *Sicarbam* a Virg. appellatum putat *Sicheum*, tanquam mollius nomen. Nam ſecundum Senecam, poetae non putant ad rem pertinere verum nomen dicere: ſed aut neceſſitate coacti, aut decore corrupti, id quemque vocari jubent, quod belle facit ad verſum. CATAN.

7. *Contrahere.*] Abbreviare, ut verſum exaſperet, pro qualitate rei, quam tractat. Sunt enim in illo, quae verborum monſtra litteratoribus videntur. IDEM.

8. *Negetur.*] Menbranae: *non detur.* Eadem varietas Lib. II. Epiſt. VIII. n. 3. *Nunquamne hos artiſſimos laqueos, ſi ſolvere* negatur, *abrumpam?* MS. Voſſ. *ſi ſolvere* non datur. Lib III. Epiſt. VII. n. 14. *Sed eo magis hoc, quidquid eſt temporis, ſi* non datur *factis, certe ſtudiis proferamus, & quatenus nobis* denegatur *diu vivere*, cet. Sic *datur*, *datum eſt* ſaepius apud Noſtrum, ut Lib I. Epiſt. X. n. 5. Lib. III. Epiſt. I. n. 1. Lib. VII. Epiſt. XIX. n. 7. Lib. VIII. Ep. XVIII. n. 5. Lucan. Lib. IX. vs. 928.

— nec

[1] jure vatum, invocatis Diis, & inter Deos, [2] ipſo, cujus res, opera, [3] conſilia dicturus es, [4] immitte rudentes, pande vela, ac ſi quando alias, toto ingenio vehere. Cur enim non ego quoque [5] poe-
6 tice cum poeta? Illud jam nunc paciſcor, prima quaeque ut abſolveris, [6] mittito, immo etiam antequam abſolvas, [7] ſic ut erunt re-
7 centia & rudia, & adhuc ſimilia [8] naſcentibus. Reſpondebis non poſſe [1] perin-

——— ——— ——— nec dat *ſuſpiria curſus*
Vulneris.

& ſaepiſſime. Poterat etiam elegantiae videri: *Si datur... cur tibi non detur*, ut apud Tullium *dixi... non dixi; ademit... non ademit*; apud Tacitum, Lucanum & alios: *poteſt... non poteſt*; & apud Noſtrum Lib. IV. Epiſt. XVII. n. 1. *Admoneri enim* debeo, *ut ſciam*; *rogari* non debeo, *ut ſciam*, & Lib. III. Epiſt. XVI. n. 11. Poteſtis *enim efficere*, *ut male moriar*, *ut non moriar* non poteſtis. ubi vide. Eſt tamen illa ratio paullulum diverſa, &, niſi auctoritas membranarum rem conficit, venuſte ſatis *datur* & *negatur* conjunguntur, ut in illo Lucani Lib. I. vs. 348.

——— ——— ——— *arma tenenti*
Omnia dat, *qui juſta* negat.

Corte.

1. *Jure vatum invocatis Diis.*] Poetas invocare Deos in limine ſui operis, nemo dubitat. Invocantur autem muſae etiam ad concentum adjuvandum, quas tres tantum eſſe voluit Varro. Unam quae ex aqua naſcitur: alteram quam aeris ictu ſonus efficit: tertiam quae mera tantum voce conſiſtit. Alii a precationibus deorum incipiendum, quod nihil rite nihilque providenter homines ſine deorum immortalium ope, conſilio, honore auſpicarentur. Catan.

2. *Ipſo.*] Trajano virtutum excellentia, inter Deos numerando. Ita Virgilius, Georgicorum pincipio poſt Deos, Auguſtum invocat. Buchner. Similiter Manilius Lib. I. vs. 7. Seqq. Germanic. Arat. princ. & alii. Rationem ejus moris, qua principes invocant, & revera utilius, quam ſi Apollinem aut Bacchum in auxilium adſumunt, expoſui ad Lucani Lib. I. vs. 63.

Sed mihi jam numen: nec, te ſi pectore vates
Accipio, Cirrhaea velim cet.

Mediceus: *& inter* eos *ipſo*, pro *deos.*

3. *Conſilia dictaturus es.*] Melius, *dicturus es*, quod & in quadam editione exſtat. Poetae ſane non ſolent ita loqui, ſe aliis ſua carmina dictare, ſed contra, dictata ſibi a Muſis aut Apolline carmina ſe excipere. Propterea ὑποφήτας ſe vocant: & notum illud de ſummo vate, ingeniorum principe:

Ἔγραφεν μὲν Ὅμηρος, ἀείσε δὲ Φοῖβος Ἀπόλλων.

Si legas *dictaturus*, referes ad notarium, cujus manu Poeta uteretur, non ſua. Casaubon. Caſaubonus vult *dicturus.* Ego arbitror, ſcripſiſſe Noſtrum *dictitaturus.* Senſus, cujus conſilia frequenter es expoſiturus atque narraturus. hoc enim *dictitare.* Scheffer. Recte Caſaubonus, & dubitationem in poſterum abeſſe jubent membranae, in quibus clare *dicturus es.*

4. *Immitte rudentes, pande vela.*] Illuſtravimus ad Lib. IV. Epiſt. XX. n. 2. *In quo tu ingenii ſimul dolorisque* velis *latiſſime vectus es.*

5. *Poetice.*] Grandiloquis verbis agam ut poetae? Non enim per ſe res geſtae verſibus comprehendendae ſunt, quod longe melius hiſtorici faciunt, ſed per ambages deorumque myſteria, & fabuloſum ſententiarum tormentum praecipitandus eſt liber ſpiritus, ut potius furentis vaticinio appareat, quam religioſae orationis ſub teſtibus fides. Haec Petronius Arbiter. Catan.

6. *Mitte.*] Membranae *mittito*, quod ſperni non meretur.

7. *Sic, ut erunt.*] Sic Aldus cum membranis diſtinguit, & nos plura de modo loquendi ad Lucani Lib. II. vs. 365.

Sic, ut erat *moeſta ſervat lugubria cultus.*

8. *Naſcentibus.*] Belle de libris. Claudian. Paneg. Mallii vs. 115.

——— naſcentes *ibant in ſaecula* libri.

vide Lib. XXIII. Adverſ. cap. IX. & Lib. XLIII. cap. XV. Barth. Noſter Lib. VI. Epiſt. VI. n. 6. *primis etiam & cum maxime* naſcentibus opuſculis *meis intereſt.* Atque eadem ratione *parere* & *excludere* de libris dicitur Lib. I. Epiſt. III. n. 4. & Lib.

[1] perinde carptim, ut contexta, perinde inchoata placere, ut effecta.
Scio. Itaque & a me aeſtimabuntur ut coepta: ſpectabuntur ut mem-
bra, extremamque limam tuam operientur in ſcrinio noſtro. Patere
hoc me ſuper cetera habere amoris tui pignus, ut ea quoque norim,
quae noſſe neminem velles. In ſumma, potero fortaſſe ſcripta tua 8
magis probare, laudare, quanto illa tardius cautiusque: ſed ipſum te
magis amabo, [2] magisque laudabo, quanto celerius & incautius miſeris.
Vale.

V. C. PLINIUS [3] GEMINO SUO S.

Dolet apud Geminium, Macrinum angi de obitu uxoris: quam omni laude digniſſimam praedicat.

[4] GRave vulnus Macrinus noſter accepit. Amiſit uxorem ſingularis exempli, [5] etiamſi olim fuiſſet. Vixit cum hac triginta novem annis

ſupra pro *&* *rudia* Barthius malebat, *&* *cruda*, libris omnibus invitis. Qui cogitaverit, quam ſaepe Secundus *polire*, *expolire*, *limare* de libris adhibeat, eo magis novationem illam damnabit. Ovidius I. Triſt. Eleg. VII. vs. 22.

Vel quod adhuc creſcens, & rude carmen *erat.*

Sic *rude opus* & plura apud eumdem & alios. Aldus vitioſe: *recentia*, ſi *rudia*, ſi *adhuc ſ. n.*

1. *Perinde* carptim, *ut contexta.*] Lego: *carpta.* BARTH. At hoc inſolens & inauditum, ne dicam contra libros. Sed cur eo prolapſus eſt vir doctus? *carpta* & *contexta* reſpondere ſibi debent. Ita nempe Grammaticorum vulgus jubet, non Latinitatis auctores. Salluſt. Jug. cap. V. n. 4. *cujus in Africa* magnum *atque* late *imperium valuit.* ubi vide. nam & illic fecerant: *magnum atque latum.* adde ad Ej. Cat. cap. LIX. n. 2. ubi *ſiniſter* & *ab dextra* ſimiliter junguntur. Seneca Epiſt. CXXI. *Quidquid natura tradit*, & aequale *eſt omnibus*, *&* ſtatim. quomodo auctor ipſe Lib. VII. Epiſt. XX. n 6. eadem *legata*, *&* *quidem* pariter *accipimus.* Nec video, an reprehenſione dignum ſit, quod legitur apud eumdem Senec. Lib. II. Nat. Qu. cap. XIII. *quia* totum *poteſt excidere*, *quod poteſt* carptim, niſi libris aliter placuiſſet. Boetius Lib. V. Metr. III. vs. 4.

Ut, quae carptim *ſingula conſtant,*
Eadem nolint mixta *jugari.*

Hoc *carptim* eleganter mox per *membra* expreſſit CORTE.

2. *Magisque laudabo.*] Sic membranae, & plerique impreſſi. Aldus Copulam neglexit.

3. *GEMINIO SUO.*] Mediceus *Gemino Suo.* Vide ad Lib. VII. Epiſt. I.

4. *Grave vulnus.*] Sic loquuntur de moerore & luctu. C. Nepos Dion. cap. VI. accepit graviſſimum *parens* vulnus *morte filii.* vide ibi Savar. pag. 398. BARTH. Alia etiam Gebhardus ibi collegit. Adde ſupra Lib. II. Epiſt. VII. n. 3. Sic Valerius Flaccus Lib. I. vs. 723.

—— *Sunt hic etiam tua* vulnera, *praedo,*
Sunt lacrimae, carusque parens.

5. *Etiamſi olim fuiſſet.*] *Olim*, id eſt, antiquis ſeculis. Cum majus ac vehementius virtutis ſtudium fuit. *Fuiſſet*, hoc eſt, vixiſſet. Ita enim ſaepe hoc verbum ponitur. Cicero I. Tuſcul. cap. XVI. *Fuit enim meo regnante Gentili.* Pro, vixit Tullii Regis tempore. Hunc enim *gentilem ſuum* appellat: Sermo autem de Pherecyde Philoſopho eſt. Prudentius Praefat. καθημ.

Per quinquennia jam decem,
Ni ſallor, fuimus: ſeptimus inſuper
Annum cardo rotat.

BUCHNER. Dixi ad Cic. Lib. VII. Fam. Epiſt. XXX. n. 7. *Acilius maximo meo beneficio* eſt, i.

annis ſine [1] jurgio, ſine offenſa. Quam illa reverentiam marito ſuo praeſtitit, cum ipſa ſummam mereretur? quot quantasque virtutes
2 [2] ex diverſis aetatibus ſumptas collegit & miſcuit! Habet quidem Macrinus grande ſolatium, quod tantum bonum tamdiu tenuit: ſed hoc magis [3] exacerbatur, quod amiſit. Nam [4] fruendis voluptatibus creſcit
3 carendi dolor. Ero ergo [5] ſuſpenſus pro homine amiciſſimo, dum admittere [6] avocamenta, & [7] cicatricem pati poſſit: quam nihil aeque,

vivit, ut recte Victorius. Alios perperam ſollicitare offendit geminus locus VIII. Philipp. cap. VI. *cum ſuo magno beneficio* eſſet, *veniſſe eum contra ſe.*

1. *Jurgio.*] Convicio. Ut tria ſunt tempora, ita ordo rerum tribus momentis conſertus eſt. Habent enim omnia exordium, incrementum, ſummam: ut jurgium, deinde caedes, demum ſtrages. Quem ordinem Juvenalis Satyr. XV. ad unguem ſervavit, ubi inquit:

—— *Sed* jurgia *prima ſonare*
Incipiunt animis ardentibus, haec tuba rixae:
Dein clamore *pari concurritur.*

Et quae ſequuntur. CATAN. In cippis conjugum antiquis non raro legitur, *cum qua vixit ſine ulla querela*, Gruter. pag. 761. n. 10. & pag. 803. n. 2. *ſine ullo diſcrimine*, pag. 823. n. 8. & quae alia hujus generis ſunt. CELLAR.

2. *Ex diverſis aetatibus.*] Habet enim quaelibet aetas virtutem quaſi propriam. Ut ſimplicitatem pueritia; comitatem juventus; ſenectus autem gravitatem: ex quo Noſter ſupra de Fuſco Salinatore Lib. VI. Epiſt. XXVI *Ipſe eſt ſtudioſus, literatus, etiam diſertus: puer* ſimplicitate, comitate *juvenis*, *ſenex* gravitate. BUCHNER. Livius VIII. cap. XXXVI. *temperandum ingenium ſuum eſſe, & ſeveritatem* miſcendam *comitate.* Florus Lib. I. cap. V. n. 1. *quippe qui oriundus Corintho, Graecum ingenium Italicis artibus* miſcuiſſet. ubi vide Interp.

3. *Exacerbatur.*] Incrudeſcit, moleſtatur, perturbatur. CATAN. Mediceus: *ſed* hinc *magis exacerbatur.* non male, ſed alterum etiam bene.

4. *Fruendis voluptatibus.*] Dum fruimur diu voluptatibus: tanto magis dolor creſcit cum privamur. Quanto enim majus fuit gaudium, tanto major ſequitur triſtitia. *Fruendis voluptatibus*; in aliquibus legitur exemplaribus, dum eis ſcilicet fruimur. CATAN. *Fruendis.*] Quibus frui debebat. Sed melius eſt, *fruendi voluptatibus*, legere. BUCHNER. *Fruendis voluptatibus &c.*] Non eſt melius nec *fruenti*, nec *fruendi.* Sed *fruendis voluptatibus* eſt idem, quod fruendo voluptatibus, vel per fructum voluptatum. Genus loquendi Ciceroni fere perpetuum, aliis etiam frequens: Et Livio plus ſemel reſtituimus. Cicero III. Famil. 10. *tuis inimicitiis ſuſcipiendis*, pro tuas inimicitias ſuſcipiendo. Eodem Lib. ult. *conveniendis meis*, pro conveniendo meos. Lib. V. Epiſt. XII. *exponendis rationibus comprobabis*, pro exponendo rationes. Eodem Epiſt. XVI. *Eventis aliorum memoria repetendis*, pro eventu aliorum repetendo. Et ſic millies. GRONOV. Recte Gronovius Sic quoque Salluſt. Jug. cap. XXVII. n. 2. *profecto omnis invidia* prolatandis conſultationibus *dilapſa foret.* ubi dixi. Auctor Lib. III. Epiſt. V. extr. *quae te non tantum ad* legendos *eos*, *verum etiam ad ſimile aliquid* elaborandum *poſſunt aemulationis ſtimulis excitare.* Livius Lib. XXIII cap VII. extr. viſenda urbe *magnam dici partem conſumſit.* quo loco Gronovius plura, item ad Lib. XXXIV. cap. XXXI. Nihilo tamen ſecius MS. Mediceus: fruendi *voluptatibus.* corrupte. Male etiam mox *Pro* omittit.

5. *Suſpenſus.*] Sollicitus, trepidus. Sic *commendare ſuſpenſa manu* ſupra dixit Lib. VI. Epiſt. XII. BUCHNER. Vide ad Lib. VII. Epiſt. XXVII. extr. *Ne me* ſuſpenſum *incertumque dimittas.*

6. *Avocamenta.*] Solamina animum a moerore avocantia. Alibi etiam pro illecebris. CATAN. *Avocamenta.*] Solatia, quibus a maerore ac luctu animus revocatur. Infra Epiſt. XXIII. hujus libri: *Omnia mihi ſtudia, omnes curas, omnia* avocamenta *exemit.* Recenti autem dolore ac vulnere, ſolatia non admittit animus; itaque tum afferre ea, & fortiora maxime, intempeſtivum eſt: de quo Noſter & ſupra Lib. V. Epiſt. XVI. Vide Plutarchum Conſolatione ad Apollonium, & Statium Papinium Lib II. Silva I. & Lib. V. Silva I. principio ſtatim. BUCHNER. Aldus *advocamenta*, corrupte. Ita peccant Codd. cum alibi, tum Lib. I. Epiſt. XXIV. n. 3. *modus ruris, qui* avocet *magis, quam diſtringat.* ubi dixi.

7. *Cicatricem*] Signum vulneris, memoriam mali. Nam recenti dolore homo eſt medelae impatiens: unde Papinius in ſilvis dixit:

Abruptis etiam nunc flebile venis
Vulnus hiat, magnaeque patet via lubrica plagae.

CATAN.

1. *Die*

que, ac neceſſitas ipſa, [1] & dies longa, & ſatietas doloris [2] inducit. *Vale.*

VI. C. PLINIUS MONTANO SUO S.

Pallantem Claudii libertum a Senatu Praetoriis ornamentis donatum, Lib. VII. Montano ſcripſerat: nunc perlecto de eo ſenatuſconſulto adeo honorifico, ut illud jam praedictum Pallantis epitaphium videretur humile, contra temporum Claudianorum calamitatem multum invehitur, SConſultum per capita narrans, & reprehendens.

COgnoviſſe jam [3] ex epiſtola mea debes, annotaſſe me nuper monumentum Pallantis ſub hac inſcriptione: HUIC SENATUS OB FIDEM PIETATEMQUE ERGA [4] PATRONOS, [5] ORNAMENTA PRAETORIA DECREVIT, ET SESTERTIUM CENTIES QUINQUAGIES, CUJUS HONORE CONTENTUS FUIT. Poſtea mihi viſum eſt [6] pretium operae, 2
ipſum

1. *Dies longa.*] Longum tempus. Vide hic Budaeum ad Pandect pag. 505. BARTH. Adde notam ad Cicer. IV. Fam. Epiſt. V. n. 14 *Nullus dolor eſt, quem non* longinquitas temporis *minuat ac molliat.* & ad Lib. V. Epiſt. XVI. n. 9. Sic *longus dies* Lucano Lib. III. vs. 138.

— *non uſque adeo permiſcuit imis*
Longus *ſumma* dies.

Lib. VII. vs. 845.

— *quam ſol, nimbique,* dies*que*
Longior *Emathiis reſolutam miſcuit arvis.*

2. *Inducit.*] Contegit, curat, delet. Quo verbo utuntur Juriſconſulti, ut ff. de his quae in teſtamento delentur & *inducuntur.* Et Tranquil. in Caeſare Dictatore *inducto* priore decreto, id eſt, abolito Valerius, O *ducta*, inquit, *cicatricibus vulnera.* Plin Lib. XI. *mox obducitur tenui membrana:* quare ſunt qui apud Caecilium legunt, *obducit*, non *inducit* CATAN. Adi Turnebum ad Cic. III. Agrar. cap II. Mediceus autem & impreſſi, quos vidimus, *inducit* non *obducit:* nec debet illud diſplicere. Quemadmodum *ducitur cicatrix* Serenus Sammon. cap. LXIV. & alii dixerunt, ſic recte eadem *inducitur* vulneri, quando vulnus contrahit, tegit & operit: quo ſenſu verbum *inducere* paſſim legitur. Hinc Celſus Lib. V. cap XXVI. n. 30. Cicatricem *poſt omnia haec commodo* inducit *lycium.* n. 36. *Ubi vero in quolibet vulnere ventum ad* inducendum cicatricem *eſt.* & paullo poſt: *donec cicatrix* inducatur. Sic ille ſaepius.

3. *Ex epiſtola mea.*] Lib. VII. Epiſt. XXIX. Mox Mediceus *monumentum*, impreſſi *monimentum.*

4. *Patronos.*] Claudium, Agrippinam, Neronem. CATAN.

5 *Ornamenta praetoria.*] Quibus non magiſtratus ipſi committebantur, iis honoris cauſa ornamenta magiſtratuum, ſive inſignia concedebantur. Hinc pro diverſis magiſtratibus, *ornamenta* non modo *Praetoria*, ſed *Conſularia* & *Quaeſtoria* etiam, quin *Senatoria* & *Triumphalia* & dicebantur & tribuebantur: quorum multa mentio apud auctores, & Hiſtoricos quidem imprimis. Ex. gr. ſenatoriae dignitatis inſigne erat *latus clavus:* quare ſi cui geſtandi hujuſmodi clavi facta eſſet poteſtas, hic *ornamenta ſenatoria* conſecutus dicebatur. Et quia Praetorum propria *praetexta* erat; itaque cum Pallanti *Praetoria ornamenta* decreta fuerunt, conceſſum ei jus fuit geſtandi praetextam praetoriam, quamvis praetura non fungeretur; item annulos aureos, quos & ipſos, quamquam communes cum Senatoribus Praetor habebat Tacitus, cum hanc ipſam rem narrat, *Praetoria inſignia* appellat, quem vide Annal. XII. cap. LII. BUCHNER.

6 *Pretium* curae.] Utile Non improbo, *pretium curae*, ſcilicet aliquam me ex hac cura utilitatem capturum CATAN. Catanaeus in Cod. re-

perit

ipſum S. C. quaerere. Inveni tam copioſum & effuſum, ut [1] ille ſuperbiſſimus titulus, modicus atque etiam demiſſus videretur. [2] Conferant ſe, miſceantque, non dico illi veteres [3] Africani, [4] Achaici, [5] Numantini, ſed hi proximi, [6] Marii, [7] Sullae, [8] Pompeji, (nolo progredi longius) infra Pallantis laudes jacebunt. [9] Urbanos, qui illa cenſuerunt, putem?

perit *operae precium*; In Mediceo legitur: *precium operae*, ex quo nempe vulgata lectio profluxit. Salluſt. Cat. cap. XII. n. 3. Operae pretium *eſt viſere templa deorum.* ubi nonnihil. Dictio eſt uſitatiſſima, & in talibus Secundum non numquam verba tranſponere, ſupra jam vidimus. CORTE.

1. *Ille ſuperbiſſimus titulus.*] Illa ſepulcri inſcriptio nimium arrogans, ſi Pallantem reſpicias, ſi vero Senatusconſultum, modeſta & humilis. CATAN.

2. *Conferant &c.*] Si compararentur Senatusconſulta Mariorum, Syllarum, Pompejorum, vincerentur honore & laude. IDEM. *Conferant ſe, &c.*] Revocavi illud *miſceantque* ex Editione Aldina; ſicque ſupra Epiſt. V. inquit: *quot quantasque virtutes ex diverſis aetatibus ſumtas collegit & mi* ſcuit GRUTER. Si verbum *miſceant* genuinum foret, opportunius Gruterus adferre potuiſſet Lucanum Lib. II. vs. 544.

—— —— *cum fata Camillis.*
Te, Caeſar, magnisque velint miſcere *Metellis.*
Ad Cinnas Mariosque venis.

Sed Catanaeus non modo, verum etiam membranae unicae illud damnant. Membranae habent: *Conferant*que ſe *non dico illi veteres*, itaque in Cod. ſuo reperiſſe Catanaeum patet ex ejus citatione infra ad Epiſt. extr. Quare hoc reliquit Plinius: *atque etiam demiſſus videretur: conferant*que ſe, *non dico illi veteres* cet. *Conferantque ſe*, id eſt, Et *ſi* ſe conferant, Ac *ſi* ſe comparent & componant cum Pallante. Lucan. Lib. VIII. vs. 417

Haereat *Eoae vulnus miſerabile ſortis;*
Non ſolum auxilium funeſto ab rege petiſſe,
Sed geſſiſſe prius bellum civile pudebit.

ad quem auctorem plura de hac Ellipſi Particulae *ſi* diximus Lib. X. vs. 191.

—— —— *ſpes* ſit *mihi certa videndi*
Niliacos fontes; bellum civile relinquam.

Auctor Lib. I. Epiſt. XII. n. 8. Dediſſes *huic animo par corpus, feciſſet quod optabat. Conferre* pro comparare Idem Lucanus Lib. IV. vs. 707.

Quis conferre duces meminit, quis pendere cauſſas?

Et, ut eſt verbum arenae, ibidem vs. 803. ubi alia videas. *Comparare* eodem ſenſu maluit Criſpus Jug. cap. LXXXV. n. 13. licet alterum illud aeque frequens ſit. CORTE.

3. *Africani.*] Avus & Nepos, ille devicto Annibale, hic pro deleta Carthagine, cognomen *Africani* meruere. *Veteres*, inquit, reſpectu Syllae, & Marii, ac Caeſarum. CATAN.

4. *Achaici.*] Ut *L. Mummius*, cui *Achaico* a devictis Achaeis cognomentum inditum eſt, in quo bello ſe abſtinentiſſimum praeſtitit: nec quicquam ex iis opibus ornamentisve, quae praedives Corinthus habuit, in domum ejus pervenit. IDEM.

5. *Numantini.*] Numantiam in Hiſpania civitatem, *Scipio Africanus* delevit: & inde *Numantinus* eſt appellatus. IDEM.

6. *Marii.*] Quamvis legam multos Marios: imprimis tamen reſpiciendum puto *C. Marium*, qui ſepties Conſul fuit, & de Cimbris triumphavit. IDEM.

7. *Syllae.*] *Sylla* cognomento Felix, Marii hoſtis, & Pomp. amicus, immo magiſter: primus ex omnibus ſecundum Appianum inventus eſt, qui tyrannidem deponeret, diceretque ſe eorum poenas ſubire velle, pro quibus condemnaretur. Privatus quoque intuentibus cunctis per forum ambularet, & domum absque injuria rediret. Tanta inſpicientibus eum dignitatis reverentia, & metus inerat, aut depoſiti muneris ſtupor, aut inferendae poenae verecundia, aut alia benignitatis ratio, quaſi ad utilitatem publicam conduceret tyrannis. IDEM. Membranae *Sullae* ſcribunt, ut alia feterrima monumenta, non *Syllae*, quod hic omnes Edd. praeferebant. Adi notata ad Salluſt. Cat. cap. V. n. 6.

8. *Pompeji.*] *Pompejus Strabo* Pompeji Magni pater viri illuſtres, & filii *Pompeji Magni*, quem hic potius intelligendum arbitramur, fuere: qui quoniam apud Plutarchum, Appianum, Caeſarem, Dionem, ac pene innumeros memorantur: ſatis habemus lectorem admonuiſſe. CATAN.

9. *Urbanos.*] Ita vocat homines fictos, blandos, & callide inſervientes temporibus, procul gravitatis & con-

putem? an miſeros? Dicerem Urbanos, ſi Senatum deceret urbanitas. Miſeros ergo? ſed nemo tam miſer eſt, [1] ut illa cogatur. Ambitio ergo, & [2] procedendi libido? Sed quis adeo demens, [3] ut per ſuum, per publicum dedecus procedere velit in ea civitate, in qua hic eſſet [4] uſus florentiſſimae dignitatis, ut [5] primus in Senatu laudare Pallantem poſſet?

& conſtantiae cura. Quae cum Senatorii ordinis virtutes propriae ſint, ideo mox *urbanitatem* Senatum indecere ait. *Urbanitas* igitur hoc loco eſt, quae ſimplicitati, ſeveritatique & gravitati opponitur. Buchner. *Urbanos*, id eſt, argutos, jocoſos. Barth. Ea de cauſſa *inimicum & ineptum* hoc negotium vocat Lib. VII. Epiſt. XXIX. n 3. Adde Horatium Lib. I. Epiſt. XV. vs. 27. Ex quo intelligas dicterium illud: *Urbanum habentes conſulem.*

1. *Ut* ad *illa cogatur.*] Ita quidem omnes Vulgatae; ſed Membranae & Aldus: *ut illa cogatur*, exquiſite. Nempe ut *rogare quem quid*, *poſcere quem quid* & alia; ſic etiam *cogere quem quid* dicitur. Lucanus Lib. VI. vs. 497.

> —— *an habent haec carmina certum*
> *Imperioſa deum, qui mundum cogere*, quidquid
> Cogitur *ipſe, poteſt?*

Ovidius II. Art. Am. vs. 367.

> Cogis adulterium *dando tempusque locumque.*

Pariter *exigi aliquid.* Plautus Trinum. Act. II. Sc. VI. vs. 26.

> Quas *ſponſione pronuper tu* exactus es.

ubi vide Gronovium patrem, & filium ad A. Gellii Lib. XV. cap. XIV. Quibus addo Spartian. Adrian. cap. XXI. *Meſopotamenſes non* exegit tributum. Hinc Hegeſippus Lib. IV. cap. XX. *deinde cum ſe circumſeptum intelligeret, ne graves* poenas exigeretur, *m riganum quoddam ſibi de ligno paravit.* Sic membranae obſoletae, & alibi ſimilem dictionem auctori iſti placuiſſe vidimus ad Lib. VII. Epiſt. XII. extr. His jungas licet J. Scaliger. ad Catulli Carm. LVI. vs. 9. Corte.

2. *Procedendi libido.*] Fuit in cauſa, ut per id eſſent chari Imperatori, & promoverentur ad majores dignitates: dum, quos vident Claudio placere, ſententiis honorificis honeſtant. Catan. *Procedendi.*] Id eſt, magis magisque eminendi, aſpirandi ad altiores dignitates. Ita enim verbum *procedere* Noſtro ſumitur. Supra Lib. IV. Epiſt. XXIV. *Studiis* proceſſimus: *Studiis periclitati ſumus, rurſusque* proceſſimus. Mox hac Epiſtola: *Quis adeo demens, &c.* Ciceroni eſt, *in altiorem gradum aſcendere* Buchner.

3. *Ut* aut *per ſuum*, aut *per publicum dedecus p.* vellet *in ea civitate.*] Tale abſurdum vulgatis Edd. omnibus placuit. Sed male publicum & ſuum dedecus disjunguntur, cum in tali facinore utrumque, & ſuum & publicum dedecus conjunctum ſit. Emendavi igitur ex Optimo: *ut* per *ſuum*, per *publicum dedecus.* Habet illa Iteratio non modo vim Copulandi, ut pluribus docui ad Lucani Lib. II. vs. 106. Sed etiam aliquid gravius dicit, quam Copula. Sic auctor Lib. VI. Epiſt. VI. n. 4. ipſi *enitendum*, ipſi *laborandum eſt*, ut habet Veterrimus, pro vulgato: *& laborandum eſt.* Salluſtius Cat. cap. LVIII. n. 11. *Nos* pro *patria*, pro *libertate*, pro *vita certamus.* atque ita paſſim. Deinde pro *vellet* dictae membranae *velit*, quod ſenſus poſtulabat: at imperiti mutarunt, quia ſequi videbant *eſſet*, quos jam in viam revocavimus ad Lib. II. Epiſt. XVIII n. 2. *Quod non* referam, *niſi ad illorum magis laudem*, *quam ad meam* pertineret. adde Lib. VII. Epiſt XXVII. n. 2. Criſpus Jug. cap XLVI. n. 4. *Sin id parum* procedat, *necatum ſibi* traderent. ubi ex eodem errore MS. & Veneta 1470. dederunt *procederet.* Corte.

4. *Uſus* potentiſſimae *dignitatis*] Hoc etiam vitioſe circumferunt omnes impreſſi. In MS. eſt: *uſus* florentiſſimae *dignitatis.* quod & Catanaeus reperit, & unice verum eſt. *Florentiſſimam* vocat, pro clariſſima: vide Lib. VII. Epiſt. XX. n 4. intelligens dignitatem Conſularem, ſingillatim Cos. deſignati. Nazarius Paneg. cap. XXXV *ut* ſenatus dignitas *non nomine, quam re, eſſet illuſtrior, cum ex totius orbis* flore *conſtaret.* Sic *florentiſſima urbs*, *civitas*, *reſp.* item *florentiſſima caſtra* apud Tullium, ac *florentiſſima municipia* apud Tacitum, *florentiſſimus ingenio* apud Vellejum. Inde Juſtinianus Leg. 7. §. 6. C. de Curatore Furioſi: *etiam* florentiſſimo ſenatu *convocando, ut ex inquiſitione curator nominetur.* Is & *florentiſſimum ordinem* alibi dicit. Idem.

5. *Primus in Senatu*] *Barea Soranus* Conſul deſignatus, princeps in dicenda ſententia. Catan.

 1. Omitto,

4 poſſet? [1] Mitto, quod Pallanti ſervo PRAETORIA ORNAMENTA OF-
FERUNTUR; quippe offeruntur [2] a ſervis: Mitto, quod cenſent,
NON EXHORTANDUM MODO, VERUM ETIAM COMPELLENDUM
[3] AD USUM AUREORUM ANNULORUM: Erat enim contra majeſtatem
5 Senatus, ſi [4] ferreis Praetorius uteretur. Levia haec & tranſeunda.
Illa memoranda, QUOD NOMINE PALLANTIS SENATUS ([5] nec ex-
piata poſtea curia eſt?) PALLANTIS NOMINE [6] SENATUS GRATIAS
AGIT CAESARI, QUOD ET IPSE CUM SUMMO HONORE MENTIO-
NEM EJUS PROSECUTUS ESSET, ET SENATUI FACULTATEM FE-
6 CISSET TESTANDI ERGA EUM BENIVOLENTIAM SUAM. Quid enim
Senatui pulchrius, quam ut erga Pallantem ſatis gratus videretur?
Additur: UT PALLAS, CUI SE OMNES PRO VIRILI PARTE OBLIGA-
TOS FATENTUR, SINGULARIS FIDE, [7] SINGULARIS INDUSTRIAE
FRUCTUM

1. Omitto, *quod Pallanti.*] Membranae: Mitto, *quod Pallanti*, & ſic ſtatim mox: Mitto, *quod cenſent.* Cicero VII. ad Attic. Epiſt. II. Mitto *alia, quae audio, multa:* mitto *furta.* Sic ille aliique ſaepiſſime.

2. *A ſervis.*] A Senatoribus coactis Imp. Caeſ. nam illis Claudius ſententiam dictaverat. CATAN.

3 *Ad uſum aureorum annulorum.*] Qui jus annulorum impetraverat, in ordinem ingenuorum tranſibat. Longo certe tempore ne Senatum quidem Romanum habuiſſe aureos annulos manifeſtum eſt; ſiquidem iis tantum, qui legati ad exteras gentes ituri erant, annuli publice dabantur. Poſtea virtutis bellicae factum eſt inſigne. Nemo tamen niſi equitum primores id gerebant: annuli igitur diſtinxere alterum ordinem a plebe, ſicut tunica ab annulis Senatum, & tertium ordinem plebi patribusque inſeruere. Plin. avunculus Lib. XXXIII. cap I. Sed inſequentium Imperatorum facilitate libertis id jus promiſcue conceſſum. CATAN. Vide & Salmaſ. in Jul. Capitol. XXIII. VEENH. Adi Kirchmannum de Annulis cap. XV. & XVI.

4. *Ferreis Praetorius uteretur.*] Quos geſtabant ſervi. Verum Plin *Memoria*, inquit, *avorum multi praetura functi in ferreo conſenuerunt.* CATAN. Ferreos annulos ſervos habuiſſe, patet ex Apuleji X. Metam. pag. 178. Ed. Colv. adde Novell. LXXVIII.

5. *Nec expiata poſtea curia.*] Fuit in ſecunda lectione *nec expiata poſtea ea injuria:* tanquam piaculum in curia ea injuria facta commiſiſſet Senatus. CATAN. Aldus edidit: *nec expiata poſtea ea injuria eſt*; ſed in Membranis haeret, quod editur. Piaculum admiſiſſe videtur Senatus, quod *nomine Pallantis* Caeſari gratias egit. Sic *expiare forum* ſemel atque iterum Tullius vide Abram. ad I Philipp. cap. XII. expiato foro, *diſſipato concurſu impiorum.* De repetitione illa *Pallantis nomine Senatus* adi notata ad Lib. IV. Epiſt. VII. n. 2.

6. *Senatus gratias agit Caeſari*] Non gratias actas Claudio Caeſari a Senatu tradit Tacitus, ſed Scipionem Cornelium cenſuiſſe grates publice agendas Pallanti, qui regibus Arcadiae ortus veterrimam nobilitatem uſui publico poſtponeret, ſeque inter miniſtros principis haberi ſineret. Nam Claudius ante omnes libertos ſuſpexit Narciſſum ab epiſtolis, & Pallantem a rationibus, quos decreto quoque Senatus, non praemiis modo ingentibus, ſed & quaeſtoriis praetoriisque ornari libenter paſſus eſt: tantum praeterea acquirere ac rapere, ut querente eo quondam de fiſci exiguitate, non abſurde ſit dictum, abundaturum, ſi a duobus libertis in conſortium reciperetur CATAN.

7. *Singularis induſtriae.*] Erga patronos ſuos. An quia repertor relationis fuiſſet foeminarum, quae ſervis conjungerentur? CATAN. Sequentia oſtendunt, *induſtriam* hanc ad diligentiam, in cuſtodiendis opibus principalibus & augendis, pertinere. Membranae: *ſingularis* fide, *ſingularis induſtriae*, atque eodem modo Aldus: quaſi in SCtis antiqua Declinatio obtinuerit, quae etiam C. Caeſari placuit, qui in libris de Analogia ſemper *hujus die*, *hujus ſpecie*, pro *diei*, *ſpeciei* ſcripſit. Vide noſtra ad Salluſt. Jug. cap. LII. n. 3 *&* *jam* die *veſper erat*, & junge Scaliger. ad illa Manilii Lib. II. vs. 904:

Sed medii *poſt aſtra* die.

item Interpretes ad Ovid. III. Metam vs. 341.

Prima

FRUCTUM MERITISSIMO FERAT: prolatos Imperii fines, redditos
exercitus Reipub. credas. Adſtruitur his, [1] CUM SENATUI POPULO- 7
QUE ROMANO LIBERALITATIS GRATIOR REPRAESENTARI NUL-
LA MATERIA POSSIT, QUAM SI ABSTINENTISSIMI FIDELISSIMI-
QUE CUSTODIS [2] PRINCIPALIUM OPUM FACULTATES ADJUVARE
CONTINGERET. Hoc tunc votum Senatus, hoc praecipuum gaudium
populi, haec liberalitatis materia gratiſſima, ſi Pallantis facultates adju-
vare publicarum opum egeſtione contingeret. Jam quae ſequuntur, 8
VOLUISSE QUIDEM SENATUM [3] CENSERE, DANDUM EX AERARIO
SESTERTIUM CENTIES QUINQUAGIES, ET QUANTO AB EJUSMODI
CUPIDITATIBUS REMOTIOR EJUS ANIMUS ESSET, TANTO IMPEN-
SIUS PETERE A PUBLICO PARENTE, UT EUM COMPELLERET [4] AD
CEDENDUM SENATUI. [5] Id vero deerat, ut cum Pallante [6] auctoritate 9
publica ageretur, Pallas rogaretur, ut Senatui cederet, ut illi ſuper-
biſſimae abſtinentiae [7] Caeſar ipſe advocatus eſſet, ne ſeſtertium centies
quin-

Prima fide *vocisque ratae tentamina ſumſit.*

atque Muncker. ad Lactant. Placid. Narrat. Fab. Lib. XII. Fab. VI. *immixtus* acie, *nullique conſpicuus*. Supra *faterentur* eaedem membranae. CORTE.

1. *Cum Senatui Populoque* Romano.] Vox ultima deeſt Mediceo, nec in ſequentibus ab auctore, ut alia, repetitur: niſi hic eam per notam R. excidiſſe ſtatuere velis. Mox corrupte MS. *gratiae repraeſentari*, pro *gratior*, cum tamen *materia gratiſſima* ſubjungatur. Porro vitioſe omnes Edd. *nulla materia* poſſet, *quam ſi . . . adjuvare* contigiſſet. Nos ex membranis emendavimus *poſſit* & *contingeret*, & de tali Compoſitione modo diximus n. 3 *contingeret* autem ſtatim ipſe auctor confirmat: *ſi Pallantis facultates adjuvare* contingeret.

2. *Principalium.*] Imperatoris. Frequens dictio apud JC. & interdum apud Secundum in Paneg. Dependent iſta a praedictis ut ſic conjungas: additur, ut Pallas, cui ſe omnis pro virili parte obligatus fateretur, ſingularis fidei, ſingularis induſtriae fructum meritiſſimo ferat, cum Senatui populoque liberalitatis gratior repraeſentari nulla materia poſſit, quam ſi abſtinentiſſimi fideliſſimique cuſtodis principalium opum facultates adjuvare contigiſſet: nam cetera ſunt interpoſita a Secundo ad rem redarguendam. CATAN.

3. *Cenſere.*] Aliter *Cenſorem*. BOXHORN. Ineptiſſimum eſt illud *cenſorem*, atque typorum vitium indubitatum. Impreſſi omnes, qui ſunt in numero, & Membranae *cenſere*.

4. *Ad cedendum Senatui.*] Contentum eſſe quod Senatus ſentiret, ut acciperet quae Senatus dono daret. CATAN.

5. *Id* vero *deerat*] Aldus *vero* omiſit, contra fidem Codicis. De pulchro ejus Particulae uſu monuimus ad Lib. III. Epiſt. VIII. n. 3. *Quare ego* vero *honeſtiſſimae voluntati tuae pareo.*

6. *Auctoritate publica.*] Imperatoria; immo Senatoria, cum Dion referat, illa Senatuſconſulta, quae fiebant extra ordinem, ſolita appellari, publicam auctoritatem. CATAN.

7 *Caeſar ipſe* patronus advocaretur.] Sic omnes vulgatae, ſenſu prorſus contrario. Nam ſi Caeſar *abſtinentiae patronus advocatur*, tuebitur illam abſtinentiam, quod patroni facere debent, non compellet, ut accipiat oblatam pecuniam. Scribere debuiſſet: *ut contra illam ſuperbiſſimam abſtinentiam Caeſar ipſe patronus advocaretur*; ſic Caeſar egiſſet cauſſam Senatus contra Pallantem. Hoc tamen libri non admittunt. Aldus edidit: *Caeſar ipſe patronus, ipſe advocaretur.* nihil melius. Membranae locum ſanabunt, in quibus legitur: *Caeſar ipſe* advocatus *eſſet.* Imperiti homines putarunt *advocatum* idem eſſe, quod *patronum*, indeque vulgarem ſcripturam procuderunt. Immo *advocati* ſunt, quos praeter cauſſarum patronos advocamus in conſilium, quibuscum deliberamus: quique non ſemper ſententiam ejus, qui advocavit, tuentur, ſed monendo, hortando, ſuadendo proſunt, vel etiam *jus ſuggerendo.* Aſconius in Cicer. Divinat cap. IV. *Qui defendit alterum in judicio patronus dicitur, ſi orator eſt: aut advocatus, ſi aut* jus ſuggerit, *aut praeſentiam ſuam amico commodat.* Nec ſine dente Plinius: *Caeſar advocatus eſſet*, cum in SCto legatur: *Caeſar eum* com-

quinquagies ſperneret. Sprevit, [1] quod ſolum potuit, tantis opibus
10 publice oblatis, arrogantius facere, quam ſi accepiſſet. Senatus tamen id quoque ſimilis querenti, laudibus tulit, his quidem verbis, SED CUM PRINCEPS OPTIMUS, PARENSQUE PUBLICUS, ROGATUS A PALLANTE, EAM PARTEM SENTENTIAE, QUAE PERTINEBAT AD DANDUM EI EX AERARIO CENTIES QUINQUAGIES SESTERTIUM, REMITTI VOLUISSET: TESTARI SENATUM, ET SE LIBENTER AC MERITO HANC SUMMAM INTER RELIQUOS HONORES OB FIDEM DILIGENTIAMQUE [2] PALLANTI DECERNERE COEPISSE: VOLUNTATI TAMEN PRINCIPIS SUI, CUI IN NULLA RE FAS PUTARET
11 REPUGNARE, IN HAC QUOQUE RE OBSEQUI. Imaginare Pallantem velut intercedentem Senatuſconſulto: moderantemque honores ſuos, & ſeſtertium centies quinquagies, ut nimium, recuſantem, cum praetoria ornamenta, tanquam minus recepiſſet. Imaginare Caeſarem, liberti precibus, [3] vel potius imperio, coram Senatu obtemperantem.
12 Imperat enim libertus patrono, quem in Senatu rogat. Imaginare Senatum, usquequaque teſtantem, merito libenterque ſe hanc ſummam inter reliquos honores Pallanti coepiſſe decernere: & perſeveraturum fuiſſe ſe, niſi obſequeretur principis voluntati, cui non eſſet fas in ulla re repugnare. Ita, ne ſeſtertium centies quinquagies Pallas [4] ex aerario ferret,

compelleret *ad cedendum ſenatui*; innuens, ne ipſum quidem Caeſarem pro imperio cum Pallante agere potuiſſe, ſed, veluti amicum, conſilio & benignis monitis libertum ſuum flectere debuiſſe. CORTE.

1. *Quod ſolum potuit, t. o. p. oblatis: adrogantius* fecit, *quam ſ. a.*] Ita vulgares editiones, nullo ſenſu. Potuitne Pallas hoc *ſolum* facere, ut ſperneret? Immo poterat etiam accipere, poterat publico donare. Emendavi ex Membranis & Edd. Aldi: *Sprevit*, quod ſolum potuit, *tantis opibus publice oblatis*, adrogantius facere, *quam ſi accepiſſet. Quod ſolum potuit adrogantius facere* conjungi debent. Adrogantis erat, tot opes accipere: Hoc unum tamen adrogantius facere poterat, ut, cum publice obferrentur, ſperneret. Lib. II. Epiſt. XIII. extr. *Extenderem preces, niſi & tu rogare diu nolles, & ego tota* hoc *epiſtola* feciſſem. Sine Verbo Lucanus Lib. VI. vs. 132.

Quod ſolum valuit virtus, *jacuere peremti*
Debuerant quo ſtare loco.

ubi vide. Alii Verbum addere amant, quod vidimus ad Salluſt. Cat. cap. LV. n. 2. Seneca de morte Claud. cap. VI. *Itaque*, quod *Gallum* facere oportebat, *Romam cepit.* IDEM.

2. Pallantis *decernere coepiſſe.*] Scripſi: Pallanti *decernere coepiſſe*, ex Membranis; nec aliter mox repetit n. 12. Pallanti *coepiſſe decernere.* Ita & n. 1. Huic . . *ornamenta praetoria* decrevit. Salluſt. Cat. cap. L. princ. *Dum* legatis *Allobrogum & Ti.* Volturcio *praemia* decernuntur. atque ita paſſim. Mox Aldus in priore: *cui* mulla *re*; poſteriore: *cui* nulla *re*. Sed membranae, ut editur. Barthius malebat: *cui in nulla re fas putaret* pugnare, nulla cauſſa legitima.

3. *Vel potius imperio.*] Vera correctio. paruit enim Claudius libertis ſuis: inde Juvenalis:

Indulſit Caeſar cui Claudius omnia, cujus
Paruit imperiis, *uxorem occidere juſſus.*

CATAN.

4. *Ex aerario* referret] Mediceus: *ex aerario* ferret, quod non debebant rejicere. *Ferre* eſt accipere, ut ſupra Epiſt. II. n. 5. *Si qui forte quindecim millibus emerant, hi & quindecim millium octavam, & quinque millium decimam* tulerunt. Sic *ferre fructum* Lib. V. Epiſt. I. n. 10. & Eod. Epiſt. XIII. n. 2. Tuli, *quod petebam.* Lucanus Lib. III. vs. 124. ubi etiam de aerario ſermo:

— *nullasque*

ferret, verecundia ipſius, obſequio Senatus opus fuit, in hoc praecipue non obſecuturi, [1] ſi in ulla re putaſſet fas eſſe non obſequi? Finem exiſtimas? Mane dum, & majora accipe. [2] UTIQUE CUM SIT UTILE, 13
PRINCIPIS BENIGNITATEM PROMPTISSIMAM AD LAUDEM PRAEMIAQUE MERENTIUM ILLUSTRARI UBIQUE, ET MAXIME HIS LOCIS, QUIBUS INCITARI AD IMITATIONEM [3] PRAEPOSITI RERUM EJUS CURAE POSSENT, ET PALLANTIS SPECTATISSIMA FIDES, ATQUE INNOCENTIA EXEMPLO PROVOCARE STUDIUM TAM HONESTAE AEMULATIONIS POSSET, EA QUAE [4] QUARTO CALENDAS FEBRUARIAS, QUAE PROXIMAE FUISSENT, IN AMPLISSIMO ORDINE OPTIMUS PRINCEPS RECITASSET, SENATUSQUE CONSULTA DE IIS

—— *nullaſque* feres *niſi ſanguine ſacro*
Sparſas, raptor, opes.

& vs. 130.

Non feret e *noſtro ſceleratus praemia miles.*

adde Ejuſd. Lib. II. vs. 91. & Lib. IV. vs. 784.

Non tam laeta tulit *victor ſpectacula Maurus.*

Virgilius: tulit *alter honores.* Juvenalis Sat. XIII. vs. 105.

Ille crucem ſceleris pretium tulit, *hic diadema.*

Adde Celeb. Burmann. ad Phaedr. Lib. III. Fab. IV. vs. 16.

—— *deinde quae* tulerint *nihil*
Quanam ratione conferant pecuniam.

Frequentiſſimum hoc & paene vulgare eſt: ne forte propter ſenſum proprium indecore *ferret* legi exiſtimes. CORTE.

1. *Si in* ulla *re* putaſſet *fas eſſe non obſequi*] Aldus: *ſi in* nulla *re putaſſet*, de qua varietate alio loco pluribus diſputavimus. Membranae: *ſi in ulla re* putaſſent *fas eſſe.* Non male *ſenatus putaſſent* licet praece at *obſecuturi*: qualia collegimus multa ad Salluſt. Cat. cap. XXIII. n. 6. *Namque antea pleraque* nobilitas *invidia* aeſtuabat, *& quaſi pollui conſulatum* credebant, *ſi eum homo novus adeptus foret.* adde ad Jug. cap. XIV. n. 13. & ad Lucan. Lib. III. vs. 690.

—— —— *nec* ceſſat *naufraga* virtus;
Tela legunt *dejecta mari.*

2. *Utique.*] Praeſertim. Verba Senatuſconſulti. Eſt autem ordo & ſenſus: Cum ſit utile principis benignitatem tam promptiſſimam in Pallantem illuſtrari, & publicari in laudem virorum, ut Pallantis, merentium praemia locis ampliſſimis, ut in foro: quibus rebus reliqui praepoſiti curae imperialium rerum poſſent incitari ad imitationem: & fides Pallantis ſpectatiſſima in patronos, atque innocentia poſſit provocare exemplo ſuo aliorum ſtudium, tam honeſtae aemulationis: eſt viſum ea quae optimus princeps recitaſſet in ampliſſimo ordine, &c. CATAN. In Mediceo legitur: *Utique cum ſit utile* principi, *benignitatem* cet. quod non probo.

3. *Praepoſiti rerum ejus* cura.] Sic Editiones vulgo: ſed haud dubie ſcribendum, *curae*, ut Catanaeum quoque legiſſe ex notis ejus apparet. *Praepoſiti curae rerum Caeſaris* ſunt Procuratores Caeſaris. GRONOV. Recte Gronovius *curae*, & ſic non modo Catanaeus, ſed etiam Mediceus Codex. Alterum ſine ſenſu eſt, & illis tantum ſe probavit, qui concurſum Genitivorum ferre non potuerunt. Sed *curae* eſt tertius Caſus, nec inſolens eſſe, ſi plures Genitivi conjungantur, docuimus ad Salluſt. Jug cap. XXX n. 3. *de* cujus *odio* potentiae nobilitatis *ſupra diximus.*

4. *Quarto Calend.* Februarii.] MS. Mediceus: *IIII. Kal. Februarias.* ita enim veteres malebant, quam *Februarii.* Dixi ad Lib. VI. Epiſt. XVI. n. 4. *Nono Kalend.* Septembres *hora fere ſeptima.* ſic enim & illic membranae. Eaedem mox: *quae* proximae *fuiſſent*, non *proxime*, quod in omnibus Edd. haeret. Sic dicimus *proximis Calendis*, *proximis nundinis*; *aqua*, *quae urbi* proxima *eſt* apud Salluſtium. Ita Juſtinus Lib. I. cap IV. n. 2. *vidit ex naturalibus* filiae, quam unicam *habebat*, *vitem enatam.* Theodoſius Imperator Auſonio: Amor *meus*, qui in te *eſt*, *& admiratio ingenii atque eruditionis tuae fecit*, cet. quomodo Terentius, Cicero, alii frequenter.

IIS REBUS FACTA [1] IN AERE INCIDERENTUR, IDQUE AES FIGERE-
14 TUR [2] AD STATUAM LORICATAM D. JULII. Parum viſum, tantorum dedecorum eſſe curiam teſtem: Delectus eſt celeberrimus locus, in quo legenda praeſentibus, legenda futuris proderentur. Placuit aere ſignari omnes honores faſtidioſiſſimi mancipii: quosque repudiaſſet, quosque, quantum ad [3] decernentes pertinet, geſſiſſet. [4] Inciſa & inſculta ſunt publicis aeternisque monimentis Praetoria ornamenta Pal-
15 lantis, ſic quaſi [5] foedera antiqua, ſic quaſi ſacrae leges. Tanta principis,

1. In aes *inciderentur.*] MS. cum Aldo: in aere *inciderentur.* Alterum frequens quidem eſt apud Tullium, Livium & alios; non tamen membranarum ſcripturam damnare auſim. Servius ad Maron. Lib. VI. vs. 622. *Fixit autem ideo, quia inciſae in aeneis tabulis adfigebantur.* Siculus Flaccus de Condit. Agror. pag. 16. *Quidam formas* in aere *ſculpſerunt, id eſt*, in aereis tabulis *ſcripſerunt.* Hyginus de Limit. conſtit. pag. 193. *Si coloniae conceſſa fuerint, conceſſa coloniae* in aere *inſcribemus. Si reip.* in aere *ſubſeciva conceſſa inſcribemus.* Sidonius Lib. V. Epiſt. III. extr. *Illud ſane, velut Atticas leges*, in aere *credite* inciſum. Sic *immittere in flumine, ſpargere in Syrtibus, venire in conſpectu* & infinita ejus generis etiam ex optimis adferri poterant. CORTE.

2. *Ad ſtatuam loricatam D. Julii.*] Ut *togatae, penulatae*, & alio habitu, ita & *loricatae* ſtatuae fuerunt. Talem autem Caeſar ſibi poni paſſus eſt in foro, quod ipſe exſtruxit. Lege Plinium. Lib. XXXIV. Naturalis Hiſt. cap. V. BUCHNER.

3. *Decernentes.*] Senatores: per quos non ſtetit, quin pecuniam reciperet Pallas. CATAN.

4. *Inciſa & inſculpta ſunt publicis aeternisque monimentis Praetoria.*] Vocem poſtremam pro adulterina habuerim; aut ſi non, addiderim ei adhuc alias duas, quae viſuntur in Editione Aldi: *ornamentis Pallantis.* Verum ne quid diſſimulem, magis mihi adhuc blanditur conjectura mea; fuiſſe ſcilicet initio, *aeternisque monumentis P. R.* indeque factum illud *Praetoria*, cum exprimi potius oporteret *Populi Romani*, quemadmodum pluribus firmavi in libellis Suſpicionum. GRUTER. *Aeternisque monimentis.*] Firmiſſime duraturis. Statius de Coloſſea Domitiani Silv. I.

—— —— *teneat quamvis aeterna crepido,*
Quae ſuper ingenti portaret culmina montis.

Phaedrus Lib. II. extremo:

Aeſopi ingentem ſtatuam poſuere Attici:
Eamque collocarant aeterna in baſi.

BUCHNER. Fruſtra eſt cum conjectura ſua Gruterus. Scribendum enim cum Aldo: *Inciſa . . . monimentis praetoria* ornamenta Pallantis, *ſic quaſi foedera* cet. ita jubent membranae unicae. Vulgo *ornamenta Pallantis* peſſime omittebant. *Praetoria ornamenta* dixit n. 1. 4. & 11.

5. *Foedera antiqua.*] Ut Latinorum & Carthaginenſium. *Sacrae leges.*] Quae in albo poſitae fuerant. Sacrum eſt, quicquid deorum habetur: nam Juſtinianus, *Sacrae*, inquit, *res ſunt, quae rite per Pontifices deo conſecratae ſunt, veluti aedes ſacrae, donaria, quae rite ad miniſterium Dei dedicata ſunt.* Leges igitur *ſacrae* dictae, quod ante eas conditas, referente Dionyſio, quaedam erant in ſacris libris repoſita, vimque legis habentia: quorum cognitionem ſoli patricii habebant, & pro legibus utebantur. *Sanctae* vero dicuntur ſecundum Donat. & Macrob. quod poenae ſanctione a nullo corrumpi, & violari debeant: & ideo ſanctione confirmatae, reſpondente Ulpiano: quod enim ſanctione quadam ſubnixum eſt, id ſanctum eſt, etſi deo non ſit conſecratum. Scio leges per Decemviros X. tabulis annotatas, populo confirmante in baſes aeneas inciſas, & in foro poſitas, illuſtriſſimum eligente locum: fontem omnis publici privatique juris: cui mox duae tabulae additae. In prooemio tamen. ff. ſcriptum extat, decem tabulis eburneis leges primum pro roſtris propoſitas. CATAN. *Sic quaſi foedera antiqua, ſic quaſi ſacrae leges.*] Talia enim in aes incidebantur. Ovidius I. Metamorph. de aurea aetate:

—— —— *nec verba minantia fixo*
Aere legebantur.

Verba minantia leges ſunt, contra facturis poenas interminantes. Venulejus Saturninus L. Qui tabulam D. ad L. Juliam peculatus: *Qui tabulam*, inquit, *aeream legis, formamve agrorum, aut quid aliud continentem refixerit, vel quid inde immutaverit, lege Julia peculatus tenetur.* BUCHNER. De foederibus notum eſt ex libris Maccabaeorum, Polybio,

cipis, tanta Senatus, tanta Pallantis ipſius, ([1] quid dicam neſcio) ut vellent in oculis omnium figi Pallas inſolentiam ſuam, patientiam Caeſar, [2] humilitatem Senatus. Nec puduit [3] rationem turpitudini obtendere. [4] Egregiam quidem, pulchramque rationem, ut exemplo Pallantis praemiorum ad ſtudium aemulationis ceteri provocarentur. [5] Ea honorum vilitas erat, illorum etiam, quos Pallas [6] non ſe dignabatur. Inve-

Polybio Lib. III. cap. XXVI. De Legibus & SCtis aeri inciſis vide Dion. Caſſ. Lib. XXXVII. pag. 33. Sueton. Jul. cap. XXVIII. Rycq de Capitolio cap. XXX. Rupert. ad Reineſ. Epiſt. XXVII. pag. 672. &, qui nuperrime illis acceſſit, Cl. Aegyptium ad SCtum de Bacchanalibus pag. 163. 164. 165.

1. *Quid dicam neſcio, &c.*] Totum locum lege, ut veteres Editiones habent: *Tanta Principis, tanta Senatus, tanta Pallantis ipſius, quid dicam neſcio, ut vellent in oculis omnium figi, P.* Locus eſt elegantiſſimus, quem non aſſecuti ſunt, qui primi eum depravarunt. Voluit Plinius dicere, Tanta fuit Principis, Senatus & Pallantis vecordia ſive ἀβελτηρία, aut ἀπόνοια, ut vellent &c. Sed quia verebatur, ne id quidam durius acciperent, reticuit eleganter verbum aſperius. Casaub. Recte Caſaubonus, & ſic edidit Aldus, adſentiturque Mediceus, niſi quod is duas voces, *tanta Senatus*, familiari vitio omittat, & deinde *ſi vellent*, pro *ut vellent*, ſcribat. Gryphius & alii: *quid dicam neſcio, niſi vellet. Vellet* propterea maluiſſe videntur, quia ſequitur *Pallas, Caeſar*; Sed *vellent* omnino elegantius eſt, & multa talia collegimus ad Lucan. Lib III. vs. 27.

Sed teneant Caeſar*que dies &* Julia *noctes.*

De Figura ipſa vide Ariſtidem I. Art. Rhet. cap. II. §. 2. 5.

2. *Humilitatem Senatus.*] *Humilitas* vitium ſuperbiae, ſeu arrogantiae oppoſitum, qua quis demittit & abjicit ſe ultra quam dignitatis decorique ratio patitur. Ita Caeſar Lib. I. de Bello Civili cap. LXXXV. *Humilitatem* vocat, cum Afranius, qui ante a pace abhorruerat, neque colloquii neque induciarum jura ſervaret, *orat ac obſecrat, ſi quis locus miſericordiae relinquatur, ne ad ultimum ſupplicium progredi neceſſe habeant.* Livius: *Haec natura multitudinis eſt, aut ſervit* humiliter; *aut* ſuperbe *dominatur.* Tacitus Agricola cap. XVI. *Trebellius fuga atque latebris vitata exercitus ira, indecorus atque* humilis, *precario mox praefuit.* Buchner. Sic *humilis Regulus* Lib. I. Epiſt. V. n. 1. De *patientia* dictum ad Salluſt. Jug. cap. XXXI. n. 1.

3. *Rationem turpitudini. &c.*] Velle turpe factum ratione excuſare. *Obtendere.*] Opponere tanquam praeſtigias. Catan.

4. *Egregiam.*] Ironia, qualis apud Virgil. *Egregiam vero laudem.* Eſt autem ratio quae ſequitur, ut ſcilicet ceteri provocarentur, & incitarentur ad ſtudium aemulationis exemplo praemiorum Pallantis. Idem.

5. *Ea honorum* utilitas *erat.*] Imo legendum *vilitas erat.* Significat enim adeo tum eviluiſſe honorum praemia, ut quae non niſi nobiliſſimi ante ſperare potuerint, nunc ſervis atque mancipiis proponantur, modo aemulari Pallantem velint, iisdemque ſtudere artibus, quibus ille emerſit, quae neminem minus, quam ingenuum & loco libero natum hominem deceant Buchner. Merum operarum vitium erat iſtud *utilitas*, quod inſulſe Hackiana ſervavit. Nam Aldus, Gryphius, Gruterus omnesque meliores *vilitas* cum Membranis. Lege Nepot Miltiad. cap. VI.

6. *Non dignabatur.*] Quos non accipiebat, immo faſtidiebat. Catan. *Non dedignabatur.*] Veteres libri habent *non dignabatur*, hoc eſt, quos non putabat dignos ſe, ſive qui a ſe gererentur; propterea illum appellavit modo faſtidioſiſſimum mancipium, & ejus abſtinentiam ſuperbiſſimam. Ac fortaſſe illud *dedignabatur* natum eſt ex *, ſe dignabatur.* Casaubon. *Quos Pallas non dignabatur.*] Hoc explicat, ut potuit Catanaeus. At vetuſtiſſima Editio etiam cum notis ejus ſervat: *non dedignabatur.* Neque id contra ſententiam auctoris eſt, ſed potius id requirit auctoris ſententia. Intellige, non modo praetoriorum ornamentorum aut annulorum aureorum, quos ille faſtidioſe accipiebat, ſed ipſius etiam praeturae & conſulatus, qui adjiciebantur indignis. Si voluiſſet Plinius, quod illi putabant, dixiſſet: *Ea honorum vilitas erat, ut etiam Pallas illos dedignaretur.* Gronov. Verum eſt illud de Vett. Edd. Nam Aldus etiam & Gryphius praeſtant: *quos Pallas non dedignabatur*, quae tamen lectio, pace magni Gronovii dicere liceat, cum mente auctoris pugnat. Multum enim tribueret mancipio Plinius, ſi eos honores, quos Pallas non dedignatus eſt, pro melioribus & florentiſſimis habuiſſet. id tamen ex illa ſcriptura con-

Inveniebantur tamen honeſto loco nati, qui peterent cuperentque,
17 quod dari liberto, promitti [1] ſervis videbant. Quam juvat, quod in tempora illa non incidi, quorum ſic me, tanquam illis vixerim, pudet! Non dubito ſimiliter affici te. Scio quam ſit tibi [2] vivus & ingenuus animus: ideo facilius eſt, ut me (quanquam indignatio [3] quibusdam in locis fortaſſe ultra epiſtolae modum extulerim) parum doluiſſe, quam nimis credas. *Vale.*

VII.

conficitur Membranae unicae: *quos Pallas non ſe dignabantur.* Vides, quam egregia ſit divinatio Caſauboni. Scripſit nempe auctor: *quos Pallas non ſe dignabatur*, quos ſe non dignos putabat, ut apud Maronem I. Aen. vs. 335.

—— *haud equidem tali* me dignor honore.

quomodo ſaepius Naſo. Id leviter immutavit Secundus, ut ambitioſum faſtidium hominis magis exprimeret, plane ut Lucanus de Caeſare Lib. V. vs. 383.

—— —— *ſummo dictator* honori
Contigit, & laetos fecit ſe conſule faſtus.

ubi vide. Hanc venuſtatem qui non adſecuti ſunt, fecerunt ex *ſe dignabatur*, *dedignabatur*, tandemque *dignabatur.* CORTE.

1. *Servis.*] Pallanti, qui olim ſerviverat. CATAN.

2. *Verus.*] Alia lectione *juſtus.* Item *vivus*, id eſt promptus, ſubitus. IDEM. *Verus & ingenuus, &c.*] Sic quoque Catanaeus, qui dum addit, alias legi *juſtus*, prodit nobis non tam variantem ſcripturam, quam interpretationem vocis prioris. Etſi tamen non tam notet *juſtum*, quam a ſimulatione & diſſimulatione remotum. Sic quoque locutus Tacitus Lib. XIV. Annal. cap. I. *quem verum animum*, fruſtra quis in *virilem*, aut adeo uterum annuum. GRUTER. *Verus & ingenuus animus.*] In nonnullis, ut Catanaeus auctor eſt, *vivus* lectum fuit, quod ipſe promtum, ſubitum explicat. Malim *vividus*, id eſt, erectus ac plenus vigoris. Noſter Panegyrici cap. XLIV. *Amas conſtantiam civium, rectosque ac* vividos *animos, non, ut alii, contundis ac deprimis, ſed foves & attollis.* Quamquam cauſa non eſt, cur a vulgata lectione recedamus. Nam *verus animus*, incorruptus eſt; qui in Panegyrici loco, *rectus* dicitur: id eſt, a vero ac honeſto indeflexus: quemadmodum Lib. IV. Epiſt. IV. Calviſium Nepotem, & Lib. VII. Epiſt. XXXI. Claudium Pollionem *rectos ac integros viros* vocat: & contra Perſius Sat. III. *curvos mores* dixit, qui ad honeſti regulam non reſpondent: & quos *intortos* Sat. V. appellat.

Appoſita intortos oſtendit regula mores.

Gruterus *verum animum* a ſimulatione ac diſſimulatione alienum interpretabatur: quod eodem redit. Qui & Tacitum ita locutum obſerv. XIV. Annali. cap. I. Ut de veritate hujus lectionis nihil dubitandum amplius ſit. BUCHNER. Nos de *vero*, & *veritate* egimus ad Lib III. Epiſt. VI. n. 3. & Epiſt. XI. n. 6. ex quibus tamen videas *verum animum* hic locum habere non poſſe. In membranis exſtat, quod Aldus edidit & Gryphius, reperit etiam Catanaeus: *vivus & ingenuus animus*, idque mutari non debet. Senſum vidit Buchnerus, expoſuitque vividum & plenum vigoris. Eleganter autem *vivum* & *ingenuum* conjunguntur, cum illud ſaepius pro ingenuo & nativo ponatur, quod nulla alia labe ſit mixtum & corruptum. Ita *vivum ferrum* apud Ovidium III. Amor. Eleg. VI. vs. 59.

Ille habet & ſilices, & vivum *in pectore* ferrum,

ut recte Heinſius, quem vide. Sic *vivum ſaxum* Tacitus IV. Ann. cap LV. & omnia vivida *viva* vocari, obſervavit Barthius Lib. XXXV. Adverſ. cap. XVI. Ovidius I. Triſt. Eleg. VII. vs. 31.

Si quid & in nobis vivi *fuit ante* vigoris
Exſtinctum longis occidit omne malis.

Mox MS. *ideo facilius eſt*, pro vulgato *ideoque.* CORTE.

3. *Quibusdam in locis.*] Ut illic: *Conferantque ſe non illi veteres Africani.* Item: *Prolatos Imperii fines, nec procul imaginare Pallantem velut intercedentem Senatusconſulto.* Et totum illud: *Parum viſum eſt, quia epiſtolaris ſtylus debet eſſe remiſſior.* CATAN. Vulgo: *quamquam* indignationem *quibuſdam . . . extulerim*, quod quam commode ſit dictum, alii viderint. In membranis eſt: *quamquam* indignatione . . . *extulerim*, nempe *me*, quod ex praecedente Provocabulo facile intelligitur, hocque purum putum Plinianum eſt. Vidimus eamdem loquendi rationem Lib. VII. Epiſt. IX. n. 16. *& alioquin tam immodice* epiſtola me extendi, *ut tibi ſtudendi tempus abſtulerim.* ubi vide, quae notamus. nam & hic fecerant *epiſtolam extendi.* IDEM.

1. *Nam*

VII. C. PLINIUS TACITO SUO S.

Miſerat Tacitus librum ſuum Secundo corrigendum, qui ut probaret, ne merito quidem poſſe dici Taciti diſcipulus, de induſtria fecit longum hyperbaton, quod ſane vitio datur, cum oratio, ut hic, obſcuratur.

NEque ut magiſtro magiſter, neque ut diſcipulo diſcipulus (ſic enim ſcribis) ſed ut diſcipulo magiſter ([1] nam tu magiſter, ego contra: atque ideo tu in ſcholam revocas, ego [2] adhuc Saturnalia extendo) librum miſiſti. [3] Num potui longius [4] hyperbaton facere, atque [5] hoc ipſo probare, eum eſſe me, qui non modo magiſter tuus, ſed ne diſcipulus quidem debeam dici? Sumam tamen perſonam magiſtri, [6] exeramque in librum tuum jus, quod dediſti: eo liberius, quo nihil ex meis interim miſſurus ſum tibi, in quo te ulciſcaris. *Vale.*

VIII.

1. *Nam tu magiſter.*] Haec deſunr Mediceo, propter vocabuli ejusdem repetitionem.

2. *Adhuc Saturnalia extendo.*] Otium & ferias Saturnalitias ago vel ultra tempus. Nam feriati per *Saturnalia* ludis jocisque indulgebant licenter: unde proverbiale illud apud Senecam Ludo de morte Claudii: *Non ſemper Saturnalia erunt.* BUCHNER.

3. Non *potui longius.*] Membranae *Num* habent, pro *Non.* Scribendum nempe cum interrogatione: Num *potui . . . debeam dici?* quae forma apud Noſtrum frequentiſſima eſt. Sic Lib. I. Epiſt. XX. extr. Num *corrupi te, qui . . . impoſui?* ubi in Codd. idem vitium. Lib. VI. Epiſt. XXXIII. n. 1. Num potui *ſuperbius?* Lib. IX. Epiſt. XXVIII. extr. Num *parcius* poſſum? CORTE.

4. *Hyperbaton.*] Tranſgreſſionem, prima enim perſpicuitatis virtus eſt rectus ordo, non in longum dilata concluſio. Eſt autem *Hyperbaton* perlonga dictionis dilatio, & tranſgreſſio quaedam verborum ordinem turbans: cujus ſpecies quinque, *anaſtrophe, diacope,* vel ut quidam *tmeſis, dialyſis,* ſive *parentheſis, hyſterologia,* ſive *hyſteron proteron, ſyntheſis.* Sed luculentius Diomede Fabius, quem vide. CATAN.

5. *Hoc ipſo.*] Quod vitioſum hyperbaton feci. IDEM. Mediceus: *hoc ipſo probare, eum eſſe* me, *qui:* quod ex tali codice recipiendum fuit. Aldus *me* plane omiſit, ſed is etiam infra *tamen* neglexit, contra auctoritatem membranarum. *Non modo* Ciceronem ſecutus poſuit pro *Non modo non.* Cic. Lib. I. Fam. Epiſt. IX. n. 23. non modo *praemiis, ſed ne periculis quidem compulſus ullis.* ibi vide Manutium, & quae nos olim notavimus. adde Graevium in Or. ad Quirit. poſt Red. cap. IV. Daviſium ad II. Tuſcul. Quaeſt. cap. V. item ad Lib. VIII. de B. Gall. cap. XXXIII. Brantium ad Caeſar. II. B. Gall. cap XVII. *quo* non modo *intrari, ſed ne perſpici quidem poſſet.* ita enim MSS. Palat. unus Bongarſ. Lovanienſis & Torrentii, quorum excerpta habemus. His junge etiam Freinsh. & Ducker. ad Flori Lib. III. cap. XX. n. 4. Unicum adjiciam locum Ciceronis ex Cat. maj. cap. XVI. *ad quem fruendum* non modo *retardat, verum etiam invitat atque allectat ſenectus,* quomodo bis reperi ſcriptum in veterrimis membranis Nonii cap. II. n. 68. & cap. IV. n. 232. Edd. tamen omnes. *non modo* non *retardat* Auctor infra Epiſt. XX. n. 2. *permulta in urbe noſtra juxtaque urbem* non *oculis* modo, *ſed ne auribus quidem novimus.* CORTE.

6. *Exeram.*] Exercebo, alibi extrahere ſignificat. Virgilius, *Ora exertantem.* Item: *Exertae cingula mammae.* Plinius XI. *dentes exerti ſunt apro, hippopotamo, elephanto.* CATAN. *Exeramque in librum tuum jus.*] Id eſt, exercebo. Suetonius Tiberio cap XI. *Unum hoc tantummodo, neque praeterea quicquam notatum eſt, in quo* exeruiſſe *jus tribunitiae poteſtatis viſus ſit.* In MSS. fuit: *in quo ex ſervis ejus.* ex quo Caſaubonus veram lectionem eſſe, *exeruiſſe jus,* conjecturam ducebat. Recte, pro eo enim hic Plinii locus eſt. Similiter eadem Tiberii vita cap. XXXIII. in editis libris legitur:

VIII. C. Plinius Romano Suo S.

Clitumni fontis miram naturam exprimit: petitque, ſi quid ſimile habet, ſibi reſcribat.

Vidiſtine aliquando [1] Clitumnum fontem? ſi nondum (& puto nondum: alioqui narraſſes mihi) [2] vide: quem ego (poenitet tarditatis)
2 proxime vidi. Modicus collis aſſurgit, antiqua cupreſſu [3] nemoroſus & opacus: hunc ſubter fons exit, & exprimitur pluribus venis, ſed imparibus, eluctatusque, quem facit, gurgitem, [4] lato gremio pateſcit [1] purus

Paullatim principem exercuit *praeſtititque*, pro quo in MSS. *exeruit*, exſtat, ut idem maximus vir obſervat, & elegans loquendi genus pronuntiat *exerere principem*, pro agere ſeu exercere principem, quem vide. Buchner. Confer, quae ex Heinſio adnotavit Cl. Duckerus ad Flor. Lib. I. cap. XXI. n. 2. *qui libertatem a dominis datam in ipſos exſeruerant*, & in Addendis ad eum locum. Mox membranae: *eo liberius*, quod *nihil* cet. Vulgatae omnes, quo *nihil*, cujuſmodi vitium ſupra etiam ſuſtulimus, & vidimus in MS. Salluſt. Cat. cap. IV. n. 2.

1. *Clitumnum fontem.*] Vibius Sequeſter: Clitumnus *Umbriae fluvius, ubi Jupiter eodem nomine eſt.* Plinius: *In Faliſco* Clitumni *amnis aqua potata candidos boves facit.* Virgil. Georg. II. vs. 146.

Hic albi, Clitumne, *greges, & maxima taurus*
Victima: ſaepe tuo perfuſi flumine ſacro
Romanos ad templa deum duxere triumphos.

Nam triumphantes petitis bobus ex *Clitumno* Jovi Capitolino ſacrificabant: quod Juven. interpres *ſurda aure* praeterivit. Satyra XII. ibi,

Pinguior Hiſpulla traheretur.

Papinius in Silvis:

Aut preſſant niveos Clitumna *novalia tauros.*

Silius;

Et lavat ingentem perfundens flumine ſacro
Clitumnus *taurum.*

Catan.

Vide & Turneb. Lib. XXIX. adverſ. cap. XXVI. Et Servium. Veenh. De Clitumno quaedam diximus ad Papin. I. Silv. IV. vs. 129. Barth.

2. *Vide.*] Verbum hoc deeſt Mediceo; ſenſus tamen flagitat.

3. *Nemoroſus & opacus.*] Vid. Suet. Calig. cap. XLIII. Veenh. Membranae: *antiqua* cupreſſo *nemoroſus & opacus*, non *cupreſſu*, quod in vulgatis omnibus haeret. Sic Maro III. Aen. vs. 64.

Coeruleis maeſtae vittis atraque cupreſſo.

ubi eadem varietas in Codd. Vett. quos aut ipſi vidimus, aut alii. Conſule ibi Pierium, qui id non aliter per *u* ſcribi exiſtimat, quam *annu*, *agru* in antiquis monumentis reperitur. Contra nos in bonae notae membranis offendimus *nuto*, *praetexto*, pro *nutu*, *praetextu*; item *queſtos*, *curros*, *lauros*, pro *queſtus* Vide, ſi placet, ad Lucani Lib. I. vs. 48. & ad Lib. IV. vs. 173.

4. Qui *lato gremio pateſcit.*] In aliis exemplaribus eſt, *patefacto gremio late*, item, *quem facit gurgitem lato gremio patefacit.* Catan. Vulgo dabant: *eluctatusque facit gurgitem*, qui *lato gremio pateſcit* quod eſt contra rei naturam. Veriſſime Mediceus: *eluctatusque, quem facit, gurgitem lato gremio pateſcit*, ut etiam Catanaeus ſcriptum repeperit. *Eluctari gurgitem* dixit, ut ſupra *egredi tecta*, *egredi veritatem.* Vide Lib. VI. Epiſt. XX. n. 8. & Lib VII. Epiſt. XXXIII. n. 10. ut Tacitus *eluctari difficultates* & plura ſimiliter. Venuſte autem hoc verbum fluminibus tribui, monſtrabit nota noſtra ad Lucan. Lib. II. vs. 219. ubi de Tiberi:

Tandem Tyrrhenas vix eluctatus *in undas.*

1. *Purus*

[1] purus & vitreus, ut numerare jactas ſtipes & relucentes calculos poſſis.
Inde [2] non loci devexitate, ſed ipſa ſui copia & quaſi pondere impelli- 3
tur. Fons adhuc, & jam ampliſſimum flumen, atque etiam [3] navium
patiens, quas obvias quoque & contrario niſu in diverſa tendentes,
transmittit & perfert: adeo validus, ut illa qua properat ipſe, [4] quanquam per ſolum planum, remis non adjuvetur: idem aegerrime remis
[5] contisque ſuperetur adverſus. Jucundum utrumque per jocum lu- 4
dumque

1. *Purus & vitreus.*] *Vitreus*, id eſt, pellucens vitri inſtar. Unde ſubjicit: *ut numerare jactas ſtipes, & relucentes calculos poſſis.* Auſonius argute:

> —— —— *lucetque latetque*
> *Calculus, & viridem diſtinguit glarea muſcum.*

Stipes, nummi aerei minuti ſunt. Galenus, σμικρότατα νομίσματα vocat: *Aſſes* nempe Latinorum, ut ex Varrone Lib. V. de L. L. extremo conſtat. Suetonius Auguſto cap. LIII. *Promiſcuis ſalutationibus admittebat & plebem: tanta comitate adeuntium deſideria excipiens, ut quemdam joco corripuerit, quod ſic ſibi libellum porrigeret quaſi Elephanto ſtipem.* Quod Auguſti dictum cum Quinctilianus Lib. VI. cap. IV. & Macrobius Lib. II. Saturnal. cap. IV. referret, uterque *aſſim* dixit, quod Suetonius *ſtipem* appellat. BUCHNER. Moris autem fuiſſe fontibus injicere ſtipes, diſcas ex Seneca IV. Nat. Quaeſt. cap. II.

2. *Non loci devexitate.*] Dicit magna vi flumen agere atque impellere Clitumnum, non quia per devexum ſive declivem locum, ubi & exili humori curſus facilis, deferatur; ſed quia magna aquarum copia prorumpat atque exundet. BUCHNER.

3. *Navium patiens.*] Profundus. CATAN. Lib. V. Epiſt. VI. n. 12. *Medios ille agros ſecat, navium patiens, omnesque fruges devehit in urbem.* Vide ad Salluſt. Cat. cap. V. n. 3.

4. Tanquam *per ſolum planum remis non adjuvetur.*] Non ſatis capio hunc locum. Subibat, pro *tanquam*, legendum *quamquam* eſſe, hoc ſenſu: Quamquam per minime devexum ſolum decurrit, tanto impetu fertur tamen, aquarum copia, ut remis nullis opus ſit, quibus incites navem, & languidiorem undam impellas ac adjuves; ut fieri alias in planioribus locis neceſſe eſt, licet ſecundo flumine devcharis: quemadmodum contra tam validus eſt, ut ſi adverſo flumine navigare inſtituas, vix remis & contis incurrentis vim frangere queas ac ſuperare. *Contus* pertica eſt. Vet. Gloſſ. κοντὸς *pertica, ſudis, camax. Camax* Graecum eſt. Eaedem Gloſſae χάμαξ *Ritica, pertica. Conti* autem, ſive perticae longae, & inter inſtrumenta nautica ſunt. Nos Gezäw appellare conſuevimus. Virgilius V. Aeneid. vs. 208. de Naumachia exponens:

> *Ferratasque ſudes & acuta cuſpide* contos.
> *Expediunt, fractosque legunt in gurgite* remos.

Tacitus Annali. XIV. cap. V. *Verum Aceronia imprudens, dum ſe Agrippinam eſſe, & ut ſubveniretur matri principis clamitat*, contis & remis, *& quae ſors obtulerat navalibus telis conficitur.* BUCHNER. *Qua properat, ipſe* tanquam *per ſolum planum remis non adjuvetur.*] Recte Buchnerus *quamquam:* ſed hoc non ſufficit ad locum redintegrandum. Scribe: *ut illa, qua properat ipſe*, quamquam *per ſolum planum*, *remis non* adjuventur. nempe *naves*, de quibus dicere inceperat. GRONOV. Diſtinctio ſine dubio vitioſa: *properat, ipſe tanquam.* Locus totus ita eſt interpungendus: *ut illa, qua properat ipſe, tamquam per ſolum planum, remis non adjuvetur.* SCHEFFER. Divinus hic fuit Buchnerus, & *quamquam* diſerte legitur in Mediceo. Gronovii *adjuventur* non eſt opus, deſeriturque a membranis. Immo ut mox *ſuperatur fluvius*, ſic recte etiam dicitur *remis adjuvatur fluvius.* Lucan. Lib. II. vs. 216. de ſanguine effuſo:

> *Praecipitique ruens Tiberina ad flumina rivo*
> *Haerentes* adjuvit aquas.

Similiter ille alibi: *adjuvare ſuo pondere ferrum*, *ventis* adjuta *vetuſtas*, de quibus ad Lib. III. vs. 471. & 725. Martialis Lib. X. Epigr. XXX:

> —— —— *viva ſed* quies ponti
> *Pictam phaſelon* adjuvante *fert* aura.

Repoſui itaque Mediceam ſcripturam. CORTE.

5. *Contisque.*] *Contus* ſudes eſt, ſive haſta longior duriorque ſine ferro, quo nautae in fluminibus non admodum profundis utuntur ad impellendas

dumque fluitantibus, ut flexerint curſum, laborem [1] otio, otium labore variare. Ripae [2] fraxino multa, multa populo veſtiuntur: [3] quas perſpicuus amnis, velut merſas viridi imagine adnumerat. Rigor aquae certaverit nivibus, nec color cedit. Adjacet templum [4] priſcum & religioſum. [5] Stat Clitumnus ipſe amictus ornatusque [6] praetexta. [7] Praeſens numen, atque

das ſcaphas. Eo etiam antiquos in bello uſos Virgil. teſtatur hoc verſu, Aen. IX. vs. 511.

Aſſueti longo muros detrudere conto.

& qui eos gerebant, qui de re militari ſcripſere, *contatos* appellavere. CATAN.

1. *Otio, &c.*] Labendo in pronum. *Labore.*] Nitendo ad fontem. CATAN. *Laborem otio, otium labore variare.*] Otiantur nautae, cum ſecundo flumine decurrit navis, tum enim remigatione haud opus eſt: labore mutant otium, cum flexo curſu adverſus flumen navem contis remisque aegre impellunt. BUCHNER.

2. *Fraxino.*] Arbor eſt *fraxinus* & campeſtris & montana, procera & teres, Homeri praeconio & Achillis haſta plurimum nobilitata. Theophraſtus in duo genera diſtinxit, & Plinius Lib. XVI. in quatuor, ubi etiam cap. XXIV. leges multa de *populo*, quae fluminibus laetantur. CATAN.

3. *Quas perſpicuus amnis velut merſas viridi imagine annumerat.*] Quem ſupra *purum* & *vitreum*, hic *perſpicuum* appellat. *Annumerat*, id eſt, eodem numero per imaginem velut ſpeculo reddit, quo ripa ipſa revera exhibet viſendas. Pari venuſtate atque ingenio Auſonius Moſella:

Illa fruenda palam ſpecies, cum glaucus opaco
Reſpondet colli fluvius: frondere *videntur*
Fluminei latices, & palmite conſitus amnis.

Et mox:

Tota natant criſpis juga montibus, & tremit abſens
Pampinus, & vitreis *vindemia turget in undis.*
Annumerat virides *deriſus navita vites,*
Navita caudiceo fluitans ſuper aequora lembo.

Quibus ſimilia & apud Statium Lib. II. Silv. II. & Rutilium Numatianum Lib. I. Itinerarii V. CCLXXVII legas. BUCHNER. Nihil hic variant libri, praeterquam quod Mediceus exigua diverſitate: *quas perſpicuus amnis* ut *merſas viridi imagine adnumerat.* Sed Vir Cl. Jerem Marckland tam Epiſt. Crit. pag. 55. quam ad Statii II. Silv. III. vs. 16. legendum eſſe cenſet: *velut merſas viridi* margini *adnumerat.* Cauſſas adtulit nullas, & plures adferre liceret, ex quibus vulgatam non eſſe ſollicitandam conſtat. Jam illa quae ex Statio & Auſonio adtulit Buchnerus imaginem tuentur. Ille porro in re eadem Lib. I. Silv. III. vs. 18.

——— ——— *fallax reſponſat* imago
Frondibus.

Hic vero vs. 198.

——— *qua ſe ſe amni confundit* imago.
Collis, & umbrarum confinia conſerit amnis.

Silius Lib. II. vs. 663.

Ardent tecta deum, reſplendet imagine *flammae*
Aequor, & in tremulo vibrant incendia ponto.

Nec aliter Ovidius: imagine *ſpeculi refertur Phoebus*, item, *in imagine aquae ſe videre.* Unde Phaedrus Lib. I. Fab. IV. *lympharum ſpeculum* dixit.

4. *Priſcum.*] Nam vetuſta templa magis religioſa, majeſtatis venerationisque plena CATAN.

5. *Stat Clitumnus ipſe.*] Flumina & Fontes inter Deos numeratos, & ſimulacris ac imaginibus cultos fuiſſe, tralatitium eſt. Ceterum *Clitumni* cognomine Jovem ipſum conſecratum in Umbria ex Vibio Sequeſtro de Fluminibus, Turnebus obſervat Lib. XXIX. Adverſ. cap. XXVI. BUCHNER. *Stat* proprium verbum. Sic de Jove Hammone Lucanus Lib. IX. vs. 512.

——— ——— Stat *ſortifer* illic
Jupiter, ut memorant.

6. *Praetexta.*] Veſte ſive fraxinea vel populea. Nam Virgil. Lib. VIII. fingit deum Tyberinum Aeneae viſum, populeas inter frondes amictum, tenui carbaſo glauco, & crines intectum umbroſa arundine. CATAN.

7 *Praeſens numen.*] Cujus vis & poteſtas in promtu, & in praeſenti ſtatim ſentienda. Virgilius Bucolico I. vs. 41.

——— ——— *neque ſervitio me exire licebat,*
Nec tam praeſentes *alibi cognoſcere divos.*

Cicero

atque etiam [1] fatidicum, indicant ſortes. [2] Sparſa ſunt circa ſacella complura, totidemque [3] Dei: ſua cuique veneratio, ſuum [4] nomen: quibusdam vero etiam fontes. Nam praeter illum, quaſi parentem ceterorum, ſunt minores, capite diſcreti; ſed flumini miſcentur, quod ponte transmittitur. Is terminus [5] ſacri profanique. [6] In ſuperiore parte 6
navigare tantum, [7] infra etiam natare conceſſum. Balineum [8] Hiſpellates, quibus illum locum Divus Aug. dono dedit, [9] publice praebent, praebent

Cicero Tuſcul. I. *Hercules tantus & tam* praeſens *habetur* Deus. Q. Serenus de Aeſculapio:

Depellens tetros praeſenti Numine *morbos.*

Claudianus de Apono fonte:

Publica morborum requies, commune medentum
Auxilium, praeſens Numen, *inemta ſalus.*

BUCHNER.

1. *Fatidicum.*] Fata canens, quod videtur Claudianus judicare, ubi de Clitumno memorans ſcribit:

——— *Nec te miracula fontis*
Praetereunt, tacito paſſu quem ſi quis adiret,
Lentus erat: ſi voce gradum majore citaſſet,
Commixtis ſervebat aquis, &c.

Nam Caecilius ſtatim ſubjicit *Indicant ſortes.*] Eum ſcilicet Clitumnum fatidicum eſſe per ſortes, quae multiplices erant, ut Gordi & Antii, & referente Tacito apud Germanos. Plautus etiam cujuſdam ſortis meminit: ſed haec omnia vana extitiſſe Apulejus Lib. IX. declarat, ubi recitat ſacerdotes Iſidis commentos novum quaeſtus genus: evocata enim ſorte unica de pluribus caſulis conſulentes, de rebus variis plurimos eſſe cavillatos. CATAN.

2. *Sparſa ſunt circa ſacella.*] Id eſt, paſſim poſita. BUCHNER.

3. *Dei ſimulacra.*] Imagines ad ſimilitudinem ipſius Dei. Quaedam exemplaria non habent hanc vocem, quae non incommode poteſt abeſſe Romae *ſimulacrum* ex aere factum Cereris primum reperio: tranſiit a diis ad hominum ſtatuas multis modis. Nam ex deſiderio orta videntur, ut quae intueri non dabatur, cerni per ſimulacra viderentur. quae Servius grammaticus diis ſolam aſſignat. CATAN. Inepte vulgo circumferebant: *totidemque dei ſimulacra*, quaſi Clitumnus unus variis ſimulacris fuiſſet expreſſus. Vocabulum *ſimulacra* abeſt non modo ab Edd. Aldi & Sichardi, iisque exemplaribus, quae Catanaeus vidit, ſed etiam a MS. Mediceo, qui praeterea: *totidemque* dii. *ſua cuique veneratio* cet.

4. *Nomen.*] Id eſt cognomen & epitheton, ſicut Jovi varia cognomenta poetae adſcripſere pro diverſis muneribus, quae mortalibus praeſtitit. CATAN.

5. *Sacri profanique eſt.*] Illud ſpatium quod durat a templo & ſacellis usque ad finem pontis, ſacrum eſt: a fine pontis ſtatim incipit eſſe *profanum.* IDEM.

6. *In ſuperiore parte.*] Qua pons impoſitus. Nam ſupra, & fontem ipſum propius ne navigare quidem licebat. Infra Epiſt. XX. hoc libro de Vadimonis lacu: *Nulla in hoc navis, ſacer enim eſt.* BUCHNER.

7. *Infra etiam natare conceſſum.*] Ut plane in profano. Nam minus prophanitatis habet, navem immittere: majus, corpus nudum, & pudendis partibus tangere aquam. IDEM. Adi Lipſium ad Taciti XIV. Annal. cap. XXII. Mediceus tres voces; *tantum*, *infra etiam*, omiſit.

8. *Hiſpellates.*] Plin. & Umbriae intus Hiſpellum: Strabo, altera parte confinium Picentinorum ad montana *Hiſpellum* eſt. In Umbria pariter locus: quamvis corrupte legatur *Hiſpollum.* CATAN.

9. *Publice praebent.*] Id eſt, publico ſumtu, ſine cujusquam impenſa: quemadmodum *epulum publice praebere* Suetonius dixit Vitellio cap. X. BUCHNER. Omnes impreſſi: *publice praebent, & hoſpitium*, quod ſane nimis languidum eſt. Veram lectionem ſervarunt membranae unicae: *publice praebent*, praebent *hoſpitium.* Ita enim, aut *praebent & hoſpitium* ſcribendum, & agnoſces Plinium noſtrum. Lib. V. Epiſt. XV. n. 5. *Idem mihi collega in praefectura aerarii* fuit: fuit & *in conſulatu.* Eod. Epiſt. VIII. n. 1. Suades, *ut hiſtoriam ſcribam*, & ſuades *non ſolus.* Lib. VI. Epiſt. VI. n. 1. Petit *Julius Naſo*, petit *cum multis.* Epiſt. VII. n. 2. Gratum *eſt*, *quod nos requiris*, gratum, *quod his fomentis adquieſcis.* Epiſt. XXV. n. 5. *pietate* mira, mira etiam *ſagacitate patrem quaerit.* Infra hoc libro Epiſt. XXIII. extr. *In tantis tormentis*

bent & hoſpitium. Nec deſunt villae, quae [1] ſecutae fluminis amoenitatem, margini inſiſtunt. In ſumma, nihil erit ex quo non capias vo-
7 luptatem. Nam ſtudebis quoque, [2] & leges multa multorum omnibus columnis, omnibus parietibus inſcripta, quibus fons ille Deusque celebratur. Plura laudabis, nonnulla ridebis, quanquam tu vero, [3] quae tua humanitas, nulla ridebis. *Vale.*

IX. C. Plinius Urso Suo S.

Conqueritur apud Urſum, quod nequeat ſtudere ob amicorum negotia, quae tamen ſtudiis praeferenda ſunt.

OLim non librum in manus, non ſtilum ſumpſi. Olim neſcio, quid ſit [4] otium, quid quies, quid denique [5] illud iners quidem, jucun-

eram cum ſcriberem *haec*, ſcriberem *ſola*. Quae, licet paullulum diverſa inter ſe, ideo adſcripſi, quia pleraque in Codd. aut Edd ita corrupta ſunt, ut vocabulum repetendum ſemel tantum ſcriptum ſit. adde & Lib. III. Epiſt. X. n. 6. Lib. IV. Epiſt. VII. n. 2. & Lib. VI. Epiſt. XII. n. 5. Lamprid. Elagab. cap. XXIII. Uſus eſt *aurea omni tunica*, uſus & *purpurea*. Tullius Lib. III. de Nat. Deor. cap. XXIV. *quarum rerum utilitatem* video, video etiam *conſecrata ſimulacra*. quem locum idem vitium obſederat, & alia ejuſdem generis ex Suetonio ibi adtulit Cl. Walckerus. Corte.

1. *Secutae.*] Quod eſt animati dedit inanimato: non enim villae ſequi poſſunt, ſed villarum aedificatores. Catan.

2. Et *leges multa multorum omnibus columnis cet.*] Particula & deſtituitur Mediceus, ut ſcribi diſtinguique debeat: *Nam ſtudebis quoque: leges multa* cet. Morem illum parietibus & columnis carmina aut alia inſcribendi, probe illuſtrat Scholiaſtes Ariſtophanis in Acharn. vs. 144. & in Veſpaſ. vs. 98. Ad eumdem reſpexit Claudianus Idyll. VI. vs. 5. ubi de Apono:

Et ſit nulla manus, cujus non pollice ductae
Teſtentur memores proſpera vota notae.

& Priap. Carm. I.

Ludens haec ego, teſte te, Priape,
Horto carmina digna, non libello,
Scripſi non nimium laborioſe. . . .
Ergo quidquid id eſt, quod otioſus
Templi parietibus tui *notavi*,
In partem accipias bonam, rogamus.

3. *Quae tua humanitas.*] Humanitatis enim eſt, ignoſcere potius ac connivere, quam ridere atque perſtringere inepta. Nam quotusquisque noſtrum tam conſideratus & prudens, qui non per tempus ineptiat? Itaque hominis eſt, non irridere in aliis, quod tibi ipſi accidere queat. Huc pertinent, de quibus ſapientiſſimus Seneca praecipit de Tranquillitate animi cap. X. Nam poſtquam de Heracliti itemque Democriti inſtituto feciſſet verba, quorum alter deploravit humana omnia, alter deriſit, & uter rectius videretur feciſſe, ſignificaſſet, ſubjicit tandem: *Satius eſt publicos mores & humana vitia placide accipere, nec in riſum nec in lacrimas excidere. Nam alienis malis torqueri, aeterna miſeria eſt: alienis malis delectari, voluptas inhumana.* Buchner.

4. *Otium.*] A negotiis urbanis, vel ſtudium. Nam alibi cum dixiſſet ſe in ſeceſſu cum libellis loqui, ſubdidit *dulce otium*. Et ad Caninium, *hoc ſit negotium tuum, hoc otium, hic labor, haec requies.* Catan.

5. *Illud iners quidem.*] Id eſt, ἄπρακτον, ſive, ut ipſe mox interpretatur *nihil agere, nihil eſſe.* Ubi *nihil agere*, non plane eſt torpere otio, ſed nihil otii agere, quod ad Rempubl. aut amicos pertineat, unde inclareſcere poſſis. Tibullus:

Me mea paupertas vitae traducat inerti.

Olim autem, quaſi dicat: olim fuit illud tempus, cum neque librum, neque ſtilum, ſumſi in manus. Buchner. Martialis de Tibullo Lib. XIV. Epigr. CXCIII.

jucundum tamen, nihil agere, nihil eſſe: adeo multa me negotia amicorum [1] nec ſecedere, nec ſtudere patiuntur. Nulla enim ſtudia tanti, 2
ut amicitiae officium deſeratur: quod religioſiſſime cuſtodiendum, ſtudia ipſa praecipiunt. *Vale.*

X. C. Plinius Fabato Prosocero Suo S.

Fabatum monet, Calpurniam uxorem ſuam feciſſe abortum, & ideo in ſummum diſcrimen adduci: ſed hortatur, bene ſperet, quia a periculo libera poteſt adhuc parere liberos, cum jam ejus rei dederit experimentum.

QUo magis cupis ex nobis pronepotes videre, hoc triſtior audies, neptem tuam abortum [2] feciſſe, dum ſe praegnantem eſſe [3] puellariter neſcit, ac per hoc quaedam [4] cuſtodienda praegnantibus omittit, facit omittenda: quem errorem [5] magnis documentis expiavit, in ſummum

In tota juvit quem nihil eſſe *domo.*

Barth. Hoc valde ſuſpectum eſt. Quid enim ſignificat hoc loco *nihil eſſe?* An legendum, *nihil noſſe?* Scheffer. Perperam Schefferus. *Nihil eſt*, qui nullam partem curae, officii, laboris in ſe ſuſcipit, ipſe otioſus omnia aliis permittit. Lege haec commode illuſtrantem Brockhuſ. ad Tibull. Lib. I. Eleg. V. vs. 30.

Illa regat cunctos, illi ſint omnia curae,
Et juvet in tota me nihil eſſe *domo.*

Alio ſenſu Lucanus Lib. VII. vs. 268.

Omnia dum vobis liceant, nihil eſſe *recuſo.*

De particula *Olim* dictum ad Lib. I. Epiſt. XI. princ. Olim *mihi nullas epiſtolas mittis.*

1. *Nec* ſecedere, *nec ſtudere patiuntur.*] Aldus edidit: *nec* ſedere, *nec ſtudere patiuntur.* In Mediceo exſtat: *nec* cedere, *nec ſtudere.* Ex quo patet, recte alios dediſſe *ſecedere*; ſiquidem in illis aliisque membranis aliquoties *cedere* & *ceſſus*, pro *ſecedere* & *ſeceſſus* occurrit, quod indicavimus ad Lib. II. Epiſt. I. n. 8. *ad omnes honores meos ex* ſeceſſibus *adcucurrit*, ubi plerique libri *ex ceſſibus.* Statim Optimus: *Nulla enim ſtudia* tanti, *ut amicitiae* cet. ad conſuetudinem Secundi. Vulgo: *tanti ſunt.*

2. *Feciſſe, dum ſe &c.*] Diſtingue, *feciſſe. Dum ſe &c.* Casaubon. Male adſecuti ſunt mentem manumve Caſauboni operae. Nam poſt *feciſſe* plene diſtingui nequit.

3. *Puellariter.*] Per puellarum ſimplicitatem & imperitiam. Hoc eſt, quod ſequenti Epiſtola Hiſpullam ait nulla quidem ſua culpa, ſed *aetatis aliqua* in ſummo diſcrimine fuiſſe. Sequitur enim ſtatim: *inde abortus, & ignorati uteri triſte experimentum.* Significat enim ideo in ſummum diſcrimen adductam fuiſſe, quod ignoraret ſe ferre uterum, tanquam puella, & inexperta. Buchner.

4. *Cuſtodienda.*] Id eſt, obſervanda. Praecedente Epiſt. quod *religioſiſſime cuſtodiendum.* Columella Lib. XI. cap. I. *Hoc igitur* cuſtodire *oportet Villicum. Cuſtodire ferias*, pro obſervare alter Plinius dixit Lib. XXXV. Nat. Hiſtor. cap. II. Apud Noſtrum ſupra Lib. IV. Epiſt. XVI. *cuſtodite ludere* eſt caute & circumſpecte ludere. Idem Lib. VI. Epiſt. XXIX. *Tuitus ſum Julium Baſſum, ut incuſtoditum & incautum, ita minime malum.* Idem. Saepius hoc ſenſu Quinctilianus in Declamationibus verbum *cuſtodire* adhibuit, Alia nos damus ad Lucani Lib. II. vs. 389.

Juſtitiae cuſtos, *rigidi ſervator honeſti.*

Corrupte Aldus: *cuſtodienda praegnationibus.*

5. *Magnis* detrimentis *expiavit.*] Fuit in ſecunda lectione *documentis*, id eſt, experimentis & exemplis, quibus in poſterum edocta fuit quid eſſet factura.

2 mum periculum adducta. Igitur ut neceſſe eſt, [1] graviter accipias, ſenectutem tuam quaſi [2] paratis poſteris deſtitutam; ſic debes agere Diis gratias, quod ita tibi in praeſentia pronepotes negaverunt, ut ſervarent neptem, illos reddituri: quorum nobis ſpem certiorem haec
3 ipſa, quanquam parum proſpere explorata, foecunditas facit. Iisdem nunc ego te, quibus ipſum me hortor, moneo, confirmo. Neque enim ardentius tu pronepotes, quam ego liberos cupio: quibus videor [3] a meo tuoque latere pronum ad honores iter, & [4] audita latius nomina, & non [5] ſubitas imagines relicturus. Naſcantur modo, & hunc noſtrum dolorem gaudio mutent. *Vale.*

XI.

factura. CATAN. Etiam in Mediceo eſt *documentis*, atque ita edidit Aldus: nec vulgatum *detrimentis* commodum ſenſum admittit. At *documentis expiatur error*, ſi in periculum adducta talem ſe gerit, ea cuſtodite agit ac patitur, ut ſperari inde queat, ſimilem eam errorem numquam admiſſuram. Tacitus Agric. cap. II. *Dedimus profecto* grande *patientiae* documentum. Vide ad Salluſt. Cat. cap. IX. n. 4. *Quarum rerum ego* maxima documenta *haec habeo.* CORTE.

1. *Graviter accipias ſenectutem tuam.*]. Id eſt, male habeas, affligas ex infelice nuntio de neptis abortu. Tractus a conviviis ſermo: ubi hoſpites bene, male accipi dicuntur. Plautus Perſa Act. V. Sc. I. *Ite foras: hic volo ante oſtium & januam meos participes* bene accipere. Seneca Epiſt. XXI. de Epicuri horto: *Hic hoſpes te polenta excipiet, & dicet*, ECQUID BENE ACCEPTUS ES? BUCHNER. Haec quidem recte vir doctus, ſed minus adpoſitè. Jungit enim: *graviter accipias ſenectutem tuam*, cum potius poſt *accipias* ſit diſtinguendum, hoc ſenſu: Sicuti neceſſe eſt graviter feras, deſtitutam *eſſe* ſenectutem tuam quaſi jam paratis poſteris; ſic debes, cet. Sic *aſperius accipere*, *durius*, *moderate accipere* apud Tullium aliquoties, qui & II. de Orator. cap. LII. *Singuli caſus humanarum miſeriarum* graviter accipiuntur. Hoc pene vulgatum. Tacitus XIII Ann. cap. XXXVI. *Quod* graviter *Corbulo* accepit. De altera forma, quam Buchnerus illuſtrat, diximus ad Cic. Lib. XI. Fam. Epiſt. XIII. n. 3.

2. *Paratis.*] Jam conceptis, ſed intempeſtive enectis. CATAN. Similiter Lib. VII. Epiſt. XXV. n. 2. *recipit ſe in agros ſuos*, paratisque *honoribus tranquilliſſimum otium praetulit.* ubi vide. De verbo *deſtitui* ſupra diximus.

3. *A meo tuoque latere.*] Significat, liberis ſuis expeditum ad honores & officia publica aditum fore per paterni juxta & materni generis nobilitatem. BUCHNER. Aldus: *quibus* video *a meo tuoque latere*, corrupte. Alterum viſitur in membranis.

4. *Audita latius nomina.*] Longa virorum illuſtrium ſtemmata in familia Calpurniae & Caecilii, quin etiam Plin. Nam multorum Pliniorum epitaphia ſuperioribus annis in agro & municipio Novocomo per Benedictum Jovium eruta ſunt: quibus colligitur non modo duobus Plin. ſed pluribus eam familiam celebrem fuiſſe. CATAN. Mediceus: *& audita latius omnia.* non placet. *Nomen* quantum ad honores poſſit, paſſim Cicero teſtatur. Lucanus Lib. VIII. vs. 276.

Et nomen, *quod mundus amat.*

5. *Subitas.*] Novas, recentes, ut objectum eſt Mario, & Ciceroni, & Q. Curtium Rufum obſcuris parentibus dicebat Tiberius, cum eum Praetorem renunciaret, *videri ex ſe natum.* CATAN. *Non ſubitas imagines.*] Id eſt, non recentem ac novitiam nobilitatem, ſed vetuſtam; nec ſemel ac ſubito, ſed longo tempore atque per plures imagines in gentem meam illatam. Aeſtimabatur nobilitas omnis Romanorum ex imaginibus: imagines autem ex magiſtratibus geſtis veniebant: non omnibus, ſed curulibus tantum. Quo plures quis igitur in gente ſua numerabat, qui magiſtratibus iſtiuſmodi praefuiſſent, eo plures habebat imagines, & eo nobilior quoque cenſebatur. Vide ſi lubet Lipſium Lib. I. Elector. cap. XXIX. qui plura de imaginibus iſtis ibi collegit utiliter & erudite obſervavit. BUCHNER. *Non ſubitas imagines*, hoc eſt, non recentem ac novitiam nobilitatem. Ovidius:

Non modo fortunae munere factus eques.

Adi Budaeum ad Pandect. pag. 148. BARTH. Vide Lib. III. Epiſt. III. n. 7.

XI. C. Plinius Hispullae Suae S.

Hiſpullam Fabati filiam, & ſororem patris Calpurniae, pariter pro abortu uxoris ſolatur, rogatque, ut caſum Fabato velit excuſare.

Cum affectum tuum erga fratris filiam cogito, etiam materna in-
dulgentia [1] molliorem, [2] intelligo prius tibi, quod eſt poſterius,
nunciandum, ut [3] praeſumpta laetitia ſollicitudini locum non relinquat:
quanquam vereor, ne poſt gratulationem quoque in metum redeas,
atque ita gaudeas periculo liberatam, ut ſimul, quod periclitata ſit,
perhorreſcas. [4] Jam hilaris, jam ſibi, jam [5] mihi reddita, incipit re- 2
fici, transmiſſumque diſcrimen [6] convaleſcendo metiri. [7] Fuit alioquin
ſummo diſcrimine ([8] impune dixiſſe liceat) fuit nulla ſua culpa, aeta-
tis aliqua; inde abortus, & ignorati uteri triſte [9] experimentum.
Proinde & ſi non contigit tibi deſiderium fratris amiſſi, aut nepote ejus, 3
[1] aut

1. *Molliorem affectum.*] Amorem indulgentiorem, remiſſiorem, quam ſi illi mater eſſes. Catan.

2. *Intelligo.*] Video optimum factu, ſi tibi nunciavero ipſam convaluiſſe, antequam dicam abortum feciſſe. Idem

3. *Praeſumpta laetitia.*] Ante capta & admiſſa. Buchner. Adi ad Lib. II. Epiſt. X. n. 6.

4. Jam *hilaris.*] *Jam* deſideratur in membranis, ut a Plinio relictum eſſe exiſtimem: *Hilaris* jam, jam *ſibi, jam mihi reddita.*

5. *Mihi*] Qui jam de illa bene ſpero, ſicut illa de ſe. Catan.

6. *Convaleſcendo remetiri.*] Interea dum convaleſcit, & extra periculum eſt, recogitare apud animum, quantum adierit diſcriminis paulo ante. Buchner. Mediceus: *convaleſcendo metiri*, quod unice verum. Dum paulatim convaleſcit, eo ipſo ſentit, quanto fuerit in periculo. Ipſa enim convaleſcentia oſtendit, quantum ſit periculum tranſmiſſum. Salluſt. Cat. cap. XXXI. n. 2. *ſuo quisque* metu *pericula* metiri. ubi vide. Cic. Lib. V. de Finib. cap. XXXI. *ſed iſti ipſi, qui* voluptate *&* dolore *omnia* metiuntur. Is ita ſaepius. Livius Lib. III. cap. LIV. *Appius odium in ſe aliorum ſuo* metiens odio. Lucanus Lib. VIII. vs. 346.

Se ſimul, & Romam Pompejo ſupplice menſus.

ad quem locum alia notavimus. Polybius Lib. XII. cap. VI. *περὶ δὲ τῶν πάντα μετρέντων ταῖς ἰδίαις ὀργαῖς καὶ φιλοτιμίαις ἀνάγκη πάνθ' ὑποπίπτειν ἐςί.* Corte.

7. *Fuit* alioqui in *ſummo diſcrimine.*] Mediceus: *Fuit* alioquin *ſummo diſcrimine.* Ita Cicero IV Fam. Epiſt XV. n. 3. *tamen hoc tempore breviter commonendum putavi, ne* quo periculo *proprio te exiſtimares* eſſe. Lib VI. Epiſt. IV. n. 11. *Quanto* fuerim dolore *meminiſti*: ibi alia olim notavimus. Idem XVI. Epiſt. XV. n. 2. *Incredibili* ſum ſollicitudine *de tua valetudine.* Seneca Epiſt. CXXIV. *Si quis diceret illum in materno utero latentem, tenerum & imperfectum & informem jam* aliquo bono eſſe, *aperte videretur errare.* Sic habet veterrima Editio, quae penes nos eſt. Vulgo: *jam* in *aliquo bono eſſe.* Salluſt. Jug. cap. LVII. extr. pari*que* periculo, *ſed fama impari, boni & ignavi* erant.

8. *Impune.*] Libere, ſine illius poena. Q. Curtius: *Multis* impune *vulneratis*; & mox: *Donec debilitati* impune *navigiis excipi poſſent.* Catan. Hanc formulam addit, ne diis imputare crimen videatur. Barth.

9. *Experimentum.*] Convenit cum ſuperioribus, ubi legunt aliqui *documentis.* Uſus enim & experientia in rebus humanis dominatur, & ubi quid perperam factum, ceſſit improſpere, vitatur quod fefellerat. Catan. *Uteri*, id eſt, praegnationis, ut Tacitus I. Ann. cap. LIX. *Arminium rapta uxor, ſubjectus ſervitio uxoris* uterus *vecordem agebant.* Barth. Sic iterum Tacitus XV. Ann. cap. XXIII.

[1] aut nepte ſolari, memento tamen dilatum magis iſtud, quam negatum, cum ſalva ſit, [2] ex qua ſperari poteſt. Simul [3] excuſa patri tuo caſum, cui paratior [4] apud feminas venia. *Vale.*

XII. C. Plinius [5] Miniciano Suo S.

Cum Titinius Capito recitaturus eſſet, excuſat diem a contubernio Minutiani, ut Capitoni paria reddat. qui recitationibus Plin. interfuerat, & materia ipſa ſcribendi ductus. Mortem enim illuſtrium virorum ſcriptis commendabat.

Hunc ſolum [6] diem excuſo, Recitaturus eſt Titinius Capito, quem ego audire neſcio magis debeam, an cupiam. Vir eſt optimus, & inter praecipua ſaeculi ornamenta numerandus: colit ſtudia, ſtudioſos amat, fovet, provehit, multorumque, qui aliqua componunt, [7] portus, ſinus, praemium, omnium exemplum: ipſarum denique literarum

1. *Aut nepte.*] Abſunt haec a Mediceo.

2. *Ex qua ſperari poteſt.*] Nepos aut neptis. Buchner.

3. *Excuſa patri tuo caſum.*] Sequenti Epiſtola: *Hunc ſolum diem excuſo*, id eſt, propter hujus ſolius diei abſentiam me excuſatum tibi cupio. Suetonius Calig. cap. XXVII. *Parentes ſupplicio filiorum intereſſe cogebat, quorum uni, valetudinem* excuſanti, *lecticam miſit.* Ubi *valetudinem excuſare*, eſt abſentiae ſuae cauſam allegare valetudinem, & ita ſe excuſare. Qua forma & ratione in Claudio quoque uſus eſt bis: & rurſus Nerone cap. XL. *Edictis Vindicis contumelioſis & frequentibus permotus, ſenatum Epiſtola in ultionem ſui reique publicae adhortatus eſt*, excuſato *languore faucium, propter quem non adeſſet.* Idem. Lib. I. Epiſt. VII. n. 7. *Fas eſt mihi* excuſare Baeticis *contra unum hominem* advocationem. Lib. VII. Epiſt. XI. n. 2. *Cupio enim & tibi probatum, &* coheredibus *meis* excuſatum eſſe, *quod me ab illis ſecerno.* Ovid. II. Metam. vs. 396.

— — miſſos *quoque Jupiter* ignes
Excuſat.

Ad illa, quae Buchnerus protulit, adde Quinctilian. Declam. XII. cap. XXV. princ. *Tu tamen, ſi interpellatus tempeſtatibus ſerius veniſſes*, excuſares mare, *& ambiguos flatus.* cum nota Cl. Burmanni.

4. *Apud feminas.*] Te femina deprecante facilius veniam dabit feminae Calpurniae inopinati abortus. Catan.

5. *MINUTIANO.*] Scribe *Miniciano*, ut edidit Aldus & habetur in Mediceo. Vide ad Lib. VII. Epiſt. XXII. n. 2.

6. Diem *excuſo.*] Juvenalis de Statio: *Promiſitque* diem. Barth. Tu vero vide paullo ſuperius ad finem Epiſt. praecedentis dicta. Mox Mediceus: Tinius *Capito.* corrupte. Vide Lib. I. Epiſt. XVII.

7. *Portus, ſinus.*] Id eſt, praeſidium, atque refugium: quo ſeſe ſtudentes atque ſcriptores ſic, quaſi in portum jactati nautae, aut quaſi in ſinum parentis parvuli liberi, recipiunt, ut tuti ſint, & metu vacui. Ita Senatus Romanus, *Portus atque refugium nationum* Ciceroni dicitur. Similia & apud Ovidium de Ponto habes. De *Sinu* vide quae non ita pridem ad Hymnum Prudentii de Servatoris Natali notavimus. Buchner. Supra Aldus: *multorum, qui aliqua c.* ſed contra fidem membranarum, quae Copulam addunt. *Praemium* ita dictum, ut apud Lucan. Lib. IX. vs. 1087.

Poena *fugae* Ptolemaeus *erat.*

adde dicta ad Ejud. Lib. X. vs. 433.

1. Sene-

terarum jam [1] ſeneſcentium [2] reductor ac reformator. [3] Domum ſuam 2
recitantibus praebet, auditoria [4] non apud ſe tantum [5] benignitate mira frequentat: mihi certe, ſi modo in urbe eſt, defuit nunquam. Porro tanto [6] turpius gratiam non referre, quanto honeſtior cauſa referendae. An [7] ſi litibus tererer, obſtrictum eſſe me crederem obeunti [8] vadimo- 3
nia mea? nunc quia mihi omne negotium, omnis in ſtudiis cura, minus obligor [9] tanta ſedulitate celebranti, in quo obligari ego, [1] ne

1. *Seneſcentium.*] Ab illa florida & robuſta eloquentia ſterilitatem quandam redolentium. Cujus rei cauſam pluribus quaerit Tacitus in libro de cauſis corruptae eloquentiae. CATAN.

2. *Reductor.*] Ad priorem bonitatem & candorem. Nam Ciceronis & Aug. tempora habita ſunt eloquentiſſima, priora pene rudia & inculta: poſteriora usque ad Honorium plus eruditionis quam eloquentiae collatura, reliqua usque ad ſeculum noſtrum ſemibarbara. IDEM.

3. Domum *ſuam recitantibus* praebet.] De quo more Interpret. ad Juvenal. Sat. VII. vs. 40. & Caſaubon ad Theophraſt. Charact. pag. 170.

4. *Non apud ſe tantum.*] Non ſolum cum libri recitantur in aedibus ſuis, verum etiam in alienis. CATAN.

5. *Benignitate mira frequentat.*] Id eſt, comitate, facilitate, ſive humanitate. Id enim hic *benignitas* eſt. Significat igitur Titinium & audiiſſe libenter recitatores, & ab omni livore ac malignitate, ſeu reprehendendi libidine alienum fuiſſe in audiendo. Uti a *malus*, *malignus*, & hinc *malignitas*; ita a *bonus*, *benignus*, & hinc *benignitas*. Itaque ut *bonus* & *malus*; ita *benignus malignus*que; item *benignitas malignitas*que opponuntur. Porro *malignitas* κακοήθεια eſt: quam Plutarchus delineat περὶ τȣ̃ Ἡροδότȣ κακοηθείας. Ejus maxima pars livor ſive invidia eſt, & quod hinc ſequitur obtrectandi ſtudium, & omnia in pejus interpretandi. Quia itaque *malignitas benignitas*que, ut diximus, contraria ſunt; idcirco *livori*, apud Noſtrum Paneg. cap. III. opponitur. Quod & hic fit ex parte. Quam enim *benignitatem* Plinius; Terentius in Phormionis Prologo *Bonitatem* & *aequanimitatem* vocat *Bonitatem*, qua probat bona; *aequanimitatem*, qua vitioſis ignoſcit. Quorum neutrum facit malignus & lividus: qui & detorquet recta, & modum in reprehendendis iis, quae ſecus fiunt dicunturque, tenere haut poteſt. Sed aliquid majus *bonitate* & *aequanimitate* tamen *benignitas* habet. Illae enim & cum cunctatione quadam, & triſti fronte partibus ſuis funguntur; iſta vero & eadem praeſtat, & quae in illis deſiderantur, facilitatem leporemque ac ſuavitatem addit. Itaque probat recta non tantum, atque ignoſcit vitiis, ſed & ſponte ac promte & cum jucunditate quadam id facit; illa commendans & praedicans; haec vel excuſans. Vide B. Hieronym. in cap. V. Paullinae Epiſt. ad Galatas. BUCHNER.

6. *Turpius gratiam, &c.*] Non audire ipſum recitantem CATAN.

7. *Si litibus* tererer.] Sic membranae & pleraeque Edd. Aldus autem vitioſe *terrerer.* Vide ad Lib. VII. Epiſt. V. n. 2. *Unum tempus his tormentis caret, quo in foro amicorum* litibus conteror.

8. *Vadimonia mea.*] Sponſiones per me factas aliquem ſe in judicio ſiſtendi ad certum diem. Cic. pro Quinto: Vadimonium *mihi non obiit.* Et mox: *Qua tibi hora* vadimonium *non ſit obitum.* Plautus in Epidico: *Ilicet* vadimonium *ultro mihi hic facis.* Mart. Lib. VIII.

Cum modo diſtulerint raucae vadimonia *cacrae.*

Obeunti, id eſt, adeunti. CATAN. Vulgo: *obeunti ad vadimonia mea.* Sed MS. veterrimus Praepoſitionem excludit, quod & Ciceronem facere, ex Catanaei obſervatione patet. Alterum vix Latinum eſt *Obit vadimonium*, qui iſtud in ſe ſuſcipit, nec poſtea deſerit, ut *obire munus*, *hereditatem*, *obire officium* & alia dicunt. Auſonius Epiſt. XXIV. vs. 43.

—— *Phrygii quoque gloria Niſi*
Jam minor, & promiſſa obiens vadimonia *Damon.*

Cic. pro Roſc. Comoedo cap. XIII. *pro opera, pro labore, quod cognitor fuiſſet, quod* vadimonia obiſſet cet. Noſter *obire rem familiarem*, & Lib. IX. Epiſt. XXVII. n. 5. *Vides, quam non delicata me cauſſa* obire primum *conſulatus tui* diem *non ſinas.* CORTE.

9 *Tanta ſedulitate celebranti.*] Puta ſtudia, dum recitationes frequentat, quod paulo ante in Capitone laudaverat. Nam *celebrare*, frequentare eſt, ſeu frequenter obire, colere. Lucretius:

4 [1] ne dicam ſolo, certe maxime poſſum? Quod ſi illi [2] nullam vicem, nulla quaſi mutua officia deberem, ſolicitarer tamen vel ingenio hominis [3] pulcherrimo & maximo, & in ſumma ſeveritate dulciſſimo, vel honeſtate materiae. Scribit exitus illuſtrium virorum, in his quorundam
5 mihi cariſſimorum. Videor ergo fungi pio munere, quorumque exequias celebrare non licuit, horum quaſi funebribus laudationibus, ſeris quidem, ſed [4] tanto magis veris, intereſſe. *Vale.*

XIII. C. PLINIUS [5] GENIALI SUO S.

Genialem & commendat, & felicem credit: quod libellos ſuos cum patre doctiſſimo legerit, ut ab eo diſceret, quae laudanda eſſent, quaeque improbanda.

PRobo, quod libellos meos cum patre legiſti. Pertinet ad profectum tuum, a diſertiſſimo viro diſcere, quid laudandum, quid reprehendendum: ſimul ita inſtitui, ut verum dicere aſſueſcas. Vides, quem

Et varias volucres laetantia quae loca aquarum
Concelebrant.

Cicero I. Tuſculana Euripideum carmen vertens:

Nam nos decebat coetu celebrantes *domum*
Lugere, ſi quis eſſet in lucem editus.

Idem Lib. I. de Oratore principio: *Neque vero nobis cupientibus & exoptantibus fructus otii datus eſt, ad eas artes, quibus a pueris dediti fuimus,* celebrandas *interque nos recolendas.* Sic *celebrari* dicitur, quod crebro ac frequenter fit aut contingit. Tacitus cum Hiſtor. II. cap. XLIX. expoſuiſſet, quomodo Otho in ferrum incumbens ipſemet ſe interemiſſet, & militum quidam aemulatione decoris & caritate principis juxta rogum ipſius ſe interfeciſſent, *promiſcue*, inquit, *poſtea Bedriaci, Placentiae, aliiſque in caſtris,* celebratum *id genus mortis tradit.* Tertullianus de Oratione: *In nobis reprehendi meretur, quod apud idola* celebratur. BUCHNER.

1. *Ne dicam* ſoleo, *certe maxime poſſum.*] Placet omnino altera lectio, *ne dicam* ſolo, quae elegantiſſimam ſententiam habet. Perinde enim eſt, ac ſi dixiſſet, dicerem me in eo ſolo obligari poſſe, niſi id eſſet invidioſum & νεμεσητόν. CASAUBON. Non deliberandum amplius. In Optimo perſpicue legitur: *ne dicam ſolo*, non *ſoleo.* At is perperam: *in* qua *obligari.*

2. *Nullam diem.*] Promiſſam: adſcribitur etiam *vicem.* CATAN. *Nullam diem, nulla, &c.*] Malui iſtud Catanaei, quam Aldi *vicem.* GRUTER. At, Bone, cur maluiſti. Scilicet, quia principio Epiſtolae ſcripſit: *Hunc ſolum* diem *excuſo.* Indignum! Non Aldus modo, ſed & membranae praeſtant *vicem*, quod repoſui. Lib. II. Epiſt. IX. n. 6. *Reddam* vicem *ſi repoſces: reddam & ſi non repoſcis.* Alia quaedam vide ad Lucani Lib. IX. vs. 998.

—— —— grata vice *moenia reddent*
Auſonidae Phrygibus.

CORTE.

3. *Pulcherrimo.*] Verſanti circa res pulcherrimas. Nam ab Imperatore Trajano impetravit, ut ſibi liceret ponere in foro ſtatuam L. Syllani, eique omnino in uſu fuit claros colere: mirum qua religione, quo ſtudio imagines Brutorum, Caſſiorum, Catonum domi haberet. CATAN.

4. *Tanto magis veris.*] Nam in laudationibus funebribus oratores in multis mentiri ſolent, at in hiſtoriis non licet. CATAN.

5. *GENIALI.*] *Genialem* ſcribit Spartianus fuiſſe praefectum praetorio Divi Juliani imperatoris. IDEM.

1. *Implere*

quem ſequi, cujus debeas [1] implere veſtigia. O te beatum! [2] cui contigit unum atque idem optimum, & conjunctiſſimum exemplar: qui denique eum potiſſimum imitandum habes, cui natura eſſe te ſimillimum voluit. *Vale.*

XIV. C. PLINIUS [3] ARISTONI SUO S.

Titum Ariſtonem fuiſſe virum graviſſimum, ſanctiſſimum, doctiſſimum, Plin. Lib. I. ad Catilium Severum ſcribens, longa & pulcherrima teſtatur epiſtola: & quoties aliquid reconditum de jure ab illo quaeſiſſet, ſemper omnia veluti ab oraculo reſpondiſſe. Proinde, & victum & cultum, ac animi magnitudinem in eo ſumme admiratur.

CUM ſis peritiſſimus [4] & privati juris & publici, [5] cujus pars ſenatorium eſt, cupio ex te potiſſimum audire, erraverim in Senatu proxime,

1. *Implere veſtigia.*] Fieri ita diſertus & veridicus, qualis eſt pater tuus. Sic enim filius implet patris veſtigia, cum ad eandem cognitionem pervenit. CATAN. Sic dixit *implere veſtigia*, ut ſupra Lib. VII. Epiſt. XXIV. n. 9. *implere domum.* BARTH.

2. *Cui contigit unum atque idem optimum, &c.*] Lego, *cui contigit* vivum, *atque idem optimum & conjunctiſſimum exemplar.* Non ex antiquitate repetitum, ſed praeſens & animatum. Sic deſcribit Patrem. GRONOV. Blanditur emendatio Gronovii, qui *vivum*, pro *unum*, reponit. Conſiderandum tamen, an *unum* Secundus maluerit cum Cicerone ſuo, qui ea voce ſaepiſſime in ſingularem laudem utitur. Sic ille Lib. I. Fam. Epiſt. IX. n. 37. *qui de* uno *acerrimo & fortiſſimo viro, meoque judicio omnium magnitudine animi & conſtantia praeſtantiſſimo, Q. Metello, quondam falſam opinionem acceperunt.* Lib. IV. Epiſt. VIII. n. 1. *nec confirmare* (audeo) *maximi animi hominem* unumque *fortiſſimum.* Lib. XV. Epiſt. XVI. n. 6. *quamquam quicum loquor? cum* uno *fortiſſimo viro* in Vatin. cap. IV. *Sed ut tecum homine* uno *non ſolum impudentiſſimo atque infimo conferam.* Gellius Lib. XVIII. cap. IV. *Cum ille ſe* unum *& unicum lectorem enarratoremque Salluſtii diceret.* Mitto, quod ipſe Plinius alibi teſtatur, ex multis eligendos eſſe, quos imitemur: cum huic naturali veluti felicitate contigerit *unus* atque idem optimus & conjunctiſſimus, quem exprimere poſſet. Ceterum *unum* etiam pro *quodam* poni dudum obſervarunt Vorſtius ad Sulpicium Severum, Schefferus ad Phaedrum, Daviſius ad Caeſarem & alii, omnes poſt Scioppium. CORTE.

3. *ARISTONI.*] *Titum Ariſtonem* fuiſſe virum graviſſimum, ſanctiſſimum, doctiſſimum, Plin. Lib. I. ad Catilium Severum ſcribens, longa & pulcherrima teſtatur epiſtola: & quoties aliquid reconditum de jure ab illo quaeſiſſet, ſemper omnia veluti ab oraculo reſpondiſſe. proinde, & victum & cultum, ac animi magnitudinem in eo ſumme admiratur. CATAN. Mediceus: *Ariſtonio Suo.*

4. *Et privati juris & publici.*] Ulpianus L. Juri operam I. §. 2. D. de juſtitia & jure: *Hujus ſtudii*, inquit (juris puta) *duae poſitiones ſunt*, PUBLICUM & PRIVATUM. PUBLICUM JUS *eſt, quod ſtatum rei Romanae ſpectat.* PRIVATUM, *quod ad ſingulorum utilitatem.* PUBLICUM JUS *in ſacris, in ſacerdotibus, in magiſtratibus conſiſtit:* PRIVATUM JUS *tripertitum eſt: collectum enim eſt ex naturalibus praeceptis, aut gentium, aut civilibus* Cum dicit *publicum jus ad rei Romanae ſtatum ſpectare*; Romani imperii ſtatum intelligit. Auſonius: *Imperium, litem, Venerem, cur una notat res?* Hujus utriusque Juris peritiam Noſter in Ariſtone & ſupra praedicat ac admiratur Lib. I. Epiſt. XXII. BUCHNER.

5. *Cujus pars ſenatorium eſt.*] Nam cum Senatus rerum publicarum curam agat, illud jus, quod ad Senatores ſpectat, convenienter dici poteſt eſſe pars publici juris. An potius ſenatus conſulta, & patrum decreta intelligamus, quae ſunt pars publici juris? CATAN.

1. *Serum*]

proxime, nec ne: non ut in praeteritum ([1] ſerum enim) verum ut in
2 futurum, ſi quid ſimile inciderit, erudiar. Dices, *Cur quaeris, quod*
noſſe [2] *debeas?* [3] Priorum temporum ſervitus, ut aliarum optimarum ar-
tium, ſic etiam juris Senatorii oblivionem quandam [4] & ignorantiam
3 induxit. Quotus enim quisque tam patiens, ut velit diſcere quod in
uſu non ſit habiturus? Adde quod difficile eſt tenere, [5] quae acceperis,
niſi exerceas, Itaque [6] reducta libertas rudes nos & imperitos depre-
hendit, cujus dulcedine accenſi cogimur quaedam facere ante, quam
4 noſſe. Erat autem antiquitus inſtitutum, ut a majoribus natu, non
auribus modo, verum etiam [7] oculis diſceremus, quae facienda mox
5 ipſi, ac per vices quasdam tradenda minoribus haberemus. Inde
[8] adoleſcentuli ſtatim caſtrenſibus ſtipendiis imbuebantur, ut imperare
parendo, [9] duces agere, dum ſequuntur, adſueſcerent. Inde honores
petituri

1. *Serum.*] Nam praeterita, dicente Annibale apud Livium, magis reprehendi quam corrigi poſſunt. CATAN.

2. *Debeas.*] Lege, *debebas.* GRONOV. Probo Gronovii *debebas.* Nihilo minus omnes impreſſi & ipſae membranae *debeas.*

3. *Priorum temporum ſervitus.*] Domitiano Imperatore, de qua graviter Tacitus Prooemio Vitae Agricolae. Ubi inter alia: *Dedimus*, inquit, *profecto grande patientiae documentum: & ſicut vetus aetas vidit, quod ultimum in libertate eſſet; ita nos quid in* ſervitute, *ademto per inquiſitiones & loquendi audiendique commercio.* Cum eo itaque Collatus Trajanus, civilis maxime princeps, jam pene reduxiſſe libertatem videbatur. Unde mox Noſter: *Itaque* reducta libertas *rudes nos & imperitos deprehendit.* Iis enim verbis Trajani imperium deſignat. Tacitus ibidem: *Quamquam primo ſtatim beatiſſimi ſeculi ortu Nerva Caeſar res olim diſſociabiles miſcuerit*, principatum *ac* libertatem, *augeatque cottidie felicitatem imperii Nerva Trajanus*, & quae ſequuntur. BUCHNER.

4. *Et* ignorationem *induxit*] MS. *&* ignorantiam *induxit.* Utrumque a Cicerone adhiberi, notum eſt. Hic cur a membranis recedamus, cauſſa nulla eſt.

5. *Quae acceperis.*] Didiceris. *Accipere* enim eſt diſcere BARTH. Vide, ſi tanti, ad Salluſt. Cat. cap. VI. n. 1.

6. *Reducta libertas.*] Per imperium Nervae, & Trajani, quod teſtatur Tacitus, ut omittam Plin. in Panegyr. CATAN.

7. *Oculis.*] Dum introducebantur in Senatum, & praeſentes praetextati videbant, quae Senatores graviſſimi tractarent. IDEM. Adi Budaeum ad Pandect. pag. 244. Deinde ſcribendum: ceu *per vices quasdam*, pro *ac.* BARTH. Decepit ſine dubio virum perinduſtrium corrupta diſtinctio, quae in aliquot impreſſis obtinet: *quae facienda, mox ipſi, ac per vices* cet. Sed jungenda ſunt haec: *quae facienda mox ipſi*, & nihil correctione opus eſt.

8. *Adoleſcentuli*] Ut P. Corn. Scipio a pueritia ſub auſpicio patris coepit militaribus diſciplinis erudiri. Ductus enim in caſtra initio ſecundi belli Pun. ſeptimum & decimum agens annum, ac brevi factum eſt, ut equitando, vigilando, omnia militari labore tolerando, magnam laudem conſequeretur. CATAN. In hanc ſententiam egregie Salluſtius Cat. cap. VII. n. 4. quae ipſa Criſpi verba, ut notatu digna, ſua etiam fecit Vegetius. Adde Noſtri Paneg. cap. XIV.

9. *Duces agere.*] Id eſt, facere ac praeſtare quae Ducis ſunt; quemadmodum *Conſulem agere* Panegyrico dixit. Fabius apud Valer. Maximum Lib. II. cap. II. Exemplo IV. *Experiri volui, an ſcires conſulem agere.* Idem Valerius Lib. V. cap. VIII. *Exuit patrem, ut conſulem* ageret. Sic *Senatorem agere*, apud Tacitum Annal. XVI. cap. XXVIII. Magis Poeticum eſt, *gerere aliquem.* Claudianus: *Tu civem patremque* geras, id eſt, agas, exhibeas. Seneca Troadibus: *Excidat Hector*; gere *captivum.* Florus, qui ſaepe Poetarum ſermonem exhibet, Lib. I. cap. I. *Lupa vagitum ſecuta ubera admovit infantibus, matremque ſe* geſſit, id eſt, pro matre ſe geſſit; materni officii partibus functa eſt. BUCHNER. Noſter Lib. I. Epiſt. XVII. n. 1. *Sunt, qui defunctorum quoque* amicos agant. ubi vide. Sidonius Lib. IV. Epiſt. XXIV. *Percontor adſtantes, quod genus vitae de tribus arripuiſſet ordinibus*, monachum ageret, *an clericum.* ibi Jo. Savaro.

1. Ad-

petituri [1] adſiſtebant curiae foribus, & conſilii publici ſpectatores ante-
quam conſortes erant. Suus cuique parens pro magiſtro, aut cui pa- 6
rens non erat, [2] maximus quisque & vetuſtiſſimus pro parente. [3] Quae
poteſtas referentibus, quod [4] cenſentibus jus, quae [5] vis magiſtratibus,
quae ceteris [6] libertas, ubi [7] cedendum, ubi reſiſtendum, [8] quod ſilen-
di tempus, quis dicendi modus, quae [9] diſtinctio pugnantium ſenten-
tiarum,

1. *Adſiſtebant curiae foribus.*] Juvenes Senatus die, Val. Max. referente, aliquem ex patribus, aut propinquum, aut paternum amicum ad curiam ducebant, affixique valvis expectabant, donec reducendi officio etiam fungerentur, qua quidem voluntaria ſtatione & corpora & animos ad publica officia ſuſtinenda impigre corroborabant, brevique proceſſu rerum in lucem virtutum ſuarum verecundia laboris meditatione doctiores erant. *Curiae.*] Scilicet Hoſtiliae. Romulus, auctore Dionyſio, pop. Romanum diviſit in XXXIII. partes, quas *curias* a cura Reip. appellavit, aedificato deinde ab Hoſtilio Senatu, ubi curarent res humanas, vocata eſt *Curia Hoſtilia.* Sicut in veteri curia ſacerdotes curabant res divinas, quae ſecundum aliquos *Calabra curia* dicebatur. CATAN.

2. *Maximus quisque & vetuſtiſſimus.*] Maximus natu, & vetuſtiſſimus aetate. Tales enim ut plura experti, ſic ſapientiores ceteris ſunt, & ita imprimis ſectandi illis, qui ſapientiae ac prudentiae ſtudent. Tacitus Annal. II. cap. XLIII. *Quia Silani filia Neroni,* vetuſtiſſimo *liberorum ejus, pacta erat.* Livius Lib. XLII. cap. XLVII. *Veteres, & moris antiqui memores. Veteres* vocat, quos paulo poſt *Seniores* dicit. Vetus Lapis ARCOBRICENSES JUVENES ET VETERES STATUAM IN FORO, P. B. Hieronymus ad Oceanum: *Caſterius Hiſpaniae Epiſcopus homo & aetate* vetus *& ſacerdotio.* BUCHNER. Tacitus ita ſaepius *veteres* & *vetuſtiſſimos* dicit. Utrumque & *maximus* & *vetuſtiſſimus* hoc ſenſu de Veſtali natu maxima dicitur. Noſter Paneg. cap. XV. *Quisquis paullo* vetuſtior miles, *hic te commilitone cenſetur.* Hinc poſtea *vetuſtatem*, pro *ſenectute* dixerunt, quod notat Barthius ad Statii III. Theb. vs. 142. Verbum *erat*, quod ante haec verba legitur, in Mediceo male deſideratur.

3. *Quae poteſtas.*] Pro magiſtro erat. Ut juvenem doceret, quae poteſtas eſſet illis, qui jus referendi ad Senatum haberent? CATAN.

4. *Cenſentibus.*] Senatoribus ſententiam ſuam dicentibus, quod jus eſſet, an poſſent ſententiam mutare, vel mollire, an alterius ſequi, vel extra ordinem aliquid referre. IDEM.

5. *Vis.*] Poteſtas Nam magiſtratus in aliquibus ceteris ſenatoribus praevalebant, IDEM.

6. *Libertas.*] Dicendi. Ex panegyrica Secundi oratione colligitur, licuiſſe unicuique dicere quae vellet. *Interrogavit*, inquit, *quisque quod placuit, diſſentire, diſcedere, & copiam judicii ſui reip. facere licuit.* IDEM.

7. *Ubi cedendum.*] Quando non contradicendum, vel ob reverentiam cenſentis, vel ſententiae aequitatem, an faſtidio audientium. IDEM.

8. *Quod* ſilentii *tempus.*] Ita omnes impreſſi. At membranae: *quod* ſilendi *tempus.* ut mox: *quis* dicendi *modus.* item: *quod fideliſſimum* praecipiendi *genus.* Lib. II. Epiſt. XIII. extr. *Rogat enim, & quidem efficaciſſime, qui reddit* cauſſas rogandi. Lib. IV. Epiſt. XIII. n. 2. *Sed prius accipe* cauſſas rogandi. Lib. V. Epiſt. XVII. n. 4. *qui eſt acerrimus* ſtimulus monendi. Lib. X. Epiſt. VII. princ. *memoriae tuae, quae eſt* benefaciendi *tenaciſſima.* Rurſus Lib. V. Epiſt. XX. n. 6. *Haec* forma negandi *fuit.* Lib. VI. Epiſt. XXXIII. n. 8. *& narratiunculis pluribus, &* eloquendi varietate *renovatur.* Seneca IV. de Benef. cap. XL. Rejiciendi genus *eſt, protinus aliud invicem mittere.* quo loco plura Gronovius. Ovidius XIII. Metam. vs. 364.

—— —— pugnandi tempora *mecum*
Eligit Atrides.

quod frequentiſſimum. Inde & iſta, quale eſt Lucretii Lib. V. vs. 1223.

Ne quod ob admiſſum foede dictumque ſuperbe
Poenarum *grave ſit* ſolvendi tempus *adactum*

item *copia ſpectandi ſabularum, poteſtas rejiciendi judicum*, & plura apud optimos obvia. CORTE.

9. *Diſtinctio*] Diviſio. Eſt autem *dividere ſententiam* auctore Aſconio, cum aliquis in dicenda ſententia duas pluresve res complectitur: & ſi non omnes eae probantur, poſtulat quiſpiam, ut de rebus ſingulis referatur: unde cum in cauſa regia apud M. T. Bibulus cenſeret Regem Ptolomaeum reducendum per tres legatos, etiam ex his qui erant ſine imperio, poſtulatum eſt, ut ejus *ſententia divideretur*, quia ſcilicet non excludebat eos pariter, qui cum imperio erant: ergo volebant ipſum aperte dicere, quosnam arbitraretur eligendos, privatos an imperatores. CATAN.

1. *Quae*

tiarum, [1] quae exſecutio prioribus aliquid addentium, omnem denique
Senatorium morem, quod [2] fideliſſimum praecipiendi genus, exemplis
7 docebantur. At nos juvenes fuimus quidem in caſtris: ſed [3] cum ſuſpecta
virtus, [4] inertia in pretio, cum ducibus auctoritas nulla, nulla militi-
bus verecundia, nusquam imperium, nusquam obſequium, omnia
ſoluta, [5] turbata, atque etiam in contrarium verſa, poſtremo oblivi-
8 ſcenda magis, quam tenenda. Iidem proſpeximus curiam: ſed curiam
[6] trepidam & elinguem, cum dicere quod velles, [7] periculoſum: quod
nolles, miſerum eſſet. Quid tunc diſci potuit? quid didiciſſe juvit,
cum Senatus [8] aut ad otium ſummum, aut ad ſummum nefas vocare-
tur? & modo [9] ludibrio, modo dolori retentus, numquam ſeria,

[1] triſtia

1. *Quae executio.*] Quomodo illi debeant exequi ſententiam, qui aliquid addunt priori ſententiae. Dicitur *perſequi* vel *exequi* quis ſententiam, cum disquirit ſenatorum opinionem & votum, ut fiat ſenatuſconſultum. CATAN.

2. *Fideliſſimum praecipiendi genus.*] Qui praecipit, nec facit ipſe, quae praecipit, ſcientiam quidem recti induit, non vero injicit ardorem ſequendi. Nam magis exemplis homines, quam rationibus moveri ſolent. Poſt haec, *exaſperat homines*, ut ille ait, *imperata correctio*, *blandiſſime jubetur exemplo.* Adde, quod qui alia docent, & alia agunt; aut inania ac non neceſſaria, aut ſupra vires humanas praecipere videntur. Noſter Panegyrici cap. XLV. *Infidelis recti magiſter eſt metus: melius homines exemplis docentur, quae inprimis hoc in ſe boni habent, quod approbant, quae* praecipiunt, *fieri poſſe.* Inde Hieronymi ad Nepotianum monitum eſt: *Non confundant*, inquit, *opera ſermonem tuum: ne, cum in Eccleſia loqueris, tacitus quilibet reſpondeat*, CUR ERGO HAEC, QUAE DICIS, IPSE NON FACIS? In cap. VII. Matthaei ſimiliter ſcribit: *Utrumque Dei ſervis neceſſarium eſt, ut & opus ſermone, & ſermo operibus comprobetur.* BUCHNER. Membranae: *quod* fidiſſimum *praecipiendi genus.*

3. *Cum ſuſpecta virtus.*] Domitiani temporibus, quibus ſibi imminere, ſibi intendi putabat, quod in hoſtes pararetur: at ſub Trajano tutum erat militum reverentiam & charitatem mereri. CATAN. Mediceus: *cum* inſpecta *virtus.* Male. Salluſt. Cat. cap. VII. n. 2. *Nam regibus boni, quam mali, ſuſpectiores ſunt, ſemperque his aliena* virtus *formidoloſa eſt* ibi dictum.

4. *Inertia in pretio.*] Fuga honorum & negotiorum publicorum: de quo ad Lib. V. Epiſt. XV. BUCHNER.

5. *Turbata.*] Diſciplina militari lapſa ac pene extincta, & ſenatoria dignitate olim libera, tunc in ſervitium redacta CATAN.

6. *Trepidam & elinguem.*] Metu videlicet tyranni: cum, quia periculoſum quod velis dicere, & miſerum, quod nolis, ſilere praeſtat & *elinguem* eſſe: quamvis nec iſtud ſine trepidatione. Nam & ſilentium ipſum ſub Tyrannis periculo plane haud vacat, quippe quod ad comtemtum aut contumaciam interpretari ſoleant. Tacitus Hiſt. I. cap. LXXXV. *Coacto in curiam ſenatu arduus rerum omnium modus, ne contumax ſilentium, ne ſuſpecta libertas* BUCHNER.

7. *Periculoſum.*] Nam Aelium Lamiam occidit Domit. ob ſuſpicioſos, ſed & veteres & innoxios jocos. CATAN. *Miſerum eſſet*, ut Horatius: *deprendi miſerum eſt.* BARTH.

8. *Aut ad otium ſummum, aut ad ſummum nefas vocaretur.*] Cum vocaretur Senatus, aut ut deſideret otioſe in curia, nulla ſeria re ad deliberandum propoſita: aut ut nefaria Principis probaret, quorum alterum exponebat ludibrio, alterum dolorem afferebat. BUCHNER.

9. *Ludibrio.*] Ut ſuper rhombi coquendi conſultatione: & ampliando gladiatorum numero, ac inſtituendo collegio Fabrorum, nunc ingentes arcus, exceſſuroſque templorum faſtigium titulos, nunc menſes nomini Caeſarum dicebant:

Atque utinam his nugis potius tota illa dediſſet
Tempora ſaevitiae, claras quibus abſtulit urbi
Illuſtresque animas.

Unde ſubjunxit Plinius, *Modo dolori.*] Nam & quo contemptius abuteretur patientia hominum, nunquam

[1] triſtia ſaepe cenſeret? Eadem mala jam Senatores, jam [2] participes 9
malorum multos per annos vidimus, tulimusque, [3] quibus ingenia no-
ſtra in poſterum quoque hebetata, fracta, contuſa ſunt. Breve tem- 10
pus ([4] nam tanto brevius omne, quanto felicius tempus) [5] quo libet
ſcire, quid ſimus; libet exercere [6] quod ſumus. Quo juſtius peto,
primum [7] ut errori (ſi quis eſt error) tribuas veniam: deinde medea-
ris ſcientia tua, [8] cui ſemper fuit cura, ſic jura publica ut privata, ſic
[1] antiqua

nunquam triſtiorem ſententiam abſque praefatione clementiae pronunciavit, ut non aliud jam certius atrocis exitus ſignum eſſet, quam principis lenitas. CATAN.

1. *Triſtia.*] Quippe quae contra animum, contra Rempubl. tantum ut libidini Principis obſequerentur, & vitae diſcrimen effugerent, quod ab offenſo atque irato imminebat. BUCHNER.

2. *Participes malorum.*] Cum & ipſe periclitatus eſt invento in Domitiani ſcrinio contra ſe libello a Caro dato: tum ob nimium libere dicta, tum Artemidoro philoſopho urbe pulſo, quem cum pecunia juviſſet, & ſeptem ſuis amicis occiſis aut relegatis, totque circa ſe fulminibus jactis quaſi ambuſtus, ſibi quoque impendere idem exitium certis quibusdam notis auguraretur. CATAN.

3 *Quibus ingenia in poſterum quoque hebetata.*] *Natura* enim *infirmitatis humanae tardiora ſunt remedia quam mala: & ut corpora lente augeſcunt, cito extinguuntur, ſic* ingenia *ſtudiaque oppreſſeris facilius, quam revocaveris. Subit quippe etiam ipſius inertiae dulcedo: & inviſa primo deſidia poſtremo amatur*, ut ſuper hac re Tacitus Vita Agricolae cap. II. philoſophatur. BUCHNER.

4. *Nam tanto brevius omne, quanto felicius tempus.*] Vel quia ita videtur fruentibus avide, & nunquam ſatiandis parta felicitate; vel quia revera nulla felicitas diuturna. Seneca Thyeſte:

Nulla ſors longa eſt: labor ac voluptas
Invicem cedunt, brevior voluptas.

Idem Hercule Oetaeo; *Rarum eſt felix, idemque ſenex.* Statius Genethliaco Lucani:

O ſaevae nimium graveſque Parcae!
O nunquam data feſta longa *ſummis!*

IDEM.

5. *Quodlibet ſcire, quid ſcimus.*] Lege: *Quo libet ſcire, quod ſcimus:* id eſt, quo delectat & gratum eſt ſcire, quod ſcimus, ſive didicimus. Reſpicit id, quod ſupra dixerat: *Quid tunc diſci potuit? quid didiciſſe juvit?* Catanaeus: *quid ſimus:* & ipſum bene. Senſus enim eſt: cum jucundum & gratum eſt, ſcire non tantum, quid ſimus; id eſt, quae Senatorum partes ſint; ſed exercere etiam, quod ſumus: hoc eſt agere Senatorem atque praeſtare. IDEM. Recte Buchnerus: quo *libet ſcire*, atque hoc idem praeſtat codex Optimus. Lib. II. Epiſt. XIII. n. 2. *longum praeterea* tempus, quo *amicos tuos exornare potuiſti.* atque ita alibi. Sed addendum etiam & reſtituendum *quid ſimus*, quod in iisdem membranis legitur, & jam expreſſit Aldus, Catanaeus atque Gryphius. Lib. I. Epiſt XXIII. n. 2. *Ipſe cum tribunus eſſem, erraverim fortaſſe, qui* me eſſe aliquid *putavi.* adde ſupra hoc libro Epiſt. IX. n. 1. Lucanus Lib. VII. vs. 689.

Quid fueris, *nunc* ſcire *licet.*

quo loco adnotationem noſtram videas. Tertullianus Exhort. Caſtit. cap. IV. *Cum vero nos ad exemplum ſuum hortatur, utique oſtendens*, quid *nos velit* eſſe, *id eſt, continentes, pariter declarat*, quid *nos* eſſe *nolit, id eſt, incontinentes.* CORTE.

6. *Quod ſumus*] Libertatem ſcilicet quanto juſtius exercere debemus, cum ſumus liberi. Quare in Panegyrico dixerat: *Tua dextra tuiſque promiſſis freti, obſepti diutina ſervitute ora reſeramus, frenatamque tot malis linguam reſolvimus.* CATAN.

7. *Ut* erroris . . . *tribuas veniam.*] Multa de hujuſmodi Genitivis dixi ad Lib. II. Epiſt. I. n. 6. neque temere moverem. At membranae *errori* jubent reponere, quibus parendum fuit. Lib. IV. Epiſt. IX, n. 17 *non ſine ratione* veniam dedit facto. Lib. V. Epiſt. VI. extr. *venia ſit* dicto. atque paſſim. Supra MS. & plures impreſſi: Quo *juſtius peto*, ut ratio exigit, non *Quod*, ut Aldus & Gryphius.

8. *Cui ſuperfuit curae.*] Lego, *cui* ſemper fuit *curae.* Addicentibus, uti ſpero, doctis omnibus. CASAUBON. Addicentibus etiam, Vir praeſtantiſſime, membranis, quae tamen: *cui ſemper fuit cura*, pro *curae.* Lucanus Lib. VII. vs. 142.

11 [1] antiqua ut recentia, ſic rara, ut aſſidua tractare. Atque ego arbitror illis etiam, quibus [2] plurimarum rerum agitatio frequens nihil eſſe ignotum patiebatur, genus quaeſtionis, quod adfero ad te, aut non ſatis tritum, aut etiam inexpertum fuiſſe. Hoc & ego excuſatior, ſi forte ſum lapſus, & tu dignior laude, ſi potes id quoque docere, quod
12 in obſcuro eſt, [3] an didiceris. [4] Referebatur de libertis Afranii Dextri Conſulis, incertum ſua, an ſuorum manu, [5] ſcelere, an obſequio perempti. Hos alius, ([6] quis? Ego; ſed nihil refert) poſt quaeſtionem ſupplicio liberandos, alius in inſulam relegandos, alius morte puniendos arbitrabatur. Quarum ſententiarum tanta diverſitas erat,
13 [7] ut non poſſent eſſe niſi ſingulae. Quid enim commune habet occidere & relegare? non Hercule magis quam relegare & abſolvere: quam-

Cura fuit *lectis pharetras implere ſagittis.*

ubi Statium ſimiliter loquentem vidimus. Idem Lib. III. vs. 706.

——— ——— *non perdere letum*
Maxima cura fuit.

Livius Lib. XLIV. cap. VI. *Auratis ſtatuis omnibus raptim*, *ne* praeda *hoſti* eſſent, *in claſſem congeſtis*, *ocius demigrare Pydnam cogit.* Similiter Tullium loqui, olim ad Lib. III. Fam. Epiſt. X. n. 9. obſervavimus. CORTE.

1. *Antiqua.*] Duodecim tabularum. *Recentia.*] Imperatorum reſcripta, & conſtitutiones ac reſponſa recentium JConſultorum. CATAN.

2. *Plurimarum rerum agitatio.*] Uſus & exercitatio. Frequenter enim *agitare*, pro *agere* ponitur. BUCHNER.

3. *An didiceris.*] Mediceus: *adridiceris*, quo quid ſibi velit, non divino.

4. *Referebatur.*] Proponebatur in conſultationem, tandem poſt longam excuſationem rem ipſam aggreditur CATAN.

5. *Scelere, an obſequio*] Multa obſcura atque ambigua erant in Afranii morte Primo utrum ipſemet ſibi intuliſſet manus, an quiſquam e ſervis interveniſſet. De ſervis deinde incertum erat, an quis per ſcelus, & inimico ac nefario animo; an ut obſequeretur hero praecipienti, interfeciſſet. Vitam ſibi adimere, nec indecorum, atque praeclarum habebatur Romanis, ſi id tuendo decori fieret. Solebant autem ad eam rem non tam ſuis, quam ſuorum manibus uti; atque habere aliquando certum e ſuis, quem in hanc ultimam neceſſitatem ſibi obligaſſent, Qualis Eros Antonii; Pindarus Caſſii (de quibus Plutarchus eorum vitis) Euporus C. Gracchi fuit, de quo Vellejus Lib. II. Cauſam cur miniſtrorum potius, quam ſuis manibus cadere vellent, Florus aperit Lib. IV. cap. VII. extremo Nam cum de Bruto & Caſſio reddidiſſet, qui ſuis ſe interimendos praebuerant, ſubjicit: *Quis ſapientiſſimos viros non miretur ad ultimum non ſuis manibus uſos? niſi ſi hoc quoque ex perſuaſione defuit, ne violarent manus, ſed in abolitione ſanctiſſimarum animarum judicio ſuo, ſcelere alieno uterentur.* Quamquam & per mollitiem animi ſervorum manu nonnullos uſos veriſimile eſt, & qui in caedem ſui parum firmi. Nam & Nero cum manus ſibi inferret, neceſſe, ut parum fortis, habuit, ab Epaphrodito adjuvari, de quo Suetonius & Dio ejus fine. Hinc facile patet, qua ratione Afranius ſuorum *obſequio* potuerit perimi. BUCHNER.

6. *Quis? ego.*] Cum Plinius dixiſſet, alius, neque aſſignaſſet nomen, jure Ariſto poterat dicere, *quis* erat ille Senator, qui poſt habitam de libertis quaeſtionem eos cenſuerat liberandos? at Plin. reſpondet, *ego* eram: quamquam hoc nihil refert ad conſultationem noſtram. CATAN Mediceus: *Hos alius* inquis *Ego*, *ſed nihil refert.* Ex quo conjicias fuiſſe olim: *Quis? inquis: Ego, ſed nihil refert.* quamquam verbum *inquis* commode etiam ſubintelligatur. In rem, quod occiſo Patrono etiam in libertos quaeſtio haberi potuerit, vide Cujac. Lib. X. Obſerv. cap. XXXIII.

7. *Ut non poſſent eſſe.*] Id eſt, ſtare, conſiſtere, valere. Nam quia diverſae atque contrariae inter ſe, alia aliam tollebat. BUCHNER.

1. *Sex-*

quamquam propior aliquanto eſt [1] ſententiae relegantis, quae abſolvit, quam quae occidit. Utraque enim ex illis vitam relinquit, haec adimit: cum interim & qui morte puniebant, & qui relegabant, [2] una ſedebant, & temporaria ſimulatione concordiae [3] diſcordiam differebant. Ego poſtulabam, [4] ut tribus ſententiis conſtaret ſuus numerus, 14
nec ſe [5] brevibus induciis duae jungerent. Exigebam ergo, ut qui capitali ſupplicio afficiendos putabant, diſcederent a relegante, nec interim contra abſolventes mox diſſenſuri congregarentur, quia [6] parvulum referret, an idem diſpliceret, quibus non idem placuiſſet. Illud 15
etiam mihi permirum videbatur, eum quidem, qui libertos relegandos, ſervos ſupplicio afficiendos cenſuiſſet, [7] coactum eſſe dividere ſenten-

1. *Sententiae* relegantis, *quae* abſolverit, *quam quae* occiderit.] Mediceus: *ſententia religati*; quaſi voluiſſet: *quamquam* propior *eſt aliquanto* ſententiam *relegantis*. Nam ſcriptura iſta *religati* movere non debet: ſi quidem & ſupra *religandos*, *religare*, & infra *religabant*, *religari* conſtanter hic codex exhibet. praeterea n. 12. di *libertis*, pro *de*. n. 19. *dirimi debere ſententias occidentis & religantes*, pro *relegantis*. Similiter n. 21. *ſententiae interficientis & relegantis*. n. 23. *qui relegat*, *& illi qui puniunt capite*. n. 24. *acceſſit relegant*i, h. e. cenſenti relegandos eſſe: Sic *notare*, pro cenſere notandum eſſe illuſtrat Gronovius ad Liv. Lib. XXVII. cap. XXV. Honeſta inprimis locutio, & Latinis Graeciſque, immo & Hebraeis, quod obſervavit Bochart. iu Phaleg. Lib. I. cap. I. pag. 5. uſitatiſſima, qua illi, qui narrant, fingunt, judicant, nunciant, ſtatuunt, docent aliquid, illud ipſum facere & peragere ſcribuntur. Manilius Lib. I. vs. 487. de Epicuro:

> *Ut voluit credi, qui primus moenia mundi*
> *Seminibus* ſtruxit *minimis*, *inque illa* reſolvit.

qualia plura cumulavit Claudianus Cos. Mallii Theod. vs. 70. ſqq. Lege Acron. ad Horat. Lib. II. Od. I. pag. 84. Brockhuſ. ad Propert. Lib. I. Eleg. VII. vs. 1. Jac. Gronov. ad Minuc. Fel. cap. XXII. Porro *quae abſolvit*, *quam quae occidit* ex membranis revocavimus, & ſic infra aliquoties auctor. Vulgo: *quae abſolverit*, *q. q. occiderit*. Aldus: *quae* abſolverit, *quam quae* occidit. CORTE.

2. *Una ſedebant.*] Quaſi eadem ſentirent, non diſcrepantia atque diverſa. Nam in diſceſſione Senatus, de qua & ſupra perſtrinximus; qui conſentiebant alicui, alicui concedere in eam ſubſelliorum partem, in qua ſedebat auctor ejus ſententiae, & ſedere una & jungi cum eo ſolebant. BUCHNER.

3. *Diſcordiam.*] Nam dejecta, ſuperataque eorum ſententia, qui liberandos cenſebant, inter ſe diſſenſiſſent. CATAN.

4. *Ut tribus ſententiis conſtaret ſuus numerus.*] Id eſt, ſicut tres diverſae ſententiae eſſent, ita in tres diverſas partes diſcederet ſenatus BUCHNER.

5. *Brevibus induciis.*] Pace ſequeſtra, non in breves dies, ſed in horam & temporis momentum. CATAN. *Brevibus induciis.*] *Temporaria concordia*, ut paulo ante locutus fuit. BUCHNER.

6. *Paululum referret.*] Nulla vel parva admodum differentia eſſet inter idem diſplicere, & idem non placere: quibus enim placebat occidere, non placuerat relegare, & e contra. Antiquiſſimi codices habent *parvulum*. CATAN. Etiam in Mediceo legitur *parvolum*, & jam Aldus & Gryphius edidit ex ſuis *parvulum*; ceteris inani de cauſſa vox illa ſuſpecta fuit. Tolerarunt tamen infra Epiſt. XVII. n. 6. *Nam* parvulum *differt*, *patiaris adverſa*, *an exſpectes*. Ita *parvo*, pro *paullo* apud Livium & alios. Vide Gronov. ad Liv. Lib. X. cap XLV. *ita ut* parvo *admodum plures caperentur.* Item *parvum*, pro *parum paullum* apud Lucan. Lib. II. vs. 128.

> —— —— parvum *ſed feſſa ſenectus*
> Sanguinis *effudit.*

ibi non nihil. Infra Lib. IX. Epiſt. XL. extr. *quae ut nihil de die perdunt*, *ita de nocte* parvulum *adquirunt.* CORTE.

7. *Coactum eſſe dividere ſententiam.*] Cum uſu veniret, ut quis ſententia ſua in curia duas aut plures complecteretur res (ut hic in quaeſtione de familiaribus Afranii contigit, cum ſenatorum aliquis inter libertos & ſervos Afranii faciendum diſcrimen; & illos quidem occidendos, illos relegandos

ſententiam: hunc autem, qui libertos morte mulctaret, cum relegante numerari. Nam ſi [1] oportuiſſet dividi ſententiam unius, quia res duas comprehendebat, non reperiebam, quemadmodum poſſet jungi ſen-
16 tentia duorum tam diverſa cenſentium. [2] Atque adeo permitte mihi, ſic apud te, tanquam ibi; ſic peracta re, tanquam adhuc integra, rationem judicii mei reddere: quaeque tunc carptim, multis obſtrepen-
17 tibus, dixi, nunc per otium jungere. Fingamus tres omnino judices [3] in hanc cauſam datos eſſe: horum uni placuiſſe perire libertos; alteri, relegari; tertio, abſolvi: utrum ne ſententiae duae, [4] collatis viribus, noviſſimam [5] periment, an ſeparatim unaquaeque tantundem, quantum altera valebit: nec magis poterit cum ſecunda prima connecti, quam
18 ſecunda cum tertia? Igitur in Senatu quoque numerari tanquam contrariae debent, quae tanquam diverſae dicuntur. Quod ſi unus atque idem & perdendos cenſeret & relegandos, num ex ſententia unius & perire poſſent & relegari? Num denique omnino una ſententia pu-
19 taretur, quae tam diverſa conjungeret? Quemadmodum igitur cum alter puniendos, alter cenſeat relegandos, videri poteſt una ſententia, [6] quae dicitur a duobus: quae non videretur una, ſi ab uno diceretur? Quid? lex non aperte docet dirimi debere ſententias occidentis & relegantis, cum ita diſceſſionem fieri jubet: *Qui haec ſentitis, in hanc partem: qui alia omnia, in illam partem ite,* [7] *qua ſentitis?* Examina ſingula verba, [8] expende. *Qui haec cenſetis*, hoc eſt, qui relegandos putatis,

gandos cenſuiſſet) tum quivis Senator, qui non in univerſum approbaret, ut divideretur ſententia, hoc eſt, ut de ſingulis rebus referretur, poterat poſtulare. Seneca Epiſt. XXI. *Quod fieri in Senatu ſolet, faciendum ego in Philoſophia quoque exiſtimo. Cum cenſuit aliquis, quod ex parte mihi placeat, jubeo illum* dividere *ſententiam, & ſequor.* Feſtus: *Numera ſenatum*, ait, *quivis ſenator Conſuli, cum impedimento vult eſſe, quominus faciat Senatus conſultum: poſtulatque, ut aut res, quae afferuntur, DIVIDANTUR, aut ſimul conſulantur.* Vide & Aſconium Commentar. in Milonianam Ciceronis. BUCHNER.

1. *Oportuiſſet*] Dividere ſententiam ejus, qui morte mulctaret, & qui relegaret: non etiam dividere debueram illam ſententiam unius, quia res duas comprehendebat, relegare ſcilicet & ſupplicio afficere. CATAN.

2. *Atque adeo permitte mihi.*] Lego, *atque adeo* (*permitte mihi, &c.* uſque ad *jungere*) *permitte, fingamus tres*, ut non ſint duae periodi, ſed una tantum, parentheſi longiore interrupta. CASAUB.

3. *In hanc* cauſſam *datos eſſe.*] Mediceus: *in hanc* cauſſa *datos e* ac ſi voluiſſet: *in hac cauſſa.* Sed alterum eſt praeſtantius.

4. *Collatis.*] Conjunctis ſuffragiis, quia ſententiae numerantur, non ponderantur. CATAN.

5. *Periment.*] Aldus *prement*, contra mentem auctoris. Nec ſatis pure membranae *perimant.*

6. Quae *dicitur a duobus*] Mediceus: quia *dicitur a duobus*, corrupte. Idem ſentio de eo, quod mox exhibet: *Quod? lex non aperte*, cet. nam & infra n. 22 *Quod quod* ſcribit, pro *Quid? quod.*

7. Qua *ſentitis.*] Exponunt: *cum qua* ſentitis. Minus adcurate. Dictum, ut illud Lucani Lib. IV. vs. 708.

Qua *ſtetit*, inde *favet.*

Mediceus inde a verbis: *in hanc partem* uſque ad *qua ſentitis*, propter repetitum verbum *ſentitis* omnia omiſit.

8. *Expende.*] Libra, trutina, quam optime & apertiſſime legem illam interpretatur. CATAN.

1. *Num*

putatis, *in hanc partem*, id eſt, in eam, in qua ſedet, qui cenſuit re-
legandos. Ex quo manifeſtum eſt, non poſſe in eadem parte remanere 20
eos, qui interficiendos arbitrantur. *Qui alia omnia:* animadvertis,
ut non contenta lex dicere *alia*, addiderit, *omnia.* [1] Num ergo
dubium eſt, alia omnia ſentire eos, qui occidunt, quam qui rele-
gant? *in illam partem ite, qua ſentitis.* Nonne videtur ipſa lex eos,
qui diſſentiunt, in contrariam partem vocare, cogere, impellere?
[2] non conſul etiam, ubi quisque remanere, quo transgredi debeat,
non tantum ſollemnibus verbis, ſed manu geſtuque demonſtrat? At 21
enim futurum eſt, ut, ſi dividantur ſententiae interficientis & relegan-
tis, praevaleat illa, quae abſolvit. Quid iſtud ad cenſentes? quos
certe non decet omnibus artibus, omni ratione pugnare, ne fiat,
quod eſt mitius: oportet tamen eos, [3] qui puniunt, & qui relegant,
[1] abſol-

1. *Num ergo* dubium *eſt.*] Membranae: *Num ergo* durum *eſt.* perperam.

2. *Num conſulere etiam ubi quisque remanere*, quo *tranſgredi debeat*, *&c.*] Scribe, *Num conſulere etiam, ubi quisque remanere*, quod *tranſgredi debeat? Non tantum*, *&c.* ſublata interrogationis nota, poſt *demonſtrat.* Casaub. *Non conſulere etiam*, *&c.*] Et mendo & diſpunctione laborat locus: utrique ſic remedendum arbitror: *Nonne videtur ipſa lex eos, q. d. in c. p. vocare, cogere, impellere*, non conſulere? Nam *ubi quisque remanere, quo tranſgredi debeat, non tantum ſolemnibus verbis; ſed manu geſtuque demonſtrat.* Dicit, diſceſſionum legem non tam conſulere atque oſtendere,. & ubi remanere quisque, & quo concedere, ſeu tranſgredi debeat; quam vocare, cogere, impellere. Et rationem ſubjicit: quod *non ſolennibus verbis tantum, ſed manu geſtuque demonſtret.* Neque enim dicit: *in illam partem licebit ire*; aut aliud iſtiuſmodi mollius, & conſultorium magis, quam imperatorium: ſed, *in illam partem ite*; imperans & quaſi manum injiciens & jam perducens. Buchner. *Non conſulere etiam, ubi quisque remanere, quo tranſgredi debeat?*] Merito his obhaeſit Buchnerus. Verbo enim *conſulere* nihil loci. Sed ſcribendum videtur: *Nonne videtur ipſa lex eos, qui diſſentiunt, in contrariam partem vocare, cogere, impellere?* non conſul? *en etiam, ubi quisque remanere, quo tranſgredi debeat, non tantum ſolennibus verbis, ſed etiam manu geſtuque demonſtrat.* Nam geſtus manusque inepte attribuitur legi, optime Conſuli ſolennia verba pronuncianti. Gronov. Vidit veram ſententiam Gronovius, verba etiam genuina propemodum adſecutus eſt, cum in vulgatis Editionibus eſſent corruptiſſima. Nos ex optimis & unicis membranis locum conſtituimus, quae ita habent: *cogere, impellere?* non conſul etiam, *ubi quisque remanere*, cet. *Non*, pro *Nonne*, ut n. 19. *Quid? lex* non *aperte docet, dirimi debere ſententias?* Lucanus Lib. V. vs. 769.

——— non *olim caſu pendemus ab uno?*

ibi dictum abunde. Retinuit me paullulum compoſitio: non *conſul* . . . non *tantum*, & deliberabam de Gronovii diſtinctione. Sed mos auctorum eamdem particulam, eadem verba & vocabula brevi intervallo iterantium dubitationem tollere poteſt. Vide ad Salluſt. Cat. cap. XXIII. n. 3. & infra Epiſt. XVI. n. 4. Deinde membranae: *non tantum ſolemnibus*, ita enim, aut *ſollemnibus*, habent veterrimi Codd. Maronis aliorumque, item reliqua vetuſtatis monumenta, quod alio loco docuimus. Corte.

3. *Qui* puniunt, *& qui relegant.*] Sic membranae, ſic Aldus, Catanaeus & alii. At Gryphius & Sichardus: *qui* morte *puniunt*, *& qui relegant.* ſcilicet, quia relegatio etiam poena eſt. Cur non idem tentarunt ſupra n. 19. *cum alter* puniendos, *alter cenſeat relegandos?* Sane cum toties *morte punire* ſcripſerit, nemo lectorum, ſi *punire* & *relegare* conjunguntur, aliud facile intelliget. Eſt etiam ſollemne auctoribus, Verba quamvis univerſalia, ſingulari notione accipere, ſi cum alio conjungantur, ita, ut *miles*, peditem; *bellum*, praelium terreſtre, alia aliud ſingulare ſignificare debeant, prout cum ſpecie quadam conjunguntur. Vide ad Lucani Lib. IX. vs. 1016. Sed & in jure *poena* & *poenales* de iis leguntur, qui ſummo ſupplicio ſunt adiiciendi.

[1] abſolventibus primum, mox inter ſe comparari, ſcilicet ut [2] in ſpectaculis quibuſdam ſors aliquem ſeponit ac ſervat, qui cum victore contendat: ſic in Senatu ſunt aliqua prima, ſunt ſecunda certamina: & ex duabus ſententiis [3] eam, quae ſuperior exierit, tertia exſpectat.
22 Quid? quod prima ſententia comprobata, ceterae perimantur. Qua ergo ratione poteſt eſſe non unus atque idem locus ſententiarum, quarum nullus eſt poſtea? Planius repetam.
23 Niſi dicente ſententiam eo, qui relegat, illi qui puniunt capite, [4] initio ſtatim in alia diſcedant, fruſtra poſtea in eo diſſentient ab eo, cui paulo ante conſenſerint.
24 Sed quid ego ſimilis docenti, cum diſcere velim, [5] an ſententias dividi, an iri in ſingulas oportuerit? Obtinui quidem, [6] quod poſtulabam: nihilominus tamen quaero, an poſtulare debuerim, [7] an abſtinere, quem-

1. *Abſolventibus comparari.*] Seorſum a relegantibus conferri cum abſolventibus. deinde relegantes iterum cum abſolventibus, quia vincentur: mox debent punientes & relegantes inter ſe conferre. CATAN. Mediceus: ab *abſolventibus primum.*

2. *In ſpectaculis quibusdam.*] Fortaſſe gladiatorum. Nam legimus Cajum principem Proculum repente in arenam e ſpectaculis deductum commiſiſſe Thraci, mox hoplomacho, bisque victorem jugulari juſſiſſe. CATAN. *Ut in ſpectaculis.*] Vide Lipſium Lib. II. Saturnal. cap. XIV. Senſus eſt: ut in ſpectaculis, feſſis aut victis gladiatoribus ſortito ſolent ſubſtitui, qui cum victore contendant; ſic in Senatu, cum tres diverſae ſententiae latae, & ex duabus jam altera ſuperat ac praevalet; tertia reſtat adhuc, quae victae & ſuperatae ſuccedat quaſi, & velut congrediatur cum ea, quae contra obtinuit. BUCHNER. *Ut in ſpectaculis.*] Senſum eſſe cenſeo: Ut in munere, cum pares ſortes componunt, eadem ſorte quoſdam ſeparant a pugnaturis primo, & differunt, ut cum illis, qui adverſarium quisque ſuum ſtraverunt, praeſertim ſi pugnent ſine miſſione, comparentur. GRONOV.

3. Eam, quae *ſuperior exierit*] Non omittendum, quod in membranis legitur: eum, qui *ſuperior exierit.* Vide ad Lib. VII. Epiſt. IX. n. 3. Sententiae tamen etiam vincere & vinci recte dicuntur, quod monſtravimus ad Lucani Lib. VIII. vs. 455. Mox membranae iſtae: Quod, *quod prima ſententia* comparata *ceterae* peremantur. Et hoc *perimantur* fortaſſe optimo jure auctori reddes. Idem codex: *Qua ratione*, ſine *ergo.*

4. *Initio.*] Dum ille, qui relegat ſententiam ſuam dicit. CATAN. Mediceus: *initio ſtatim in alia* diſcedant. Hoc vulgaris uſus defendit, & cum in hujus fidei membranis habeatur, repudiari non debet; illud etiam recte dici, declarabit nota noſtra ad Lucani Lib. III. vs. 363.

5. An *ſententias dividi*, an *iri in ſing. oportuerit*?] Ita quidem libri omnes, neque aliter mox: quaero, an *poſtulare debuerim*, an *abſtinere*, & ſimiles geminationes particulae *an* ex Lactantio & hujus generis ſcriptoribus adferre poteram: cum Noſter millies eam ſemel tantum cum Optimis exprimere ſoleat, quod ex hac Epiſt. & ex nota ad Lib. VI. Epiſt. XVI. n. 15. conſtare poteſt. Vereor tamen, ne Secundus nobis dederit: *an ſententias dividi*, ac *iri in ſingulas oportuerit.*

6. *Quod poſtulabam.*] Ut dividerentur. Nam *poſtulare*, eſt deſiderium ſuum ſive amici ſui in jure apud eum, qui jurisdictioni praeeſt, exponere, vel alterius deſiderio contradicere. CATAN.

7. *An abſtinere.*] Haec non comparent in Membranis, quae ita haec concinnant: *quaero, an poſtulare debuerim, quemadmodum* obtinui, *qui ultimum ſupplicium ſumendum eſſe cenſebat.* Certe vulgatum: *quemadmodum abſtinuit is, qui*, abſurdiſſimum eſt. Nam illi, de quo loquitur, numquam in mentem venerat poſtulare, ut ſententiae dividerentur, quod ex tota Epiſtola liquido adparet. Eſt etiam in vulgari diſtinctione, per quam *Neſcio an jure* ſenſum inchoare debet, hiulcum aliquid & luxatum. Quare ita corrigendum & interpungendum arbitror: *Obtinui quidem, quod poſtulabam; nihilominus tamen quaero, an poſtulare debuerim.* Quemadmodum obtinui? *Qui ultimum ſupplicium ſumendum eſſe cenſebat, neſcio an jure, certe aequitate* cet. Sic omnia belle cohaerent. Modus ille interrogandi *Quemadmodum obtinui?* perquam familiaris eſt Noſtro, quod monſtravimus ad Lib. V. Epiſt. I. n. 1. *Legatum mihi obvenit modicum, ſed ampliſſimo gratius.* Cur ampliſſimo gratius? *Pomponia Gratilla* cet. CORTE.

1. *Quae*

quemadmodum abſtinuit is, qui ultimum ſupplicium ſumendum eſſe cenſebat. Neſcio an jure, certe aequitate poſtulationis meae victus, omiſſa ſententia ſua, acceſſit releganti: veritus ſcilicet, ne, ſi dividerentur ſententiae (quod alioqui fore videbatur) ea, [1] quae abſolvendos eſſe cenſebat, [2] numero praevaleret. Etenim longe plures in hac una, quam in duabus ſingulis erant. Tum illi quoque, qui auctoritate 25
ejus trahebantur, tranſeunte illo deſtituti, reliquerunt ſententiam ab ipſo auctore deſertam, ſecutique ſunt quaſi [3] transfugam, quem ducem ſequebantur. [4] Sic ex tribus ſententiis duae factae, [5] tenuitque ex 26
duabus altera, tertia expulſa: quae cum ambas ſuperare non poſſet, [6] elegit ab utra vinceretur. *Vale.*

XV. C. Plinius [7] Juniori Suo S.

Juniori excuſat, quod multa volumina legenda miſiſſet, quod intellexerat illi vacare propter graciles vindemias.

Oneravi te tot pariter miſſis voluminibus, ſed oneravi, primum, quia exegeras: deinde, quia ſcripſeras tam [8] graciles iſtic vindemias eſſe,

1. *Quae* abſolvendos *eſſe cenſebat.*] MS. *quae* ſolvendos *eſſe cenſebat*, & ſic plures MSS. Lucan. Lib. VII. vs. 870.

Quid totum premitis, quid totum ſolvitis *orbem?*

2. *Numero praevaleret.*] Conſentientium Senatorum, & ita ſuperior eſſet ac obtineret. Nam in Senatu juxta atque judiciis pro majoris partis ſententia aut Senatus conſultum fieri, aut pronuntiari ſolebat. Ita enim Lex praecipiebat: QUOD JUDICUM MAJOR PARS JUDICARIT, ID JUS RATUMQUE ESTO. Laudat Cicero Lib. VIII. ad Famil. Epiſt. VIII. Eo Prudentius reſpexit Lib. I. contra Symmachum V. DCVIII.

Servemus leges patrias, infirma minoris
Vox cedat numeri, *parvaque in parte ſileſcat.*

Noſter ſupra non ſine reprehenſione quadam tacita Lib. II. Epiſt. XII. *Sed hoc plurimis viſum:* numerantur *enim ſententiae, non ponderantur.* Buchner.

3. *Transfugam.*] Confugientem ad alienam ſententiam. Nam proprie *transfuga* dicitur miles, qui a ſuis ad hoſtes tranſit. Catan.

4. *Sic ex tribus ſententiis duae factae.*] Quarum altera abſolvendos; altera relegandos pronuntiabat. Nam qui necandos initio ſtatuerant, mutarunt tandem, & relegantibus acceſſerunt. Buchner.

5. *Tenuitque ex duabus altera.*] *Tenuit*, id eſt, obtinuit: vicit. Nam ſicut alii auctores, ita & Plinius ſimplicibus aliquando compoſitorum loco uti ſolet. Ut Lib. VI. Epiſt. V. *Scripſeram* tenuiſſe *Varenum, ut ſibi evocare teſtes liceret. Tenuiſſe*, pro obtinuiſſe, ut hic. Supra hac Epiſtola: *Difficile eſt* tenere, *quae acceperis, niſi exerceas:* pro retinere. *Tenuit altera*; id eſt, quae relegabat. Prima enim ſententia abſolvebat. Noſter ſupra: *Ego (ſed nihil refert) poſt quaeſtionem ſupplicio liberandos, alius in inſulam relegandos, alius morte puniendos arbitrabatur.* Idem.

6. *Elegit ab utra vinceretur.*] Utram probaret, & ſequeretur, abſolventesne an relegantes: in quorum partem procul omni dubio conceſſit. Idem.

7. *JUNIORI*] Puto eſſe *Terentium Juniorem*, qui equeſtribus militiis, atque etiam procuratione Narbonenſis Provinciae integerrime functus, receperat ſe in agros ſuos, paratisque honoribus tranquilliſſimum otium praetulerat: Latina Graecaque lingua tantum valens, ut ea videretur magis excellere, qua tum maxime loqueretur. Catan.

8. *Graciles iſtic vindemias.*] His *uberes* opponuntur.

eſſe, ut plane ſcirem tibi [1] vacaturum (quod vulgo dicitur) librum
2 legere. Eadem ex meis agellis nunciantur. Igitur mihi quoque licebit ſcribere, quae legas, ſit modo, unde chartae emi poſſint: [2] quae ſi ſcabrae bibulaeve ſint, aut non ſcribendum, [3] aut neceſſario, quicquid ſcripſerimus boni malive, delebimus. *Vale.*

XVI. C. Plinius Paterno Suo S.

In ſinu Paterni deflet infirmitates & mortes ſervorum ſuorum. Attamen duo ſolatia memorat inveniſſe, manumittendo illos ante obitum, & teſtamenta tanquam legitima ſcribere concedendo.

Confecerunt me [4] infirmitates meorum, mortes etiam, & quidem juvenum. Solatia duo, nequaquam paria tanto dolori, ſolatia tamen: unum, facilitas manumittendi (videor enim non omnino immaturos perdidiſſe, quos jam liberos perdidi) [5] alterum, quod permitto

nuntur. Infra Lib. IX. Epiſt. XX. *Ipſe cum maxime* vindemias graciles *quidem, uberiores tamen, quam expectaveram, colligam.* Epiſt. XVI. ejuſdem libri, *exiguas:* Epiſt. XXVIII. *modicas* vocat. Buchner.

1. *Vacaturum . . . librum legere.*] Mendoſum tinniunt haec verba. Barth. Tinniebant, credo, mendoſum, quia Proverbii ſpeciem habent. Fortaſſe de Scholaſticis dominis receptum fuit dicere, eos per vindemiam ſi non uvas, librum tamen legere: ut eo reſpexerit auctor. Similiter auctor Lib. I. Epiſt. VI. n. 1. *Meditabar aliquid, enotabamque, ut, ſi* manus vacuas, plenas *tamen* ceras *reportarem.*

2. *Quae ſi ſcabrae bibulaeve ſint.*] In charta ſpectantur & commendantur, *tenuitas, denſitas, candor, laevor. Laevori* opponitur *ſcabrities,* Inde igitur *ſcabrae chartae*, quae eaedem & *bibulae* ſunt: nam magis ſorbent ſcabrae; politae minus. Plinius Lib. XIII. cap XII. *Minus ſorbet politurâ charta.* Buchner.

3. *Aut neceſſario.*] Senſus eſt & ordo. Aut *debebimus* neceſſario, id eſt, adſcribemus neceſſitati, quicquid boni malive ſcripſerimus, quia cum ſimus in ſeceſſu non occupati circa ruſtica, fuit omnino aliquid ſive bonum, ſive malum, ſcribendum: an quicquid boni malive ſcripſerimus neceſſario *debebimus*, quia tenebimus perſolvere chartam, cum nobis nunc propter graciles vindemias non ſint pecuniae: aut ſi non erunt pecuniae, unde bonae chartae emantur, quicquid ſcripſerimus ſive boni, ſive mali, *debebimus* neceſſario, id eſt, referemus neceſſitati. Nam ſcribam tantum neceſſaria, ut epiſtolas & rationes, ac libros omittam: Quidam codices habent *delebimus*, obliterabimus ſcilicet, nec in lucem mittemus. An quod neceſſario ducti in malis chartis ſcribere, jure ſcripta poterimus delendo emendare? Vel ſic ordinabis, Aut quicquid ſcripſerimus, neceſſario *debebimus*, boni malive, id eſt, quicquid librorum neceſſario quaſi a te coacti compoſuerimus, id aſſignabimus bono daemoni, ſi bonum fuerit, ſi malum, malo. Omnino cum amico ludit. Catan. *Delebimus*, quia ſcabrae bibulaeque chartae illae non accipient litteras diſtincte, ſed confundent omnes, facientque ſimiles deletis. Ita enim fit in charta male glutinata & bibula, quod notum eſt. Quae hoc loco Catanaeus adfert pro *debebimus*, pretii ſunt nullius, quemadmodum nec ea, quibus *τὸ delebimus* exponit. Scheffer. Mediceus: *boni mali videbimus*, corrupte. Is etiam iſta: *quae ſi ſcabrae bibulaeve ſint, aut non ſcribendum*, omittit. Puto interim veram eſſe ſcripturam vulgatam. Jocus paene ſimilis de charta Ciceronis eſt ad Trebatium Lib. VII. Fam. Epiſt. XVIII. ad quem Noſter poteſt reſpexiſſe.

4. *Infirmitates meorum*] Valetudines, morbi. Infra. Epiſt. XIX. *Itaque & infirmitate uxoris, & meorum periculo, quorundam vero etiam morte turbatus.* Sic *infirmus* aegrotus eſt, Lib. VII. Epiſt. XXVI. vet. Gloſſ. *ἀσθενὴς aeger, infirmus, aegrotus. Meorum*, id eſt, ſervorum. Buchner.

5. *Alterum, cum permitto ſervis quoque.*] Ita omnes

mitto ſervis quoque [1] quaſi teſtamenta facere, eaque, ut legitima, cu-
ſtodio. Mandant rogantque, quod viſum: [2] pareo, ut juſſus. Divi- 2
dunt, [3] donant, relinquunt; duntaxat [4] intra domum. nam ſervis Reſp.
quaedam & quaſi civitas domus eſt. Sed quanquam his ſolatiis acquie- 3
ſcam, debilitor & frangor eadem illa humanitate, quae me, ut hoc
ipſum permitterem, induxit. Non ideo tamen velim durior fieri: nec
ignoro alios hujuſmodi caſus nihil amplius vocare, [5] quam damnum:
eoque ſibi magnos homines, & ſapientes videri. Qui an magni ſapien-
tesque ſint, neſcio: homines non ſunt. Hominis eſt enim [6] affici dolo- 4
re,

omnes impreſſi. Rectius membranae: *alterum*, quod *permitto*. Lucanus Lib. VII. vs. 181.

Hoc ſolamen *erat*, *voti* quod *turba nefandi*, cet.

Nec praeter morem *facilitas* & *quod permitto* conectuntur. Tacitus Germ. cap. XLIII. *Gothinos. Gallica*, *Oſos Pannonica* lingua *coarguit*, *non eſſe Germanos*, & quod *tributa* patiuntur. Salluſt. Jug. cap. XXXI. n. 1. Opes *factionis*, *veſtra* patientia, jus *nullum*, ac *maxime*, quod *innocentiae plus periculi quam honoris* eſt. Livius Lib. I. cap XV. *Belli Fidenatis contagione irritati Vejentium animi*, & conſanguinitate, & quod *ipſa propinquitas loci* ſtimulabat. Adde, quae ad Salluſt. Cat. cap. IX. n. 3. CORTE.

1. *Quaſi teſtamenta facere.*] Signate & de jure loquutus eſt, cum omnino leges vetent, ſervum poſſe legitimum teſtamentum facere: ſed permittente etiam domino non videtur eſſe legitimum, cum teſtamentum ſit res publica, quae non poteſt per alium fieri: unde JCti voluerunt teſtamentum, quod permiſiſſet pater filio familiae, eſſe ratum. Teſtamenta autem ſolita mandari cuſtodiae, teſtatur Tranq. cum refert Caeſaris Dictatoris teſtamentum prolatum, quod virgini Veſtali maxime demandaverat, & pariter Auguſtum ſuum teſtamentum depoſuiſſe apud ſex virgines Veſtales. CATAN.

2. *Pareo* ocyus. Suis *dividunt.*] Sic iterum omnes impreſſi, tantum non ridicule. Cur enim *ocyus?* certe illi non magis hic locus, quam ſi ſcripſiſſet *pareo ſtatim*. Quid *Suis?* ſi poſtea additur: *duntaxat intra domum.* Emendavi ex fideliſſimis membranis: *pareo*, ut juſſus. *Dividunt*, *donant*, *relinquunt*; *duntaxat intra domum.* h. e. mandata (de quibus, ne *praecepta* intelligas, vide notam ad Salluſt. Cat. cap. XXXII. extr.) & preces eorum, *veluti juſſus*, exſequor. De *juſſo* plura diximus ad Lucani Lib. VII. vs. 79.

Si duce te juſſo, *ſi nobis bella geruntur.*

CORTE.

3. *Donant.*] Per tabulas. Nam donatio fit etiam inter vivos, nulla neceſſitate juris officiove, ſed ſponte, quae ſi non fiat, nulla reprehenſio eſt: ſi praeſtetur, plerumque laus ineſt. CATAN.

4. *Intra domum*] Id eſt, Domeſticis tantum conſervis. BUCHNER.

5. *Quam damnum.*] Ut alia damna rei familiaris, nullo reſpectu ad hominem. Lib. I. Epiſt. XII. princ. Jacturam *graviſſimam feci*, *ſi* jactura *dicenda eſt tanti viri amiſſio.* Contra Vultejus apud Lucan. Lib. IV. vs. 512.

—— —— *magna virtute merendum eſt,*
Caeſar ut, *amiſſis inter tot millia paucis*,
Hoc damnum, *clademque vocet.*

Epiſt. XVII. n. 5. *& aucta luctibus* damna.

6. *Affici.*] Subjici humanis affectibus, qui ſunt animi motus improbabiles, ſubiti, concitati. *Non educo*, inquit Seneca, *ſapientem ex hominum numero*, *nec dolores ab illo*, *ſicuti ab aliqua rupe nullum ſenſum admittente*, *ſubmoveo* CATAN. Mediceus: *Hominis eſt enim* adfici, dolere, *ſentire*, *reſiſtere tamen*, cet. Et ſolet Noſter interdum verbum *adfici* praeciſe ponere, licet in alium ſenſum. Lib. III. Epiſt. I. n. 9 *Sunt in uſu & Corinthia*, *quibus delectatur*, *nec* adficitur. Lib. IV. Epiſt. III. n. 3. *Ita certe* ſum adfectus *ipſe*, *cum Graeca Epigrammata tua legerem.* Lib. V. Epiſt. IX. princ. *Varie me* adfecerunt *litterae tuae.* Quomodo & Lucanus Lib. IX. v. 136.

—— —— *nec tantum vulnera noſtri*
Adfecere *ſenis*, *quantum geſtata per urbem*
Ora ducis.

item Tullius: *Sic adficerentur animis*, *ut eos* adfici *vellet orator.* In ſenſum aegritudinis & mali hoc ver-

re, ſentire, reſiſtere tamen, & ſolatia admittere, non, ſolatiis non egere. Verum de his plura fortaſſe, quam debui, ſed pauciora, quam volui. [1] Eſt enim quaedam etiam dolendi voluptas: praeſertim ſi in amici ſinu defleas, apud quem lacrymis tuis vel laus ſit parata, vel venia. *Vale.*

XVII. C. Plinius Macrino Suo S.

Cum Tiberis crebris ac ſubitis incrementis augeretur, petit Plinius ſibi nunciet Macrinus, ſi quid ſimile in regione tranſpadana accidiſſet.

NUM iſtic quoque immite & turbidum coelum? hic aſſiduae tempeſtates, & crebra diluvia. Tiberis alveum [2] exceſſit, & demiſ-
2 ſioribus ripis alte ſuperfunditur. Quanquam foſſa, quam [3] providentiſſimus Imperator fecit, exhauſtus, premit valles, innatat campis: [4] quaque planum ſolum, pro ſolo cernitur. Inde, [5] quae ſolet flumina accipere, & permixta devehere, [6] velut obvius, ſiſtere cogit; atque ita

verbum longe frequentius abſolute poſitum reperitur. Nihilominus propter additum verbum *ſentire* mutare quidquam non auſim: cum familiare ſit Plinio *adfici cura*, *ſollicitudine*, *metu*, *gaudio*, & alia. Vide Lib. II. Epiſt. IX. n. 1. Epiſt. XIX. n. 3. Lib. VI. Epiſt. VI. n. 2. &c.

1. *Eſt quaedam voluptas dolendi.*] In dolore ſit quaedam voluptas. Ovidius:

—— —— *eſt quaedam flere* voluptas,
Sedatur lacrymis, egeriturque dolor.

CATAN. Vide & Ariſtor. Lib. I. Rhetoricorum cap. XI. BUCHNER.

2. *Exceſſit.*] Licet incluſus utrinque lateribus. Alibi non legi excreviſſe Tiberim ſub Trajano, antea ſaepius, & poſtea. Nam ſub Othone memorant Tacitus & Plutarchus, nunquam prius in tantum ſublatum, neque tot res perdidiſſe. CATAN.

3. *Providentiſſimus.*] Epitheto convenienti, & opportuno Trajanum *providentiſſimum* appellavit, ut qui urbem majora damna proſpiceret paſſuram, niſi fluminis incrementum foſſa exhauriret. Quare in epiſtolis ad eundem imperatorem, dum veretur ne lacus flumini commiſſus totus in mare efflueret, *prudentiſſimum* appellavit. Eſt autem *prudentia* ſapientiae pars. IDEM. Similiter Euphratem cavernis depreſſis exhauriebant. vide Curt. Lib. V. cap. I. BARTH. De more illo prorſus Poetice Lucanus Lib. IV. vs. 141.

Ac ne quid Sicoris repetitis audeat undis,
Spargitur in ſulcos, *& ſciſſo gurgite rivus*
Dat poenas majoris aquae.

4. *Quaque planum ſolum, pro ſolo cernitur.*] Non inelegans conjectura Lipſii ad I. Annal. Taciti extr. eſt, legentis; *Quaque planum*, ſolus *pro ſolo cernitur.* BUCHNER. Nihil movent membranae, nec moveri quidquam debet; quamquam etiam Maſenius Palaeſtr. Stili *ſalum*, pro *ſolum* conjectaverit pag. 269. Repetitio certe ejusdem verbi adeo nihil vitii habet, ut & ad elegantiam referatur. Compoſitionem autem *planum ſolum*, nemo, niſi imperitus, reprehendet.

5. *Quae ſolet flumina accipere.*] Tinnia, quem Strabo Tonam dicit, & Glanis, primi fluvium Tiberim influunt: praecipui tamen Nar & Anio eum fluvium augent. CATAN.

6. *Velut obvius* retro *cogit.*] Hoc placuit impreſſis omnibus, & novi, quae de fluminibus *retro fluentibus* ex majore Plinio aliisque adferri queant. Sed Mediceus: *velut obvius* ſiſtere *cogit*; nec multum abit quod Catanaeus reperit: *reſiſtere cogit*, quod tamen ex Gloſſa leviter corruptum eſt. Noſter *ſiſtere*, pro *conſiſtere*, dixit, qua notione verbum illud apud Lucretium Lib. I. vs. 1016. 1057. & alibi

ita alienis aquis operit agros, [1] quos ipſe non tangit. [2] Anio, delica- 3
tiſſimus amnium, ideoque [3] adjacentibus villis velut invitatus retentusque, magna ex parte nemora, [4] quibus inumbratur, fregit & rapuit. Subruit montes, & decidentium mole pluribus locis clauſus, dum amiſſum iter quaerit, impulit tecta, [5] ac ſe ſuper ruinas ejecit atque extulit.

[1] Vide-

& alibi occurrit. Nec refugiunt Plautus, Propertius, Tacitus, ut obſervavit Gronov. ad Liv. Lib. IV. cap. XII. Ipſe auctor Lib. IX. Epiſt. XIII. n. 10. *Me quidam corripit, revocat, monet, ut* ſiſtam, quod eſt in membranis praeſtantiſſimis, pro vulgato *deſiſtam.* Forte autem in animo habuit illud Maronis I. Georg. vs. 479.

—— ſiſtunt amnes, *terraeque dehiſcunt*

Lucanus Lib. X. vs. 244.

Vel quod aquas toties rumpentis litora Nili.
Adſiduo feriunt, coguntque reſiſtere *fluctu.*
Ille mora curſus, adverſique obice ponti
Aeſtuat in campos.

CORTE.

1. *Quos ipſe non tangit.*] Quia ipſe Tiberis, dum repellit aquam Naris & Anienis, cauſa [eſt] ut illa per agros circumjacentes diffundatur. Contegit ergo campos non ſua, ſed aliena aqua. CATAN.

2. *Anio delicatiſſimus.*] Hic ex Alba decurrens praeter Latinam Marſorum urbem & propinquum illi campum Tiberim ingreditur, & paulo poſt cum haec retuliſſet Strabo, *Juxta*, inquit, *Tibur cataracta, hoc eſt deſcenſus exiſtit, quem* Anio *facit, ubi navigabilis eſſe incipit, cum e ſublimi profundam in vallem defertur, & per urbi ipſi vicina nemora* At Plinius ſcribit *Anienem* oriri in monte Trebanorum: treſque lacus amoenitate nobiles in Tiberim deferre. Dionyſius vero Lib. V ſuarum antiquitatum, *Flumen*, inquit, Anio *Tibure effuſus ab excelſo ſcopulo per planiciem Sabinorum Romanorumque fertur, utramque regionem diſterminans. Influit in Tiberim aſpectu pulcher & potu dulcis.* Vide & Julium Frontinum. IDEM Mediceus: Ante *delicatiſſimus amnium:* quaſi voluerit *Anien.* Nam & hanc terminationem in uſu fuiſſe, conſtat ex Priſciano & ex Statio I. Silv. V. vs. 25. *Delicatiſſimum* vocat propter amoenitatem, ut ex ſequentibus adparet, atque ita Phaedrus Lib. IV. Fab. IV. vs. 26.

Domum politam, & delicatos hortulos.

ubi vide Celeb. Burmannum.

3. *Adjacentibus villis.*] Nam ſicut Tiberis pluribus prope ſolus, quam ceteri in omnibus amnes, accolebatur, aſpiciebaturque villis, ita Anio & ipſe navigabilis amoenitate ſua pluribus villis incolebatur, quod aperte docet Papinius. CATAN. *Invitatus* de fluvio aeque eleganter Rutilius Lib. I. Itiner. vs. 245.

Interior medias ſinus invitatus *in aedes,*
Inſtabilem fixis aera neſcit aquis.

ubi vide Barthium. *Retentus* ſimiliter de Sole dixit Noſter Lib. II Epiſt. XVII. n. 6. *quod altera feneſtra* admittit *orientem, occidentem altera* retinet.

4. *Quibus inumbratur.*]

——— *Non longius usquam*
Indulſit natura ſibi, nemora alta citatis
Incubuere vadis, fallax reſponſat imago
Frondibus, & longas eadem fugit umbra per undas.

Pap. Statius in Silvis. CATAN. Vulgo: & *fregit, & rapuit.* At membranae tantum: *fregit & rapuit.* Lucanus Lib. II. vs. 409.

Eridanus fractas devolvit *in aequora* ſilvas.

quo loco noſtra legeſis.

5. *Ac ſe ſuper ruinas* evexit *atque extulit.*] Mediceus: *ac ſe ſuper ruinas* ejecit *atque extulit.* Eadem verba paullo aliter conjungit Lucanus Lib. VI. vs. 181.

—— *non ſegnior* extulit *illum.*
Saltus, & in medias jecit ſuper *arma catervas.*

Si Senecam conſulas Epiſt. XXIII. mollius eſſe videbis *evexit*, violentius *ejecit.* Statius XI Theb. vs. 388.

Eumenis ejecit *fractis Etheoclea portis.*

Caeſar Lib. V. B. Gall. cap. XIX. *cum equitatus noſter liberius vaſtandi praedandique cauſſa ſe in agros* ejecerat. ita MSS. Bongarſ. tres, Pal'at. Voſſ. Egmond. Gottorp. Lovan. & alii Petav. *ejiceret.* Vulgo *effunderet.* Alterum non diſplicuit Caeſari

Lib.

4 [1] Viderunt, quos excelſioribus terris illa tempeſtas deprehendit, alibi [2] divitum apparatus, [3] & gravem ſuppellectilem, alibi inſtrumenta ruris: ibi boves, aratra, [4] rectores: hic ſoluta & libera armenta: atque inter haec arborum truncos, aut villarum trabes [[5] atque culmina,]
5 varie lateque fluitantia. [6] Ac ne illa quidem loca malo vacaverunt, ad quae non aſcendit amnis. Nam pro amne imber aſſiduus, & dejecti [7] nubibus turbines: [8] proruta opera, quibus pretioſa rura cinguntur: quaſſata

Lib. IV. B. Gall. cap. XV. Lib. V. cap. XV. Ovidius III. Faſt. vs. 521. de Campo Martio inundatione Tiberis occupato:

Qui tamen ejecta *ſi forte tenebitur* unda,
Coelius accipiat pulverulentus equos.

De verbo *extulit* egimus ad Lucani Lib. VI. vs. 474.

—— —— *Nilum non* extulit *aeſtas.*

Corte.

1. *Viderunt* hi, quos *exc. terris illa tempeſtas* non *deprehendit.*] Haec vulgata lectio. At Optimus Codicum: *Viderunt*, qui *exc. terris illa tempeſtas deprehendit.* Ex quo certiſſime emendandum: *Viderunt*, *quos excelſioribus terris illa tempeſtas deprehendit.* Illud *non deprehendit* nihil eſt, & n. demum 5. de iis locis, ad quae amnis non adſcendit, dicere incipit. De verbo *deprehendere* vide plura ad Lucani Lib. VI. vs. 505.

Et patitur tantos cantu deprenſa *labores*,
Donec ſuppoſitos propior deſpumet in herbas.

Corte.

2. *Divitum apparatus.*] Non minus enim ſuburbana praedia, villaeque ſtatuis ornabantur, tabellisque & auleis ac precioſa ſuppellectili inſtruebantur, quam domus urbanae ex teſtimonio Papinii. Catan.

3. *Et* gravem *ſuppellectilem.*] Mendoſa vox *gravem.* Mallem *gratam* Barth. *gravem* intellige precioſam, & cadet ſuſpicio de mendo. Sic *grave pretium* Salluſtius dixit III. Hiſt apud Nonium. Cic. I. Offic. cap. XVII. *omnium ſocietatum nulla eſt* gravior, *nulla* carior, *quam ea*, *quae cum rep. eſt unicuique noſtrum.* Opponuntur *leviora* & viliora utenſilia, quae natantia nemo multum miratur.

4. *Rectores.*] Bubulci, aratores. Catan.

5. *Atque culmina.*] Codex Pontificius non habet *atque culmina.* Idem. Neque Mediceus *atque culmina* agnoſcit, idque ſine ſententiae detrimento abeſſe poteſt. Videor mihi cauſſam deprehendiſſe, cur correctores inſeruerint. Putarunt illi minus recte conjungi *trabes fluitantia*; cum tamen pueri norint, hoc ad omnem orationem pertinere: quo caſu ſaepius Neutrum Plurale diverſis vocabulis ſubjici oſtendimus ad Salluſt. Jug. cap. XXXVIII. n. 8.

6. *Ac ne illa quidem* loca malo *vacaverunt*, ad *quae.*] Mediceus: *Ac ne illa quidem* mala *vacaverunt*, quae *non adſcendit amnis.* qua in ſcriptura ſi *mala* mutaveris in *malo*, nihil habet quod reprehendi poſſet. Vocabulum *locus* ſaepiſſime auctores legentis intellectui permittunt. Vide ſupra Lib. VI. Epiſt. XXX. princ. Ita major Plinius: *Invenitur in ſaxoſis*, *in petroſis*, *in aquoſis*, ubi quidam addunt *locis.* vide Gronov. ad Lib. XXVI. Hiſt. Nat. cap. VIII. Ita Caeſar: *ex* omnibus *advolant*, pro *ex omnibus locis* vel *partibus*, ut habent MSS. quod alibi docemus. Et quemadmodum plene dicimus *quo in loco res eſt*; ſic *in* anguſto *res eſt*, *in ancipiti* & ſimilia. Quid autem frequentius, quam *omnia late*, *omnia circum*, *quae acceſſerat vaſtare?* ut talem Ellipſin hic tanto facilius admittere queamus. Quod ſequitur, *quae non adſcendit*, nihil difficultatis habet: quandoquidem in promiſcuo uſu ſunt, *aſcendere equum* & *in equum*; *aſcendere gradum* & *in gradum* & ſimilia. Corte.

7. *Nubibus turbines.*] Venti in ſe contorquentes, qui convolvunt rapiuntque non ſolum agreſtium labores, ſed etiam tecta, praeſertim ſi repugnantiores ſint, *turbines* dicuntur. Quod ſi *turbines* interpretaberis tempeſtates, tunc commodius legetur, *dejecti*, quam *adjecti.* Catan.

8. *Prorupta.*] Malim *proruta.* Buchner. Non modo membranae, ſed etiam Aldus, Gryphius, Sichardus *proruta* tenent; ac librariis quidem perquam familiare eſt, *dirutum* & *diruptum*, *prorutum & proruptum* confundere, quod in Lucano vidimus. *Prorupta* hic locum habere nequit. Livius Lib. IV. cap XXIX. *Et dictator* proruto vallo *jam in caſtra praelium intulerat.* ubi etiam *prorupto* & *perrupto* propinabant. Tacitus XII. Ann cap. XLIII. *Crebris terrae motibus* prorutae *domus.* Corte.

1. *Decuſſa*

quaſſata atque etiam [1] decuſſa monimenta. [2] Multi ejuſmodi caſibus debilitati, obruti, obtriti, & aucta [3] luctibus damna. Ne quid ſimile 6
iſtic, pro menſura periculi, vereor; teque rogo, [4] ſi nihil tale, quam maturiſſime ſollicitudini meae conſulas: ſed &, ſi tale, id quoque nuncies. Nam parvulum differt, [5] patiaris adverſa, an exſpectes: [6] niſi 7
quod tamen eſt dolendi modus, non eſt timendi. Doleas enim, quantum ſcias accidiſſe: timeas, quantum poſſit accidere. *Vale.*

XVIII.

1. *Decuſſa monimenta.*] Vide ad Lucani Lib. VI. vs. 83.

Ungula frondentem decuſſit *cornea campum.*

2. *Multi ejusmodi caſibus debilitati.*] Mutilati, aut fracti, ut uſum membrorum amitterent Suetonius Auguſto cap. XLIII. *in hoc ludicro C. Nonium Aſprenatem lapſu* debilitatum *aureo torque donavit.* Significat nempe crus, aut aliud membrum effregiſſe luxaſſeve, ex quo debilis redderetur. *Debilis* enim non infirmus ac imbecillis ex languore aliquo, aut quia parum robuſto ac ſolido corpore eſt, dicitur; ſed qui ex caſu iſtiusmodi parum utilis redditus: unde & in Gloſſario Veteri ἄχρηστος interpretatur. Sic Burrhus apud Tacitum Annal. XIII. cap. XIV. *debilis* appellatur ob truncam manum: & femur Jacobi *debile*, apud Prudentium, quod luxatum erat. Mecaenas apud Senecam:

> Debilem *facito manu*,
> Debilem *pede*, *coxa*.

Victor Junior de Conſtante Imperatore: *Hic fuit* debilis *pedibus manibusque articulorum dolore.* Sequenti Epiſtola *debilitas* de illo dicitur, *qui omnibus membris*, ut ipſe Plinius ibidem deſcribit, *extortus & fractus*; hoc eſt, qui παραλυτικὸς, ut ego quidem interpretor, erat. Veteres Gloſſae: παραλυτικὸς *Paralyticus*, *victus*, *debilis*. L. Qui cum uno IV. § Eum. XII. D. de re militari: *Eum*, *qui filium* debilitavit, *delectu per bellum indicto*, *ut inhabilis militiae ſit*, *praeceptum D. Trajani deportavit.* *Debilitavit*, id eſt, digitos praecidit, & maxime pollicem; cujuſmodi homines vulgari joco *murcos* appellabant, quod jam olim Cujacius Lib. XV. Obſerv. cap. XI. notavit. BUCHNER.

3. *Luctibus.*] Ob mortalium & armentorum; ac rerum perniciem. CATAN.

4. *Si nihil tale eſt.*] Verbum exſulat ab Mediceo. Idem infra: *Nam* parulum *differt. Parvulum* placuit Epiſt. XIV. n. 14.

5. *Patiaris an exſpectes.*] In *paſſione* dolor eſt; in *exſpectatione* metus: utrumque turbat animum atque affligit: parum igitur intereſt, *patiaris malum*, *an exſpectes*. BUCHNER.

6. *Niſi q.* tantum.] Quid ſi, *niſi q.* tamen. CATAN. *Niſi quod tantum eſt*, *&c.*] Ipſa Veritas Catanaei conjectura eſt, pro *tantum*, *tamen* legendum exiſtimantis. Ita enim & alibi Noſter particulam *tamen* inſeruit, magis ut abundaret ac expleret, quam ut aliquid efficeret. Ut Lib. VI. Epiſt. XX. Niſi quod tamen *Poetis mentiri licet.* Item Panegyrici cap. XCI. Niſi quod tamen *qui rurſus Conſules fiunt his quidem*, *ſed diverſis temporibus*, *obligantur.* Rurſus eadem praeſtantiſſima oratione cap. XCIII. *Ullamne tibi pro beneficiis referre gratiam parem poſſumus*, niſi tamen *illam*, *ut ſemper nos meminerimus Conſules fuiſſe*, *& Conſules tuos?* Ut vere illum locum eruditiſſimus Levinejus reſtituit. Namque & ibi, ut hic, *tantum* pro *tamen* hactenus corrupte legebatur. Et ita particula iſta Cicero ipſe atque Terentius & Nepos, ut de Poetis Virgilio, Horatio, Manilio, nunc nihil dicam, uſi. Modo dixerat, parum intereſſe *patiaris adverſa an exſpectes.* Sed intereſſe tamen aliquid hic nunc oſtendit: & ita quidem, ut gravius eſſe quodammodo exſpectare adverſa, quam pati, ſignificet. Rationem ſubjicit, quod ſuus dolori modus ac terminus poſitus ſit, timori nullus. *Dolemus enim*, ut ait Noſter, *quantum ſcimus nobis acciddiſſe*; *timemus*, *quantum poteſt accidere.* Quid autem non poteſt accidere homini, & quando non poteſt? BUCHNER. *Niſi quod tamen* dudum Aldus edidit, idemque in Mediceo habetur, non *tantum*, quod eſt abſonum.

XVIII. C. Plinius Rufino Suo S.

Laudat Domitium Tullum, qui in vita moribus non ſatis probatis, tamen laudabile teſtamentum reliquerat, praeteritis captatoribus, & relicta filia herede, legatis inſuper pluribus eſt proſequutus nepotes & pronepotem, ac in primis uxorem.

FAlſum eſt nimirum, quod creditur vulgo, [1] Teſtamenta hominum ſpeculum eſſe morum: cum Domitius Tullus longe melior apparue-
2 rit morte, quam [2] vita. Nam cum ſe [3] captandum praebuiſſet, reliquit filiam heredem, quae illi cum fratre [4] communis, quia genitam fratre adoptaverat. Proſequutus eſt nepotes plurimis jucundiſſimisque legatis: [5] proſequutus etiam pronepotem. In ſumma, omnia pietate
3 pleniſſima: [6] ac tanto magis, quoniam inexſpectata ſunt. Ergo varii tota

1. *Teſtamenta hominum ſpeculum eſſe morum.*] id eſt diſci inde, & quaſi ex ſpeculo perſpici poſſe, quibus quisque teſtator moribus praeditus fuerit, in quibus forma animorum poſita eſt. Buchner.

2. *Vita.*] Qua omni aſtu divitias quaeſivit, ac ſe captandum permittere ſimulabat. Catan.

3. *Captandum.*] *Captare* eſt inſidioſe ac ſubdole, ac circumveniendi cauſa ſequi ac petere aliquem: videturque gladiatoriae artis verbum eſſe, ut Plautini Interpretes ad illud Moſtellariae Act. V. Sc. I. *Aſtute mihi* captandum *eſt cum illo*, obſervant. Quamvis autem hoc verbum de plurimis uſurpari poſſit, & uſurpetur etiam; proprium tamen in iis quaſi invenit locum, qui hereditatum aut legatorum conſequendorum cauſa captabant homines: hoc eſt, orbos, & divites ſenes fictis blanditiis atque obſequiis, tum munuſculis etiam demereri ac obligare ſibi ſtudebant, ut vel heredes fierent, vel legata ab iis conſequerentur. Qualem Gargilianum Mart. Lib. IV. Epigr. LVI. & quemdam alium ἀνώνυμον Lib. VI. Epigr. LXIII. & Regulum Noſter Lib. II. Epiſt. XX. Coſſum Juven. Sat. X. alii alios deſcribunt. Nam mire inoleverat hoc hominum & queſtus genus: nec alia expeditior ad divitias via habebatur. In quo tam viles & humiles ſe praebebant nonnulli, ut ne ſordidiſſima quaeque detrectarent, ſibique ab iis, quos captabant, ſic quaſi ſervis & mancipiis imperari paterentur. Unde *regnum orbae ſenectutis exercere* apud Senecam de Conſtantia ſapientis cap. V Utrumque autem dicebant, & *captare aliquem*, & *teſtamentum alicujus*, ſive *hereditatem captare*. Ex quo, qui facerent, *captatores* dicti: Petronius *heredipetas* dixit. Et ita Vetus Scholiaſtes *captatorem* apud Juvenalem, *heredipetam* interpretatur. Buchner. Vide Lib. II. Epiſt. XX. n. 7.

4. *Communis.*] Nam erat filia naturalis Domitii Lucani fratris Domitii Tulli, qui illam adoptaverat: & cum adoptio imitetur naturam, videbatur eſſe communis filia duobus fratribus: cum tamen unius Domitii Tulli foret. Quoniam olim adoptivus filius in poteſtatem adoptantis tranſibat, hodie autem ſecus, niſi in quibusdam caſibus. Catan.

5. *Proſecutus etiam* pronepotem.] Mediceus *proneptem*, quod pari cum altero jure in textu legi queat.

6. *Ac tanto magis, quoniam inexſpectata ſunt.*] Quae haec oratio: *tanto magis pietate pleniſſima ſunt*, quoniam *inexſpectata?* Num exſpectatio ipſa per ſe auget, vel minuit pietatem? hoc ego non crediderim. An intelligendum: tanto magis omnia pietatis plena *eſſe videntur*, quia nihil pietatis exſpectaveras. Ita enim non numquam tales locutiones capiendae ſunt. Verum Optimus Mediceus: *ac tanto magis exſpectata ſunt*, ceteris omiſſis. Unde ſimpliciſſime reſcribendum: *In ſumma, omnia pietate pleniſſima, ac tanto magis inexſpectata ſunt.* Duas tantum litteras membranarum ſcripturae adjicimus, & tamen, quantum opinor, optimum ſenſum inducimus. Corte.

2. Ali-

tota civitate ſermones: [1] alii fictum, ingratum, immemorem loquuntur, ſeque ipſos, dum inſectantur illum, turpiſſimis [2] confeſſionibus produnt, [3] qui de illo uti de patre, avo, proavo, quaſi [4] orbi, querantur: alii contra hoc ipſum laudibus ferunt, quod ſit fruſtratus improbas ſpes hominum, quos ſic decipere, [5] pro moribus temporum, prudentia eſt. Addunt etiam, non fuiſſe ei liberum, alio teſtamento mori: neque enim [6] reliquiſſe opes filiae, ſed [7] reddidiſſe, quibus auctus
per filiam fuerat. Nam [8] Curtius Mantia peroſus generum ſuum Domitia- 4
num Lucanum ([9] frater is Tulli) [10] ſub ea conditione [11] filiam ejus, neptem ſuam,

1. *Alii fictum.*] *Fictus*, ſimulator eſt, & qui aperto ac ſimplici opponitur. Capitolinus Marco Antonino Philoſopho: *Dederunt ei vitio, quod &* fictus *fuiſſet, nec tam ſimplex, quam videretur.* Horatius *fictum* & *aſtutum* conjungit Lib. I. Serm. Sat. III. vs. 62.

> —— *pro bene ſano*
> *Ac non incauto*, fictum aſtutum*que vocamus.*

Virgilius de Sinone Aeneid II. vs. 107.

> —— —— *&* ficto *pectore fatur.*

Salluſtius *falſum* dixit. Ut Catil. cap. X. *Ambitio multos mortales* falſos *fieri ſubegit: aliud clauſum in pectore, aliud in lingua promtum habere.* BUCHNER.

2. *Confeſſionibus*] Nam fatentur ſe eſſe de numero captatorum, dum illum tanquam ingratum accuſant. CATAN.

3. *Qui de illo, uti de patre, avo &c.*] Mediceus: ut *qui de patre, avo, proavo, quaſi* de orbo, *querantur.* Ex quo faciam: ut *qui de illo, uti de patre, a. p. quaſi orbi querantur*; aut leviore manu, tranſpoſitis tantum duabus voculis: *turpiſſimis confeſſionibus produnt*, qui ut *de patre, avo, proavo, quaſi orbi, querantur.* Hoc, credo, eruditis placebit.

4. *Orbi*] Sine patre & hereditate relicti. CATAN. *Quaſi orbi.*] Id eſt, exheredati. Ita & ſupra *orbus* ſumitur Epiſt. I. Lib. V. BUCHNER.

5. *Pro moribus temporum*] Quibus avaritia adeo incubuerat, ut nemo dives orbus non captaretur: id quod ſaepe Juvenalis pulſat, ſed frequentius Martialis. CATAN. Mediceus: *quos ſic pro moribus temporum. Addunt* cet. reliqua omittit; neſcio pietate librarii, an alia de cauſſa.

6. *Reliquiſſe opes* filiae.] Mediceus: *reliquiſſe opes* ille, *ſed*, cet.

7. *Reddidiſſe.*] Quia illas acceperat cum fratre ab avo filiae. Honeſtum ergo erat, ut ad illam rediret, ne quod proſpera fortuna accreverat, hoc in alium proveniens luctuoſum ei procederet. CATAN.

8. *Curtius Mantia.*] Suſpicor apud Tacitum mendam inoleviſſe Lib. XIII. ubi legitur, *Curtilius Mantia* ſuperioris exercitus legatus: reſtituique debere *Curtius Mantia.* IDEM. *Curtius Mantia.*] Scribo *Curtilius Mancia*, cum & apud Tacitum ita legatur, & apud Phlegontem Trallianum Τῖτος Κυρτίλιος Μαγκιας. CASAUB. Mediceus nec *Curtii*, neque *Curtilii* nomen agnoſcit, ſcribitque: *Nam* Mancip. *peroſus generum ſuum*, quaſi Plinius tantum reliquiſſet: *Nam* Mancia *peroſus.*

9. *Frater* eſt *Tulli.*] Mediceus: *frater* is *Tullii.* Recepi *is*, quod & alibi Secundo placuit.

10. *Sub ea conditione.*] Talem inſtitutionem permittit jus fieri, ut ff. de heredibus inſtituendis ex Africani verbis apparet, ac ex authentica, excipitur Codice de bonis quae liberis. CATAN. *Sub ea conditione, &c.*] Foediſſime haec hoc modo leguntur: *Sub ea conditione*; ut *filiam ejus, neptem ſuam, inſtitueret heredem.* Lectionem priorem ita nos reſtituimus, qua, omnia plana, liquida & aperta. CASAUB.

11. *Filiam ejus neptem &c.*] Sic omnino Editio Catanaei, inepte Aldina: *ut filiam ejus neptem ſuam inſtitueret*; quam tamen, tanquam optimam ſecutae omnes deinceps, quas jure ſugillavit etiam Caſaubonus noſter. GRUTER. Dormitavit hic Aldus, quod negari non poteſt. MS. veram lectionem ſiſtit, ſed praeterea *effecerat*, pro *inſtituerat*: *ſub ea conditione filiam ejus, neptem ſuam*, effecerat *heredem. Heredem facere* aeque verbum juris eſt, ac *heredem inſtituere.* Dixit & Plautus Poenulo Act. IV. Sc. II. vs. 17.

> *Omnia edepol mira ſunt, niſi herus hunc* heredem facit.

Cicero pro Caecina cap. VI. facit heredem *ex deunce & ſemuncia Caecinam*, qui ita ſaepius; item

ſuam, effecerat heredem, ſi eſſet [1] manu patris emiſſa. Emiſerat pater, adoptaverat patruus: atque ita [2] circumſcripto teſtamento, [3] conſors frater in patris poteſtatem emancipatam filiam adoptionis fraude revocaverat, & quidem cum opibus ampliſſimis. Fuit alioqui fratribus illis quaſi fato datum, ut divites fierent, [4] invitiſſimis, a quibus facti

factitare heredem. Sueton. Vit. Perſ. n. 13. *pecuniam ſororibus, quas frater* heredes fecerat, *reliquit.* Petronius Sat. cap LXXI. *Nam Fortunatam meam* heredem facio, *& commendo illam omnibus amicis meis.* Phaedrus Lib. IV. Fab. IV. vs. 7.

Harum autem matrem fecit heredem *ſenex*
Sub conditione, *totam ut* cet.

& alii plures. Non itaque timeamus *effecerat heredem* apud Noſtrum. Corte.

1. *Manu patris emiſſa.*] Adverte ſecundum Juriſconſultum fuiſſe Plinium locutum improprie, cum manumitti dicantur ſervi, emancipari vero filii. Verum quandoque eo verbo JConſultus hoc modo quo Plinius abutitur: ut ff. de officio proconſulis & legati. Catan. Loquitur eodem modo Suetonius Vitell. cap. VI. *Hunc heredem a matre* ſub conditione *inſtitutum, ſi de poteſtate patris exiſſet,* manu emiſit, *brevique, ut creditum eſt, interemit.* Lactantius Lib. IV. cap. III. *Denique & filius* manumittitur, *tamquam ſervus, & ſervus* liberatus *patroni nomen accipit, tamquam filius.*

2. *Circumſcripto teſtamento.*] *Circumſcribere teſtamentum*, dicitur, qui teſtamenti ſcripturae quidem ſatisfacit, non tamen & teſtatoris voluntati, quam per fallaciam eludit, ſicut hic factum. Curtius, ſive Curtilius Mancia collocarat filiam Domitio Lucano in matrimonium, atque ex ea ſuſceperat neptem. Hic peroſus generum non filiam ſuam, uxorem Domitii, ſed neptem ex ea ſuſceptam, heredem bonorum ſuorum inſtituit, ſub ea conditione, *ſi manu patris emiſſa foret.* Hoc ideo faciebat, ut ad Domitium generum bona ſua ne pervenirent. Ratus ſatius eſſe, ſi ad quemvis alium; qui adoptaret, quam illum pervenirent, quem tantopere peroſus eſſet. Mortuo Mancia, Domitius, ne ſibi ex faucibus extorqueretur hic bolus, id comminiſcitur fraudis: emancipat filiam (ut ſatisfieret ſcriptis teſtamenti tabulis) ſed adoptandam a fratre in eam conditionem (de qua convenerat ante tacite) ut ne ad ipſum ſolum cum filia adoptionis jure tranſiret hereditas, ſed penes utrumque maneret communis: unde mox ait, *conſors frater.* Quod oſtendit, cujuſdam conſortii pactum inter ipſos initum atque conventum ante fuiſſe de communi habenda hereditate. Nam qui dominii cujuſdam rei participes ſunt, ſeu aliquam rem communem habent, *conſortes* in jure appellantur. In eo autem licet non recederetur a ſcriptura teſtamenti; contraveniebatur tamen teſtatoris voluntati: itaque fiebat, ut ipſa teſtamenti vis, quae in teſtatoris voluntate poſita per adoptionis fraudem elideretur: quod *teſtamentum circumſcribere* eſt. Nam *circumſcribere* ſaepe fallere, decipere, circumvenire, Latinis notat. Maxime quidem, ut videtur, ſi ſcriptura id fiat Ut cum tutores aut mali adminiſtratores rei communis, falſas rationes conficiunt, & ſic pupillos ac ſocios fraudant. Juvenal. Sat. X.

Promptis expediam
Quot Baſilus ſocios, quot circumſcripſerit *Hirrus*
Pupillos.

Quinctilianus Declamatione CCCXXX. *Circumſcribuntur & ſervorum artibus patres.* Hinc *Circumſcriptorem colubrum*, pro Diabolo, eleganter Tertullianus Lib. III. adverſus Marcionem vocat: qui & *Diaboli circumſcriptiones* pro fallaciis ejus & fraudibus, in de Patientia dixit. Buchner.

3. Conſors *frater in patris* poteſtate *emancipatam filiam.*] Qui ſint *fratres conſortes*, docuit Cl. Burmannus ad Velleji Lib I. cap. X. extr. *quippe Fulvii cenſoris* frater, *& quidem* conſors, *Cn Fulvius, ſenatu motus eſt ab iis cenſoribus.* & pluribus Jac. Cujacius Lib. V. Obſervat cap. X. Deinde vulgatae omnes: *in patris* poteſtate *revocaverat*, quod quidem defendi poterat iis: *in conſpectu venire*, *in manu adſumere*, *in ordine cogere*, & aliis, quorum jam ſupra mentionem fecimus; At caſtiſſimae membranae habent: *in fratris* poteſtatem *emancupatam filiam a. f. revocaverat*, ut certe *poteſtatem* legendum ſit. Nec mihi diſplicet ſcripta lectio *fratris*, pro *patris*: nam de *emancupatam*, quae ſcriptura diutiſſime obtinuit, praetereundum puto. Denique & hoc advertendum, quod MS. laciniam iſtam: & *quidem cum opibus ampliſſimis*, abjiciat, quae ſi Plinio adimatur, ſententiae nihil decedet. Corte.

4. *Invitiſſimis.*] Admodum nolentibus Curtio Montano, & Domitio Afro, per quorum bona divites facti. Catan.

1. *In*

facti ſunt. Quin etiam Domitius Afer , qui illos [1] in nomen aſſumpſit,
reliquit teſtamentum ante octo & decem annos [2] nuncupatum : adeo-
que poſtea [3] improbatum ſibi , ut [4] patris eorum bona proſcribenda
curaverit. Mira illius aſperitas, mira felicitas horum: illius aſperitas, 6
qui numero civium [5] excidit, quem [6] ſocium etiam in liberis habuit:
felicitas horum, quibus ſucceſſit in locum patris , qui patrem [7] abſtu-
lerat. Sed haec quoque hereditas Afri , ut reliqua cum fratre quaeſi- 7
ta, [8] transmittenda erant filiae fratris : a quo Tullus ex aſſe heres inſti-
tutus, praelatusque filiae fuerat, ut [9] conciliaretur. Quo laudabilius
teſta-

1. *In nomen aſſumpſit.*] Adoptavit: nam adoptati, ſicut in poteſtatem adoptantis, ita & nomen transibant. BUCHNER. Perperam Aldus: *qui illos in numen adſumſit.* Tacitus III. Ann. cap. XXX. *adſciſcere in nomen* vocat. Seneca de Brev. Vit. cap. XV. *Nobiliſſimorum ingeniorum familiae ſunt. elige in quam* adſciſci *velis*, *non* in nomen *tantum* adoptaberis , *ſed in ipſa bona.* Lege inprimis Dion. Caſſ. Lib. XLVI. pag. 321. ſq.

2. *Nuncupatum.*] Palam factum ſine ſcriptura. *Nuncupativum* teſtamentum illud eſt, ad cujus firmitudinem & ſubſtantiam neceſſaria non ſit ſcriptura: quod intellexit Tacitus, cum libro ſecundo ſcribit , *Ignotos & aliis infenſos , eoque principem nuncupantes procul arcebat :* tametſi nunc ad perpetuam rei memoriam facilioremque probationem ſoleat in ſcriptis redigi, & hoc ſit in frequentiſſimo uſu. Eſt teſtamenti genus, quod appellatur in ſcriptis, quia ſine ſcriptura invalidum ſit , quo raro utimur. Ejus forma traditur Codice de teſtamentis. CATAN.

3. *Improbatum.*] Quamvis non mutaverit, quoniam non credebat, ſe tam cito moriturum. Apparet autem ei diſplicuiſſe id teſtamentum , quod *eorum patris bona proſcribenda* (publicanda) *curavit.* IDEM.

4. *Patris eorum.*] Domitii Lucani, & Domitii Tulli. BUCHNER. Mediceus : *ut* patres *eorum bona proſcribenda* curaverint. mendoſe.

5. *Excidit.*] Expulit , averruncavit. Ex conſtitutione enim Imperatoris , quae extat in Codice contra rebelles , ac majeſtatis laeſae reos , filii patriis bonis privabantur , neque ad ullos honores admittebantur. Immo nulli licebat illis opem ferre, ut exulibus mors ſolatium , & vita ſupplicium foret. CATAN. *Excidit.*] Scribe *numero civium exſcidit,* non *excidit.* CASAUBON. *Excidit*] Exules enim civitatem , ſive jus civitatis amittebant. Effecerat autem Domitius Afer , ut pater Domitiorum, adoptatorum ab ſe, exilio damnaretur, ut indicavit paulo ante. Ita igitur ipſum numero civium excidit. BUCHNER. De ſcriptura *excidit* & *exſcidit* hodie parum laboramus. Similis eſt dictio Lib. II. Epiſt. XII. n. 3. *Quid enim miſerius, quam* exſectum *& exemtum honoribus ſenatoriis, labore & moleſtia non carere?*

6. *Socium in liberis.*] Nam ille genuerat , quos iſte adoptarat: ita communes liberi erant , ipſi ſocii. BUCHNER.

7. *Abſtulerat.*] Condemnandum curaverat. CATAN. *Abſtulerat.*] Amiſerant enim , qui jam civiliter, ut exul, mortuus erat. BUCHNER.

8. *Tranſmittenda.*] Relinquenda per ordinem ſucceſſionis. Ideo dixit Afri hereditatem transmittendam eſſe fratris filiae , quae erat filia ejus adoptiva, quia filius adoptivus , qui eſt legitimus, tantum ſuccedit patri adoptanti ab inteſtato , ſicut filius naturalis & legitimus patri ſuo naturali. CATAN.

9. *Reconciliaretur.*] Rediret in gratiam cum filia, cum qua gerebat ſimultates, quoniam a patre teſtamento privata fuerat. IDEM. Mediceus : *ut conciliaretur* , atque ita edidit Aldus. Cicero Orat. cap. XXXV. *ordiri orationem , in quo aut* concilietur auditor, *aut erigatur.* Ovidius Her. Epiſt. XX. vs. 23.

Fraus mea quid petiit, niſi quo tibi jungerer uni?
Id me, quod quereris, conciliare *poteſt.*

Tacitus II. Hiſt. cap. LVIII. *qui Maurorum animos Vitellio* conciliarent. & hoc quidem uſitatiſſimum. Male autem interpretes ad filiam trahunt, quaſi inter hanc & Tullum fuiſſent ſimultates: quae ſi omnino fuerunt, tunc exſtiterunt cum teſtamento praelatus huic ille eſt. Sic oratio erit abſurdiſſima. Tu intellige de Domitiano & Tullo. Domitianus, ut in partes ſuas traheret fratrem Tullum, & conſortium bonorum filiae obtineret, fratrem ex aſſe heredem inſtituit. Quare non dubium eſt, *conciliaret*, pro vulgato *reconciliaret* eſſe ſcribendum. CORTE.

teſtamentum eſt, quod [1] pietas, fides, pudor, ſcripſit: in quo denique omnibus affinitatibus, pro cujusque officio, gratia relata eſt, re-
8 lata & uxori. Accepit amoeniſſimas villas, accepit magnam pecuniam uxor optima & patientiſſima: ac tanto melius de viro merita, quanto magis eſt reprehenſa, quod nupſit. Nam mulier natalibus clara, moribus proba, aetate declivis, diu vidua, mater olim, parum decore [2] ſequuta matrimonium videbatur divitis ſenis, ita perditi morbo, ut eſſe taedio poſſet uxori, [3] quam juvenis ſanusque duxiſſet. Quippe omnibus membris extortus & fractus, tantas opes [4] ſolis oculis obibat:
9 ac ne in lectulo quidem, niſi ab aliis, movebatur. Quin etiam (foedum miſerandumque dictu) [5] dentes lavandos fricandosque praebebat. [6] Auditum frequenter ex illo, quum quereretur de contumeliis debilita-
10 tis ſuae, [7] digitos ſe ſervorum ſuorum quotidie lingere. [8] Vivebat tamen, &

1. *Pietas.*] Quia filiae. *Fides.*] Quia frater fratri hereditatem commiſerat, ut filiae reſtitueret. *Pudor.*] Honeſtas. *Scripſit.*] Per ſcripta fecit. CATAN.

2. *Sequuta matrimonium &c.*] Avide atque cum ambitu petiiſſe, affectaſſe. Caeſar Lib. I. de Bello Civili principio: *Si Caeſarem reſpiciant, atque ejus gratiam* ſequantur. Tacitus German. cap. V. *Argentum magis, quam aurum* ſequuntur. Seneca Hippolyto:

Non ille regno ſervit, aut regno imminens,
Vanos honores ſequitur.

Sequitur, id eſt, appetit, cupit. Nam quod quis maxime appetit, id quaerit & ſequitur: ut canis feram, lupus praedam, pecora herbam, taurus vaccam. Virgilius. Ecl. II. vs. 63.

Torva leaena lupum ſequitur, *lupus ipſe capellam,*
Florentem cythiſum ſequitur *laſciva capella.*

Theocritus, unde Maro iſtum locum expreſſit, διώκειν dixit, quod *ſequi* Maro: illud autem Scholiaſtae ζητεῖν interpretantur. Ita igitur, *ſequi*, pro quaerere, atque appetere ſumitur. Noſter Epiſt. XX hujus libri; *conſtat pecora herbas* ſecuta *&c.* Venuſte & eleganter, nec ſine audentia aliqua tamen Epiſt. VIII. hujus libri: *nec deſunt villae, quae* ſecutae *fluminis amoenitatem margini inſiſtunt.* BUCHNER. Vide plura de iſto verbo notis ad Salluſt. Cat. cap. LII. n. 22. *Laudamus divitias,* ſequimur *inertiam.* Mediceus: *parum* decora *ſecuta matrimonium.*

3. *Quam juvenis ſanusque duxiſſet.*] Etiamſi olim jucundiſſime cum juvene & ſano vixiſſet & non modo diuturno uſu, ſed & memoria deliciarum ab omni taedio retineretur.

4. *Solis oculis* obibat.] Elegans uſus verbi *obire* apud Noſtrum, ut Paneg. cap. LXXVII. n. 1. *Nam* comitia *conſulum* obibat *ipſe.* Lib. I. Epiſt. III. n. 2. *An intentione rei familiaris* obeundae *crebris excurſionibus avocaris? Solis oculis* ad eam figuram, qua Valer. Max. Lib. IX. cap. VIII. n. 1. *Abciſa miſerorum capita in conſpectum ſuum adferri voluit, ut* oculis *illa, quia ore nefas erat*, manderet. Ovidius VI. Metam. vs. 478.

Spectat eam Tereus, praecontrectat*que* videndo.

Seneca III. Nat Quaeſt. cap. XVIII. *Non ſunt ad popinam dentibus, & ventre & ore contenti:* oculis *quoque* guloſi *ſunt.* Plura vide notis ad Lucan. Lib. VI. vs. 32.

Metatur *terras* oculis.

5. *Dentes lavandos, &c.*] Hinc querebatur, *ſe digitos ſervorum ſuorum quotidie lingere*, quod ſubjicit Noſter. BUCHNER.

6. *Auditum* eſt *frequenter* ab ipſo.] Membranae: *Auditum frequenter* ex illo, idque rectius Salluſt. Cat. cap. XLIX. n. 4. *ementiundo, quae ſe* ex Volturcio audiſſe *dicerent* Idem Jug cap. XX. n. 1. *quod* ex amicis *apud Numantiam* acceperat. ubi vide. CORTE.

7. Se *digitos ſervorum ſ. q lingere.*] Aldus: *digitos ſervorum*, cet. Mediceus: *digitos* ſe *ſervorum ſ. q linguere.* Unde ſtatim patet, cur in aliis Codd. *ſe* exciderit.

8. *Vivebat tamen.*] In tantis doloribus & anguſtiis non deliberabat mori, ſecuturus Corellii Rufi exemplum, qui impar dolori inedia ſpontanea mortuus eſt. CATAN.

& [1] vivere volebat, ſuſtentante maxime uxore, quae culpam inchoati matrimonii [2] in gloriam perſeverantia verterat. Habes omnes 11
[3] fabulas urbis. [4] nam ſunt omnes fabulae Tullus. Exſpectatur auctio. Fuit enim tam copioſus, ut ampliſſimos hortos, eodem quo emerat die, [5] inſtruxerit plurimis & [6] antiquiſſimis ſtatuis. Tantum illi pulcherrimorum operum [7] in horreis, quae negligebantur. Invicem tu, [1] ſi quid

1. *Vivere volebat.*] Similiter Mecaenas, modo viveret & ſpiraret, nullum debilitatis, nullum ſupplicii genus, acerbiſſimi licet, ut crucem acutam, quam vocabant, deprecabatur. De quo verſus ejus apud Senecam Epiſt. CI. & hujus cenſuram ibidem licet legas. BUCHNER.

2. *In gloriam perſeverantia verterat.*] MS. *in gloria perſeverantiam verterat.* qualia errata iis, qui Vett. Codd. tractarunt, nova non ſunt. Verum eſt omnino, quod editur.

3. *Fabulas.*] Sermunculos, res parvi momenti. CATAN.

4. *Nam ſunt* venales tabulae Tulli.] Malim *nunc ſunt venales.* CASAUBON. *Nam ſunt venales t. T.*] Quis locus τῷ *Nam* eſſe poſſit, non video. Malim itaque *Jam* legere. *Tabulae* autem picturae ſunt. Propertius: *Qualis Apellaeus eſt color in* tabulis. Et rurſus: *In Veneris* tabula *ſummam ſibi ponit Apelles.* Antiqui enim in tabulis pingebant, non & in linteis. In quam rem larice utebantur. Plinius Lib. XVI. cap. XXXIX. de larice: *Inventum eſt pictorum tabellis immortale nulliſque fiſſile ramis hoc lignum.* Alibi clarius pleniusque *tabulae pictae* appellantur. Varro de re ruſtica Lib. III. *Nec tamen ibi ſe tabulam pictam vidiſſe, neque ſignum aheneum.* BUCHNER. Male haec cohaerent, quod jam viderunt viri docti. Mediceus: *Nam ſunt omnes fabulae Tullus. Exſpectatur auctior.* quae eſt ipſiſſima Plinii manus, modo *auctio*, pro *auctior*, reponas. Scripſerat: *Habes* omnes *fabulas urbis*, & tamen de uno Tullo ejusque teſtamento hac epiſtola narraverat. Bene itaque, & eleganter ſubdidit: *Nam ſunt omnes fabulae Tullus*, quia jam ſupra memoraverat, *varios tota civitate de Tullo fuiſſe ſermones*, n. 3. Inepte *tabulas* inculcant, cum tamen ſtatim loquatur de *ſtatuis*, quae immane quantum differunt, ut olim docuimus ad Salluſt. Cat. cap XI. n. 6. Dictio *omnes fabulae ſunt Tullus* non magis offendere debet, quam Ovidii *Omnia pontus erant*, aut Lucani *Omnia Caeſar erat.* Non tamen hic omittam Apulejum II. Metam pag. 29. Ed. Pric. *Mihi denique proventum hujus peregrinationis anquirenti multa reſpondit & oppido mira, & ſatis varia. Nunc enim gloriam ſatis floridam, nunc* hiſtoriam *magnam, & incredendam* fabulam & libros me futurum. Sic legitur in optimo MS. Florentino. Jam eleganter *Tullus fabula eſt*, aut *omnes fabulae ſunt Tullus*, ut Ovidius II. Art. Am. vs. 630.

Ut quamque attigeris, fabula turpis erit.

quomodo Terentius, Horatius, Tibullus, Propertius, & alii locuti ſunt. Vide Heinſium ad Naſon. I. Amor. Eleg. XIII. vs. 36. & ad II. Art. Am. vs. 561. Ciofan. & Burmann. ad III. Amor. Eleg. I. vs. 21. Similiter Juvenalis:

Ut pueris placeas, & declamatio fias.

Compone nunc vulgares ſordes: *Habes omnes fabulas urbis. Nam ſunt* venales tabulae Tulli: *exſpectatur auctio*, & ſenties, nos haud inepte locum emaculaſſe. CORTE.

5. *Inſtruxerit.*] Ornaverit. Solitos ornari hortos ſtatuis, jam dixerat Plinius, cum de Regulo ſcriberet. Et M. Tullius III. Officiorum, ubi refert Pythrum Canio vendidiſſe hortos inſtructos: non ſolum ſtatuis, verum etiam aliis rebus & ornamentis apparatos oſtendit. CATAN.

6. *Antiquiſſimis.*] Ergo pretioſiſſimis, quod notat Juvenalis:

— *Nam*, inquit, *perfectiſſimus horum eſt,*
Si quis Ariſtotelem ſimilem, vel Pittacon emit.
Et jubet archetypos pluteum ſervare Cleanthas.

IDEM.

7. *In horreis.*] In quibusdam fuit, *hortis* quod convenire praecedentibus Catanaeus putabat, male. Nam quia horrea habebat plena ſtatuis atque picturis, idcirco in promtu hortos iis inſtruere vel eo ipſo die, quo emiſſet. *Horrea* receptacula ſeu repoſitoria ſunt, non ubi frumentorum tantum; verum ubi & aliarum rerum copia conditur & aſſervatur, etiam pretioſarum. Paulus JCtus L. Nam Salutem III. §. Effracturae II. D. de officio Praefecti Vigilum: *Effracturae*, inquit, *fiunt plerumque in inſulis* horreisque, *ubi homines pretioſiſſimam partem fortunarum ſuarum reponunt.* Vet. Gloſ. *Horreum* ἀποθήκη. Sic *Horreum frumentarium*,

Herſ-

12 [1] ſi quid iſtic epiſtola dignum, ne gravare. Nam cum aures hominum
[2] novitate laetantur, tum ad rationem vitae [3] exemplis erudimur. *Vale.*

XIX. C. Plinius Maximo Suo S.

Excuſat ſe quod triſtis ſcribat, quoniam ex ſtudiis ſolatium inveniat, & librum emendandum Maximo mittit; in quem rogat ut pro ſe intentionem intendat.

ET gaudium mihi & ſolatium in literis: nihilque tam laetum, quod
his laetius: [4] nihil tam triſte, quod non per has ſit minus triſte.
Itaque & infirmitate [5] uxoris, & meorum periculo, quorundam vero
etiam morte [6] turbatus, ad unicum doloris levamentum, [7] ſtudia con-
fugi, quae praeſtant, ut adverſa magis intelligam, ſed patientius fe-
2 ram. Eſt autem mihi moris, quod ſum daturus in manus hominum,
ante amicorum judicio examinare, in primis tuo. Proinde, ſi quando,
nunc [8] intende libro, quem cum hac epiſtola accipies: quia vereor, ne
ipſe,

Horreum vinarium, *Horreum penuarium*, apud JCtos: & hic *Horreum operum*, id eſt, ſtatuarum & picturarum, quae hic *operum* nomine veniunt. Ita enim haec vox de fabrefactis & artificio aeſtimandis auctoribus uſurpatur. Unde & *opus*, ipſum artificium notat, künſtliche Arbeit. Cenſorinus de die Natali: *Munera ex auro vel quae ex argento nitent, caelato opere quam materia cariora.* Seneca de Tranquillitate animi cap. I. *Argentum grave ruſtici patris ſine ullo opere & nomine artificis.* Buchner. De *horreis* vide ad Lib. II. Epiſt. XVII. n. 13.

1. *Si quid iſtic epiſtola dignum, ne gravare* ſcribere.] Non aliter membranae ſpectatiſſimae, niſi quod ultimum verbum *ſcribere* omittant. Et hoc quidem belle exauditur. Treb. Pollio Claud. cap. I. *De quo ego idcirco* recuſare *non potui, quod alios ſcripſeram.* adde Salluſt. Jug. cap. IV. n. 4 Contra *velle*, pro *velle dicere*, *reſpondere*, Cicero I. de Finib. cap. VIII. *Sed ad haec, niſi moleſtum eſt, habeo* quae velim Lib. IV. cap. I. *Itaque aut omittamus* contra *omnino* velle aliquid, *aut ſpatium ſumamus ad cogitandum.* paullo poſt: *Non mehercule ſoleo temere contra Stoicos.* deinde: *quare* ad ea *primum, ſi videtur; ſin aliud quid voles*, poſtea. adde notam ad Lib. II. Epiſt. XX. n. 13. Corte.

2. *Novitate* lactantur.] Sic membranae, & quidam formis cuſi. Male alii *laetentur.* Dixi ad Lib. VII. Epiſt. VIII. n. 3.

3. *Exemplis.*] Exemplum enim proprie vocamus rei geſtae, aut tanquam geſtae, utilem commemorationem ad perſuadendum id quod intenderis. Catan.

4. Nihil *tam triſte.*] Mediceus: *tam triſte*, ſine illo *nihil*, quod ex ſuperiori *nihil* non abſurde intelligitur.

5. *Uxoris.*] Calpurniae, de cujus aegritudine in praecedentibus. Catan.

6. *Turbatus.*] Affectus moerore ac luctu videlicet. Nam omnis affectus movet aut turbat animum, & quieſcere eum non ſinit. Suetonius Auguſto cap. XVII. *Turbatus nuntiis de ſeditione militum.* Id eſt, perterrefactus. Apud Virgilium Aeneid. VIII. *Turbata Pallas*, irata eſt. Quemadmodum τὸ *turbidus* non ſemel a Statio uſurpatur. Petronius: *Excanduit Licas hoc ſermone turbatus.* Similiter & *confundere* uſurpant. Noſter Lib. III. Epiſt. XX. *Veritus ſum, ne vos feſtis diebus confunderem, ſi in memoriam graviſſimi luctus reduxiſſem.* Sic *confuſionem* pro moerore Lib I. Epiſt. XXII. & Panegyr. cap. LXXXVI. dixit. Petronius: *Confuſus ille & conſilii egens.* Suetonius Caeſare cap. VII. *Confuſum ſomnio proximae noctis (nam viſus erat per quietem matri ſtuprum intuliſſe) conjectores ad ampliſſimam ſpem incitaverunt.* Buchner.

7. *Studia* confugio.] Mediceus *confugi*, quod ad ſententiam magis quadrat. Narrat enim, quod doloris levandi cauſſa aliquid elaboraverit.

8. *Intende in librum meum.*] Tuam diligentiam
intende

ipſe, ut triſtis, parum intenderim. Imperare enim dolori ut ſcriberem potui, ut vacuo animo laetoque, non potui. Porro ut ex ſtudiis gaudium, ſic[1] ſtudia hilaritate proveniunt. *Vale.*

XX. C. Plinius Gallo Suo S.

Mirabilem Vadimonis lacum per epiſtolam ante oculos Gallo ponit: cujus tam formae rotunditatem, & aquae medicinam, quam plures innatantes inſulas admiratur.

[2] AD quae noſcenda iter ingredi, transmittere mare ſolemus, ea ſub oculis poſita negligimus: ſeu quia ita natura comparatum, [3] ut proximorum incurioſi, longinqua ſectemur: ſeu quod[4] omnium rerum cupido langueſcit, cum facilis occaſio eſt: ſeu quod differimus, tanquam ſaepe viſuri, quod datur videre, quoties velis cernere. Quacunque de cauſa, permulta in urbe noſtra, juxtaque urbem, [5] non oculis modo, ſed ne auribus quidem novimus. Quae ſi tuliſſet[6] Achaia, [7] Aegyptos, [1] Aſia, 2

intende in emendationem mei libri. Alii legunt *intende libro:* ſicut mox, *non ipſe*, ſed *ipſi*, ſcilicet libro. Catan. Mediceus: *intende libro*, & deinde: *ne* ipſe, *ut triſtis*, quae eſt caſtiſſima lectio & pleriſque editoribus probata. Vide Lib. VII. Epiſt. XVII. n. 7.

1. *Studia hilaritate proveniunt.*] Nam, ut Ovid. I. Triſt. Eleg. I. vs. 39.

Carmina proveniunt animo deducta ſereno.
Catan.

2. *Ad quae.*] Ordo: Negligimus ea miranda, quae poſita ſunt ſub oculis noſtris, ad quae talia ut noſcamus, ſolemus longum iter ingredi & trajicere mare. Idem.

3. *Ut proximorum incurioſi longinqua ſectemur.*] Pindarus Pythion. Od. III.

——— Ἀλλά τοι
Ἤρατο τῶν ἀπεόν-
των. Οἷα καὶ πολλοὶ πάθον.
Ἔστι δὲ φῦλον ἐν ἀν-
θρώποισι ματαιότατον,
Ὅστις αἰσχύνων ἐπιχώ-
ρια, παπταίνει τὰ πόρσω.

——— *At vero*
Amavit abſen-
tia. Ut multi (alii) *etiam affecti fuerunt.*
Eſt vero genus inter ho-
mines vaniſſimum,
Quicunque contemnens indi-
gena, circumſpicit ad remota.

Auſonius: *Spernimus in commune omnes praeſentia.* Buchner.

4. *Omnium rerum cupido langueſcit* &c.] Diximus ad Claudian. Feſcenn. vs. 12 Barth. Luculento exemplo illuſtrat Ariſtoteles IV. Politic. cap. XIII. Adde ſupra Lib. II. Epiſt. XV. & Lib. I. Epiſt. XVI. extr. Senec. ad Marc cap. XVI. alios.

5. *Non oculis modo, ſed ne a. quidem.*] Locutio notata Budaeo ad Pandect. pag. 775. Barth. *Non modo*, pro *non modo non*, illuſtravimus ſupra ad Epiſt. VII. n. 2. *eum eſſe me, qui* non modo *magiſter tuus; ſed ne diſcipulus quidem debeam dici.*

6. *Achaia.*] Peloponneſus, a parte totum. Nam *Achaia* Peloponneſus, & a quibuſdam pars ejus, ubi ſpiraculum Tenarium admirandum. Sed alibi de ea copioſius. Catan.

7. *Aegyptus*] Admiranda ſunt in Aegypto, Nilus, Apis bos, Crocodilus, Hippopotamus, Memnonis regia, Alexandria, Pyramides, & Chemnis inſula, lucos ſilvasque, & Apollinis ſuſtinens templum, quae in quodam Aegypti lacu natat, & quocunque venti agunt, pellitur. Idem. MS. *Aegyptos*, & ſic perpetuo optimi libri Horatii, Ovidii, Lucani aliorumque. Vide quaedam ad Lucani Lib. VIII. vs. 144.

Syrtibus hinc Libycis tuta eſt Aegyptos.

 1. *Aſia.*]

[1] Aſia, aliave quaelibet miraculorum ferax commendatrixque terra, 3 audita, perlecta, [2] luſtrata haberemus. Ipſe certe nuper, quod nec audieram ante, nec videram, [3] audivi pariter, & vidi. Exegerat proſocer meus, ut [4] Amerina praedia ſua inſpicerem. Haec perambulanti mihi oſtenditur ſubjacens lacus, nomine [5] Vadimonis; ſimul quaedam 4 incredibilia narrantur. Perveni ad ipſum. Lacus eſt in ſimilitudinem jacentis rotae circumſcriptus, & undique aequalis, nullus ſinus, obliquitas nulla, omnia dimenſa, paria, & quaſi artificis manu cavata & exciſa. Color [6] caeruleo albidior, [7] viridior, & preſſior: ſulphuris odor, ſaporque medicatus, vis, qua fracta ſolidantur. Spatium mo-5 dicum, quod tamen ſentiat ventos, & fluctibus intumeſcat. Nulla in hoc navis [8] (ſacer enim) ſed [9] innatant inſulae herbidae omnes, [1] arundine

1. *Aſia.*] Duplex eſt, altera in tertio orbis divortio poſita, altera minor: in ea praeter templum Dianae, admirabiles fluvii ſunt Pactolus, Meander. CATAN.

2. *Luſtrata*que *haberemus.*] Mediceus: *luſtrata haberemus*, ſine Copula: recte, ut Lib. V. Epiſt. VI. n. 21. & paſſim.

3. Audii *pariter*, *&* *vidi.*] MS. *audivi.* Ita nimirum etiam in talibus minutiis ſibi conſtat auctor. Vide Lib. VI. Epiſt. XI. n. 1. & ad ejuſd. Libr. Epiſt. XXIV. n. 3.

4. *Amerina.*] In agro Amerino jacentia. Auctore Stephano *Amerinus* ab *Ameria* deducitur: quod oppidum eſt, non procul a Mevania, referentibus Strabone & Plinio: ſecundum quoſdam ante Perſei bellum conditum annis D. CCCC. LXIV. Diſtans ab urbe. XLVI. milliariis. Menda eſt apud Servium grammaticum, ubi tradit, *Amerinum* vocatum, & ejus factam ſaepius mentionem a Marco Tullio pro Roſcio: apud quem non *Amerinum*, ſed *Ameriam* invenies. Salix *Amerina* laudatur a Virgilio, Columella, Plinio. CATAN.

5. *Vadimonis.*] De quo Plinius ſenior Lib. II. *In* Vadimonis *lacu inſulae ſemper fluitant.* Corrigendus ex Lib. II. Naturalium Quaeſt. locus apud Senecam ſic: *Aliae in* Vadimonis *lacu vehuntur:* cum paſſim habeatur *in alia in vadoſis lacu vehitur.* Eſt autem is Lacus in Etruria. Vide Liv. Lib. IX. IDEM. Adi interpretes Flori ad Lib. I. cap. XIII. n. 21.

6. *Coeruleo albidior*] Coeruleus color mari datur. Eſt autem viridis cum nigro: ſed iſtius lacus color erat albidior. A colore fontem Coeruleum, quem Claudius cum Curtio & Albudineo urbi induxit appellatum tradit Frontinus. CATAN.

7. *Viridior & preſſior.*] Suſpicabar: *Viridiore preſſior.* ſignificat viridem, ſed preſſiorem, qualem Solinus gemmae heliotropio tribuit, his verbis: Viridi *colore eſt, non ita acuto, ſed nubilo magis &* preſſo. Quem Solinus *acutum*; *viridiorem* Plinius vocat. *Acutum* in coloribus dicitur το λαμπρὸν, quod & *laetum*, & *hilare*, & *clarum*, appellatur, *Preſſum* τὸ σκοτεινὸν, quod Solinus & *nubilum*; Plinius *aſtrictum*; alii *plenum*, *ſaturum*, *triſte*, *auſterum* appellarunt: de quibus plura Salmaſius ad eum Solini locum BUCHNER. Scribe: *viridiore preſſior*; pro *viridior & preſſior.* BARTH. Aldus neſcit τὸ *viridior.* At Membranae: *viridior & preſſior ſulphuris.* Sane *viridior & preſſior* non eſt mutandum. Nam ſi ita Secundus voluiſſet, ut voluit Barthius & Buchnerus, dare debebat: *caeruleo albidior*, viridi *preſſior* Et ſi in caeruleo colore *viride* latet, quod obſervavit Catanaeus, lacus ille recte caeruleo *viridior & preſſior* fuiſſe dicitur.

8. *Sacer enim* eſt.] Verbum deficit Mediceo, ex more Plinii. De re vide ſupra ad Epiſt. VIII. n. 6.

9. *Innatant inſulae herbidae.*] Plin. In Reatino *quaedam inſulae ſemper fluitant*, ſicut in agro Cecubo. & eodem Reatino Mutinenſi ſtationem in Vadimonis lacu, & ad Cutilas aquas opaca ſilva, quae nunquam die ac nocte in eodem loco viſitur. Hinc Seneca, Cutilarum *inſula natans*, & arbores habet, & herbas nutrit, tamen aqua ſuſtinetur & in hanc atque illam partem, non tantum vento impellitur, ſed aura: nec unquam illi per diem & noctem in uno loco ſtatio, adeo movetur levi flatu, de qua multa Lib. I. Macrobius, & Dionyſius plura in ſuis Antiquit. *Has natantes inſulas* Seneca putat ex pumicibus conſtare. CATAN.

1. *Arun-*

[1] arundine & junco tectae, quaeque alia foecundior palus, ipſaque illa extremitas lacus effert. Sua cuique figura, [2] ut modus: cunctis margo deraſus, quia frequenter vel litori vel ſibi illiſae [3] terunt teruntur que. Par omnibus altitudo, par levitas: quippe in ſpeciem carinae [4] humili radice

1. *Arundine & junco tectae.*] Legendum *textae*, quod vidit acutiſſime clariſſimus vir Lectius meus. Conſtat enim mobiles iſtiusmodi inſulas ex arundinea hacce textura & coalitione, natura velut ludente, componi. Appoſitiſſime vero idem ad harum inſularum indolem explicandam Pauli locum annotarat ex lege penult. §. 2. Dig. De acquirendo rerum dominio. *Videamus*, inquit Paulus, *de ea inſula, quae non ipſi alveo fluminis cohaeret, ſed virgultis, aut alia qualibet levi materia ita ſuſtinetur in flumine, ut ſolum ejus non tangat, atque ipſa movetur.* CASAUBON. *Arundine & junco tectae.*] Loquitur omnino de ſuperficie inſularum, idque evincunt etiam verba ſequentia. Quare nihil hic mutandum, mea quidem opinione. Sed nec mox ſtatim, illud *modus* mutandum in *motus*, quod non exputo quomodo heic locum ſuum tueri queat. GRUTER. *Omnes arundine & junco tectae.*] Loquitur de ſuperficie inſularum, ut recte monuit Gruterus: quae, quia ex arundine & junco coaluerat, idcirco inſulas ipſas junco atque arundine tectas & quaſi veſtitas dixit. Itaque non eſt, quod cum Lectio, *textae* legamus, licet Caſaubonus probet. De fluitantibus autem hujusmodi inſulis Plinius Lib. II. Natur. Hiſt. cap. XCV. item Seneca, qui & cauſas inquirit, Lib. III. Nat Quaeſt. cap. XXV. Meminit & Paulus JC. L. penult. §. 2. D. de acquir. rer dom. BUCHNER. Melius profecto ſubduxerunt rationes, qui *tectae* hoc loco defendunt, quam qui *textae*, quod nexus orationis prorſus repudiat. At Mediceus neutrum admittit, habetque ſolummodo: *innatant inſulae herbidae omnes* arundine & junco, *quaeque alia* cet. Sive ille *herbidae arundine & junco* conjungere voluerit, quod tamen vocabulum *herbidae* vix patitur; ſive *arundine & junco*, conſueta Enallage, pro Adjectivis habuerit, ut *Ovis aureo vellere* & quae ſunt alia. Eadem compoſitione Criſpus Jug. cap. XCIV. n. 5. *Erat mons* ſaxeus, *in immenſum* editus, *uno peranguſto* aditu. Eodem modo: *Homo conſularibus ornamentis; Domitius equo publico*, & alia, ut hic *inſulae arundine & junco.* Valer. Flacc. Lib. I. vs. 89.

—— *dabit* auratis & cornibus *igni*
Colla *pater*, niveique *greges altaria cingent.*

Denique & illud notum, quod ſaepius Adjectiva &, quae vocant, Participia omittantur. Sed quacumque ratione dictum accipias, mihi non diſplicet ſcripta lectio. Unum addam Ennium ex Annalibus, olim in tali conſtructione celebratiſſimum, apud Feſtum in *Supereſcit:*

Dum quidem unus homo, *Roma*, togâ *ſupereſcit.*

CORTE.

2. *Ut modus*] Menſura, forma. Legitur etiam, *Una cuique*, id eſt eadem forma eſt omnibus. CATAN *Ut modus.*] Aſſentior eidem Lectio legenti, *motus.* CASAUBON. *Ut modus.*] Neque hic audiendus Lectius eſt, qui *motus* legit. *Modus* magnitudo ſeu ſpatium eſt. Ut ſupra *modum ruris* Lib. I. Epiſt. XXIV. dixerat. Horatius, — *modus agri non ita magnus.* Siculus Flaccus de agrorum conditione: *Gracchus legem tulit, ne quis in Italia amplius quam ducenta jugera poſſideret. Intelligebat enim contra jus eſſe majorem* modum *poſſidere, quam qui ab ipſo poſſidente coli poſſit.* Sic *modum haſtae* Nepos in Iphicrate; *modum & ſpatium plantae* Gellius dixit. BUCHNER. *Modum* magnitudinem ſeu ſpatium recte exponit Buchnerus, & hoc ſenſu ſupra ſemel atque iterum legimus. Similiter Lucanus Lib. V. vs. 182.

Non modus *Oceani*, *numerus non deerat arenae.*

Mediceus: *ſua cuique figura*, vel *modus*, quod forte ex ſuo ſaeculo librarius ſumſit, quo *vel* idem notabat, quod *&*. Sed alibi quoque *vel* & *ut* confunduntur, ut propterea a vulgata non ſit recedendum. Infra idem Codex: *vel litore*, *vel ſibi illiſae.*

3. *Terunt.*] Contiguas inſulas fricant, & pariter abraduntur CATAN.

4. *Humili radice.*] *Humilis radix* quae non demiſſa longe & in ſummo haeret: ut, contra *altae*, quae defixae profundius, & actae in imum. *Altus* & *humilis* opponuntur: ſicut itaque *altus* ſaepe profundus eſt; ita hic humilitas radicis, poſitioni ejus profundiori ſeu altiori opponitur; & inde carinae comparatur, quae nec ipſa alte in aquas deſcendit. *Carina* fundamentum navis eſt. BUCHNER.

6 radice deſcendunt. [1] Haec ab omni latere perſpicitur, [2] eademque ſuſpenſa pariter, & merſa. Interdum junctae copulataeque & [3] continenti ſimiles eunt: interdum [4] diſcordantibus ventis digeruntur: non-
7 nunquam [5] deſtitutae tranquillitate ſingulae fluitant. Saepe minores majo-

1. *Haec ab omni latere perſpicitur.*] Non aliqua inſularum, ut Catanaeus explicat; ſed illa ipſa radix, de qua modo locutus erat. BUCHNER.

2. *Eadem* aqua pariter *ſuſpenſa & merſa.*] Ita omnes vulgatae, nec quisquam monuit, quam ſit iſta lectio politiſſimo ſcriptore indigna. Sine monitore ſcire poteramus aqua ſuſpenſam & merſam eſſe radicem; at ineptiſſimus nos doceret *eadem aqua* hoc fieri. Laudabis Mediceum, qui ineptias profligavit. Is enim: *eademque ſuſpenſa pariter, & merſa.* Radix tam ſuſpenſa, quam merſa ab omni latere perſpicitur. Vide, quae notamus ad Salluſt. Jug. cap. XIV. n. 11. *fratre meo, atque eodem propinquo ſuo interfecto.* CORTE.

3. *Continenti ſimiles.*] [Sunt] perpetuo ſpatio terrae conjunctae: unde continentes provincias JConſultus vocat Italiae conjunctas. Legitur etiam, *continenti ſimiles* eunt CATAN. Vulgo: *continenti ſimiles* ſunt. Rectius Mediceus: *continenti ſimiles* eunt, quod & Catanaeus in ſuis invenit, & Aldus jam edidit. Interdum inſulae iſtae continuae & continenti ſimiles moventur & natant. Eadem confuſio cum alibi occurrit, tum apud Lucan. Lib. VII. vs. 816. *Ire* autem de navigantibus, natantibus eſt oppido frequens, quod videas etiam infra Lib. IX. Epiſt. XXXIII. n. 7. Sic *eunt naves, puppes, carinae*, qualia Heinſ. ad Ovid. Rem. Am. vs. 488. Hinc Seneca de Tranqu. cap. XI. *In tanta rerum ſurſum ac deorſum* euntium *verſatione.* de Provident. cap. V. *Non erit illi planum iter: ſurſum oportet ac deorſum* eat, *fluctuetur, ac navigium in turbido regat.* Et hoc inſulis fluitantibus ſemper optime convenit. Adi majorem Plin. Lib. II. Hiſt. Nat. cap. XCV.

4. *Diſcordantibus ventis digeruntur.*] In diverſas aguntur & diſtrahuntur partes, prout cuique ventus incubuit. Suſpicabar, *differuntur* legendum. Nam *digerere* ferme, in ordinem diſponere ſeu diſtribuere eſt. *Differre* autem diſtrahere eſt, & per vim quamdam. Virgilius. Aen. VIII. vs. 642.

Haud procul inde citae Metium in diverſa quadrigae
Diſtulerant.

Plautus appoſitiſſime Rudente Act. II. Sc. III.

— *Nos cum ſcapha tempeſtas dextroverſum*
Differt ab illis.

BUCHNER. Vide de verbo *differre* etiam Gronovium ad Senec. Agamemn. vs. 415. atque ad Livii Lib. IV. cap. XXXIII Cl. Burm. ad Vellej. Lib. II. cap. LXXXIX. n. 3. Sed propterea *digeruntur*, quod membranae tuentur, non eſt mutandum. *Digerere* eſt ſeparare & dividere, ut Ovidius IV. Metam. vs. 773.

— *ſeptem* digeſtum *in cornua Nilum:*

quod frequens ſatis. Apte Seneca Lib. VII. Nat. Quaeſt. cap XXII. *nubesque illi familiariſſimae, in quas coit, & ex quibus ſolvitur*, *modo* congregantur, *modo* digeruntur: *numquam* immotae *jacent.* Adde ad Lucan. Lib. X. vs. 260.

Sol rapit, atque undae plus, quam quod digerat aer,
Tollitur.

5. *Deſtitutae tranquillitate ſingulae fluitant.*] *Statuere* quandoque ſiſtere eſt. Plautus Bacchid. Act. II. Sc. III.

Ubi portu exiimus, homines remigio ſequi;
Neque aves, neque venti citius: quoniam ſentio,
Quae res gereretur, navem extemplo ſtatuimus.
Quoniam vident nos ſtare: occeperunt ratem
Turbare in portu.

Pari modo & *deſtituere* ſumitur. Naevius apud Nonium:

In alto navem jubet deſtitui *ancheris.*

Nec aliter hic Plinius inſulas *tranquillitate deſtitutas* dixit. Nam ſi ventus non eſſet, qui incitaret atque impelleret, ex illa ipſa tranquillitate, ſtatui ſive conſiſti ſolere ſignificat: non quod ſtent plane, ſed fluitent tantum, hoc eſt, moveantur, ſeu ſuccutiantur leviter; quomodo & *placidum ventis mare ſtare*, Virgilius dixit, ut Seneca Lib. V. Natur. Quaeſt. interpretatur. BUCHNER. *Deſtitutae* reſpectu ventorum dicuntur, plane ut ſupra Lib. VI. Epiſt. XVI. n. 6 *nubes recenti* ſpiritu *evecta, dein ſeneſcente* deſtituta, *aut etiam pondere ſuo victa, in latitudinem vaneſcebat.* ubi vide.

1. *Velut*

majoribus, [1] velut cymbulae onerariis, adhaereſcunt: Saepe inter ſe majores minoreſque quaſi curſum certamenque deſumunt Rurſus omnes in eundem locum [2] appulſae, qua ſteterunt, promovent terram, [3] & modo hac, modo illac lacum reddunt auferuntque: ac tum demum, quum medium tenuere, [4] non contrahunt. Conſtat 8
pecora herbas ſequuta, ſic in inſulas illas, ut in extremam ripam procedere ſolere, nec prius intelligere mobile ſolum, [5] quam litori abrepta,

[1] quaſi

1. *Velut cymbulae.*] Naviculae, ſcaphae, quae naves onerarias conſequuntur. Legitur etiam *corbulae* a ſimilitudine corbularum ex viminibus: eas tamen Columella *corbes* appellat, & Feſtus *corbitas* memorat *onerarias:* quod in malo earum ſummo pro ſigno corbes ſolent ſuſpendi. Plautus dixit, *Tardior eſt quam* corbitae *ſunt* Gellius IX. Corbitas inter navigia refert. CATAN. *Velut cymbulae onerariis, adhaereſcunt.*] Ita legendum, aut, *corbulae onerariis*, non ut nuperae editiones, *cymbulae onerariae.* Conſulatur Catanaeus. GRUTER. Mediceus: *velut* cumbulae *onerariis. Cumba* enim & *cumbula* Veterrimi Codd. praeferre ſolent, pro *cymba, cymbula.*

2. *Appulſae.*] Terrae conjunctae. Nam *appellere* dicitur de iis, quae ab alto terrae redduntur. CATAN. *In eundem locum appulſae*] Ripae videlicet, quod ubi contingit, *promovent terram*, id eſt, porro movent, ſive extendunt latius. Hoc eſt, tanto ampliorem faciunt, quantum ipſae ſpatii occupant. BUCHNER. Mediceus: *rurſus omnes in locum adpulſae*, omiſſo Pronomine *eumdem*, quod tamen abeſſe non poteſt. Neque enim ſenſus permittit conjungere: *in locum, qua ſteterunt*; ſed *qua ſteterunt, promovent terram.* Plane ut de Tanai Lucanus Lib. III. vs. 274.

—— *Aſiaeque & terminus idem*
Europae, mediae dirimens confinia terrae,
Nunc hunc, nunc illum, qua flectitur,
ampliat orbem.

Promovere terram eſt extendere, ampliorem facere: Sic Lib. VI. Epiſt. XX. n. 9. *Certe proceſſerat litus, multaque animalia maris ſiccis arenis detinebat.* De verbo *promovere* diximus ad Lucani Lib. I. vs. 404.

Finis & Heſperiae, promoto limite, *Varus.*

CORTE.

3. *Et modo hac, modo illac lacum reddunt, auferunt.*] Elegans acumen, *reddere & auferre lacum.* Hoc dicit; Inſulas illas ea parte, qua appulſae ripae ſunt, auferre lacum, hoc eſt, occupare illud ſpacium, & terram facere, ubi alias lacus & aqua ſit: cedendo rurſus & alio delatas, *reddere lacum* ſive detegere & rurſus conſpiciendam praebere aquam. BUCHNER. Membranae: *modo hac, modo* illa *lacum reddunt a.* Recte. Sic & Lib II. Epiſt. XVII n. 18. *quae ut dies crevit decrevitve, modo brevior, modo longior hac vel* illa *cadit.* ibi dixi. Elegantiam illam *reddunt auferuntque* in re alia praeſtat Lucanus Lib. VI. vs. 277.

Illos terra fugit dominos, his rura colonis
Accedunt, donante Pado.

4. *Non contrahunt.*] Id eſt, lacum non minuunt, quia ſunt tanquam inſulae. Quidam legunt *non trahuntur*, id eſt, non diſſipantur, non moventur. CATAN. *Non trahunt.*] Monuit Catanaeus etiam legi; *non trahuntur*, ſed neutra ſcriptura mihi ſatisfacit. Videtur enim potius legendum, *cum medium tenent, contrahunt*, tum enim demum omnibus lateribus lacus minimus eſt, cum inſulae omnes circa ejus verſantur centrum. GRUTER *Non contrahunt.*] Lacum videlicet. Appulſae ripae cum ſinum faciunt, contrahere lacum videntur inſulae: demitur enim circulo, quem facit alias, pars, quam ipſae occupant: in medium provectae non contrahunt; quippe qui circumfuſus aequaliter undique ſimilitudinem rotae (qua deſcripſit Noſter ſupra) tueatur. Gruterus tamen negativam delebat: quod tum, cum circa medium centrum omnes verſantur inſulae, ab omnibus lateribus lacus minimus ſit BUCHNER. Perperam omnino Gruterus. Nam ſi tum demum inſulae, cum medium tenuere, lacum contrahunt, fruſtra ſupra ſcripſit promoveri terram, reddi & auferri lacum. Melius Buchnerus perſpexit. Manet enim magnitudo lacus, etiamſi medio aliquid innatet. Aldus: *auttum demum*; Mediceus: *Ac* dum *demum.*

5. *Quam* littore *abrepta.*] Mediceus: *quam* litori *abrepta*, idque praevalere debet.

1. *Quaſi*

[1] quaſi illata & impoſita, circumfuſum undique [2] lacum paveant. Mox quo tulerit ventus egreſſa, [3] non magis ſe deſcendiſſe ſentire, quam
9 ſenſerint aſcendiſſe. [4] Idem lacus in flumen egeritur, quod ubi ſe pauliſper oculis dedit, ſpecu mergitur, alteque conditum meat: ac ſi
10 quid ante, quam ſubduceretur, accepit, ſervat & profert. Haec tibi ſcripſi, quia nec minus ignota, quam mihi, nec minus grata credebam. Nam te quoque, ut me, nihil aeque, ac naturae opera delectant. *Vale.*

XXI. C. Plinius Arriano Suo S.

Secundus obſervans a ſeriis ad luſus licere transire, ſua epigrammata excuſat, quae diverſo metro compoſita nuper amicis recitaverat: nec tantum ſpecioſa, ſed omnia, ut melius emendaret: monetque Arrianum, ne miretur, ſi multa a prioribus commutata deprehendet.

UT in vita, ſic in ſtudiis pulcherrimum [5] & humaniſſimum aeſtimo, [6] ſeveritatem comitatemque miſcere, ne illa in triſtitiam, [7] haec in petu-

1. *Quaſi illata & impoſita.*] Mendoſae voces. Barth. Minime mendoſae Non, ac ſi ipſa aſcenderint, ſed quaſi illata manu & impoſita eſſent, pavent. Simile fere de elephantis Hannibalis narrat Polybius & Livius.

2. *Lacum* pavent.] Mediceus rectius: *paveant*, ut Latinitatis ratio poſtulat.

3. *Non magis ſe deſcendiſſe.*] Non intelligunt ſe ab inſulis deſcendiſſe magis, quam ſenſerant prius ſe conſcendiſſe. Catan. Membranae: *non magis ſe diſcendiſſe. Idem lacus*, ceteris pervulgato vitio omiſſis. Sed & ſupra n. 5. *diſcendunt*, pro *deſcendunt*, ſcripſerant, & talia paſſim adnotavimus.

4. *Idem lacus* in flumen *egeritur.*] Mediceus: *Idem lacus* in flumine *egeritur.* Scribo: *Idem lacus* flumine *egeritur*. Lucanus Lib. V. vs. 463.

—— —— *Apſo geſtare carinas*
Cauſſa palus, quam *fallens* egerit unda.

ubi vide.

5. *Et humaniſſimum* exiſtimo.] Membranae *aeſtimo*, a quibus non receſſit Aldus. Verba haec perpetuo confunduntur, & vidimus exempla Lib. III. Epiſt. IX. n. 31. *quia optime ex accuſatione ipſa accuſatoris fides* aeſtimatur, ubi alii Codd. *exiſtimatur*. Saepius in libris Criſpi, Livii, Caeſaris haec varietas obvia eſt.

6. *Severitatem comitatemque miſcere.*] *Comitas* eſt, quae libenter ridet, jocatur, ludit, in omni geſtu ac ſermone jucundam ac hilarem ſeſe exhibet; quae omnia & aegre & raro admittit ſeveritas, namque cum plane abſtinet, tum in *triſtitiam* excedit; ſicut *comitas*, petulantia fit, cum rebus illis, quas recenſuimus ſupra, plus, quam honeſti ratio patitur, indulget. Ut cum Nero vagatur per urbem, ac obvios per ludum & jocum male multat, quod *petulantiam* Suetonius vocat. Aut cum obſcoene jocatur Scurra. Noſter Lib. IX. Epiſt. XVII. *Si quid petulans a Scurra profertur.* Buchner.

7. *Haec in petulantiam* procedat.] Ita Aldus omneſque vulgatae, notaque ſunt *eo veſaniae*, *eo inſolentiae procedere*, vide Paneg. cap. XVI. Florum, Tacitum paſſim. At hoc loco, ut cuivis adparet, verius eſt *excedat*, quod habet Mediceus, & in Cod. Pontificio invenit Catanaeus: ſiquidem de ſeveritate aucta nimis & adeo mutata in triſtitiam, de comitate in petulantiam converſa loquitur. *Excedere in quid* vidimus ſupra Lib. V. Epiſt. VI. n. 44. & ſimili ratione Livius: *res ad publicas querelas exceſſit* dixit: qui vero etiam ad ſuperiorem formam Lib. VIII. cap. XXXIII. quo *ultra iram violentiamque ejus* exceſſuram *fuiſſe?* ut Tacitus Agric. cap. XLII. *eo laudis* excedere *poſſe*, & Vellejus Lib. II. cap. LXVIII. In hoc *tamen* ſaepe

petulantiam excedat, Qua ratione ductus, graviora opera luſibus jocisque diſtinguo. Ad hos proferendos & tempus, & locum opportuniſſimum elegi, utque jam nunc adſueſcerent, & ab otioſis, & [1] in triclinio audiri, [2] Julio menſe, quo maxime lites interquieſcunt, poſitis ante [3] lectos cathedris, amicos collocavi. Forte accidit, ut eo die mane 3
in advocationem ſubitam rogarer: quod mihi [4] cauſam [5] praeloquendi dedit. Sum enim deprecatus, ne quis [6] ut irreverentem operis argueret, quod recitaturus, quanquam & amicis, & paucis, [7] idem iterum amicis, foro & negociis non abſtinuiſſem. Addidi, hunc ordinem me & in ſcribendo ſequi, ut neceſſitates voluptatibus, [8] ſeria jucundis anteferrem, ac primum amicis, tum mihi ſcriberem. Liber fuit & opuſculis varius 4
& metris. Ita ſolemus; qui ingenio parum fidimus, ſatietatis periculum fugere. Recitavi biduo: hoc aſſenſus audientium exegit. [9] Et tamen ut

(The margin number 2 stands beside the first line, "petulantiam excedat … jocis-".)

ſaepe laceſſiti principis ira exceſſit. *Exire in iram* ita Lucanus dixit Lib. III. vs. 112.

> ——— ——— ——— *tamen* exit in iram,
> *Viribus an poſſint obſiſtere jura, per unum*
> Libertas *experta virum.*

quo loco non nihil diximus. Corte.

1. *In triclinio.*] In coenatione. Nam in coena Romani ſolebant audire poemata, quod Perſius notat. Catan.

2. *Julio menſe, &c*] Significat tum vacaſſe judices, & ceſſaſſe judicia; quod cum aliis temporibus, tum maxime per aeſtatem, ſive menſem Julium, itemque auctumnum contingebat. Impp. Valentin. & Theod. & Arcadius L. omnes dies C. de feriis: *Omnes dies jubemus eſſe juridicos; illos tantum manere feriarum dies fas erit, quos geminis menſibus ad requiem laboris indulgentior annus excepit, aeſtivos quidem dies fervoribus mitigandis; per auctumnos fructibus decerpendis.* Ulp. L. 1 D. de feriis: *Ne quis meſſium vindemiarumque tempore adverſarium cogat ad judicium venire; Oratione Divi Marci exprimitur, quia occupati circa rem ruſticam in forum compellendi non ſunt.* In his, & ferias ipſas, & earum cauſas habes. Buchner. De Feriis illis vide Auguſtin. Lib. IX. Confeſſ. cap. II. & praeterea Rappolt. Comment ad Horat. pag. 851. Barth. ad Statii IV. Silv. IV. vs. 40. & quos ibi laudavit.

3. *Lectos.*] Menſas. Lampridius, *Heliogabalus*, inquit, *ſolido argento habuit* lectos, *& triclinares, & cubiculares.* Catan.

4. *Cauſam.*] Occaſionem. Terentius Eunuch. Act. V. Sc. VI.

> *Nam jamdudum aliquam* cauſam *quaerebat ſenex,*
> *Quamobrem inſigne aliquid faceret iis.*

Cicero Lib. II. de Divinat. *Ac mihi quidem explicandae Philoſophiae* cauſam *attulit gravis caſus civitatis.* Buchner.

5. *Praeloquendi.*] Praefationem faciendi, qua veniam deprecabatur, quod mane non recitaſſet, ſicut promiſeat, excuſans ſe advocatum in repentinam advocationem. Catan.

6. *Ut* irreverentem *operis argueret.*] Mediceus: *ut* irreverenti *operis argueret*

7. Idem *iterum amicis.*] Aldus : id eſt *iterum amicis*, de qua mixtura ſupra diximus. *Idem* recte habet, ut apud Lactant. Lib. II. cap. VIII. *quod is qui providentiae fuerat adſertor*, idem *nunc . . . providentiam conatus eſt tollere* Seneca de Conſtant. cap. III. *Cum ſapientem negaſtis ſervum eſſe*, iidem *non itis inficias, & vaeniturum*, cet. Barthius adſcripſerat: *idem* interim *amicis*, ut qua voce Noſter ſaepius utitur Sed nec alterum ab uſu auctoris, neque a ſententia loci remotum eſt.

8. *Seria jucundis* anteferrem.] Mediceus: *ſeria jucundis* ſimul ferrem. Obſcurum, quid ſibi velit. Infra eaedem membranae cum vulgatis: *tum mihi ſcriberem.* Aldo placuit: *tum mihi ſcribere.*

9. *Et tamen.*] Vera ſcriptura. Et tamen ut alii recitatores quaedam ſua ſcripta tranſeunt, quae non recitant, & quia tranſeunt, illa videntur improbare: ſic tamen diverſa ratione, ego nihil [praetereo, quia nihil] meorum ſcriptorum improbo, ut illa melius per auditores emendem: quin immo aperte profiteor omnia recitare. Catan. Non aliter Mediceus.

1. *Tranſ-*

ut alii [1] tranſeunt quaedam, imputantque, quod tranſeant: ſic ego
nihil praetereo, atque etiam non praeterire me, dico. Lego enim
omnia, ut omnia emendem, quod contingere non poteſt electa reci-
5 tantibus. At [2] illud modeſtius, & fortaſſe reverentius; ſed hoc ſimpli-
cius & amantius. Amat enim, qui ſe ſic amari putat, ut taedium non
pertimeſcat. [3] Alioqui quid praeſtant ſodales, ſi conveniunt volupta-
tis ſuae cauſa? [4] Delicatus, ac ſimilis ignoto eſt, qui amici librum bo-
6 num mavult audire, quam facere. Non dubito cupere te, pro cetera
mei caritate, quam maturiſſime legere hunc adhuc [5] muſteum librum.
Leges, ſed [6] retractatum, quae cauſa recitandi fuit: & tamen nonnulla
jam

1. *Tranſeunt quaedam imputantque.*] Id eſt, plurimi aeſtimant, atque ex eo ſibi alios obſtrictos & obligatos volunt. Ita Senecae, Plinio, Tacito, Suetonio ſaepius hoc verbum ſumitur; vetuſtioribus non item. Buchner. Egit de hoc verbo Lipſius ad Tacit. III. Hiſt. cap. LXXXVI. cui adde Ducker. ad Flori Lib. IV. cap. XII. n. 62. *nihil magis, quam longinquitatem viae* imputabant. Quaedam illis adjecimus ad Lucani Lib. VII. vs. 325.

Ignoti jugulum tamquam ſcelus imputet *hoſtis.*

Infra Membranae: *non praeterire me*, dico, pro vulgato *teſtor.*

2. *Illud.*] Quod faciunt hujusmodi lectores, tantum electa recitando. Catan.

3. *Alioqui quid praeſtant.*] Mediceus: Et *alioqui quid praeſtant*, ut Lib. II. Epiſt. IX. n. 1. & alioquin *meus pudor, mea exiſtimatio, mea dignitas in diſcrimen adducitur.* atque ita ſaepius.

4. *Delegatus, &c.*] Peregrinus, ſubſtitutus: hoc magis placet quam *delicatus.* Nam ante fere in eundem ſenſum dixerat *delegata vocabula.* Catan *Delegatus ac ſimilis ignoto*] *Delegatus*, non vocatus ipſe, & invitatus; ſed a tali ſubſtitutus, & ita peregrinus quodammodo atque ignotus. Buchner. *Delegatus ac ſimilis ignoto eſt.*] Fruſtra τὸ *delegatus* explicat Buchnerus. Verum enim quod Gruterus ad marginem poſuit, *Delicatus*, id eſt, faſtidioſus, moroſus. Et ſolent hae duae voces ab librariis confundi. Sic Lib. hoc ipſo Epiſt. IV. *Cur tibi ſimilis audentia, praeſertim non* delicata, *ſed neceſſaria, negetur.* Ubi etiam libri *delegata*, ſed nugatores. Sic apud Suetonium in Veſpaſiano III. *Statilii Capellae equitis Rom. ex Africa* delicatam *olim.* Haec una vera lectio eſt, ut vidit Turnebus: *delegatam, deligatam* nugae maximae, & quicquid ad ea explicanda confertur. Gronov. Veriſſime Gronovius, & eamdem confuſionem vocabulorum ſupra adnotare haud negleximus. Hic certe & membranae, & Aldus *delicatus* praeferunt, qui eſt faſtidioſus, & nullum laborem ferre poteſt. Optime Seneca Epiſt. LXXI. *Pigro ſupplicii loco labor eſt*, delicatus *miſeretur* induſtrii, *deſidioſo ſtudere torqueri eſt.* Is hoc vocabulo ſaepiſſime utitur. Noſter infra Lib. IX Epiſt. XXXII. *Quo fit, ut ſcribere longiores epiſtolas nolim, velim legere: illud tamquam* delicatus, *hoc tamquam otioſus.* Ita Sidonius Lib. VIII. Epiſt. XII. *delicatam pigritiam* dixit.

5. *Muſteum.*] Recentem. Sic Columel *muſteum* fructum dixit: nam *muſteum* pro dulci. Hinc *muſtea* poma, quae poſtea *mellimella* ſunt appellata, Varrone tradente, Catan. *Muſteum.*] Sic Plinius avunc. dixit *muſteum* caſeum Lib. II. Hiſt. 42. *muſtea* pyra, & *muſteum* ſuccinum, &c. Velius Longus *muſtaceum.* Sidonius Apoll. Lib. VIII. Epiſt. III. librum *muſteum*, id eſt, ex interpretatione Jac. Sirmondi recentem & incoctum inſtar muſti. Veenh. Vide ad Sidonii locum citatum etiam Jo. Savaronem, & junge Nonium Marcellum.

6. *Retractatum.*] Emendatum. Hoc addidit, ne miretur Arrianus, ſi hic liber videbitur alius a priore, quem ſcilicet antea viderat, quia multa in emendatione fuerant commutata, ut novus liber appareret. Catan. *Retractatum.*] Recenſitum, & emendatum. Hoc enim *retractare* Noſtro hic, & Lib. IV. Epiſt. IX. extrema: item Lib. IX. Epiſt X. itemque in ultima, ſignificat. Et inde *Retractationum* libris nomen, quos Auguſtinus dedit. Similiter & verbo *reſcribendi* uſus eſt Noſter paulo poſt, ut & Epiſt. VIII. Lib. V. Lib. VII. Epiſt. IX. ſcribit: *Poteris & quae dixeris poſt oblivionem* retractare, *multa retinere, plura tranſire, alia inſcribere, alia reſcribere.* Buchner.

1. *Hanc*

jam ex eo noſti. [1] Haec vel emendata poſtea, vel (quod interdum longiore mora ſolet) deteriora facta, quaſi nova rurſus, & reſcripta cognoſces. Nam plerisque mutatis, [2] ea quoque mutata videntur, quae manent. *Vale.*

XXII. C. Plinius Geminio Suo S.

Monet non eſſe imitandam illorum conſuetudinem, qui alios graviſſime inſectantur, in quo ipſi maxime peccant: quin a vitiis ſe ipſum comprimendum, & alienis erroribus parcendum.

NOſtine hos, qui omnium [3] libidinum ſervi, ſic aliorum vitiis iraſcuntur, quaſi invideant, & [4] graviſſime puniunt, quos maxime imitantur? cum eos etiam, [5] qui non indigent clementia ullius, nihil magis quam [6] lenitas deceat. [7] Atque ego optimum & emendatiſſimum 2
exiſtimo,

1. *Haec vel emendata poſtea, vel* cet.] MS. *Haec emendata poſtea*, ut (*quod interdum* longiora *mora ſolet*) *deteriora* cet. corrupte. De permutatione *τῶν vel* & *ut* modo dictum ad Epiſt. XX. n. 5. Nec melius idem codex ſupra: *quae cauſſa* retractandi *fuit*.

2. *Ea quoque* mutata *videntur*.] Lego: *mutanda*. Barth. Perperam id quidem. Rationem enim reddit, cur emendata & retractata ſcripta plane nova videantur. adde Lib. VII. Epiſt. XVII. n. 5.

3. *Libidinum.*] Vitiorum: *libido* etiam pro deſiderio Veneris. Lampridius enim refert Heliogabalum multa *libidinum* genera excogitaſſe, & Martialis in eundem ſenſum protulit *libidinari*. Valerius inſuper luxuriae *libidinem* jungit, quoniam ex iisdem vitiorum principiis oriatur. Ad haec veteres pro appetitu aliarum rerum uſos docet Cato de re ruſtica. Catan.

4. *Graviſſime puniunt, quos maxime imitantur.*] Valerius Maximus Lib. VIII. cap. VI. aliquot exempla eorum refert, qui commiſerunt ipſi, quae vindicarunt in aliis. Vide & ſupra ad Lib. IV. Epiſt. XI. Not. CIII. Buchner. Aur. Victor Epitom. cap. I. *Cumque eſſet luxuriae ſerviens, erat tamen ejusdem vitii ſeveriſſimus ultor, more hominum, qui in ulciſcendis vitiis, quibus ipſi vehementer indulgent, acres ſunt.* Barth. adde Gruterum ad locum Victoris.

5. *Qui non indigent, &c.*] Quibus opus non eſt, ut condonetur & ignoſcatur aliquid, cum peccent nihil & integerrime vivant. Buchner. Durior ergo Cato Uticenſis, qui apud Salluſt. Cat. cap. LII. n. 8 ita diſſerit: *qui mihi atque animo meo nullius umquam delicti gratiam feciſſem, haud facile alterius lubidini male facta condonabam.* ubi aliquid adſcripſi.

6. *Lenitas.*] Facilitas ignoſcendi. Hinc Horatius:

At pater ut gnati, ſic nos debemus amici,
Si quod ſit vitium non faſtidire, &c.

Catan.

7. *Atque ego optimum.*] Melius forte, *atqui ego &c.* Gruter. *Atque ego optimum & emendatiſſimum exiſtimo.*] Egregium monitum, & probe notandum: ne faciliores ſimus in reprehendendis aliorum erroribus vitiisque, quam ignoſcendis: quod maxime decet, qui ſe meminerit hominem, erroribusque obnoxium; ut ſuis quoque veniam impetret, cum alienis dedit. *Ab alio expectes, alteri quod feceris*, Mimus ait. Vetus Sapiens:

Si vitam inſpicias, hominum ſi denique mores,
Cum culpas alios, nemo ſine crimine vivit.

Vide & Epiſt. XVII. Lib. IX. quae ad hunc locum etiam pertinet. Buchner. Gruterus malebat *Atqui*; non membranae, Aldus, Caranaeus, quibus *Atque* ſatis placuit, & eodem ſenſu. Vide, ſi dubitas, noſtra ad Criſpi Jug. cap. IV. n. 3. Atque *ego credo fore, qui* cet. Similia tentamina in hac Particula ſupra obſervavimus, nec ſibi ſatis

 cavit

exiſtimo, qui ceteris [1] ita ignoſcit, tanquam ipſe quotidie peccet:
3 [2] ita peccatis abſtinet, tanquam nemini ignoſcat. Proinde hoc domi, hoc foris, hoc in omni vitae genere teneamus, [3] ut nobis implacabiles ſimus, exorabiles iſtis etiam, qui dare veniam, niſi ſibi, neſciunt: mandemusque memoriae, quod vir mitiſſimus, & ob hoc quoque [4] maximus, Thraſea, crebro dicere ſolebat: [5] QUI VITIA ODIT, HO-
4 MINES ODIT. [6] Quaeris fortaſſe, quo commotus haec ſcribam. [7] Nuper quidam. ſed melius coram; quanquam ne tunc quidem. [8] Vereor enim ne id, quod improbo [9] eos ſectari, carpere, fere huic, quod cum maxime

cavit Vir Celeberrimus ad Cic. Lib. II. de Nat. D. cap. XIV. Lib. III. cap XXXVI. Tuſcul. Quaeſt. Lib. III. cap. VII. Academ. Lib. II. cap. XL.

1. *Ita ignoſcit.*] Inde illud apud Graecos laudabile dictum: *οὐ χρὴ πικρὸν εἶναι καὶ ἀπαραίτιτον. ἀλλὰ συγγνώμονά τινα ἄνθρωπον ὄντα, καὶ τοῖς αὐτοῖς περιπεσεῖν δυνάμενον, ἐξ ὧν κωλύει πικρῶς ἄλλον.* id eſt, *non oportet aſperum eſſe, & inexorabilem, ſed mitem quendam hominem exiſtentem, & ſimilibus incidere potentem, ex quibus reprehendit acerbe alium.* CATAN.

2. *Ita peccatis* abſtinet.] Membranae: *ita peccatis* abſtineat.

3. *Ut nobis implacabiles.*] Ut peccatis noſtris meritam poenam irrogemus. CATAN.

4. *Maximus.*] Virtutibus excellens. Epigrammaticus poeta Petum Thraſeam *magnum*, Tacitus *egregium* appellarunt. IDEM.

5. *Qui vitia odit, homines odit.*] Ita ſcriptum eſt in omnibus libris, quos vidi: mihi hoc duriuſcule dictum videtur. Nam quis neſcit aliud eſſe vitia odiſſe, aliud vitioſos? Sed arbitror hoc ſenſiſſe Thraſeam. Ita pronum eſſe in vitium genus humanum, ut difficillimum ſit vitia in homine odiſſe, ut non ipſum quoque hominem oderis: proinde ſumma moderatione in exagitandis vitiis opus eſſe. (Ne ipſos homines eadem opera exagitaſſe videamur. RITTERSHUSIUS.) Si legeretur, *homines non odit*, ſenſus eſt planiſſimus. CASAUBON. *Qui vitia odit &c.*] Dictum acutiſſimum & interpretandum ex cap. XV. Senecae. de tranquillitate animi; ubi inter alia inquit: *In hoc itaque flectendi ſumus, ut omnia vulgi vitia, non inviſa nobis, ſed ridicula videantur, & Democritum potius imitemur, quam Heraclitum &c.* GRUTER. *Qui vitia odit, homines odit.*] Acute dictum. Senſus eſt: tam pronum in vitia eſſe humanum genus, ut hoc natura ejus videatur, nec ſeparari ab eo ullo modo poſſit. Itaque vix poſſe fieri, ut qui vitia oderit, non homines ipſos oderit quoque. Hinc Publii monitum: *Amici vitia noveris, non oderis.* BUCHNER. Membranae a vulgata non recedunt, eamque bene interpretantur viri docti. Barthius conjiciebat *homini ſe det.* Sed poſtea videre jubebat Cael. Rhodig. Lib. X. cap. XVIII. pag. 532.

6. Fortaſſe quaeris, *quo commotus h. ſ.*] Mediceus: Quaeris fortaſſe, quo *comm.* haec *ſcribam*, quod ſuavius ſonat, quam vulgatum. Male Aldus, praeterea: quod *comm.* hoc *ſcribam.*

7. *Quidam nuper.*] Incipit tanquam deſcripturus aliquem, qui aliorum vitia diſtricte flagellaret, ſua vero ſibi indulgeret: ſed per Rhetorum exornationem, quae dicitur praeciſio, rem ſuppreſſit. Ea autem fit, cum dictis quibusdam reliquum, quod coeptum eſt dici, relinquitur. Nam tacita ſuſpicio, quam diſerta explanatio, atrocior eſt. CATAN. Vulgo: *Quidam nuper.* At Mediceus: *Nuper quidam*, quod magis placet. De abrupto iſto ſermone vide notam ad Lib. IV. Epiſt. XV. n. 9.

8. *Vereor enim.*] Ordo eſt, *vereor ne referre id quod improbo eos ſectari, carpere, repugnet huic, quod quam maxime praecipimus*, ſcilicet vitandum. CATAN.

9. *Eos ſectari, carpere, referre, huic quod quam maxime.*] Senſus nullus. Scribe; *Vereor enim, ne id, quod improbo, inſectari, carpere, referre, huic, quod cum maxime praecipimus, repugnet* Ne mea inſectatio, reprehenſio, relatio, repugnet, atque adverſaria ſit huic, quod modo docui GRONOV. Senſit Gronovius, nullum ſenſum eſſe in lectione vulgata: *Vereor enim, ne id, quod improbo, eos ſectari, carpere*, referre, *huic, quod* quam *maxime praecipimus, repugnet.* Verum non ita ſcripſit Plinius, quod membranae Mediceae produnt, in quibus habetur: *Vereor enim, ne id, quod improbo eos ſectari, carpere*, fere *huic, quod* cum maxime *praecipimus, repugnet.* optimo ſenſu. Vereor, ne, ſi mores eorum carpam, ipſe fere contra praecepta mea nitar: ne in idem cum illis vitium incidam, ſi id, quod eos ſectari improbo, carpam. *Fere* parti-

maxime praecipimus, repugnet. Quisquis ille, [1] qualiſcunque, ſileatur: [2] quem inſignire, exempli non nihil, non inſignire, humanitatis plurimum refert. *Vale.*

XXIII. C. Plinius Marcellino Suo S.

Junium Avitum aedilitatis candidatum, jam Tribunatu militum & Quaeſtura functum, deceſſiſſe, impatienter dolet: impar igitur tanto dolori, Marcellino rem totam exponit.

OMnia mihi ſtudia, omnes curas, omnia [3] avocamenta exemit, excuſſit, eripuit dolor, quem ex morte Junii Aviti graviſſimum cepi. [4] Latum clavum in domo mea induerat: ſuffragio meo adjutus 2
in petendis honoribus fuerat: ad hoc ita [5] me diligebat, ita verebatur, ut

particulae uſus elegans eſt, de quo Heinſ. ad Ovid. Her. Epiſt. XVIII. vs. 59.

Luna fere *tremulum praebebat lumen eunti,*
Ut comes in noſtras officioſa vias.

Habet autem non tam dubitandi, quam adfirmandi vim, quod pluribus adſtrui poterat. Illud *cum maxime* quam familiare ſit Plinio, cognoſces ex obſervatis ad Lib. VI. Epiſt. XXXI. n. 15. *cujus in ſinu ſit* cum maxime *portus.* CORTE.

1. *Qualiſcunque.*] Cujusvis conditionis & naturae. *Qualiſcunque* interdum pro malo ponitur, Tacitus Lib. XV. invidiam praetendens Piſo, ſi ſacra menſae diique hoſpitales caede *qualiscunque.* principis cruentarentur. Interdum pro minimo. Idem Tacitus XIV. *Se Nero in omnes libidines effudit, quas male coercitas* qualiscunque *matris reverentia retardaverat.* CATAN.

2. *Quem inſignire, exempli* nihil, *&c.*] Lego, *quem inſignire exempli* nonnihil, *non inſignere, humanitatis plurimum refert.* Qua emendatiuncula reddimus auctori ſuam ſententiam, eamque plane acutam, cum ante vel Gallica nive eſſet frigidior. CASAUBON. *Quem inſignire.*] Lectio ſana, ſed acutior. Exemplum tunc prodeſt, cum pars magna populi extra vitium: verum ubi plures delinquunt; ubi vitia mores ſunt; ubi peccare ſeculum vocatur; ibi nemo poteſt, nemo debet inſigniri Adeatur Seneca Lib. I. de Clementia cap. XXII. & XXIII. Item Dio Caſſius Lib. VII. ubi Tiberius reſiſtit Senatui, cenſenti Luxuriam Populi Romani poenis coercendam. GRUTER. *Quem inſignire, exempli nihil.*] Perperam hoc mutat Caſaubonus: ſed nec ad guſtum meum explicatio Gruteri Quin ſi quid video, hic ſenſus eſt: Refert exempli inſigniri, παραδειγματίζεσθαι, traduci eum. quem, quod male fecit, verendum eſt, ne multi imitentur, niſi poena illius & infamia deterreantur. At ubi perſona non eſt, quae commovere quemquam poſſit, & factum nec magnum nec publicum; nihil ad exemplum pertinet hujus nota; pertinet autem ad humanitatem transmittere & connivere. GRONOV. Veriſſime Caſaubonus, & injuria contradicunt Gruterus & Gronovius. Ne porro fiat, teſtor, in membranis Mediceis perſpicue legi: *exempli* non *nihil*, ſcilicet refert. Lib. IX. Epiſt. XIII. n. 25. Intereſt *tamen* exempli, *ut vera videantur.* Barthius adſcripſerat Budaeum ad Pandect. pag. 141.

3. *Avocamenta.*] Solatia, luſus. CATAN.

4. *Latum clavum.*] Laticlaviam tunicam, ſive, Lato clavo ornatam tunicam, quae Senatorum propria, intelligit: equites enim anguſto clavo utebantur. Sed lati clavi induendi jus Senatorii juvenes a parentibus habebant, equitum liberi a Principe conſequebantur. Vide Caſaubonum ad Auguſtum Suetonii cap. XXXVIII. *Clavi* iſti, nihil aliud, quam plagae ex purpura, quibus ornatae tunicae Senatorum & equitum; horum quidem arctioribus; latioribus illorum. Res ex veteribus monumentis ac picturis perſpici optime poteſt, quales plures exhibet Roma Antonii Boſii, quam ſubterraneae titulo Hetruſca lingua conſcripſit. BUCHNER.

5. *Me* diligebat.] Sic MS. & plerique impreſſi. Aldus: *me dilexerat.*

ut me formatore morum, me quaſi magiſtro uteretur. [1] Rarum hoc
3 in adoleſcentibus noſtris. Nam quotusquisque [2] vel aetati alterius, vel auctoritati, ut minor cedit? Statim ſapiunt, [3] ſtatim ſciunt omnia: neminem verentur, imitantur neminem, atque [4] ipſi ſibi exempla ſunt. Sed non Avitus, cujus haec praecipua prudentia, quod alios prudentiores arbitrabatur: haec praecipua eruditio,
4 quod diſcere volebat. Semper ille aut de ſtudiis aliquid, aut [5] de officiis vitae [6] conſulebat: ſemper ita recedebat, [7] ut melior factus: & erat factus, vel eo quod audierat, vel quod omnino quaeſierat.
5 Quod ille obſequium Serviano, exactiſſimo viro, praeſtitit? quem Legatum Tribunus ita & intellexit, [8] & cepit, ut ex Germania in

[1] Pan-

1. *Rarum hoc* adoleſcentibus *noſtris.*] Utcumque ferri poteſt. Longe melius Mediceus: *Rarum hoc in adoleſcentibus noſtris.* Juvenalis Sat. VIII. vs. 73.

Rarus enim ferme ſenſus communis in illa Fortuna.

Cicero Lib. II. de Finib. cap. XIX. *utilitates malo enim dicere, quam voluptates,* in *tanto praeſertim* viro. Salluſt. Cat. cap. LI. n 15. *Et* in hominibus *impiis ſceleris obliti de poena diſſerunt, ſi ea paullo ſeverior fuit.* illic alia plura collegimus. CORTE.

2. *Vel* aetati *alterius, vel* auctoritati.] Non aliter membranae. Perperam Aldus: *vel aetate alterius, vel auctoritate.*

3. *Statim ſciunt omnia.*] id eſt, videntur ſibi ſcire, ut Petronius initio Fragmenti. BARTH. Noſter Lib. II. Epiſt. XIV. n. 6. *tanti conſtat, ut* ſis *diſertiſſimus.* Euripides Bacch. vs. 332.

καὶ φρονῶν ὐδὲν φρονεῖς.

i. e. *cum videaris ſapiens, nihil ſapis*, quod & Menander apud Stobaeum Serm. LXXII. dixit. Adde Aeſchyl. Prometh. Vinct. vs. 446. Mediceus: *ſtatim ſciunt omnia, neminem imitantur, atque ibi ſibi exempla ſunt*, ceteris abjectis. Fortaſſe non male. Illud *vereri* modo n. 2. lectum eſt, & alioquin diſcipulis bene convenit; hic vero, ubi reprehenduntur, tantum graviſſima quaeque vitia tangi par erat.

4. *Ipſi ſibi exempla ſunt.*] Aequales ſuos imitantur, non majores: quos delirare ſaepius putant. BUCHNER. Non rejicio hanc lectionem, mallem tamen ſcribere *exemplo ſunt*. SCHEFFER. At hoc etiam deterius eſſet vulgata. Lucanus Lib. III. vs. 729.

—— —— —— *feſſusque ſenecta*
Exemplum, *non miles*, erat.

ubi alia notata reperias.

5. *De officiis vitae.*] De recte beneque vivendo. CATAN.

6. *Conſulebat.*] Interrogabat. Suetonius Augusto cap. XCVIII. *Converſusque ad Thraſyllum Tiberii comitem, contra accubantem & ignarum rei interrogavit, cujusnam Poetae putaret verſum: quo haeſitante, ſubjecit alium: de hoc quoque* conſuluit. Sic, *conſuli* prudentes de Jure; Mathematici de futuris dicuntur. BUCHNER. Lucanus Lib. VIII. vs. 168.

Rectoremque ratis de *cunctis* conſulit *aſtris.*

Adde Lib. I. Epiſt. XXIII. princ. Lib. II. Epiſt. XX. n. 4. & paſſim.

7. *Ut melior factus.*] Tale illud Terentianum quamvis per adulationem, *numquam accedo ad te, quin abs te abeam doctior.* CATAN.

8. *Et cepit.*] Complexus eſt, fovit, delectavit. An potius *excepit* legendum, id eſt hoſpitio ſuſcepit, honeſtavit, ſicut non dilexit, ſed intellexit, virum ſcilicet eſſe exactiſſimum. IDEM. *Intellexit & cepit.*] Placuit admittere Catanaei verbum *cepit*, ejecto hactenus uſurpato *excepit*, verum ita ut rejiciam ejus interpretationem *complexus eſt, fovit, delectavit.* Nam *capere* hic ſumitur pro *comprehendere* & *adſequi* vel adeo pro *ineſcare.* Sed malim prima ſignificatione. Similiter Paterculus libro poſteriore cap. CXIV. de Marco Lepido: *vir nominis ac fortunae eorum proximus, quem in quantum quisque aut intelligere aut cognoſcere potuit, in tantum miratur ac diligit.* Addatur & noſter Plinius Lib. I. Epiſt. X. ſub initium. GRUTER.

Et

[1] Pannoniam tranſeuntem, non ut commilito, ſed ut [2] comes aſſectatorque ſequeretur. Qua induſtria, qua modeſtia Quaeſtor Conſulibus ſuis (& plures habuit) non minus jucundus & gratus, [3] quam utilis fuit? [4] quo diſcurſu, qua vigilantia hanc ipſam [5] aedilitatem, cui praereptus

Et intellexit & cepit.] Mores atque ingenium ejus perſpexit & didicit. Ita ſupra *intelligens Principis*, Lib. VII. Epiſt. XXVII. Vellejus Paterculus, quod Gruterus obſervabat, Lib. II. cap. CXV. de M. Lepido: *Vir nominis ac fortunae eorum proximus; quem in quantum quisque cognoſcere, aut* intelligere *potuit, in tantum miratur ac diligit. Cepit*, ſynonymon eſt, & idem notat. Nam quae intelligimus, & *capere*, ſive *percipere* perhibemur. Niſi *cepit* potius, ſuum fecit, ſibi adjunxit interpretabimur. Nam ſequitur ſtatim: *ut ex Germania in Pannoniam tranſeuntem, non ut commilito, ſed comes aſſectatorque ſequeretur.* Quo ſignificatur Servianus Junium non ut commilitonem, ſed ut amicum habuiſſe, tanquam officio atque obſequio ejus captus. *Comites* enim & *aſſectatores* dicebantur, qui ſequebantur magiſtratus in provincias, qui & *amicorum cohors* dicebantur, de quibus eruditiſſimus Torrentius ad Horatium Lib. I. Epiſt. VIII. BUCHNER. Mediceus: *ita & intellexit, & cepit*, non, ut Aldus & olim vulgatae, *& excepit.* Utrumque verbum eo pertinet, ut oſtendat, quod Avitus virtutes Serviani penitus perſpexerit. Lib. III. Epiſt. XI. n. 5. *idque primum nonnullius indolis dedi ſpecimen, quod virum aut ſapientem, aut proximum ſimillimumque ſapienti* intelligere *ſum viſus.* Lib. IV. Epiſt. XV. n. 3. *quem diliges, ut ego, ſi, ut ego, propius* inſpexeris. Epiſt. XVII. n. 5. *quem ego magis admiratus ſum, poſtquam penitus* inſpexi. Inſpexi *enim penitus.* Lib. VII. Epiſt. XXXI. n. 2. *Hunc non ſolum ut commilitonem* inſpexi. Vellejus Pat. Lib. II. cap. CXVI. n. 4. *quem* virum, *ne qui* intellexit *quidem, abunde miratus eſt.* De verbo *capere* vide non nihil in nota ad Lucan. Lib. I. vs. 461. & apud Gronovium Lib. II. Obſerv. cap. III. Ingenue tamen fateor, ſi ſequentia perpendantur, verbum *cepit* ita potius intelligendum eſſe, ut poſteriore loco expoſuit Buchnerus. Nulla enim tam arta amicitia exiſtet, ſi unus tantum intelligat & perſpiciat virtutes alterius, & ob id eum admiretur & veneretur; niſi & alter ſaltem hujus reverentia & obſequio capiatur. Itaque diſtincte intellige: *& intellexit*, h. e. perſpexit & rite aeſtimavit virtutes Serviani, *& cepit*, i. e. his moribus ſibi conciliavit, ſuum reddidit. Sic *capit pictura* quae adficit, delectat apud Horat. Art. Poet. vs. 362. Ovidius III. Faſt. vs. 9.

Tum quoque inermis eras, cum te *Romana ſacerdos*
Cepit, *ut huic urbi ſemina digna dares.*

C. Nepos Attic. cap. IV. Captus *& adoleſcentis humanitate & doctrina.* quod eſt ſatis vulgatum. CORTE.

1. *Pannoniam.*] Unam tantum Pannoniam Plinius nominat. Ptolomaeus in duas dividit, eas more ſuo diſterminans: ſatis conſtat contingere Germaniam. CATAN.

2. *Comes*] Secutor. Eſt enim is qui officii cauſa majorem comitatur. Secundus alibi, *Obtinenti Africam* comes *haeſerat:* & Lib. IX. *Delphinus alius tantum ſpectator &* comes. IDEM.

3. *Quam* uſui *fuit.*] Mediceus: *quam* utilis *fuit.* Difficile audio, audio tamen. Cur difficile? ne videar correctoribus favere, qui propter praecedentia *jucundus & gratus* maluerint *utilis*, quam *uſui*, quae recte componi poſſe, docuimus ad Salluſt. Jug. cap. VII. n. 4. *in tantam claritudinem brevi prevenerat, ut noſtris vehementer* carus, *Numantinis maximo* terrori *eſſet.* ibi vide. Ex tali tamen Codice placeat *utilis.* Sic Phaedrus Lib. III. Fab. IV. vs. 8.

Nam praedam cepi, & didici, quam ſis utilis.

Pedo Albinov. ad Liviam vs. 100.

Utilior patriae, *quam tibi, Druſe*, tuae.

Ovidius II. Art. Am. vs. 709.

Fecit in Andromache prius hoc fortiſſimus Hector,
Nec ſolum bellis utilis *ille fuit.*

Cicero: *homo ad nullam partem utilis*, & contra *utiliſſimus civis*, & quae ſunt alia. Saltem contrarium *inutilis homo, inutilis civis*, quod toties apud optimos legitur, membranarum ſcripturam defendet. CORTE.

4. *Quo diſcurſu.*] Diligentia & ſtudio ambiendi prenſandique potentiores, & quibus ea res erat in manu. Sic *diſcurſum* ſupra Lib. I. Epiſt. de ſalutandi officio ac ſedulitate, ut & Martialis dixit Lib. VII. Epigr. XXXIX. BUCHNER.

5. *Aedilitatem.*] Creati *Aediles* eadem die & hora,

reptus eſt, petiit? Quod vel maxime [1] dolorem meum exulcerat.
6 [2] Obverſantur caſſi oculis labores, & infructuoſae preces, & honor,
quem meruit [3] tantum. Redit animo ille latus clavus, in penatibus
meis ſumptus: redeunt illa prima, illa poſtrema ſuffragia mea, illi ſer-
7 mones, illae conſultationes. Afficior [4] adoleſcentia ipſius, afficior
[5] neceſſitudinum caſu. Erat illi grandis natu parens, erat uxor, quam
ante annum virginem acceperat: erat filia, quam paulo ante ſuſtulerat.
8 Tot [6] ſpes, tot gaudia dies unus in adverſa convertit. Modo deſignatus
aedilis,

hora, qua *Tribuni plebis*: & ne quis eis noceret concesſo ſimili privilegio, quale Tribunis ſancitum. Duo erant *Aedilium* ordines: unus in quo ſellis curulibus in dicendo jure utebantur: hic magiſtratus *major Aedilitas* dicebatur, ſecundus autem plebejus. Curabant urbem, annonam & ludos, poteſtatem coercendi popinas & novas ſuperſtitiones, exigendique munditias in locis publicis, & utilem & ſalubrem temperaturam habebant, ne quis aquam publicam inquinaret. Aleam praeterquam in Saturnalibus vetabant. Diem dicere poterant iis, qui plus quam lege finitum erat agri poſſiderent. Dicti *Aediles* ſecundum Varronem, quod *aedes* ſacras & privatas procurarent. At Feſto auctore, quod facilis ad eos plebi aditus eſſet. Convenit cum Varrone jurisconſultus in prooemio ff. & tradit, *aedilibus* plebem omnia ſcite ſua detuliſſe. CATAN.

1. *Dolorem meum* exulcerat.] Perperam Aldus: *dolorem meum vicerat.* Lib. I. Epiſt. XII. n. 1. *Deceſſit Corellius Rufus, & quidem ſponte, quod* dolorem *meum* exulcerat. Infra Lib. VIII. Epiſt. IX. n. 2. *Sed quid* dolorem *tuum* exulcero?

2. *Obverſantur* oculis caſſi *labores.*] Mediceus: *Obverſantur* caſſi oculi *labores. Oculi* corruptum eſt, at ipſe poſitus verborum mire placet.

3. *Tantum non.*] Dicitur apud probatos etiam *modo non* ad Graecorum imitationem, qui dicunt μονονουχί. Tibullus:

Jam modo non *poſſum contentus vivere parvo.*

Valerius: *Pictor equum ab exercitatione venientem* modo non *vivum labore induſtriae ſuae comprehenderat.* Et Fabius: *Quis enim non de juſto, aequo ac bono,* modo non *& vir peſſimus, loquitur,* id eſt, fere. CATAN. *Quem meruit. Tantum non.*] Scribe, *quem meruit tantum. Redit an.* Mox intactum honorem vocat. CASAUB. *Tantum non &c.*] Ita quidem cum negativa Editio Catanaei; quam ipſam tamen excluſit Aldus, ejusque aſſeclae, forſan bene. Nam ſane ſi diſtinguamus cum Caſaubono, *& honor, quem meruit tantum. Redit animo*, oratio belliſſime proceſſerit. GRUTER. *Tantum non.*] In explicanda hac lectione nihil efficit Catanaeus, & negativa rectius abeſt. Sed τὸ *tantum* cum praecedente periodo connectendum eſt, & in eo finis ſtatuendus. Ita: *& honor quem meruit tantum. Redit animo, &c.* Sic Caſaubonus reſtituit; & ita belliſſime orationem procedere ſtatuebat Gruterus *Meruit tantum*, ideo dixit, quod deſignatus tantum aedilis eſſet, nondum aedilitate ipſa functus: unde mox *intactum honorem vocat*; quod nondum, ut diximus, obiiſſet ſive geſſiſſet. BUCHNER. Non dubitandum de emendatione Caſauboni, quam adfirmat MS. Mediceus. Vulgata lectio & diſtinctio: *honor, quem meruit.* Tantum non *redit animo*, cet. nullum ſenſum habet.

4. *Adoleſcentia.*] Quod raptus fuerit in ipſo flore aetatis. Magis enim dolendum de morte juvenum quam ſenum. Nam ab illorum bona indole ſperanda ſunt diuturniora. CATAN.

5. *Neceſſitudinum.*] Gellius Lib. XII. deridet grammaticos, qui neceſſitudinem & neceſſitatem inter ſe differre putant, quod *neceſſitas* ſit vis quaepiam premens & cogens: *neceſſitudo* autem dicatur jus quoddam & vinculum religioſae conjunctionis. Sed haec nihil differre putat, ſicut ſuavitudo & ſuavitas, ſanctitudo & ſanctitas. IDEM.

6. *Spes.*] Suſcipiendorum liberorum. IDEM. Sed cur praeciſe de liberis tollendis *Spes* intelligi debent? Reſpexit ad *ſpes* grandaevae matris, uxoris & filiae, quae omnes a vita Aviti bona multa ſperare poterant. Membranae: *dies unus in* adverſa *convertit*, & permutari haec vocabula ſive a correctoribus, ſive ab librariis vidimus ad Salluſt. Jug. cap. XXXI. n. 24. & alibi. Plerique favent τῷ *diverſa*, quod ab ingenio librariorum magis remotum exiſtimant: & eſt, ubi merito favemus, ut videas ex notis ad Lucani Lib. II. vs. 43. & vs. 467. Neſcio tamen, quam belle dicatur: *ſpes in* diverſa *convertere*, quamquam hic illic ſimile aliquid reperiatur. Melius ſane videtur *in adverſa*, quo

aedilis, recens maritus, recens pater, [1] intactum honorem, orbam matrem, viduam uxorem, filiam pupillam, [2] ignaramque patris reliquit. Accedit lacrymis meis, quod abſens & impendentis mali neſcius, pariter aegrum, pariter deceſſiſſe cognovi, [3] ne graviſſimo dolori timore conſueſcerem. In tantis tormentis eram, [4] cum ſcriberem haec, 9
ſcriberem ſola. Neque enim nunc aliud aut cogitare, aut loqui poſſum. *Vale.*

XXIV. C. Plinius Maximo Suo S.

Maximum in Achajam miſſum ad eam ordinandam monet, ut civitates inſpecturus, ſingulas humane tractet, ibique laudat Achajam ab antiquitate

quo vocabulo modo uſus eſt Epiſt. XVII. extr. Ita *in bonum vertere* apud Caeſarem & Livium. Lucanus Lib. VIII. vs. 22.

> —— —— *quae tanto pondere famae*
> *Res premit* adverſas, *fatisque prioribus urguet.*

vs. 534.

> Adverſis *non deeſſe decet*, *ſed* laeta *ſecutos.*

vs. 625.

> *Fata tibi longae fluxerunt* proſpera *vitae:*
> *Ignorant populi*, *ſi non in morte probaris*,
> *An ſcieris* adverſa *pati.*

In hujusmodi elocutionibus numquam *diverſa* reperies.

1. *Intactum honorem.*] Aedilitatem nondum coeptam geri. Catan.

2. Ignaram avi, *ignaramque patris*] Sed quot liberi *ignari avorum*, & nullo ſuo malo, relinquuntur? Recte ergo Aldus iſta: *ignaram avi* omiſit. In Mediceo tamen legitur: *ignaram* avi, *patris reliquit.* Puto tamen illud *avi* ſive ex Particula *que*, ſive ex Pronomine *ſui* traxiſſe: & cum prius confirmet Aldus, ejus interim lectionem recepi. Corte.

3. *Ne graviſſimo dolori timore conſueſcerem.*] Ne interea, cum timerem ipſius vitae, cognita valetudine ejus gravi, ferre dolorem aſſueſcerem, qui me manſurus, cum eum contigiſſet mori. Nam lenius fertur cum evenit, quod eventurum praevidetis. Unde praeceptum Sapientum eſt, praemeditari mala oportere, quae venire poſſunt, ut aſſueſcamus ante; nec poſt adventus eorum turbet nimis atque confundat, de quo Cicero Tuſculana III. Seneca Epiſt. CVII. item Plutarchus Conſolat. ad Apollonium. Buchner. Mediceus: *ne graviſſimo dolori* tempore *conſueſcerem.* non male. Nam ſi primo aegrum audimus amicum, deinde ingraveſcentem valetudinem accipimus, interim adſueſcimus paulliſper audiendo nuncio, mortuum eſſe. Venuſtior tamen eſt recepta ſcriptura, quam propterea non deſero. Sic *timorem* & *dolorem* conjungit ſupra Epiſt. XVII. extr. & Lib. VII. Epiſt. XIX. n. 3. ubi vide. Ex eodem fundamento Cornelia Pompeji, quae marito carere nolebat & *caruiſſe timebat*, objicit Magno apud Lucan. Lib. V. vs. 776.

> *Adde*, *quod* adſueſcis *fatis*, *tantumque* dolorem
> *Crudelis me ferre doces.*

4. *Cum ſcriberem haec, ſcriberem ſola.*] Scribe: *In tantis tormentis eram, cum haec ſcriberem*, ut haec *ſcriberem ſola.* Casaub. Caſaubonus corrigit: *In tantis tormentis eram, cum haec ſcriberem*, ut haec *ſcriberem ſola.* Ego propius ad veterem ſcripturam ſic mallem: *In tantis tormentis eram*, ut, *cum ſcriberem haec*, *ſcriberem ſola.* Neque potuit facilius, quam illud *ut*, ob praecedens *in*, quod pariter tribus conſtat lineolis, deleri. Scheffer. Nihil agunt viri docti, qui aliquid ex Vulgata mutant, quam Optimus Mediceus praeſtat. Senſus eſt apertus. In tanta aegritudine eram, cum haec ſcriberem, & ſcriberem ſola. quia, ut mox addit, animus dolore obſeſſus de aliis cogitare non poterat. Repetitionem iſtam *ſcriberem ſola* (quae verba Aldus & Sichardus perperam omiſerunt) dictum ſupra ad Epiſt. VIII. n. 6. Lib. I. Epiſt. XXII. n. 11. *Nunc enim nihil legere, nihil ſcribere aut adſidenti vacat*, *aut* anxio *libet.* adde Lib. II. Epiſt. I. n. 12.

quitate & rebus geſtis. poſtremo hortatur velit bonam famam in quaeſtura partam mollius tueri & clementius tractando homines libertati aſſuetos.

[1] AMor in te meus cogit, [2] non ut praecipiam (neque enim praeceptore
eges) admoneam tamen, ut quae ſcis, teneas & obſerves, [3] aut ſcias
2 melius. Cogita, te miſſum in provinciam [4] Achajam, illam veram & me-
ram Graeciam, [5] in qua primum humanitas, literae, etiam [6] fruges inven-
tae eſſe creduntur: miſſum [7] ad ordinandum ſtatum liberarum civitatum,
id eſt, ad homines, [8] maxime homines; ad liberos, maxime liberos, qui
jus

1. *Amor.*] Videtur Secundus Ciceronem ſecutus monentem Lib I. ad Atticum, Quintum fratrem, qui tunc in Aſia Proconſulatum gerebat, ut in ea provincia ſe integre gereret. CATAN.

2. *Non ut praecipiam &c.*] Dicit non ſe praecipere, tanquam magiſtrum; ſed admonere tanquam amicum: non quia neſciat alter, quae allaturus ſit; ſed ut plenius ſciat: quae exquiſitiſſimae urbanitatis ſunt, & idonea maxime benevolentiae parandae. Nam quem offenderis, fruſtra admoneas. Eſt omnino egregia & ſapientiſſima Epiſtola: ad quam plura moneri poſſent pro iis, qui in Republ. verſaturi ſint, ſi & facultatis ſatis & temporis eſſet. BUCHNER.

3. *Aut* ſcias *melius.*] Membranae: *aut* neſcire *melius.* De quo cogitandum.

4. *Achajam.*] Latiſſime vocabulo *Achajae* utitur Secundus, ut non ſolum Peloponneſum intelligat, ſed etiam Atticam complectatur. Omiſſis autem quae a Ptolomaeo, Plin. Strab. de *Achaja* dicuntur, uno Pauſania contenti erimus, qui Lib. V. inquit: *Inter Eleam & Sicyoniam jacens regio ad orientale pelagus, nunc* Achaja *dicitur ab incolis, olim* Aegialus, *& incolae* Aegialenſes *ab* Aegialeo *Sicyonum rege, vel quia ibi multa* populus, *Graece* αἰγίαλος *dicta, naſcatur. Achaeum* vero Tricorythi filium tradunt nomen *Achaeis* indidiſſe. CATAN. *Achajam* & *Graeciam* promiſcue dici, pridem docuerunt viri docti. Vide Cl. Ducker. ad Flori Lib. II. cap. VII. extr.

5. *In qua primum humanitas, literae, etiam fruges inventae eſſe creduntur.*] Haec maxime Athenienſium urbem reſpiciunt. Vide Lucretium Lib. VI. prooemio: Ciceronem Orat. pro Flacco cap. XXVI. Diodorum Siculum Lib. XIII. etiam Arrianum Lib. I. Dialex. cap IV. extremo. BUCHNER. Aldus vulgavit: *ubi humanitas*, non male quidem, ſed contra fidem veterrimi libri.

6. *Fruges inventae.*] Teſtimonio Pauſaniae, Juſtini, Ovidii, Diodori, ac aliorum. Ceres in Attica Triptolemo frumenti ſemen dedit, mandavitque, ut omnibus id donum communicaret: quidam tamen tradunt in Sicilia primum fruges inventas. CATAN. Vide Sitzmann. ad Rutilii Itiner. Lib. I. vs. 74. Interpret. Minucii Felic. ad cap. XX. extr. & XXI. princ. alios.

7. *Ad ordinandum ſtatum.*] *Ordinare* verbum πολιτικὸν eſt. Sic *ordinare ſtatum Reip.*; *ordinare provinciam*; *ordinare gentem:* paſſim legimus apud auctores. Sed *ordinare ſtatum provinciae*, eſt non mutare Reip. formam, ſed reſtituere turbatam ac pro utilitate & ſalute publica firmare. Unde Noſter infra hac ipſa Epiſtola: *Quid ordinatione civilius? quid libertate pretioſius? Porro quam turpe, ſi ordinatio everſione, libertas ſervitute mutetur?* BUCHNER. Aldus edidit: *ad ordinandum ſtatum liberarum civitatium*, atque ita infra n. 7. ac rurſus Lib. X. Epiſt. XXX. n. 1. *publicos* civitatium *ſervos.* Nec id praeter rationem aut uſum veterum, quod monſtrat nota noſtra ad Salluſt. Cat. cap. XL. n. 2. *pleriſque principibus* civitatium *notus erat, atque eos noverat.* Adde Gebhard. ad Livii Lib. II. cap. XIV. & Cl. Burmann. ad Quinctil. Lib. I. cap. II. princ. Certe in MS. Guelferb. Plinii noſtri Paneg. cap. XX. n. 4. *abactus hoſpitium*, pro *hoſpitum*, invenimus. At MS. Mediceus duas voces *liberarum civitatium* hic plane omittit, infra vero n. 7. *civitatum* ſcribit, non *civitatium*. Sueton. Julio cap. XI. princ. *Converſus ad* ordinandum *reip.* ſtatum. Hinc Salluſtio adfictae Epiſtolae. *ad Caeſarem de Rep. Ordinanda.*

8. *Maxime liberos.*] Hi vere liberi ſunt, qui affectum animi philoſophia duce regere norunt, an quibus per Romanos libertas ſervata eſt. Nam Strabone referente, ſocios ſibi Athenienſes aſſerentes, proprias ipſis leges inſtitutaque ſervarunt, & libertate donarunt, ac magnis honoribus dignati ſunt. CATAN. Proponam receptam ab omnibus Edd. lectionem, ut videas, quam illa fuerit abſona,

jus a natura datum [1] virtute, meritis, amicitia, foedere denique & [2] religione tenuerunt. Reverere [3] conditores Deos, & [4] nomina deorum : 3 reve-

na, & quam bella ſit noſtra ex Membranis unicis depromta. Vulgo dabant : *liberarum civitatum*, *id eſt*, ad homines maxime liberos, *qui jus a natura datum*, cet. Sed vides, ita neque antecedentibus, neque ſequentibus per iſta, *ad homines maxime liberos*, fieri ſatis. Non ſequentibus: nam diſtincte memorat *jus a natura datum*, & ſubjungit *amicitiam*, *foedus*, alia ; Non antecedentibus: quid enim amplius *homines maxime liberi*, quam, quod exponendum erat, *liberae civitates* ? Si *id eſt* apud Noſtrum legimus, elegantiora & magis arguta exſpectare conſuevimus, ut adparebit ex nota ad Lib. VI. Epiſt. XXIX. n. 4. Ecce autem integerrimus Mediceus : *id eſt*, *ad homines*, maxime homines, ad liberos, *maxime liberos*, cet. Stupidus ſit oportet, qui elegantiam non pervideat. *Maxime homines* dicit, non modo quia jus a natura datum tenuerunt, ſed etiam quia ſupra memoraverat *humanitatem* illic inventam, de qua videatur Gellius Lib. XIII. cap. XVI. Sic *hominem* dixit Cicero X. ad Attic. Epiſt. XI. & *humaniter vivere* Lib. VII. Fam. Epiſt. I. n. 16. *Maxime liberos* non credo ad philoſophiae ſtudia reſpicit, ſed quod Athenienſes & pauci Graecorum aliquoties benignius tractati ſunt : unde & mox jactantiae ipſorum meminit. Lege & Appian. Lib. II. de B. Civ. pag. 482. Ne dicam, reſpectu aliarum gentium, quibus vix ut legibus ſuis viverent permiſſum, maxime liberos fuiſſe. Dictio eſt prorſus Pliniana. Adi notata ad Lib. IV. Epiſt. VII. n. 2. *Ipſe etiam nuper librum* de vita ejus recitavit : de vita pueri *recitavit*. Lib. II. Epiſt. XVII. n. 20. *In capite xyſti deinceps cryptoporticus horti diaeta eſt*, amores mei ; revera amores, *ipſe poſui*. Lib. VI. Epiſt. XIX. n. 3. *Homullus deinde noſter* uſus, vigilanter uſus *hoc conſenſu ſenatus*. Lib. III. Epiſt. IX. extr. *Hic erit epiſtolae* finis ; revera finis : *litteram non addam*, *etiamſi adhuc aliud praeteriſſe me ſenſero*. Coelius ad Cic. Lib. VIII. Fam. Epiſt. IX. n. 2. *Curionem*, prorſus Curionem, *non mediocriter objurgat*. ita enim Libri Vett. Apulejus VII. Metam. *Cuncti denique*, ſed prorſus omnes *vino ſepulti jacebant*. Lib X. pag. 226. *artiſſime namque complexa* totum me prorſus, ſed totum, *recepit*. ſic habent membranae. Eod. pag. 234. *Illos tereſes & lacteos puellos diceres tu* Cupidines, & Cupidines veros, *de coelo vel mari commodum involaſſe*. Sic ille ſaepius. Praeterea Membranae : quod *jus a natura datum*, pro *qui*. non male. Cortt.

1. *Virtute.*] Nam Athenienſes multa ad vitam & decorum partim excogitarunt, partim excoluerunt, confugientes ad ſe humane ſuſceperunt, preſſos ſublevarunt, leges optimas ſanxerunt, colonias emiſerunt, rempublicam conſtituerunt, in bello excelluerunt, certamina inſtituerunt, in diſciplinis tantum praeſtitere, ut eorum diſcipuli aliorum fuerint praeceptores. Haec latius tractantur apud Iſocratem : ſic Lacedaemoniorum virtus apud Xenophontem. Catan.

2. *Religione.*] Deorum cultu, quo maxime claruerunt Athenienſes, ut teſtatur Iſocrates in Panegyrico. Nam in primis myſtica Eleuſinae Cereris ſacra coluerunt, quibus nonnulli Romanorum initiati ſunt : & Aeſculapium ab Epidauro Romani in urbem advexerunt. *Religio* appellatur, quae in nutu & caerimonia deorum eſt : vel *religio* eſt, quae ſuperioris cujusdam naturae, quam divinam vocant, curam caerimoniamque affert. Idem. De religione Athenienſium vide Cl. Ducker. ad Flori Lib. III. cap. V. n. 10. *ſacris ſuis famaeque donavit.*

3. *Conditores deos.*] Reſpexit ad Palladem, quae Athenis nomen impoſuit. Auxere eas Cecrops, Aegeus, Theſeus. Catan.

4. *Nomina deorum.*] Non placet id *nomina deorum.* Forte *nomina heroum.* Illos enim diis proximos habebant. Pythagorae χρυσᾶ ἔπη· ἔπει δ' ἥρωας ἀγαυούς. Suetonius Auguſto, *Proximum a diis immortalibus honorem memoriae ducum praeſtitit, qui imperium populi Rom. ex minimo maximum reddidiſſent.* Gronov. Mihi quoque haec ſuſpecta ſunt. Scribo & diſtinguo : *Nomine deorum reverere gloriam veterem.* Vult, debere omnia apud Athenienſes ſacra & divina putare. Primum deos conditores, deinde gloriam veterem, tertio ipſam ſenectutem. Ideo & de hac addidit, *in urbibus ſacra eſt.* Itaque *nomine deorum revereri*, eſt vice deorum, pro diis, tamquam deos revereri. Scheffer. Probare hoc debuiſſet Schefferus, *nomine deorum*, eſſe vice deorum, pro diis. Aldus edidit : *numina deorum*, & de permutatione illorum vocabulorum multis ad Lucanum egimus. Mediceus : *conditores deos*, & nomina *deorum*, quod mutandum non eſt. Dii conditores differunt ſane ab aliis diis, quos Graeci aeque colebant : Bene autem *nomina deorum* dicit, quia multi *nomine* tantum cogniti erant. Adde, quae obſervavi ad Lucani Lib. II. vs. 302.

Exanimem quam te complectar, Roma, tuumque
Nomen, libertas.

Lib. IX. vs. 964.

reverere [1] gloriam veterem, & hanc ipſam ſenectutem, quae in homine
venerabilis, in urbibus ſacra: Sit apud te [2] honor antiquitati, ſit
[3] ingentibus factis, ſit [4] fabulis quoque. Nihil ex cujusquam dignitate,
4 nihil ex libertate, [5] nihil ex jactatione decerpſeris. Habe ante oculos
hanc eſſe terram, quae nobis miſerit [6] jura, quae leges [7] non victis,
ſed petentibus dederit: [7] Athenas eſſe, quas adeas: [8] Lacedaemonem
eſſe, quam regas: quibus [9] reliquam umbram, & reſiduum libertatis
nomen

Circumit exuſtae nomen *venerabile* Trojae.

Junge Lib. X. vs. 151. & Lib. I. vs. 313. Lib. IV. vs. 177. Ariſtides Orat. I. Platon. pro Rhetor. poſt princ. de admiratoribus antiquitatis: *και τὰ* ΟΝΟΜΑΤΑ *ἀντὶ τῆς ἀληθείας θαυμάζειν αἱρεῖσθαι.* Idem Orat. II. Platon. pag. 236. *αἰσχυνθέντες μὲν ἁπάσας τὰς τȣ͂ Διὸς* ΕΠΩΝΙΜΙΑΣ, *αἰσχυνθέντες δὲ τὰς τῶν ἄλλων, ἁπάντων θεῶν* ΕΠΩΝΙΜΙΑΣ *τε καὶ τιμάς.*

1. *Gloriam veterem.*] Hoc Florus & Appianus ſupra citati confirmant. Breviter etiam Annaeus noſter Lib. V. vs. 52.

——— famae veteris *laudantur* Athenae.

Infra Mediceus: *in urbibus ſacra*, ſine Verbo ſubſtantivo, quod libenter Noſter negligit.

2. *Honor* antiquitatis.] Sic Aldus, Catanaeus, Gryphius, alii. Sic & membranae; licet ſequatur *factis* & *fabulis.* Et vidimus Caſus diverſos conjunctos Lib. III. Epiſt. V. n. 13. & Lib. VII. Epiſt. XX. n. 3. Hic tamen propter ſequens *Sit antiquitatis* factum eſſe videtur ex *antiquitati*, quod propterea auctori redditum volo.

3. *Ingentibus factis.*] E quibus illa praecipue fuere, bellum adverſus Perſas terra marique, Amazonum ſtrages, Herculis geſta, Theſeique, bellum Trojanum, Adraſti in Thebas. Nam Pauſanias Lib. VII. tradit Spartanos poſt Cadmum plurimum valuiſſe: ibique ab antiquiſſimis exordiis per varias fabulas hiſtoriasque res Achaeorum diligenter enumerat. Ad haec inter Lacedaemonios & Argivos bella, & Thebanorum duce Epaminonda, Peloponneſiacum, & Athenienſium contra Philippum, & Lacedaemoniorum contra Alexandrum. Catan.

4. *Fabulis.*] Ut judicium Martis in Areopago, Palladis & Neptuni contentio, Cecropis gemina forma, & quae a Pauſania innumerae traduntur. Aliter *in fabulis.* Idem. Aldus dedit: *ſit* in *fabulis quoque*, ſed contra membranas. De re perquam erudite Lucanus Lib. IX. vs. 954. ſqq. quem legiſſe non poenitebit.

5. *Nihil* etiam ex *jactatione decerpſeris.*] Hoc tenent vulgatae, & apte concluditur ſermo, ut antea: *ſit fabulis* quoque. Aldo tamen placuit: *nihil ex* cujusquam *jactatione decerpſeris.* Adſtrictius Mediceus: *nihil ex jactatione decerpſeris*, quem ſum ſecutus. In rem vide Thucydid. Lib. I. cap. XI. & XII. & Aur. Victor. Caeſar. cap. III.

6. *Jura.*] Adſunt Athenienſes, unde humanitas, doctrina, religio, fruges, jura, leges ortae, atque in omnes terras diſtributae putantur. Marc. Tullius pro Flacco. Catan.

7. *Non* victa.] Non ſubacta a nobis. Nam cum Romani leges ab Athenienſibus acceperant, erant Athenae liberae, & ſui juris, non a Philippo, neque ab alio ſubactae. Placet tamen ut legatur *invitis nobis*, ſcilicet Rom. *ſed rogantibus* ut illarum copiam facerent. Idem. Vulgo: *quae leges non* victa acceperit, *ſed petentibus dederit*, quod interpolatum eſt ex Aldi ſcriptura: *quae leges non* victa, *ſed petentibus dederit.* Neutra ſani coloris eſt. Mediceus obtinebit: *quae leges non* victis, *ſed petentibus dederit.*

8. *Athenas.*] Bonarum artium magiſtras & inventrices ſecundum Mamertinum. Catan.

9. *Lacedaemonem.*] Spartam. Lacedaemones, ut tradit Strabo, ultimo praelio debellati apud Mantineam, Graeciae principatum, quem prius adepti tenebant, ultra recuperare nequiverunt: unum tamen illis quamquam hunc in modum afflictis permanſit, ut nullorum aliorum ditioni ſubjecti ſint usque ad Romanorum imperium, a quibus eis habitus perdurat honor propter regendae civitatis probitatem. Pauſanias ſcriptum reliquit, *Lacedaemonem* appellatam a *Lacedaemone*, qui praefuit legibus Laconicae regionis, cum *Sparta* filia Eurotae, a qua & eadem urbis cognomentum accepit. Idem.

9. *Reliquam* umbram.] Lucanus Lib. III. vs. 145.

Libertas, inquit, populi, quem regna coercent,
Libertate perit, cujus *ſervaveris* umbram,
Si, quidquid jubeare, velis.

ubi alia videas. Infra Mediceus *durum* omittit.

1. *Mollius*

nomen eripere durum, ferum, barbarumque eſt. Vides a medicis 5
quanquam in adverſa valetudine nihil ſervi ac liberi differant, [1] mollius tamen liberos clementiusque tractari? Recordare quid quaeque civitas fuerit: non ut deſpicias, quod eſſe deſierit. [2] Abſit ſuperbia, aſperitas: [3] nec timueris contemptum. An contemnitur, qui imperium, qui fa- 6
ſces habet? [4] niſi humilis & ſordidus, & qui ſe primus ipſe contemnit. Male vim ſuam [5] poteſtas aliorum contumeliis experitur: [6] male terrore veneratio acquiritur: [7] longeque valentior amor ad obtinendum, quod velis, quam timor. [8] Nam timor abit, ſi recedas, manet amor: ac ſic,

1. *Mollius tamen liberos.*] Ut inſuetos imperari & ex praeſcripto vivere, quod contra in ſervis eſt. BUCHNER.

2. *Abſit ſuperbia.*] Calliſto auctore, obſervandum eſt jus reddenti, ut in adeundo quidem ſe facilem praebeat. Sanum vero conſilium praeſidibus Juvenal. praebet. Sat. VIII.

Expectata diu tandem provincia cum te
Rectorem accipiet, pone irae frena, modumque,
Pone & avaritiae, miſerere inopum ſociorum.

CATAN.

3. *Nec timueris contemptum.*] Non debes eſſe triſtis, & aſper, quod timeas ne a ſubjectis contemnaris. Non enim contemnitur, qui habet liberam gladii poteſtatem, niſi qui vilis & avarus fuerit. CATAN.

4. *Niſi qui humilis & ſordidus.*] Niſi te ad eas demittas res, quae ſordidiſſimi cujusque & maxime humilis ſive obſcuri hominis ſunt, ut eſt pecuniae amor atque habendi cupiditas. Qua qui laborat, eique indulget, parum memor decori & loci, non dignitatem tuebitur, & mox incurret contemtum; quo jam contracto procidere auctoritatem neceſſe eſt, in qua vis omnis magiſtratus eſt ſita. BUCHNER. Vulgo: *niſi* qui *humilis e. ſ.* Melius membranae: *niſi* humilis & *ſordidus.*

5. *Poteſtas.*] Quilibet magiſtratus *poteſtas* dicitur, neque eſt officii nomen, ut quidam ariolantur. Paulus de verborum ſignific. *Poteſtatis* verbo plura ſignificantur. In perſona *magiſtratuum imperium*, in perſona liberorum *patria poteſtas*, in perſona ſervi *dominium.* Juſtinianus in Inſtit. *Qui* poteſtatem *aliquam habent ſe excuſare poſſunt a tutelis, ut divus Marcus reſcripſit.* & ne tantum JConſultorum teſtimonio utamur, accedamus ad noſtros. Valerius de Caſſio Trib. pl. *Poſtquam*, inquit, *illam* poteſtatem *depoſuit.* Tranquil. *Jurisdictionem & fideicommiſſis etiam per provincias* poteſtatibus *demandavit.* Plin. ſenior: *Promittunt dentes Draconis mites praeſtare dominos*, poteſtates*que exorabiles.* CATAN. Dictio ſimilis Lib. I. Epiſt. XVII. n. 2. *quantumque gratia valeas*, *aliorum* honoribus experiri.

6. *Male terrore veneratio acquiritur.*] Inde Silius:

Et metui *demens* credebat honorem.

Nullus enim hominum ſecundum Dionem ſponte ſubjectus eſt, ſed *quando timet*, *potentiorem colit: quando audet*, *poenas ſumit de debiliore.* Vide & Noſtrum in Panegyrico: *Non ex* metu, *nec* terrore *hominum*, &c. CATAN.

7. *Longeque valentior.*] Sed cum metus ſit malus cuſtos diuturnitatis, contraque benevolentia fidelis vel ad perpetuitatem, debet bonus princeps potius diligi velle quam timeri. M. Cicero II. Officior. IDEM. Adi Paneg. cap. XLIX. n. 3. & cap. LXXXV. Praeterea Salluſt. Jug. cap. X. n. 4. & quae ibi.

8. *Nam timor abit, ſi recedas, amor manet.*] Quanto praeſtantius ſit amari, quam timeri, ex eo oſtendit, quod amor perpetuo maneat, licet recedat amatus, aut, plane etiam abeat: timor non amplius, quam adſunt timendi cauſae; quibus ſublatis, jam timor ipſe evaneſcit. Deinde quod timor in odium, amor in reverentiam vertat. Quorum alterum nihil tuti & ſecuri habet; alterum vel aeternitatem promittere poteſt. Ennius apud Ciceronem Lib. II. de Officiis: *Quem* metuunt, *oderunt.* *Quem quisque* metuit, *periiſſe expetit.* Galgacus apud Tacitum Vitae Agricolae cap. XXXII. Metus & terror *infirma vincula caritatis*; *quae ubi removeris*, *qui* timere *deſierint*, *odiſſe incipient.* BUCHNER.

 1. *In*

7 ſic, ut ille in odium, hic [1] in reverentiam vertitur. Te vero etiam atque etiam (repetam enim) meminiſſe oportet [2] officii tui titulum, ac tibi ipſum interpretari, quale quantumque ſit ordinare ſtatum libe-
8 rarum civitatum. Nam quid ordinatione civilius? quid libertate pretioſius? porro quam turpe, ſi [3] ordinatio everſione, libertas ſervitute mutetur? Accedit quod [4] tibi certamen eſt tecum: [5] onerat te Quaeſturae tuae fama, quam ex Bithynia optimam revexiſti: onerat teſtimonium Principis: onerat Tribunatus, Praetura, atque haec ipſa le-
9 gatio, quaſi praemium data. Quo magis nitendum eſt, [6] ne in longinqua provincia, quam [7] ſuburbana, ne inter ſervientes, quam liberos, [8] ne ſorte, quam judicio miſſus, ne rudis & incognitus, quam exploratus

1. *In reverentiam* vertatur.] *Vertatur* inepte vulgatae omnes. *Vertitur* ſcribendum, quod ſenſus poſtulat, & Membranae confirmant.

2. *Officii tui titulum.*] Id eſt, nomen officii tui, & cauſam cur eo miſſus. Miſſus autem erat, *ad ordinandum ſtatum liberarum civitatum*, ut ſupra principio ipſo memorat. Hoc itaque meminiſſe praecipit, atque aſſidue recogitare. *Titulus* ſaepe cauſam notat. Noſter Paneg. cap. IV *Placuit ut Conſulis voce, ſub* titulo *gratiarum agendarum boni principes quae facerent, recognoſcerent.* Supra Lib. II. Epiſt. XI. *Praeterea accepiſſe ſeſtertium decem millia, foediſſimo quidem* titulo *&c.* Paſſim ita JCti. Sic elogia aerium ſive ſcripturae (die Verſchreibung der Poſten in Rechnungen) ex quibus ratio impenſae diſcenda, *tituli* appellabantur, de quo Caſaubonus in Suetonii Caeſarem. BUCHNER. Lucanus Lib. V. vs. 664.

Nulla meis *aberit* titulis *Romana poteſtas.*

Inſcriptionem ſimili ſenſu dixit auctor Lib. V. Epiſt. XIX. n 3. Mox prorſus plebejum quidam impreſſi: *ac tibi* ipſi *interpretari*, contra MS. & omnes meliores cuſos.

3. *Ordinatio.*] Si pro ordinandis civitatibus evertantur, & liberandis ſubjugentur. CATAN.

4. *Tibi* certamen *eſt tecum*] Cicero Lib. IX. Epiſt. XIV. n. 12. *te imitere oportet*, tecum ipſe certes: *ne licet quidem tibi, jam tantis rebus geſtis, non tui ſimilem eſſe.* Lib. XI. Epiſt. XV. n. 3. *Quod ſupereſt perge, mi Brute, & jam non cum aliis, ſed* tecum ipſe certa. Noſter Lib. VI. Epiſt. XXXIII. n. 1. *Nam mihi ſatis eſt* certare mecum.

5. *Onerat te quaeſturae fama.*] Gloria, quam ex muneribus antea praeclare geſtis comparaſti, incumbit tibi veluti, urget, inſtat, ne quid mutes; ſed tueri & ſervare potius modis omnibus contendas. BUCHNER. Lib. III. Epiſt. III. n. 7. *Nec minus ſaepe ab illo, quam a te meque admonebitur, quibus imaginibus* oneretur. ibi vide. & adde, ſi placet, Gronov. ad Senec. Lib. II. de Benef. cap. XXVII. & ad Troad. vs. 491.

6. *Ne in* longinquam provinciam, *quam* ſuburbanam.] Id vulgatae circumferunt; credo, quia ab ſequente *miſſus* haec ſuſpendunt. Animadvertere tamen debebant, eo pacto ordinem ſermonis corrumpi, & tam illud: *ne inter ſervientes* cet quam hoc: *ne rudis & incognitus*, cet. minus apte adglutinari, quod ſtilum Plinii non redolet Aptius & venuſtius Optimus: *ne in longinqua provincia, quam ſuburbana.*

7. *Suburbana.*] Loca urbi propinquiora & humaniora. Nam Achaja Romae, quam Bithynia, vicinior. Late tamen vocabulum *ſuburbani* uſurpavit, quamvis Cicero in Verrem de Sicilia ſcribens dicat: *Quemadmodum propinquis vos veſtris praediis maxime delectamini, ſic populo Romano jucunda eſt* ſuburbanitas *hujusce provinciae.* Magis probo ut legatur *quo magis nitendum eſt, ne in* longinquam provinciam, *quam* ſuburbanam. CATAN.

8. *Ne ſorte, quam judicio.*] Ne per ſortitionem magis, quod fortuitum; quam electione Principis, quae judicii, eo miſſus videaris. *Sorte, quam judicio*, antiqua & elegans ellipſis, quae & in praecedentibus eſt. Nam *magis*, vel *potius* ſubaudiendum. Frequens hoc loquendi genus Tacito, ut dudum a doctis obſervatum eſt. Plautus Rudente: *Tacita bona eſt mulier ſemper, quam loquens.* BUCHNER. Fruſtra hic ad Ellipſin confugimus, quam alioquin ſatis uſitatam eſſe haud negamus. Hic vero adſunt Comparativi *humanior*, *melior*, *peritior*; a quibus Particula *quam* dependet Mediceus: *ne* forte, *quam judicio* perpetua iſta confuſione, de qua ad Salluſtium & Lucanum Quaeſtores *ſorte* datos eſſe ex Cic. Divinat. cap XIX. & aliunde conſtat. Adde ſupra Lib. IV. Epiſt. XII. n. 2.

1. *Leu-*

ratus probatusque, humanior, melior, peritior fuiſſe videaris. Cum ſit alioqui, ut ſaepe audiſti, ſaepe legiſti, multo deformius amittere, quam non aſſequi [1] laudem. Haec velim credas, quod initio dixi, ſcripſiſſe me admonentem, non praecipientem; quanquam praecipientem quoque. Quippe [2] non vereor, in amore ne modum exceſſerim. Neque enim periculum eſt, ne ſit nimium, quod eſſe maximum debet. *Vale.*

1. *Laudem.*] Seneca *laudationem* a *laude* differre putat, quod *illa* fiat voce, unde *funebrem laudationem*, non *laudem* dicimus; *haec* vero non verba hominum, ſed judicia ſequatur: ergo *laus* etiam taciti eſt bene ſentientis. CATAN. Sententiam in univerſum protulit Memmius apud Salluſt. Jug cap. XXXI. n. 17. *quod majus dedecus eſt, parta amittere, quam omnino non paraviſſe.* ibi alia collegimus.

2. *Non vereor, in amore ne modum exceſſerim.*] Ita diſtinguendum. Alii nullam diſtinctionem adhibent; Aldus autem hoc modo: *Quippe non vereor in amore, ne modum exceſſerim.* Perperam. Particula autem *ne* commode poſt alia vocabula ponitur, quod nota monſtrat ad Criſpi Jug. cap. CII. n. 3.

C. PLINII CAECILII SECUNDI EPISTOLARUM

LIBER NONUS.

PRAEFATIO

In librum IX. ex notis JOH. MARIAE CATANAEI.

Hunc nonum epiſtolarum librum praeter ſtili ſimilitudinem, & quod eadem, quae in aliis multa Plinius refert, Sidonius Apollinaris eidem in limine noni libri ſuarum epiſtolarum attribuit. *Cum exigis*, inquit, *ut epiſtolarum priore limite irrupto ſtilus noſter in ulteriora procurrat, numeri ſupra dicti privilegio non contentus includi, addis & cauſas, quibus hic liber nonus octo ſuperiorum voluminibus accreſcat: eo quod C. Secundus, cujus nos orbitas ſequi hoc opere pronuncias, paribus titulis opus epiſtolare determinet.*

Epiſt. I. C. PLINIUS SECUNDUS MAXIMO SUO S.

ARGUMENTUM.

Maximum monet, ut libros, quos in Blateram viventem compoſuerat, demum eo defuncto publicet, ne videatur poſt mortem inchoaſſe, cum turpe ſit pugnare cum larvis.

SAEPE te monui, ut libros, quos vel pro te, vel [1] in Plantam (immo & pro te & in illum: ita enim materia cogebat) compoſuiſti, quam maturiſſime emitteres: quod nunc praecipue, morte

1. *BLateram.*] *Blatera* illo Mart. carmine notatur tanquam impudicus:

Omnia foemineis quare dilecta cathedris,

& quae deinceps ſequuntur. *Multi* non *Blateram*, ſed *Plantam* legunt. CATAN. *In Blateram.*] Pal. & Vetr. Edd. *Plantam.* Verum putarim, *Plantam*, quod & agnovit Catanaeus. *Pompeji Plantae* meminit Noſter Lib. X. Epiſt. V. & deinceps. GRUTER. MSS. Voſſ. Helmſt. & Ed. Vet. *in Platam*; Arnz. *in Palam.* Sed Mediceus *in Plantam*, quod genuinum, & notiſſimum apud Romanos nomen eſt.

I. *Quam-*

morte ejus audita, & hortor, & moneo. [1] Quamvis enim legeris multis, 2
legendosque dederis, nolo tamen quenquam opinari, defuncto demum
inchoatos, [2] quos incolumi eo peregiſti. Salva ſit tibi [3] conſtantiae fama.
Erit autem, ſi notum aequis iniquisque fuerit, non poſt inimici mor- 3
tem ſcribendi tibi natam eſſe fiduciam: ſed jam paratam editionem
morte praeventam. Simul vitabis illud,

4. Οὐχ ὁσίη φθιμένοισι.

Nam

1. *Quamvis enim legeris multis.*] Mediceus: *Quamvis legeris multis, legendosque dederis, nolo quemquam opinari*, cet. omiſſis Particulis *enim* & *tamen* Prior ſi excluditur, veluti objectio Maximi inferri & reſolvi videtur: Poſterior frequenter, etiam ubi *Quamvis*, *Etſi*, *Licet* praecedunt, ſubintelligenda eſt. Vide ad Lucani Lib. VI. vs. 715.

—— —— licet *has exaudiat herbas,*
Ad manes ventura ſemel.

2. *Quos incolumi eo peregiſti.*] Perfeciſti, abſolviſti. Noſter ſupra Lib. III. Epiſt. V. *Hac intentione tot iſta volumina* peregit. Sic *domum peragere* Suetonius Othone cap. VII. *Paginam peragere* Martialis Lib XI. Epigramm. XXV. *Carmina peragere* Boethius dixit. Et hinc *peragere*, perimere etiam eſt; & *peractus*, mortuus, interemtus. Silius Lib. XI.

—— —— *nec tantum fata dederunt:*
Extrema peragi *dextra.*

Martialis Lib. V. Epigr. XXXVII.

Quem peſſimorum lex avara fatorum
Sexta peregit *hieme, nec tamen tota.*

Et Lib. VII. Epigr. XLVII. *Jamque peractus erat*; id eſt, mortuus, finitus. Nam & ſic loquebantur hujus & poſterioris aevi Scriptores. Nam qui ſub Auguſto, & circa, floruerunt, apud hos exempla talia non invenias BUCHNER. Lib. VII. Epiſt. IX. n. 6. *poſtremo nova velut membra* peracto corpori *intexere, nec tamen priora turbare.*

3. *Conſtantiae.*] Fortitudinis. Legitur in quibusdam exemplaribus non, *conſtantiae fama*, ſed *conſtantia & fama.* CATAN. Aldus habet: *conſtantia & fama.* Helmſt. Voſſ. Arnz. & Ed. Vet. tantum: *Salva ſit tibi* conſtantia. *Erit autem.* Sed Optimus *conſtantiae fama.* Quam facile ex hoc fieri potuerit *conſtantia* & *fama*, pluribus exemplis oſtendit nota noſtra ad Lucani Lib. III. vs. 564.

—— *percuſſae & capta cohaeſit.*

ubi Codd. *percuſſa capta*, *percuſſae capta*, *percuſſa & capta.*

4. Οὐχ ὅσιον φθιμένοισιν ἐπ' ἀ. ἐ.] Carmen eſt ex Lib. XXII. Odyſſeae, ubi monet Ulyſſes non gloriandum pro mortuis. Sic ergo interpretabimur, *Impietas defunctis pro viris gloriari.* Quidam codices Hom. non habent φθιμένοισιν ſed κταμένοισιν, ad idem tamen. Nam & in Phoeniſſis Euripides dixerat κἀκεῖνο κέκριται, μὴ ἐφυβρίσθαι νεκρούς. id eſt, *& illud decretum eſt non injuria afficere mortuos.* Et Plutarchus in Solone: *Illa vero lex laudatur praecipue, quae prohibet in defunctos maledicta conjicere.* Unde Secundus in proximo dixerat: *Quid tibi cum mortuis?* Et Ariſtophanes: παῦε, παῦε ὦ δέσποθ' Ἑρμῆ, νεκρὸν γὰρ ὄντα τὸν Κλέωνα λοιδορεῖς, *Deſine, deſine domine Hermes, mortuo enim Cleoni convicia dicis.* Quintus Calaber in primo derelictorum ab Homero: οὐ γὰρ ἐπὶ φθιμένοισι πέλει κότος· ἀλλ' ἐλεεινοὶ δήϊοι οὐκ ἔτι ὄντες, *non enim in mortuos durat ira, ſed miſerandi hoſtes non amplius viventes.* CATAN. MSS. Medic. Voſſ. Arnz. & Ed Vet tantum exhibent: Οὐχ ὁσίη φθιμένοισι, vel ſimile quid, ceteris reſectis: quomodo Aldus edidit, quaſi & hic morem illum ſecuti, quo notorum verſuum ſaltem particulas, principia potiſſimum, citare ſolent. Vide ad Lib. I. Epiſt. II. n. 2. & infra Gruterum ad Epiſt. XIII. n. 20. De ſententia ipſa lege Ariſtidem Orat. II. Platonica. Nos membranas Mediceas & Aldum ſecuti repoſuimus:

Οὐχ ὁσίη φθιμένοισι.

ὁσίη enim, non ὅσιον, apud Homerum exſtat. Ed. Vet. ὁσία. Vulgo: Οὐχ ὅσιον φθιμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι. Gryphius obſert: Οὐχ ὁσίη φθιμένοισιν λοιδορεῖν, praeter omnium Codd. fidem, Mediceus praeterea: Et *ſimul vitabis* illa.

1. *De*

4 Nam quod de vivente ſcriptum, [1] de vivente recitatum eſt, in defunctum quoque, tanquam viventem adhuc, editur, [2] ſi editur ſtatim.
5 Igitur, ſi quid aliud in manibus, interim differ: hoc perfice, quod nobis, qui legimus olim, abſolutum videtur: ſed jam videatur & tibi, cujus cunctationem nec res ipſa deſideret, & [3] temporis ratio praecidit. *Vale.*

II. C. Plinius Sabino Suo S.

Sabino reſpondet non poſſe reſcribere plures aut longas epiſtolas, cum materia non ſuppetat: neque ſe velle ſcribere res inanes viro gravi, & circa ſeria occupato.

Facis jucunde, [4] quod non ſolum plurimas epiſtolas meas, verum etiam longiſſimas flagitas, in quibus parcior fui, partim quia tuas

1. *De vivente recitatum eſt.*] Haec ignorat Mediceus, Voſſ. Arnz. & Ed. Vet. in quibus nude: *Nam quod de vivente ſcriptum eſt, in defunctum quoque* cet Tamen ſupra n. 2. *quamvis enim* legeris *multis, legendosque dederis.*

2. *Si editur ſtatim. Igitur.*] Haec etiam turbant libri veteres. Ab Voſſ. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. abſunt haec. *ſi editur.* Particulam *Statim* partim cum ſuperioribus, partim cum ſequentibus conjungunt. Ego tamen & lectionem, & diſtinctionem vulgatam veram eſſe, exiſtimo. Infra vulgatae: *ſi quid aliud in manibus*, differ: interim *hoc perfice.* MSS. recentiores: *differ*, & *interim hoc p.* Sed Veterrimus, *ſi quid aliud in manibus* interim *differ: hoc perfice.* illi paruimus. Sic infra Epiſt. XIII. n. 10. *Reſido. aguntur alia* interim. *Me quidam ex conſularibus.* Sic omnes MSS. Alii tamen: *aguntur alia.* Interea *me quidam.* Lib. II. Epiſt. X. n. 6. *Et de editione quidem* interim, *ut voles:* Recita *ſaltem, quo magis libeat emittere.* Epiſt. XI. n. 5. *Mario judices* interim *cenſuit dandos:* evocandos *autem, quibus*, cet.

3. *Mortis ratio*] Ne videaris mortuo non vivo convicia feciſſe: alii legunt *temporis ratio*, quod in Pontificio codice ſcriptum invenies. Catan. *Praecedit.*] Imo *praecidit*, ut eſt in Edd. vetuſtis. *Praecidere contationem*, ut *amputare moras* apud Juſtinum Lib. XXIV. Gronov. Recte Gronovius *praecidit* & confirmant membranae Mediceae aliique MSS. Terentius Hecyr. Act. IV. Sc. II. vs. 22.

Sic optime omnes cauſſas praecidam *omnibus.*

Vide ad Lucan. Lib. VI. vs. 340.

Et maturato praecidit *veſpere* lucem.

Sed pro his: & temporis *ratio*, in Veterrimo legitur: & horis *ratio.* Unde forte Aldus effinxit: *et*iam horis *ratio*; Alii: & mortis *ratio.* Verum unice eſt: & temporis *ratio*, de qua per totam Epiſtolam egerat. Non autem omittendum eſt, Aldum vulgaſſe: *ne res ipſa deſideret*; Gryphium: *nec res ipſa deſideret*, cui ſuffragatur Primarius. Eleganter *deſideret*, h e. fortaſſe non deſideret, non aequum eſt, ut deſideret. Infra Epiſt. III. n. 1. *Ac mihi, niſi praemium aeternitatis ante oculos, pingue illud altumque otium* placeat. Tibullus Lib. I. Eleg. IV. vs. 31.

——— *ſerpens novus* exuat *annos.*

Adi ad Lucan. Lib. III. vs. 146.

cujus [*libertatis*] ſervaveris *umbram,*
Si quidquid jubeare velis.

Imperiti mutarunt, ne diverſi Modi conjungerentur: quos jam refutavimus ad Lib. V. Epiſt. VIII. n. 1. *non quia commode facturum eſſe* confidam, *ſed quia mihi pulchrum inprimis* videtur. Corte.

4. *Quod non ſolum* plurimas *epiſt.* meas, *verum.*] Mediceus: *quod non ſolum epiſtolas, verum etiam longiſſimas flagitas.* non male.

1. *Quae*

tuas occupationes verebar, partim quia ipſe multum diſtringebar ple-
rumque frigidis negotiis, [1] quae ſimul & avocant animum & [2] commi-
nuunt. Praeterea nec materia plura ſcribendi dabatur: neque enim 2
eadem noſtra conditio, quae M. Tullii, ad cujus exemplum nos vocas.
[3] Illi enim & copioſiſſimum ingenium, & ingenio qua varietas rerum,
qua magnitudo [4] largiſſime ſuppetebat. Nos quam [5] anguſtis terminis 3
claudamur, etiam tacente me perſpicis: niſi forte volumus ſcholaſticas
tibi, atque (ut ita dicam) [6] umbraticas literas mittere. Sed nihil mi- 4
nus aptum arbitramur, [7] cum arma veſtra, cum caſtra, cum denique
cornua, tubas, ſudorem, pulverem, ſoles cogitamus. Habes, ut pu- 5
to,

1. *Quae* ſimul *& avocant animum.*] MSS. Voſſ. Helmſt. Arnz & Ed. Vet. *quae* plerumque *& avocant.* Primarius recte *ſimul* tuetur. Lib. I Epiſt. XXIV. n. 3. *modus ruris, qui* avocet *magis quam* diſtringat. vide ibi, & ad Epiſt III. n. 2. Infra Arnz. *conſumunt*, pro *comminuunt.* perperam. Ex Seneca verbum notum eſt, qui & *animum inter minutias concidere* non diſſimiliter dixit. Alio ſenſu *mentem imminutam* dixit Salluſt. Jug cap. LXV. n. 1.

2. *Comminuunt.*] Deprimunt. Animus enim qualitatem rerum, in quibus verſatur, plerumque ſumit. CATAN.

3. *Illi enim & copioſiſſimum ingenium, &c.*] Secutus ſum libros a Modio (Epiſt XCII.) verſatos, quod eis accederent editiones duae veterrimae, Mediolanenſis, & illa mea Anonyma, niſi quod eae pro *qua* ſervarent, *quae.* erat tantum in Palat. *& ingenio varietas rerum, quae magnitudo largiſſime ſuppetebat.* vulgabatur antea: *ingenium &* par *ingenio* materia, quam tam *varietas rerum*, quam *magnitudo, &c.* GRUTER. *Et ingenio materiam, &c.*] Ita Gruterus Modii libros & vetuſtiſſimas Editiones ſecutus. *Suppetebat*, active ponitur, pro ſubminiſtrabat. Vet. Gloſſ. *Suppetit*, χορηγεῖ. Et rurſus; *Suppetit* βοηθεῖ, χορηγεῖ. BUCHNER. *Et ingenio qua varietas rerum, qua magnitudo largiſſime ſuppetebat.*] Sic MSS. Modiani, & haec vera lectio eſt, cujus, quicquid interpolatur, gratia interit. Vid. III. Obſervat. XII. GRONOV. Iterum acu rem tetigit Gronovius, quod non modo ſenſus, ſed etiam MS. Mediceus declarat, qui praefert: *Illi enim & copioſiſſimum* ingenium, *qua varietas rerum, qua magnitudo largiſſime ſuppetebat.* Nam ita jam noſſe debes has membranas, ut eo non movearis, quod voces *& ingenio* omiſerint: ſiquidem hoc familiariſſimum iis vitium eſſe, ubicumque idem vocabulum repetitur, ſaepius admonuimus. Clarius Voſſ Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *copioſiſſimum ingenium, & ingenio* quae *varietas rerum*, quae *magnitudo largiſſime ſuppetebat.* Sed de *qua qua* ſecurum te eſſe jubebit nota ad Lib. VI. Epiſt. XXVIII n. 1. *Tantum mihi copiarum* qua *urbanarum*, qua *ruſticarum nomine tuo oblatum eſt.* N. Heinſius ad Valer Flacc. Lib. V. vs. 85. corrigebat: *illi* enim & copioſiſſimum ingenium, *&* par *ingenio qua varietas rerum, qua magnitudo largiſſime ſuppetebat.* Sed tutius longe eſt libris vett. inſiſtere: neque vero vir maximus animadvertiſſe videtur, minus belle ex iſta ipſius lectione ſenſum effici: *& copioſiſſima varietas*, *&* copioſiſſima *magnitudo* largiſſime *ſuppetebat.* Sufficit, ſi ingenio variae & magnae res ſuppetebant: ita enim ſcribendi materia deeſſe non poterat Supra Voſſ. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *ad cujus exemplum vocas*, ſine Pronomine *nos.*

4. *Largiſſime* ſuppetebat.] De verbo vide Stewechium ad Apulej. pag. 865. BARTH. Non tamen poenitebit conſulere, quae nos ad Salluſt. Cat. cap. XVI. n. 3. *Si* cauſſa *peccandi in praeſens minus* ſuppetebat

5. *Anguſtis terminis.*] Scribendi Nam raro eveniebat aliquid in Rep. notabile, & longa pace, & quod omnia arbitrio unius regebantur. CATAN.

6. *Umbraticas*] Inanes Marcus Tullius & Fabius vitam *umbratilem*, otioſam, ſecretam, & delicatam appellant, ſimiliter Columella moram *umbratilem.* IDEM. Vide Budaeum ad Pandect. pag. 370. BARTH.

7. *Cum arma veſtra.*] Helmſt. *cum armatura:* Voſſ. & Ed. Vet. *cum armaturam.* male. Iidem Codd. *cum* ante *denique* omittunt, quod tamen Optimus ſervat. Eadem fere in ſimili deſcriptione conjungit Noſter Lib. II. Epiſt. VII. n. 1. *qui numquam in acie ſteterunt*, *numquam* caſtra *viderunt*, *numquam denique* tubarum *ſonum*, *niſi in ſpectaculis audierunt: verum ut illis, qui decus illud* ſudore *& ſanguine & factis adſequebantur.*

1. *Erat*

to, juſtam excuſationem, quam tamen dubito, an tibi probari velim. [1] Eſt enim ſummi amoris, negare veniam brevibus epiſtolis amicorum, quamvis ſcias illis conſtare rationem. *Vale.*

III. C. Plinius Paulino Suo S.

Immortalitatem & bonam perpetuamque famam omnibus rebus anteponit.

ALius alium, ego [2] beatiſſimum exiſtimo, qui [3] bonae manſurae-
que famae praeſumtione perfruitur, certusque [4] poſteritatis cum
futura gloria vivit. [5] Ac mihi, niſi praemium aeternitatis ante oculos,
2 pingue illud, altumque otium placeat. [6] Etenim omnes homines arbi-
tror oportere, aut immortalitatem ſuam, aut [7] mortalitatem cogitare:
& illos

1. Erat *enim &c.*] Antea legebatur. *Eſt enim.* Sed iſtud noſtrum haerebat in Pal. & Vett. Edd. acceditque proxime ad verum, emendandum enim omnino, mea quidem ſententia, *Erit enim, &c.* Ita nimirum poſtulant verba praecedentia. Gruter. Etiam ex noſtris Voſſ. & Helmſt. *Erat enim;* Arnz. *Eat enim.* Sed nos meliorem fidem ſequi conſuevimus, nempe auctoritatem Optimi Medicei, in quo clare: Eſt *enim* tibi *ſummi amoris*, id quod Gruterus perperam repudiavit. Provocabulum *tibi* ex ſuperiore linea huc decidiſſe videtur: eſt enim nullius uſus. Infra laudatae membranae: *quamvis* ſciam *illis conſtare rationem.* non probo. Vide ad Salluſt. Jug. cap. I. n. 2. *neque majus aliud, neque praeſtabilius* invenias.

2. *Beatiſſimum exiſtimo.*] Rationem hujus pronunciati Epiſtola ultima Lib III. reddit. *Quid homini*, inquit, *poteſt dari majus, quam gloria, laus & aeternitas?* Sed ſunt & alia loca, quae abunde docent, quantum in Plinio, gloriae nominisque ingenio ac virtute parti ſtudium atque cupido fuerit. Qua in re licet actionum noſtrarum finis ſtatuendus minime ſit, tamen laudem & bonam famam inprimis quaerere, non niſi in optimam & nobiliſſimam indolem cadit. Buchner.

3. *Bonae manſuraeque famae praeſumtione.*] *Praeſumtio* Plinio, & aliis ſequioris aevi Scriptoribus, eſt fiducia certa animi, qua in futurum nobis tam firmiter ac indubitate promittimus aliquid, ut jam praeſumere, ſeu ante capere, & licet ſpe ac cogitatione tantum, frui videamur: unde mox ſequitur, *certusque poſteritatis cum futura gloria vivit.* Supra Lib. III. Epiſt. I. *Hanc ego vitam voto & cogitatione* praeſumo, *ingreſſurus avidiſſime; ut primum ratio aetatis receptui canere permiſerit.* Spartianus Hadriano: *Habuit autem* praeſumtionem *imperii.* Paulo poſt *ſponſionem* vocat: *In adoptionis*, inquit, *ſponſionem venit.* Nam mox ſubjungit: *totam* praeſumtionem *adoptionis emeruit. In ſponſionem venit*, id eſt, ſpondere ſibi atque promittere auſus eſt, fore ut a Trajano adoptetur. Poſtea *totam* praeſumtionem *emeruit*, cum alia accederent, quae eum dubitare amplius haud ſinerent. Quod *totam praeſumtionem* vocat, id eſt, plenam & certam, & cui nihil deſit. Quemadmodum eum locum & Viri ſummi interpretati ſunt. Idem. Lib. IV. Epiſt. XV. n. 11. *deinde quod rerum, quas adſequi cupias*, praeſumtio *ipſa jucunda eſt.* Vide ad Lib. II. Epiſt. X. n 6. *utque tandem percipias gaudium, quod ego olim pro te non temere* praeſumo.

4. *Poſteritatis.*] Immortalitatis, quod ſit victurus apud poſteros. Catan.

5. *Ac mihi, niſi praemium.*] Antea erat locus ſine idoneo ſenſu, conjeceramus aliquando, illud *ac mihi:* nunc cum invenerit in MSS. ſuis Modius, (Epiſt. XII.) cur non ei darem ſuum locum? Prius legebatur: *ac nihil niſi &c.* Gruter. Accedit primarius ille Mediceus, in quo pariter *Ac mihi*, ut in Voſſiano legitur. Barthius conjecerat: *cui nihil, niſi*, ſed perperam. De *pingui otio* vide ad Lib. VII. Epiſt. XXVI. n. 3 *mollemque in poſterum & pinguem deſtinat vitam.* Unus ex ſcriptis *At mihi*, ut in eadem formula plures Codd. peccant apud Salluſt. Cat. cap. III. n. 2.

6. *Etenim*] Helmſt. & Arnz. *Haec enim*; Voſſ *Ego enim.* Non ita Veterrimus.

7. *Mortalitatem.*] Oblivionem ſui poſt mortem.. *Mortalitatem* Juriſconſulti frequenter pro morte accipiunt. Catan.

1. *Qui-*

& illos [1] quidem contendere, eniti: hos quieſcere, remitti, nec brevem vitam [2] caducis laboribus fatigare: ut video multos, miſera ſimul, & [3] ingrata imagine induſtriae, ad [4] vilitatem ſui pervenire. Haec ego 3
tecum, quae quotidie mecum, ut deſinam mecum; [5] ſi diſſenties tu: quanquam non diſſenties, ut qui ſemper [6] clarum aliquid, & immortale [7] meditaris. *Vale.*

IV. C. Plinius Macrino Suo S.

Excuſat orationem ſuam, contra Caecilium Claſſicum, tanquam in univerſum longam, in partibus brevem: ita ut legenti taedium non afferat.

VErerer, ne immodicam orationem putares, quam cum hac epiſtola [8] accipies, niſi eſſet generis ejus, ut ſaepe incipere, ſaepe deſinere

1. *Quidem contendere, eniti: &c.*] Sic fere Palatinus, ſic Aldina Editio, vulgatae enim, *& illos quidem contendere*, & non remitti, tum *hos quieſcere, nec brevem*, *&c.* GRUTER. Ut editur, ita Mediceus, & res ipſa iſtam lectionem abunde confirmat. Helmſt. & Arnz. verbum *eniti* omittunt, & deinde *non remitti* ſcribunt. corrupte.

2. *Caducis.*] Morte interituris. Reſpicit illos, qui avaritiae cauſa tot periculis & laboribus vitam exponunt, & ideo induſtrii haberi volunt. CATAN.

3. *Ingrata imagine induſtriae.*] Memoria & recordatione. Supra Lib. VII. Epiſt. V. *Inde eſt, quod magnam partem noctium in* imagine *tua vigil exigo.* BUCHNER. *Miſera & ingrata imagine induſtriae.*] Id eſt, ſtultis occupationibus, vana ſpecie diligentiae, jactando ſeſe & in vanum laborando hoc aſſequi, ut leviores & pejores habeantur, quam ſi quieviſſent. Perperam Buchnerus. GRONOV. *Imaginem induſtriae* vocat ſpeciem induſtriae, ut Manilius Lib. V. vs. 451.

— *id credat ſtupefactus* imagine juris.

Tacitus III. Ann. cap. XVII. *Biduum ſuper haec* imagine cognitionis *abſumtum.* Idem IV. Hiſt. cap. LXXXVI. *Simplicitatis ac modeſtiae* imagine *in altitudinem conditus.* Atque is ita ſaepiſſime. Adde Heinſium ad Vellej. Lib. II. cap. XXX.

4. *Mortalitatem.*] Silentium. Nec ignoro in Pontificio codice ſcriptum fuiſſe *vilitatem*, id eſt contemptum: cum vilia non ſint in precio. CATAN. *Ad vilitatem ſui.*] Ita recte iterum Aldina, item Pontificiae membranae, quas laudat Catanaeus: recentius cuſi, *ad mortalitatem ſui.* Pal. & Edd. Vett. *ad utilitatem*, proxime vero. GRUTER. Etiam noſtri recentiores MSS. *ad utilitatem ſui*, nullus *mortalitatem*, quod plane abſurdum. Optimus *vilitatem*, idque ut veriſſimum eſt, ita non ſatis capiunt interpretes. *Vilitas ſui* eſt, quando homines nec ſe, nec vitam ſuam, ut aequum erat, aeſtimant, lucisque pertaeſi commoda vitae nec ſentiunt, nec agnoſcunt: quod iis accidere neceſſe eſt, qui vanis & caducis laboribus ſeſe fatigant, neque anima fruuntur, ut illi, qui remittuntur & quieſcunt. Seneca Epiſt. CXXII. *In nullo deprehendes* vilitatem ſui, *ne negligentiam quidem.* plura ad Lucani Lib. IV. vs. 276.

En ſibi vilis adeſt, inviſa luce, juventus.

CORTE.

5. *Si diſſenties tu: quamquam non* diſſenties.] Mediceus, Helmſt. Arnz. *ſi diſſenties, ut qui ſemper*, cet. mediis omiſſis. Voſſ. *ſi diſſenties tu, ut qui ſemper.*

6. Praeclarum *aliquid.*] Mediceus, Voſſ. Helmſt. Arnz. cum Aldo: *clarum aliquid*, quod optime cum immortali conjungitur, licet vulgo non putaverint. Criſpus Cat. cap. I. n. 4. *Virtus* clara, *aeternaque habetur.* Hoc etiam propter ea, quae ſupra de fama & gloria dixit, praeferri meretur. CORTE.

7. *Meditaris*] Voſſ. & Helmſt. *meditetur*; Mediceus, *meditatere*, credo, pro *meditere.*

8. *Accipies.*] Sic Mediceus & omnes ſcripti cum impreſſis tantum non omnibus. Aldus cum adſeclis *accepiſſes.* Deinde Voſſ. Helmſt. & Arnz. deſunt *ſaepe incipere.*

deſinere videatur: [1] nam ſingulis criminibus [2] ſingulae velut cauſae
2 continentur. [3] Poteris ergo undecumque inceperis, ubicumque deſieris, quae deinceps ſequentur, & [4] quaſi incipientia legere, & quaſi cohaerentia: meque [5] in univerſitate longiſſimum, breviſſimum in partibus judicare. *Vale.*

V. C. Plinius Tironi Suo S.

Laetatur humanitate Tironis in ſubditos, & in primis quod reſpectum habeat uniuscujusque ſecundum conditionem.

Egregie facis ([6] inquiro enim) & perſevera, quod juſtitiam tuam provincialibus multa [7] humanitate commendas: cujus praecipua pars eſt honeſtiſſimum quemque complecti, atque ita a minoribus ama-
2 ri, ut ſimul a principibus diligare. Plerique autem dum verentur, ne gratiae

1. *Nam ſingulis criminibus ſingulae velut cauſſae continentur.*] Haec deſiderantur in Optimo.

2. *Singulae velut cauſae.*] Plures enim reos in ea accuſatione fecit. Nam miniſtros, quibus ad turpe miniſterium Caecilius fuerat uſus, condemnandos curavit, & illum multis inſuper criminibus redarguit. Erant igitur ſingulorum accuſationes, quamvis una oratio eſſet, veluti ſingulae cauſae. Catan.

3. *Poteris ergo undecumque inceperis, ubicumque.*] Voſſ. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *Poteris ergo* ut coeperis *ubicumque deſieris, quae deinceps*, cet. Duo etiam *quae*, ante *deinceps*, neſciunt. Optimus: *Poteris ergo undecumque ubicumque* deſinere, *deinceps* quae *ſequentur*. ex qua vetuſtiſſima ſcriptura facerem: *Poteris ergo undecumque* incipere, *ubicumque* deſinere: *deinceps*, quae *ſequentur*, & *quaſi incipientia legere*, & *quaſi cohaerentia.* Sic optime haec reddit ſuperioribus: *ut ſaepe incipere, ſaepe deſinere videatur.* Niſi forte, quia Aldus *coeperis* habet, malis: *Poteris ergo ubicumque* coeperis, *ubicumque* deſinere: *deinceps quae ſequentur.* Nam illud nimium durumque foret, ſi tantum ſervares: *Poteris ergo ubicumque deſinere: deinceps quae ſequentur* cet. *Incipientia* vocat, ſi per ſe & in partibus conſiderentur: *cohaerentia* ſi ad ſuperiora & univerſitatem referantur. Corte.

4 *Quaſi incipientia.*] Tanquam ſi cauſa ibi inciperet. Fere idem facit Marcus Tullius in Verrem, ubi multa complexus crimina, dum ad aliud tranſit finiri cauſa videtur. Catan.

5. *In univerſitate.*] Lib. I. Epiſt. VIII. *Memini quidem te jam quaedam annotaſſe, ſed generaliter. Ideo nunc rogo, ut non tantum* univerſitati *ejus attendas; verum etiam particulas qua ſoles lima perſequaris.* Et Lib. III. Epiſt. XV. *Jam nunc de* univerſitate *pronuntio; de partibus experiar legendo.* Buchner. Mediceus: *me* quoque *in univerſitate longiſſimum* cet.

6. *Inquiro enim.*] Interrogo qui iſtinc veniunt, quomodo te in Proconſulatu geras. Sunt autem interpoſita ea, Graeci διάμεσον vocant. Catan. *Et perſevero.*] Legitur etiam *& perſevera:* unde emendabat Lectius *& per ſe vera.* Casaubon. *Inquiro enim & perſevero.*] Subaudi, inquirere In quibusdam *perſevera* fuit. Ex quo Jacobus Lectius, ut Caſaubonus auctor eſt, non abſurde ſane, *per ſe vera*, conjiciebat. ſed nihil mutandum. Buchner. MS. noſter *& perſevera*, extra Parentheſin; quod rectius eſt. Barth. Vulgo nempe placebat Parentheſis: *inquiro enim & perſevero*, quae nullius apti ſunt ſenſus. Mediceus, Voſſ. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *& perſevera*, quod minime eſt tentandum. Cohaerent enim: *Egregie facis*, & perſevera, *quod juſtitiam*, cet. Hujusmodi interpoſitiones Secundo non ſunt infrequentes, & reperiuntur etiam apud alios. Vide ad Lucani Lib. II vs. 734. Helmſt. inquire *enim & perſevera.* corrupte.

7. *Humanitate commendas.*] Commendatiorem facis. Per ſe laudabilis juſtitia, ſed magis cum humanitas accedit. Buchner.

1;. *Imr*

gratiae potentium nimium [1] impertire videantur, [2] ſiniſteritatis, atque etiam malignitatis famam conſequuntur. A quo vitio tu longe receſ- 3
ſiſti, ſcio: ſed temperare mihi non poſſum, quo minus laudem, ſimilis monenti, quod eum modum tenes, ut diſcrimina ordinum dignitatumque cuſtodias: quae ſi [3] confuſa, turbata, permiſta ſunt, nihil eſt [4] ipſa aequalitate inaequalius. *Vale.*

VI. C. PLINIUS CALVISIO SUO S.

Circenſes tanquam rem inanem, & nullius voluptatis notabiliter damnat, quibus ſcribit ſe ſemper vacaſſe literarum ſtudio.

OMne hoc tempus inter pugillares ac libellos [5] jucundiſſima quiete transmiſi. *Quemadmodum*, inquis, *in urbe potuiſti?* [6] Circenſes erant

1. *Impertiri.*] Indulgere, & adhaerere potentibus, facere aliquid in eorum gratiam. CATAN. Voſſ. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *dum verentur, ut gratiae potentium impertiri videantur*, omiſſa Particula *nimium*. Conſervat eam Optimus, qui etiam *ne* pro *ut*, & *impertire*, pro *impertiri*, praeſtat. De confuſione τῶν *ut* ac *ne* poſt Verbum *vereor*, dictum ad Lib. I. Epiſt. IX. n. 17. *Impertire* habemus Lib. IV. Epiſt. XXIII. n. 3. *Nam & prima vitae tempora & media patriae, extrema nobis impertire debemus.* ubi vide. *Gratiae impertire* uno verbo *gratificari* dixit Salluſtius & alii

2. *Siniſteritatis atque etiam malignitatis.*] *Siniſteritas* ex Graeco Σκαιότης: quam σκαιοσύνην Sophocles dixit: quae eſt vivendi imperitia, ſive ἀγροικία ſeu ruſticitas. Ex qua ὁ σκαιὸς τοὺς τρόπους Graecis, homo ſcaevis & moleſtis moribus dicitur, der ſich in niemand ſchicken kan und iederman verdrüßlich iſt.

Truculentus, & ſilveſter, & vitae inſcius.

ut Seneca Hippolyto deſcribit, Ariſtophanes Nebulis Strepſiaden σκαιὸν vocat. Ubi Scholiaſtes; Σκαιοὺς τοὺς ἀμαθεῖς, καὶ δυσπαρακολουθήτους ἔλεγον, ἢ τοὺς μώρους; *Scaevos, imperitos & perplexos dicit, ſive ſtultos.* Vet. Gloſſ. Σκαιὸς, *Scaevus, Oportunus.* Lege, *Importunus.* Aliae Gloſſae Latino-Graecae: *Importuna* σκαιά. Nam *importunus* eſt, qui neque loci, neque temporis, ut Donatus ad Terentium explicat, quin nec perſonae rationem habet. unde & in iiſdem Gloſſis non ἄκαιρος tantum; ſed & ἀνεπιτήδειος interpretatur, hoc eſt incommodus & ineptus: nam ἐπιτήδειος contra *commodus, aptus, accommodus* in Graeco-Latino Gloſſario explicatur. BUCHNER. Adde notam ad Lib. VI. Epiſt. XVII. n. 3. *quae pigritia, arrogantia*, ſiniſteritas *ac potius amentia.* Hic vides *ſiniſteritatem* proprie de illo dici, qui paullo malignior eſt in alium. Sic Lib. VII. Epiſt XXVIII. n. 3. *Igitur ad alios hanc* ſiniſtram *diligentiam conferant, qui carpere amicos ſuos judicium vocant.* Lib. I. Epiſt. IX. n. 5. *Nemo apud me quemquam* ſiniſtris *ſermonibus carpit.*

3. *Confuſa.*] Ut omnes pari lance provinciales tractes, nulla habita perſonarum ratione. CATAN. Mediceus & omnes ſcripti cum Ed. Vet. *permixta ſunt*, non *ſint*, quod in vulgatis haeret. Geminum vitium notavimus ad Lib. V. Epiſt XIII. n. 1. Recentiores MSS. & Ed. Vet. omittunt *turbata*, ſcribuntque: *quae ſi confuſa & permixta ſunt.*

4. *Ipſa aequalitate inaequalius.*] Iniquius, injuſtius. *Aequalitatem* vocat, ſi nullo diſcrimine provinciales habeat, & pertica una, ut Noſter alibi loquitur, tractet omnes. BUCHNER Similiter Lib. II. Epiſt. XII. n 5. *Nec aliud in publico conſilio poteſt fieri, in quo nihil eſt tam* inaequale, *quam* aequalitas *ipſa.*

5 Jucundiſſima *quiete.*] Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. jucundum *quiete*

6. *Circenſes.*] Ludi ſic dicti vel a *circuitu*, quod metas circuibant, vel quod, ubi poſtea metae fuerant. olim gladii ponebantur quos *circuibant*, ab enſibus *Circenſes* appellati, quaſi *circumenſes* Vocati etiam *Megaleſia*, quia fierent in honorem matris deum, quam Graeci μεγάλην dicunt. Legimus apud Livium, Brutum aedem matris deum in Palatio dedicaſſe, & ludos ob eandem dedicationem

 factos,

erant, [1] quo genere ſpectaculi ne leviſſime quidem teneor. Nihil novum,
2 nihil varium, nihil quod non ſemel ſpectaſſe ſufficiat. Quo magis miror [2] tot millia virorum tam pueriliter [3] identidem cupere currentes equos, inſiſtentes curribus homines videre. Si tamen aut velocitate equorum, aut hominum [4] arte traherentur, eſſet ratio nonnulla. Nunc [5] favent panno,

[1] pannum

factos, *Megaleſia* nuncupaſſe. Alii ludos magnos dictos tradidere, quod impenſa magna celebrarentur. Nam *Circenſium* pompa deorum ſimulacra ferebantur, victoriae tres locabantur, & miſſi XXV. exhibebantur: quorum ultimus aerarius dicebatur, a collatione populi: interdum inter quinos miſſos venationes dabant. Gellius ex auctoritate Varronis ſcripſit curricula ludorum *Circenſium* ſolennia VII. fuiſſe. Servius notat Virgilium dixiſſe, *Circenſes*, ſine adjectione ludorum, ſed ejus ſententiae veterum auctoritas refragatur. CATAN.

1. *Quo genere ſpectaculi ne leviſſime quidem teneor.*] Bene: ut homo πολιτικὸς & ſapiens. Illis enim quae delectatio ac voluptas inde naſci poſſit? Plebem, plebejosque, aut pueros teneant. Cicero Lib. II. de Officiis cum de ſpectaculorum ſeu munerum editionibus diſputat, & utrum in iis verae magnificentiae laus debeat poni, *Bene*, inquit, *etiam colligitur, haec pueris, & mulierculis, & ſervis, & ſervorum ſimillimis grata eſſe: gravi vero homini, & ea quae fiunt judicio ponderanti, probari poſſe nullo modo.* Lege ejusdem Epiſt. I. Lib. VII. ad Familiares. Antoninus Philoſophus, Imperator, ſpectaculis abſtinuit, ut ipſe teſtatur Lib. I. de vita ſua. Caeſar celebravit quidem, ſed non magnifecit. nam dum alii ſpectarent, ipſe inter ludos Epiſtolis libellisque legendis vacabat, quo tamen reprehenſus a vulgo, quod haec inania magnifacere ſolet, de quo Sueton. Auguſto cap. XLV. Sed optima ratio eſt neque appetere talia, nec fugere prorſus: ne triſtes & ſtupidi, aut plane diſſidere publicis moribus videamur. Nam habet hic quoque ſapiens quas agat partes: quibus ſi probe fungitur, recte interfuiſſe exiſtimandus eſt. Vide Epicteti Enchiridion cap. XLIX. & Senec. Epiſt. XVIII. cui & V. & VII. adde. BUCHNER.

2. *Tot millia virorum.*] Nam Roma Circenſibus plurimum oblectabatur, quod ſaepe Juvenalis teſtatur, ut Satyra III. XI. & alibi. CATAN.

3. *Identidem* cupere. *Currentes equos.*] Inepta diſtinctio, quam alii dudum deſeruerunt. Sed Voſſ. Arnz. & Ed. Vet. verbum *cupere* omittunt, quod Gryphius etiam & Aldus fecit, ſcribuntque: *identidem currentis equos, inſiſtentis curribus homines videre.* Optimus tamen *cupere* inmittit, & ſi conſideres, quod auctor de deſiderio & delectatione potiſſimum loquatur, bene hoc verbum exprimitur. Salluſt. Jug. cap. LVII. n. 4. *alii ſuccedere, ac murum modo ſubfodere, modo ſcalis adgredi: cupere praelium in manibus facere.* ubi fere ſimilis varietas.

4. *Arte traherentur.*] Delectarentur. Similiter *ſequi* dicimur, quae appetimus explendi deſiderii noſtri cauſa. De quo ſupra. Sequimur enim quae trahunt, aut ducunt. BUCHNER. Sic *Trahit ſua quemque voluptas.* Ovidius VIII. Metam. vs. 184.

——— tractusque *ſoli natalis amore.*

Supra Particulam *aut*, ante *velocitate*, omittunt recentiores MSS. & Ed. Vet. non autem Mediceus.

5. *Favent panno, pannum amant.*] Favent non equorum virtuti, aut arti regentium, ſed colori *panni* tantum, quo alio alioque aurigantium factiones diſtinguebantur. quae quatuor erant, pro quatuor horis anni, quas referebant colore. Nam totum hoc genus ludicri dicatum Soli erat anni duci. Ita *viridi* panno veſtita factio (quae inde & *Praſina* dicta) veri; *Veneta*, ſive *caerulei* coloris panno ornata, hiemi; *Ruſſea* (a *rubro* colore ſic dicta) aeſtati; & *Alba* hiemi reſpondebat. *Favere* proprium Circi & theatri verbum eſt. quod eſt non ſolo affectu bene velle alicui, ſed voce geſtuque etiam ſtudium ſuum ſignificare: ἐπιβοᾷν, applaudere & acclamare. Horatius Lib III Od. XXIV: *Quo clamor vocat & turba* faventium. Virgil. Lib. V. Aeneid. vs. 148.

——— *ſtudiisque* faventum
Conſonat omne nemus.

Ovidius de in ſtadio currente:

Adjiciunt animos juveni clamorque favorque
Verbaque dicentum.

Et hunc *faverem* plauſu & acclamatione comprehendi etiam Corippus teſtatur cum de gallis ita ſcribit:

Ex-

[1] pannum amant: [2] & ſi in ipſo curſu, medioque certamine, hic color illuc, ille huc transferatur; ſtudium favorque [3] transibit, & repente agitatores illos, equos illos, quos procul noſcitant, [4] quorum clamitant nomina [5] relinquent. Tanta gratia, tanta auctoritas in una viliſſima tunica. [6] Mitto apud vulgus, quod vilius tunica; ſed apud quos- 3
dam

Exactam noctem primi ſenſere volucres,
Et laetum cecinere diem, clarumque dedere
Plauſibus aſſiduis & acuta voce favorem.

Buchner. Adde his notam ad Lucani Lib. VII. vs. 13.

Qualis erat populi facies, clamore faventum.

& ſupra Lib. VI. Epiſt. V. n. 5.

1. *Pannum amat.*] Ut agitatorum, ſic ſpectatorum ipſorum quoque factiones erant. cum *Praſinis* alii, alii *Venetis* (hae duae enim maxime vigebant, ac regnabant quaſi) ſtuderent, tam impotenter, ut ſaepe favor iſte, ſeu amor in furorem abiret. In principibus maxime, qui injuriam ſibi fieri, & vindicandum ulciſcendumque ſibi ſtatuebant, ſi quis ſecus de factione, cui favebant, exiſtimaret, aut *adverſus ſtudium ſuum*, ut Suetonius loquitur, *faveret:* quem vide Caligula cap. XXX. & Vitellio cap. XIV. Nec alia origine, quam iſto inſano aurigatorum ſtudio, ſeditio illa atrociſſima ſub Juſtiniano Conſtantinopoli cepit, in qua XXX. hominum millia caeſa fuerunt, ut Procopius auctor eſt, quem vide Lib. I. Bell. Perſic. & Evagrium Lib. IV. Hiſtor. cap. XIII. & cap XXXI. Buchner. Lege Budaeum ad Pandect. pag. 372. Barth. Aurigatores nempe colore panni in factiones dividebantur, ut ſupra clarius monuit Buchnerus, & olim docuit Ph. Beroaldus Adnotat. cap. XCII. Adde interpretes Juvenalis Sat. XI. vs. 195. ſq. alios.

2. *Et ſi in ipſo curſu.*] Aldus Conjunctionem *ſi* omiſit, quam tenent omnes ſcripti. Voſſ. Helmſt. & Ed. Vet. *non mediocri certamine*, pro *medioque:* quo & abit Arnz. *in ipſo curſum mediocri certamine.*

3. *Transibit.*] Ad illos agitatores, in quos translatus fuerit pannus, cui favent. Perinde ac ſi diceret, nulla ducuntur ratione, ut alteri partium magis faveant: ſed quocumque transierit color ille, transibit & ſpectatorum ſtudium maxime, ubi viderint favorem principis inclinare, ut ad praſinum colorem. Juvenalis, hoc ſtudium damnans, inquit:

Inter Megaleſiaca ſpectacula mappae,
Idaeum ſolenne colunt, ſimilisque triumpho
Praedo caballorum praetor ſedet, at mihi pace
Immenſae nimiaeque licet ſi dicere plebis,
Totam hodie Romam Circus capit, & fragor aurem
Percutit, &c.

Catan. Aldus corrupte *transivit.* Aeque abſolute verbo uſus eſt Lucanus Lib. VII. vs. 647.

Jam Magnus tranſiſſe *deos, Romanaque fata.*
Senſerat infelix.

nempe in partes Caeſaris. Diſtinctionem in ſequentibus: *agitatores illos, equos illos*, ut ſenſus poſtulabat, conſtitui: quod antea fecerat Gryphius & alii. Modio Novant Epiſt. XII. ex ſuis Codd. placebat: *repente agitatores* illos, illos *equos, quos procul noſc.*

4. *Quorum clamitant nomina.*] Ea nempe veſania quoque tenuit, ut equos Circenſes, non tantum nominibus inſignirent, quibus dignoſcerentur, verum & ſtemmata eorum recenſerent, de quo Juſtus Lipſius Centuria III. Epiſt XXVI. Buchner.

5. *Relinquent.*] Helmſt. *relinquet*, ſcilicet quia praecedebat *transibit.* Mediceus & Arnz. *relinquunt*, quod non diſplicet, quia hoc etiam ſenſu prius eſt, quam *transibit.* Vide talia ad Lucan. Lib. II. vs. 259.

Accipiunt *alios*, facient *te bella nocentem.*

ut ex membranis emendavimus adde Lib. VIII. vs. 371, & de conjunctis illis diverſis Numeris ad Lib. III. vs. 690.

——— ——— *nec* ceſſat *naufraga* virtus,
Tela legunt *dejecta mari, ratibusque* miniſtrant.

6. *Mitto apud vulgus.*] Taceo quod tanta gratia & auctoritas ſit in una viliſſima tunica apud vulgus. Catan. Ex veterrimis membranis eſt: *quod vilius tunica*, cum vulgo adpendant *eſt*, contra morem Secundi. Omittit etiam Arnz. At in Helmſt. & Ed. Vet. legitur: *quod vilius* tunicas & *apud quosdam.*

dam graves homines: quos ego cum recordor in re inani, frigida, [1] aſſidua, tam inſatiabiliter deſidere, capio aliquam voluptatem, quod
4 hac voluptate [2] non capior. Ac per hos dies libentiſſime otium meum [3] in litteris colloco, quos alii otioſiſſimis occupationibus perdunt. *Vale.*

VII. C. Plinius Romano Suo S.

Ante oculos ponit Romano per epiſtolam duas villas, quas juxta Larium tenebat: quarum alteram, quod eſſet humili loco, vocat comoediam: alteram, quod in colle edito, tragoediam appellat.

AEdificare te ſcribis, bene eſt: [4] inveni patrocinium. Aedifico enim jam [5] ratione, quia tecum. Nam hoc quoque non diſſimi-
2 le, quod ad mare tu, ego ad Larium lacum. Hujus in littore plures [6] villae meae: ſed duae, ut maxime delectant, ita [7] exercent. Altera impoſita

1. *Aſſidua.*] Nam per multos dies fiebant Circenſes: ex quibus unus erat Cereri & Libero, ſi Tacito credimus. CATAN. *Adſidua*, i. frequenti, quae ſaepius occurrit. Eo enim retulit ſupra: *Nihil* novum, *nihil quod non* ſemel *ſpectaſſe ſufficiat.* item: *tam pueriliter* identidem *cupere.*

2. Non *capiar.*] Negatio Helmſt. deeſt. Optimus *non capior*: nihil deterius, ſi non melius. Vide ſupra ad Lib. II. Epiſt. X. n. 3. & ad Lib. VII. Epiſt. XI. n. 1. Mox Mediceus & Arnz. *Ac per* hoc *dies.* male. Melius idem Mediceus *meum* omittit: *otium in litteris colloco.*

3. *In literis colloco.*] *Quis tandem me reprehendat, aut quis mihi jure ſuccenſeat? Si quantum ceteris ad ſuas res obeundas, quantum ad feſtos dies ludorum celebrandos: quantum ad alias voluptates, & ad ipſam requiem animi & corporis conceditur temporum, quantum alii tribuunt intempeſtivis conviviis: quantum denique aleae, quantum pilae: tantum mihi egomet ad* haec ſtudia recolenda ſumpſero. Cicero pro Archia. CATAN.

4. *Inveni patrocinium.*] Poſſum me defendere exemplo tuo. Nam nimia aedificandi cupiditas non caret reprehenſione. IDEM. Principio Optimus: *Aedificare* ut *ſcribis*, de quo errore ad Lib. VIII. diximus.

5. *Ratione*] Non ſine ratione, ſive prudenter. Nam ſextus caſus loco adverbii ſaepe ponitur. Juvenalis Sat. X.

—— *quid enim* ratione *timemus.*

Dionyſ. Cato in Diſtichis:

Proximus ille Deo qui ſcit ratione *tacere.*

BUCHNER. Recte Buchnerus. Sic *conſilio*, *ſpe*, *faſtidio*, *ordine*, *cumulis*, *catervis* & plura ab auctoribus adhiberi, alibi obſervavimus. Zeno Veronenſis Serm. de Pudicitia: *Dum ſemper exaeſtuans libidinis turpitudo aut* veritate, *aut* imagine *perpetratur. Ratione* apud Tullium frequens eſt, ut Lib. I. de Finib. cap. IX. *Sed ut* ratione *& via procedat oratio*, pro quo Lib. IV. cap. IV. *ſuperiores autem* artificio & via *tradiderunt.* Noſter Lib. IV. Epiſt. XV. princ. *Si quid omnino, hoc certe* judicio *facio, quod Aſinium Rufum ſingulariter amo.* Mox recentiores ſcripti & Ed. Vet. *Nam* omittunt.

6. *Villae meae.*] Lege, *Plures villae me, ſed &c,* CASAUBON. Nihil mutant libri veteres, niſi quod, tranſpoſitis duabus vocibus, Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *plures* meae *villae.* Nec admittere poſſum Caſauboni conjecturam, cum auctor millies Verbum Subſtantivum reticere ſoleat Nam hoc abs tali ingenio ſuſpicari nequeo, eo ad conjecturam illam deveniſſe, quia *delectant* & *exercent* ſine Provocabulo *me* ponuntur. Hoc enim ſaepiſſime, ſingulatim autem poſt praecedens *meus*, exaudiri multis ad Criſpum noſtrum demonſtravimus. Vide, ni grave eſt, ad Cat. cap. XX. extr. cap. LVIII. n. 18. Jug. cap. XXIV. n. 4. cap. LXXXV. n. 27. Inviſum enim eſt, talibus immorari.

7. *Exercent.*] Occupatum tenent in aedificando. CATAN. Symmachus Lib. II. Epiſt. LXIII. Exercet

impoſita ſaxis [1] more Bajano lacum proſpicit: altera aeque more Bajano lacum tangit. Itaque illam [2] tragoediam, hanc, appellare comoediam 3
ſoleo: illam, quod, quaſi [3] cothurnis; hanc, quod quaſi [4] ſocculis ſuſtinentur. Sua utrique amoenitas, [5] & utraque poſſidenti ipſa diverſitate jucundior. Haec lacu propius, [6] illa latius utitur: haec [7] unum 4
ſinum molli curvamine amplectitur, illa [8] editiſſimo dorſo duos dirimit:

[1] illic

cet. *me quidem votivis & felicibus negotiis praeparatio conſulatus.* Adde Feſtum V. *exercitus*, ubi *homo multis negotiis exercitus*, & noſtra ad Salluſt. Cat. cap. XI. n. 1.

1. *More Bajano.*] More illarum villarum, quae in Bajani ſinus litore ſurgunt. Alterum autem litus collibus tumebat, de quo hoc loco intelligit; alterum aequa jacebat planitie, de quo mox cum ait: *altera aeque more* Bajano *lacum tangit.* Buchner. Helmſt. bis *in ore Baitano*; Arnz. *more Baitano.* In Mediceo a verbo *proſpicit* usque ad *tangit* omnia deſiderantur. Voſſ. Helmſt. Arnz. *neque more*, pro *aeque.*

2. *Tragoediam.*] Quia erat in edito dorſo ſita. ſtilus enim tragicus inſurgit altior. *Comoediam.*] Humilem, depreſſam, cum ſtilus comoediae ſimilis ſit quotidiano ſermoni, & de medio petitus populo. Catan.

3. *Cothurnis*] Si Servio credimus, *cothurnus* eſt genus calciamenti utrique aptum pedi, cui ſententiae concedit Suidas, addens tam mulieribus, quam viris convenire, & ante eum Xenophon poſt Thucyd. refert Theramenem cognominatum *Cothurnum*, quod modo iſti, modo illi adhaereret. Eo tragoedi agendis tragoediis utebantur: *ſocco* autem comoedi actitandis comoediis. Inde utrumque translative, pro ſuo poemate uſurpatur. Idem. Sidonius Carm. XVIII.

Aemula Bajano tolluntur culmina cono,
Parque cothurnato vertice fulget opus.

Barth, Quatuor voces: *cothurnis*, *hanc quod quaſi* in Mediceo non comparent.

4. *Socculis*] Minoribus calciamentis: *Amores*, inquit Plin. *calciarunt* ſoccos. Et alibi: *Ne crepidarum tantum obſtragulis*, *ſed totis* ſocculis *addunt.* Catan.

5. *Et utramque &c.*] Arbitror omiſſam eſſe vocem unam, ac legendum, *& utraque* utramque *poſſidenti*, *ipſa diverſitate jucundior.* Casaub. Vidit aliquid Caſaubonus; ſed longe certior medicina membranarum Primariarum, in quibus legitur: *&* utraque *poſſidenti ipſa diverſitate jucundior.* Quia villae adeo diverſae inter ſe ſunt, eo ipſo utraque earum poſſidenti jucundior eſt. Helmſt. corrupte *utrimque* Voſſ. & Arnz. *poſſidentis.*

6. *Illa latius utitur.*] Id eſt, latius circum proſpicit lacum. Buchner.

7. *Unum ſinum.*] Quem efficit lacus juxta villam. Nam eum tota ambibat, & continebat. Catan.

8. *Editiſſimo dorſo.*] In montibus *dorſum* Latinis dicitur, quam ὑπώρειαν Graeci vocant, latus illud, quo aſcenditur mons. Suetonius Caeſare cap. XLIV. *Deſtinabat ſiccare Pomtinas paludes: emittere Fucinum lacum: viam munire a ſupero per Apennini* dorſum *ad Tiberim usque.* Q. Curtius. Lib. III. *Perpetuo jugo montis aſperi Cilicia includitur: quod cum a mari ſurgat, velut ſinu quodam flexuque curvatum, rurſus altero cornu in diverſum littus excurrit. Per hoc dorſum, qua maxime introrſum mari cedit, aſperi tres aditus & peranguſti ſunt.* Buchner. Non latus montis *dorſum* dicitur, quod foret abſurdum; ſed ſummum jugum montis extenſum & procurrens. Lucanus Lib. II. vs. 428. de Apennino:

Longior educto qua ſurgit in aera dorſo.

Tacitus IV. Ann. cap. XLVII. *Mox caſtris in loco communitis, valida manu montem occupat, anguſtum & aequali* dorſo *continuum.* Scriptura ipſa in libris valde variat: Optimus tamen vulgatam adſerit. Voſſ. *illam duriſſima dorſa deripiunt*, quod fere Gryphius expreſſit; Helmſt. *illa ditiſſimo dorſo diripit*; Arnz. *illa ditiſſimo dorſo duos diripit*; Ed. Vet. *illa ditiſſimo dorſo diripiunt.* Fruſtra omnes. *Dirimit*, ut Lib. VI. Epiſt. XVI. n. 11. *Stabiis erat*, diremtus *ſinu medio.* Priſcianus Perieg. vs. 657.

Europen fluvio dirimens *Aſiamque reflexo.*

Plura ad Lucan. Lib. X. vs. 312.

Qua dirimunt *Arabum populis Aegyptia rura*
Regni clauſtra Philae. Mox te deſerta ſecantem,
Qua dirimunt *noſtrum rubro commercia ponto.*

Mmmm 1. *Illic*

[1] illic recta geſtatio longo limite ſuper littus extenditur, [2] hic ſpatioſiſſimo xyſto leviter inflectitur: illa [3] fluctus non ſentit, haec frangit: ex

1. *Illic recta geſtatio.*] Tuendae valetudini veteres, quibus certa vitae ratio conſtabat, ambulare quoque dimenſa ſpatia, item geſtari etiam quotidie ſolebant, de quo utroque genere plura antiqui Medici, & ex recentioribus Hieronymus Mercurialis Gymnaſticae libris; ut & alii auctores, qui paſſim meminere. Noſter ſupra de Spurinna Lib. III. Epiſt. I. *Hora ſecunda calceos poſcit*, ambulat *millia paſſuum tria.* Et rurſus: *mox* vehiculum *aſcendit: peractis ſeptem millibus paſſuum*, *iterum* ambulat *mille: iterum reſidet.* Quod de *vehiculo* dicit, ad geſtationem pertinet, quae vehiculo peragebatur, quamquam & equo. Noſter infra Epiſt. XXXVI. hujus libri. *Si diu jacui, vel* ambulavi, *poſt ſomnum demum lectionemque, non* vehiculo, *ſed, quod brevius, quia velocius*, equo *geſtor.* Obibant autem haec modo ſub tecto in porticu, aut cryptoporticu; modo ſub dio, quod magis probant Medici, certis locis iis rebus delectis adornatisque; in hortis maxime, aut circa hortos, ut voluptate commendaretur utilitas. Noſter ſupra Lib. II. Epiſt. XVII. *Triclinium quod* hortum *& geſtationem videt, &c.* Paulo poſt: *Ante meridiem xyſtum; poſt meridiem*, geſtationes hortique *proximam partem umbra ſua temperat.* Et Lib. V. Epiſt. VI. *Acanthus in plano mollis, & pene dixerim liquidus. Ambit hunc* ambulatio *preſſis varieque tonſis viridibus. Incluſa ab his* geſtatio *in modum circi, quae buxum multiformem &c.* GESTATIONIS IN POMARIO mentio fit in veteri lapide apud Gruterum pag. CCI. Sed notent tyrones ipſa loca geſtationibus & ambulationibus deſtinata, *geſtationes* & *ambulationes* appellari: ſic, ut *coenationem* Noſter aliquot locis dixit, *ubi coenatur.* Similiter *lavatio* dicitur vas aquarium, quod lotioni ſervit. Phoedrus Fab. LXIII.

> *Seponit moechae veſtem, mundum muliebrem,*
> Lavationem *argenteam, eunuchos glabros.*

Sic Ulpianus L. XXV. § 10. D. de auro & arg. leg. in mundo muliebri & *lavationem* ac *riſcum* recenſet: quem locum fruſtra de mendo ſuſpectum habuit conſultiſſimus harum literarum Turnebus Lib. XXVIII. Adverſ. cap. XXIII. *Recta geſtatio*, quae directo limite extenditur: nam & geſtationes fuere *in circi modum*, hoc eſt, orbiculares, qualem Noſter in Tuſculano habuit. Vetus Inſcript. apud Grut. pag. CCI.

GESTATIO
CIRCINI EXTERIOR
A DIETA APOLLINIS
AD DIETAM EANDEM
IN CIRCUITU P. ∞ CC.
LXXVII. EFF. VIII. M. P. II. ET CCXV.
C. CLVII. P. M. XII. ET P. XVIII.
GESTAT. INTERIOR A DIETA
EAND. IN CIRCUIT. P. ∞ EFF. V.
P. E. LX. M. P. XIII.

BUCHNER. De *Geſtatione* vide etiam ad Lib. I. Epiſt. III. n. 1. Voſſ. *illic retia, venatio, hic geſtatio longa fuſte ſuper l. extenditur*, quae fere omnia iterum expreſſit Gryphius. Helmſt. *illic retro geſtatio*; Arnz. *ille retia geſtatio longa mite ſuper l. e.* Ed. Vet. *illic retia geſtatio. Limite* eſt tractu, via, ut apud Lucanum *recto limite*, & alia. Vide ad Lib. IV. vs. 640.

2. *Hic ſpatioſiſſimo xyſto.*] Ξυστὸς Graecis Porticus eſt: ubi exercebantur per hiemem athletae: Latinis *Xyſti* & *Xyſta*, hypaethrae ſive ſubdivales ambulationes vocantur, ante porticus factae, arena ſeu terra raſa aequataque, unde & nomen eſt, ſtratae; ceterum viridibus, arboribus, floribus, ornatae ac expolitae. Vitruvius Lib. V. cap. XI. *Haec autem porticus* ξυστὸς *Graecis vocitatur: quod athletae per hiberna tempora in tectis ſtadiis exercentur.* Et Lib. IV. cap. V. *Noſtri autem hypaethras ambulationes* Xyſtos *appellant, quas Graeci* περιδρομίδας *dicunt.* Huc pertinet & alius ejusdem auctoris locus Lib. V. cap. IX. *Media vero ſpatia, quae erunt ſub divo inter porticus, adornanda viridibus videntur, &c.* Noſter ſupra Lib. II. Epiſt. IX. *Ante cryptoporticum* Xyſtus *violis odoratus* Et Lib. V. Epiſt. VI. *Ante porticum* Xyſtus *conciſus in plurimas ſpecies diſtinctusque buxo.* Ex quibus locis ſatis manifeſta evadunt, quae ante de *Xyſtis* allata a nobis. Patet hoc quoque, indifferenter & *Xyſtos* & *Xyſta* has ambulationes Latinos dixiſſe, contra quam viri doctiſſimi exiſtimarunt. BUCHNER. Vide ſupra ad Lib. II. Epiſt. XVII n. 17. In recentioribus MSS. haec omnia aut omittuntur, aut depravata exhibentur.

3. *Fluctus non ſentit.*] Quia procul a lacu. *Frangit.*] Repellit. CATAN. Vide ad Lucan. Lib. VI. vs. 266.

> Frangentem fluctus *ſcopulum ferit.*

Quod ſequitur verbum *deſpicere*, id illuſtravimus ad ejusdem Lucan. Lib. V. vs. 251.

1. *Ha-*

ex illa poſſis deſpicere piſcantes, ex hac ipſe piſcari, [1] hamumque de cubiculo, ac pene etiam de lectulo, ut e navicula jacere. [2] Hae mihi cauſae utrique, quae deſunt, adſtruendi, ob ea, quae ſuperſunt. [3] Sed quid ego rationem tibi, [4] apud quem pro ratione erit, idem facere? *Vale.*

VIII. C. Plinius Augurino Suo S.

Timet laudare Augurinum ut ſuſpectus, quod ab eo laudatus eſſet, & tamen laudat.

SI laudatus a te, laudare te coepero, vereor ne non tam proferre judicium meum, quam referre gratiam videar. Sed licet videar, omnia ſcripta tua pulcherrima exiſtimo, maxime tamen [4] illa, quae de nobis.

1. *Hamumque de cubiculo, ac paene etiam de lectulo.*] Sic Mediceus & duo alii ſcripti, ſic Gryphius & plures impreſſi. Aldus & nonnulli: *hamumque e cubiculo, ac paene etiam lectulo.* Lucanus Lib. III. vs. 570.

> ——— *ſtat quisque ſuae* de *robore puppis*
> *Pronus in adverſos ictus.*

vs. 610.

> *Auſus Romanae Graja* de *puppe carinae*
> *Injectare manum.*

atque ita ille ſaepius, ut & alii. Vide quaedam ad Lib. III. vs. 88. ubi etiam Tertullian. laudamus advers. Jud. cap. IX. *Nec* ex *equo, vel* de *muro, ſed* de *nutricis & gerulae ſuae dorſo ſive collo hoſtem deſtinaturus.* ubi vides *ex* & *de* conjuncta, plane, ut eadem jungit Lucan. Lib. V. vs. 638. adde ad Salluſt. Jug. cap. XXXI. n. 19. Mediceus: *ut e naucula*, pro *navicula*. Corte.

2. *Hae mihi cauſae utrique, quae deſunt, adſtruendi.*] His cauſſis adducor, ut, quae utrique villae deſunt, adſtruere, ſive adjicere velim. Nam ſi conditionem & ſitum utriusque ſpectes, ſuperſunt non paucae partes, quas in magnas utilitates convertere poſſim, ſi ibi, quae deſunt, aedificem ſive adſtruam. Buchner. Illud *ob ea* non intelligo. Si enim *ob ea*, quomodo poteſt praecedere: *Hae mihi cauſſae?* Quae adſtruuntur propter ea, quae ſuperſunt, non adſtruuntur propter cauſſas alias. Quare ſuſpicor, ſcripſiſſe Noſtrum *ad ea.* Scheffer. Voces *ob ea* etiam Barthio ſuſpectae fuerunt, qui pro iis adſcripſit *obliterare*, quod quale ſit, non facile patebit. Mediceus *utique*, pro *utrique*, ſiſtit, quod rem non expedit: quin potius *utrique* retinendum. Mihi tamen hic nihil contortum, nihil ſuperfluum, ut qui ſciam, ſcriptores ſeſe ita ſaepius explicare ſolere, ut vulgares elegantiae laborare videantur. Cicero I. Tuſc. Quaeſt. cap. XLVIII. *qui ſe in medios immiſit hoſtes, veſte familiari, ne poſſet agnoſci*, ſi eſſet *ornatu regio.* Vides ultima non aliter adjungi, quam apud Noſtrum, *ob ea, quae ſuperſunt.* Idem I. de Finib. cap. VI. quo *nihil turpius Phyſico*, quam *fieri ſine cauſſa quidquam dicere.* adde ſupra Lib. II. Epiſt. XI. n. 23. & potiſſimum ea, quae collegimus ad Salluſt. Jug. cap. LXVI. n. 2. ubi multae hujusmodi explicationes; ut & ad Catil. cap. LIII. extr. Et quidni talia ſubjungere liceat, ſenſu finito, cum Terentius Andr. Act. V. Sc. I. vs. 18. impune dixerit:

> *Ubi ea* cauſſa, quamobrem *haec faciunt, erit ademta, his deſinent.*

Plura alibi. addere interim licebit, quae ad Lucan. IV. vs. 890. notamus. Corte.

3. *Etſi quid ego.*] Haud. aliter Palat. aut Edd. Vett. Poſteriores, *ſed quid ego, &c.* Gruter. Palatino accedunt recentiores noſtri Voſſ. Helmſt. & Arnz. At Veterrimus: Sed *quid ego*, isque centum Palatinis praevalere debet. Lib. III. Epiſt. XIII. n. 5. Sed quid ego *haec doctiſſimo viro?* ubi vide. Ineptius Voſſ. *Etſi quid ego rationem* reddo *tibi?*

4. *Illa*, quae *de nobis.*] Helmſt. & Edd. Vett.

 illa

nobis. [1] Accidit hoc, una eademque de cauſa. [2] Nam & tu, quae de amicis, optime ſcribis; & ego quae de me, ut optima, lego. *Vale.*

IX. C. Plinius Coloni Suo S.

Laudat Colonis fidem, qui poſt mortem afflictim requirebat amicum Quintianum: cujus tanta erat virtus, ut merito hunc honorem mereretur.

UNice probo, quod [3] Pompeii Quintiani morte tam dolenter afficeris, ut amiſſi caritatem deſiderio extendas: non ut plerique, qui tantum [4] viventes amant, ſeu potius amare ſe ſimulant, [5] ac ne ſimulant quidem, niſi quos florentes vident. [6] Nam miſerorum non ſecus,

illa quod nobis; Mediceus & Arnz. *illa de nobis.* non male. *Scripta de nobis* intelligit, & ſic *illa* eleganter praecedens vocabulum infert, ut ſaepiſſime apud Graecos & Latinos.

1. *Accidit.*] Sic Pal. & Vett. Edd. Perperam neotericae, *accedit.* Gruter. *Accedit* etiam Mediceus, & reliqui noſtri MSS. confirmant. *Accedit* nihili eſt.

2. *Nam & tu.*] Ordo eſt, materia, *& tu quae ſcribis de amicis, optime ſcribis,* quia tui amici ſunt: *& ego quae lego de me,* & in laudem noſtri, puto *ut optima.* erat igitur amor cauſa utriusque. Catan. *Nam & tu.*] Iterum hic graſſati ſunt pari petulantia imperiti librarii. Nam & hic repetitas voces praetermiſerunt, quod apud Graecos Latinosque ſcriptores locis pene infinitis obſervavimus. Lege igitur, *Nam & tu, quae de amicis ſcribis, optime ſcribis, & ego, quae de me lego, ut optima lego.* Ita ſcriptum fuiſſe hunc locum ab auctore, pene auſim affirmare; praeſertim, qui ſciam lectiſſimo Lectio καὶ τὰ τοιαῦτα διαιτᾷν ἱκανωτάτῳ, idem in mentem veniſſe. Casaubon. Mirarer vehementer viros doctos, qui locum ita contaminant: *quae de amicis* ſcribis, *optime ſcribis* . . . *quae de me* lego, *ut optima lego*, niſi viderem, in idem vitium eos incidiſſe Lib. VII. Epiſt. XXVII. n. 11. & aliis locis pluribus, ubi paullo exquiſitius Zeugma occurrit. Lib. III. Epiſt. VI. extr. *Neque enim diutius* abeſſe *me eadem haec, quae nondum exire* patiuntur. Ubi fecerant: *abeſſe me* ſinunt *eadem haec.* Pro his, *ut optima lego*, Voſſian. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *ut puto optima lego.* Sed Mediceus: *quae de me*, optima *lego*, i. tanquam optima. Eadem varietas Lib. III. Epiſt. XXI. n. 6. *Meritone eum, qui haec de me ſcripſit, & tunc dimiſi amiciſſime, & nunc* amiciſſimum *defunctum eſſe doleo.* Sic MSS. Vulgo tamen *ut amiciſſimum.* adde Lib. IV. Epiſt. IX. n. 11. Supra perperam Aldus: *quae de amicis* optimis *ſcribis.*

3. *Pompeii Quintiani.*] *Quintianum* Martialis ſuorum carminum facit aſſertorem: *Commendo tibi Quintiane, &c.* Prius fuerat *Afranius Quintianus* conſcius Piſonianae conjurationis: quanquam apud Tacitum corrupte legatur *Quintilianus*; poſtmodum *Appius Quintianus* Apulejo conjunctus amicitia. Catan. Voſſian. *Pompeii Quintiliani.*

4. *Viventes amant.*] Martialis in eundem ſenſum:

> *Qui praeſtat pietate pertinaci*
> *Senſuro bona liberalitatis,*
> *Captet forſitan, aut vicem repoſcat.*
> *At ſi quis dare nomini relicto*
> *Poſt manes tumulumque perſeveret,*
> *Quaerit, quid? niſi parcius dolere.*

Catan.

5. *Ac ne ſimulant* quidem.] Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. omittunt trigam illam: *ac ne ſimulant*, item Voſſ. qui habet: *amare ſe ſimulant & non niſi quos flor.* Aldus, & Gryphius: *niſi* quod *florentes vident.* male. Senſus eſt: ne ſimulant quidem ſe amare ullos, niſi quos florentes vident. adeo libere & manifeſte amicitias non ex re, ſed ex commodo ſuo aeſtimant. Vide Salluſt. Cat. cap. X. n. 5.

6. *Nam miſerorum . . . obliviſcuntur.*] Vellejus Lib. II. cap. LIII. *Quis ullam calamitoſis deberi putat gratiam? aut quando fortuna non mutat fidem?* Barth. Lucanus Lib. II. vs. 705.

> *Cum fato converſa fides.*

Idem Lib. VIII. vs. 535.

> *Nulla* fides *umquam* miſeros *elegit amicos.*

1. *Diligi*

ſecus, ac defunctorum obliviſcuntur. ſed tibi perennis fides, tantaque
in amore conſtantia, ut finiri, niſi tua morte, non poſſit. Et Hercule, 2
is fuit Quintianus, quem [1] diligi deceat exemplo ipſius. Felices ama-
bat, miſeros tuebatur, deſiderabat amiſſos. Jam illa, [2] quanta probi-
tas in ore? [3] quanta in ſermone cunctatio? [4] quam pari libra gravitas,
comitasque? quod ſtudium literarum? quod judicium? qua pietate cum
[5] diſſimillimo patre vivebat? [6] quam non obſtabat illi, quo minus vir
optimus videretur, quod erat optimus filius? Sed quid dolorem tuum 3
exulcero? quanquam ſic amaſti [7] juvenem, [8] ut hoc potius, quam de
illo

1. *Diligi deceat exemplo ipſius.*] Sic Optimus cum impreſſis fere omnibus. Voſſ. Hemſt. & Ed. Vet. *quem diligere licebat*; Arnz. *quem diliget liceat.*

2. *Quanta probitas in ore.*] Id eſt, pudor & verecundia. vide ad Lib. V. Epiſt. XVII. Buchner. Libri omnes: *Jam* illa, *quanta probitas in ore?* Et ſupra ſemel atque iterum hoc modo auctor loquitur, ſed alio nexu. Nondum tamen abs me impetrare poſſum, ut exiſtimem Plinii fuiſſe *Jam* illi *quanta probitas in ore?* De verecundia oris vide ad Lib. I. Epiſt. XIV. n. 8.

3. *Quanta in ſermone cunctatio.*] Temere verba fundere, & praecipitare velut, aut irati, aut levis ac ſecuri hominis eſt; cunctanter loqui, conſiderati ac gravis, & diligenter qui caveat, ne ſibi poenitendum aliquid excidat. Tarde nimis ac raro loqui, ſtupidi eſt, aut ſuperbi: unde & in Tiberio reprehenſum, de quo Suetonius ejus vita cap. LXVIII. Buchner. Lib. I. Epiſt. XXII. n. 3. *Jam quanta ſermonibus ejus fides, quanta auctoritas? quam preſſa & decora* cunctatio?

4. *Quam pari libra* gravitas comitasque.] Frequentiſſima haec laus ab illa *gravitatis comitatisque* mixtura. Vide, quae collegerunt interpretes ad Corn. Nepot. Attic. cap. XV. n. 1, *Itaque ejus* comitas *non ſine* ſeveritate *erat*, *neque* gravitas *ſine* facilitate. Noſter Lib. IV. Epiſt. III. n. 2. *Nam ſeveritatem iſtam pari jucunditate condire, ſummaeque* gravitati *tantum* comitatis *adjungere*, *non minus difficile quam magnum eſt.*

5. *Diſſimillimo.*] Improbo, infami, molli. Nam conjecto fuiſſe Afranium Quintianum Senatorii ordinis, molli corpore infamem, a Nerone probroſo carmine diffamatum, ſecundum Tacitum, & in conjuratione Piſoniana deprehenſum diu indicium abnuiſſe: poſt promiſſa impunitate corruptum, quo tarditatem excuſaret, Glicium Gallum praecipuum amicorum nominaſſe: is tamen mox periit non ex priore vitae mollicie. Catan. Tacitum lege XV. Ann. cap. LVI. & LXX. Noſter Lib. I. Epiſt. V. n. 9. *ut decebat optimum virum pro* diſſimillimo. adde Lib. VI. Epiſt. XXXI. n. 3. Paneg. cap. XCIV. *audiſti, quae malo principi precabamur; exaudi quae pro* diſſimillimo *optamus.* Contra *ſimilis*, *par*, *perinde* ſaepius apud Noſtrum praecedentem modum aut habitum repetunt. Vide ad Lib. II. Epiſt. I. n. 1.

6. Cum *non obſtabat illi.*] Sic Aldus & impreſſi aliquot, nulla praemiſſa diſtinctione: Et novimus bene, particulam *cum* etiam a melioribus ita conſtrui. Sed longe rectius Mediceus & reliqui ſcripti: quam *non obſtabat illi . . ?* ut antea: *quam pari libra*, cet. Infra Epiſt. XXXI. n. 1. *Quam multa, quam varia*, quam non *eadem de eodem*, *nec tamen diverſa, dixiſti?* Epiſt. XXXVII. n. 5. *Vides*, quam non *delicata me cauſſa obire primum conſulatus diem non ſinat.* Seneca VI. de Benef. cap. XXIII. *Vide* quantum *nobis permiſerit*, quam non *intra homines humani imperii conditio ſit?* Lucanus Lib. IV. vs. 476.

——— quam ſit non *ardua virtus*
Servitium fugiſſe manu.

Notabamus olim plura ad Cic. Lib. II. Fam. Epiſt. X. princ. *Tu vide*, quam *ad me litterae* non *perferantur.* Corte.

7. *Viventem.*] Mediceus & Arnz. *juvenem*, quod in medio relinquerem, niſi & finis epiſtolae *aetatis* mentionem faceret, qua ſit *raptus:* quod certe ad aetatem juvenilem pertinet. Repoſui itaque *juvenem.*

8. *Ut hoc potius, quam de illo ſileri, velis.*] Gryphius, Gruterus & plures alii de ſuo hic liberales ſunt, ingeruntque: *ut* haec audire *potius*, *quam de illo ſileri velis.* Nihil tale in MSS. Ed. Vet. Aldinis & Catanaei, eſtque Gloſſa manifeſta, nec tamen, ut fieri ſolet, adcurata. *Ut hoc potius*, intellige *exulcerari dolorem tuum*, *velis*, *quam de illo ſileri.* Sic amaſti juvenem, ut laudes ejus praedicari lubens volensque audias, etiamſi illae priſtinum

 luctum

illo ſileri, velis: a me praeſertim, cujus praedicatione putas vitam ejus ornari, memoriam prorogari, ipſamque illam, [1] qua eſt raptus, aetatem poſſe reſtitui. *Vale.*

X. C. Plinius Tacito Suo S.

[2] CUpio praeceptis tuis parere, ſed aprorum tanta penuria eſt, ut [3] Minervae & Dianae, quas ais pariter colendas, convenire non
2 poſſit. Itaque Minervae tantum ſerviendum eſt, [4] delicate tamen, ut in ſeceſſu, & aeſtate. In via plane nonnulla leviora, ſtatimque delenda, ea garrulitate, [5] qua ſermones in vehiculo ſeruntur, extendi. His quae-

luctum tibi renovent. Diximus de hac Figura ad Salluſt. Jug. cap. XXX. n. 4. atque uti hoc loco *hoc*; ſic alibi *id*, *idem*, *tam* aliaeque voces, aliquid ἀπὸ κοινῦ repetunt: ut ſupra aliquoties vidimus. Etiam ſine tali cuſtode idem genus loquendi obſervavimus Lib. III. Epiſt. IX. n. 12. Lib. VII. Epiſt. IV. n. 6. quibus locis alia adſcripſimus. Corte.

1. *Qua* eſt raptus.] Sic de praematura morte loquuntur. Auſonius Profeſſ. Epigr. VI. vs. 8.

Oſtentatus,
Raptus*que ſimul.*

Barth. Adde ſupra ad Lib. VI. Epiſt. VI. n. 7. *Doleo enim illum immatura morte indigniſſime* raptum. *Aetatem* poſſe reſtitui putavit, quaſi Plinius juvenem ipſi redditurus eſſet, quo diutius vivente frui queat: nam ſenes ſi maxime reſtituas, de iis ſemper timendum, ne tandem naturae concedant. Haec elegantia ſubeſt; quam ſi negligas, nec Plinium adſequeris, & in verbis non multum leporis invenies.

2. *Cupio.*] Niſi epiſtola Secundi ex Lib. I. ubi hortatur Tacitum ad venationem pariter & ſtudium exemplo ſuo, tum etiam ſtili diverſitate aliqua ſentimus, quamvis nullo exemplari addicente, has literas a Corn. Tacito ſcriptas fuiſſe Secundo, qui illi jam praenotatae epiſtolae ad unguem reſpondet: non poſſe, ſcilicet Minervae & Dianae ſimul inſervire. quare omiſſa venatione, tantum ſtudere intendit: parce tamen, quia in aeſtu. Nec mirum ſi Secundus has unas Taciti ſuis inſeruit, ut eum ab omnibus ſecerneret, & praecipuum faceret. quod librarii non intelligentes integram lectionem in vitioſam mutarant, C. PLINIUS TACITO S. pro CORN. TACITUS PLINIO S. inſcribentes. Catan. *Cupio praeceptis tuis parere.*] Non aſſentior Catanaeo, aliiſque doctis viris exiſtimantibus hanc epiſtolam Taciti eſſe. Nam quod ait Catanaeus hanc eſſe Taciti reſponſionem ad literas Plinii, quae libro primo continentur Epiſtola ſexta; mihi aliter videtur. Puto enim Plinium nunc reſpondere Epiſtolae, quam ipſi Tacitus miſit accepta illa ſuperiore libri primi. Sane qui attente utramque Epiſtolam inter ſe comparabit, intelliget non reſponderi iſta illi priori: ſed alii cuidam, cujus argumentum & ὑπόθεσις ex illa priore erant nata. quod quia putamus acutum lectorem ex utriusque Epiſtolae lectione facile intellecturum, pluribus probare ſuperſedebimus. Casaubon. Omnino Plinii eſt, nihil ad Tacitum. Barth.

3. *Minervae & Dianae.*] Studiis ſive literis, & venationi. Buchner.

4. *Delicate tamen, ut in ſeceſſu, & aeſtate.*] *Ut in ſeceſſu*, quippe quem voluptatis & refectionis cauſa petere ſolebant: *ut in aeſtate*, quae gravis & noxia nimis intendentibus animum. Unde & per puerorum ludos feriae a Julio in Idus Octobres. Vide Marial. Lib. X. Epigr. LXII. Idem. *Delicate*, i. non rigide & toto animo. Barth.

4. *Qua ſermones in vehiculo* ſeruntur, extendi.] Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *ferunter* ſiſtunt, pro *ſeruntur*, ſed perperam. Eamdem confuſionem vidimus apud Lucan. Lib. II. vs. 642. Apud Apulejum obvia ſunt *verba ſerere*, *ſermonem conſerere*, *fabulas conſerere*, ſed quae tam in eo, quam aliis haud raro in *ferre* & *conferre* mutata ſunt. Lege Pricaeum ad princip. Metam. *At ego tibi varias fabulas* conſeram. Voſſ. Helm. & Ed. Vet. *vehiculo*, ſine Praepoſitione. Helmſt. praeterea, & Ed.

quaedam addidi [1] in villa, cum aliud non liberet. Itaque poemata
quieſcunt, quae tu inter nemora, & lucos commodiſſime perfici pu-
tas. Oratiunculam [2] unam, alteram retractavi, quanquam id genus 3
operis [3] inamabile, inamoenum, magisque laboribus ruris, quam vo-
luptatibus ſimile. *Vale.*

XI. C. PLINIUS [4] GEMINO SUO S.

Geminio ſpondet aliquam materiam monſtrare, quae libris ejus inſeratur: Deinde laetatur ſcripta ſua venditari Lugduni.

EPiſtolam tuam [5] jucundiſſimam accepi, eo maxime, quod aliquid
ad te ſcribi volebas, quod libris inſeri poſſet. [6] Obveniet materia,
vel haec ipſa, quam monſtras, vel potior alia. [7] Sunt enim in hac
offendicula nonnulla; circumfer oculos, & occurrent. Bibliopolas 2
[8] Lugduni eſſe non putabam: ac tanto libentius ex literis tuis cognovi,
vendi-

Ed. Vet. *a garrulitate*, pro *ea*, corrupte. De verbo *extendi* egit Cl. Markland ad Statii V. Silv. III. vs. 23.

——— *doctique modos* extendis *Arati.*

1. *In villa.*] Aldus edidit *in villam*, & conſentire videtur Mediceus, in quo eſt *in villa jam:* quaſi aliquid ſcripſerit in villam. Ceteri *in villa.* Prioribus tamen favet quodammodo additum: *cum aliud non liberet.* Infra Mediceus: *poemata quieſcent.*

2. *Unam* & *alteram.*] Primarius cum Aldo: unam, alteram *retractavi*, ſine Copula, quam non invitus auctor omittit. Vide Lib. V. Epiſt. VI. n. 36. Lib. VI. Epiſt. V. n. 5. & alibi. Salluſt. Jug. cap. LX. n. 7 *Deinde ubi* unae, alterae *ſcalae comminutae, qui ſuperſteterant adflicti ſunt.* ſic unus ex MSS. & cap. XCIII. n. 2. *quarum cum* unam, alteram, *dein plures peteret.*

3. *Inamabile.*] Quia acre & contentioſum: nam poemata magis delectant. Plautus in Bacchidibus inamabile, atque illepidum dixit. *Inamoenum.*] Durum, laborioſum. CATAN. Voſſ. *quamquam id genus operis* & in famam vile, & *inamoenum*; Helmſt. *& in* fama *vile & amoenum*, ex quo Arnz. & Ed. Vet. fecerunt: *quamquam id genus operis* & infamabile *& amoenum.* Satis inepte. Optimus Vulgatam commendat.

4. *GEMINIO SUO.*] Immo *Gemino* ſcribendum ex Mediceo, Helmſt. & Ed. Vet. Vide ad Lib. VII. Epiſt. 1.

5. Jucundiſſimam *recepi.*] Helmſt. Arnz. Ed. Vet. Gryphius, Sichardus: *jucundiſſime recepi.* male. Intellige *ut*, vel *tamquam* jucundiſſimam, & vide notam ad Epiſt. XIII. extr. Cicero Lib. III. Fam. Epiſt. IV. n. 3. *maximeque illo libro augurali, quem ad me amantiſſime ſcriptum* ſuaviſſimum *miſiſti.* ubi dixi nonnihil. Noſter infra Epiſt. XXVIII. princ. *Poſt longum tempus epiſtolas tuas, ſed tres pariter recepi, omnes* elegantiſſimas, amantiſſimas, *& quales a te venire oportebat.* Optimus: *jucundiſſimam accepi*, non *recepi.* Utrumque recte dicitur, & infinita auctoritate ſeſe tuetur: ut merito, ubi dubium eſt, ex libris vett. decidendum ſit. Lib. V. Epiſt. XII. princ. Accepi *litteras tuas, ex quibus cognovi*, cet. ibi MS. *Praecepi.* i. Recepi. Eadem confunduntur Lib. V. Epiſt. VI. n. 29. infra Epiſt. XVII. princ. & alibi. CORTE.

6. Obveniat *materia.*] Ita recentiores ſcripti, Ed. Vet. Aldinae & vulgatae. Senſus poſtulat *Obveniet*, quod ſervat Optimus & cum paucis expreſſit Gryphius.

7. *Sunt enim* in hac *offendicula nonnulla*] Helmſt. Arnz. & Ed Vet. *Sunt enim offendicula nonnulla*; Voſſ. *ſunt enim* in *offend* Optimus: *Sunt enim* in hanc *offendicula nonnulla.* ex quo patet, vulgatam recte habere. Mox plerique libri vett. etiam Ed. Vet. & Aldinae, *circumfero oculos*, prima littera ex vocabulo *oculos*, quod librariis familiariſſimum eſt, male repetita. Omnino enim ſcribendum *circumfer*, ut jam Gryphius & alii ediderunt.

8. *Lugduni.*] Ubi erat Geminius. *Lugdunum*, a quo

venditari libellos meos, quibus peregre manere gratiam, quam in urbe [1] collegerint, delector. Incipio enim ſatis abſolutum exiſtimare, de quo tanta diverſitate regionum diſcreta hominum judicia conſentiunt. *Vale.*

XII. C. Plinius Juniori Suo S.

Exemplo alterius monet Juniorem remittenda quaedam filio, neque ſemper utendum ſeveritate, cum omnes homines aliquo errore ducantur.

CAſtigabat quidam filium ſuum, quod paulo [2] ſumptuoſius equos, & canes emeret. Huic ego, [3] juvene digreſſo, heus tu, nunquamne

a quo Lugdunenſis provincia, metropolis in Gallia inſtar arcis, ſitum in monte non editiſſimo, ubi Arar & Rhodanus amnes confluunt: de quo Plutarchus in vita Annibalis, Arar & Rhodanus amnes, ex diverſis montibus confluentes efficiunt. Quam Galli inſulam appellant, ibique *Lugdunum* eſt, celeberrima Galliae urbs, quam a Planco Numatio Conſule conditam fuiſſe accepimus, ſupra reliquas ſane civitates, excepta Narbone, florens temporibus Strabonis virorum ordine. Nam & uſui magno illis eſt emporium: ſed tot pulcherrima in ea opera, quae ſingula illuſtrare ſingulas urbes poſſent, incendium ſub Nerone ſtravit. verum haec antea civitas opulenta ornamentum provinciarum, quibus inſerta eſt, & excepta centeſimo ab origine ſua anno exuſta brevi coaluit, ut ſub Vitellio cum Viennenſibus certare ſit auſa, veteribus inter utramque odiis. Illic Romani duces monetam argenteam, aureamque ſignabant. Templum ab univerſis Gallis communi deſignatum inpenſa, & Auguſto Caeſari dicatum, ante *Lugduni* urbem aedificatum eſt, ubi fluviorum coitio adeſt, & ara dignitatis eximiae gentium ſexaginta numero inſcriptum habens titulum: earumque ſingularum ſtatua una, alia ſubinde ingens locata eſt ara. Juxta Lugdunenſem aram edidit Caligula certamen Graecae Latinaeque facundiae, quo ferunt victoribus victos praemia contuliſſe, Tranquillo ſcribente, eorumdem & laudes componere coactos, eos autem qui maxime diſplicuiſſent, ſcripta ſua ſpongia linguave delere juſſos, niſi ferulis objurgari, aut flumine proximo mergi maluiſſent. CATAN.

1. *Collegerint.*] Adepti ſint, id eſt, delector placere libellos meos, tam foris quam domi; tam apud peregrinos quam noſtros. IDEM. Voſſ. & *peregre* inire *gratiam*, *quam in urbe* legerunt. *Incipio enim* Et verbum *delector* etiam in Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. deſideratur. Iidem libri: qui *peregre manere gratiam*, *quam in urbe legerint.* Statius XII. Theb. vs. 177.

Hic nan femineae ſubitum virtutis honorem
Colligit *Argia.*

Infra prior Aldina: *tanta diverſitate regionum* diſcrepata *h. judicia*, quod Schureriana caeca fide repetivit, licet ipſe Aldus in poſteriore *diſcreta* emendaverit. Male etiam Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *diſſentiunt* in fine, pro *conſentiunt.*

2. *Sumtuoſius equos & canes* emeret.] Pro more juvenum. Horatius in Arte vs. 161.

Imberbus juvenis tandem cuſtode remoto
Gaudet equis canibusque.

BARTH. Non aliter omnes libri. Tamen Cl. Markland. ad Statii V. Silv. III. vs. 302. pag. 312. Plinium adfirmat ſcripſiſſe: *equos & canes* aleret. Cauſſas non addit, niſi hanc unam, quod L. & M. ſaepe confuſa multas hujusmodi varietates pepererint. Addam Terentium *alere* in eadem re adhibuiſſe Andr. Act. I. Sc. I. vs. 30. Neque tamen propterea a libris receſſerim. Salluſt. Cat. cap. XIV. n. 6. *aliis canes atque equos* mercari. Adde de more ſupra Lib. IV. Epiſt. II. n. 3. At *ſumtuoſe alere* melius dicitur, quam *ſumtuoſe emere.* Non putarim: cum utrumque ſit *ſumtu facto*, *pretio impenſo.* Hoc autem adeo frequens eſt, ut otioſum eſſet adſtruere: eo magis, quia etiam ex Horat. III. Ovid. VI. vs. 32. *pretioſum emtorem* cognitum habemus. Ita & *homo ſumtuoſus*, *adoleſcentia ſumtuoſa* apud probatos. CORTE.

3. *Juvene digreſſo.*] Recte & ſapienter. nec etiam temere amici niſi clam caſtigandi ſunt: ne ſi palam aggrediaris & praeſentibus aliis, cenſorem potius, quam amicum agere: aut malevolo animo,

quamne feciſti, quod a patre corripi poſſet? [1] feciſti, dico? Non interdum facis, quod filius tuus, ſi repente pater ille, tu filius, pari gravitate reprehendat? [2] Non omnes homines aliquo errore ducuntur? non hic in illo ſibi, in hoc alius indulget? [3] Haec tibi admonitus immo- 2
dicae ſeveritatis exemplo, pro amore mutuo, ſcripſi, ne quando tu quoque filium tuum acerbius duriusque tractares. [4] Cogita & illum puerum eſſe, & te fuiſſe; [5] atque ita hoc, quod es pater, utere, ut memineris, & hominem eſſe te, & hominis patrem. *Vale.*

XIII.

mo, & ut detraheres ac diffamares, videaris feciſſe. Vide Plutarchum de adulatoris & amici diſcrimine circa finem libelli: ubi praecipit, quibus rationibus caſtigandi amici. Solon apud Auſonium: *Clam coarguas amicum, ſed palam laudaveris.* Hebraeorum etiam dictum eſt: *Melius eſt homini, ut conjiciatur in caminum ignis, quam ut palam proximum ſuum ignominia afficiat.* Habemus de hac re & Chriſti ipſius praeceptum Matthaei cap. XVIII. vs. 25. BUCHNER.

1. *Feciſti dico. Non interdum.*] Scribe, *feciſti dico? non interdum.* CASAUB. *Non interdum facis, quod filius, &c.*] Ordo & ſenſus eſt: nonne interdum facis, quod filius tuus pari gravitate, qua eſt a te caſtigatus, reprehendere poſſit, ſi, verſo naturae ordine, ille pater, tu contra filius ejus exiſteres? BUCHNER. Lege in hunc ſenſum plura apud Terent. Heautont. Act. II. Sc. I. princ. Adelph. Act I. Sc. II.

2. *Non omnes homines aliquo errore ducuntur.*] Sophocles Antigone:

——— ἀνθρώποισι γὰρ
Τοῖς πᾶσι κοινόν ἐστι τοὐξαμαρτάνειν.

Errare cunctis inſitum mortalibus.

CATAN.

3. *Haec tibi.*] Ordo, *admonitus exemplo culpandae ſeveritatis ſcripſi haec tibi amore mutuo.* Nam Martianus ad legem Pompejam de parricidiis, *Patria*, inquit, *poteſtas in pietate debet, non in atrocitate conſiſtere.* Hinc, referente Papiniano, Trajanus Imperator coegit patrem emancipare filium, quem male tractabat contra patriam pietatem. CATAN. Voſſ. Helmſt. Arnz & Ed. Vet. *exemplo*, more *mutuo*, *ſcripſi.* Sed Optimus: *pro amore mutuo*, idque ex Tullio aliisque cuilibet notum eſt. Criſpus Jug. cap. IX. n. 2. *Tibi quidem* pro amicitia noſtra *gratulor.* adde Eod. ad cap. XIV. n. 16.

4. *Cogita & illum puerum eſſe, & te fuiſſe, &c.*] Cato in Diſtichis:

Multorum cum facta ſenex & dicta recenſes;
Fac tibi ſuccurrant juvenis quae feceris ipſe.

Quod quia plerumque omittunt patres, inde illa Cliniae querela apud Comicum eſt Heautontimorumeno:

Quam iniqui ſunt patres in omnes adoleſcentes judices:
Qui aequum eſſe cenſent, nos jam a pueris illico naſci ſenes:
Neque illarum affines rerum eſſe, quas fert adoleſcentia.
Ex ſua libidine moderantur, nunc quae eſt, non quae olim fuit.

BUCHNER.

5. *Atque ita hoc, quod es pater, utere.*] Paterno jure ita utere, ut aetati & humanae naturae multa ignoſcenda cenſeas. Nempe ſequitur Noſter Mitionis Terentiani rationem, qui putabat, ſatius eſſe pudore & liberalitate retinere liberos, quam vi ac metu. Quam tamen pervulgatam Patrum viam Menedemus alibi apud eundem Comicum praedicat. IDEM. Recentiores ſcripti, Ed. Vet. Gryphius & pauci: *atque ita quod pater es*, omiſſo *hoc*, quod elegantius Mediceus addit. Sic alibi *id*, *idem*, *haec*, *eadem* adjiciuntur, ut jam ad Tullium & Criſpum vidimus. Lucanus Lib. IV. vs. 355.

— — — Hoc *hoſtibus unum*,
Quod *vincas*, *ignoſce tuis.*

Lib. VIII. vs. 865.

Proderit hoc *olim*, quod *non manſura futuris*
Ardua marmoreo ſurrexit pondere moles.

atque ita plures pluribus locis. Infra Mediceus ſcribit: *ut memineris, & hominem eſſe te*, qui ordo Plinio magis convenit. Vulgo: *& te hominem eſſe*, aut ſine *&*: *te hominem eſſe.*

XIII. C. Plinius Quadrato Suo S.

Quadrato ſignificat quid tractaverit, antequam Helvidii ultionem aggrederetur, quoque modo illam inchoaverit & abſolverit. Et cum primo vix a Senatoribus audiretur, & a quibusdam deterreretur, poſtremo aſſecutus ſit, quod optaverat, peracto reo Publicio Certo, qui libris a Secundo divulgatis, intra paucos dies periit.

QUanto ſtudioſius, intentiusque legiſti libros, quos de Helvidii ultione compoſui, tanto impenſius poſtulas, ut perſcribam tibi [1] quae extra libros, quaeque circa libros, totum denique ordinem rei,
2 cui per aetatem non interfuiſti. [2] Occiſo Domitiano ſtatui mecum ac deliberavi, eſſe magnam pulchramque materiam inſectandi nocentes, miſeros vindicandi, [3] ſe proferendi. Porro inter multa ſcelera multorum, nullum atrocius videbatur, quam quod in Senatu Senator Sena-
3 tori, Praetorius Conſulari, reo judex [4] manus intuliſſet. Fuerat alioqui mihi cum Helvidio amicitia, quanta potuerat eſſe cum eo, qui metu temporum [5] nomen ingens, pares virtutes ſeceſſu tegebat. Fuerat cum Arria & Fannia, quarum altera [6] Helvidii noverca, altera mater novercae. Sed non ita me [7] jura privata, ut publicum fas, & indigni-
4 tas facti, & exempli ratio incitabat. Ac primis quidem diebus [8] redditae libertatis

1. *Quae*que *extra libros*, *quaeque circa libros.*] Sic omnes vulgatae, ut exponere debeas, *& quae extra libros*, *& quae circa libros.* Sed Mediceus: *ut perſcribam tibi*, quae *extra libros*, *totum denique* cet. Illa, *quaeque circa libros*, noto vitio omiſit. nam & ea, quae circa libros perſequitur n. 23. Emendavi itaque: *ut perſcribam tibi*, quae *extra libros*, quaeque *circa libros*, *totum denique.*

2. *Occiſo Domitiano.*] A Stephano Domicilae procuratore, & Clodio Corniculario, ac Maximo Parthenii Liberto, & Saturio Decurione cubiculariorum, denique a quibusdam e gladiatorio ludo, non ignaris Parthenio & Domitia ejus uxore, cum Norbano ac Petronio. Sed haec latius in Panegyrico. Catan.

3. Se *proferendi.*] Helmſt. ſed *proferendi*; Mediceus: ſeu *proferendi.* male. Lib. I. Epiſt. XIII. n. 1. proferunt ſe *ingenia hominum & oſtentant.*

4. *Manus intuliſſet.*] Cauſa necis fuiſſet, quod quaſi ſcenico exordio, ſub perſona Paridis & Oenonae divortium Domitiani cum uxore Helvidius mactaſſet, referente Dione. Catan.

5. *Nomen ingens paresque virtutes ſeceſſu tegebat.*] Secedere, & lucem ac celebritatem urbis fugere ſolebant cenſendae natalibus virtutibusque indoles: ne, ſi inclareſcerent, odio tyrannis, & ſic diſcrimini obnoxiae eſſent, de quo ſupra notavimus ad Lib. V. Epiſt. XV. Buchner. Vulgo: *nomen ingens*, *pares*que *virtutes*; Optimus autem ſine Copula: pares *virtutes*, quod Aldus etiam dedit, & ſic centies Noſter loquitur, ut modo dictum ad Epiſt. IX. n. 2. Sic Lib II. Epiſt. I. n. 4. *in altiſſima tranquillitate*, pari *veneratione*, non *pari*que.

6. Helvidii *noverca.*] Sic Optimus cum Voſſiano, & ob id nihil muto. Sollicitant alioquin Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *Helvidio noverca.*

7. *Jura privata.*] Amicitiae privatae. Lib. VII. Epiſt. XI. n. 4. *Sunt mihi cum marito ejus vetera jura.* & n. 8. *Non enim illis eadem cum Corellia jura.*

8. *Redditae libertatis.*] Creato imperatore Nerva. In Capitolio noſtro eluxit hic titulus: LIBERTATI, AB IMPER. NERVA CAESARE AUGUST. ANNO AB URBE CONDITA. D. CCCXXIV. Catan.

1. Poſtu-

libertatis pro ſe quisque inimicos ſuos, duntaxat minores, incondito turbidoque clamore [1] poſtulaverant ſimul, & oppreſſerant. Ego & modeſtius, & conſtantius arbitratus immaniſſimum reum non communi temporum invidia, ſed proprio crimine urgere. Cum jam ſatis [2] primus ille impetus defremuiſſet, & languidior in dies ira ad juſtitiam rediiſſet, quanquam [3] tum maxime triſtis, amiſſa nuper [4] uxore, mitto ad [5] Antejam (nupta haec Helvidio fuerat) rogo, ut veniat, quia

1. *Poſtulaverat.*] Accuſaverat. Dion ſcribit ingentem tumultum exortum, quod Nerva principe facto ſtatim omnes ſuos inimicos accuſarunt. unde ferunt Frontinum Conſulem dixiſſe, *quod malum eſſet habere Imperatorem, ſub quo nulli liceret aliquid facere*, Domitianum ſane demonſtrans, *ſed pejus, ſub quo omnibus omnia:* quare Nerva in poſterum vetuit, talia promiſcue fieri. Catan. Vulgo: *Poſtulaverat ſimul & oppreſſerat.* Venuſtius membranae principes: *poſtulaverant, & oppreſſerant.* Habes quidem in Caeſar. II. B. Gall. cap. XXV. *cum pro ſe quisque cuperet*, & Lib. I. B. Civ. cap. XXXIII. *pro ſe* quisque *id munus legationis* recuſabat. Verum Terentius Heautont. Act. I. Sc. I. vs. 74.

—— —— pro ſe quisque *ſedulo*
Faciebant, *quo illam mihi lenirent miſeriam.*

Conſule illic Celeb. Bentlejum. Accius Meleagro apud Nonium cap. IV. n. 225. *Gaudent, currunt, celebrant, herbam conferunt, donant, tenent*, pro ſe quisque, *cum corona clarum conſtat caput.* Curtius Lib. III. cap. VI. n. 17. pro ſe quisque *dextram ejus* amplexi *grates* habebant. Apulejus VII. Metam. pag. 206. *Cum ſibi* quisque *metuentes* deliteſcebant. Vide plura ad Salluſt. Cat. cap. VII. princ. *Sed ea tempeſtate* coepere *ſe* quisque *magis extollere.* Manilius Lib. I. vs. 78.

—— *ſe* quisque *ſatis noviſſe* putabant.

Sic eſt in membranis Paullinae noſtrae. Vulgo: *ſed* quisque *ſatis ſe noſſe* putabat. Boetius IV. Conſol. Pros. VI. *Quid ni? cum a ſemet ipſis diſcerpentibus conſcientiam vitiis* quisque diſſentiant, *faciantque ſaepe, quae cum geſſerint, non fuiſſe gerenda decernant.* Sic omnes fere MSS. etiam Merſeburgenſis, quem nos in conſilio habuimus. Damnat tamen ineptus litterator, cui placuit *quique diſſentiant.* Livius Lib. XXVI. cap XXXVI. Pro ſe quisque *aurum, argentum & aes in publicum* conferunt. Infra hac Epiſtola n. 18. *Haec illi, quo* quisque *ordine* citabantur. adde Lib. I. Epiſt. I. n. 1. Mediceus quidem *ſimul* omittit; id tamen bene exprimi cenſeo, & mecum facies, ſi videas notam ad Lib. II. Epiſt. XVII. n. 5. Corte.

2. Ille *primus impetus* deferbuiſſet.] Helmſt. & Arnz. *deferviſſet*, quomodo Aldus. Ita Cicero pro Coel. cap. XVIII. *quorum cum adoleſcentiae cupiditates* deferviſſent. item Terentius Adelph. Act. I. Sc. II. vs. 72.

Sperabam jam deferviſſe *adoleſcentiam.*

ubi in libris *deferbuiſſe*, *deſaeviſſe.* Sic infra Epiſt. XVI. n. 2. *ut primum videbuntur* deferviſſe. Nihil horum membranae praeſtantiſſimae, quae maluerunt: *primus* ille *impetus* defremuiſſet. Eleganter *primus ille*, quod illico reſtitui. *Defremuiſſet* non diſplicet. Proprie enim de impetu, & rebus cum impetu ruentibus *fremitus* dicitur. Vide ad Lucan. Lib. X. vs. 321.

Cuncta fremunt *undis.*

Jam ipſe *inconditum turbidumque clamorem* in hac re ſupra dixerat, quod non tam *fervorem*, quam *fremitum* defendit. Sidonius certe, Noſtri aemulus, amat hoc verbum. Is Lib. IX. Epiſt. IX. *cum moraretur, donec gentium concitatarum* procella defremeret, & alibi aliquoties. Idem.

3. Tum *maxime.*] Ita omnes Codd. uno ore; & cave mutes in *cum maxime.* Livius Lib. I. cap. X. *at raptarum parentes* tum maxime *ſordida veſte lacrimisque & querelis civitates concitabant.* Tuetur pluribus Celeb. Ducker. ad Flori Lib. II. cap. XVI. n. 3. *Metello ordinanti* tum maxime *Macedoniam.*

4. *Uxore.*] Alia a Calpurnia, cum qua ſupremum vixit. In epiſtolis ad Trajanum aſſerit ſe habuiſſe duas uxores. Catan.

5. *Antejam.*] *Anteja* C. Anteji juſſu Neronis interfecti filia: de quo Tacitus plura Lib. XVI. Idem. Mediceus *Anteam* vocat: eademque infra illi eſt *Antea.*

5 quia me recens adhuc luctus [1] limine contineret. Ut venit, *Deſtinatum eſt*, inquam, *mihi*, *maritum tuum non inultum pati*, *nuncia Arriae & Fanniae* ([2] ab exſilio redierant) *conſule te*, *conſule illas*, *an velitis adſcribi facto*, *in quo ego comite non egeo. Sed non ita gloriae meae faverim*,
6 [3] *ut vobis ſocietate ejus invideam.* Perfert Anteja mandata: nec illae morantur. Opportune Senatus intra diem tertium. Omnia ego ſemper ad Corellium [4] retuli, quem [5] providentiſſimum aetatis noſtrae ſapientiſſimumque cognovi: [6] in hoc tamen contentus conſilio meo fui, veritus ne vetaret: (erat enim cunctantior, cautiorque) ſed non ſuſtinui inducere in animum, [7] quo minus illi eodem die facturum me indica-

1. *Limine.*] Domo. Joſephus aſſerit VII. diebus lugeri mortuos ſolitos. Seneca, *viris nullum lugendi tempus legitimum*, *quia nullum honeſtum: annum vero foeminis ad lugendum conſtituiſſe majores*, *non ut tam diu lugerent*, *ſed ne diutius*, ſic Dionyſius in ſuis antiquitatibus: ſic Ovidius in Faſtis. niſi juſſu Senatus citius finiretur. Plutarchus refert Lycurgum praefiniviſſe leges flendi, intra undecimum diem, Numam vero pro aetatibus, & temporibus lugendi modum ſtatuiſſe: puerum non lugeri trimo minorem, neque etiam natu grandiorem plures menſes quam vixiſſet annos usque ad decem. & prolixiore fletu aetatem lugeri nullam. CATAN. Abditos & incluſos egiſſe lugentes, pluribus docuit Abram. ad Cic. pro Sext. cap. XXIV. Nobile exemplum ſtilo eleganti ſiſtit Lucanus Lib. IX vs. 110. Apulejus IV Metam. ad fin. *Et miſeri quidem parentes ejus tanta clade defeſſi*, clauſae domus abſtruſi tenebris, *perpetuae nocti ſeſe dedidere.*

2. *Ab exſilio* enim *redierant.*] Optimus: *ab exſilio redibant*, ut particula *enim* nusquam ſit. Eam Aldus quoque neglexit, & negligit alibi Auctor. Recentiores ſcripti: *ab exſilio* usque ad *conſule illa* omnia omittunt.

3 *Ut vobis* ſocietatem *ejus invideam.*] Helmſt. & Ed. *ut vobis* ſocietatis jus *invideam.* corrupte. At Primarius Plinii manum ſolus ſervavit: *ut vobis* ſocietate *ejus invideam* Dixi ad Lib. I. Epiſt. X. n. 11. *Neque enim ego* invideo aliis bono, *quo ipſe careo.* Supra Voſſ. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *ſed non* tam *gloriae meae faverim*, contra fidem Florentini. Pro illis: *an velitis adſcribi facto*, quod eaedem membranae tuentur, Arnz. & Ed. Vet. *adſcripto facto*: Helmſt. *abitis a ſcripto*; Voſſ. *ut ſe ſubſcribant*, mira diſcrepantia.

4. *Retuli.*] Propoſui in diſceptationem: utebatur enim Corellio Ruffo magiſtro, & rectore. CATAN.

5. *Prudentiſſimum.*] Scientia juris conſultiſſimum. *Prudentes* dicuntur, qui juris ſcientiam tenent. Sunt tamen qui legant *providentiſſimum*, ut qui longe provideret, quae futura eſſent. IDEM. *Prudentiſſimum.*] Palatinum exemplum *pervidentiſſimum*, quod verbum neſcio an hactenus Latio coelo notum. GRUTER. Corruptum eſt illud *pervidentiſſimum* ex vero *providentiſſimum.* Hoc enim Mediceus, Voſſianus & Arnz. praeſtant pro Vulgato *prudentiſſimum*, Aldus quoque edidit & reperit in ſuis Catanaeus. Lib. IV. Epiſt. XVII. n. 10. de eodem Corellio: *Intelligo mihi laborandum*, *ne qua parte videar hanc* de *me fiduciam* providentiſſimi *viri deſtituiſſe.* Lib. VIII. Epiſt. XVII. n. 2 *foſſa*, *quam* providentiſſimus *imperator fecit.* Lactantius Lib. V. cap. XIII. *Si una civitas deſipuerit*, *ceterae ſtultae eſſe non poſſunt. Si una provincia*, *una natio* providentia *caret*, *ceteras omnes habere* intelligentiam *recti neceſſe eſt.* ubi fruſtra contra tot libros oggerunt *prudentia*, cum alterum ſaepius a Firmiano adhibeatur eadem notione Vindicavit hoc vocabulum & Grutero ſatisfecit Gronov. ad Livii Lib. XXV. cap. XXXIV. *Dux cautus & providens Scipio*, *victus neceſſitatibus*, *temerarium capit conſilium.* ibi etiam corruperant in *prudens.* Adde ſupra Lib. III. Epiſt. XIX. extr. ubi *uſus* & *providentia* conjunguntur. CORTE.

6. In hoc *tamen*, cet.] Trajecit Praepoſitionem Aldus: hoc *tamen contentus* in *conſilio meo fui*, perperam. Arnz. *veritus evetaret* ex quo natum Voſſ. Helmſt & Ed. Vet *veritus hebetaret*

7. *Quo minus.*] Quin Senſus eſt, Volui quidem ea die, qua eram Publicium accuſaturus, indicare Corellio, quid eſſem facturus, cum omnino conſtituiſſem illum accuſare, neque dubitarem quid facerem. CATAN. Voſſ. *quo minus illi crederem non facturum*, *quod an* cet quae lectio inde manavit, quod & Voſſ. & Helmſt. Arnz. ad Ed. Vet. verbum *indicarem* male praetermiſerunt.

1. *De-*

indicarem, quod an facerem, non deliberabam: expertus uſu, [1] de eo,
quod deſtinaveris, non eſſe conſulendos, quibus conſultis obſequi de-
beas. Venio in Senatum, jus dicendi peto, dico pauliſper maximo 7
aſſenſu: [2] ubi coepi crimen attingere, reum deſtinare, adhuc tamen
ſine nomine, undique mihi reclamari. Alius, [3] *Sciamus, quis ſit, de*
quo extra ordinem referas. Alius, *Quis eſt ante* [4] *relationem reus:* Alius,
ſalvi ſimus, qui ſuperſumus. [5] Audio imperturbatus, interritus: tantum 8
ſuſceptae rei honeſtas valet, [6] tantumque ad fiduciam vel metum differt,
nolint homines, quod facias, an non probent. Longum eſt omnia, 9
[7] quae tunc hinc inde jacta ſunt, recenſere. Noviſſime Conſul: *Se-*
cunde, [8] *ſententiae loco dices, ſi quid volueris. Permiſeris,* inquam, *quod*
usque

1. *De eo, quod deſtinaveris, &c.*] Hoc illi obſervent, qui libenter conſulere alios ſolent, non tam ut diſcant, quid faciendum ſibi ſit, quam ut, quos conſulunt, captent ac palpent. Nam inter cetera adulatorum artificia hoc ipſum quoque Plutarchus recenſet eo, quem paulo ante laudavimus, libro. BUCHNER.

2. *Ubi coepi crimen adtingere.*] Aldus: *ubi coepi* ad *crimen adtingere*, contra omnes Codd.

3. *Sciamus*, qui *ſit*, *de quo extra ordinem referas.*] Voſſ. Helmſt. & Ed. Vet. ſcimus, quid *ſit*, *de quo extra ord. ref.* Mediceus Verbum *ſciamus* omittit, habet tamen *quis ſit*. & hoc verum eſt. *quid* non poſſe admitti ſequentia oſtendunt. Lucanus Lib. VII. vs. 579.

> Scit, *cruor imperii* quis ſit, *quae viſcera rerum.*

Sic membranae, non *qui ſit.* Plura ad eum locum diximus. CORTE.

4. *Relationem.*] Propoſitionem criminis & rei apud Senatum. Titulus eſt in codice de relationibus. Tacitus XIII. Meminit patribus licere, quoties jus dicendi accepiſſent, quae vellent expromere, *relationemque* in ea poſtulare. Hinc apud eundem legitur Thraſeam non obtinuiſſe, ut vetita gratiarum actione ambitio cohiberetur, abnuentibus Conſulibus ea de re relatum eſſe. CATAN. Mediceus: *quis eſt* an ex *relatione reus?* corrupte.

5. *Audio imperturbatus.*] Conſtanter quae dicebantur audio. Si legeris *interturbatus*, intellige, dum dicerem interrumpebar a praedictis, ſed ſemper perſtiti interritus CATAN. *Interturbatus* legitur in Voſſ. Helmſt. Ed. Vet. & Gryphio, ſed perperam, & contra mentem Plinii nexumque orationis. Voſſ. *tamen ſuſceptae rei* cet. unde Gryphius: *interritus* tamen, *tantum ſuſceptae*, cet. male.

6. *Tantumque.*] Senſus, multum differt ad augendum fiduciam, ſi cauſa ſit juſta: vel metum, ſi injuſta, & ſi homines nolint, aut non probent quod facias: nolebant enim multi Publicum accuſari. juſta tamen Secundum facere ſciebant, quod illi magnam fiduciam dabat. CATAN.

7. *Quae tunc hinc inde* jactata ſunt.] Sic Vulgatae. At Mediceus, Helmſt. Arnz. Ed. Vet. & Aldus: *quae tunc hinc inde* jacta *ſunt*, quod aeque probum eſt. Nazarius Paneg. Conſtant. cap. XXXI. Jaciebantur *vulgo contumelioſiſſimae voces.* Sic MS. noſter. Vulgo *Injiciebantur.* Plura ad Salluſt. Jug. cap. XI. n. 5. *Ibi cum multa de adminiſtrando imperio diſſererent, Jugurtha inter alias res* jacit. CORTE.

8. *Sententiae loco.*] Pro ſententia tua, quam dicturus es ſuper ea re, de qua jam relatum eſt, & Senatum habebant. Nam concedebatur, ut loco ſententiae dicerent Senatores, de quacunque re voluiſſent. Quare Tacitus Lib. III. *dicendae primo loco ſententiae.* Item XIV. *C. Caſſius*, inquit, *ſententiae loco in hunc modum diſſeruit.* & Seneca, in ludo Claudii (ſi tamen ille libellus eſt Senecae, *Surrexit*, inquit, *Auguſtus ſententiae ſuae loco dicendae, & ſumma facundia diſſeruit.* Quid ſi legeris *ſecundo ſententiae loco*, ut in aliquibus legi exemplaribus? & referatur ad illud Cic. ad Atticum, *Et ille* ſecundus *in* dicendo locus *habet auctoritatem pene principis.* Priorem ſenſum potius probamus. Nam ipſe Lib. V. dixerat *loco ſententiae* Homullum poſtulaſſe. CATAN. Mediceus: ſecundae *ſententiae loco*, ut edidit Gryphius. corrupte. Neque quidquam huc facit ille *ſecundus in dicendo locus* ex Cicerone, de quo nos ad Salluſt. Cat. cap. L. n. 4. Verum eſt: *ſententiae loco dices. Erat enim jus ſenatori, ut, ſententiam rogatus, diceret ante quidquid vellet aliae rei & quoad vellet*, verba ſunt Capitonis apud Gellium Lib. IV. cap. X. Exem-

 plum

10 *uſque adhuc omnibus permiſiſti.* Reſido. [1] Aguntur alia interim. Me quidam ex conſularibus amicis ſecreto, [2] curatoque ſermone, quaſi nimis fortiter incauteque progreſſum corripit, revocat, [3] monet, ut ſiſtam: adjecit etiam, [4] Notabilem me futuris principibus. *Eſto*, inquam, *dum*
11 *malis.* Vix ille diſceſſerat, rurſus alter, *Quid audes?* [5] *quo ruis? quibus te periculis objicis? quid* [6] *praeſentibus confidis incertus futurorum? Laceſſis hominem jam praefectum aerarii & brevi Conſulem; praeterea qua gratia, quibus amicitiis fultum?* nominat quendam, qui tunc ad orientem [7] ampliſſimum & famoſiſſimum exercitum, non ſine magnis
12 [8] dubiiſque rumoribus obtinebat. Ad haec ego, [9] *Omnia praecepi, atque animo*

plum ſupra habemus Homulli Lib. VI Epiſt. XIX. n. 3. & Licinii Nepotis Eod. Epiſt. V. n. 1. *qui ſequenti ſenatu, cum de rebus aliis referretur, de proximo SCto diſſeruit, finitamque cauſſam retractavit.* Catonis factum ex Appiano & Plutarcho notum eſt. Plura de illo more collegit Gronovius Lib. I. Obſerv. cap. XXII. qui nec Plinii noſtri oblitus eſt. Mox Codd. fere omnes habent *permiſeras*, non *permiſeris*.

1. *Aguntur alia* interea. *Me quidam.*] Alii: *aguntur alia.* Interea *me quidam.* At Mediceus, omneſque ſcripti cum Ed. Vet. *Aguntur alia* interim. *Me quidam.* quod probo. Simile incertum ſupra vidimus Epiſt. I. n. 5. *Igitur ſi quid aliud in manibus*, interim differ: *hoc perfice.* Sic Optimus. Vulgo: *differ:* interim *hoc perfice.*

2. Accurato*que ſermone.*] Sic quidem vulgo circumferebant; At in ſcriptis omnibus, Edd Vett. & Aldinis exſtat: *curatoque ſermone*, idque injuria adhuc exſulavit. Ita *adcuratius* & *curatius ſcribere* confunduntur Lib. I. Epiſt. I. princ. item apud Salluſt. Jug. cap. XVI. n. 3 *adcuratiſſime* & *curatiſſime recipere.* Sed *curatius diſſerere* ex Tacito notum eſt, qui & Lib. I. Ann. cap. XIII. extr. *curatiſſimas preces* dixit. Corte.

3. *Monet, ut* deſiſtam.] Optimus: *monet, ut* ſiſtam. Recte. Corruperunt, qui ignorabant, Noſtrum *ſiſtere*, pro conſiſtere, deſiſtere uſurpare, idque more Latinorum, de quo ad Lib. VIII. Epiſt. XVII. n. 2. *Inde, quae ſolet flumina accipere, & permixta devehere, velut obvius, ſiſtere, cogit.* Mox Voſſ. *Adjicit*, Arnz. *adigit.*

4. *Notabilem* te *f. p.* feciſti.] Inſignem, dignum. Nota, antiqua lectio habet, *notabilem me futuris principibus*, ſcilicet adfuturum, ad idem tamen. Catan. Antiqua illa lectio eſt etiam in Mediceo: *notabilem me futuris principibus*, ſine verbo. Et neſcio quid grati habet illa obliqua oratio; rei certe eſt convenientiſſima. Lib. III. Epiſt. XI. n. 2. *Et quo* notabilius *hoc eſſet, praetor.*

5. Cur *rüis.*] Scripti omnes, Ed. Vet. & Gryphius: quo *ruis*? Hoc cur alii mutaverint, idoneam cauſſam non reperies. Lucanus Lib. VIII. vs. 584.

Quo *ſine me crudelis* abis?

Virgil. III. Eclog. vs. 19.

— — quo *nunc ſe proripit ille?*

IX. Eclog. princ.

Quo *te, Moeri, pedes*?

& hoc vulgatiſſimum eſt. Corte.

6. *Praeſentibus confidis.*] Praeſenti Reip. ſtatui: cum per Nervam reducta pene priſtina libertas. Buchner. Mediceus: *quid praeſentibus* confides.

7. *Ampliſſimum, &c.*] Sic Recentes. Pal. & Vett. Edd. tantum *ampliſſimum exercitum.* Gruter. Etiam Helmſt. & Arnz. tantummodo: *ampliſſimum exercitum*, excluſis illis *& famoſiſſimum.* At in Mediceo longe plura deſiderantur. Is enim: *quibus amicitiis fultum?* Nomina quaedam *non ſine magnis dubiiſque rumoribus obtinebat*, mediis omnibus omiſſis.

8. *Dubiis.*] Ambiguis, an futurus Caeſar poſt Nervam, id eſt, quem aliqui inopinabantur electum iri imperatorem. Catan. Recentiores ſcripti & Ed. Vet. *ſermonibus*, pro *rumoribus*, exhibent. ex Gloſſa, ut opinor.

9. *Omnia percepi.*] Verſus Virgilianus eſt ex VI. Aeneid Significat nihil eorum ſelatere, nihil non proviſum ſibi ante eſſe, quae offundere terrorem, & revocare ab inſtituto animum poſſint. Buchner. Mediceus: *Omnia praecebi*, & ſic meliores libri Maronis, non *percepi*, quod ſenſus non patitur. *Praecipere* eſt vel re, facto, vel cogitatione ante

animo mecum ante peregi : nec recuſo , ſi ita caſus attulerit , luere poenas ob honeſtiſſimum factum , [1] *dum flagitioſiſſimum ulciſcor.* [2] Jam cenſendi 13 tempus. Dicit Domitius Apollinaris , Conſul deſignatus, dicit Fabritius Vejento, Fabius Poſthumius , [3] Vectius Proculus, collega Publicii Certi, de quo agebatur : uxoris autem meae , quam amiſeram, vitricus: poſt hos [4] Ammius Flaccus. Omnes Certum nondum a me nominatum, ut nominatum defendunt: crimenque, [5] quaſi in medio relictum, defenſione ſuſcipiunt. Quae praeterea dixerint, non eſt neceſſe 14 narrare , in libris habes. Sum enim cuncta ipſorum verbis perſecutus. Dicunt contra [6] Avidius Quietus , Cornutus Tertullus. [7] Quietus, 15 *ini-*

ante capere , & occupare futura. Conſentit Nonius cap. IV. §. 369. & Seneca Epiſt. LXXVI. ad fin. ubi & aliquam interpretationem adjecit: *Tu hodie iſta*; inquit , *denuncias , ego ſemper denunciavi mihi , & hominem paravi ad humana.* Praecogitati *mali mollis ictus venit.* Alia habet Cerda ad Virgil. VI. Aen. vs. 105. De verbo plura diximus ad Lucani Lib. II. vs. 105.

Non ſenis extremum piguit vergentibus annis
Praecepiſſe *diem.*

CORTE.

1. *Dum flagitioſiſſimum ulciſcor.*] Non divertunt Codices. Aldus tamen : *dum flagitioſiſſimum* factum *ulciſcor.* Supra Voſſ. a prima manu : *ſi ita caſus tulerit.*

2. *Jam cenſendi tempus.*] Alibi monuimus *cenſere* proprie ſenatores dici, cum ſententiam dicunt. Lucanus Lib. III.

——— *ſedere patres* cenſere *parati*
Si regnum, ſi templa petat.

Livius Lib. X. *Bellum Samnitibus &* cenſuere *patres , & populus juſſit.* Sed proprie *cenſere* dicuntur, qui novas ſententias afferunt. Nam qui ſequuntur alios *aſſentiri* potius quam *cenſere* putabantur. Suetonius Auguſto C. XXXV. *Sententias de majore negotio , non more atque ordine , ſed prout libuiſſet praerogabat : ut perinde quisque animum intenderet , ac ſi* cenſendum *magis quam* aſſentiendum *eſſet.* BUCHNER. Lege Budaeum ad Pandect. pag. 219. BARTH. Adde Lib. IV. Epiſt. IX. n. 18. & Lib. V. Epiſt. XIV. n. 6.

3. *Vectius Proculus.*] Alibi meminit *Proculum* virum eruditum carmina ſcripſiſſe , quod etiam colligitur ex carmine Martialis Lib. I. Fuit & *Eutychius Proculus* , quo grammatico uſus eſt Antoninus philoſophus : ideo ad Proconſulatum usque provecto. & *Claudius Proculus* Praetor ſub Adriano pariter & *Flavius Proculus.* Item *Luſianus Proculus* Senator ſub Domitiano , & ejus necis vates *Larginius Proculus* , ut alios omittam. CATAN. Non multum diſcrepant ab his Nominibus MSS. recentiores. Sed Veterrimus : *dicit Fabricius Vejento* , *Fabius* Maximus , Bittius *Proculus.* Illud *Bittius* ex *Vittius* , hoc ex *Vettius* , id denique ex vera ſcriptura exſtitit , qualem corruptionem jam ſupra animadvertimus. De vocabulo *Maximus* amplius deliberandum cenſeo: quamquam ſi librarius, aut dictator parum Hiſtorici fuerunt, *Fabius Maximus* iis facilius in os calamumque incidere potuit, quam *Fabius Poſthumius* , aut , quod Aldus expreſſit , *Fabius Poſthuminus.* Deinde Optimus : *uxoris meae , quam amiſeram* , ſine Particula *autem.*

4. Ammius *Flaccus*] Mediceus: Amnius *Flaccus*, quaſi voluiſſet *Annius.* Infra omnes recentiores ſcripti & Ed. Vet. omittunt *ut nominatum*, non autem primariae membranae.

5. *Quaſi* in medio *relictum.*] Voſſ. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *quaſi* in medium *relictum* , quomodo locutus eſt Claudius Quadrigarius , & A. Gellius , ut obſervavimus ad Salluſt. Cat. cap. XIX. n. 6. *Nos eam rem* in medio *relinquemus.* Eadem varietas apud Lucan. Lib I. vs. 89. *orbemque tenere* In medium , ut quidam Codd. exhibent. Vulgo: *In medio*, atque ita hoc loco Mediceus, abs quo non recedo

6. Avidius *Quietus.*] Nomen *Avidius* non comparet in Mediceo.

7. *Quietus.*] Deeſt Voſſ. Helmſt. Arnz. Edd. Vet. & Aldinis, ſed male , & contra membranas principes. Hic Quietus , infra Cornutus diſtincte reſpondent.

iniquiſſimum eſſe, querelas dolentium [1] *excludi: ideoque Arriae, & Fan-*
niae jus querendi non auferendum: nec intereſſe cujus ordinis quis ſit, ſed
16 *quam cauſam habeat.* Cornutus, *datum ſe a Conſulibus* [2] *tutorem Helvi-*
dii filiae, petentibus [3] *matre ejus, & vitrico: nunc quoque non ſuſtinere*
deſerere officii ſui partes; in quo tamen, [4] *& ſuo dolori modum imponere,*
& optimarum foeminarum perferre modeſtiſſimum affectum: quas contentas
eſſe, admonere Senatum Publicii Certi [5] *cruentae adulationis, & petere,*
[6] *ſi poena flagitii manifeſtiſſimi remittatur,* [7] *nota Certo quaſi Cenſoria inu-*
17 *ratur.* Tum Satrius Rufus medio ambiguoque ſermone, *Puto*, inquit,
injuriam factam Publicio Certo, ſi non abſolvitur. nominatus eſt ab amicis
Arriae, & Fanniae, nominatus ab amicis ſuis. [8] *Nec debemus ſolliciti eſſe.*
Idem

1. *Excludi.*] Repelli, non audiri. Cujus ordinis quis ſit ille qui accuſetur, an Senator, an alterius conditionis, ſed omnibus aeque jus praeſtandum. CATAN.

2. *Tutorem.*] *Tutela* ſecundum Servium, referente Paulo, eſt *vis, ac poteſtas in capite libero conſtituta ad tuendum eum, qui propter aetatem ſuam ſponte ſe defendere nequit, jure civili data ac permiſſa: tutores* autem ſunt qui eam vim ac poteſtatem habent, ex qua re ipſi nomen acceperunt: itaque appellantur *tutores*, quaſi tuitores ac defenſores: ſicut aeditui dicuntur, qui aedes tuentur. *Datum a Coſſ.*] Claudius Tranquilli teſtimonio ſanxit extra ordinem *tutores* a Coſſ. darentur. & Juſtinianus, ut veteres Juriſconſultos taceamus: *ſi cui*, inquit, *nullus omnino* tutor *datus fuerat, ei dabatur quidem in urbe Romana a Praetore urbano & majore parte Tribunorum plebis ex lege Atilia: in provinciis vero a praeſidibus provinciarum, ex lege Julia & Titia, &c.* CATAN. *Datum ſe a Conſulibus, &c*] Suetonius Claudio cap. XXIII. *Sanxit ut pupillis extra ordinem tutores* a Conſulibus *darentur.* Vide ibi Torrentium. BUCHNER.

3. *Matre ejus & vitrico.*] Nam Helvidii uxor eo mortuo alium maritum duxit: Illa igitur cum marito novo, qui vitricus erat puellae, petiverat a Coſſ. ut Cornutus ei daretur tutor. CATAN.

4. Et *ſuo dolori modum imponere.*] Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. ei *ſuo dolori*; Voſſ. cum *ſuo dolori*. ſcilicet ne tibicine deſtitueretur verbum *imponere*, aut *perferre.* Cur non idem tentarunt penes Verbum *ſuſtinere?* Norunt hodie omnes, in Oratione Obliqua Accuſativos Pronominum frequenter omitti, qualia notamus ad Salluſt. Cat. cap. XXXI. n. 7. adde cap. XLVII. n. 1. Jug. cap. XV. n. 1. & paſſim. Mox Optimus & reliqui ſcripti omnes *perferre.* Aldus dedit *ferre.*

5. Cruentae *adulationis.*] Mediceus: *certentae adulationis*, per praecedens vocabulum *Certi* corruptus. Intelligit Certi adulationem apud Domitianum, qua Helvidius periit.

6. *Si poena* flagitii *manifeſtiſſimi remittatur.*] Praeſtantiſſimus: *ſi poena* factis *manifeſtiſſimi remittatur. Manifeſtos criminum, mendacii, manifeſtos rerum capitalium*, & ſimilia recte dici, alibi obſervavimus: quare & hic legi poterat: *factis manifeſtiſſimo*, aut *flagitii manifeſtiſſimo.* Forte ex tali ſcriptura varietas illa orta eſt.

7. *Nota Certo quaſi Cenſoria inuratur*] Animadverſio cenſorum proprie dicebatur *Nota*, & ipſi *notare.* exempla habes apud Suetonium Claudio cap. XVI. quo de cenſura ejus exponit, & Gellium Lib. IV. cap. XII. & XX. Notabant autem. Cenſores I. *Senatores* remotione a curia; II. *Equites* ademptione equi publici: III. *Plebejos*, cum aut moverent tribu, aut jure ſuffragii privarent, atque aerarios facerent. Aſconius Paed. in Divinat. Ciceronis: item pro Milon. Catachreſis autem eſt, cum *notam cenſoriam inuri* dicit, nihil enim in nota cenſoria igni ac uſtioni loci erat. Locutus tamen ita eſt, quia vulgari formula *nota inuri* dicebatur: reſpectu ad ſervorum notas, quae frontibus ipſorum inuri ſolebant. Ex quo iidem *Inſcripti*, item *Stigmatici* appellati: vel *ſtigmoſi*, quemadmodum Regulus Arulenum Ruſticum, *Vitelliana cicatrice ſtigmoſum* dixerat, ut Noſter auctor eſt Lib. I. Epiſt. V. BUCHNER. In Mediceo exſtat; *nota* certe *quaſi cenſoria inuratur.* quod eleganter dictum eſt, maxime, ſi ſupra *manifeſtiſſimo*, aut *manifeſto* legeris. Ita *certe* erit minimum, ſaltim, ut apud Optimos. Dictum ad Salluſt. Jug cap. XXXI. n. 5. Nec aliter (ſive caſu, ſive ex Codice) citavit Cujacius, Paratitl. ad π. Lib. XLVIII. Tit. XXIII. ubi quaedam in rem.

8. *Nec* debemus *ſolliciti eſſe*] i. Nec nos, i ſenatus univerſus, debemus ſolliciti eſſe, ne forte, ſi hodie

Idem enim nos, qui bene ſentimus de homine, judicaturi ſumus: Si innocens eſt, ſicuti & ſpero, & malo, donec aliquid probetur, credo poteritis abſolvere. [1] Haec illi, [2] quo quisque ordine citabantur. Venitur 18
ad me, conſurgo, utor initio, quod in libro eſt: reſpondeo ſingulis. Mirum, qua intentione, quibus clamoribus omnia exceperint, qui modo reclamabant: [3] tanta converſio vel negotii dignitatem, vel proventum orationis, vel actoris conſtantiam ſubſecuta eſt. Finio. [4] Incipit 19
reſpon-

ſi hodie abſolvatur Certus, crimen ejus, ſi quod ſubeſt, plane impunitum dimittatur. Nam & nos, quamquam faveamus homini, quando aliquid probabitur, idem vobiscum judicabimus, eumque condemnabimus; Sin innocens eſt, cet. Hic eſt ſenſus, quem interpretes non ſunt adſecuti, ut videas ex depravata eorum diſtinctione, quam nos emendavimus. Venuſta autem eſt Enallage, *Nec debemus*, pro *nec debetis*, *nec debent accuſatores Certi.* Sic fere in diſputatione *conſenſimus* adhibet Seneca. Lege Gronov. ad de Otio Sap. cap. ult. Sic Cato, ubi minimum de ſe loquitur, apud Lucan. Lib. IX. vs. 579.

— — *ſuperos quid* quaerimus *ultra?*

Idem Lib. IX. vs. 706.

— — — *inde* petuntur
Huc Libycae mortes, & fecimus *Aſpida mercem.*

Ita ſaepiſſime. Hiſtorici, & qui in Collegiis aut pro quadam univerſitate loquuntur. Ipſe Cato, acri illa Oratione, qua toties ſenatores adpellat, apud Salluſt. Cat. cap. LII. n. 10. *Nunc vero non id agitur bonis, an malis moribus* vivamus; n. 22. *pro his* nos habemus *luxuriam*, *avaritiam*, laudamus *divitias*, ſequimur *inertiam.* Idem olim ad Ciceronis Epiſtolas obſervavimus, loco nobili. Porro autem *ſi nocens eſt*, vel *donec aliquid probetur* ex ſequentibus intelligendum eſt. Moris enim eſt, ex duobus ejusmodi Oppoſitum alterum ſolum exprimere, quod in aliis verbis ſupra notavimus ad Lib. II. Epiſt. I. n. 7. Eadem ratione noſter Annaeus Lib. VII. vs. 106. 107.

— — — *fortiſſimus ille eſt,*
Qui promtus metuenda pati, ſi comminus inſtent,
Et differre poteſt.

nempe, *ſi non comminus inſtant.* Aliter enim ſi eſt, *differre* locum non habet. Ita etiam utraque conditione propoſita, alterum tamen eventum reticere ſolent. De quo (vereor enim, ne nimium nos extendamus) vide nuperum Editorem Xenophontis Lib. IV. Cyropaed. pag. 288. & ad Lib. VII. pag. 538. Supra Mediceus: *nominatus eſt ab amicis ſuis. Nec debemus*, cet. mediis illis: *Arriae &* cet. omiſſis. Voſſ. *nominatus eſt ab amicis A. e. F. nominatus ab* inimicis *ſuis*, ex ſcioli cujusdam commento. Infra Optimus: *ſicut ſpero, & malo.* CORTE.

1 *Haec illi.*] Dixerunt eo ordine, quo quisque citabantur ad dicendum. Super verbo *quisque* quam vim habeat lege in Panegyrico. CATAN.

2. *Quo quisque ordine citabantur.*] Id eſt, vocabantur ad cenſendum. *Citare* enim, ut & *ciere*, unde alterum eſt, nomine ſuo quem appellare ſive vocare ſignificat. Noſter paulo poſt: Citatis *nominibus.* Suetonius Calig. cap. XXVI. *Alios cum clam interemiſſet*, citare *nihilominus, ut vivos, perſeveravit.* Ovidius Epiſt. VII. Heroid. vs. 101. ſq.

Hinc ego me ſenſi noto quater ore citari,
Ipſe ſono tenui dixit, Eliſſa, veni.

Tacitus Hiſt. III. cap. XXIV. *Principes auctoresque belli* ciebat, id eſt, nominabat. Sic, quod Virgilio in VI. *magna manes ter voce* vocare; id in III. Aeneid. *ſupremum voce* ciere eſt. BUCHNER. Lucanus Lib. IV. vs. 177.

Hoſpitis ille ciet nomen, vocat *ille propinquum.*

3. *Tanta converſio.*] Optimus: *tanto converſi.* male. Lib. IV. Epiſt. XXIV. n. 2. *Tantas* converſiones *aut fragilitas mortalitatis, aut fortunae mobilitas facit.* Criſpus Jug. cap. XIII n. 7. *tanta* commutatio *inceſſit, ut ex maxima invidia in gratiam & favorem nobilitatis Jugurtha veniret.*

4. *Incipit reſpondere Vejento.*] Paria omnino apud Senecam Apocoloc. BARTH. Reſpicit verba de morte Claudii cap. XVIII. *Incipit Petronius velle reſpondere. Aeacus homo juſtiſſimus vetat.*

reſpondere [1] Vejento: nemo patitur, obturbatur, [2] obſtrepitur: adeo quidem, ut diceret, *Rogo*, PATRES C. *ne me cogatis implorare* [3] *auxilium Tribunorum.* Et ſtatim [4] Murena Tribunus, *Permitto tibi, vir*
20 *clariſſime Vejento, dicere.* Tunc quoque reclamatur. Inter moras Conſul, citatis nominibus, & [5] peracta diſceſſione, mittit Senatum, ac pene adhuc ſtantem, tentantemque dicere Vejentonem [6] reliquit. Multum ille de hac [7] (ita vocabat) contumelia, queſtus eſt Homerico verſu,

[8] Ω῀ γέρον, ἦ μάλα δή σε νέοι τείρυσι μαχηταί.

21 Non fere quisquam in Senatu fuit, qui non me complecteretur, exoſcularetur, [9] certatimque laude cumularet, quod intermiſſum jamdiu morem

1. *Vejento.*] Fabricius Vejento a Juvenale prudens appellatus. Fabricii adhuc extat illa antiqua memoria: IMPERATORI CAESARI VESPASIANO AUGUSTO PONTIFICI MAXIMO TR. POT. III. IMP. XII. P.P. COSS. III. DES. S. C. QUOD VIAS URBIS NEGLIGENTIA SUPERIORUM TEMPORUM CORRUPTAS INSTITUIT. LUCIUS FABRICIUS. CAJUS FURIUS CUR. VIAR. FACIENDUM CURAVIT. CATAN.

2. *Obſtrepitur.*] Strepitum faciunt contra Vejentonem ne audiretur: nam is defendere conabatur Publicium Certum, ne & ipſe pariter traheretur in periculum, quia ſub Domitiano ſummus fuerat adulator. IDEM. Vide ad Salluſt. Cat. cap. XXXI. n. 8. *Ad hoc maledicta alia cum adderet*, obſtrepere *omnes.*

3. *Auxilium Tribunorum.*] Tribunos plebis intelligit, quorum magna vis ac poteſtas, praecipue libera adhuc Republ. fuit. Proprium vero munus quaſi, adeſſe preſſis & laborantibus, cum alibi, tum in Senatu; quem vel dimittere poterant, ut improbatas ſibi res infectas redderent, quod Appianus Lib. II. de Bellis Civilibus obſervat. BUCHNER.

4. *Murena.*] Licinios *Murenas* cognominatos Macrobius indicat, quod piſce *Murena* effuſiſſime delectati ſint. CATAN.

5. *Peracta diſceſſione.*] Diſcuſſis ſententiis Senatorum per diſceſſionem, de qua alibi apertius. IDEM.

6. *Relinquit.*] Sic vulgatae omnes, quia praeceſſerat *mittit.* Optimus autem, item Voſſ. & Arnz. *reliquit*, quod ſenſui magis ſatisfacit. Eadem compoſitione Lucanus Lib. V. vs. 369.

— — — vincit *patientia ſaevi*
Spem ducis, & jugulos, non tantum praeſtitit *enſes*:

ubi plura collegimus.

7. *Ita vocitabat.*] In omnibus ſcriptis & Ed. Vet. exſtat: *ita vocabat*, quod reſtitui. Corrupte Arnz. *contumeliae queſtus.*

8. Ω῀ γέρον ἦ μάλα δή σε νέοι τείρυσι μαχηταί.] Id eſt, *o ſenex ſane multum te juvenes premunt bellatores.* Nam Secundus junior erat Vejentone. Carmen eſt ex VIII. Iliados, ubi Diomedes alloquitur Neſtorem in pugna circumſeſſum a Trojanis. Comeon aleatorem mordens Rhodophanta, tradente Athenaeo, eundem verſum fere uſurpavit: ὦ γέρον ἦ μάλα δή σε νέοι τείρυσι κυβευταί. CATAN. Ω῀ γέρον, &c.] Palat. tantum expreſſit Ω῀ γέρον, neque plus etiam ſpacii relictum eſt in Editt. primis, & veroſimile eſt, non expreſſiſſe Plinium verſus integros, ſed uſurpaſſe tantum initium. Quod hic dico de Palat. & Vett. Edd. antea etiam aliquoties occurrit, quamvis id minime indicarim. GRUTER. Diximus & nos ſupra ad Epiſt. I. n. 3. Hic tamen Codd. noſtri omnes integrum verſum exhibent, & quilibet videt, ſi tantummodo ὦ γέρον citaſſet, non ſuffeciſſe hoc, ut ipſe ille verſus occurreret. Ed. Vet. longe aliud pro hoc verſu ſiſtit. Ita enim illa: *queſtus eſt Homerico verſu* τὴν καρδίαν κυμαμονει κλειυ ανοριειπο ιη:ιτες ει νεώτατοι ωυφ:νεας.
De quo alii judicaverint. Mediceus & reliqui noſtri MSS. cum Vulgata incedunt.

9. *Certatimque* laudem *cumularet.*] Sic quidem Aldus, & aliquot alii impreſſi. MSS. autem omnes: laude *cumularet.* Lib. III. Epiſt XI. n. 8. *quod me cum apud alios, tum apud te tantis* laudibus cumulat. Cicero I. de Orat. cap. XXVI. princ. *fingendus eſt nobis oratione noſtra, detractis omnibus vitiis, orator, atque omni* laude cumulandus.

1. *Orti-*

morem in publicum conſulendi, ſuſceptis propriis ſimultatibus, redu-
xiſſem: quod denique Senatum invidia liberaſſem, qua flagrabat apud
[1] ordines alios, quod ſeverus in ceteros, Senatoribus ſolis [2] diſſimula-
tione quaſi mutua parceret. Haec acta ſunt abſente Certo. [3] Fuit enim, 22
ſeu tale aliquid ſuſpicatus, ſive, ut excuſabatur, infirmus. [4] Et rela-
tionem quidem de eo Caeſar ad Senatum non remiſit. Obtinui tamen,
quod intenderam. Nam collega Certi conſulatum, [5] ſucceſſorem Cer- 23
tus accepit: planeque factum eſt, quod dixeram in fine, *Reddat prae-
mium ſub optimo Principe, quod a peſſimo accepit.* [6] Poſtea actionem meam,
utcun-

1. *Ordines alios.*] Ceteros magiſtratus; an magis equeſtrem & plebejum. CATAN. Poſterius verum eſt. Mox eleganter Arnz. *ſeverus in ceteris*, ſed alio loco. Hic enim praeſtat recepta lectio.

2. *Diſſimulatione quaſi mutua.*] Tergiverſando nolle intelligere, nec plectere crimina alicujus ſenatoris: ne ſua pariter plecterentur, ſed ita videbantur ſe gerere, ut unus alteri indulgeret. Poſſumus imprimis reſpicere Vejentonem tuentem Publicium, quia uterque delator fuerat. CATAN. Ed. Vet. *diſſimulatione quaſi* mutus *parceret*, quod etiam in MS. Helmſt. legitur; Arnz. *quaſi nutu*; Voſſ. *quaſi mutuo.* perperam omnes. *Diſſimulatio mutua* eſt, qua ſenator ſenatoris delicta diſſimulat, & invicem ſibi hoc gratificantur, ne puniantur. Lib. VI. Epiſt. XXVII. n. 3. *quod ipſum* diſſimulatione *& ſilentio non praeterii.*

3. Abfuit *enim ſeu tale aliquid ſuſp.*] Mediceus & reliqui ſcripti cum Ed. Vet. Fuit *enim ſeu . . . infirmus.* quod mihi longe elegantius videtur; aut, niſi elegantius eſt vulgato, non adparet, unde librarii ad duram hanc ſcripturam, qualis plebi videtur, prolapſi ſint. Senſus eſt: *fuit enim aut ſimulate, aut revera infirmus.* Prius clare ſatis ex verbis ipſis percipitur; poſterius autem non minus clarum erit, ſi cogites, excuſantes non fictas, ſed veras cauſſas ſubponere praeſumi. Adde notam ad Lib. VIII. Epiſt. XI. n. 3. Poſſet etiam jungi: Fuit enim tale aliquid ſuſpicatus, & propterea abfuit; ſive infirmus fuit. Quaecumque ratio placuerit valebit ad conſervandam veterem ſcripturam *Fuit*, pro *Abfuit*.

4. *Et relationem qu. de eo Caeſ. ad ſen. non remiſ.*] Corrupta haec in ſcriptis junioribus. Helmſt. *Et relationis quidem de eo Caeſar adſit: obtinui* cet. atque ita Ed. Vet. Paullo aliter Arnz. *& relationis quidem de eo Caeſar adſit optimi tamen* cet. Voſſ. *& relationis quidem die Caeſar adfuit, obtinui.* Nihil mutat Optimus. Relatio ad ſenatum remitti dicitur, quando Senatui negotium datur a principe, ut de re deliberet, ſtatuat & cenſeat. Supra Lib. IV. Epiſt. IX. n. 1. *Adcuſatus eſt ſub Veſpaſiano a privatis duobus:* ad ſenatum remiſſus, *diu pependit.* Lege de re Tacitum XIII Ann. cap. IV. Sueton. Domit. cap. XI. Capitolinum Marco cap. X. alios.

5. *Succeſſorem.*] Ambiguum an in praefectura aerarii, an in Conſulatu? Nam ſupra de eo loquens dixerat, & *jam conſulem.* Ego mallem in conſulatu, in quo deſignatus fuerat a Domitiano, ſed eum honorem nondum iniverat. CATAN. Eſt ſane aliqua ratio dubitationis, quam tamen deterius arripiendo male compoſuit Catanaeus. Nam ſi de *conſulatu* intelligas, indecore *collega Certi* Proculus, nondum conſul, dicitur. vide ſupra n. 13. Contra ſi *ſucceſſorem* de praefectura, ut aequum eſt, capis, aptiſſime utrumque exprimitur, Certum & ſpe conſulatus excidiſſe: eum enim accepit Proculus; & praefecturam, ſucceſſore accepto, amiſiſſe. *Succeſſorem dare, mittere, accipere* frequentiſſimum de illis, qui a munere removentur. Vide Caſaubon. ad Spartian. Adrian. cap. VIII. *Cui cum* ſucceſſorem dare *non poſſet, quia non petebat, id egit, ut peteret.* Id ipſe Spartianus, qui mos eſt illorum ſcriptorum, exponit cap. XXIV. *Qua re prodita* ſucceſſore accepto *dignitate privatus eſt.* Suetonius Aug. cap. LXXXVIII. *legato eum conſulari* ſucceſſorem dediſſe, *ut rudi & indocto.*

6. *Poſtea* actionem *meam.*] Libri quidam habent *acceſſionem*, quod eſt nihili. Praebet tamen occaſionem ſuſpicandi, quaſi ſcriptum fuerit ab initio non *actionem*, verum *accuſationem.* SCHEFFER. Typorum vitium eſſe videtur in Hackiana *acceſſionem*, ex quo occaſionem ſuſpicandi Schefferus adripere non debebat. Libri enim Vett. uno ore *actionem.* Sic mox Epiſt. XV. n. 2. *Retracto enim* actiunculas *quaſdam.* Lib. II. Epiſt. V. princ. Actionem *& a te frequenter flagitatam . . . exhibui tibi*, & ſaepiſſime.

24 utcunque potui, recollegi: addidi multa. Accidit fortuitum, [1] ſed non
tanquam fortuitum, quod, editis libris, Certus intra pauciſſimos dies
25 [2] implicitus morbo deceſſit. Audivi referentes, hanc imaginem
[3] menti ejus, hanc oculis oberraſſe, tanquam videret, [4] me ſibi cum
ferro imminere. Verane haec, affirmare non auſim: intereſt tamen
27 exempli, ut vera videantur. Habes epiſtolam, [5] ſi modum epiſtolae
cogites, libris, quos legiſti, non minorem: ſed imputabis tibi, qui
contentus libris non fuiſti. *Vale.*

XIV. C. PLINIUS TACITO SUO S.

Hortatur Tacitum ad comparandam ſibi aeternitatem ſcriptis.

NEc ipſe tibi plaudis, & ego nihil magis ex fide, quam de te ſcribo. [6] Poſteris an aliqua cura noſtri, neſcio: nos certe meremur, ut

1. *Sed non tanquam fortuitum.*] Sed ratione aliqua. Nam ſapientum quidam in fortuna aliquid eſſe putant, ſed ejus improvidos caſus ignorari a nobis. *Fortuitum* igitur videtur quod Publicius paulo poſt deceſſerit; *non tanquam fortuitum*, quod conſcientia preſſus & dolore in morbum inciderit. CATAN. Lib. VI. Epiſt. XXXIII. n. 5. Accidit *caſu quidem*, *ſed non ut caſus videretur.*

2. *Implicitus morbo.*] Lucretius Lib. VI.

——— *ubi ſe quisque videbat*
Implicitum morbo.

C. Nepos in Cimone & Ageſilao *in morbum implicitos* dixit. Sic contra *expliciti morbo*, qui convaluerunt. Seneca de Tranquillitate animi cap. II. *Nec ullius propius admoneor exemplo, quam eorum, qui ex longa & gravi valetudine* expliciti, *motiunculis levibusque interim offenſis perſtringuntur.* BUCHNER.

3. Menti *ejus*, *hanc oculis* oberraſſe.] Recentiores ſcripti, Ed. Vet. & Aldus: *mentis ejus.* Optimus autem *menti.* Iidem recentiores & Ed. Vet. *ineſſe*, quaſi voluerint *inerraſſe*, ut Lib. VII. Epiſt. XXVII. n. 6. *Nam interdiu quoque, quamquam abſceſſerat imago, memoria imaginis* oculis inerrabat. quem locum etiam tentaverant. Primarius tamen *oberraſſet.* & *oberrare* aeque probum eſſe, jam l. c. demonſtravimus.

4. *Me ſibi cum ferro imminere.*] Aliter *reſpondere mihi*, id eſt, laudare meam actionem, & gratias agere pro ultione ſua: an reſpondere, id eſt conſulere quomodo dicerem? Sed ſi legimus *me ſibi cum ferro imminere*, quae ſcriptura eſt in Pontificio exemplari, melius procedet CATAN. Aldus vulgavit: *tamquam videret, Helvidium reſpondere mihi. Verane haec* cet. idque etiam in Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. habetur. Voſſ. *Helvidium reſpondere ſibi.* Sed Optimus, ut Catanaeus ex Pontificio notavit: *tamquam videret, me ſibi cum ferro imminere*, quod ſolummodo verum eſt, ſi reputes, unde iſtae imagines Certo venerint. Infra Aldus: *intereſt* enim *exempli*, contra libros ſcriptos.

5. *Si* modo epiſtolam *cogitas.*] Notabili negligentia hoc inſulſum vulgatas Edd. occupavit, quod etiam in Helmſt. & Ed. Vet. haeret. Arnz. *ſi modo epiſtolae cogitas.* Nugae merae. Optimus & Voſſ. *ſi modum epiſtolae*, quod Aldus & Gryphius expreſſerunt. Recte, & ſic vis quaedam ineſt verbo *cogites*, quae nulla erat in lectione vulgata. Sic etiam ſenſus conſtat; cum alioquin falſum foret, epiſtolam hanc libris non minorem eſſe. *Si modum epiſtolae cogites*, i. ſi longitudinem epiſtolae aeſtimes, ſi reputaveris, quam longa epiſtola eſſe ſoleat. Ita *modum ruris*, *modum inſulae* dixit Noſter. vide ad Lib. VIII. Epiſt. XX. n. 5. Idem Lib. II. Epiſt. V. extr. *ne* modum, *quem etiam* orationi *adhibendum puto*, in epiſtola *excedam.*

6. *Poſteris an aliqua cura noſtri.*] Aliter haec concipit Mediceus: *ego nihil magis ex fide, quam de te, ſcribo poſteris:* quibus *an aliqua cura noſtri, neſcio.* Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *noſtri* omittunt.

1. Sed

ut ſit aliqua; non dico ingenio (id enim ſuperbum) ſed ſtudio, [1] & labore, & [2] reverentia poſterorum. Pergamus modo itinere inſtituto, [3] quod ut paucos in lucem famamque provexit, ita multos e tenebris & ſilentio protulit. *Vale.*

XV. C. Plinius [4] Falconi Suo S.

Seceſſerat in Tuſcos Secundus, ut liberius & otioſius viveret: ſed ſcribit non minus ibi moleſtari negotiis ruſticis ingruentibus, interdum tamen ſtudere.

REfugeram in Tuſcos, ut omnia ad arbitrium meum facerem, [5] at hoc ne in Tuſcis quidem: tam multis undique ruſticorum libellis, & tam querulis [6] inquietor, [7] quos aliquanto magis invitus, quam

1. Sed *labore, & reverentia* poſterum.] Scripti omnes & Ed. Vet. *& labore*, pro *ſed.* Deinde Optimus, Helmſt. & Ed. Vet. *poſterorum*, non *poſterum.* Utrumque Latinum eſt: ſed libros praeſtat ſequi probatos.

2. *Reverentia poſterum.*] Quam poſteris habemus, quibus ſtudemus aliqua literarum monumenta relinquere. CATAN.

3. *Quod ut paucos.*] Sicut pauci per literas ad ſummum gloriae culmen pervenerunt, multi tamen per illas immortales facti ſunt. IDEM. Catanaeus explicat, *multi per illas immortales facti ſunt.* Velim ſcire, quomodo; ſi in lucem famamque provecti non fuerunt, quippe quod paucis tantum ait contigiſſe. Igitur non haec ſententia, ſed proferre aliquem e tenebris & ſilentio, ſignificat hoc loco, animare aliquem, ut non poſſit diutius ſilere & manere in tenebris, verum ſtudeat & ipſe prodire in lucem & ingenium ſuum publicare, licet pauci tantum conſequantur publicatione iſta, ut famam ſolidam & durabilem habeant. SCHEFFER. Mira comminiſcitur Schefferus, quaeque nec mens auctoris, nec verba admittunt. Diſtinguit inter claros ſcriptores, & non obſcuros: illos in luce famaque verſari, hos e tenebris & ſilentio proferri dicit. Modeſtiae cauſſa hoc factum ab Secundo: tamen utroſque, tamquam aliquid egregium ſecutos, laude dignos judicat. *Silentium* non intellexit vir doctus. *Famae* opponitur, & is *in ſilentio* eſſe dicitur, de quo nemo loquitur, nemo celebrat. Salluſt. Cat. cap. II. n. 8. *eorum ego vitam mortemque juxta aeſtumo, quoniam de utraque ſiletur.* cap. I n. 1. *vitam ſilentio ne tranſeant.* ubi vide. Eleganter Pindarus Iſthm. Ode IV. vs. 50.

——— ——— Τῶν ἀπειρά-
των γὰρ ἄγνωστοι ΣΙΩΠΑΙ.

ubi Schmidius bene obſervat φήμην & σιωπὴν opponi. eum vide. M. Seneca Lib. V. Controv. XXXI. Silentio *virtutes noſtrae tranſiſſent; nunc* illuſtratus es, *dum conferuntur.* L. Seneca Epiſt. XXI. *Inter tam magna nomina* taceretur, *niſi Cicero illum aperuiſſet . . . pauca ingenia caput exſerent, & in idem quandoque* ſilentium *abitura oblivioni reſiſtent.* De *tenebris* eleganter Cicero pro Archia, Lucanus Lib. IX. vs. 986. alii. adde ſupra Lib. V. Epiſt. VIII. CORTE.

4. *FALCONI.*] Pervetuſta lectio non *Falconi*, ſed *Mamiliano* hanc epiſtolam ſcriptam fuiſſe monſtrat. CATAN.

5. *At hoc ne in Tuſcis quidem.*] *Licet* addidit MS. Voſſianus, quod ſtatim adripuit Gryphius. Reliqui omnes ignorant.

6 *Inquietor.*] *Inquietare* eſt quietem alicujus vel otium interturbare, atque adeo negotium faceſſere, moleſtumque eſſe: quemadmodum ſaepe Suetonius uſus eſt, ut Auguſt. cap. LIII. Calig. cap. XXVI. & LVI. & LIX. Claudio cap. IX. Nerone cap. XXXIV. Modeſtinus L. Titia XXXIV. § Cajus D. de Legatis II. *Inprimis ſciant heredes mei, nullam pecuniam eſſe penes uxorem meam, ſed nec alind quicquam. Ideoque hoc nomine eam* inquietari *nolo.* BUCHNER.

7. *Quos.*] *Libellos*, alluſit ad nomen. Nam qui porriguntur Principi vel Senatui, vel alicui magiſtratui, poſtulantes aliquid, *libelli* dicuntur, ſic & parvi libri, ut ſuos frequenter Secundus ſolet appellare. CATAN.

2 quam meos, lego. nam & meos invitus. Retracto enim [1] actiunculas quaſdam, quod poſt intercapedinem temporis & frigidum, & acerbum
3 eſt. [2] Rationes, quaſi abſente me, negliguntur. Interdum tamen equum conſcendo, & patremfamiliae hactenus ago, quod aliquam partem praediorum, ſed [3] pro geſtatione, percurro. Tu conſuetudinem ſerva, nobisque [4] ſic ruſticis urbana acta perſcribe. *Vale.*

XVI. C. Plinius Mamiliano Suo S.

Non ſibi occupato circa ſteriles vindemias licere venari, nec placere, ſcribit Mamiliano, ſed pro muſto novos verſiculos pollicetur.

Sum-

1. *Actiunculas.*] Breves actiones, oratiunculas, quod magis placet. Quamvis alii non actiones, ſed *ratiunculas* legant, ut ſit ſenſus: ego revideo quosdam calculos rei meae familiaris, quod poſt longum temporis ſpatium eſt inane & importunum: & ideo rationes ita curantur tanquam ſi eſſem abſens, id eſt, ferme negliguntur. Placet prior lectio. CATAN. Aldus habet *ratiunculas*, ſed perperam. Scripti noſtri omnes & Ed. Vet. *Actiunculas*, de quibus ad Epiſt. XIII. n. 23. Mox recentiores MSS. *quodintercapedinem*, neglecta Prae. poſitione. Mediceus: *quod* poteſt *intercapedinem temporis.* qui index eſt, recte Aldum dediſſe, *poſt intercapedinem*, quem alii merito ſunt ſecuti.

2. Ratiocinationes, *quaſi abſ. me, negliguntur.*] Male ratiocinati ſunt, qui nobis has *Ratiocinationes* obtrudere voluerunt. Mediceus, Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *Rationes.* recte. Solebant domini cum praedia & villas viſitarent, rationes villici aliorumque examinare; hoc, tamquam moleſtum, omittebat nunc quidem Plinius. Lib. VII. Epiſt. VI. n. 2 *poſtulabat, ut Varenus exhibere* rationes *cogeretur.* Lib. X. Epiſt. XXIX. n. 3. Rationes *autem in primis tibi rerump. excutiendae ſunt.* Nihil frequentius. Catanaeus ex Columella *ratiocinatorem* citavit, & inde aliquid praeſidii accedere putavit vulgatae lectioni; ſed ut *ratiocinatorem* non damno, ita *ratiocinationes* nusquam pro *rationibus* reperio. nam apud Vitruvium alia eſt notio vocabuli. Diſplicuit jam Barthio, qui ex vulgato faciebat: *Rationes cunctae*, vel aliud, ut ejus verba habent, & deinde: *quaſi* abſentis *negliguntur.* Nimirum Ed. Vet. praefert *abſentes* Mediceus, Voſſ. Arnz. & Helmſt. *quaſi* abſente *negliguntur*. ſine Pronomine *me.* & videmus Plinium ſaepiſſime Provocabula omittere, ut Lib. I. Epiſt. II. n 5. Epiſt XIX. extr. Lib. III. Epiſt. XIV. n. 2. Lib. IV. Epiſt. IX. n. 18. Lib. IX. Epiſt. VII. n. 2. & paſſim. Potuit tamen hoc loco propter concurſum ejusdem ſoni *te, me, ne*, id *me* facile excidiſſe. Ob eam cauſſam nihil in iſta parte mutavi. CORTE.

3. *Pro geſtatione*] Cauſa geſtationis magis quam viſendi praedia. Duplex enim corporis exercitatio, aut *pedibus* aut *geſtatione*, ſed geſtabantur *equo*, aut *vehiculo*, aut *lectica*, vel *navi.* CATAN. *Sed pro geſtatione.*] Significat eo tempore, quo alias domi *geſtatione* valetudinis cauſa pro more veterum, locis in id deſtinatis proprie uti ſolitus, tum percurriſſe agros, ut viſeret, & patremfam. ageret ſimul, & valetudini inſerviret. BUCHNER. *Pro geſtatione*, i. loco geſtationis.

4. Sic *ruſticis.*] Malo: *nobisque* licet *ruſticis.* BARTH. Non ego. *Sic ruſticis*, i. tali ruſtico, qualem deſcripſi. De Particula *ita* hunc ſenſum explicuimus ad Criſpi Jug. cap. LXXXV. n. 7. Sidonius non multum abit Lib. VIII. Epiſt. VIII. extr. *quem debeat* ſic induſtrium, quod *latentem, non tam honorare cenſor, quam onerare cenſus.* adde ſupra Lib. IV. Epiſt. VI. n. 2. & Lib. VIII. Epiſt. IV. n. 7. Infra Epiſt. XXXVI. n. 4. Coenanti *mihi* ſic *cum uxore vel paucis, liber legitur.* Livius Lib. II. cap. X. *Ita* ſic armatus *in Tiberim deſiluit.* Terentius Andr. Act. I. Sc. I. vs. 35.

Sic *vita erat.*

qui aliquoties hac particula pro hujusmodi utitur. Ejus vim optime cognoſces ex noſtris ad Lucan. Lib. IX. vs. 528.

Sic *quoque nil obſtat Phoebo.*

ubi male fecerant: *Hic quoque.* Praecedens: *patremfamiliae* hactenus *ago*, nihil aliud, niſi *ſic*, hoc loco admittit. CORTE.

1. *Hiſto-*

SUmmam te voluptatem percepiſſe ex iſto copioſiſſimo genere venandi non miror, cum [1] hiſtoricorum more ſcribas numerum iniri non potuiſſe. Nobis venari nec vacat, nec libet: non vacat, quia vindemiae in manibus: non libet, quia exiguae. Devehemus tamen pro [2] novo muſto, novos verſiculos, [3] tibique jucundiſſime exigenti, [4] ut primum videbuntur deferviſſe, mittemus. *Vale*.

XVII. C. PLINIUS GENITORI SUO S.

Permittendas eſſe unicuique ſuas voluptates oſtendit hac epiſtola.

[5] REcepi literas tuas, quibus quereris, taedio tibi fuiſſe quamvis lautiſſimam coenam, quia [6] ſcurrae, cinaedi, moriones menſis inerrabant. [7] Vis tu remittere aliquid ex rugis? Equidem nihil tale habeo, habentes tamen fero. Cur ergo non habeo? quia nequaquam me ut [8] inexſpectatum, feſtivumve delectat, ſi quid molle a cinaedo, petulans a ſcurra, ſtultum a morione profertur. [9] Non rationem, ſed ſtoma-

1. *Hiſtoricorum more.*] Qui cum volunt ſignificare copiam occiſorum, vel captivorum, aut hoſtium fuiſſe adeo magnam, ut recenſeri non potuerit: dicunt *numerum non potuiſſe iniri*. Nam *inire numerum*, eſt numerare. CATAN.

2. *Novo muſto.*] Videtur parelcon eſſe *novo*, cum *muſtum* ſit novum vinum, & *muſtea res* pro novella & recenti uſurpetur: niſi tamen additum, ut reſponderet novis verſiculis. IDEM. Mediceus: *Devehimus tamen pro novo muſto*, non *Devehemus*, quod ipſe tamen teneo. Idem codex ſupra: *nec vacat, nec libet, quia exiguae*, mediis omiſſis.

3. Tibi, quos *jucundiſſime exigenti.*] Melius Primarius: tibique *jucundiſſime exigenti*, quod repoſui.

4. *Ut primum videbuntur* deferbuiſſe.] Idem Optimus *deferviſſe*, quod & Gryphius expreſſit. Vide ſupra ad Epiſt. XIII. n. 4.

5. Recepi *litteras tuas.*] Ed. Vet. Gryphius & alii *Accepi*. MSS. autem conſenſu *Recepi*. Dictum ſupra ad Epiſt. XI. princ.

6. *Scurrae.*] *Scurra* eſt, qui riſum captat non ſervata dignitate perſonarum. Diminutivo ejus *ſcurrula* uſus eſt Apulejus in ſuo aſino. *Cinaedi.*] Qui muliebria patitur, is *cinaedus* dicitur. Unde a Virg. in Priapeis, & ab Apulejo feſtiviter *cinaedi* pro puellis uſurpantur, quod officium eorum ſuſtineant: dicti ἀπὸ τοῦ κινεῖν τὰ αἰδοῖα, id eſt, a motu verendorum: vel *cinaedus* dictus tanquam κενὸς αἰδοῦ, id eſt, vacuus verecundia. *Moriones.*] Qui natura, ſtultitia riſum excitat dictis factiſve inſulſis morio appellatur. Μωρὸς enim fatuus & ſtultus, & *morari* cum prima longa ſignificat fatuum eſſe. Unde Tranquill. ſcribit Claudium inter homines deſiiſſe *morari* producta prima ſyllaba, hoc eſt, non amplius fatuum eſſe mortis interventu. In *morionem* luſit acutiſſime Martial. in carmine:

Morio *dictus erat*, &c.

CATAN.

7. *Vis tu remittere aliquid ex rugis.*] Id eſt, gravitate, ſeveritate. Auſteri enim homines dum contrahunt frontem, rugas faciunt. BUCHNER. Mediceus: *Vis tu remittere aliquid ex* nugis? minus recte. *Rugae* ad ſeveram & caperatam frontem ſpectant, ut recte Buchnerus. Sic *contrahere, conſulcare, conſtringere frontem*, & contra *explicare, exporrigere* dicunt. Vide Taubmann. ad Plaut. Epid. Act. V. Sc. I. vs 3. De Formula *Vis tu*, pro *Visne tu*, multis egit ad Senecam Gronovius.

8. *Inexſpectatum*] Subitum, inopinatum. Sunt enim mirabilia, quae maxime inexſpectata. CATAN.

9. *Non rationem, ſed ſtomachum tibi narro.*] *Stomachus* ea animi vis dicitur, qua res aut amicas naturae noſtrae appetimus, aut ei contrarias averſamur:

3 ſtomachum tibi narro. Atque adeo quam multos putas eſſe, quos aeque ea, quibus ego & tu capimur & ducimur, [1] partim ut inepta, partim ut moleſtiſſima offendant? Quam multi quum [2] lector, aut lyriſtes, aut comoedus inductus eſt, [3] calceos poſcunt, aut non minore cum taedio [4] recubant, quam tu iſta (ſic enim appellas) [5] prodigia
4 perpeſſus es? Demus igitur alienis oblectationibus veniam, ut noſtris impetremus. *Vale.*

XVIII.

ſamur: quemadmodum *ſtomachus* quosdam cibos appetit, quosdam fugit atque abhorret. Supra Lib. I. Epiſt. ultima: *In hoc autem agello* (*ſi modo arriſerit pretium*) *Tranquilli mei* ſtomachum *multa ſollicitant.* Id eſt, emendi libidinem ſive cupiditatem multa incendunt ſeu incitant. Significat itaque Plinius, quod neque ſcurras cinaedosque, nec moriones habeat, in eo ſe non certas rationes ſequi, ſed animi ſui libidinem. Martialis Lib. I. Epigr. XXXII.

Non amo te, Sabidi: nec poſſum dicere quare:
Hoc tantum poſſum dicere, non amo te.

Nempe & hic Poeta ſignificat, Sabidium ſibi eſſe odio, non ob certas quasdam cauſas, quibus adduceretur, ſed motu animi, qui plane ab eo averſus eſſet. Hoc eſt, *ſtomachum* eſſe, non *rationem*, quod Sabidium non amet. BUCHNER. Adde ſupra Lib. VI. Epiſt. XIV. extr. Sic in illo noto: *Haec aut* animo *Catonis ferenda ſunt, aut Ciceronis* ſtomacho.

1. *Partim* ut *inepta.*] Mediceus & Helmſt. *ut* negligunt, quaſi ex ſequenti intelligendum, ut aliae particulae. Vide ad Lib. II. Epiſt. XVII. n. 16. Supra Voſſ. Helmſt. & Ed. Vet. *quos ea, quibus capimur*, omiſſis *aeque*, ac *ego & tu.*

2. *Lector aut lyriſtes.*] Sic Lib. I. docuit ſolitum introducere *comoedum*, vel *lectorem*, vel *lyriſten.* Athenaeus hunc morem notabiliter taxat, referens viles homines in convivia ſolitos introducere *tubicines* magno precio, quia neſcirent invicem confabulari, & ineruditi eſſent ad diſſerendum: ubi vero ſint honeſti & eruditi convivae, neque *tubicines*, neque *ſaltatores*, neque *lyriſtas* intromitti, cum ſatis habeant inter ſe digna memoratu diſſerere, ſine gyris & talibus ludibriis. CATAN.

3. *Calceos poſcunt.*] Ut parantes abire. Nam discubituri ponebant *calceos*, ne lectos tricliniares conſpurcarent; quos ſurgentes & abeuntes reſumebant. BUCHNER.

4. *Recubant.*] Puto melius eſſe *ſecubant*, averſi nempe. BARTH. Sed hoc non ſignificat *ſecubare*, averſum cubare: neque Codd. addicunt. In Voſſ. Helmſt. & Ed. Vet. Simplex legitur *cubant*, pro quo Arnz. *putant.* Recumbere alibi Noſtro placuit, ut Lib. IV. Epiſt. XXII. n. 4. *Vejento proximus, atque etiam in ſinu* recumbebat. Epiſt. XXX. n. 3. *juxta* recumbis *& veſceris.* Itaque eo fere inclino, ut cenſeam ſcripſiſſe auctorem, quod eſt in Mediceo: *non minore cum taedio* recuſant, *quam tu iſta* cet. *Recuſare* & *perpeti* eleganter ſibi objacent, atque ſic longe magis perverſe delicatorum ſtomachus reprehenditur, quod etiam cum taedio *recuſant* lectorem, lyriſten & comoedum, quam ſi tantum cum taedio recumberent: ſic enim non minus, quam alii illi, *patiuntur.* Lucanus Lib. III. vs. 324.

Sit mens iſta quidem cunctis, ut veſtra recuſent
Fata.

Valer. Flacc. Lib. VII. vs. 589.

Ille virum *atque* ipſam *tunc* te, *Medea*, recuſans
Concutit.

Livius Lib. V. cap. XLIV. extr *Non* recuſo *eumdem Ardeae rerum mearum* exitum, *quem Romae habui.* Juſtinus Lib. XIII. cap. II. n. 11. *Ptolemaeus* recuſabat regem *Aridaeum.* atque hoc frequens. CORTE.

5. *Prodigia.*] Nempe ſcurras, cinaedos, moriones. Ita Cicero pro Sext. cap. XVII. *Duo importuna* prodigia, *quos egeſtas, quos aeris alieni magnitudo . . . tribuno plebis conſtrictos addixerat.* Ita aliquoties *monſtra* de hominibus perditis Lucanus, ut Lib. VIII. vs. 613.

——— ——— *cum ſtringere ferrum*
Regia monſtra *parant.*

Plura ad Lib. VI. ejusdem Annaei vs. 635. Ita & *portentum* apud alios. Mediceus: *quam tu* ita *ſic enim* adpello *prodigia p. e.*

6. Ipſe

XVIII. C. PLINIUS SABINO SUO S.

Deſideranti Sabino promittit libellos ſuos : ſed per ordinem, ne memoriam conturbet.

QUA intentione, quo ſtudio, qua denique memoria legeris libel-
los meos, epiſtola tua oſtendit. [1] Ipſe igitur exhibes negotium
tibi, qui [2] elicis & invitas, ut quamplurima communicare tecum velim.
Faciam; per partes tamen, & quaſi digeſta, ne iſtam ipſam memoriam, 2
cui gratias ago, aſſiduitate & copia turbem, oneratamque & quaſi op-
preſſam cogam pluribus ſingula, poſterioribus [3] priora dimittere.

XIX. C. PLINIUS [4] RUFONI SUO S.

Rufoni reprehendenti Virginium excuſat, quod juſſiſſet ſepulchro inſcribi factum illud ſuum memorabile, & Frontinum laudanti quod prohibuiſſet conditorium ſibi conſtrui: demum utroſque laudat tanquam diverſo itinere ad immortalitatem tendentes.

SIgni-

1. Ipſe *igitur exhibes.*] Sic Mediceus, Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. ac plerique alii impreſſi. Pueriliter Aldus: Ipſi *igitur exhibes*: Voſſ. *Exhibes igitur negotium tibi.* Eſt hoc Graecorum πρᾶγμα παρέχειν, quod Seneca de morte Claud. cap. IX. Ariſtophanes Pluto Sc. I. vs. 20. Sc. II. vs. 42. alibi, Xenophon III. Cyropaed. pag. 181. & multi praeterea uſurpant. Latini etiam *negotium faceſſere* in eum fere ſenſum, & *negotium dare* dicunt.

2. *Elicis,*] *Elicere* eſt blanditiis ad ſe trahere, & educere: inde *elices* ſulci aquarii, Columella ſcribente: per quos aqua collecta educitur e liris. CATAN. Arnz. *qui delegis & mittas*; Helmſt. *quid deligis & invitas*; Ed. Vet. *qui deligis & nutas*. Mediceus: *qui* eligi *& invitas*. Probo *elicis.* Lib. V. Epiſt. XI. n. 2. *cave, ne eosdem illos libellos, quos tibi hendecaſyllabi noſtri blanditiis* elicere *non poſſunt, convicio ſcazontes* extorqueant. Catanaei obſervationem augere poteſt Sitzmannus ad Rutil. Itiner. Lib. I. vs. 265. aut potius Savaro ad Sidon. Lib. II. Epiſt. II:

3. *Priora dimittere.*] Ut omittas priora, & confundas ordinem, dum feſtinas ad poſteriora. CATAN. Ne plura ſimul ingerendo memoriae tuae, eamdem cogam ſingula non aeque bene adtendere ac retinere; aut ſi indigeſta multa obtrudo, poſteriora efficiant, ut priora effluant. Nam *dimittere* non eſt omittere, ut volunt interpretes, ſed amittere, negligere, & oblivisci. Ovidius I. Metam. vs. 209.

—— —— *curam hanc* dimittite.

ubi vide Celeb. Burmannum. Valer. Flacc. Lib. V. vs. 172.

—— —— *quis enim nunc credat in illis*
Montibus Alciden? dimiſſave *vota retentet?*

Tacitus III. Hiſt. cap. XXXVI. *Praeterita, inſtantia, futura pari oblivione* dimiſerat. Sic *dimittere ex animo* apud Livium & alios. Adpoſite Fabius Lib. XI. cap. II *quamquam invenio apud Platonem, obſtare* memoriae *uſum litterarum: videlicet, quod illa, quae ſcriptis repoſuimus, velut cuſtodire deſinimus, & ipſa ſecuritate* dimittimus. ubi ſine cauſſa Francius corrigebat *amittimus.* CORTE.

4. *RUFONI SUO.*] Voſſian. cum Aldo: *Rufoni ſuo.* Mediceus: *Rufonio ſuo.* Nomen *Ruſo* habes apud Gruter. Inſcript. pag. 302. n. 1. pag 64. n. 9. pag. 464. n. 9. & alibi.

SIgnificas legiſſe te [1] in quadam epiſtola mea, juſſiſſe [2] Verginium Rufum inſcribi ſepulchro ſuo,

Hic ſitus eſt Rufus, pulſo qui Vindice quondam
Imperium aſſeruit, non ſibi, ſed patriae.

Reprehendis, quod juſſerit; addis etiam, melius, rectiusque Frontinum, quod vetuerit omnino monimentum ſibi fieri: meque ad extre-
2 mum, quid de utroque ſentiam, conſulis. Utrumque dilexi; Miratus ſum magis, quem tu reprehendis; [3] atque ita miratus, ut non putarem ſatis umquam laudari poſſe, cujus nunc mihi ſubeunda defenſio eſt.
3 Omnes ego, qui magnum aliquod memorandumque fecerunt, non modo venia, verum etiam laude digniſſimos judico, ſi immortalitatem, quam meruere, ſectantur: victurique nominis famam [4] ſupremis etiam
4 titulis prorogare nituntur. Nec facile quemquam, niſi Verginium invenio, cujus tanta in [5] praedicando verecundia, quanta gloria ex facto. Ipſe

1. *In quadam epiſtola.*] Lib. VI. ad Albinum. CATAN.

2. Verginium *Rufum.*] Mediceus: *Virginium Rufum*, & ſic iterum n. 4. cum tamen alibi *Verginium* ſcribat. Vide ad Lib. II. Epiſt. I. n. 1.

3. *Mirariſque.*] Corripis. Apud Graecos ſcriptores caſibus diſtinguitur *miror.* Nam θαυμάζω genitivo junctum *reprehendo* ſignificat, accuſativo vero *laudo.* Apud Latinos ex praecedentibus & ſequentibus diſcernitur. CATAN. *Quem tu reprehendis mirariſque.*] Ita quidam. Alii illud *mirariſque* delent, & abeſſe poteſt ſalva ſententia. Quia tamen veteres agnoſcunt, quod ex Catanaei explicatione patet, ita ſuſpicor ſcripſiſſe noſtrum: *miratus ſum magis, quem tu reprehendis, miratus, inquam, atque ita miratus.* SCHEFFER. Membranae: *utrumque dilexi; miratus ſum magis, quem tu reprehendis*, adeoque miratus, *ut non putarem ſatis umquam laudari poſſe*, quod ſane concinnius & non parum ad ſententiam aptius videtur. vix enim veroſimile, Rufonem admiratum ſuſpexiſſeque eum, cujus factum (quod, ſi ita eſſet, maxime propugnare debuiſſet) aperte damnat. MODIUS *Novant. Epiſt. XII.* Melius Modius loco conſuluit, quam aut Catanaeus, aut Schefferus, cumque ejus membranis incedit apud nos MS. Arnz. Alii paullulum abeunt, nullus tamen toties *mirari* infarcit, quoties illi agnoſcunt interpretes. Helmſt. & Ed. Vet. *quem tu reprehendis* atque miraris, *ut non putarem.* Voſſ. *reprehendis* atque miratus, *ut non put.* proxime ad veram lectionem, a qua nec Aldus, niſi trajectione, deflectit, dum ſiſtit: *quem tu reprehendis* miratus, atque ita, *ut non putarem.* Nimirum ſcribendum eſt, ut nos fecimus, cum Praeſtantiſſimo: *miratus ſum magis, quem tu reprehendis*; atque ita miratus, *ut non putarem*, cet. Hujusmodi repetitiones adamavit Plinius, ut vidimus ad Lib. VIII. Epiſt. VIII. n. 6. & alibi ſaepius. Haec vero forma ſingulatim Tulliana eſt: *atque ita miratus.* Sic ille pro L. Manil. cap. III. *Sed ab illo tempore annum jam tertium & viceſimum* regnat; & ita regnat, *ut ſe non Ponto neque Cappadociae latebris occultare velit.* ubi plura collegit Manutius, quem etiam vide ad Divin. in Q. Caecil. cap. VIII. CORTE.

4. *Supremis etiam titulis.*] Sepulchrorum inſcriptionibus ſive elogiis. BUCHNER. De *titulis* dicta nonnulla ad Lib. VI. Epiſt. X. n. 3. *neglectumque cinerem ſine* titulo, *ſine nomine jacere. Victurum nomen*, ut de Cicerone Vellejus Lib. II. cap. LXVI. Vivit, vivet*que per omnem ſaeculorum memoriam.* Adde Lucan. Lib. IX. vs. 986. *Pharſalia noſtra* Vivet.

5. *Praedicando.*] Se extollendo. Senſus eſt, neminem cognoſco, qui eſſet tam verecundus in laudando ſe, & qui mereretur tantam gloriam rebus praeclare geſtis, quam Virginius. CATAN.

I. Di-

Ipſe ſum teſtis familiariter ab eo [1] dilectus probatusque, ſemel omnino 5
me audiente [2] provectum, ut de rebus ſuis hoc unum referret, ita ſe-
cum aliquando [3] Cluvium locutum: *Scis Vergini quae hiſtoriae fides de-
beatur: proinde ſi quid in hiſtoriis meis legis* [4] *aliter ac velis, rogo ignoſcas.*
[5] Ad hoc ille: [6] *tune, Cluvi, ignoras, ideo me feciſſe, quod feci, ut eſſet
liberum vobis ſcribere, quae libuiſſet?* Agedum hunc ipſum Frontinum, 6
in hoc ipſo, in quo tibi [7] parcior videtur & preſſior, comparemus.
Vetuit exſtrui monimentum: ſed quibus verbis? [8] *Impenſa monimenti
ſuper-*

1. *Dilectus.*] Nam tutor Secundo relictus affectum parentis ei praeſtitit: candidatum ſuffragio ornavit, ad omnes illius honores ex ſeceſſibus accurrit, ſacerdotio dignum nominavit. CATAN.

2. *Provectum.*] Primarius *provectus*, quod ferri poterat; ut *teſtis ſum* & *provectus* ita cohaereant, quemadmodum *ſcio*, *fecit*, & alia apud Noſtrum. Vide ad Cic. Lib. III. Fam. Epiſt. I. n. 3. *Sic* eſt, *tibi perſuade.*

3. *Cluvium.*] *M. Cluvius Rufus*, quem frequenter Tacitus in hiſtoriis citat, Helvidii Priſci pater, dives, eloquentia clarus, nulli unquam ſub Nerone periculum faciens, per quem idem princeps pronunciavit ſe cantaturum Nioben tragoediam: hiſtoriam ſcripſit ſuorum temporum, vir facundus, ſed pacis artibus aptus, bellis inexpertus. De quo Lib. I. Ann. cap. LXXVI. Tacitus, *Laudatus per edictum* Cluvius Rufus. & Lib. II. cap. LXV. *Digreſſum a Lugduno Vitellium* M. Cluvius Rufus *aſſequitur omiſſa Hiſpania*, cui poſt interitum Neronis praeerat: *laetitiam & gratulationem vultu ferens, animo anxius, & petitum ſe criminationibus gnarus: eum Hilarius Caeſaris libertus detulerat tanquam audito Vitellii & Othonis principatu propriam ipſe potentiam & poſſeſſionem Hiſpaniarum tentaſſet: eoque diplomatibus nullum principem praeſcripſiſſet. Interpretabantur quaedam ex orationibus ejus contumelioſa in Vitellium, & pro ſeipſo popularia. auctoritas* Cluvii *praevaluit, ut puniri ultro libertum ſuum Vitellius juberet.* Cluvius *comitatui principis adjectus, non adempta Hiſpania, quam abſens rexit.* CATAN.

4. *Aliter ac* velles.] Adprobo Medicei: *aliter, ac* velis.

5. *Ad hoc* ſic illum.] Helmſt. *Ad haec tu o Eluvi, Eluvi, o Eluvi, nec tu ignoras*, ridicule, & tamen ſecundas facit Ed. Vet. Similiter fere Arnz. At Voſſ. *Ad haec Virginius:* Tu, o Cluvi, *Cluvi, tune ignoras.* Verum eſt quod praeſtat Optimus: *Ad hoc ille: tune, Cluvi, ignoras.* Vide ad Salluſt. Cat. cap. XXXIV. princ. Ad haec *Q. Marcius: Si quid*, cet. Noſter infra Epiſt. XXIII. n. 3. *Ad hoc* illum: *Tacitus es, an Plinius?* Qui *illum* repoſuerunt, iis impoſuit oratio repente mutata. Sed in hujusmodi relationibus rectam & obliquam orationem ſaepe miſceri, alibi docuimus, & hodie vix tironibus ignotum eſt.

6. Cluvine *tu ignoras, ideo me feciſſe, quod feci, ut eſſet liberum vobis ſcribere, quae libuiſſet.*] Simile eſt illud Timoleontis: *qui cum Lameſtius ei quidam, homo petulans & ingratus, vadimonium vellet imponere, & complures concurriſſent, qui procacitatem hominis manibus coercere conarentur, oravit omnes, ne id facerent, namque id ut Lameſtio ceterisque liceret, ſe maximos labores ſummaque adiiſſe pericula. Hanc enim ſpeciem libertatis eſſe*, ſi omnibus, quod quisque vellet, legibus experiri liceret. Vide & quae ſequuntur apud Nepotem in ejus vita. Sed pro *Cluvine* legendum, *Tu Cluvi, nae ignoras, &c.* Nam & paulo ante *Cluvium*, non *Cluvinum* appellaverat. Et intelligitur *M. Cluvius Rufus*, qui res Neronis tempore geſtas condidit, cujus Suetonius, Tacitus, alii meminerunt BUCHNER. Abſonum quod vulgabatur, *Cluvine tu ignoras*, quamquam jam Aldus diſtincte ſcripſerat: *Cluvi ne tu ignoras.* Probo emendationem Buchneri; eam tamen non recepi, quia Codd. adſenſu deſtituitur. Scripſi ex Mediceo: *Tune, Cluvi, ignoras*, quod etiam Voſſ. confirmat.

7. *Parcior.*] Quod vetuerit impenſam ſepulcri tanquam ſuperfluam. CATAN.

8. *Impenſa monimenti ſupervacua eſt.*] Diſputat de hac re Cicero l. Tuſcul. cap. XLIII. XLIV. XLV. concluditque, totum hunc locum contemnendum in nobis, in noſtris negligendum haud eſſe. Seneca quoque non curandam magnopere ſepulturam Epiſt. CXII. extrema monet. Atque profecto parum attinet quidem, quid de reliquiis noſtris fiat. ſed neque illas tamen quisquam paulo humanior ideo negligit, ut projici potius, quam rite ſepeliri expetat. Interim nimis de eo eſſe ſollicitum, & non ſine ambitione quadam laborare, ſane haud dignum ſatis magno animo & ſapiente eſt. Auguſtini mater ſibi ſepulchrum ipſa paraverat ad latus viri, ne divideretur ab eo mortuo, quem conjunctiſſime vivum complexa erat. Hoc

 foemi-

ſupervacua eſt; *memoria noſtri durabit*, [1] *ſi vita meruimus.* [2] An reſtrictius arbitraris, per orbem terrarum legendum dare, duraturam memoriam ſuam, quam uno in loco duobus verſiculis ſignare, quod fece-
7 ris? Quanquam non habeo propoſitum, illum reprehendendi, ſed hunc tuendi: [3] cujus quae poteſt apud te juſtior eſſe defenſio, quam ex col-
8 latione ejus quem praetuliſti? Meo quidem judicio neuter culpandus, quorum uterque ad gloriam pari cupiditate, [4] diverſo itinere contendit: alter, dum expetit debitos titulos: alter, dum mavult videri [5] contempſiſſe. *Vale.*

XX. C. Plinius Venatori Suo S.

Gratam fuiſſe Venatoris epiſtolam teſtatur, quod longa, quod de ſcriptis ſuis loqueretur: demum ſignificat quid ruri agat.

Tua vero epiſtola tanto mihi jucundior fuit, quanto longior erat, praeſertim cum de libellis meis tota loqueretur: quos tibi voluptati

foeminae ſtudium, *inanitatem* vocat filius Lib. IX. Confeſſ. cap. XI. Itaque haec cura relinquetur aliis rectius, quam nobis ipſis anxie quidem & cum ſolicitudine quadam ſuſcipietur. Buchner.

1. *Si* vitam *meruimus.*] Battologia haec eſt: *memoria durabit*, *ſi* vitam *meruimus.* Non ita ineptit Mediceus, neque Arnz. in quibus legitur: *ſi* vita *meruimus*, i. factis noſtris & moribus per totam vitam. *Vitam* enim pro ratione vivendi poni, ſupra obſervavimus, ad Lib. VII. Epiſt. IX. n. 13. Et ſic denique *memoria noſtri* & *vita* ſcite opponuntur, ut apud Salluſt. Cat. cap. I. n. 3. adde Lucan. Lib. VIII. vs. 631. alios

2. *An reſtrictius arbitraris.*] An minus late extendi putas alicujus gloriam, ſi per orbem terrarum diffundatur duratura ejus memoria, quam ſi in ſepulchro duobus inſcribatur verſiculis, quod egregie fecerit? Buchner. Non ſatis adcurate Buchnerus, &, quantum ex diſtinctione judicandum, nihil melius alii Editores. Senſus eſt: An preſſius & modeſtius eſſe exiſtimas, omnibus per orbem terrarum legendum dare, duraturam memoriam ſui, ut fecit Frontinus, quam uno in loco, in titulo ſepulchri, paucis deſcribere, quid feceris, quod placuit Virginio? *Reſtrictius* dixit, ut referret ad ſuperiora *parcior & preſſior.* Vide Lib. V. Epiſt. VIII n. 13. & Epiſt. XIX. n. 9. & ſic fere *adſtrictius* Lib. I. Epiſt. XX n. 20. & Lib. III. Epiſt. XVIII. n. 10. Poſt *legendum* Aldus, Gryphius & alii male diſtinguunt. Mediceus habet *legenda*, quaſi voluiſſet, *legendam dare memoriam ſuam*; ſed potius ex ſequentis verbi *dare* prima ſyllaba hanc varietatem ortam eſſe exiſtimaverim. *Dedit* Frontinus hoc *legendum*, duraturam cet. ſive quod ipſe hoc de ſe ſcripſit, ſive quod alios de ſe ſcribere curavit. Denique *memoriam ſui* quidam recentiores ediderunt: At Veterrimus & reliqui MSS. Edd. Vet. Aldi, Gryphii: *memoriam ſuam*, & hoc recte dici, pluribus ad Salluſtium evicimus. Eadem varietas Lib. III. Epiſt. V. n. 4. *commendabat memoriam* ſuam, *orabatque ut ſe ab injuria oblivionis adſereret.* Corte.

3. Cujusque *poteſt apud te.*] Sic Hackiana, ſic Aldus & quidam alii. Sed ſcribendum eſt: *cujus* quae *poteſt a. t. j. eſſe defenſio . . ?* atque ita Gryphius, Gruterus, alii.

4. *Diverſo itinere.*] Virginius recto, dum factum carminibus ſignat, Frontinus ductu Figurato, dum modeſtiam praetendit, & tamen monſtrat ſe victurum. Catan. Supra Epiſt. XIV. *Pergamus modo* itinere *inſtituto.* Plura ad Salluſt. Cat. cap. II. extr. *Sed in magna copia rerum aliud alii natura iter oſtendit.* adde ibidem cap. XI. n. 2.

5. *Contempſiſſe*] Extat apud Lucianum Diogenis dictum, qui interrogatus quomodo quispiam gloriam adipiſceretur? *ſi gloriam*, inquit, *ſpreverit.* Catan. Ita fere de diverſis inſtitutis Caeſaris & Catonis Criſpus Cat. cap. LIV.

1. *Ipſe*

ptati eſſe non miror, cum omnia noſtra, perinde ac nos ames.
[1] Ipſe cum maxime vindemias graciles quidem, uberiores tamen quam 2
exſpectaveram, colligo; ſi colligere eſt, nonnumquam decerpere uvam,
[2] torculum inviſere, [3] guſtare de lacu muſtum, obrepere [4] urbanis, qui
nunc ruſticis praeſunt, meque [5] notariis & lectoribus reliquerunt.
Vale.

XXI. C. Plinius Sabiniano Suo S.

Tentat per epiſtolam reducere in gratiam Sabiniani libertum ejus, quem quidem fatetur peccaſſe, ſed delicti ſui poenitentiam multis ſignis oſtendiſſe.

[6] Libertus tuus, cui ſuccenſere te dixeras, venit ad me, advolutusque pedibus meis, tanquam tuis, haeſit: flevit multum,
[7] multumque rogavit, multum etiam tacuit: in ſumma, fecit mihi
fidem poenitentiae. Vere credo emendatum, quia deliquiſſe ſe ſentit. 2
Iraſceris, ſcio, & iraſceris merito, id quoque ſcio: ſed tunc praecipua
man-

1. *Ipſe* quum maxime *vindemias.*] *Cum abſis*, ſc. a nobis. Legimus in multis exemplaribus *tum maxime.* Barth. Neſcio, cur hic caecutiant viri docti, quorum unus miram prorſus interpretationem vocum *quum maxime* adtulit. MSS. omnes *cum maxime*, h. in praeſenti, atque ita Aldus, Gryphius. Diximus ad Lib. VI. Epiſt. XXXI. n. 15. *cujus in ſinu ſit* cum maxime *portus.*

2. *Torculum.*] Apud auctores plurifariam dicitur. Nam Plin. Senior. XVII *unum ſufficit* torculum. Item Columel. XVIII. *Priusquam vinacea* torculis *exprimantur.* Sed idem Lib. I. *torcularia* ſcripſit, ut Vitruv. VI. torcular *proximum ſit culinae.* At Cato, inquit, Torcularium *ſi aedificare voles*, & alibi, *in* torcularium, *quae opus ſunt.* Columel. vero XIII. *torculariis* pro ipſis *torculi* operatoribus utitur. Marcellus ait *torculum*, quod uſu *torcular*, dico. verum Cato *torculum* funem intortum appellat. Catan.

3. Guſtare *de lacu muſtum.*] Mediceus: deguſtare *de lacu muſtum.* Adridet tamen *guſtare*, quamvis alterum ex Criſpi Cat. cap. XXII. n. 2. & multis praeterea tueri queas.

4. *Urbanis.*] Ad urbanos miniſtros, qui tempore vindemiae curabant ruſtica, & Secundum reliquerant ſolum notariis & lectoribus. Pomponius Leg. CLXVI. de verb. ſig. Urbana *familia & ruſtica, non loco, ſed genere diſtinguitur: poteſt enim aliquis diſpenſator non eſſe* urbanorum *ſervorum numero: velut is qui rerum* ruſticarum *rationes diſpenſat.* & contra. Catan.

5. *Notariis.*] Qui dictata excipiebant ſcribebantque per compendia & notas, tam celeriter, ut vel dictantes praevenirent. Martialis de ejusmodi Notario:

Currant verba licet, manus eſt velocior illis:
Nondum lingua, ſuum dextra peregit opus.

Plura dudum de iis viri eruditi. Vide Lipſium Cent. I. ad Belgas Epiſt. XXVII. Buchner. Vide ſupra Lib. III. Epiſt. V. n. 15. infra h. l. Epiſt. XXXVI. n. 2. & late Wower. de Polymath. cap. VI. *Urbanos* intellige *ſervos*, ut plene dixit Vopiſcus Tacito cap. X. & multi. Talia ſubintelligi ſolent, quod vidimus ad Lib VIII. Epiſt. XVII. n. 5.

6. *Libertus tuus.*] Compara infra Epiſt. XXIV. Barth.

7. Multumque *rogavit*] Recentiores ſcripti & Ed. Vet. ignorant *multumque.* Optimus tamen, & ipſe orationis nitor conſervare jubet.

3 manſuetudinis laus [1] cum irae cauſa juſtiſſima eſt. Amaſti hominem, & ſpero amabis: interim ſufficit, ut exorari te ſinas. Licebit rurſus iraſci, ſi meruerit: quod exoratus excuſatius facies, Remitte aliquid [2] adoleſcentiae ipſius, remitte lacrymis, [3] remitte indulgentiae tuae: ne torſeris illum, ne torſeris etiam te. [4] torqueris enim, quum tam
4 lenis iraſceris. Vereor ne videar non rogare, ſed cogere, ſi precibus ejus meas junxero. Jungam tamen tanto plenius & effuſius, quanto ipſum acrius ſeveriusque corripui, [5] deſtricte minatus, numquam me
5 poſtea rogaturum. [6] Hoc illi, quem terreri oportebat; tibi non idem. Nam fortaſſe iterum rogabo, [7] impetrabo iterum: ſit modo tale, ut rogare me, ut praeſtare te deceat. *Vale.*

XXII.

1. *Cum irae* cauſſa *juſtiſſima eſt.*] Voſſ. Helmſt. & Ed. Vet. *cum irae cauſſae juſtiſſimae ſunt*, a quo non multum abit Arnz. *cui rei cauſſae juſtiſſimae ſunt.* Atque hoc numero, de una cauſſa timoris ſupra Lib. VII. Epiſt. XXVII. n. 6. *longiorque* cauſſis *timor erat.* Lucan. Lib. III. vs. 303.

Et cauſſas, *non fata ſequi.*

pro quo tamen alibi idem ille *cauſſam* Unitatis numero dixit, ut Lib. IV. vs. 230. & 259. Lib. I. vs. 228. Lib. VIII. vs. 94. atque saepiſſime. Quare cum in Praeſtantiſſimo legatur: *cum irae* cauſſa cauſſa *juſtiſſima eſt*, nihil in vulgata mutandum eſt. Nam repetitionem illam vocabuli librario tribuo.

2. *Adoleſcentiae.*] Deprecatur ab aetate. Sic Euripides in Hecetidibus: ἥμαρτεν; ἐν νέοισι δ' ἀνθρώπων τόδ' ἔνεστι, συγγνώμην καὶ τῷ δὲ ἔχειν χρεών. *peccavit? in juvenibus autem hominum hoc ineſt, veniam autem huic habere opus eſt.* CATAN. Totum hoc: *remitte aliquid adoleſcentiae ipſius*, in Mediceo non comparet. Ab aetate autem illa ſaepe excuſationes deſumi, docuimus ad Salluſt. Cat. cap. LII. n. 26.

3. *Remitte indulgentiae* tuae.] Omnes recentiores ſcripti, Ed. Vet. Aldus & ſequaces Pronomen *tuae* omittunt, quod tamen Primarius praeſtat.

4. *Torqueris enim cum tam lenis iraſceris.*] Cum tu, qui tam lenis, hoc eſt, tam placidus natura ac tranquillus es, iraſceris: *Lenis* eſt, non qui plane non iraſcitur, ſed qui regit iram, & ita cohibet, ne quid per eam turbide & indecore faciat. *Lentus* eſt, qui prorſus non iraſcitur; illud ſapientis eſt, iſtud ſtupidi & ἀναισθήτου. Hinc illud diſcrimen inter ἀοργησίαν & ἀναλγησίαν, de quo Taurus Philoſophus apud Gellium Lib. I. cap. ult. ἀοργησία, de qua egregium librum Plutarchus dedit, *lenitas* eſt; ἀναλγησία *lentitudo.* Cicero II. Tuſculana: *Virum denique videri negant, qui iraſci neſciat; eamque, quam* lenitatem *nos dicimus, vitioſo* lentitudinis *nomine appellant.* Item Lib. I. Epiſt. I. ad Quinctum fratrem: *Illud* (non iraſci) *non ſolum eſt gravitatis, ſed nonnunquam etiam* lentitudinis, *&c.* Seneca Lib. I. de Ira cap. XI. *Quid Scipio? nonne relicto Hannibale, Punico exercitu, omnibusque quibus* iraſcendum *erat, bellum in Africam tranſtulit, tam* lentus, *ut opinionem luxuriae ſegnitiaeque malignis daret.* BUCHNER.

5. Diſtricte *minatus.*] Mediceus & reliqui ſcripti, Ed. Vet. atque Aldus rectius *deſtricte*, quae ſcriptura in libris fere ſemper corrumpitur. Vide ſupra Lib. III. Epiſt. V. n. 14. Si vero ratio loquendi ab *deſtricto ferro* petita eſt, neceſſario *deſtricte* legendum: nam imperiti tantum dicunt *diſtringere ferrum.* Lucanus Lib. VII. vs. 313.

——— ——— ——— *quicumque neceſſe*
Non putat in victos ſaevum deſtringere ferrum.

ibi vulgo idem vitium obtinebat. Idem cenſeo de *accuſatore diſtricto* apud Tacit. IV. Ann. cap. XXXVI.

6. *Hoc illi . . . tibi non* idem.] Quid vult illud *idem*? annon ſuffecerat *tibi non?* Puto legendum *tibi non item*, ut illud *item* cum emphaſi dicatur pro *etiam.* SCHEFFER. Infeliciter. quaſi non centies *idem* poſt *hoc* & *quod*, aut totam orationem ſubjungatur. Notae ſunt formulae. Idem *in te*; Idem *Scaevolae videtur*, & plura talia ſollemnia. Immo & *Hoc idem* conjungitur, ut monui ad Lib. III. Epiſt. XX. n. 2. Res eſt vulgata.

7. *Iterum impetrabo.*] Optimus: *impetrabo iterum.* eleganter & vere. Nam non modo Adverbia ſcite poſtponuntur, ſed & duo illa verba *rogabo, impetrabo* cum venuſtate conjunguntur. Vide Lib. VI. Epiſt. XXXII. n. 1. Paneg. cap. XIII. n. 5.

XXII. C. Plinius Severo Suo S.

Dolet Paſſieni Pauli aegritudine praeter bonos mores doctiſſimi. Nam Propertium, quem inter majores ſuos connumerabat, elego imitabatur, lyrico Horatium.

MAgna me ſollicitudine affecit Paſſieni Pauli valetudo, & quidem plurimis juſtiſſimisque de cauſis. Vir eſt optimus, honeſtiſſimus, noſtri amantiſſimus. Praeterea in literis veteres [1] aemulatur, exprimit, reddit: Propertium in primis, [2] a quo genus ducit, vera ſoboles, eoque ſimillima illi, [3] in quo ille praecipuus. Si elegos ejus [4] in manus ſumpſeris, leges opus terſum, molle, jucundum, [5] & plane in Propertii domo ſcriptum. Nuper ad lyrica deflexit: in quibus ita Horatium, ut in illis illum alterum, effingi putes: ſi quid in ſtudiis cognatio valet, & hujus [6] propinquus. Magna varietas, magna mobilitas.

Amat,

n. 5. *poſtquam vero ſtudium armorum a manibus* ad oculos, ad voluptatem *a labore translatum eſt*, cet. Cap XVI. n. 3. *Nam ut ipſe nolis pugnare*, moderatio: fortitudo *tua praeſtat, ut neque hoſtes tui velint.* Hegeſippus Lib. III. cap. I. *Sub hoc duce Nero terribilis erat, Nero metuendus, potens* fóris, domi *tutus.* Sic veterrimae membranae. Vulgo: *tutus domi.* Solinus Polyh. cap. V. extr. *ac ſi quando cadavera necatorum fluctibus evehuntur, virorum* ſupina, prona *fluitant feminarum.* Hieronym. Interp. Origen. in Cant. p. 181. *Statuet quippe oves* a dextris, a ſiniſtris *haedos.* Plura talia vide ad Salluſt. Cat. cap. II. n. 2. & cap. IX. n. 1. *concordia* maxuma, minuma *avaritia erat.* & ad Jug. cap. LXVII. n. 3. unde videbis, quam ſaepe talia a ſciolis corrupta ſint, qui plane in contrario poſitu elegantiam quaerebant. CORTE.

1. Aemulatur, *exprimit, reddit*] Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. aemulationes *exprimit, reddit.* perperam. Perperam quoque non nemo verbum *reddit* expoſuit; quod hic non aliud notat, quam exprimere & aemulari. Vide ſupra ad Lib. V. Epiſt. XVI. n. 9.

2. *A quo genus ducit*] Nam Lib. VII. de eodem dixerat: *Scribit elegos*, gentilitium *hoc illi: eſt enim municeps Propertii, atque etiam inter majores ſuos Propertium numerat.* CATAN.

3. *In quo ille praecipuus.*] In carmine Elegiaco nempe: in quo Propertium hoc loco principem Plinius non obſcure facit. BUCHNER.

4. *In manum ſumſeris.*] Mediceus & Voſſ. *in* manus *ſumſeris.* Sic Lib. I. Epiſt. XVI. n. 3. *Senties quod ego, ſi orationes ejus* in manus *ſumſeris.* Supra Epiſt. I. n. 5. *Igitur ſi quid aliud* in manibus, *interim differ.* & ſic *inter manus habere*, & alia.

5. *Et plane.*] Quia ſimile eſt Propertio: ideo optime ſcriptum eſt. Fabius, *Elegia quoque Graecos provocamus: cujus mihi terſus atque elegans maxime* [videtur] *auctor* Tibullus. Sunt qui *Propertium* malint. Sunt tamen qui legant, *& plane* Propertianum: ideoque optime *ſcriptum*; ſed & *plane in Propertii domo ſcriptum*: ut illud, *ideoque optime ſcriptum*, ſapiat gloſſemata. CATAN. *Et plane, &c.*] Pal. *& plane in* Propertium: idque optime *ſcriptum.* Neque aliter vetus Editio. Videatur hic Catanaeus. GRUTER. Palatino accedunt penes nos Helmſt. & Arnz. Paullo aliter Voſſ. *& plane ut a Propertio, id eſt, optime ſcriptum.* Sed nihil hae varietates movere debent, cum Primariae membranae teneant receptam ſcripturam.

6. *Propinquum.*] Hujus, Horatium Paſſieno ſanguine conjunctum. CATAN. *Propinquum.*] Palat. & Vett. Edd. *propinque.* GRUTER. *Et hujus propinquum.*] Si Lyrica ejus videas, tam Horatianis ſimilia dixeris, ut, ſi quid in ſtudiis cognatio valet, Horatii quoque & ipſum propinquum putaveris; ſicut Propertii eſt, quem elegiaco carmine tam feliciter aemulatur. BUCHNER. Cum Palatino Helmſt. etiam *propinque.* Nec aliis hoc ſanum viſum. Nam ex voluntate Boxhornii & Thomaſii ſcribere debebas: *ut in illis illum alterum*; effingit. Putes, *ſi quid in ſtudiis cognatio*

valet,

[1] Amat, ut qui veriſſime: dolet, ut qui impatientiſſime: laudat, ut qui benigniſſime: ludit, ut qui facetiſſime: omnia denique, [2] tanquam
3 ſingula, abſolvit. [3] Pro hoc ego amico, pro hoc ego ingenio, non
minus aeger animo, quam corpore ille. Tandem illum, [4] tandem me recepi. Gratulare mihi, gratulare etiam literis ipſis, quae ex periculo ejus tantum diſcrimen adierunt, quantum ex ſalute gloriae conſequentur. *Vale.*

XXIII. C. Plinius Maximo Suo S.

Non poteſt bona conſcientia ſe plerumque cohibere, quin exultet & oſtentet. Facit id hic Plinius, ubi gloriatur, ſi quis doctus eſſe in urbe dicitur, ſe ſtatim & Tacitum nominari, tanquam hi ſummam in literis gloriam tenerent.

FRequenter agenti mihi evenit, ut Centumviri, [5] cum diu ſe intra judicum auctoritatem, gravitatemque tenuiſſent, omnes repente, quaſi

valet, & hujus propinquum. & pro his facit Arnz. in quo *effingit*, pro *effingi* exaratur. Verum nihil tale cogitandum. Mediceus & Voſſ. locum perſanant optime, qui *propinquus* habent, pro *propinquum.* Hoc unum corrigendum erat, ſic neque diſtinctio, nec ullum verbum tentari meretur.

1. *Amat, ut qui veriſſime.*] Amet. Tam bene exprimit ſcribendo quod intendit, ut rem ante oculos ponat. Sidonius Apollinaris hunc locum conatus eſt aemulari Lib. V. *Colis*, inquit, *ut qui* ſolertiſſime, *aedificas, ut qui* diſpoſitiſſime, *venaris, ut qui* efficaciſſime. Catan.

2. *Tanquam ſingula.*] Tanquam ſi uni ſoli intenderet: ergo ſingula, id eſt perfectiora: nam uno tantum ſtudio occupati praeſtantiores in illo genere ſunt. Idem. *Tanquam ſingula abſolvit.*] *Abſolvit*, id eſt, ad ſummam adducit: nihil quicquam laudis aliis relinquit. Ceterum in una aliqua re excellere aliquis poteſt: in pluribus vero praeſtare aeque, & ad conſummatam aliquam aſpirare laudem, rariſſimum eſt. Datum id tamen *Paſſieno*, Plinius praedicat: *Stiliconi*, Claudianus, quem vide Lib. I. de Laudibus Stiliconis principio. Buchner.

3. *Pro hoc ego amico, pro*, cet.] Mediceus: *pro hoc* aequo *amico, pro hoc* aequo *ingenio non minus* aeque ſanus *animo, quam corpore. Tandem* cet. quae lectio monſtri aliquid alere videtur. Ipſe tamen illinc nihil amplius, quam alterum *ego* Vulgatae ſcripturae adjeci: *Pro hoc ego amico, pro hoc* ego *ingenio non minus*, cet. Nam *aeger animo* de homine ſollicito optime & frequentiſſime dicitur. Conſule, ſi modo probatione opus eſt, noſtra ad Salluſt. Jug. cap. LXXI. n. 2. *deinde, uti* aegrum animum *ſolet, ſomnus cepit.*

4. *Tandem me recepi.*] Peſſime haec habuerunt nonnulli librarii. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. ſupra duas voculas, *ille. Tandem*, omittunt, ac ita pergunt: *illum tandem* ad me *recepi.* Voſſ. *Gratulare, quod illum tandem & me recepi.* Illis offendiculo fuit verbum commune *recepi* diverſo ſenſu ad *illum* & *me* relatum: ſed hoc venuſtatis eſſe, jam veterrimi interpretes Aeſchyli, Thucydidis aliorumque obſervarunt, & a multis recentioribus pluribus comprobatum eſt. Rectius Barthius comparabat Ovid. V. Metam. vs. 275.

——— *& nondum tota* me *mente* recepi.

quemadmodum *ſe colligere, a ſe exire, ad ſe redire*, & plura perquam nota ſunt. Forte tamen Tullium ſuum ſequitur Secundus, qui Lib. III. Fam. Epiſt. X. n. 31. *Etenim ſi merita valent, patriam, liberos, ſalutem, dignitatem*, memet ipſum mihi *per illum* reſtitutum *puto.* & ſic ille aliquoties. Non multum diſſimili ratione Seneca de Brevit. Vit. cap VIII. *Nemo reſtituet annos, nemo iterum* te tibi reddet. Statim *Gratulare mihi* recentiores ſcripti & Ed. Vet. perperam omittunt. Corte.

5. *Cum diu ſe intra* judicium, *auctoritatem, gravita-*

quaſi victi coactique, [1] conſurgerent, laudarentque. Frequenter e 2
ſenatu famam, [2] qualem maxime optaveram, retuli: nunquam tamen
majorem cepi voluptatem, quam nuper ex ſermone Cornelii Taciti.
Narrabat [3] ſediſſe ſe cum quodam Circenſibus proximis: hunc poſt
varios eruditosque ſermones requiſiſſe, [4] *Italicus es, an provincialis?* ſe
reſpondiſſe, *Noſti me*, [5] *& quidem ex ſtudiis.* Ad hoc illum: *Tacitus es,* 3
an Plinius? Exprimere non poſſum, quam ſit jucundum mihi, [6] quod
nomina noſtra quaſi literarum propria, non hominum, literis reddun-
tur:

vitatemque tenuiſſent.] Sic Hackiana & quaedam recentiores, ſic Aldus & MS. Arnz. ſed perperam: quia ita Plinius laudes ſuas *ſine judicio* prolatas eſſe diceret. Rectius alii Codd. *intra* judicum *auctoritatem.* Auctoritas enim, & gravitas judices decet, & propter laudes non convocantur. Paneg. cap. LXXVI. n. 5. *ceterum egreſſus ſtatim ſe recipiebat* in principem. Supra Lib. VII. Epiſt. VI. n. 6. *Multum me* intra *ſilentium* tenui. Supra Aldus habet *mihi venit*, pro *mihi evenit*, quae & alibi confunduntur. Vide ad Salluſt. Jug. cap. CIII. n. 2. Hic tamen Veterrimus omnesque alii ſcripti Vulgatae favent.

1. *Conſurgerent.*] Tanquam finito judicio. M. Tullius in Verrem, *Quid ſedetis? cur non in media oratione* conſurgitis, *atque diſcedetis judices?* Vel *conſurgerent* honoris gratia, ut accidit Athenis Xenocrati. Hiſtoria eſt apud Valerium Max. Lib. II. cap. de majeſtate. CATAN.

2. *Qualem maxime* optaveram.] Voſſ. quam *maxime optaveram.* Mediceus: *qualem maxime* captaveram. Ovidius V. Triſt. Eleg. I. vs. 75.

Denique nulla mihi captatur gloria, *quaeque*
Ingenio ſtimulos ſubdere fama *ſolet.*

Ita Tullius *captare plauſus*, *adſenſum*, *miſericordiam* &c. Seneca Epiſt. LXXIV. *quaedam*, *quia* nimis captabantur, *amiſſa.* & alii plures. Magis tamen placet *optaveram.*

3. *Sediſſe.*] In gradibus Circi. *Proximis.*] Nuper & poſtremo factis. In Pontificio codice ita legitur, *narrabat ſediſſe ſe* in *Circenſibus proximis* cum quodam equite Rom. CATAN. *Sediſſe* ſecum *Circenſibus proximis*, *&c.*] Pal. & vetus Editio non admittunt dictionem *ſecum*, unde fit, ut putem, ea deleta, reſcribendum: *Narrabat ſediſſe Circenſibus proxime* equitem Romanum GRUTER. *Sediſſe* ſecum *Circenſibus proximis equitem Rom.*] Si Eques cum Tacito ſedit, ergo Tacitus in Equeſtribus ſpectavit; cum tamen Senator eſſet, cui ordini ſecreta ab Equite & plebe loca deſignata in Circo. Licuit tamen Senatoribus, ſi liberet, inter Equites ſpectare, ſed privata in veſte, quod ex Dione ad XV. Annal. Taciti obſervat Lipſius, quem ibi vide. BUCHNER. Cum Palatino iterum faciunt Helmſt. & Arnz. qui *ſecum* expungunt. Gryphius & Sichardus: *ſediſſe ſe Circenſibus proximum equiti Ro.* Vulgo dabant: *ſediſſe ſecum Circenſibus proximis equitem Romanum.* Verum quamcumque ex his ſcripturam receperis, manet tamen illud difficile, quomodo Tacitus ſenator cum equite ſedere potuerit, cum ordinum ſedes fuerint diſtinctae. Nam quod Lipſius haec ita conciliat, licuiſſe ſenatori in privata veſte inter Equites ſpectare, id, etiamſi concedamus, male huic loco aptatur. Putasne, *equitem Ro.* cui & Plinius & Tacitus non plane ignoti erant, quaerere potuiſſe: *Italicus es, an provincialis?* Siccine Italici & Provinciales omnes ex equeſtribus ſpectarunt? Ecce omnes hos motus componit fideliſſimus Mediceus, in quo legas: *ſediſſe* ſecum quodam Circenſibus *proximis: hunc poſt varios*, cet. Unde levi opera feci: *Narrabat, ſediſſe* ſe cum quodam *Circenſibus proximis: hunc poſt varios*, cet. CORTE.

4. *Italicus es, an provincialis.*] *Provinciales* eos accipere debemus, qui in provincia domicilium habent, non eos duntaxat, qui ex provincia oriundi ſunt. Similiter *Italicos*, qui in Italia domicilium habent, non ſolum inde trahentes originem. Haec Ulpian Iſta duo ſimiliter Tranquillus in Veſpaſiano diſtinxit, cum ſcribit, *Honeſtiſſimo quoque* Italicorum *ac* provincialium *allecto* CATAN.

5. Et quidem *ex ſtudiis.*] Voſſ. ecquid *ex ſtudiis.* At Primarius: *Noſti me* equidem *ex ſtudiis.* non male. De particula diximus ad Lib II Epiſt. XX. n. 11. *Et Aurelia* equidem *vivit.* Infra Voſſ. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *Tacitus an Plinius*, ſine Verbo Subſtantivo, quod tamen Optimus tuetur.

6. *Quod nomina.*] Ordo & ſenſus, *quod nomina noſtra redduntur literis quaſi propria literarum non hominum*, id eſt, cum nominatur Tacitus & Plinius, ſtatim intelligantur docti & eloquentes. Perinde

tur: quod uterque noſtrum his etiam ex ſtudiis notus, [1] quibus alter
4 ignotus eſt. Accidit aliud ante pauculos dies ſimile. [2] Recumbebat
mecum vir egregius Fabius Rufinus, ſuper eum municeps ipſius, qui
illo die primum venerat in urbem: [3] cui Rufinus demonſtrans me,
5 *Vides hunc?* multa deinde de ſtudiis noſtris. Et ille, [4] *Plinius eſt*, inquit. Verum fatebor, capio magnum laboris mei fructum. An ſi Demoſthe-

inde ac ſi diceret, Tacitus & Plinius ſunt nomina indicantia doctrinam, non homines. Lib. VII. ad Tacitum dixerat, *Gaudeo quod ſi quis de ſtudiis ſermo, una nominamur, quod de te loquentibus ſtatim occurro.* CATAN. *Quod nomina noſtra quaſi literarum propria, non hominum, literis redduntur.*] *Redduntur:* quaſi debitum aliquod. De qua elegantia hujus loci Iſaacus Caſaubonus ad Theophraſtum περὶ κολακείας pag. CXIV. BUCHNER. Melius intelligas auctorem ex ſimili loco Quinctiliani Lib. X. cap. I. de Cicerone: *Quare non immerito ab hominibus ſuae aetatis regnare in judiciis dictus eſt, apud poſteros vero id conſecutus, ut Cicero jam* non hominis, ſed eloquentiae nomen *habeatur.*

1. *Quibus aliter ignotus eſt.*] *Aliter*, id eſt, aliis rebus. Significat, ſe, & Tacitum, ſolis literarum ſtudiis inclaruiſſe, opibus, potentia, aliis iſtiusmodi nihil conſecutos nominis, & iis rebus vel ignorari. BUCHNER. Immo: *quibus* alter *ignotus eſt* legendum ex Mediceo, Voſſ. Helmſt. & Ed. Vet. ut jam Gryphius edidit. His etiam, quibus alter (ſive Tacitus, ſive Plinius) ignotus eſt aliis de cauſſis, uterque tamen notus eſt ex ſtudiis. Poterant enim, qui utrumque norant ex ſtudiis, alterum tamen ſive propter genus, patriam, vicinitatem, ſive propter alia familiarius ſimul noſſe, quam alterum.

2. *Recumbebat* mecum *vir egregius*] Mediceus: *Recumbebat vir egregius* Fadius *Rufinus, ſuper eum municeps ipſius, qui illo die* mecum *primum venerat in urbem.* Sed illud *mecum* ex ſuo loco in alium verſum decidiſſe videtur. quid enim novi fuiſſet, ſi Plinium cognoviſſet, quocum in urbem modo venerat? *Fadii* nomen non diſplicet: placet omnino poſitus ille: *primum venerat in urbem*, qui eſt etiam in Voſſ. Helmſt. Arnz. Edd Vet. & Gryphii; Vulgo: *primum in urbem venerat.* Aldus verbum *venerat* plane neglexit. Quod ſequitur, *cui*, Voſſ. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet ignorant; habent tamen membranae primariae.

3. *Cui Rufinus demonſtrans.*] *Digito monſtrari* ſolent homines egregia fama, & praecipui meritis. Hinc bene Perſius prima Satyra in Ambitioſos nebulones ſui aevi dixit:

At pulchrum eſt digito monſtrari, *& dicier, hic eſt.*

Martialis Lib. VI. Epigrammate LXXXII.

Quidam me modo, Rufe, diligenter
Inſpectum, velut emtor aut laniſta,
Cum vultu digito*que* ſubnotaſſet,
Tune es, tune, ait ille Martialis?

Auctor Dialogi de Cauſſis Corr. Eloq. *quos ſaepius vulgus Imperitum & Tunicatus hic populus transeuntem nomine vocat, &* digito demonſtrat. Futili autem huic gloriolae tanta facientes facinora irridet Satiricus cum virum ſapientem a ſtultis demonſtrari parum afficiat. Sed Plinii hujus tanta apud me auctoritas eſt, ut, etiamſi tale quid fuiſſet antea reprehenſioni obnoxium, ejus perſona rei ipſius vitium tollat; aut ſane tolerabile faciat. Porro illa demonſtratio nota erat & Graecis, & captata, ut Demoſthenis exemplum eſt notiſſimum. Diogenes Laertius in Cynico Lib. VI. Ε'ρένων δὲ πότε θεάσασθαι θελόντων Δημοσθένην, τὸν μέσον ΔΑΚΤΥΛΟΝ ΕΚΤΕΙΝΑΣ, ὗτος ἡμῖν, ἔφη, ἐστὶν ὁ Ἀθηναίων δημαγωγός. Sceleſte autem ſcurra ille Medium ſeu infamem digitum exſeruit, cum indicem deberet. BARTH.

4. *Plinius eſt, inquit.*] Quis ille? municeps Rufini. At qui dicere hoc poterat, qui ea die primum venerat in urbem, nec ante Plinium viderat? Debet ergo interrogative ſcribi: *Et ille Plinius eſt? inquit.* Sententia, cum dixiſſet Rufinus multa de ſtudiis & litteris, municipem conjectura adductum, quod nemo alius tantopere laudari poſſet, quaeſiviſſe, numne Plinius eſſet. Abeſt autem *ne* interrogativum hic, ut ſupra *Italicus es?* SCHEFFER. Omnia falſa in hac obſervatione. Nam *ne* hic omiſſum comparari nullo modo poteſt cum illo ex n. 2 *Italicus es:* quamquam alia exempla adduci potuiſſe, haud negaverim. Deinde primarium argumentum Schefferi potius pro recepta diſtinctione militat. Docet enim, ex ſtudiis ſe notum fuiſſe, licet homines eum numquam viderint, aut alia quadam re cognoverint. Denique non advertit vir bonus, reſpondere municipem Rufini ſuperiori adlocutioni *Vides hunc?* Quare diſtinctio vulgaris omnino recte habet. Non negligendum duxi, membranas veterrimas mox *Demoſthenis* ſcribere, pro *Demoſthenes.*

1. *Anus*

moſthenes jure laetatus eſt, quod illum [1] anus Attica ita noſcitavit: οὗτός ἐςι Δημοσθένης! ego celebritate nominis mei gaudere non debeo? Ego vero & gaudeo, & gaudere me dico. Neque enim vereor, ne 6
jactantior videar, cum de me aliorum judicium, non meum, profero: praeſertim apud te, [2] qui nec ullius invides laudibus, & faves noſtris. *Vale.*

XXIV. C. Plinius Sabiniano Suo S.

Agit gratias Sabiniano, quod rogatu ſuo libertum reduxerat domum, & in amorem: monetque ut etiam non rogatus erroribus ſuorum placabilem ſe praeſtet.

Bene feciſti, quod libertum aliquando tibi carum, reducentibus epiſtolis meis, in domum, in animum recepiſti. Juvabit hoc te: me certe juvat: primum, quod te [3] tam tractabilem video, ut in ira regi poſſis: deinde, quod [4] tantum mihi tribuis, ut vel auctoritati meae pareas,

1. *Anus Attica.*] Quae Demoſthenem emuncte & terſe, id eſt Attice, loquentem cognovit ex ſermone. Inquit (erat enim illius celebre nomen) οὗτός ἐςι Δημοσθένης. *hic eſt Demoſthenes.* At ab anu notatus eſt Theophraſtus tanquam peregrinus, cum tamen is Athenis aetatem ageret, optimeque loqueretur. Hujus rei meminit Cicero de Claris oratoribus & Fabius Lib. VIII. Catan. Vulgo: *quod illum anus Attica ita* demonſtravit. At Mediceus, Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *quod illum anus Attica ita* noſcitavit, niſi quod recentiores Codd. habeant diſtincte *nos citavit.* Alterum *demonſtravit* mera Gloſſa eſt, & verbum ipſum *noſcitare* hoc ſenſu Plauto, Livio aliisque frequentatur. Noſter ipſe Lib. VI. Epiſt. XX. n. 14. *alii liberos, alii conjuges vocibus requirebant, vocibus* noſcitabant. Catullus Carm. LX. vs. 221.

> *Sit ſuo ſimilis patri*
> *Manlio, & facile* inſciis
> Noſcitetur *ab omnibus.*

2. *Qui nec ullius.*] Sic Pal. & Vett. Edd. usque ad Aldinam. Ea enim *illius*, fideliter deinde ſemper repraeſentatum a Typothetis. Gruter. *Ullius* exſtat etiam in Mediceo & reliquis noſtris, expreſſitque pridem Gryphius. Alterum ſenſus reſpuit.

3. *Talem.*] Non diſplicet, *tam tractabilem* ex fide Pontificii exemplaris. Catan. Vulgatae omnes: *quod te* talem *video*, & negari non poteſt vocabulum *talis* modo vitia, modo virtutes hominis deſcribere. Cic. Lib. XIII. Fam. Epiſt. LXXIII. n. 2. *mihi certe perſuadeo* te talem *virum nihil temere feciſſe.* Salluſt. Jug. cap. CII. n. 5. *magna nobis laetitia, cum* te talem *virum dii monuere*, cet. ubi jam ex Petronio vidimus: *quod* te talem *video.* Virgilius Ciri vs. 18.

> *Non ego* te talem *venerarer munere tali.*

Xenophon VIII. Cyropaed. pag. 567. Τοιγαροῦν ΤΟΙΟΥΤΟΣ ΩΝ ἐποίησεν ἐπὶ ταῖς θύραις πολλὴν μὲν τῶν χειρόνων εὐταξίαν. Sic & Laertius Lib. IV. Segm. XIV. multique praeterea. Contra tamen nituntur Mediceus & omnes MSS. noſtri cum Ed. Vet. qui maluerunt, quod ex Pontificio Cod. notat Catanaeus: *quod te* tam tractabilem *video*, id quod Gryphius propagavit, & temere ſperni non debet. Vocabulum placuit Noſtro Lib. V. Epiſt. I. n. 10. *ut te coheredes mei* tractabiliorem *experiantur:* placuit etiam majori Plinio, item Tullio, Ovidio, Fabio & optimo cuique, ut mihi bono jure *tam tractabilem* repoſuiſſe videar. Corte.

4. *Tantum mihi tribuis.*] Tantae exiſtimationis apud te ſum, & tantum mihi credis. Catan. Mediceus: *Deinde* quum *tantum mihi tribuis.* Infra idem Codex: *Igitur* laudo, *& gratias ago*, & deinde: *ut erroribus tuorum*, ſine Provocabulo.

2 pareas, vel precibus indulgeas. Igitur & laudo & gratias ago. ſimul in poſterum moneo, ut te erroribus tuorum, & ſi non fuerit qui deprecetur, placabilem praeſtes. *Vale.*

XXV. C. Plinius Mamiliano Suo S.

Scribit non ſatis convenire, ut Mamilianus conqueratur de negotiis caſtrenſibus, & vacet carminibus ſuis legendis: deinde promittit poſt abſolutas actiones ſe nova facturum, quae illi mittat.

QUereris [1] de turba caſtrenſium negotiorum, & tanquam ſummo otio perfruare, luſus & ineptias noſtras legis, amas, flagitas,
2 meque ad ſimilia condenda non mediocriter incitas. Incipio enim ex hoc genere ſtudiorum [2] non ſolum oblectationem, verum etiam gloriam petere, poſt judicium tuum [3] viri graviſſimi, eruditiſſimi, ac ſuper iſta
3 veriſſimi. [4] Nunc me rerum actus modice, ſed tamen diſtringit, quo finito aliquid [5] earumdem camoenarum in iſtum benigniſſimum ſinum mittam. Tu [6] paſſerculis & columbulis noſtris inter [7] aquilas veſtras

[1] dabis

1. *De turba caſtrenſium negotiorum.*] *Turbam negotiorum* pro multitudine, paulo audentius quidem, non contra uſum & rationem Latine loquentium tamen dixit, ut volunt nonnulli mali Latinitatis cenſores, qui *turbam*, non niſi de hominibus dici putarunt, eaque de re, Latinitatis violatae dicam ſcripſerunt alteri Plinio, quod *turbam prunorum* dixiſſet: neſcii Ciceronem, *novorum voluminum turbam* de Caris Oratoribus: *atomorum turbam* I. Tuſculana dixiſſe. Sic *turba vocum*, apud Gellium Lib. IX. cap. XV. & *turba verborum* Lib. I. cap. XV. *Turbam capitum*, Maro Aeneid. VIII. *turbam ſcelerum*, Lucanus Lib. IV. *Turbam ſeculorum*, Priapejorum Poeta; *Turbam rerum*, Statius Lib. II. Silv. II. *turbam malorum* Seneca Medea V. DCLXXIX. dixit. BUCHNER. Ita & *turba malorum* apud Lucan. Lib. IX. vs. 405. quod male cepit Scholiaſtes.

2. *Non ſolum oblectationem.*] Haec omnia usque ad verba: *poſt judicium tuum*, deſiderantur in Veterrimo.

3. Viri *graviſſimi.*] Idem Veterrimus: ut *graviſſimi*, forte ex antiqua Gloſſa.

4. *Nunc me rerum actus.*] *Actus rerum* & hic & apud Suetonium Claudio cap. XV. & cap. XXII. itemque Nerone, cap. XVII. dies ſunt, quibus habentur judicia, qui ἀγόραιοι Graecis dicebantur, ut dudum a ſummis viris obſervatum eſt. *Res* enim negotia ſive cauſae forenſes ſunt. Itaque *res agi* dicuntur cum judicia celebrantur. Noſter: *Eja, cum proxime* res agentur, *quoquo modo ad judicandum veni.* BUCHNER. Similiter fere *actus reip.* in jure Romano, ſenſu ſingulari. adde ſupra Lib. I. Epiſt. X. n. 10.

5. *Earundem camoenarum.*] Ludicrorum & amatoriorum carminum. Quae mox paſſerculorum & columbularum nomine ſignificat, ad Catulli & Stellae carmina alludens: quorum ille amicae *paſſerem*, alter *columbam* carmine celebravit. BUCHNER.

6. *Paſſerculis & columbulis*] Epigrammatibus laſcivis & prurientibus. Alluſit ad Catulli *paſſerem* & Stellae *columbam*, opera ſic inſcripta, quia utraque ſit avis venerea, & ſalax. CATAN.

7. *Aquilas veſtras.*] Signa veſtra in caſtris, inter quae praecipuum fuit *aquila*: prima enim cohors ſuſcipiebat *aquilam* totius legionis inſigne, eam aquilifer portabat. Haec Modeſtus. In commentariis Caeſar retulit, X. legionem portaſſe *aquilam*, Dionyſius etiam ducem legionis. Vide & Plin. Lib. X. & Joſephum. IDEM.

1. *Dabis*

[1] dabis pennas, ſi tamen & ſibi & tibi placebunt: ſi tantum ſibi, [2] continendos cavea, nidove curabis. *Vale.*

XXVI. C. Plinius Luperco Suo S.

Genus dicendi in oratore probat grande & elatum, ac nonnunquam attenuatum, qui certo ſemper quodam itinere procedit, ita ut neque extollatur, neque deprimatur, ut res exigit, non recte dicere opinatur.

DIxi de quodam oratore ſeculi noſtri, [3] recto quidem & ſano, ſed
parum grandi & ornato, ut opinor, apte: [4] *Nihil peccat, niſi
quod nihil peccat.* [5] Debet enim orator erigi, attolli, interdum etiam 2
effervescere; [6] efferri, ac ſaepe accedere ad praeceps. Nam plerumque altis & excelſis adjacent abrupta: [7] tutius per plana, ſed humilius & depreſſius iter: frequentior currentibus, quam reptantibus lapſus: ſed his non labentibus nulla, [8] illis nonnulla laus, etiamſi labantur.

Nam

1. *Dabis pennas.*] Dabis copiam innoteſcendi, & conſequendi famam divulgando commilitonibus tuis. Buchner. Mediceus: *inter aquilas* noſtras de alibus *pennas.* quod non intelligo. Arnz. *pinnas,* more Veterum. Mox Voſſ. & Mediceus: *ſi tamen ſibi & tibi p.* At Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *ſi tamen & ſibi placebunt.*

2. Continendos *cavea.*] Primarius: *continendas,* ut proximo aptaverit Nomen commune, quomodo Salluſt. I. Hiſt. metus *a Tarquinio &* bellum *grave* poſitum. Lucanus Lib. VII. vs. 442.

Felices Arabes, Medi*que*, *Eoaque* tellus,
Quam *ſub perpetuis tenuerunt fata tyrannis.*

Sic ille aliquoties.

3. *Recto.*] Quia aequo ſtilo procedit, nec divertit ab inſtituta via. Catan. *Rectum* dici, quod ſit in ſuo genere perfectum, producto hoc multisque aliis locis, obſervavit Gronovius ad Senec. Epiſt. C. Nos quaedam ad Lib. I. Epiſt. IX. n. 6. Rectam *ſinceramque vitam!* Lib. II. Epiſt. XIX. n. 6. *Et ſane quotusquisque tam* rectus *auditor, quem non potius dulcia haec, quam auſtera delectent?*

4. *Nihil peccat, niſi quod nihil peccat.*] Lege Interpretes ad Longinum περι ὕψȣς Sect. XXXIII.

5. *Debet enim orator erigi.*] M. T. cum multa de oratore ſubtili & moderato diſſeruiſſet, ſic de gravi concludit: *Illum vere dici poſſe eloquentem, qui humilia* ſubtiliter, *& magna* graviter, *& mediocria* temperate *poteſt dicere.* Nam ſecundum Fabium, admirabilem orationem non ſic quomodo prodigia miramur. Catan.

6. *Efferri.*] Mediceus: *hecferri.* Scribere voluit *ecferri*, ut ſolebant antiqui, quod pluribus comprobavimus ad Lib. V. Epiſt. VI. n. 34. *Inde etiam roſas* ecfert.

7. *Tutius . . . iter.*] Optimus: *titius.* Helmſt. Ed. Vet & Aldus *iter* mutant in *item*, & cum ſequentibus jungunt: item *frequentior currentibus.* perperam.

8. *Illis nonnulla laus etiamſi labantur.*] Nam in magnis labi, generoſum peccatum eſt

Μεγάλως ἀπολισθαίνειν, ἁμάρτημ᾽ εὐγενές.

Qua ſe ſententia Longinus ſolari illos dicit, qui granditatem ſecuti. in aridum atque inbelle dicendi genus, dum, ut vitioſum, maxime fugiunt, incidunt. Similiter Phaetonta Ovidius excuſat Epitaphio ejus:

Hic ſitus eſt Phaeton, currus auriga paterni:
Quem ſi non tenuit, magnis *tamen* excidit auſis.

Laudat & illud Vagellii Seneca Lib. VI. Natural. Quaeſt. cap. II. *Si cadendum eſt mihi*, coelo *cecidiſſe velim:* quod & ipſum huc pertinet Buchner. Vulgo dabant: *ſed his non labentibus nullæ* laus, *illis nonnulla* laus, *etiamſi labantur.* Aldus: *non labentibus nulla* laus, *illis nonnulla*, *etiamſi*

laban-

3 Nam ut quaſdam artes, ita eloquentiam nihil magis, quam ancipitia commendant. Vides [1] qui per funem in ſumma nituntur, quantos ſo-
4 leant excitare clamores, cum jam jamque caſuri videntur. Sunt enim maxime mirabilia, [2] quae maxime inſperata, maxime periculoſa, utque Graeci magis exprimunt [3] παράβολα. Ideo [4] nequaquam par gubernatoris eſt virtus, cum placido, & cum turbato mari vehitur: tunc admirante nullo illaudatus, [5] inglorius ſubit portum: at cum ſtridunt funes, curvatur arbor, gubernacula gemunt, [6] tunc ille clarus & diis
5 maris proximus. [7] Haec, quia viſus es mihi in ſcriptis meis annotaſſe quae-

labantur. At Mediceus & Voſſianus: *Sed his non labentibus* nulla, *illis nonnulla* laus, *etiamſi labantur*, quod auctori reddidi. Sic ſupra Epiſt. XVII. extr. & alibi ſaepiſſime locutus eſt. *Non nulla*, ut Cato apud Lucan. Lib. IX. vs. 192.

Cui non nulla *fuit juſti reverentia.*

ubi vide. Corte.

1. *Qui per funem in ſumma nituntur.*] Hoc διὰ σχοινίου ἀναῤῥιχᾶσθαι, per funem aſcendere, Galenus dixit. Ipſa res optime cognoſci poteſt ex ſcriptura geminae, quam Mercurialis exhibuit Lib. III. Artis Gymnaſticae cap. V. Similiter Horatius Poetam, qui admirationem ipſi moturus ſit, *funambulo* ſimilem eſſe vult. II. Epiſt. ad Auguſtum:

Ille per extentum funem *mihi poſſe videtur*
Ire *Poeta, meum qui pectus inaniter angit,*
Irritat, mulcet, falſis terroribus implet,
Ut magus, & modo me Thebis, modo ponit Athenis.

Buchner. Circumſcribit funambulos & ſchoenobatas. Barth. Recentiores ſcripti & Ed. Vet. *qui* fune *in ſumma nituntur*, contra fidem Veterrimi. Iidem libri etiam ſupra *vis*, pro *laus*, corrupte exhibebant. Optimus *nitantur.*

2. *Quae maxime* inſperata.] Ita cum Mediceo & Arnz. Vulgatae. Mutat Helmſt. in *exſpectata*; Voſſ. Ed. Vet. Aldus & Gryphius, *inexſpectata.* Qui libros vett. evolverunt, norunt haec verba frequentiſſime miſceri.

3. Παράβολα.] Loci hujus reſtitutionem hauſi ex authentico Palatino, vidique etiam firmatam ab editione illa anonyma. Male ceteri impreſſi in hunc diem, παράδοξα, *quae grandi ſunt ſubjecta diſcrimini. ideo, &c.* quorum poſtrema tamen, ne ipſa quidem Aldina admiſit Editio, nedum antiquiores. Interim gloſſema illud vocaliter quaſi clamat, emendationem noſtram veriſſimam. Gruter. *Utque Graeci magis exprimunt παράβολα.*] Παράβολα non παράδοξα legendum, & Palatinorum librorum & editionum veterum auctoritas tum quae antecedunt proxime, ſatis evincunt. παράβολα vocat, quae mox *audentia*; *ancipitia* vero & *maxime periculoſa* paulo ante vocaverat. Graeci enim projectae audaciae homines, praecipitesque & temerarios ad adeunda diſcrimina, παραβόλους dicebant: ut erant, qui cum beſtiis pugnabant: item, qui in noſocomiis aegrotis miniſtrabant profeſſo vitae periculo, de quibus Illuſtris Scaliger in IV. & V. Manilii, & Viri ſummi ad Hiſtoriae Auguſtae Scriptores. Buchner. Παράβολα pridem edidit Aldus priore editione, idque confirmant Mediceus & Voſſianus. Adludit Arnz. παράμολα.

4. *Nequaquam par gubernatoris eſt virtus.*] Nepos in vita Attici: Gubernator *praecipua laude fertur, qui navem ex hieme marique ſcopuloſo ſervat. Ex hieme*, id eſt, ex tempeſtate. Seneca Conſol. ad Marciam cap. VI. *Simul cogita, non eſſe magnum, ſe rebus proſperis fortem gerere, ubi ſecundo curſu vita procedit: nec* gubernatoris *quidem artem tranquillum mare & obſequens ventus oſtendit: adverſi aliquid incurrat oportet, quod animum probet.* Buchner.

5. Inglorius *ſubit portum.*] Primarius, *ingloriosus.* quomodo contra Paneg. cap. LXVIII. *glorioſiſſimum fructum* dixit. Concinnius tamen *inglorius*, quod ex ſolo Marone & Tullio ſatis defenditur. Lege Servium ad Virg. II. Georg. vs. 486. & X. Aeneid. vs. 52. De illo, *gubernacula gemunt*, vide infra n. 13.

6. *Tunc ille clarus.*] Cum rectam tenet in periculo gubernationem, & portum illaeſus ſubiit. Hanc ſententiam Lucianus in Toxari uſurpavit. *Et Diis maris.*] Caſtori & Polluci, qui praeerant navigantibus, de quibus in Odis Horatius Poſſumus etiam Neptunum & ceteros reſpicere Catan.

7. Cur *haec? quia viſus es mihi.*] Ita omnes vulgatae. Arnz. *Cur hoc?* Parum hoc refert. Ecce autem

quaedam, ut [1] tumida, quae ego ſublimia: [2] ut improba, quae ego audentia: ut nimia, quae ego plena arbitrabar. Plurimum autem refert reprehendenda annotes, an inſignia. [3] Omnes enim advertit, 6
quod eminet, [4] & exſtat; ſed acri intentione dijudicandum eſt, immodicum ſit an grande, altum an enorme. Atque ut Homerum potiſſimum attingam, quem tandem alterutram in partem poteſt fugere

—— —— [5] Βράχε δ' εὐρεῖα χθὼν,
Ἀμφὶ δ' ἐσάλπιγξε μέγας ὠρανός.

Et

Ἠέρι δ' ἔγχος ἐκέκλιτο.

Et

autem ipſiſſimam Plinii manum ex Mediceo: Haec, *quia viſus es mihi* cet. *Haec*, puta diſſerui, ſcripſi. Simillimum locum emendavimus Lib. VII. Epiſt. XXIV. n. 8. Haec, quia *ſoles*, *ſi quid incidit novi, non invitus audire.* Ibi fecerant imperiti: *Quorſum haec?* quia *ſoles.* conſule, ſi placet, illic notata.

1. *Tumida.*] Nimium elata, ſublimia autem per ſe laudabilia ſunt. Sed in his judicio acri opus eſt, & diſcernenda ſunt materiae modo, quod enim alibi magnificum, *tumidum* alibi: & quae humilia circa res magnas, alta circa minora videntur. CATAN.

2 Aut *improba, quae ego audentia:* aut *nimia.*] Recte Lectius: ut *improba*, & ut *nimia*, *&c.* CASAUB. Lectii emendationem firmat Optimus: ut *improba, quae ego audentia*; ut *nimia, quae ego plena arbitrabar.* Ut hic *improba*, ita fere *improbe* dixit Lib VI. Epiſt. XXVIII. n. 1. De *plenis* Idem Lib. V. Epiſt. XVII. n. 2. *Excelſa depreſſis, exilia* plenis, *ſeveris jucunda mutabat.*

3. *Omnis etiam advertit.*] Recte, modo intelligatur; nam *Omnis* antique pro *omnes:* verbum autem *advertere*, ut Lib. I. Epiſt. X. *ut mediocriter quoque doctos advertant.* GRONOV. Mirum eſt, tot libros antiquum Accuſativum retinuiſſe: ſed non retinuiſſent, niſi librarii pro Nominativo caſu habuiſſent. Cum vero alibi hodiernam rationem ſcribendi in Plinio ſecuti ſint editores, hic etiam *omnes* reponendum fuit. De formula *advertere quem* multis egimus loco jam ſupra ad Lib. I. Epiſt. X. n. 5. citato.

4. *Et exſtat.*] Idem hoc, quod eminet. Papinius I. Silv. II. vs. 117.

—— *quantumque egomet Nereidas* exſto.

BARTH. Idem Lib. II. Silv. I. vs. 107.

Mollibus in pratis alte flos improbus exſtat.

Vide eumdem Barth. ad IX. Theb. vs. 455. Infra recentiores ſcripti & Ed. Vet. *judicandum eſt*, pro *dijudicandum eſt*, quod tamen eſt Praeſtantiſſimi.

5. Βράχε δ', &c] Id eſt, *ſonuit late terra: circum vero reboavit magnum coelum*: ex XXI. Iliados: ubi Dii inter ſe contendentes introducuntur, quorum tumultu ſecuta ſunt praedicta. Hoc exemplum pertinet ad grandem orationem, ſequens vero ad altam. Nam eſt aliqua differentia. CATAN. Βράχε δ' εὐρεῖα χθών.] Poſt hanc χρείαν Homeri exſtat alia ex eodem Poeta in omnibus fere editionibus ἠέρι δ' ἔγχος ἐκέκλιτο. Quae verba cur hinc ſublata fuerint, cauſam nullam video. Tantum inter utrumque locum ponatur vocula *&*. CASAUBON. Βράχε δ' εὐρεῖα χθών.] Haec excluduntur a Palat. & Edd. quibus tamen aderat mox Ἠέρι δ' ἔγχος ἐκέκλιτο. Verum iidem codices loco duorum ſequentium verſuum ſolummodo exhibebant, *& totum illud* ὅτε κύματος ὄμβρον. Aldina vero: *& totum illud* ὅτι θαλάσσης κύματος συμβολαί. Sed & infra iidem codices pluries plura reſecant verba ab Demoſthenis, ab Aeſchinis allegationibus, quae commentator ſingulatim prodere debebat; Non ego cui vix otium ſemel perlegendi Pliniana, & aliquot locis conferenda cum libris calamo exaratis, aut impreſſis antiquitus. GRUTER. Mediceus, Voſſ. Arnz. Ed. Vet. & Aldus, Gryphius priora iſta: βράχε δ' εὐρεῖα χθὼν, omittunt. neque vero ad rem pertinent, de qua agit Secundus. Is reſpexit potiſſimum verbum ἐσάλπιγξε i. *buccinavit* magnum coelum. Mox iidem libri Ἠέρι δ' ἔγχος ἐκέκλιτο agnoſcunt, ſed Copulam *&* omittunt. Mediceus ἔκλιτο, pro ἐκέκλιτο.

1. *Et*

[1] Et totum illud:

> Ὡς δ' ὅτε χείμαῤῥοι ποταμοὶ κατ' ὄρεσφι ῥέοντες,
> Ἐς μισγάγκειαν συμβάλλετον ὄμβριμον ὕδωρ.

7 Sed opus eſt examine & libra, [2] incredibilia ſint haec, & immania, an magnifica & coeleſtia. Nec nunc ego me his ſimilia aut dixiſſe, aut poſſe dicere puto. non ita inſanio: [3] ſed hoc intelligi volo, laxandos eſſe eloquentiae frenos, nec anguſtiſſimo gyro ingeniorum impetus re-
8 fringendos. At enim [4] alia conditio oratorum, alia poetarum. Quaſi vero M. Tullius minus audeat, quanquam hunc omitto, neque enim ambigi puto. Sed Demoſthenes ipſe, ille norma oratoris, & regula, [5] nunc ſe cohibet & comprimit, cum dicit illa notiſſima? [6] ἄνθρωποι μιαροὶ, καὶ

1. *Et totum illud.*] Homeri, ex Lib. IV. Iliados, *ὡς δ' ὅτε χείμαῤῥοι ποταμοὶ, &c.* id eſt, *ut autem quando torrentes fluvii e montibus fluentes in convallem conferunt fluvialem aquam.* CATAN. Quod Gruterus ex Aldina adnotavit, id ipſum praeſtat Mediceus, & expreſſit Gryphius: *ὄυτι θαλάττης κύματος συμβολαί.* Sed Voſſ. & Ed. Vet. *ὄυτε κύματος ὄμβρον.* Utrumque habet, quod ad ſententiam Plinii melius quadret, quam illud vulgatum. Sive enim *conflictum & pugnam* veluti *fluctuum*, ſive *fluctus imbrem* audias, ſublimitatem loquendi agnoſces Prius tamen magis placet.

2. *Incredibilia ſint haec & immania.*] *Incredibilia*, id eſt, nimis hyperbolica, ſeu ſupra fidem elata. Nam & *Immania*, juſtum modum excedentia ſunt. Quemadmodum Plautus Trinummo *immane facinus* dixit, quod verbis ſatis explicari haud poſſet. Vellejus Lib. II. *Cum deinde* immanes *res, & vix multis voluminibus explicandas Caeſar in Gallia ageret.* Virgilius quoque Aeneid. IX. *immania templa* dixit, quae immenſae magnitudinis ſignificabat. Alii, *inania*, legunt. quod ſane haud diſplicet, Haec enim *coeleſtibus*, hoc eſt, vere ſublimibus, quae mox appellat, opponuntur. Longinus *μετέωρα* appellat: & *τοῖς ὑψηλοῖς* ſimiliter opponit. Significat enim vere ſublimem magnificamque orationem coeleſti naturae reſpondere, quae liquida, pura, & plena auguſtae lucis; elatam inepte ac turgidam, illi regioni aeris, ubi nubes, nimbi, pluviae regnant; quae plus horroris ac moleſtiae, quam reverentiae ac majeſtatis habent. Plane ita Horatius ad Piſones:

> *Migret in obſcuras humili ſermone tabernas;*
> *Aut, dum vitat humum, nubes &* inania *captet.*

Nam *nubes & inania*, *τὰ κακόζηλα*, hoc eſt, tumida & inepte elata vocat, ſeu *μετέωρα*, ut Longinus appellat. BUCHNER. Mediceus: *Sed opus eſt examine & libra* inquit, *incredibilia ſint* cet. Puto Plinii eſſe: *ſed opus eſt examine & libra*, inquam, *incredibilia ſint*, cet. Nam idem ſenſus praeceſſerat n. 6. *ſed acri intentione dijudicandum eſt*, cet. & in adſumtione ejusdem ſententiae poſt quaedam interpoſita etiam Verbum *inquam* adhiberi, inter omnes conſtat. Voſſ. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. voces *& libra* omittunt. Aldus *inania.* De oratione *coeleſti* nonnihil dixi ad Lib. I. Epiſt. XX. n. 22.

3. *Sed* hoc *intelligi volo.*] Optimus: *ſed* ita *intelligi volo.* Eaedem membranae infra: *nec anguſtiſſimo gyro i. i. refringendos*, omnia excludunt, & pergunt: Alia *enim*, *alia conditio oratorum.* ex quo tamen patet *At enim* potius ſcribendum eſſe, quod eſt in ceteris MSS. & Ed. Vet. quam *Etenim*, quod recentiores quidam amplexi ſunt. *At enim* ſervit Occupationi, ut diximus ad Salluſt. Cat. cap. LI. n. 25. At enim *quis reprehendet, quod in parricidas reip. decretum erit.* Plinius Lib. II. Hiſt. Nat. cap. XVII. At enim *cur non ſemper ad quadraginta ſex, & ad partes viginti tres perveniunt? Immo vero*, cet.

4. *Alia conditio oratorum.*] M. Tullius de perfecto oratore poetis plurimum licentiae tribuit, minus oratori: & Fabius inquit, *Meminerimus non per omnia* poetas *eſſe* oratori *ſequendos, nec libertate verborum, nec licentia figurarum: eſt enim genus oſtentationi comparatum, quod non falſa modo, ſed incredibilia ſectatur.* Quanquam uterque auctor ſcribat in multis oratorem poetae finitimum. CATAN.

5. *Num ſe* cohibet] Mediceus: *num ſe cohibebit.* Helmſt. & Ed. Vet. *non ſe cohibet* cum primum, *cum dixit*, cet. etiam Arnz. *cum primum*, pro *& comprimit.* male.

6. Ἄνθρωποι μιαροὶ καὶ, *&c.*] Id eſt, *homines ſceleſti*,

καὶ κόλακες, καὶ ἀλάςορες. Et rurſus, οὐ γὰρ λίθοις ἐτείχισα τὴν πόλιν, οὐδὲ πλίνθοις ἐγώ. Et ſtatim, ταῦτα προὐβαλόμην ἐγὼ πρὸ τῆς Ἀττικῆς, ὅσον ἦν ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ δυνατόν. Et alibi, ἐγὼ δὲ οἶμαι μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νὴ τοὺς θεοὺς ἐκεῖνον μεθύειν τῷ μεγέθει τῶν πεπραγμένων. [1] Jam quid audentius illo pulcherrimo [ac longiſſimo] 9
exceſſu, [2] νόσημα γάρ. Quid haec? breviora ſuperioribus, ſed audacia paria, [3] τότε ἐγὼ μὲν τῷ Πύθωνι θρασυνομένῳ, καὶ πολλῷ ῥέοντι καθ' ἡμῶν. Ex eadem nota: [4] ὅταν δὲ ἐκ πλεονεξίας καὶ πονηρίας, ὥσπερ οὗτος ἰσχύσῃ, ἡ πρώτη πρόφασις καὶ μικρὸν πταῖσμα

ſceleſti, & adulatores, & daemones. Quantum in Graecis Secundo contulerimus, vel una hac epiſtola cognoſci liberum unicuique. Nam Demoſthenem & Aeſchinis pleraque legimus, ut loca unde eſſent excerpta, indicaremus, & integram ac veram lectionem reſtitueremus. Igitur in oratione περὶ ςεφάνου, id eſt de corona, inquit: ἄνθρωποι μιαροὶ καὶ κόλακες καὶ ἀλάςορες ἠκρωτηριασμένοι τὰς ἑαυτῶν ἕκαςοι πατρίδας. id eſt, *homines ſceleſti, & adulatores, & peſſimi daemones depopulati ſuas ſinguli patrias. Et rurſus*, οὐ γὰρ, *&c.*] *Non enim lapidibus ſtruxi civitatem, neque lateribus ego. Et ſtatim ead. orat.* ταῦτα προὐβαλόμην, *&c.*] *Haec propoſui ego ad tutelam Atticae, quantum erat humana conſideratione poſſibile.* Et alibi in quarta oratione contra Philippum. Ἐγὼ δὲ οἶμαι, *&c.*] *Ego autem opinor quidem, o viri Athenienſes, per deos illum ebrium eſſe magnitudine rerum geſtarum.* hoc dictum Lucianus aſſerit furore quodam divino refertum. CATAN. Mediceus cum Aldo & Gryphio: οὐ λίθοις ἐτείχισα, ſine Particula γάρ. Voſſ. ἐτειχίζατε pro ἐτείχισα. male. is non melius infra λίθοις, pro πλίνθοις, exhibet. Quae ſequuntur omnino corrupta ſunt, nihilque ad rem pertinent. Scribendum cum Mediceo, Voſſiano, qui in paucis tantum variat, Aldo & Gryphio: *Et ſtatim*, οὐκ ἐκ μὲν θαλάττης τὴν Εὔβοιαν προὐβαλόμην ἐγὼ πρὸ τῆς Ἀττικῆς. *Et alibi*, cet.

1. *Jam quid* audentius.] Mediceus, Helmſt. Arnz. Ed. Vet. Aldus, Gryphius: *Jam quid* audientibus. perperam. Dolendum autem, quod cum his verbis nos plane deſtituant membranae Mediceae, quae illis ſtatim ſubjungunt: *Finit Epiſtularum* Lib. VIIII. adeoque in Graecis non niſi Voſſ. facem qualem qualem nobis praeferentem habemus. Nam & Arnzenius adnotavit, Graeca in Codice nimis corrupta fuiſſe, ut conferre cum editis neglexerit.

2. Νόσημα γάρ.] *Aegritudo enim.* Ex oratione περὶ παραπρεσβείας. CATAN. Jure pulcherrimum exceſſum vocat, quae habet Demoſthenes περὶ παραπρεσβ. Sect. LXXIII. & LXXIV. ubi non modo de morbo circumambulante, ſed & de aliis rebus, ut de *amentia & inſania repletis* ſatis magnifice differit. Si in eo elatum & ſublime quaerendum eſt, quod cives corruptos pravosque *morbo* laborare dixit, multos Demoſthenis imitatores ex Latinis producere licebit. Vide interim noſtra ad Salluſt. Cat. cap. XXXVI. extr. Sic & *morbus vagatur*, *pervagatur*, *ſerpit*, *irrepit* apud Latinos, Demoſtheni βαδίζει κύκλῳ, quomodo fere Lucanus Lib. II. vs. 100.

— *quantoque* gradu mors *ſaeva* cucurrit.

Voces *ac longiſſimo* Voſſ. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. deſunt, eaeque ex ſequentibus ab ſciolis effictae eſſe videntur. Nec exceſſus ille vere *longiſſimus* dici poteſt, ſi eum inſpexeris. Pro *exceſſu* malebat vir doctus *excurſu*, contra omnes libros. Simili prorſus ſenſu *excedere* dixit Lib. V. Epiſt. VI. n. 44 *ſi longior fuero in hoc, in quod* exceſſi. Saepius vocabulo utitur Auctor Prolog. Juſtini, ut Prolog. Lib. I. *Hic in* exceſſu *dicti Aeolicarum & Jonicarum urbium ſitus*, ubi vide Interpretes. CORTE.

3. Τότε ἐγὼ, *&c.*] Id eſt, *tunc ego quidem Pythoni audaci, & longe ſtrepenti contra vos*, ſumpta ex oratione περὶ ςεφάνου, quae verba tanquam grandia Lucianus in laude Demoſthenis admiratur, & eadem fere ſuperioribus paria. CATAN. Voſſ. πολλῷ ῥέοντι ΚΑΙ ΕΥΛΑΛΕΙΝ καθ' ἡμῶν, quod ex ſemidocti cujusdam Gloſſa profluxit, qui illa πολλῷ ῥέοντι ad εὐλαλίαν referenda eſſe, monſtrare voluit. In illis tamen magnificum eſt ſitum. Nec multum abeunt Latini, qui *fluere* etiam de verbis uſurpant, ut *flumen orationis*, &, quod mireris, *fluentiam* eloquentiae, ſi ab Ammiano in talibus aliquid petendum. Adde Cic. in Bruto cap. XCI. Perperam autem vulgatae praeferunt ὑμῶν, pro ἡμῶν, quod eſt in ſcripto & Ed. Vet.

4. Ὅταν δ' ἐκ πλεονεξίας, *&c.*] *Quando autem ex avaritia & ſcelere aliquis, quemadmodum hic, poteſt, prima cauſa, & parvum erratum omnia intercidit & diſſolvit.* CATAN. Male Catanaeus & vulgatae poſt πονηρίας inſerunt τὶς, unde prava illius verſio fluxit. Ignorant Provocabulum MS. Ed. Vet. Aldus, Gryphius, & hic vertit: *Cum autem ex nimia habendi cupiditate & pravitate, ut iſte,* potens

πταῖσμα ἅπαντα ἀνεχαίτισε καὶ διέλυσε. Simile his, [1] ἀπεσχοινισμένος ἅπασι τοῖς ἐν τῇ πόλει δικαίοις γνώσεσι τριῶν δικαστηρίων. Et ibidem, [2] σὺ τὸν εἰς ταῦτα ἔλεον προὔδωκας Ἀριστογεῖτον, μᾶλλον δὲ ἀνήρηκας ὅλως μὴ δὴ πρὸς οὓς αὐτὸς ἑάλωκας λιμένας, καὶ προσβολῶν ἐνέπλησας, πρὸς τούτους ὁρμίζου. Et dixerat, [3] δέδοικα μὴ δόξητέ τισι τὸν ἀεὶ βουλόμενον εἶναι πονηρὸν τῶν ἐν τῇ πόλει παιδοτρίβειν. ἀσθενὴς μὲν γάρ ἐστι πᾶς ὁ πονηρὸς καθ' ἑαυτόν. Et deinceps, [4] τούτῳ δ' οὐδένα ὁρῶ τῶν τούτων βάσιμον ὄντα, ἀλλὰ πάντα ἀπόκρημνα, Φάραγγας, βάρατρα. Nec ſatis, [5] οὐδὲ γὰρ τοὺς προγόνους ὑπολαμβάνω τὰ δικαστήρια ταῦτα οἰκοδομῆσαι, ἵνα τοὺς τοιούτους ἐν αὐτοῖς μοσχεύητε, ἀλλὰ τοὐναντίον, ἵν', ἀνείργητε, καὶ κολάζητε, καὶ μηδεὶς ζηλοῖ, μηδὲ ἐπιθυμείῃ κακίας. Adhuc, [6] εἰ δὲ κάπηλός ἐστι πονηρίας καὶ παλιγκάπηλος, καὶ μεταβολεύς. Et mille talia, ut praeteream quae ab Aeſchine [7] θαύματα,
10 non ῥήματα, vocantur. [8] In contrarium incidi. Dices, hunc quoque ab [9] iſto culpari. Sed vide quanto major ſi qui reprehenditur, [10] ipſo reprehen-

potens ſit, prima occaſio omnia impedivit & deſtruxit Vis eſt in verbo ἀνεχαίτισε, quam non cepit librarius Voſſ. dum ſcribit ἀνεχύτιζε. Latine aeque non exprimas, uti nec ſequens ἀπεσχοινισμένος, quod Gryphius vertit *illigatus*, paullo melius quam Catanaeus.

1. Ἀπεσχοινισμένος ἅπασι.] *Privatus omnibus in civitate juſtis cognitionibus trium judiciorum.* Sunt iſta in oratione contra Ariſtogitona CATAN.

2. Σὺ τὸν εἰς ταῦτα, &c] Id eſt, *tu ad haec miſericordiam prodidiſti Ariſtogiton, quin immo conſumpſiſti penitus, ne ſane contra quos clauſiſti portus, & ſcopulis implevisti, ad hos confuge.* IDEM.

3. Δέδοικα μὴ, &c.] *Vereor ne videamini quibusdam ſemper malum volentem exiſtere in civitate, inſtruere: infirmus namque omnis eſt malus per ſe.* IDEM. Invertunt hujus & ſequentis ſententiae ordinem Ed. Vet. Aldus, Gryphius, habentque: *Et dixerat* τούτῳ δ' οὐδένα ὁρῶ τῶν τούτων &c. *Et deinceps*, δέδοικα μὴ δόξητέ τισι cet.

4. Τούτῳ δ' οὐδένα.] *Huic autem nullum cerno locorum horum pervium exiſtentem: ſed omnia praecipitia, convalles, barathra.* CATAN

5. Οὐ δὲ γὰρ τους, &c.] *Neque enim majores noſtros exiſtimo judicia haec nobis conſtruxiſſe, ut tales in ipſis germinarent, ſed contra ut arcerentur, & puniretis, & nemo aemularetur, neque concupiſceret vitium.* IDEM.

6 Εἰ δὲ κάπηλός ἐστι, &c] *Si vero juſtior eſt ſceleris, & maximus inſtitor & mercator.* IDEM. Typorum vitium eſſe videtur in aliquot Catanaeanis, ubi vertit: *Si vero* juſtior *eſt ſceleris* ſcribendum enim: *Si vero* inſtitor *eſt ſceleris.* Vide de illo καπήλῳ. Demoſthenis etiam Ariſtidem Lib. I. Art. Rhet. cap. V. Ennius ſimiliter:

Nec cauponantes *bellum, ſed belligerantes.*

Lege Columm. ad Ennii Fragm. pag. 61. Scaliger. Conject. ad Varron. pag. 61.

7. Θαύματα non ῥήματα.] *Monſtra non verba.* Vide Aeſchinem contra Cteſiphontem & Demoſthenem, οὐ μέμνησθε αὐτοῦ τα μικρα, &c. & Marc. Tull. de perf. oratore. CATAN. Θαυματα *non* ῥήματα.] Palat. θαυματοποιῶν ῥήματα. Editio illa Anonyma θαυματοποιὰ ῥήματα. Ingenioſius quam verius. Conſulantur Catanaeana GRUTER. Cum Ed. Anonyma MS. Arnz. incedit, ſed perperam.

8. *In contrarium incidi.*] Mihi contradixi. Haec verba magnifica. CATAN. *Incidi dices hunc.*] Lege ex certiſſima Jacobi Lectii conjectura, *in contrarium incidi: dices hunc quoque, &c.* CASAUBON. Dum exempla ſublimis & magnificae dictionis me tuendi cauſſa conquiro, in contrarium incidi & adripui exemplum, quo inepte tranſlata, tumida & immodica reprehenduntur. Nam Aeſchines eo loco, ubi θαυματα Demoſthenis producit, eadem exagitat, ac tantum non ridicula facit. Lectionem non mutant libri noſtri, niſi quod *dicens*, pro *dices*, male exhibent.

9 *Iſto*] Aeſchine, in alia lectione eſt, *hunc quoque* ob dicta *culpari.* CATAN. *Hunc quoque ab iſto.*] Repraeſentavi, quod offendi in Palat. aut Vett. quae certe meliora retro publicatis, aut adeo conjecturis aliorum; agnitaque etiam, niſi me fallunt oculi, Catanaeo. GRUTER. Alia lectio eſt *ob iſta*, quam ſecutus eſt Aldus & Gryphius. Noſtri tamen *ab iſto*, idque forte aliis diſplicuit, quod contra Grammaticorum placita *iſte* ad proximum, *hic* ad remotius Nomen refertur. Sed vide ad Lib. I. Epiſt. XX. n. 21. Certe quae mox de reprehendente ſubjiciuntur, ea pro edito *ab iſto* militant.

10. *Ipſo reprehendente*] Aeſchine: is enim minus ſtrictus, in quo plus carnis, minus lacertorum. CA-

prehendente, & major ob haec quoque. In aliis enim vis, in his granditas ejus elucet. Num autem Aeſchines ipſe iis, quae in Demo- 11
ſthene [1] carpebat, abſtinuit? [2] χρὴ γὰρ, (ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι) τὸ αὐτὸ φθέγγεσθαι τὸν ῥήτορα καὶ τὸν νόμον, ὅταν δ᾽ ἑτέραν μὲν φωνὴν ἀφιῇ ὁ νόμος, ἑτέραν δὲ ὁ ῥήτωρ, τῷ τοῦ νόμου δικαίῳ χρὴ διδόναι τὴν ψῆφον, οὐ τῇ τοῦ λέγοντος ἀναισχυντίᾳ. Alio loco, [3] ἔπειτα ἀναφαίνεται περὶ πάντων ἐν τῷ ψηφίσματι, πρὸς τῷ κλέμματι γράψας τὰ πέντε τάλαντα, τοὺς πρέσβεις ἀξιῶν τοὺς Ὠρείτας μὴ ἡμῖν, ἀλλὰ Καλλίᾳ διδόναι. ὅτι δὲ ἀληθῆ λέγω, ἀφελὼν τὸν κόμπον, καὶ τὰς τριήρεις, καὶ τὴν ἀλαζονίαν ἐκ τοῦ ψηφίσματος, ἀνάγνωθι. Iterum alio, [4] καὶ μὴ ἐᾶτε αὐτὸν εἰς τοὺς τοῦ παρανόμου λόγους περιΐστασθαι. Quod adeo probavit, ut repetat, [5] ἀλλὰ ἐγκαθήμενοι καὶ ἐνεδρεύοντες ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ εἰσελαύνετε αὐτὸν εἰς τοὺς τοῦ παρανόμου λόγους, καὶ τὰς ἐκτροπὰς αὐτοῦ τῶν λόγων ἐπιτηρεῖτε. An illa [6] cuſtoditius 12
preſſiusque? [7] σὺ δὲ ἑλκοποιεῖς, καὶ μᾶλλόν σοι μέλει τῶν αὐθημέρων λόγων, ἢ τῆς σωτηρίας τῆς

Catan. Nec MSS. Voſſ. Arnz. Helmſt. nec Ed. Vet. repraeſentat additum illud *quoque*, ſed ſimpliciter ſcribunt: *ipſo reprehendente, & major* ob haec. *In aliis enim*, cet. Aldus & Gryphius: *& major ob* hoc *quoque.* Teneo: *& major ob haec quoque*, puta, quae reprehenduntur. Hoc volunt ſequentia: *in aliis . . . in his.* Perperam Voſſian. *in aliis enim* minus *granditas ejus elucet.* De *vi* Demoſthenis dictum aliquid ad Lib. I. Epiſt. II. n. 2.

1. *Carpebat.*] Tanquam immodica notabat. Nam ad priora in Demoſthene multa alia damnavit, ut illa, οὗτός ἐστιν, ὦ Ἀθηναῖοι, ὁ πρῶτος ἐξευρὼν Σέργιον τεῖχος, καὶ Δόρισκον, καὶ Ἐργίσκην, καὶ Μυρίσκην, καὶ Γᾶνον, καὶ Γανίδα, χωρία ὧν οὐδὲ τὰ ὀνόματα ᾔδει μὲν πρότερον. *Hic eſt, o Athenienſes, primus excogitans Sergium murum, & Doriſcum, & Ergiſcam, & Myriſcam, & Ganum, & Ganida loca, quorum nomina ne quidem noverat prius.* Catan.

2. Χρὴ γὰρ, &c.] *Oportet enim, o viri Athenienſes, idem dicere oratorem & legem: cum vero aliam quidem vocem emittit lex, aliam vero orator; legis juri opus eſt dare ſuffragium, non dicentis impudentiae.* Idem. Sunt haec ex Oratione contra Cteſiphontem, &, ni fallor, in eo ſublime ſitum eſſe debet quod *legem loqui* dicit, eique *vocem* tribuit. Quam apte Lucanus Lib. I. vs. 277.

At poſtquam leges *bello* ſiluere *coactae.*

ubi vide. Ita & *vocem veritati, cauſſae* tribuit Tullius.

3. Ἔπειτα ἀναφαίνεται, &c.] *Deinde declaratum eſt de omnibus in decreto ad furtum ſcribens quinque talenta, legatos ſentiens Oretas non nobis ſed Calliae dare. quod autem vera dico auferens pompam, & triremes, & arrogantiam ex decreto, lege.* Catan. Τὸν πόμπον, καὶ τας, &c.] In his verbis Aeſchinis ſcribe κόμπον non πομπον, quod interpres craſſo errore *pompam* interpretatus eſt. Casaubon. Voſſian. *Alio loco eſt ita:* ἔπειτα ἀναφαίνεται περὶ παντων ἐν τῷ φαντι. reliqua omnia omittit. Rectiſſime autem Caſaubonus πόμπον vulgare in κόμπον mutavit, quem & nos ſecuti ſumus. Praeterea autem diſtinctionem corrigendam eſſe cenſeo, ut nimirum interpungamus poſt ἀλαζονίαν, & cohaereant: ἐκ τοῦ ψηφισματος ἀνάγνωθι.

4. Καὶ μὴ ἐᾶτε, &c.] *Non ſinatis ipſum circa iniquitatis ſermones circumſiſtere* Catan.

5. Ἀλλα εγκαθημενοι, &c.] *Sed permanentes & conſidentes in concione repellite eum ab iniquis orationibus, & mutationes ejus verborum obſervate*, in quibus ſane illud fuit, εἰς τοὺς τοῦ παρανόμου λόγους. quod jam dixerat. Idem.

6. *Cuſtoditius preſſiusque.*] *Cuſtoditius*. cautius, notavimus ſupra. *Preſſius*, id eſt, humilius: quia tum cohibetur comprimiturque ingenium, ne ſequatur impetum: atque in granditatem oratio aſſurgat. Supra de Demoſthene: *nunc ſe cohibet & comprimit.* Buchner. Supra Lib. V. Epiſt. XVI. n. 3. *ut parce* cuſtoditeque *ludebat.* Male itaque Voſſ. Helmſt. Arnz. Ed. Vet. Gryphius & Sichardus: *An illa* commodius *preſſiusque.* quidam ex illis Codd. etiam corruptius: *Jam illa commodius*, cet Aldus recte, ut editur. De *preſſo* dicendi genere notavimus quaedam ad Lib. I. Epiſt VIII. n. 5.

7. Σὺ δ᾽ ἑλκοποιεῖς, &c.] *Tu vero vulnerarius, & magis tibi cura eſt cotidianarum orationum quam ſalutis civitatis.* Catan.

1. *Altius*

τῆς πόλεως. [1] Altius illa, [2] *οὐκ ἀποπέμψησθε τὸν ἄνθρωπον ὡς κοινὴν τῶν Ἑλλήνων συμφορὰν, ἢ συλλαβόντες ὡς λῃστὴν τῶν πραγμάτων διὰ τῆς πολιτείας πλέοντα τιμωρήσασθε*, & alia.
13 Exſpecto, ut quaedam ex hac epiſtola, [3] ut illud, *gubernacula gemunt*, & , *diis maris proximus* , iisdem notis, quibus ea, de quibus ſcribo, [4] confodias. Intelligo enim me dum veniam prioribus peto, in illa ipſa, quae annotaveras, incidiſſe. Sed confodias licet, dummodo jam nunc deſtines diem , quo & de illis, & de his coram [5] exigere poſſimus. Aut enim [6] tu me timidum , aut ego te temerarium faciam. *Vale.*

XXVII.

1. *Altius illa.*] Helmſt. & Arnz *haec* ignorant, Ed. autem Vet. & *haec* , & ſequentia Graeca , quae ſupra , ut potuit , fideliter expreſſit , omiſit. Credo , auctoris fuiſſe : *Elatius illa.* Vide ad Lib. IV. Epiſt. XIV. n. 3. *Deſcribimus modo aliquid* preſſius, *modo* elatius.

2. *Οὐκ ἀποπέμψητθε τὸν, &c.*] *Non rejicitis hominem tanquam communem Graecorum calamitatem , aut comprehendentes , tanquam latronem rerum ſub praetextu pro rep. navigantem punietis* , & alia quae ibidem explicantur , qualia ſunt , *ἐγκαταλιπὼν δὲ κἀκείνους καὶ πλείους τραπόμενος τροπὰς τοῦ Εὐρίπου, παρ' οὗ οἰκεῖ, εἰς μέσον πίπτει τῆς τε Θηβαίων ἔχθρας καὶ τῆς Φιλίππου, deſerens autem & illos & pluribus circumactus motibus Euripi , apud quem habitat in medium decidit Thebanorum inimicitias & Philippi* Catan.

3. *Ut illud.*] Sic Pal. & Vett. Edd. (& Modii Epiſt. XII.) recenter editis aberant *ut illud.* Gruter. Etiam Voſſ. Arnz. & Helmſt. *ut illud* defendunt. Ceterum non haec modo , ſed multo plura in Plinio adnotanda forent , qui exſultantius genus ſcribendi , pro genio ſaeculi ſui, ſecutus eſt. Olim poetas decebat. Sic Horat. Lib. I. Od. XIV. vs. 5.

Ut malus *celeri ſaucius Africo*
Antennae*que* gemunt.

Saepius ita Virgilius & alii, quod alibi pluribus docuimus.

4. *Confodias.*] Paulo poſt : *Sed confodias licet:* Id eſt, reprehendas & culpes. Habebant veteres Critici notas , quibus uterentur in lectione auctorum , ad notanda ea , quae bene aut ſecus dicta viderentur. Nam quae probabant , illis appingebant , X : quae improbabant , his veru parvum (*ὀβέλισκον* appellabant) apponebant. Auſonius:

Pene obelos *igitur ſpuriorum ſtigmata vatum ,*
Laudes , non culpas ipſe putabo meas.

Hinc *ὀβελίζειν* ejusmodi nota ſignare eſt , quod *confodere* Noſter dixit. Iſidorus : *OBELUS , id eſt , virga jacens , apponitur in verbis vel ſententiis ſuperflue iteratis ; ſive in iis locis , ubi lectio aliqua falſitate notata eſt. ut quaſi ſagitta jugulet atque falſa confodiat. Sagitta enim Graece ὄβελος dicitur.* Buchner.

5. *Exigere poſſimus.*] Id eſt, deliberare , examinare , ac ponderare ſingula. *Exigere* enim proprium in aſtimationibus verbum : ſive hae pondere , ſive regula fiant. Ita *exigere ad perpendiculum columnas* , apud Ciceronem ; *exigere pondus margaritarum* apud Suetonium Caeſare ; & alia iſtiusmodi apud alios legimus. Quin & *examen librae* quaſi *exagimen* dicitur : quod & *Exagium* aliquando vocatur. Vetus Inſcriptio Romae: RATIO DOCUIT UTILITATE SUADENTE , CONSUETUDINE MICANDI SUMMOTA, SUB EXAGIO POTIUS PECORA VENDERE. *Sub exagio vendere* , eſt appenſa ad libram pecora vendere. Idem. Vide ſupra ad Lib. VI. Epiſt. XII n. 3. *Cum ſic* exegeris *mecum , ut ſolebas cum tuo filio.*

6. *Tu me* timidum , *aut ego te* temerarium] Quidam *tumidum* , contra omnes Codd. & ipſam ſententiam. *Timidus* & *temerarius* hoc loco ad ſcriptionem pertinet, ut hic ſit, qui audacia , alta & inexſpectata orationi immiſcet : ille contra, qui ſe comprimit & cohibet , qui preſſe & cuſtodite ſcribit.

XXVII. C. Plinius [1] Laterano Suo S.

Hiſtoriis reverentiam haberi exemplo monſtrat.

[2] QUanta poteſtas, quanta dignitas, quanta majeſtas, [3] quantum
denique numen ſit hiſtoriae, cum frequenter alias, tum proxi-
me ſenſi. Recitaverat quidam veriſſimum librum, partemque ejus in 2
alium diem reſervaverat: [4] ecce amici cujusdam orantes obſecrantes-
que, ne reliqua recitaret. Tantus audiendi quae fecerint pudor, qui-
bus nullus faciendi, quae audire erubeſcunt. Et ille quidem praeſti- 3
tit, quod rogabatur: ſinebat fides. liber tamen, ut factum ipſum, ma-
net, manebitque, legeturque ſemper [5] tanto magis, quia non ſtatim.
[6] Incitantur enim homines [7] ad agnoſcenda, quae differuntur. *Vale.*

XXVIII.

1. *LATERANO.*] *Sextilius Lateranus*, ad quem nunc ſcribit Secundus, conſulatum geſſit cum Vero Antonino, auctor Capitolinus. Alii tamen non *Laterano* ſed *Paterno*, de quo in praecedentibus, ſcriptam epiſtolam credunt. CATAN. Apud nos Arnz. item Aldus & Gryphius *Paterno* inſcribunt. Helmſt. vero, Voſſ. & Ed. Vet. *Laterano.* Prius placet.

2. *Quanta poteſtas*] Neſcire enim quid antea, quam natus ſis, fuerit, referente M. Tull. eſt ſemper puerum eſſe. Hoc illud eſt praecipua in cognitione rerum ſalubre ac frugiferum omnis te exempli documenta in illuſtri poſita monumento intueri. unde tibi tuaeque reip. quod imitere capias, unde foedum inceptu & exitu foedum vites. Nam pulchrum eſt aliorum erratis in melius inſtituere vitam noſtram, & non quid alii egerint quaerere, ſed quod optime actum ſit, nobis proponere ad imitandum: ſeniorum conſilia, quos longa aetas prudentiores fecit, laudantur a junioribus. at hos antecellit hiſtoria, quanto plura exempla rerum complectitur diuturnitas temporis, quam hominis aetas, & quae latius apud Diodorum, in commendationem hiſtoriae traduntur. CATAN.

3. *Quantum denique numen.*] Major humana, & qualis Deorum poteſtas eſt. Supra Lib. VII. Epiſt. XXVII. *Per quam velim ſcire, eſſe phantasmata, & habere propriam figuram* numen*que aliquod, putes.* BUCHNER. Ita expreſſit τὸ θεῖον Graecorum, vim poteſtatemque occultam & prorſus ſingularem innuens, quam hiſtoriae etiam tribuit Salluſt. Jug. cap. IV. n. 6. Vide quae de *numine* in hunc ſenſum diſſeruimus ad Lucan. Lib. I. vs 63. & ad Lib. V. vs. 344.

4. *Ecce amici cujusdam.*] Dormitabat homo doctus, qui hic deeſſe aliquid putabat. *veniebant*, *aderant* intelligitur, ut ſupra Lib. VI. Epiſt. XX. extr. *Nobis tamen ne tunc quidem abeundi conſilium, donec de avunculo* nuncius, quo plura contulimus. Valerius Flaccus Lib. II. vs. 477.

Cum ſubitus fragor, & fluctus *Idaea moventes*
Cum ſtabulis nemora.

ibi imperiti fecerant: *& fluctus* venere *moventes.* CORTE.

5. *Tanto magis.*] Quia ſuppreſſa eſt reliqua pars a recitatione, nam vetita avidius conquiruntur. CATAN. Recte Catanaeus. Vitioſe Helmſt. Arnz & Ed. Vet. *tanto magis*, & *non ſtatim.* Melius Voſſ. quod *non ſtatim.*

6. *Incitantur enim homines.*] Tacitus Hiſtor. I. cap. XVII. *Circumſteterat interim ſecretum palatium publica expectatio, magni ſecreti impatiens, & male coercitam famam ſupprimentes augebant.* Idem Hiſt. II. cap. XCVI. *Coercere ſermones, praecipuum alimentum famae* dicit. Sumus natura curioſi homines, & cognoſcendi avidi, ſecreta maxime & quae premuntur: majora ſemper hoc ipſo rati, quod occultantur & latent. BUCHNER.

7. *Ad* agnoſcenda, *quae differuntur.*] Lego: *ad* ea noſcenda, *quae differuntur.* BARTH. Adſentior fere Barthio. Haeſitarunt & alii; qui propterea expreſſerunt, *ad cognoſcenda*, quomodo mox Epiſt. XXVIII. n. 3. & paſſim. Sed in omnibus MSS. noſtris & Ed. Vet. eſt *agnoſcenda.*

XXVIII. C. Plinius Romano Suo S.

Tribus epiſtolis, quas a Virginio Romano pariter acceperat, reſpondet, ſed negat alias luculenter ſcriptas ſibi relatas, rogatque ut primum mittat.

POſt longum tempus, epiſtolas tuas, [1] ſed tres pariter recepi, omnes
elegantiſſimas, amantiſſimas, & quales a te venire, praeſertim
deſideratas, oportebat: quarum una injungis mihi jucundiſſimum mi-
niſterium, ut [2] ad Plotinam, [3] ſanctiſſimam feminam, literae tuae per-
2 ferantur; perferentur. Eadem commendas [4] Popilium [5] Artemiſium:
ſtatim praeſtiti, quod petebat. Indicas etiam modicas te vindemias
collegiſſe; communis haec mihi tecum, quanquam in diverſiſſima par-
te terrarum, querela eſt. Altera epiſtola nuncias multa te nunc dicta-
3 re, nunc ſcribere, [6] quibus nos tibi repraeſentes. Gratias ago, agerem
magis,

1. Sed *tres pariter recepi.*] Voſſ. Helmſt. Ed. Vet. & Gryphius: *epiſtolas tuas* tres *pariter recepi*, ſine Particula *ſed*. Tuetur illam Arnz. & Aldus, nec non frequens uſus veterum, de quo aliquid ad Lucani Lib. V. vs. 580

2. *Ad Plotinam*] Trajani uxorem, quae cum primum ad Palatium acceſſit, e gradibus ad populum converſa, *Talis*, inquit, *huc ingredior, qualis exire volo.* & per omnem principatum ſic ſe geſſit, ut omni culpa careret. Trajano defuncto, Adrianus creatus eſt princeps: quanquam Trajanus conſobrinae ſuae filium vivens voluiſſet adoptare, ſed operam dante Plotina, quam Adrianus excellentiſſime coluit, & ornavit: per novem enim funeris dies atratus inceſſit, & in honorem ejus templum erexit, & Baſilicam apud Namauſum opere admirabili, ac hymnos in eam fecit. Haec ſumpta ex Dione, Spartiano, Eutropio, praeterea in memoriis Brixianorum legimus ſacerdotes divae *Plotinae* conſtitutos fuiſſe. Fuit & alia *Plotina* uxor Aulici Caeſariani rarae fidei, atque ſingularis pudicitiae foemina: quae maritum exulem ſecuta eſt, & reditum precibus impetravit. CATAN.

3. *Sanctiſſimam.*] In Panegyrico, ubi de moribus illius plura diſſerit, *Tibi*, inquit, *uxor in decus & gloriam cedit. Quid enim illa ſanctius? quid antiquius? nonne ſi Pontifici Maximo deligenda ſit conjux, aut hanc, aut ſimilem (ubi eſt autem ſimilis) elegerit?* IDEM. Haec longe aliter in MSS. noſtris. Supra enim omnes cum Ed Vet *ut* omittunt, Voſſ. tamen poſtea inſerit: ut *perferantur.* Deinde omittunt iſta: *litterae tuae perferantur: perferentur*, eorumque loco tantum *proferam*, aut *proferantur* ſiſtunt. Nihil autem mutandum eſſe, facile patet: niſi forte ex conſenſu Codd & inprimis Voſſ. conſilio reponendum: *miniſterium*, ad *Plotinam, ſanctiſſimam ſeminam, litterae tuae* ut *perferantur: perferentur.*

4. *Pupillum.*] Antiqui *pupum* dicebant, unde *pupillus* deducitur, is eſt ſecundum Pompejum, qui impubes deſiit eſſe in patris poteſtate, vel morte, vel emancipatione. Legitur etiam *Popilium Artemiſium.* CATAN. Scripti omnes penes nos & Ed. Vet. *Pupillum Artemiſium*; Aldus & Gryphius: *Popilium Artemiſium.* Deinde Voſſ. *ſtatim praeſtiti, quod* rogabat.

5. *Artemiſium.*] Inſuper, *Artemiſium* civitas Oenotriorum in mediterraneo. Philiſtus, referente Stephano, eandem *Arthemitum* vocat. Eſt etiam Euboiae civitas. CATAN.

6. *Quibus nos* tibi *repraeſentes.*] Voſſ. Helmſt. & Ed. Vet. *quibus nos repraeſentes*, ſine Pronomine. Arnz. *quibus* noſter *repraeſentes*, qui *tibi* in exemplari ſuo reperit, ſed ex nota illius male *ter* effecit. Deſiderio Plinii abſentis ſingulari tenebatur Romanus: quare multa faciebat, quibus ipſum ſibi repraeſentaret. Dum enim ſcribebat aut dictabat, incidebant Plinii adnotationes, aut mores, aut cogitabat, quomodo ille haec, vel iſta exprimere ſoleret, & ſic animo cum Plinio eadem tractabat, quae praeſentes conſueverant. Lege ſupra Lib. VII. Epiſt. V. & infra h. l. Epiſt. XXXI. princ. aut plane de Plinio aliquid ſcribebat, quod ſequentia: *ad alium, quam ad me*, innuere videntur,

magis, [1] ſi me illa ipſa, quae ſcribis, aut dictas, legere voluiſſes.
& erat aequum ut te mea, ita me tua ſcripta cognoſcere, etiamſi ad
alium, quam ad me, pertinerent. [2] Polliceris in fine, [3] quum certius 4
de vitae noſtrae ordinatione aliquid audieris, futurum te [4] fugitivum
rei familiaris, ſtatimque ad nos evolaturum, qui jam tibi compedes
nectimus, [5] quas perfringere nullo modo poſſis. Tertia epiſtola conti- 5
nebat, eſſe tibi redditam orationem pro [6] Clario, eamque viſam verio-
rem, quam dicente me, audiente te fuerit. [7] Eſt uberior. multa enim
poſtea inſerui. Adjicis, alias te literas curioſius ſcriptas miſiſſe: an
acceperim quaeris: [8] non accepi, & accipere geſtio. Proinde prima
quaque

dentur. Tullius Lib. V. Epiſt. XIII. extr. *tecumque ero tantum, quantum patietur utriusque aetas & valetudo: &, ſi eſſe una minus poterimus, quam volumus, animorum tamen conjunctione, iisdem ſtudiis ita fruemur, ut numquam non una eſſe videamur* Eod. Epiſt XVIII. n. 8. *Sed tamen prudentiſſime facies, ſi illius pietatem, virtutem, induſtriam, ubicumque eris, tuam eſſe*, tecum eſſe *duces. nec enim minus noſtra ſunt, quae* animo *complectimur, quam quae oculis intuemur.* quibus locis alia adſcripſimus Ideo omnino, *tibi repraeſentes*, legendum, cum altera lectio & dubium, & diverſum ſenſum inferat.

1. *Si me illa ipſa . . . voluiſſes.*] Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *potuiſſe* vel *potuiſſem.* Ex quo factum, ut in Voſſ legatur: *ſi* illa *ipſa, quae ſcribis aut dictas, legere potuiſſem*, quae mera Gloſſa eſt Ita *haec te ſcire volui, quem hoc facere noluit*, & multa ſimilia. Lucanus Lib. IX vs. 1025.

— — — cui *tantum fata* licere
In generum voluere *tuum.*

2. *Polliceris* in fine.] Sic. Codd. noſtri, & Ed. Vet. At Aldus: *Polliceris* in finem

3. *Cum* certius . . . aliquid *audieris.*] Helmſt. & Arnz *cur certi aliquid*; ſcribere nempe voluerunt, quod viſitur in Ed. Vet. cum certi . . . aliquid *audieris.* Ita *aliquid boni, aliquid novi, aliquid ſolliciti, aliquid magni* & innumera talia ubivis obvia, de quibus erudite diſſerit Celeb. Burmann. Comment. ad Phaedr. Lib. IV. Fab. XXV. vs. 5. Altera tamen ratio Noſtro placuit Lib. VI. Epiſt. XXX extr. *Ridere ſatius, ne ſe* magnum aliquid *adeptos putent* ibi alia vide ſis.

4. *Fugitivum rei familiaris.*] Fugere a rebus tuis familiaribus, & relinquere curam domeſticam. *Fugitivus* proprie eſt, qui extra domini domum fugae cauſa, quo ſe a domino celaret, manſit. Haec Offilius Ulpiano memorante. Item relatum eſt apud Julianum, *fugitivum* fere ab affectu animi intelligendum eſſe, non utique a fuga. CATAN.

5. *Quas* perfringere *nullo modo poſſis*] Voſſ. Helmſt. Arnz. Ed. Vet. Gryphius: *quas* effringere *nullo m. p.* Et de carcere quidem, clauſtris vulgatum eſt verbum *effringere*, & tamen Lucanus Lib. III. vs. 343.

— — — *& vi* perfringere *portas.*

Multo magis proprie de *compedibus* adhibetur *perfringere*, quod Aldo debemus, is forte Veterrimo ſuo. Adi Cl. Drackenb. ad Silii Lib. IV. vs 380.

6. *Clario.*] Alibi non meminit hujus orationis, neque etiam hujus nominis, ſicut neque *C. Lanii*, quod in quibusdam exemplaribus ſcriptum reperi. CATAN. Voſſ *pro G. Lanio*; Helmſt. & Ed Vet. *pro Damo*; Arnz *proclamo.* Nihil ex his verum, neque quid lateat, exputo Verum & ſequentia in MSS. & Ed. Vet. corrupta ſunt. Habent enim, *quis eam uberiorem*, Voſſ. *inquis eam uberiorem*, pro *eamque viſam uberiorem.*

7. *Eſt uberior: multa enim poſtea inſerui*] Pro ſuo & aliorum Oratorum more. Lege Epiſt. XX. Lib. I. Supra hoc libro Epiſt. XIII. *Poſtea actionem meam utcunque potui recollegi: addidi multa.* Nonnulla & Clariſſimus Voſſius ad iſtam rem notat Lib. IV Inſtit. Orator. cap. X. Sectione VI. ſub finem. BUCHNER. Mire haec contorta in Helmſt Arnz. & Ed. Vet. *Eſt uberior, multa eſt; poſtea enim. in tertia dicis, alias te litteras*, cet. Sapit Voſſianus.

8. *Non accepi*, & *accipere geſtio.*] Arnz. *non accipies accipere geſtio*, quod Vulgatae proxime accedit. At Voſſ. Helmſt. & Ed Vet. *non accepi eas, accipere geſtio.* Malim diſtinctione mutata: *Non accepi*, eas *accipere geſtio*, aut, quod verius: *Non accepi, accipere geſtio.*

1. *Apio*

quaque occaſione mitte, [1] appoſitis quidem uſuris, quas ego ([2] num parcius poſſum?) [3] centeſimas computabo. *Vale.*

XXIX. C. Plinius [4] Rustico Suo S.

Excuſat ſua ſcripta quod non ſint exactiſſima, tamen quia ſunt plura & diverſi generis, toleranda.

Ut ſatius, unum [5] aliquid inſigniter, quam facere plurima mediocriter: ita plurima mediocriter, ſi non poſſis unum aliquid inſigniter. quod intuens ego, variis me ſtudiorum generibus, nulli ſatis confiſus,

1. *Appoſitis quidem uſuris.*] Addendo illis aliis epiſtolis, quas non recepi, alias epiſtolas pro uſuris. Catan.

2. *Non poſſum parcius.*] Non poſſum a te petere ad praeſens minores uſuras: ut beſſes, ſemiſſes, quincunces, trientes, quae ſane erant minores centeſima uſura. Idem. *Num parcius poſſim? &c.*] Sic Pal. & Vett. Edd. Iidem tamen libri adhuc, *centeſimam putabo.* Gruter. Modius ante Gruterum Novant. Epiſt. XII. emendaverat, *num parcius poſſum?* Uterque diſſimulavit, ſic jam Aldum priore Ed. ſcripſiſſe. nam quid hunc impulerit, ut poſteriore omitteret: *quas ego minime parcus parciſſimas putabo*, nemo facile dixerit. In MSS. noſtris eſt *nec*, vel *nunc parcius poſſim.* Male autem vulgatae *poſſim* propinant, cum formula, Plinio valde familiaris, *poſſum* requirat, quod Aldus & Modius etiam habent. Lib. VI. Epiſt. XXXIII. n. 1. *Num ſuperbius* potui? vide ad Lib. VIII. Epiſt. VII. n. 2. Deinde etiam noſtri Codd. *centeſimam putabo*, ſed perperam. Prior Aldina: *centeſima computabo.* Arnz. *certiſſimam putabo.* Catanaeus & Gryphius ut editur. Corte.

3. *Centeſimas computabo.*] Pro maxima uſurarum. perſtitit in proprietate verbi, dicendo, *computabo*, quoniam de uſuris agit. *Centeſimas* autem uſuras antiqui maximas & legitimas dixerunt: dicta ideo *centeſima*, quod ſingulo menſe *centeſimum* nummum redderet, & ſingulo anno duodenos. Vide Cicer. Lib. V. ad Atticum. Juriſconſulti ſaepius hujus *centeſimae* meminere, ſed in primis Paulus, tanquam oſtendere vellet quid eſſet L. lecta. Digeſtis ſi cert. petatur, inquit, *Tunc eo amplius quo poſt ſolutam poenae nomine in dies triginta, inque denarios* centenos *denarios ſingulos ſtipulatus eſt, quoniam ſingulis menſibus uſurae ſolverentur.* Sed non ſolum dicebant antiqui *centeſimas uſuras*, verum & *centeſimum quaeſtum.* Nam Plinius Lib. XVIII. cap. V. *Rogatus*, ſcribit, *Cato quis eſſet* centeſimus quaeſtus: *Reſpondit, Si bene paſcas tanquam ex prato* vel *paſcuo maximus fructus colligatur, qui impendio minimo conſtet.* Hujus *centeſimae* cum prius admoniti eſſemus ex ſcriptis viri doctiſſimi, poſtea Bartholomeus Raimundus, qui Pandectas in veterem lectionem reſtituit, & in eas novas annotationes parat, nos in majorem ejus cognitionem induxit. Catan. *Quas ego (num parcius poſſim?) centeſimas computabo*] Oratio allegorica: vult, mitti ad ſe literas, non tantum eas, quas ſe ſcripſiſſe Romanus ſignificarat, ſed novas quoque, quae ad illas accederent, ſicut uſurae cum ſorte numerari ſolent. Uſurarum non unum genus: ſed pervulgatum *centeſimae.* cum *centeſima* ſortis pars in ſingulos menſes mercedis loco ſolveretur. Ut, ſi quis centum nummos conduxiſſet, in ſingulos menſes, ſingulos nummos penderet. De his uſuris eruditi Viri ad Horatium Suetoniumque: ſed videndus praecipue Salmaſius eſt de modo uſurarum. Buchner. I. Fr Gronovius potius de Pecunia veteri & in eruditiſſimis Additamentis.

4. *RUSTICO*] Filius Antiſtii Ruſtici. Mart. meminit periiſſe in Cappadocia. Catan.

5. *Aliquid inſigniter, quam facere plurima.*] Eſt a Pal. & Edd. Vett. Nam poſtea vulgati: *ut ſatius eſt, unum aliquid inſigniter* facere, *quam plurima mediocriter.* Gruter. Ita quidem in notis Gruterus, at in ipſo textu operae dederunt *Ut ſatius* facere *unum aliquid inſigniter, quam plurima mediocriter.* Vitioſe id quidem. Conſentiunt Codd. noſtri emendationi & libris Gruteri. Sic Lib. VII. Epiſt. XXIX. extr. *Ridere* ſatius, *ne ſe magnum aliquid adeptos putent.* ibi vide, nam & eum locum temeraverant. Ed. Vet. & Gryphius: plura *mediocriter* Praeterea Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *Ita plurima mediocriter*, omiſerunt.

confiſus, experior. Proinde quum hoc, vel illud legis, [1] ita ſingulis 2
veniam, ut non ſingulis, dabis. [2] An ceteris artibus excuſatio in numero, literis [3] durior lex, in quibus [4] difficilior effectus eſt? quid autem ego de venia, quaſi ingratus? nam ſi ea facilitate [5] proxima acceperis, qua priora, laus potius ſperanda, quam venia obſecranda eſt: mihi tamen venia ſufficit. *Vale.*

XXX. C. PLINIUS [6] GEMINO SUO S.

Exprimit Geminio laudanti Nonium tanquam munificum, quid ſit liberalitas, quae ſane eſt, indigentibus donare, non falſa liberalitatis ſimulatione divites captare.

LAudas mihi, & frequenter praeſens, & nunc per epiſtolas [7] Nonium tuum, quod ſit liberalis in quosdam: & ipſe laudo, [8] ſi tamen non in nos ſolos. Volo enim eum, qui ſit vere liberalis, tribuere patriae, propinquis, affinibus, amicis, [9] ſed amicis dico pauperibus:

1. *Ita ſingulis* veniam, *ut non ſingulis, dabis.*] Sic MS. Arnz. Aldus, Catanaeus, Gryphius, alii. Recte. Sic de *uno* opere judicabis, ut reputes non eſſe unicum, ſed plura me ſcripſiſſe, ut vel propter numerum me excuſatum habeas, ſi ſingula non ſint perfectiſſima. Voſſ. *ita* de *ſingulis, ut non ſingulis*, judicabis. Helmſt. & Ed. Vet. *ita ſingulis*, ita *ut non ſingulis dabis.* corrupte.

2. *An excuſatio eſt ceteris artibus in numero.*] An excuſabimus ceteros opifices, ſi non ſint exactiſſimi circa unumquodque artificium, quia intenti pluribus artibus non poſſint omnia perfecte complecti. CATAN.

3. *Durior.*] Severior, ut non reſpiciamus quot genera tractaverint, ſed tantum unumquodque per ſe examinemus. IDEM.

4. *Difficilior.*] Certe difficilior: ceterarum enim artium inventi ſunt artifices perfectiſſimi ad ſummum magiſterii ſui culmen pervenientes: literarum vero neminem adhuc novimus, cui aliquid non defuerit. IDEM. Eleganter *effectus.* Sic & verbo abſolute utitur Lib. IV. Epiſt. VII. princ. *Saepe tibi dico, ineſſe vim Regulo. Mirum eſt, quam* efficiat, *in quod incubuit.* adde Lib. II. Epiſt. III. n. 3. Savaro ad Sidon. Lib. VII. Epiſt. I. Celeb. Burmann. ad Phaedr Lib. I. Fab. XX. princ.

Stultum conſilium non modo effectu *caret,*
Sed ad perniciem quoque mortales devocat.

5. Haec *proxima acceperis.*] MSS. noſtri, & Ed. Vet. expungunt Provocabulum *haec*, quibus adſentior. Lib. VIII. Epiſt. III. n. 2. de ſuis ſcriptis, *Volo enim* proxima *quaeque abſolutiſſima videri.* Si reſpicis, quod ſupra dixit, *cum hoc vel illud legis*, ſenties nihil hic definiri poſſe: quod tamen Vulgata faciebat.

6. *GEMINIO SUO.*] Scribendum cum Helmſt. Ed. Vet. Aldo & Gryphio *Gemino.* Monuimus ſupra ad Epiſt. XI.

7. *Nonium.*] *Liberalem* legi in monimentis Brixianorum. CATAN. Arnz. *non ſum tuum.* Ex tali errore ortus alius Helmſt. & Ed. Vet. *nuncium tuum.*

8. *Si tamen non in* nos *ſolos.*] Ita Aldus, Gryphius & plerique impreſſi. Sed illud *nos* plane intolerabile eſt. Credibile, ſcriptum fuiſſe: *ſi tamen non in* hos *ſolos*, nimirum quosdam illos, quos Geminus forte nominaverat Poſtea vidi, ita & Caſaubonum legendum eſſe cenſere.

9 *Sed amicis dico pauperibus.*] Praeclarus locus; de recte exercenda liberalitate. Mox: *Primum eſt autem, ſuo eſſe contentum: deinde, quos praecipue ſcias indigere, ſuſtentantem foventemque orbe quodam ſocietatis ambire.* Cicero I. de Officiis: *In collocando beneficio & in referenda gratia, ſi cetera paria ſint, hoc maxime officii eſt, ut quisque maxime opis indigeat, ita ei potiſſimum opitulari. quod contra fit a plerisque, quo enim plurimum ſperant,*

peribus: non ut iſti, qui iis [1] potiſſimum donant, qui donare maxime
2 poſſunt. Hos ego [2] viſcatis hamatisque muneribus, non ſua promere
puto, ſed aliena corripere. Sunt ingenio ſimili, [3] qui, quod huic
3 donant, auferunt illi, famamque liberalitatis avaritia petunt. Primum
eſt autem, ſuo eſſe contentum: deinde quos praecipue ſcias indigere, ſuſtentantem foventemque [4] orbe quodam ſocietatis ambire.
Quae cuncta ſi facit iſte, usque quaque laudandus eſt: [5] ſi unum
4 aliquod, minus quidem, laudandus tamen. Tam rarum eſt etiam
imperfectae liberalitatis [6] exemplar: ea invaſit homines habendi cupido,
[1] ut

etiamſi ille his non eget, tamen ei potiſſimum inſerviunt. Idem Lib. II. ejus praeclari operis: *Propenſior benignitas eſſe debebit in calamitoſos: niſi forte erunt digni calamitate.* Quod tamen Atticus non attendit: ut reprehenderetur, *quod parum odiſſet cives malos.* Sed ille non tam perſonas, quam naturam communem reſpiciebat: & potius, quid homo homini, quam civis civi deberet, recogitabat. Similiter Chriſtus convivia agitantibus praecipit, ut pauperes, debiles, claudos, coecos; non fratres, amicos, divites tantum, hoc eſt, unde ſperare vicem poſſent, invitent, apud Lucam cap. XIV. BUCHNER. MS. Arnz. *ſed* tam iis *dico pauperibus*; Voſſ. Helmſt. & Ed. Vet. *ſed* tamen iis *dico pauperibus*, quod ex vera & recepta lectione paullatim corruptum eſt. Eleganter & cum vi idem vocabulum iteratur, cujus uſus exempla proferimus ſupra ad Lib VIII. Epiſt. XXIV. n. 2. adde Lib. IX. Epiſt. XXVI. n. 10. & Epiſt. XIX. n. 2.

1. *Potiſſimum.*] In primis, ut ſcil. munuſculis maxima conſequantur a divitibus. CATAN. Martialis: *Dantur opes multis nunc niſi divitibus.* BARTH.

2. *Viſcatis hamatisque muneribus.*] Quibus illos ipſos, quibus donant, captant ſive decipiunt, quemadmodum viſco aves, hamo piſces capi ſolent. Noſter Paneg. cap. XLIII. *Nonne ut Regum, ita Caeſarum munera, illitos cibis* hamos, *opertos praeda laqueos imitabantur, cum privatis facultatibus velut hauſta & multiplicata, retro ſecum, quicquid attigerant, referrent?* Martial. Lib. VI. Epigr. LXIII.

Munera magna tamen miſit, ſed miſit in hamo:
Et piſcatorem piſcis amare poteſt?

Vide & Lib. IV. Epigr. LVI. ubi ſimilitudinem ipſam explicat. BUCHNER. Seneca Epiſt. VIII. *Quisquis noſtrum tutam agere vitam volet, quantum plurimum poteſt, iſta viſcata beneficia vitet.* Martialis Lib. V.

Odi doloſas munerum & malas artes,
Imitantur hamos dona.

BARTH.

3. *Qui, quod huic donant, auferunt illi.*] Praepoſteram hanc liberalitatem caſtigat auctor Paneg. cap. XXVII. item Cato apud Salluſt. Cat. cap. LII. n. 12. ubi vide.

4. *Orbe.*] Perfectione. *Societatis.*] Amicitiae, & humanae ſocietatis. CATAN. MSS. Voſſ. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *orbe quodam* ſocialitatis *ambire.* quod multis placebat, qui *ſocialitatem* recentiori potiſſimum ſignificatu ſumunt, ut ſit *orbis ſocialitatis* ſocialitas omnibus exhibita & impenſa per orbem. Male certe Catanaeus intellexit: nec tamen vulgarem lectionem damnaverim. Forte cogitavit de illo Demoſthenis, cujus ſupra Epiſt. XXVI. mentionem fecit, κύκλῳ βαδίζειν. Nam *orbe ſocietatis* id potiſſimum indicat, ad omnes pertinere benignitatem vere liberalis, qui indigentes omnes, tamquam ſocios, ambiat & beneficiis ornet, nullo diſcrimine propinquitatis, divitiarum &c. Ita ipſe Tullius *orbem orationis*, *orbem verborum*, pro continua ſerie, dixit. CORTE.

5. *Si unum* aliquod.] MSS. & Ed. Vet. *aliquid*, ut Epiſt. XXIX. princ. adde notam ad Lib. VII. Epiſt. XXIX. n. 4.

6. *Exemplar, ea invaſit homines, &c.*] Locus minus fortaſſe ſanus: Palatinus enim: *exempla: res eximia ſit, homines habendi cup.* Edd. Vett. *exempli: tam eximia tenet homines habendi cupido.* Quae poſtrema ſcriptura forſan vicinior vero. GRUTER. *Imperfectae liberalitatis exemplar.*] Minus fortaſſe ſanum judicat locum Gruterus, quia Pal. MS. *exempla res eximia ſit homines.* Edd. Vett. *exempli: tam eximia tenet homines*; quam poſtremam ſcripturam viciniorem vero ſuſpicatur. Immo lon-

¹ ut poſſideri magis, quam poſſidere videantur. *Vale.*

XXXI. C. PLINIUS SARDO SUO S.

Sardi librum commendat, & gratias agit quod ab eo laudatus ſit.

POſtquam a te receſſi, ² non minus tecum, quam quum apud te, fui. Legi enim librum tuum, identidem repetens ea maxime (non enim mentiar) quae de me ſcripſiſti: in quibus quidem percopioſus fuiſti. Quam multa, quam varia, ³ quam non eadem de eodem, nec

longiſſime diſtat. Vulgata vero hoc tantum minus ſana, quod defectus copulativae particulae facit inſuavem hiatum: quem non fuiſſe olim indicat licet vocibus luxatis apicibusque literarum codex ſcriptus. Nimirum, *exemplares eximia ſit*, nihil aliud vult, quam ſcripſiſſe Plinium: *Tam rarum eſt etiam imperfectae liberalitatis* exemplar: *& ea invaſit homines habendi cupido.* GRONOV. *Obſervat.* Lib. IV. cap. IV. Non adſentiri poſſum Praeſtantiſſimo Gronovio, nec adſentiuntur Codd. noſtri: immo major veluti vis ineſt dictioni, ſi illud *&* omittatur. Gruterus etiam feſtinavit: nam aberrationes Palatini MS. & Edd. Vett. Codd. noſtri abunde manifeſtant, earumque cauſſam ipſe deprehendere poterat, ſi modo Edd. Vett. paullo curatius inſpexiſſet. Haeret ille in voce *exempli*; at hoc inde venit, quod non *rarum*, ſed *parum* iidem libri exhibebant. Certe penes nos Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *Tam* parum *eſt etiam i. l.* exempli. Secunda varietas *exempla* ex eo orta, quod Voſſ. habet: *Tam* rara ſunt *etiam imperfectae liberalitatis* exempla, quomodo Sichardus edidit. Tertium illud: *Tam eximia tenet homines*, cet. partim ex Gloſſa, partim ex aberrantibus litteris exſtitit, legiturque in Helmſt. totidem apicibus. Ex Gloſſa: dum *Ea* interpretari voluerunt per *tam*, aut *tanta*. Voſſianus quippe: Tanra *invaſit homines h. c.* Ex ſcriptura: nam Arnz. exima ſit *homines h. c.* pro *ea invaſit*. Itaque *Ea invaſit* non ſollicitabimus. *Ea* non minus intendit, quam *tam*, *talis*, *tanta*, quod jam monuimus ad Lib. V. Epiſt. VI. n. 10. ubi *iis* & *tantis* miſcentur. *Invaſit* verbum adpoſitum, & de cupiditate aliisque talibus vel unus Criſpus ſaepius dixit, ut Cat. cap. II. n. 5. Cap. X. n. 6. Cap. XXXI. n. 1. Jug. cap. XXXII. n. 4. Cap. XCIII. n. 3. & alibi, ubi de conſuetis etiam vitiis loquitur, quae diu jam obtinuerunt Cicero XVI. Fam. Epiſt. XII. n. 2. *ſed mirus* invaſerat *furor, non ſolum improbis, ſed etiam his, qui boni habentur.* Deinde *exemplar* minus apte: quamquam hoc Lib. II. Epiſt. I. n. 7. pro *exemplo* adhibuiſſe videatur auctor; ſed videtur tantum. Contra Lib. VI. Epiſt. XXXIII. n. 2. *& exempli raritate*, *& judicii magnitudine inſignis.* & ſic ſaepiſſime. Mi-ſceant haec alii, concedo: Noſtrum tamen ſcripſiſſe puto: *Tam rarum eſt etiam imperfectae liberalitatis exemplum*; aut cum Voſſ. *Tam* rara *etiam imperfectae liberalitatis* exempla, ubi primum ex prima ſyllaba in *etiam* provenit *eſt*, quod verbum deinde Nomen ſequi debuit. CORTE.

1. *Ut poſſideri magis, &c.*] Ut magis a divitiis ſuis *poſſideri*; quam ipſi *poſſidere* divitias ſuas videantur. BUCHNER. Uſitata Graecis Latinisque Figura, ut Lipſius atque alii docent laudati nobis ad Salluſt. Jug. cap. II. n. 3. *animus* habet *cuncta*, *neque ipſe* habetur. quibus accedat Jo. Savaro ad Sidon. Lib. VIII. Epiſt. VIII. *Agrum ſi mediocriter colas* poſſides: *ſi nimium*, poſſideris.

2. *Non minus tecum, quam cum* apud *te, fui.*] Voſſ. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet *quam cum* ad *te, fui.* Nec ignoro, eſſe, ubi *ad* pro *apud* ponitur. Hic tamen *ad* locum habere nequit. De re, quomodo librum Sardi legens cum Sardo fuerit, vide ſupra ad Epiſt. XXVIII. n 3. & adde Barth. ad Rutilii Itiner. Lib. I. vs. 178. ubi plura ſimilia.

3. *Quam non eadem de eodem.*] Quaerit aliquis, quomodo fieri potuerit, ut non eadem, nec tamen diverſa de eadem re dixerit. Multa ſunt paria & ſimilia, quae tamen non ſunt eadem: inde oſtenditur ſcriptoris ingenium copioſum, qui de una & eadem re pluritariam, nec tamen extra rem diſſeruiſſet. CATAN. *De eodem, &c*] Palat. *de eodem jugo tamen* diverſa *dixiſti*: Neque ſecus Edd. Veteres. GRUTER. Etiam in Voſſ. Helmſt. & Arnz. haeret illa lectio, quam produxit ex ſuis Gruterus. Oſcitantia librarii ex *neque* feciſſe videtur *jugo.*

2 nec tamen diverſa, dixiſti? Laudem pariter, & gratias agam? neutrum ſatis poſſum: etſi poſſem, timerem, ne arrogans eſſet, [1] ob ea laudare, ob quae gratias agerem. Unum illud addam, omnia mihi tanto laudabiliora viſa, quanto jucundiora: tanto jucundiora, quanto laudabiliora erant. *Vale.*

XXXII. C. Plinius Titiano Suo S.

Interrogat Titianum quid ageret, ſe vero ſcribit in otio nolle longiores epiſtolas componere.

[2] QUid agis? quid acturus es? ipſe vitam jucundiſſimam, id eſt otioſiſſimam vivo. Quo fit, ut ſcribere longiores epiſtolas nolim, velim legere: illud tanquam delicatus, hoc tanquam otioſus. Nihil eſt enim aut pigrius delicatis, aut curioſius otioſis. *Vale.*

XXXIII. C. Plinius Caninio Suo S.

Mira de Hipponenſi delphino narrat, qui tantum puero aſſueverat, ut natantem ſubiret, & inſpectantibus multis per mare ferret, ac in terram reduceret. Monet igitur Caninium municipem ſuum, ut velit hanc materiam metro excolere.

INcidi in materiam veram, ſed ſimillimam fictae, dignamque [3] iſto laetiſſimo,

1. *Ob ea* laudare, *ob quae gratias agerem.*] Voſſ. *ob ea laudare* te, *ob quae*, quomodo Gryphius. Helmſt. & Arnz. *ob ea laudare* tibi, *ob quae.* ex quo patet, utrumque ex ſpatio inter verſus in textum irrepſiſſe, cum alterum verbo *laudare*, alterum τῷ *gratias agerem* eſſet impoſitum. Ex poſteriore tamen procudit Ed. Vet. *ob ea* laudi dare tibi, *ob quae* cet. Infra *tanto jucundiora*, Copula excluſa, habet Voſſ. Arnz. & Aldus. Alii: *& tanto jucundiora*; Helmſt. *& tanto* hic *jucundiora*:

2. *Quid agis? quid acturus es? ipſe vitam.*] Ita fere Arnz. ita Aldus, & plerique impreſſi. nec mutari debet. Lib. I. Epiſt. XXII. n. 12. *Tu quid egeris*, quid agas, quid velis agere, *invicem nobis ſcribe.* Abit multum Voſſian. *Quid agis?* an quod ago ruri ipſe? vitam *jucundiſſimam*, cet. eum tamen ſecutus eſt Sichardus. Aliter Helmſt. & Ed. Vet. *Quid agis?* quid agitur? ſectantibus *vitam jucund.* Nihil ſani: niſi forte in exemplari fuerit: *Quid agis?* Quid agitur? *Quid acturus es? Ipſe vitam* cet. Sic preſſe imitatus eſſet Tullium ſuum, qui Lib. XII. ad Fam. Epiſt. XVIII. n. 3. *idque ut facias quam ſaepiſſime, ut & quid tu agas, & quid agatur ſcire poſſim, & etiam* quid acturus ſis, *valde te rogo.* Videmus etiam per totum librum & Plinium ſcribere, & ab amicis ſcire velle, *quid agatur.* Conjectura eſt, de qua alii judicent. Corte.

3. *Iſto laetiſſimo . . ingenio.*] *Laetum* ingenium eſt copioſum & veluti floridum, qualia ſunt poetarum. Inde *laete* & *hilarius ſcribere.* Vide ad Lib. II. Epiſt. V. n. 6. Corrupte Voſſ. Helmſt. & Ed. Vet. *dignamque* ſcholaſtico, *altiſſimo* cet. Arnz. *dignamque* ſtolatiſſimo, *altiſſimo*, cet. Lib. IV. Epiſt XXX. princ. *Adtuli tibi ex patria mea quaeſtionem, altiſſima* iſta *eruditione digniſſimam.*

mo, altiſſimo, planeque [1] poetico ingenio. Incidi autem, dum ſuper
coenam varia [2] miracula hinc inde referuntur. [3] Magna auctoris fides,
(tametſi quid poetae cum fide?) is tamen auctor, cui bene vel hiſto-
riam ſcripturus credidiſſes. Eſt in Africa [4] Hipponenſis Colonia, mari 2
proxima: [5] adjacet navigabile ſtagnum; ex hoc, in modum fluminis,
[6] aeſtuarium emergit, quod vice alterna, prout [7] aeſtus aut repreſſit,
aut impulit, nunc infertur mari, nunc redditur ſtagno. Omnis hic aetas 3
piſcandi, navigandi, atque etiam natandi ſtudio tenetur: [8] maxime pueri,
[1] quos

1. *Poetico.*] Divino, nato ad carmen. Nam poetae naſcimur, oratores fimus, nihilque bene fit invita Minerva ac Muſis, & mediocres poetas nemo novit. oportet igitur futurum vatem naſci altiſſimo ac pene divino ingenio: Hic Caninius bellum Dacicum, quo Trajanus Dacos vicit, ſcribere exorſus erat. CATAN.

2. *Miracula.*] Quae admirationem movent, & ſupra fidem quodammodo ſunt, & poetarum fabulis ſimilia. BUCHNER.

3. *Magna* auctoris *fides, tametſi quid* cet.] MSS. omnes & Ed. Vet. *Magna* auctori *fides.* Lucanus Lib. I. vs. 636.

Et fibris *ſit nulla* fides.

Lib. VII. vs. 192.

—— *ſi vera fides* memorantibus.

Idem tamen contra Lib. II. vs. 16.

Ergo ubi concipiunt, quantis ſit cladibus orbi
Conſtatura fides ſuperum.

Lib. X. vs 219.

Vana fides veterum, *Nilo, quo creſcat in arva*
Aethiopum prodeſſe nives.

Mox Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *tamen ſi quid poeta cum fide?* Voſſian *ſi quid tamen poetae cum fide*, non male. Neque tamen deterior vulgata. Similiter Lib III. Epiſt. XXI. n. 6. Tametſi quid *homini poteſt dari majus, quam gloria, & laus, & aeternitas?* & ſic aliquoties Noſter.

4. *Hipponenſis Colonia.*] Stephanus ex auctoritate Polybii, *Hippon.*, inquit, *civitas Libyae.* Strabo: *Duo* Hippones, *alter Uticae proximus, alter remotior, & freto propinquus.* Plinius: *Africae tria promontoria, Candidum, Apollinis, Mercurii, in altum procurrentia duos efficiunt ſinus*, Hipponenſem *proximum ab oppido, quod* Hipponem dilutum *vocant*, diarrhytum *Graeci, propter aquarum irrigua.* Pomponius: *In ea, quae proprie nomen Africae uſurpat, eſt* Hippo *regius. tria promontoria vaſte projecta in altum, duos grandes ſinus efficiunt.* Hipponenſem *vocant proximum ab* Hippone diarrhyto, *quod littori ejus appoſitum eſt.* CATAN.

5. *Adjacet* ei *navigabile ſtagnum.*] MSS. noſtri & Ed. Vet. nusquam habent Pronomen *ei*, idque frequenter omitti, alias docui. Similem Ellipſin vide Lib. II. Epiſt. XIII. n. 8. Illud itaque delevi. Praeterea repoſui *ex hoc*, quod Catanaeus in ſuis Codd. reperit, & penes nos confirmant Voſſ. Helmſt. Arnz. ac Ed. Vet. ubi videas *& hoc.* Vulgo: *ex quo.* Aldus: quod *in modum fluminis* cet. male. Gryphius quoque noſtram ſcripturam ſiſtit.

6. *Aeſtuarium.*] Ab aeſtu maris dictum *aeſtuarium.* Eſt enim locus marinis aquis refertus, ex inundationibus freti, per quas mediterranea ſaepe in modum fluminis replentur, & ut utar Strabone ipſo in tertio dicente, aeſtuaria *dicuntur refertae marinis aquis convalles ex inundationibus pelagi, per quas mediterranea inſtar fluviorum navigantes aſcendunt, ad vicina praeſertim oppida. hanc navigationem* aeſtuaria *aliqui vocant.* Vitruvius de marinis aquis, non ſolum *aeſtuaria*, ſed etiam de putealibus dici poſſe monſtravit. Sin autem eriperetur lumen vi vaporis, tunc ſecundum puteum dextra ac ſiniſtra defodiantur *aeſtuaria*, ita quemadmodum per nares ſpiritus ex aeſtu diſſipabuntur. CATAN.

7. *Aeſtus.*] Maris motus. Elementum pelagi tertia pars mundi eſt, ſi Vegetio credimus, quae praeter ventorum flatum ſuo quoque ſpiramine motuque vegetatur. Nam certis horis, diebus pariter ac noctibus aeſtu quodam, quod *reuma* vocant, ultro citroque percurrit, & more currentium fluminum nunc exundat in terras, nunc refluit in altitudinem ſuam. IDEM.

8. *Maxime* puerorum.] Ita vulgatae, ut intelligant *aetas puerorum.* Sed MSS. omnes, Ed. Vet.

[1] quos otium ludusque ſollicitant. his gloria & virtus, altiſſime pro-
vehi: victor ille, qui longiſſime, [2] ut litus, ita ſimul natantes
4 reliquit. Hoc certamine puer quidam audentior ceteris in [3] ulterio-
ra tendebat: Delphinus occurrit, & nunc praecedere puerum,
nunc ſequi, nunc circumire, poſtremo ſubire, deponere, iterum
ſubire, trepidantemque perferre, primum in altum, [4] mox flectit
5 ad litus, redditque terrae, & aequalibus. Serpit per Coloniam
fama: concurrere omnes, ipſum puerum tanquam miraculum adſpi-
cere, interrogare, [5] audire, narrare. Poſtero die [6] obſident litus,
proſpectant mare, [7] & ſi quid mari ſimile: natant pueri, inter hos
ille, ſed cautius. Delphinus rurſus ad tempus, rurſus ad puerum
venit. Fugit ille cum ceteris. Delphinus [8] quaſi invitet, & revocet,
[1] exſilit,

& Aldus: *maxime pueri*, quod ſtatim recipiendum fuit. Vide ad Lucan. Lib. IV. vs. 177. Pedo Albinov. ad Luc. vs. 202.

Funeris exſequiis adſumus omnis Eques.
Omnis *adeſt* aetas, *moerent* juvenes*que* ſenes*que*.

adde Corn. Nep. Attic. cap. XVI. princ.

1. *Quos otium ludusque ſolicitat.*] Eo ducit, atque invitat. *Otium* ludus ſequitur: ludendi voluptas ludum ipſum invitat. BUCHNER.

2. *Ut litus, ita ſimul* nantes reliquit.] Voſſian. Helmſt. & Ed. Vet. *ita ſimul* natantes, *reliquit*, quod rei, ni fallor, aptius eſt. Deinde Aldus & Gryphius *relinquit*. etiam probe. Denique Helmſt. & Arnz. *Quid? hoc certamine*, modo loquendi ex Cicerone notiſſimo niſi vero *quid* illud ex proxime praecedente Syllaba iteratum eſt.

3. *Ulteriora.*] Maris interiora, an ad alteram aeſtuarii ripam? CATAN. Prius eſt verum. Mox ſcripti & Ed. Vet. *delphinus incurrit*. male. Sed haec verba fere ſemper a librariis permutantur.

4. *Mox* flectit *ad litus.*] Ne imperitum moretur, quod Plinius conjungit *ſubire*, *deponere*, *perferre* & *flectit redditque* Alio Modo, videat ſimiles locutiones apud Criſpum Jug. cap. LIII. n. 8. Cap. LIV. n. 6. Cap. LVIII. n. 1. & paſſim, addatque notam ad Cat. cap. XXI. n. 4.

5. *Audire*, *narrare.*] Voſſ. Helmſt. & Ed. Vet. auctius: *audire*, *narrare*, *reſpondere*, ut ſit, quod ad praecedens verbum *interrogare* referatur: quaſi qui narrant, non reſponderent. Quid? alii in talibus uno verbo *interrogare* contenti fuiſſent, ut verbo *ſciſcitari* Livius Lib. XXII cap. VII. atque *rogitare* Salluſt. Cat. cap. XXXI. n. 3. alii duobus verbis *narrare*, *audire*, aut *interrogare*, *audire*, quomodo fere Valer. Flacc. Lib. II. vs. 166.

Obvia quaeque eadem tradit*que*, audit*que*.

& Silius Lib. VI. vs. 568.

Quod rogitant, audire *pavent*.

& Criſpus Jug. cap. LIII. n. 8. *milites alius alium laeti adpellant*, *acta* edocent, *atque* audiunt, *ſua quisque fortia facta ad coelum ferre*. Noſtri autem *interrogare*, *audire*, *narrare* paullo ab illis diverſum, ſed & elegantius eſt CORTE.

6. *Obſident litus.*] Per litus ſedent magno numero, occupantque ac oppleut. BUCHNER.

7. *Et ſi quid eſt mari ſimile.*] Mendoſa verba, quae quomodo vitio purganda ſint, jam non habeo dicere. BARTH. Voſſ. *& ſi quid mari ſimile*, quomodo ſcripſit auctor, ſi tale additamentum de ſtagno & aeſtuario (haec enim intelligenda) inſeruit. Helmſt. & Ed. Vet. *& ſiquidem mari ſimile*; Gryphius: *& ſi quid e mari ſimile*. Fuerit forſan primitus: *proſpectant mare*, ecquid e *mari ſimile?* ſed tum prius *mare* melius induceretur: quamquam & vulgatam: *& ſi quid mari ſimile* in eam ſententiam accipere queas, nempe, proſpectant, an ſimile quid in mari eſſet adpariturum. in quo incerto eleganter *ſi quid* adhiberi, multis ad Lucanum oſtendimus.

8. *Quaſi invitet*, *revocet.*] Sic Vulgatae. At MSS. omnes & Ed. Vet. *quaſi invitet & revocet*, quod omnino melius eſt cum propter ſenſum verborum in ſe, tum propter ſequentia diſſolute prolata: *exſilit*, *mergitur*. Supra MSS. & Ed. Vet. *rurſus ad puerum* fugit *venit*, puer *fugit ille*, cet. Ex quo pro certo concludo, ſcripſiſſe Plinium: *Delphinus rurſus ad tempus*, *rurſus* ad puerum. *Fugit ille cum ceteris*, cet. Verbum *venit*, ex Gloſſa additum.

1. *Exilit.*]

[1] exſilit, mergitur, varioſque orbes [2] implicitat, expeditque. Hoc 6
altero die, hoc tertio, hoc pluribus, donec homines innutritos mari ſubiret timendi pudor: accedunt, & alludunt, & [3] adpellant, tangunt etiam; [4] pertrectantque praebentem. Creſcit audacia experimento. Maxime puer, qui primus expertus eſt, [5] adnatat natanti, inſilit tergo: fertur, referturque: agnoſci ſe, [6] amari putat, amat ipſe: neuter timet, neuter timetur: hujus fiducia, [7] manſuetudo illius augetur. Nec 7
non alii pueri dextra, laevaque ſimul eunt hortantes, monentesque. [1] Ibat

1. *Exilit.*] In altum ſalit ab aeſtuario, ut videretur. *Ocyor*, inquit Plin. avunculus, *Delphinus volucre, ocyor telo, tanta vi exilit, ut plerunque vela navium transvolet.* CATAN.

2. *Implicitat.*] Hoc Aldus, Catanaeus, & plerique impreſſi. At MSS. & Ed. Vet. cum Gryphio *implicat.*

3. *Appellant.*] Simonem vocant Delphinum. nam hanc appellationem mire agnoſcit, quod roſtrum ſimum habet; hominen non paveſcit ut alienum, obviam navigiis venit, alludit exultans, certat etiam. Quidam codices non habent *praebentem* ſcilicet ſe tractandum, ſed *praeeuntem.* CATAN. *Appellant.*] Nam a ſimo roſtro *Simones* vocabant Vide Plinium Lib. IX. Hiſt. cap. VIII. ubi & hanc ipſam Hiſtoriam inter alia exempla φιλανθρωπίας, quae in Delphinis eſt, refert; adde Gellium Lib. VII. cap. VIII. & Plutarchum de induſtria animalium. BUCHNER.

4. *Pertrectantque* praebentem.] Voſſ. Helmſt. Arnz. Ed. Vet. & Gryphius: *pertrectantque praeeuntem*, quod ex aliis Codd. etiam Catanaeus produxit, mihi tamen nondum placet. Nihil enim ſingulare in voce *praeeuntem*, nihil adpoſitum: at pertrectare *praebentem* ſc. *ſeſe*, facilitatem & patientiam delphini atque alia amplius eleganter oſtendit. Iſta autem Ellipſis Pronominis varietatem invexiſſe videtur, de qua tamen ſupra ad Epiſt. XV. n. 2. Lib. VII. Epiſt. XXVIII. princ. & alibi. Ita *inſinuare*, pro *ſe inſinuare*, vide Turneb. ad Cic. II. Agrar. cap. V. Graev. ad III. Verr. cap. LXVIII. Ceterum Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *pertractantque*, antiquo more. Ita *detractare*, *obtractare*, *obtractator* & ſimilia in vetuſtiſſimis membranis Proſperi, Oroſii, Hegeſippi, Nonii aliorumque deprehendimus. Vide & ad Salluſt. Jug. cap. LIII. extr.

5. *Adnatat*, natanti *inſilit tergo.*] Sic vulgatae Edd. nec deſunt, quibus illud *natanti*, tueri queat, qualia ad Lucan. Lib. III. vs. 663.

——— ——— ——— *at* illis
Impia turba ſuper medios ferit *enſe* lacertos.

Eſt tamen duriuſculum *natanti inſilit tergo.* Nihil melius Aldus: *adnatat*, nanti *inſilit tergo.* Voſſ. *adnatans inſilit tergo*; Helmſtad Arnz. & Ed. Vet. *adnatanti inſilit tergo.* Sed vel ſola diſtinctione res expedietur: *adnatat natanti, inſilit tergo.* atque ita jam alii diſtinxerunt.

6. *Amari.*] A Delphino. Ariſtot. IX. de animalibus plura ſcribit de Delphinis. Narrantur indicia morum placidorum ac mitium, amoresque in pueros & affectus libidinis. & Plin. teſtatur puerum a Delphino temporibus Auguſti per Lucrinum lacum invectum. Duris auctor, tradente Athenaeo, in Jaſo Delphinum dilexiſſe puerum nomine Dionyſium, qui cum aliis ex palaeſtra ad mare procedens natabat, Delphinus ex pelago occurrens dorſo ſuſceptum in altum ferebat, deinde continenti reſtituebat. Pauſanias Lib. I. memorat, Melicertam cadentem in mare ſuſceptum a Delphino, & vectum usque ad Corinthium Iſthmum. CATAN. Helmſt. *agnoſcit ſe ex mari putati meatis ſe: neuter*, monſtra verborum. Ed. Vet. *agnoſcit ſe ex mari putat meat ipſe: neuter.* Arnz. *agnoſcit ſe ex mari putata neuter timetur.* Voſſian. *agnoſcunt ſe, ex mari puerum ille, e terra iſte: neuter* cet. quod ſcioli commentum (neque enim aliud habendum eſt) in contextum recepit Gryphius. Conjicerem ſcriptum fuiſſe: *agnoſcit ſe amari, amat ipſe: neuter timet*, cet. niſi vulgata ſatis eſſet commoda. Hoc addendum, Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. omittere *neuter timet.*

7. *Manſuetudo.*] Eſt enim ſecundum Athen. animal humaniſſimum, quod referre gratias novit. Nam Coeranus Mileſius Delphinum a piſcatoribus captum jam interficiendum precio redemptum mari reddidit, poſtea navi, in qua Coeranus erat, ſubmerſa, & omnibus necatis, ab eodem Delphino conſervatur, deinde illo in patria Mileto mortuo, ac in littus elato, agmen Delphinorum apparuit non procul, tanquam funeri praeſens & opem laturum. CATAN.

1. *Ibat*

[1] Ibat una (id quoque mirum) Delphinus alius, tantum ſpectator &
comes. Nihil enim ſimile, aut faciebat, aut patiebatur: ſed alterum
8 illum [2] ducebat, reducebat, ut puerum ceteri pueri. [3] Incredibile,
(tam verum tamen, quam priora) Delphinum geſtatorem, colluſo-
remque puerorum in terram quoque extrahi ſolitum, areniſque ſicca-
9 tum, ubi incaluiſſet, in mare revolvi. Conſtat [4] Octavium Avitum,
legatum Proconſulis, in litus educto [5] religione prava ſuperfudiſſe un-
guentum: cujus illum novitatem, odoremque [6] in altum refugiſſe, nec
niſi poſt multos dies viſum languidum & moeſtum: mox redditis viri-
10 bus, priorem laſciviam, [7] & ſolita miniſteria repetiſſe. Confluebant
ad

1. *Ibat una*] Sic recte Aldus, Catanaeus & Vulgatae, nec multum diſſentit MS. Arnz. qui habet: *ita una*. Voſſ. Helmſt. & Ed. Vet. pro his habent *ne timeat*, quod ſuperioribus aptandum fuit: *monentesque, ne timeat*. Inde Gryphius nullo conſilio expreſſit: *monentesque* ne timeat. *Ibat una*. Suſpicor, imperitum hominem verba *Ibat una* corrupiſſe, quia Delphinum *euntem* capere non poterat. Sed hoc de natantibus & fluitantibus communiter dici, notavimus ad Lib. VIII. Epiſt. XX. n. 8. ubi de fluitantibus inſulis: *Interdum junctae copulataeque & continenti ſimiles* eunt: *interdum* cet. Ovidius Her. Epiſt. XIX. vs. 31.

Quid referam, quoties dem veſtibus oſcula, quas tu
Helleſpontiaca ponis iturus *aqua?*

& ſic ſaepiſſime.

2. *Ducebat, reducebat.*] Helmſt. & Ed. Vet. *ducebat, reducebat*que *puerum: ceteri pueri*. perperam. Arnz. *ducebat, reducebat*que, *ut puerum c. p.* quomodo n. 6 *fertur, refertur*que. n. 5. *implicat, expedit*que. Altera tamen ratio ni melior, aeque proba eſt, & munitur auctoritate Voſſ. Aldi, Catanaei aliorumque.

3. *Incredibile*] Eſt quod dicturus ſum, ſed ita verum eſt quam ſunt priora, quae veriſſima ſunt. Non eſt mirum, ſi dixit incredibile, Delphinum extrahi ſolitum mari, & arenis ſiccatum revolvi in mare, quia avunculus ejus tradit ſtatim tellure tacta Delphinum, ſi quando in terram erumpit, mori. Catan. De delphino Statius I. Achill. vs. 227.

——— *ne nudae noceant contagia terrae.*

Barth. Ex vulgari hac opinione etiam proverbium ductum putabant: *Delphinus in litore*. Proletarios tamen libros Plinii majoris tractaſſe Catanaeum, res docet. Illi enim de delphinis: *& ſtatim tellure tacta moriuntur*. Sed meliores Codd. praeferunt: *nec ſtatim tellure tacta moriuntur*. ſic Noſtro cum avunculo optime convenit. Vide Pintian. ad Plin. Hiſt. Nat. Lib. IX. cap. VIII.

4 *Octavium Avitum.*] Quem ferunt furta Maronis voluminibus annotaſſe Plinius ſenior, & Solinus, in ſuis collectaneis eum ſecutus, totum hoc Delphini mirum brevius retulere; quos vide. Catan.

5. *Religione prava.*] Proconſul provinciae, cum perſuaſiſſet animo, in Delphino illo latere divini aliquid; religionis ergo unguento illum curavit perfundi. Id enim in Deorum ſimulacris fieri ſolebat: unde *effigiati & uncti & coronati lapides* apud Minutium de ſimulacris Deorum. Sic & *ſigna militaria* ungi ſolebant religionis cauſa, quod Divini aliquid iis ineſſe exiſtimarent. *Prava religio* δεισιδαιμονία eſt, ſive *ſuperſtitio*: in cujus charactere & illud ipſum Theophraſtus ponit: καὶ τῶν, inquit, λιπαρῶν λίθων τῶν ἐν ταῖς τριόδοις παριὼν ἐκ τῆς ληκύθου ἔλαιον καταχεῖν, καὶ γόνατα πεσὼν καὶ προσκυνήσας ἀπαλλάττεσθαι: *Lapides unctos, qui ſunt in triviis, ſolet oleo ex ampulla perfundere, nec prius diſcedere, quam poſito genu eos fuerit veneratus*. Buchner. Lege omnino eruditam obſervationem Caſauboni ad Sueton. Jul. cap. LXXXI. ubi de unctis avibus, equis, elephantis, piſcibus plura diſſeruit. Supra Voſſ. *Octavium Abitum*; Helmſt. Arnz. & Ed Vet. *Octavium Habitum*.

6. *In altum* refugiſſe.] Helmſt. *novitate*. male Plenum eſſet: *cujus illum novitatem odoremque* refugiſſe, & fugiſſe *in altum*. Apulejus Apolog. *qui confeſtim te cum tuo luctu & moerore deſeruit*, & ad Rufinum & Aemilianum *de ſinu tuo* aufugit. Vide talia notis ad Salluſt. Jug. cap. XXXVI. extr. *Albinus, Aulo fratre in caſtris pro praetore relicto*, Romam deceſſit. & ad Lucan. Lib. VI. vs. 451.

7. *Et ſolita miniſteria repetiſſe.*] Corrupte Arnz. *& ſolitam* juſſiſſe feria *repetiſſe*; Helmſt. *& ſolitum viſum eſſe ſeria repetiſſe*, quomodo etiam Ed. Vet. niſi quod haec *ſeriam*.

1. *In-*

ad ſpectaculum omnes magiſtratus, quorum adventu & mora, [1] modi-
ca Resp. novis ſumptibus atterebatur. Poſtremo locus ipſe quietem
ſuam, ſecretumque perdebat. Placuit occulte interfici, ad quod coi-
batur. Haec tu qua miſeratione, qua copia deflebis, ornabis, attol- 11
les? quanquam non eſt opus [2] affingas aliquid, aut adſtruas: ſufficit ne
ea, quae ſunt vera, minuantur. *Vale.*

XXXIV. C. PLINIUS TRANQUILLO SUO S.

Conſulit Tranquillum, an experiatur Encolpum libertum ſuum in recitatione verſuum ſuorum, cum ipſe ſibi diffidat.

[3] EXplica aeſtum meum. Audio, me male legere duntaxat verſus:
[4] orationes enim commodius, ſed tanto minus verſus. Cogito
ergo recitaturus familiaribus amicis, experiri libertum meum. Hoc
quoque [5] familiare, quod elegi, non bene, [6] ſed melius lecturum;
ſi tamen non fuerit perturbatus. Eſt enim tam novus lector, quam
ego poeta. Ipſe neſcio, quid illo legente interim faciam: ſe- 2
deam defixus & mutus, & ſimilis otioſo; an, ut quidam, quae
pronunciabit, murmure, oculis, manu [7] proſequar? Sed puto, me
[1] non

1. *Immodicis*] Maximis nam ſumptus de publico faciebant magiſtratibus confluentibus. Hinc Plin. ſenior enarrato miraculo ſcribit: *Injuriae poteſtatum inhoſpitales ad viſendum venientium Hipponenſes in necem ejus compulerunt.* Et Cicer. Lib. III. ad Appium: *Apameae cum eſſem, multarum civitatum principes ad me detulerunt, ſumptus decerni nimis magnificos, cum ſolvendo civitates non eſſent.* An magis placet legere *modica Reſp. modicis & mediocribus facultatibus colonia Hipponenſis?* CATAN. Nihil tale in libris noſtris, qui conſenſu vulgatam repraeſentant, praeterquam quod in poſterioribus variant Helmſt. Arnz. & Ed. Vet *modica reſp.* noviſſimum partibus *adterebatur.*

2. *Adſngas aliquid, aut* adſtruas.] Helmſt. *adfigias*; Arnz. *adſeruas*, pro *adſtruas* Lib. III. Epiſt. II. n. 5. *Itaque magni aeſtimo, dignitati ejus aliquid* adſtruere. atque ita paſſim.

3 *Explica aeſtum.*] Exime ſcrupulum, dubitanti conſule. CATAN.

4. *Orationes enim comm:dius.*] Diſpar ergo lectio orationum & verſuum. Vide Gellium Lib. XVIII cap. V. Nos Lib. CXXXVI. Adverſar. cap. XIX. BARTH. Aldus: *orationes enim* commode, *ſed tanto m. v.* Arnz. *commodis*; Voſſ. *orationes enim commodius, tanto minus v.* Ed. Vet. *& tanto minus.* Has meras aberrationes eſſe, cenſeo.

5. *Familiare.*] Signum familiaritatis cum auditoribus, quod elegi illum, quem ſcio non bene lecturum, ſed melius me recitaturum novi. CATAN. Sic MSS. etiam noſtri. Male quidam alii: *Hic quoque ſimiliter, quem elegi, non bene* cet.

6. *Sed melius ſcio lecturum.*] Habuerim vocem *ſcio*, pro ſpuria. Niſi forte altius ſubeſt ulcus. Nam Palat. & Editio Vetus: *non bene ſit melius lecturus.* GRUTER. Nihil vitii ſubeſt. tollendum modo verbum *ſcio*, quod in nullo ex noſtris MSS. & ne quidem in Ed. Vet. habetur.

7. *Proſequar.*] Subſequar, imitabor: unde ſubjecit *ſaltare*, quod Pantomimorum eſt. CATAN. Lib. I. Epiſt. VIII. n 8. *quid utilius fuit, quam munificentiae rationem etiam* ſtilo proſequi. n. 12. *medici ſalubres, ſed voluptate carentes cibos blandioribus* adloquiis proſequuntur. & ſic alibi. Eodem ſenſu *ſequi* apud Lucan. Lib. II. vs. 596.

Verba *ducis nullo partes* clamore ſequuntur.

In rem vide Lib. VI. Epiſt. XVII. n. 2. & Lib. V. Epiſt. III. n. 9.

[1] non minus male ſaltare, quam legere. Iterum dicam, explica aeſtum meum, vereque reſcribe, num ſit melius peſſime legere, quam iſta vel non facere, vel facere. *Vale.*

XXXV. C. Plinius [2] Oppio Suo S.

Scribit Appio ſe emendaturum librum, quem ad ſe miſerat, & cum diligentiam in retractandis operibus probet, nimiam tamen reſpuit.

[3] Librum, quem miſiſti, recepi, & gratias ago: ſum tamen hoc tempore occupatiſſimus. Ideo nondum eum legi, cum alioqui validiſſime cupiam: ſed eam reverentiam, cum literis ipſis, tum ſcriptis tuis debeo, [4] ut ſumere illa, niſi vacuo animo, irreligioſum putem.
2 Diligentiam tuam in retractandis operibus valde probo. Eſt tamen aliquis [5] modus: primum, [6] quod nimia cura deterit magis, quam emendat: deinde, quod nos a recentioribus revocat, ſimulque [7] nec abſolvit priora, & inchoare poſteriora non patitur. *Vale.*

XXXVI. C. Plinius Fusco Suo S.

Ordinem vitae, quem ruri aeſtatis tempore ſervabat, Fuſco Salinatori explicat, ibique & ſtudiorum ſuorum, & geſtationis ac victus modum, amicorum confabulationes, & ſuas venationes enarrat.

Quaeris

1. *Non minus male ſaltare.*] i. geſticulari. Barth.

2. *OPPIO.*] Alii non *Appio*, ſed *Oppio* ſcribi hanc epiſtolam autumant. *Oppii* fit mentio apud Plut. in vita Othonis. Catan. Voſſ. & Aldus atque Gryphius *Oppio.* Helmſt. & Ed. Vet. *Appio*; Arnz. *Aduio.*

3. *Librum, quem miſiſti, recepi.*] Helmſt. & Arnz. verbum *recepi* omittunt: Forte, quia in exemplari quodam eadem ſcriptura fuit, quam ſubminiſtrat Voſſianus: Accepi *librum, quem miſiſti, & gratias ago.* Ed. Vet. *Librum, q. miſiſti & accepi gratias ago.* corrupte.

4. *Ut* ſumere *illa.*] Unus Voſſ. *ut ſumere* in manus *illa*, quod propagavit Gryphius. Sed *ſumere* praeciſe hic etiam commode ſe tuetur.

5. *Modus.*] Finis, menſura. M. Tullius de perfecto oratore praecipit in omnibus rebus ſervandam menſuram. Nam tam offendit nimium, quam parum, in quo Apelles pictores quoque eos peccare dicebat, qui non ſentirent, quid eſſet ſatis: unde in Graecis epigrammatibus Cleobuli dictum, *Menſuram optimam*, & Pittaci, *Ne quid nimis.* Catan.

6. *Quod nimia cura deterit magis.*] Vide ſupra ad Lib. V Epiſt. XI. n. 3. ubi de perfecto opere: *nec jam ſplendeſcit lima, ſed adteritur.*

7. *Nec* abſolvit *priora*] Sic MSS noſtri, Ed. Vet. Aldus atque alii. nempe *nimia* illa *cura* in retractandis operibus priora non abſolvit, nec inchoare poſteriora patitur. Gryphius tamen edidit: *nec* abſolvi *priora*, ut intelligatur commune verbum *patitur:* quomodo Lib. III. Epiſt VI. extr. *Neque enim diutius* abeſſe me, *eadem haec, quae nondum exire* patiuntur. Verior tamen hoc loco MSS. lectio.

1. *Quemad-*

QUaeris, [1] quemadmodum in Tuſcis diem aeſtate diſponam: Evigilo, cum libuit, plerumque circa horam primam, ſaepe
[2] ante, tardius raro, clauſae feneſtrae manent: [3] mire enim ſilentio,
& tenebris animus alitur. [4] Ab iis, quae avocant, abductus, & liber, 2
& mihi relictus, non oculos animo, ſed animum oculis ſequor, qui
[5] eadem quae mens vident, quoties non vident alia. Cogito ſi quid in
manibus, [6] cogito ad verbum ſcribenti emendantique ſimilis: nunc pauciora, nunc plura, ut vel difficile, vel facile componi, tenerive potuerunt.
Notarium voco, &, die admiſſo, [7] quae formaveram, dicto. abit,
rurſusque revocatur, rurſusque remittitur. Ubi hora quarta vel 3
quinta:

1. *Quemadmodum in Tuſcis diem aeſtate diſponam.*] Habebant itaque praedia Romani proceres, ubi hiberno anni tempore (ut *Laurentinum* ſuum Plinius) & rurſus alia, ubi per aeſtatem ſecedentes (ut *Tuſculanum* ſuum Noſter) degerent. *Hiberna* & *Aeſtiva* caſtrenſi vocabulo Varro vocat Lib. II. de re ruſtica cap. I. extremo. Inde *aeſtivare*, per aeſtatem in ſeceſſu vivere Suetonio eſt Galba cap. IV. & Veſpaſiano cap. XXIV. Buchner. De formula, *diem diſponere*, plura Pichena & Gronov ad Tacit. Germ. cap. XXX. *differre impetus*, diſponere diem, *vallare noctes.* Noſter Lib. III. Epiſt. I. n. 2. *Me autem ut certus ſiderum curſus, ita vita hominum* diſpoſita *delectat*; & Lib. II. Epiſt. XI. n. 17. *vir diſpoſitus.*

2. *Ante.*] Primam diei horam. E ſilentio enim & tenebris animus alitur, cum non diſturbatur ab aſpectu alicujus rei. Nam cum ſit oculus cor hominis ſecundum Plinium, & in eo animus inhabitet, magnaque cogitatio obcaecet adducto intus viſu, quicquid viderit ſtatim penetrat illud: inde non eſt mirum, ſi intentionem ſubinde diſturbet. & monumentis traditur, Democritum philoſophum ſua ſponte oculis captum, quia exiſtimaret, cogitationes commentationesque animi ſui in contemplandis naturae rationibus vegetiores & exactiores fore, ſi eas videndi illecebris, & oculorum impedimentis liberaſſet. quanquam Laberius aliam hujus caecitatis cauſam referat auctore Gellio. Catan.

3. *Mire enim ſilentio & tenebris animus alitur.*] Eam ob cauſam noctem εὐφρόνην dixerunt Graeci, *a bene intelligendo*, de quo Plutarchus de curioſitate. Vide Quinctilianum Lib. X. cap. III. ſub finem. Buchner. In Helmſt. Arnz. Edd. Vet. ac Aldinis deſiderantur voces *animus alitur*; Voſſian. tantum vocabulum *animus* ignorat. Sed Adverbium *mire* ſingulariter patrocinatur receptae ſcripturae, quae tamen & ipſa diſtinctione in aliquot Edd. laborat, Conjungunt enim: *animus alitur ab iis, quae avocant, abductus.* Rectius poſt *alitur* plena diſtinctio ponitur. Scriptura Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. talis eſt: *Mire enim cum ſilentium & tenebrae ab his, quae* cet.

4. *Ab iis, quae* avocant, *abductus.*] Ita Voſſ. Ed. Vet. Aldus & poſt impreſſi omnes: eſtque verbum *avocare* ex illis, quibus Noſter delectatur. Vide Lib. I. Epiſt. III. n. 2. Epiſt. XXIV. n. 3. & paſſim. *quae avocant* nempe a meditationibus & intentione animi. Tamen Helmſt. & Arnz. *ab iis, quae* advocant, *abductus*, quae licet alibi etiam confundantur, ut ll. cc. videre poteris, hic tamen additum *abductus* quodammodo *advocant* tueri videtur. *quae advocant*, i. quae advertunt, faciunt, ut iis adtendamus. Quia tamen alterum auctori familiarius eſt, loco non moveam.

5. *Eadem, quae mens vident.*] Cogitant id quod mens. Nam illorum officium refertur ad animum, cum non diſtrahuntur in videndis corporibus. Catan.

6. *Cogito* ad verbum.] Singula verba diligenter examino. Idem. Suſpectum mihi *ad verbum.* Forte *ad verum.* Barth. Rectius Catanaeus, qui bene illud *ad verbum* expoſuit. Simili fere dictione uſus eſt Lib. I. Epiſt. XV. n. 1. ad aſſem *impendium reddes.* Quinctilian. Lib. VII. cap. IV. *Latine* ad verbum *tranſlatum non invenio.* & mox: *Latini hoc quoque* ad verbum *non transferunt.* Lib. XI. cap. II. *illud quoque* ad verbum *ponere, optimum fuerit.* ita *ad litteram* idem Fabius Lib. IX. cap. I. *quem duobus ab eo libris tractatum locum* ad litteram *ſubjeci.*

7. *Quae formaveram, dicto.*] i. quae mente antea & meditatione concepi, ſtilo excipienda dicto. MSS. noſtri & Ed. Vet. iſta: *dicto. abit rurſusque.* omittunt; unde Voſſ fecit: *quae formaveram enotantur, rurſusque demittitur.* Ille *demittitur*; at Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *dimittitur.*

quinta: (neque enim certum, dimenſumque tempus,) ut dies [1] ſuaſit, in [2] xyſtum me, vel cryptoporticum confero, [3] reliqua meditor, & dicto, vehiculum aſcendo. Ibi quoque idem, quod ambulans aut jacens. Durat intentio, [4] mutatione ipſa refecta: paulum redormio, dein ambulo, mox orationem Graecam Latinamve clare & intente, [5] non tam vocis cauſa, quam ſtomachi, lego: pariter tamen & illa fir-
4 matur. Iterum ambulo, ungor, exerceor, lavor. [6] Coenanti mihi ſic cum uxore vel paucis, liber legitur, poſt coenam [7] comoedus, aut [8] lyriſtes: mox cum meis ambulo, [9] quorum in numero ſunt eruditi. Ita variis ſermonibus veſpera extenditur, & quanquam longiſſimus dies,

1. *Suaſit.*] Si nubilus vel ſerenus fuerit: unde in quibusdam exemplaribus legitur *fulſerit.* CATAN.

2. *Xyſtum.*] Ambulationem ſub dio, quae arbores & porticus hinc inde habet, quo ſe transferebat ſereno tempore: at nubilo in *crytoporticum*, id eſt abditam porticum. De utroque in praecedentibus enarratum. IDEM.

3. *Reliqua meditor.*] Helmſt. Arnz. *reliqua medetur editto.*

4. *Mutatione ipſa* refecta.] MSS. & Ed. Vet. *referta.* perperam, Lucanus Lib. VI. vs. 240.

Incaluit virtus: atque una caede refectus.

Lib. V. vs. 224.

Vixque refecta *cadit.*

atque ita millies. Ita Noſter Lib. I. Epiſt. XXIV. n. 4. *reficere oculos*, & alia. neque enim talibus immorandum arbitror.

5. *Non tam vocis cauſa, quam ſtomachi.*] Exercitionem vocis valde conducere valetudini Plutarchus oſtendit de ſanitate tuenda. etiam Oribaſius teſtatur duplici fine exercuiſſe vocem veteres, ad *remedium morborum*, & *vocis cultum.* Et hac de cauſa *magiſtros vocis*, ſeu monitores ac praeceptores habebant, quorum Caelius Aurelianus meminit Lib. I. & II. tardarum paſſionum: itemque Quinctilianus, & Suetonius Auguſto cap. LXXXIV. & Nerone cap. XXIV. qui *Phonaſcos* appellant. BUCHNER. Celſus Lib. I. cap. VIII. *Si quis ſtomacho laborat*, legere clare debet; *poſt lectionem ambulare.* BARTH. Voſſ. neglexit illa: *pariter tamen & illa firmatur*; Helmſt. atque Ed. Vet. & haec, & praeterea verbum *lego* omittunt. vitioſe.

6. *Coenanti mihi* ſic *cum uxore.*] Ita Voſſ. Arnz. Aldus, Gryphius, Catanaeus, & plerique impreſſi. Quidam: *Coenanti mihi*, ſi *cum uxore vel paucis*, *liber legitur.* Helmſt. & Ed Vet. neutrum admittunt, habentque: *Coenanti mihi cum uxore.* Si *ſic* retinendum, ad ſuperiora referri debet: ſic praeparato, ſic adfecto. de quo nonnulla ſupra ad Epiſt. XV. extr. *Nobisque* ſic ruſticis *urbana acta perſcribe.*

7. Comoedi *aut lyriſtes.*] Vulgata haec ſcriptura. At Helmſt. Ed. Vet. & Aldus: *comoedia aut lyriſtes*, neſcio, qua de cauſſa, niſi propter praecedens *legitur.* Arnz. *comcediam.* Sed Voſſian. & Gryphius: *poſt coenam* comoedus *aut lyriſtes*, quod placuit in textum recipere. Lib. I. Epiſt. XV. n. 2. *Audiſſes* comoedum, *vel lectorem*, *vel* lyriſten, *vel omnes.* Supra hoc libro Epiſt. XVII. n. 3. *cum lector*, *aut* lyriſtes, *aut* comoedus *inductus eſt.* Infra Epiſt. XL. n. 2. *non jam* comoedo vel lyriſtae *poſt coenam locus.* Intelligitur autem *auditur*, vel ſimile aliquod verbum; vel etiam *adeſt*, de qua Ellipſi ſupra ad Epiſt. XXVII. n. 1. adde Gronov. ad Senec. Troad. vs. 844.

8. *Lyriſtes*] Qui lyra ſcit. Nam Plutarchus permittit muſicam conviviis. CATAN.

9 *Quorum* numero *ſunt eruditi.*] Sic Aldus, & qui eum ſequuntur. Latine dici *numero eſſe*, pro *in numero*, poſt Gronovium & alios docuit Celeb. Burmann. Comment. ad Phaedr. Lib. IV. Fab. XXIV. vs. 16. & nos olim obſervavimus ad Cic. I. Fam. Epiſt. X. n. 2. Verum Ed Vet. Voſſ. & Helmſt. a prima manu: *quorum* in numerum *ſunt eruditi*, quomodo *in honorem*, *in poteſtatem* eſſe apud Plautum, Terentium, Ciceronem & alios. Non tamen hoc Plinio tribuerim: ſed cum Codd. illi Praepoſitionem ſervent, & Arnz. diſerte exhibeat: *quorum* in numero *ſunt eruditi*, hanc potius ſcripturam cum Gryphio aliisque ſecutus ſum. Exemplis non eſt opus, quae ſe ubivis obferunt. CORTE.

1. *Condi-*

dies, cito [1] conditur. [2] Nonnumquam ex hoc ordine aliqua mutantur. 5
Nam ſi [3] diu jacui, vel ambulavi, poſt ſomnum demum lectionemque, non vehiculo, ſed quod brevius, [4] quia velocius, equo geſtor. Interveniunt amici ex proximis oppidis, partemque diei ad ſe trahunt, [5] interdumque laſſato mihi, opportuna interpellatione ſubveniunt. Ve- 6
nor aliquando, ſed non ſine pugillaribus, ut quamvis nihil ceperim, [6] non nihil referam. [7] Datur & colonis, ut videtur ipſis, non ſatis temporis, quorum mihi agreſtes querelae literas noſtras, [8] & haec urbana opera [9] commendant. *Vale.*

XXXVII. C. Plinius Paulino Suo S.

Excuſat ſe quod non poterit Romae eſſe Calend. Januariis officii gratia, cum Paulinus conſulatum inibit. Nam in Thuſcis retinebatur circa praedia ſua locanda.

Nec

1. *Conditur.*] Componitur, tranſit. Legimus etiam *clauditur.* Catan. Noſtri *conditur*, non *clauditur*, ſed iidem omnes *bene conditur*, pro *cito. Condere diem* elegans locutio, de qua interpp. Horatii Lib. IV. Od. V. vs. 29.

Condit *quisque* diem *collibus in ſuis.*

& Maronis IX. Eclog. vs. 52.

——— ——— ——— *ſaepe ego longos*
Cantando puerum memini me condere ſoles.

quamquam ea, quae iſti de *ſepelire* & aliis talibus adferunt, non probem. Pari ratione *condere ſaecula*, *condere luſtrum* dicuntur. adde Lucan. Lib. II. vs. 577. ubi ſimiliter *condere*, & *claudere* in MSS. permiſcentur. Accedat noſter Paneg. cap. LXXX. extr. *Cum tibi* dies *omnis ſumma cum utilitate noſtra, cum tua laude* condatur

2. *Nonnumquam ex hoc ordine aliqua mutantur.*] Etſi habebant regulam veteres, quam in degenda vita quotidiana ſervarent; intercidebant tempora tamen, pro quibus aliquid mutandum venerit Sic hieme meridianum ſomnum eximebat Noſter, de quo ultima Epiſtola hujus libri. Capitolinus in Antonino Pio: *In fundis ſuis vixit varie & pro temporibus* Buchner.

3. *Diu* tacui, *vel ambulavi.*] Vulgatarum hoc vitium, quod jam in Arnz. Helmſt. Ed. Vet. & Aldinis haeret. Longe rectius Voſſ. & cum eo Gryphius: *Nam ſi diu* jacui, *vel ambulavi.* Confirmatur hoc ex ipſo ordine, quem ſupra auctor deſcripſit, & verbum *jacere* habes eodem ſenſu. n. 3. item Lib. III. Epiſt. V. n. 10. Confundi haec verba, innumeris librariorum facinoribus conſtat. Quaedam vide ad Lucan. Lib. I. vs. 260. Corte.

4. Quia *velocius.*] Scripti noſtri & Ed. Vet. quod *velocius.*

5. *Interdumque* laſſato *mihi.*] Scripti iidem & Ed. Vet. laſſo *mihi.*

6. *Non nihil referam.*] Intelligas ex Lib. I. Epiſt. VI. n. 1. ubi pariter de venatione ſua: *Meditabar aliquid enotabamque, ut, ſi manus vacuas, plenas tamen ceras reportarem.*

7. *Datur & colonis.*] Partem temporis etiam diſpenſo audiendis colonis, quibus ut improbis non ſatis ſibi ſpatium ad dicendum dari videtur Catan. Arnz. *Datur & colonis*, & *videtur i. n. ſ. t.* Puto: *Datur & colonis*, ſed *ut videtur ipſis, non ſatis temporis.*

8. *Et* iſthaec *urbana opera*] Immo: *&* haec *urbana opera*, quod ſcripti omnes, Ed. Vet. & Aldus praeſtant. Arnz. *&* hic *urbana opera*, quod eodem redit. *Haec* δειχτιχῶς, ut ſaepiſſime: quod eo facilius, cum hanc epiſtolam in urbe ſcripſerit.

9. *Commendant,*] Nam ex comparatione ruſticarum querelarum ſentiebat, quantum praeſtaret eloquentia & guſtus urbanus. Urbano enim contraria ruſticitas. Catan. Lib. I. Epiſt. II. extr. *Sed ſane blandiantur, dum per hoc mendacium nobis ſtudia noſtra* commendent. Supra h. L. Epiſt. V. n. 1. *juſtitiam tuam provincialibus multa humanitate* commendas.

NEc tuae naturae eſt [1] tranſlatitia haec, & quaſi [2] publica officia a familiaribus amicis contra ipſorum commodum exigere: & ego te conſtantius amo, quam ut verear, ne aliter, ac velim, accipias, [3] niſi te Calendis ſtatim Conſulem videro: praeſertim cum me neceſſitas [4] locandorum praediorum [5] plures annos ordinatura detineat; [6] in
2 qua mihi nova conſilia ſumenda ſunt. Nam priore [7] luſtro, quamquam poſt magnas [8] remiſſiones, [9] reliqua creverunt. Inde plerisque nulla jam cura minuendi aeris alieni, quod deſperant poſſe perſolvi; rapiunt etiam, conſumuntque [10] quod natum eſt, ut qui jam putent
3 [11] ſe non ſibi parcere. Occurrendum ergo augeſcentibus vitiis, & meden-

1. *Tranſlatitia haec & quaſi publica officia.*] *Tranſlatitia*, communia omnia atque vulgaria, & quae expedias facile, appellantur; de quo plura eruditiſſimus Voſſius Lib. IV. Inſtitut. Orator. cap. VI. Sectione ultima. BUCHNER. De *tranſlatitio* vide Pighium ad Valer. Max. BARTH. adde N. Fabrum ad Senec. Lib. I. Controv. Praefat. pag. 75. & quae nos ad Cic. Lib. III. Fam. Epiſt. VIII. n. 13.

2. *Publica*] Promiſcua, vulgaria, communia, quae a multis praeſtantur. CATAN.

3. *Niſi te Calendis ſtatim Conſulem videro.*] Kalendis Januariis puta, quibus inibant magiſtratus. *Videro*, id eſt, niſi adfuero tibi auſpicanti honorem, & gratulatus de eo fuero. BUCHNER. *Niſi te Calendis: &c.*] Puto ſcribendum: Si non *te Calendis ſtatim conſulem videro.* GRONOV. Helmſt. & Arnz *in me Kal.* Ed. Vet. *in te Kal.* quod corruptum ex *ni te.* Voſſ. Aldus, & reliqui omnes: *niſi te*, quod non eſt ſollicitandum. Supra ſcripti: & Ed. Vet. nec *aliter*, pro *ne aliter.* Adeatur Phil. a Turre pag. 373. Monum. Vet. Antii.

4. *Tuſcanorum.*] Quae in Tuſcis habeo. Inuſitata forma denominativum formavit, a *Tuſcia* enim *Tuſcus*, a *Tuſcanus Tuſcanienſis*: a *Tuſculo Tuſculanus* deduci ſolet, quare magis probo *locandorum.* CATAN. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *Tuſcianorum praediorum*; Voſſ *Tuſcanorum praediorum.* Sed merito praefertur *locandorum*, quod Aldus edidit, & ſenſus requirit.

5. *Plures annos ordinatura.*] Plurium annorum ordinationem conſtitutura. BUCHNER. *Ordinare annos*, ut Seneca Epiſt XI. *ordinare diem*, pro diſponere. Sic Noſter ſupra Epiſt. XXVIII. n. 4. *ordinatio vitae.*

6. *In* qua mihi *nova c. ſ. ſ*] Sic libri noſtri & pleraeque omnes Edd. Aldus autem: *in* quam *nova conſilia ſ. ſ.*

7. *Luſtro.*] Spatio quinque aunorum, quo antiquitas agros locabat, ut Ulpian. ff. L. de adminiſtratione rerum ad civitatem pertinentium. Et ff. XXV. de ſoluto matrimonio: & ff. XIV. de verborum obligationibus. Ibidem Pomponius & Paulus ff. XXXIV. de liberatione legata. Nos contenti erimus verba Labeonis ex ff Lib. XXXII. retuliſſe, *Qui hortos*, inquit, *publicos a rep. conductos habebat, eorum hortorum fructus usque ad* luſtrum, *quo conducti eſſent, Aufidio legaverat.* Et Calliſtratus ff. XLIX de jure fiſci: *Cum quinquennium, in quo quis pro publico conductore ſe obligavit, exceſſit, ſequentis temporis nomine non tenetur. idque principalibus reſcriptis exprimitur.* CATAN. Voſſ. *nam priore iſto*; Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *nam priore juſto.* corrupte.

8. *Remiſſiones.*] Conceſſiones. Vide VIII. quot negotiatoribus vindemiarum dempſerit & donaverit. Et ad Trajanum: *Agrorum enim locatio adeo non poteſt differri, ut proximam putationem novus colonus facere debeat: praeterea continuae ſterilitates cogunt me de* remiſſionibus *cogitare, quarum rationem niſi praeſens inire non poſſum.* CATAN. Vide Lib. VIII. Epiſt. II. n. 6. & Lib. X. Epiſt. XXIV. n. 5.

9. *Reliqua creverunt.*] *Reliqua*, Reſte/ de quo ſupra. Inde *Reliquatores* in Jure dicti. BUCHNER. Dictum ad Lib. III. Epiſt. XIX. n. 6. *Dum* reliqua *colonorum minuit ad tempus.*

10. *Quod natura eſt.*] Quod ita comparatum & conſuetum his eſt. Quanquam alii legant, *quod natum eſt*, ſcilicet fructus praediorum, quae lectio magis placet. CATAN.

11. *Non ſibi placere.*] Diffidere ſibi, & rem ſuam conclamatam videre. Quid ſi legatur *non parcere*, videlicet quoniam exiſtimant ſi fructibus pepercerint, quod ſupererit, non futurum ſuum, ſed domini. IDEM. *Non ſibi placere.*] Ineptiſſima lectio. Scribe: *ſe non ſibi parcere*, ex melioribus editioni-

medendum eſt: [1] medendi una ratio, [2] ſi non nummo, ſed partibus locem, [3] ac deinde ex meis aliquos operis exactores, cuſtodes fructibus ponam: & alioqui [4] nullum juſtius genus reditus, quam quod terra, coe-

editionibus. Casaub. *Parcere* tuetur Voſſ. Arnz. Aldus, Gryphius & alii. Supra ſcripti noſtri omnes & Ed. Vet. *plerique*, non *plerisque*, quaſi locus ita concipiendus foret: *Inde* plerique, nulla *jam* cura *minuendi aeris alieni, quod deſperant poſſe perſolvi, rapiunt etiam conſumuntque, quod natum eſt. Nulla cura* ſexto Caſu, ut Lucanus Lib. VII. vs. 525.

Inmemores pugnae, nulloque pudore *timendi*
Praecipites fecere palam, civilia bella
Non bene barbaricis umquam commiſſa catervis.

1. Et *medendi una ratio.*] Sic Ed. Vet. & plerique ſcripti. Magis tamen Aldus placet, qui *&* omiſit, nec aliter Gryphius.

2. *Si non nummo, ſed pluribus locem.*] Emendarunt, qui antiquam lectionem, neque verum epiſtolae ſenſum excutientes commutarunt, (*ſi non uni ſed, &c.*) ut eſſet ſenſus apertus, ſed a ſuperioribus, & a ſubſequentibus diſcors. Nos veterem ſcripturam, *ſi non nummo, ſed partibus locem*, retinendam cenſemus, ut ſit ſenſus, ſi non locavero praedia mea colonis, ut ſingulis annis praeſtent mihi nummos pro fructibus, ſed locavero illa hac conditione, ut omni anno dividam fructus, inter partes, inter me & colonum. nam Paulus Juriſconſultus ff. XLVII. *Conſtat*, inquit, *colonum qui nummis colit, cum eo qui fructus ſtantes furto ſurripuerit acturum furti, quia ut primum decerpti eſſent, ejus eſſe coepiſſent. Qui ergo nummis colit, id eſt, qui pecunia ſua conduxit excolendos, ita ut ea perſoluta omnes fructus percipiat.* Quare Plautus in Aulularia inquit: *Nummo ſum conductus*, & in Epidico: *Nummo conducta quae ſit.* Catan. *Si non ſumma, &c.*] Admiſi ſcripturam Codicum Neuſtetteri, quod eam magis aſſequerer, quam retro vulgatam: *ſi non nummo, ſed partibus.* Gruter. *Medendi una ratio eſt, ſi non nummo, ſed partibus locem, &c.*] Franciſcus Modius Epiſt. XII. notat ad oram, haud ſcio veteris Editionis an codicis, eſſe, *ſi non uni, ſed pluribus locem.* quae ſcriptura, inquit, rem exprimit, quam an totidem & talibus verbis extulerit Plinius, ut ignoro, ita non abhorreo ab illa lectione, quam in membranis Combergenſibus Neuſtetterianis reperi: *Medendi una ratio, ſi non in ſumma, ſed in partibus locem.* A quo perculſus Gruterus deletis praepoſitionibus edidit, *non ſumma, ſed partibus*, & notat: *Admiſi ſcripturam codicum Neuſtetteri, quod eam magis adſequerer, quam retro vulgatam.* Sic ille ingenue. Nos vero negamus rem ſic exprimi, & tenemus priorem vulgatam, quam haud dubie & Palatinus ſervavit. Locutio etſi rara & elegantiſſima. *Nummo locare* eſt eam legem fundorum locationi dare, ut conductores annuam penſionem nummorum praeſtent poſſeſſori: id quia antehac factum, male ſolventibus colonis, reliqua creverunt. *Partibus locare* eſt ita locare, ut proventus percipias partis, veluti, ſeptimas, octavas, nonas, decumas, prout convenerit. *Partes* non ſunt agrorum, nam ne prius quidem unum conductorem omnia coluiſſe apparet, ſed frugum. Gronov. Lib. IV. Obſerv. cap. XVI. Codd. noſtri conſtanter: *ſi non numo*, (unus corrupte *omnino*, pro *numo*) *ſed partibus locem*, & hoc de partiariis colonis recte cepit & interpretatus eſt Gronovius, quem vide. Vidit jam olim Cujacius Comment. ad African. Tractat. VIII. pag. 566. & Rittershuſ. infra ad Lib. X. Epiſt. XXIV. n. 5.

3. *Ac deinde ex, &c.*] In Editione, quae ad exemplar Rudolphi Agricolae fuit emendata ſic legitur: *ac deinde ex meis aliquos* operis *exactores, cuſtodes fructibus ponam.* Longe melius. Casaub. Ut vult Caſaubonus, ita Voſſ. Helmſt. Arnz. Ed. Vet. & Gryphius. quare iſtud repoſui, pro vulgato: *aliquos* exactores operi, *cuſtodes fructibus ponam.* Adludit Paneg. cap. XIX. n. 3. *ut ſtudium omnium laboremque & tamquam* exactor *intenderes, & tamquam particeps ſociusque relevares.* Columella Lib. III. cap. XIII. ad fin. *nec patitur* exactorem operis *decipi.* adde Lipſium ad Taciti Lib. III. Annal. cap. XIV. extr.

4. *Nullum juſtius.*] Probabilius quam agricultura, quae a Marco Tullio in Officiis ſic commendatur: *Nihil eſt* agricultura *melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil libero homine dignius.* Catan. *Nullum juſtius genus reditus*] Virgilius II. Georg.

O fortunatos, nimium bona ſi ſua norint,
Agricolas! *quibus ipſa procul diſcordibus armis*
Fundit humo facilem victum juſtiſſima tellus.

Juſtiſſima tellus: quia nullum juſtius genus reditus, quam quod ex terra. Et ideo *Juſtitia* extrema per agros excedens terris feciſſe veſtigia eidem Maroni memoratur. Philemon ΔΙΚΑΙΟΤΑΤΟΝ κτῆμ' ἐςὶν ἀνθρώποις ἀγρός. *Poſſeſſio hominis* juſta *maxime eſt ager.* Cato de Re ruſtica: *Ex agricolis & viri fortiſſimi & milites ſtrenuiſſimi gignuntur;*

4 coelum, annus refert. [1] Ad hoc, magnam fidem, acres oculos, [2] numeroſas manus poſcit: experiendum tamen, &, quaſi in veteri
5 morbo, quaelibet mutationis auxilia tentanda ſunt. Vides, [3] quam non delicata me cauſa obire primum Conſulatus tui diem non ſinat: quem tamen hic quoque, ut praeſens, votis, gaudio, gratulatione celebrabo. *Vale.*

XXXVIII. C. PLINIUS SATURNINO SUO S.

Laudat Rufum, non tam quod id Saturninus juſſerit, quam quod mereretur.

[4] EGo vero Rufum noſtrum laudo: non quia tu, ut ita facerem, petiſti, ſed quia ille eſt digniſſimus. Legi enim librum omnibus numeris abſolutum, cui multum apud me gratiae amor ipſius adjecit. [5] Judicavi tamen: neque enim ſoli judicant, qui maligne legunt. *Vale.*

XXXIX. C. PLINIUS MUSTIO SUO S.

Muſtium Architectum aedem Cereris refecturus rogat, ut [marmor] emat, ad id neceſſarium: & formam porticuum ſcribat.

[6] ARuſpicum monitu reficienda eſt mihi aedes Cereris in praediis [1] in

gnuntur; maximeque pius quaeſtus ſtabiliſſimusque conſequitur, minimeque invidioſus. BUCHNER.

1. *Ad hoc, magnam.*] Scribe ſic hunc locum: Eſt *alioquin nullum juſtius genus* reditus, *quam quod terra, coelum, annus refert. Ad hoc magnam fidem, &c.* Planiſſima ſententia, quae antea nulla erat. CASAUBON. Ita & noſtri Codd. & tantum non omnes impreſſi. Pauci *At hoc.*

2. *Numeroſas manus poſcit.*] Vide infra ad Lib. X. Epiſt. L. n. 2. *Sed hoc opus* multas manus poſcit. Mox corrupte Helmſt. *Exprimendum & tamen quaſi in veteri morbo*, cet.

3. *Quam non delicata.*] Non delicata ex cauſſa, ſed ex cauſſa ſatis gravi & moleſta abſum. De *delicato* dictum ſupra, & de *quam non* ad Epiſt. IX. n. 2.

4. *Ego vero Rufum noſtrum.*] Helmſt. & Ed. Vet. Pronomen negligunt: *Ego vero Rufum laudo.* Arnz. *Ego vero Rufum* non *laudo*, *quia* tamen *ut ita facerem* cet.

5. Judicavi *tamen.*] Eleganter, quia *amoris* mentionem fecerat. Vide ad Lib. VI. Epiſt. XXVI. n. 2. Amo *quidem effuſe*, judico *tamen*, *& quidem tanto acrius*, *quanto magis amo.*

6. *Aruſpicum monitu.*] *Aruſpices* ſunt, qui victimarum exta introſpiciunt, & per ea monent quid futurum faciendumve ſit. CATAN.

1. *In*

[1] in melius, in majus. [2] Vetus ſane & anguſta, cum ſit alioqui [3] ſtato die frequentiſſima. Nam Idibus Septembribus magnus e regione tota 2
coit populus, multae res aguntur, multa vota ſuſcipiuntur, multa redduntur: ſed nullum [4] in proximo [5] ſuffugium aut imbris, aut ſolis. Videor ergo munifice ſimul, religioſeque facturus, [6] ſi aedem quam 3
pulcherrimam exſtruxero, addidero porticus aedi: illam ad uſum Deae, has ad hominum. Velim ergo emas quatuor marmoreas columnas, cujus tibi videbitur generis: emas marmora, quibus ſolum, quibus parie-

1. *In melius & in majus.*] In meliorem & majorem conditionem quam prius nunc eſt. Hic dicendi modus frequens apud ſcriptores deprehenditur. Palladius inquit: *Nam vacuae ſedes fanorum velut concava aedificia voces, quas acceperint*, in majus *extollunt.* Juvenalis:

At nihil in melius *tot rerum proficis uſu.*

Claudianus: *Et* in melius *gaudens convertere fata.* Tacitus: *Ut cuncta nobis importuna, & ſuis* in melius *eſſent.* CATAN. Plura pete ex nota ad Lib. IV. Epiſt. XVIII. n. 1. *Epigrammata tua Latine exprimere tentavi*; in deterius *tamen.* Praeterea cum Vulgo darent: *in melius* & *in majus*, ipſe auctoritate omnium ſcriptorum & Ed. Vet. Copulam ſuſtuli, ut Plinium, non interpolatorem legeremus.

2. *Vetus ſane & anguſta.*] Scribo, *eſt anguſta*, vel mutata diſtinctione, *in melius* & *in majus*, *vetus ſane & anguſta quum ſ.* CASAUB. Nihil mutandum. Quia *vetus*, reficienda eſt *in melius*; quia *anguſta*, ideo *in majus.*

3. *Stato.*] Certo anni die. Stata ſacra ſunt, quae certo die fiunt. Tranquillus in Claudio: *Circa tumulum deinceps ſtato die quotannis miles decurreret, Galliarumque civitates publice ſupplicarent.* Macrobius, *Statos dies* vocat judicii cauſa, cum peregrinis inſtitutos. Unde Plautus in Gurgulione, *Status*, inquit, *condictus cum hoſte intercessit dies.* Plin. ſenior: *Murena quocunque tempore parit, cum ceteri piſces* ſtato *pariant.* CATAN. Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *cum ſit aliquid cum ſtatio die frequentiſſima.* corrupte. Gryphius in margine *dedicationis die*, quae eſt mera expoſitio. Sic Lib. IV. Epiſt. XXX. n. 2. *Ter in die*, ſtatis *auctibus ac diminutionibus creſcit decreſcitque.* Lib. V. Epiſt. XIV. n. 6. *magnos &* ſtatos *reditus*, ut contra Lib. III. Epiſt. XIX. n. 5. *modicum &* ſtatum *reditum.* Lib. X. Epiſt. XCVII. n. 7. *quod eſſent ſoliti* ſtato die *ante lucem convenire.* Livius Lib. XXXIX. cap. XIII. *Tres in anno* ſtatos dies *habuiſſe, quibus interdiu Bacchis initiarentur.* CORTE.

4. *In proximo.*] Recentius editi *ex proximo.* ſed alterum apparet in Palat. & antiquitus cuſis. GRUTER. Omnes noſtri *in proximo*, niſi quod Helmſt. *in proximum*, plane ut ſupra Lib. IV. Epiſt. XIX. n. 3. *Eadem, ſi quando recito*, in proximo, *diſcreta velo ſedet*, ubi Codd. *in proximum.* Diverſum eſt *e proximo*, de quo ad Lib. VII. Epiſt. XXVII. n. 5. *longius primo, deinde* e proximo *reddebatur.*

5. *Suffugium.*] Diverticulum, locus ad evitandum imbrem, vel tempeſtatem, aut calorem, vel aliud diſcrimen. Tacitus: *Nec aliud infantibus ferarum imbriumque* ſuffugium, *quam ut in aliquo ramorum nexu contegantur.* Fabius: *Haec diverticula & anfractus*, ſuffugia *ſunt infirmitatis.* CATAN. Similiter Lucanus Lib. V. vs. 743.

Cedendum eſt bellis, quorum *tibi tuta* latebra
Lesbos erit.

6. *Si aedi addidero porticus.*] Porticus templis duplici cauſa addebantur: altera, ut auctoritas iis conciliaretur; altera, ut populus ibi ſuffugium Solis aut imbris haberet. Vitruvius Lib. III. cap. II. *Pteromatos ratio & columnarum diſpoſitio ideo eſt inventa, ut aſpectus propter aſperitatem intercolumniorum haberet* auctoritatem: *praeterea ſi & imbrium vis occupaverit & intercluſerit hominum multitudinem, ut habeat in aede circaque cellam cum laxamento* liberam moram. Dixit *liberam moram*, quia peractis ſacris & miſſo ſolenni voce populo, nemini in aede interiore commorari fas erat. BUCHNER. Gruterus dedit: *ſi aedi, quam pulcherrimam extruxero, addidero porticus: illam ad* cet. ſed contra auctoritatem veterum librorum, qui cum Aldo & Gryphio: *ſi* aedem *quam pulcherrimam exſtruxero, addidero porticus* aedi: *illam ad*, cet. niſi quod quidam *eandem* pro *aedem* exhibeant; omnes tamen poſteriore loco *aedi* agnoſcunt. Repetitio illa vocabuli habet aliquid Plinianae ſuavitatis, ut Lib. VII. Epiſt. XXVII. n. 6. & alibi.

1. *Trun-*

4 parietes excolantur. Erit etiam vel faciendum, vel emendum ipſius
Deae ſignum, quia antiquum illud e ligno quibusdam ſui partibus ve-
5 tuſtate [1] truncatum eſt. Quantum ad porticus, nihil interim occurrit,
quod videatur [2] iſtinc eſſe repetendum: niſi tamen, ut formam [3] ſecun-
dum rationem loci ſcribas. neque enim poſſunt circumdari templo:
nam ſolum templi hinc [4] flumine & abruptiſſimis ripis, hinc via cingi-
6 tur. Eſt ultra viam latiſſimum pratum, in quo ſatis apte contra tem-
plum ipſum porticus explicabuntur: [5] niſi quid tu melius inveneris, qui
ſoles [6] locorum difficultates arte ſuperare. *Vale.*

XL.

1. *Truncatum.*] Mancum, exeſum. CATAN. *Truncatum.*] Ita Pal. & Edd. Vett. etiam Aldi. At recentiores, *obtruncatum eſt*. GRUTER Noſtri etiam *truncatum eſt*, nec aliud ſenſus patitur. Gryphius alterum invexiſſe videtur. Supra autem Helmſt. Arnz. & Ed. Vet. *Erit etiam faciundum ipſius deae ſignum*, ceteris omiſſis.

2. Iſthinc *eſſe repetendum.*] Voſſ. & Ed. Vet. *quod videatur* ſtatim *eſſe repetendum*; Helmſt. *quod videatur eſſe ſtatim impetendum*; Arnz. *quod videatur* neceſſe *repetendum*.

3. *Secundum rationem loci ſcribas.*] *Formam* vocat rationem, ſeu diſpoſitionem futuri operis. Nam Architectorum vocabulum eſt: unde *tectonica forma* Auſonio Moſella:

Qui potis innumeros cultus habitusque retexens,
Pandere tectonicas *per ſingula praedia* formas?

Vitruvius *imitationes aedificiorum*, Gellius *ſpecies* appellat. Solent autem architecti ſtructuri opus, ejus rationem & formam diſponere commentando ante, & delineare in membrana aut charta: hoc Plinio igitur *formam ſcribere* eſt. Nam ſicut γράφειν Graecis & ſcribere literis, & delineare ac pingere eſt; ita & *ſcribere* Latinis ſumitur. Statius Hercule Surrentino:

Nec mora, conſcripta formatur *imagine tela.*

Significat ſtruendi templi ſpeciem in tela, ſeu linteo picta imagine expreſſam fuiſſe. *Forma* igitur τύπος, ſive ὑποτύπωσις ſeu ſpecies, ut diximus, operis eſt. Gellius Lib XIX. cap. X. *Aſſiſtebant fabri aedium complures balneis novis moliendis adhibiti: oſtendebantque depictas in membranulis varias ſpecies balnearum, ex quibus cum elegiſſet unam* formam ſpeciem*que operis, interrogavit quantus eſſet pecuniae conſpectus.* Suetonius Caeſare cap. XXXI *Spectaculo publico per diſſimulationem interfuit, & formam, qua ludum gladiatorium erat aedificaturus, conſideravit. Formam*, id eſt, ichnographiam, exemplar, den abriß. Sed quod *formam ſcribere* Noſter: id uno verbo alii, *formare*, ſeu *deformare* dixerunt. Tibullus:

Romulus aeternae nondum formaverat *urbis*
Moenia.

Vitruvius Lib. I. cap. I. *Architectum graphidos ſcientiam habere oportet, quo facilius exemplaribus pictis, quam velit operis ſpeciem*, deformare *valeat.* Hinc *deformatio* apud eundem Lib. III. Praefat. *Venti qui ſint, & e quibus regionibus ſinguli ſpirent, deformationibus grammicis oſtendi.* Vet. Gloſſ. ὑποτύπωσις *diſpoſitio, deformatio.* BUCHNER. Ita *formas hominum & animalium* dixit auctor Lib. I. Epiſt. XX. n. 5. item Lib. V. Epiſt. VI. n. 13. *Neque enim terras tibi, ſed* formam *aliquam ad eximiam pulchritudinem pictam videberis cernere.* Cicero I. Academ. cap. VI. *Haec quidem fuit apud eos morum inſtitutio, & ejus* partis, *quam primam poſui*, forma atque *deſcriptio.* Adde Celeb. Burmann. ad Vellej. Lib. II. cap. XXXVI. extr. *Perfectiſſimi in* forma operis *ſui*, & Cl. Marckland. ad Statii Lib. III. Silv. I. vs. 117. Horatius Lib. I. Epiſt. XVI. vs. 4.

Scribetur *tibi* forma *loquaciter & ſitus* agri.

Mox ſcripti noſtri & Ed. Vet. *neque enim* poſſum circumdare *templo.* CORTE.

4. *Flumine*] Tiberi. templa conſtrui juxta fontes praecipit Vitruvius, Cereris extra urbem, loco quo non ſemper homines, niſi per ſacrificium neceſſe habeant adire. caſte enim cum religione ſanctisque moribus is locus debet cuſtodiri. CATAN.

5. *Niſi quid tu melius* inveneris] Voſſ. Helmſt. Arnz. & Ed Vet. *invenies*, quomodo ſupra aliquoties & *niſi* & *ſi* conſtructum vidimus. Adi Lib. II. Epiſt. X. n. 3. Lib V. Epiſt. VIII. n. 4.

6. *Locorum difficultates arte ſuperare.*] Severo

& Co-

XL. C. Plinius Fusco Suo S.

Edocet Fuſcum vitam ſuam hiemalem, cum prius aeſtivalem ſignificaſſet. Ad haec addit quid vere, quid autumno conſueſcat Laurentino rure, ubi apricabatur.

SCribis pergratas tibi fuiſſe literas meas, quibus cognoviſti, quem-
admodum in Tuſcis [1] otium aeſtatis exigerem: requiris, quid ex
hoc in Laurentino hieme permutem. Nihil, niſi quod meridianus 2
ſomnus eximitur, multumque de nocte [2] vel ante, vel poſt diem ſumi-
tur: [3] &, ſi agendi neceſſitas inſtat, quae frequens hieme, non jam
comoedo, vel lyriſtae poſt coenam locus: ſed illa quae dictavi, iden-
tidem retractantur, ac ſimul memoriae frequenti emendatione profici-
tur. Habes aeſtate, hieme conſuetudinem: [4] addas huc, licet, ver & 3
autu-

& Celeri machinatoribus tradit Tacitus ingenium & audaciam fuiſſe etiam quae natura denegaviſſet, per artem tentare. Catan.

1. *Otium aeſtatis.*] Aeſtivales ferias, quibus in rura ſua ſecedebant prolatis rebus. Buchner.

2. *Vel.*] Ante diem, vel poſt diem. cum nox incipit, id eſt vel in veſpera, vel ante mane. Catan. Lib. III. Epiſt. I. n. 9. Sumit *aliquid* de nocte *& aeſtate.*

3. *Et, ſi agendi neceſſitas inſtat.*] *Agere*, pro cauſas agere, abſolute & hic & alibi dixit. Inde *actor* & *actio* propria fori & judiciorum vocabula. Buchner.

4. *Addas.*] Sic legendum, *addas huc licet* tantum non quae *inter hyemem aeſtatemque media*, id eſt licet etiam tibi ſcire, quae ſoleam facere in vere & autumno. Sunt enim haec duo tempora inter hyemem & aeſtatem. *Huc.*] Ad conſuetudinem aeſtatis & hyemis. *Licet ver & autumnum, quae &c.*] *Tantumnon* ſive *tantumnum*, etiam: ſicut dicimus, etiam dicendi modus illo ſeculo non inuſitatus. Ipſe Lib. VIII. Tantumnum *redit animo ille clavus in penatibus mei ſumptus.* Silius VII.

——— Tantumnum *ſtrictis mucronibus.*

Tranquillus in Vitellio: *Nobiles viros condiſcipulos & aequales ſuos omnibus blanditiis* tantum non *ad ſocietatem imperii allicefactos occidit vario genere fraudis.* Et in Claudio: Tantumnum *ſatisfacientibus veniam dedit:* & dixerat in Tiberio: Tantumnum *adverſis tempeſtatibus Rhodum navigavit.* & ibidem: Tantumnum *ſummam malorum ſuorum profeſſus.* Valerius Lib. VII. *Ergo ſpoliatam bonis propugnatoribus civitatem* tantumnum *vinctis manibus ei tradidit.* & III. Tantumnum *poſt fata ſua in ſinum patriae cruento trophaei titulo retulit.* & alibi ſaepius. Catan. *Ver & autumnum.*] Torſit hic locus eruditiſſimum Catanaeum, cujus emendatio, ſi verum dicere licet, paſtoritia fiſtula potius, quam plauſu digna. Veriſſime vero Lectius, & ingenioſiſſime, qui ita emendabat: *Addas huc licet* ver & autumnum, *quae inter hiemen aeſtatemque media, ut nihil de die perdunt, ita de nocte parvulum acquirunt.* Casaubon. *Ver & autumnum, &c.*] Ita recte MSS. Neuſtetteri, neque abeunt, aut Pal. aut Edd. Vett. in quibus *vere tantum num quae*, indicia nimirum verae lectionis, Nam nupere cuſi: *Addas huc licet autumnum, quae.* Locum hunc dudum, conjectura amiciſſimi noſtri Lectii ita reſtitutum mihi perſuadeo; quamvis in aliquot editionibus appareat, *licet vel autumnum.* Nihil enim hic notat particula *vel*; facitque profecto injuriam induſtrioſiſſimi hominis ingenio elegantiſſimo. Gruter. Lege: *addas huc licet autumnam*, nempe conſuetudinem ita enim loquebantur, ut monſtravi Lib. CLVIII. Adverſ. cap. XIII. Barth. Nimirum abſtractus eſt vir doctiſſimus vulgata ſcriptura: *addas huc licet autumnum, quaeque inter* cet. quam tamen veriſſime olim Lectius & Modius Novantiqu. Epiſt XII. emendarunt. Totidem litteris MS. Voſſ. *Addas huc licet* ver & *autumnum, quae inter,* cet. Accedunt proxime Helmſt. & Arnz. qui cum

autumnum, quae inter hiemem aeſtatemque media, ut nihil de die perdunt, ita de nocte parvulum acquirunt. *Vale.*

Palatino, & Ed. Vet. *addas huc licet* vere tantum num *quae inter*, cet. Atque cum hoc teſtimonio, ſive potius cum fine hujus Libri, MSS. noſtri omnes, & Ed. Vet. quam hactenus laudavimus, ſilent. Neque Grutero, Modio, neque alii recentiorum interpretum licuit codices Libri decimi manu exaratos inſpicere: ut jam res ex vett. impreſſis & conjectura ſit agenda. Hic illud addere debemus, Aldum prodidiſſe: *Non addas huc, licet tantumnum, quae i. h. ae. mediam, ut n. d. d. perdunt, de nocte p. a.* Iſta particula Negativa etiam in MSS. haeret.

C. PLINII CAECILII SECUNDI EPISTOLARUM

LIBER DECIMUS.

MAGNIFICO

D. AMBROSIO MAYNO

JOH. MARIA CATANAEUS

SALUTEM.

FOrſitan modeſtius fuerat ſuperſediſſe a qualibet in Caecilianas ad Trajanum epiſtolas praefatiuncula, ne illam videremur ambitioni dediſſe: niſi ſciremus, inter ingenioſos adhuc auctorem requiri. Ego ut illis credam, primum eo adducor, quod ſaepius in reſcriptis ſuis Trajanus Secundum vocat, quod in his epiſtolis Plinius multorum meminit, ut Accii Surae, Voconii Romani, Julii Baſſi, Juſti Calpurnii, quos alibi retulerat: ſed imprimis Suetonii, quem pariter contubernalem ſuum fatetur, & ei ab Optimo Imperatore jus trium liberorum impetrare contendit. Nec offendat aliquem, quod Trajanum blandiendo Dominum dictitat, cujus appellationem, principatus initio omiſſam, procedente tempore non eſt aſpernatus, poſt res adverſus Dacos proſpere geſtas. Nam ut Secundus ad Severum ſcribit, recentia maximi Principis opera praebuerunt COSS. deſignatis facultatem nova & magna cenſendi. Vera enim ratio decernendi aliquid non decernendive, cum ipſorum hominum, tum rerum ac temporum conditione mutatur, ut Dominus jure potuerit appellari, quod eſſet rerum Dominus, ut Poeta, Romanos rerum dominos jam dixerat. Papinius in epiſtola Libri IV. Silvarum: Deinde, inquit, multa ex illis tum Domino Caeſari dederam. & Tertullianus in Apologetico, Dicam, inquit, plane Imperatorem dominum. Temporibus enim Domitiani jam conſuetudo appellandi principem dominum invaluerat: & nos vidimus Romae Ant. Pii Domini praefationem. Quaeret (ſcio) aliquis cur hic quam alibi remiſſiore vel clariore ſtilo ſit uſus:

uſus: quia ſcilicet ad Imperatorem Trajanum non doctiſſimum, ſi Dioni credimus, ſcribebat, illas fere ad eruditiſſimos. Principis ergo ſui dicendi genus effingere conabatur, cum oratoris virtus praecipua ſit dicere, quae videat lectoribus placere. Numquam enim arbitrarer, quod Martialis de Gallicis & Hiſpanis ſuis verſiculis, ideo minus politos, quia in provincia, non in urbe, nati eſſent: idem accidiſſe in Bithynia Caecilianis epiſtolis, ſive eas fecerit non conſilio publicandi, ſed poſt ejus obitum ab amicorum aliquo, quod ad Lentulum Ciceronis literis contigit, editae ſint, & ideo minus preſſae: quia ab auctore ſuo non caſtigatae: an potius, quod & ipſe fatetur, ut libellorum ſuorum vario filo diverſa lectorum ingenia detineret? Neque tamen interdum diſſimulare potuit, quin pleraque multa in praecedentibus uſurpata iſtis inſerat, quale illud, qua publice qua privatim. Nam ad Romanum ſcripſerat, Qua foeminae, qua viri. Et ad Marcum, Qua officiis maximis, qua principum amicitia. Item verba, qualia ſunt, alioqui, durum, diſpice, in melius, ad exemplum pertinens, omnia integra, advocationibus renunciavi, delegato mihi officio. Cum patronum me optaſſent provinciales contra Marium Priſcum, conſtare rationem, ab ineunte aetate condiſcipulus & contubernalis, fundos emancipavit, ſub ſigno, natalium ſplendor, de mora queri. Et ne minima quaeque colligamus, pares etiam ſenſus & res hinc inde occurrent, ut ad Trajanum, ubi gratulatur deos feſtinaſſe ad gubernacula reip. admovere illum: & in Panegyrico aſſerit brevi poſt adoptionem Trajani, Nervam e vita migraſſe. Et mox indicat apud eundem ſe expertum duo matrimonia, id quod etiam in epiſtolis ad familiares aperte colligitur: ut taceam, quod hic Julii Serviani optimi viri, cujus alibi jam mentionem fecerat, meminerit. & in ſequenti epiſtola teſtatur ſe egiſſe contra Marium pro Afris, quam rem libro ſecundo pluribus complexus eſt. Quid dicam de praefectura aerarii, de qua praeter ad Trajanum ſaepe ſcribit in praecedentibus & in Panegyrico? Item quod latum clavum pro Voconio Romano, quem alibi fere iisdem verbis commendavit, ab Imperatore petat, ſicut Actio Surae praeturam, denique iter ſuum ab urbe in Bithyniam Trajano nunciet: ut omittam eundem ſcribere ad Septitium in praefatione praecedentium, ſe collecturum epiſtolas quae negligebantur, tanquam minus politae: & additurum quas poſtmodum ſcriberet. proinde ad Trajanum dixerit, Diem domine quo ſervaſti imperium, dum ſuſcipis. Et in Panegyrico: Exſpectatum eſt tempus, in quo liqueret non tam accepiſſe te beneficium, quam dediſſe. Confugit in ſinum tuum concuſſa reſpubl. tuensque imperium ſuper Imperatoris voce tibi delatum eſt. Item, Hic ego, inquit, quia ſciebam acta Baſſi Procoſ. reſciſſa, dictumque a Senatu jus omnibus, de quibus ille aliquid conſtituiſſet, ex integro agendi duntaxat per biennium. illic vero eandem rem brevius, & ideo minus aperte, ut loco conveniebat, tractans: Eſſe veri dixerat principis, intercedere iniquitatibus magiſtratuum, infectumque reddere quicquid non oportuerit. Ad haec ad Priſcum, Nuper ab optimo principe trium liberorum jus impetravi, quod quanquam parce & cum delectu daret, mihi tamen, tanquam liceret, indulſit. Quare Trajanus Secundo reſcribens idem jus pro Tranquillo roganti, quam parce, inquit, haec beneficia tribuam, utique mi Secunde cariſſime tibi ſatis eſt exploratum. In fine harum epiſtolarum, quamvis ſuppreſſo nomine, Fabati proſoceri obitum memorat. Denique illa Caecilii ad Trajanum epiſtola, quam Paulus Oroſius, Euſebius in Chronicis, Tertullianus in apologetico Secundo tribuunt, ſatis

ſuperque

ſuperque ſola noſtram ſententiam comprobat. Eam enim in hoc libello offendes, cui ſubeſt Trajani reſcriptum in eundem ſenſum a praedictis auctoribus recitatum. At dicet aliquis, Sidonius tamen Apollinaris refert Plinium novem duntaxat epiſtolarum libros poſteris reliquiſſe. Sed quos ipſe ſibi imitandos propoſuerat, ſed quos eruditiores arbitrabatur, quosque ad amicos ſcripſerat. Nam ad Trajanum epiſtolas, utpote res graviſſimas complexus, nulla ſibi oblata ſimili facultate ſcribendi, conſulte ſubticuit. Proinde potuit Sidonius eas ignoraſſe. ſcriptor ſane ſui ſeculi contentus eruditione, & qui non omnes bibliothecas in illa librorum caritate diſcuſſerat. In ſumma, qui negant has ad Trajanum epiſtolas eſſe Plinii Secundi, confitentur ex profeſſo neutras bene légiſſe. Fatear tamen neceſſe eſt, primum nobis in animo fuiſſe has intactas relinquere, & quia uno tantum exemplari, praeter impreſſa, nec illo admodum vetuſto adjuti ſumus, & ne idcirco anſam maledicis objurgandi daremus. Sed cum altius conſideraviſſemus, nullam non quamlibet oblatrandi occaſionem, quamvis iniquam detractores aucupaturos: & puritatem Latini ſermonis in hoc opuſculo intueremur, ex ejusque lectione multarum rerum commodum multos conſecuturos, quibusque priorum ſtilus preſſior & emunctior non placuiſſet, poſſe hoc ſolutiore vel faciliore detineri: adhibuimus eam, quam potuimus, diligentiam & emendando, & interpretando, ſpreta invidorum malevolentia, imprimis illud Secundi laudatiſſimum reputantes, oportere privatis utilitatibus publicas anteferre: tum etiam patrocinio tuo freti, qui ſoles noſtra lata praedicatione circumferre: nec favoris minus in nos collaturus ſit Jaſon vir conſultiſſimus legum moderator & illuſtris interpres, quodam providentiae dono mortalibus datus, ſubſequaturque patrui veſtigia paſſu robuſtiſſimo: quamvis adoleſcens Thomas filius tuus, quem ſperamus, ſi virtutes ejus & ingenium maturuerint, pariter ab illo adoptatum iri, ejusque doctrinae ac honorum aliquando ſucceſſorem futurum, ut propemodum in domo veſtra tale quoddam conſpecturi ſimus, quod olim in Curia perpetua ſerie. Nam tu, etſi non effecte praeceptis oratorum fueris inſtitutus, ita tamen a natura quodam dicendi flumine exuberas, vel rebus maximis exercitatus, ut dicendi artes edoctos longe praevenias. ad hoc proceritas & habitudo corporis, & bona fortunae, quae large tibi ſupercurrunt, animi bonis plurimum ornamento ſunt. Veſtro igitur praeſidio tutus ſinam per ora virum volitare ad Trajanum epiſtolas jam meliores, jam faciliores: ex quibus, ſi aliquid ad vos gloriae perveniet, certum habeo tantundem honoris vos ſuſcepturos, contra maledicos, pro Secundo, pro interprete cariſſimo.

Epiſtola

Epiſtola I. [1] C. PLINIUS SECUNDUS AD TRAJANUM IMPERATOREM.

Gratulatoria ob Imperium S.

ARGUMENTUM.

Gratulatur Trajano, quod brevi poſt adoptionem accepit Imperium Romanum, eique felicitatem optat.

TUA quidem pietas, [2] Imperator ſanctiſſime, optaverat, ut [3] quam tardiſſime [4] ſuccederes patri: ſed dii immortales feſtinaverunt, virtutes tuas ad [5] gubernacula Reipublicae, quam
2 ſuſceperas, admovere. Precor ergo, ut [6] tibi, & per te generi

1. *C. PLINIUS.*] Dubitat A. Schottus de auctore ad Victorini Caeſares pag. 96. ſed nulla addita ratione. BARTH.

2. *Imperator ſanctiſſime.*] In aliis fere omnibus Epiſtolis Plinius ſimpliciter Trajanum ita compellat, DOMINE: ut & Galli hodie Regem ſuum unico verbo compellant, SIRE. Hic autem Imperatorem vocat *ſanctiſſimum*, (ut & Paulus Alexandrum, in Leg. LXXXVII. Titia §. ult. D. de Legat. II. Quomodo & apud Scaevolam eſt *ſanctiſſimus & nobiliſſimus Imp.* in Leg. III. D. natalib. reſtit.) qui alias etiam *Sacratiſſimus* dici ſolet: ſicut & leges ſacratiſſimae, in Leg. IX. & paſſim alibi C. de Legibus. Sic Plinius Epiſt. XX. infra Imperatori noſtro *ſanctiſſimo* honores: & Epiſt. CI. ſuper magnas plurimasque virtutes *ſanctitatem* tribuit. Bonum igitur factum, quod non de omnibus verum eſt illud Senecae: *Sanctitas, pietas, fides, privata bona ſunt, qua juvat Reges eunt.* Sic & civilis ſapientia *res ſanctiſſima* dicitur, in Leg. I. §. 1. proinde. D. de extraord. cognition. Sed & uxores ſuas mariti honeſtiores ſalutabant *ſanctiſſimas Dominas:* ut ex teſtamento cujusdam Scaevolae refert haec verba: *Sanctiſſima domina.* Leg. XIX. Titia. §. 1. D. de annuis legatis. Quae vero ſint *res ſanctae* in Jure noſtro, & quae partes legum proprie dicantur *ſanctiores*, explicatur in Inſtit. ad §. ſanctae. de rerum diviſione. & in Leg. XII. ſanctio legum. D. de poenis. RITTERSHUSIUS. Non modo imperatores ipſi *ſanctiſſimi* dicti a veneratione & inviolabilitate; ſed & omnes res ad imperatorem pertinentes *ſacrae.* Sic *ſacrum palatium*, *ſacrae largitiones*, *ſacrae epiſtolae*, *ſacratiſſimae conſtitutiones* & innumera talia: alio certe ſenſu, quam Lucanus de Catone Lib. VI. vs. 311.

——— *nec* ſancto *caruiſſet vita* Catone.

& de uxore Hortenſii atque Catonis Lib. II. vs. 327.

—— —— —— *quas* ſancta *relicto*
Hortenſi moerens irrumpit Marcia *buſto.*

quas tamen diverſas notiones Ritterhuſius male confundit.

3. *Quam tardiſſime.*] Ut ille diutiſſime vixiſſet. Idem in panegyrico: *non aliud tibi ex illa adoptione, quam filii pietatem, filii obſequium adſervaſti, longamque huic nomini aetatem, longam gloriam precatus es.* CATAN.

4 *Succederes patri.*] Nervae puta: qui adoptavit Trajanum. BUCHNER.

5. *Gubernacula.*] Etſi ſtatim a parente fuerit factus Caeſar, & conſors imperii, tamen ob reverentiam volebat Nervam appellari, & eſſe imperatorem. CATAN.

6. *Tibi, & per te.*] Quia genus humanum non poteſt eſſe ſalvum, niſi te incolumi, id quod latius in eadem oratione tractat. IDEM.

1. Fer-

generi humano proſpera omnia, id eſt, digna ſeculo tuo contingant. [1] Fortem te, & hilarem, Imp. optime, & privatim & publice opto.

II. C. Plinius Trajano Imp.

Gratias agit.

Imperatori gratias agit, quod ſe dignatus eſſet jure trium liberorum.

EXprimere, Domine, verbis non poſſum, quantum mihi gaudium attuleris, quod me dignum putaſti jure trium liberorum. Quamvis enim Julii Serviani, optimi viri, [2] tuique amantiſſimi, [3] precibus indulſeris, tamen etiam [4] ex reſcripto intelligo, libentius hoc ei te praeſtitiſſe, quia pro me rogabat. Videor ergo ſummam voti mei conſecu- 2
tus, cum inter initia [5] feliciſſimi principatus tui probaveris, me ad [1] pecu-

1. *Fortem te & hilarem.*] Fortem conſtantemque imperatorem optat, ſed non ſeverum ac triſtem; ſed potius benignum ac comem, & ſic jucundum. Nam laeta ſeu hilaris indoles, triſti atque ſeverae opponitur. Recte autem haec optat. nam alterum reverentiam, alterum amorem conciliat: quae duo cum aſſecutus Princeps eſt, tutum & firmum imperium habet. BUCHNER. Conjungit iſta vocabula auctor Lib. IV. Epiſt. I. n. 7. *Contingat modo te filiamque tuam* fortes *invenire! nam continget* hilares, *ſi nos incolumes receperitis.* Sed id ad *privatim* fortes hilareſque pertinet. *Publice fortem* imperatorem intelligimus, qui ſufficit publicae rei, & ſtatum optimum undiquaque tuetur; *hilarem*, qui ipſe inde voluptate perfruitur, & ut parentes ipſi perfruantur laborat. Contrarios Hiſtoriae Auguſtae ſcriptae ſcriptores & alii *triſtes* vocant: de quo ſignificatu ſupra aliquid diximus. Paullo aliter *incolumem & fortem* imperatorem optat infra Epiſt. LXXXIX.

2. *Tuique amantiſſimi*] Nam bis conſulatum geſſit ſub Trajano, cui adeo charus fuit, auctore Dione, ut eum dignum imperio judicaverit, & aliquando ſucceſſorem ſuum cogitaverit. In convivio enim quaeſivit ab amicis, ut decem viros nominarent, quibus Reipublicae ſumma tuto demandari poſſet, cum omnes per aliquod temporis ſpatium ſe intra ſilentium continerent: *novem*, inquit Trajanus, *per vos diſcere cupio: Ego unum Severianum.* Ita enim appellat, quem alii *Servianum* ſcribunt. CATAN.

3. *Precibus indulſeris.*] Infra *deſiderio indulgere.* Epiſt. XXXIV. & XXXV. dixit. *Deſideria* enim ſaepe pro rogationibus ſive precibus ponuntur. Panegyrici cap. LXXIX. *Videmus ut provinciarum deſideriis, ut ſingularum etiam civitatum* precibus *occurrat.* Et ita non ſemel uſus hac voce Suetonius eſt. *Indulgere* eſt per gratiam dare, largiri, & τῷ *Imperare* opponitur. Martialis Praefat. Lib. XII. *Imperavi mihi, quod* indulgere *conſueveram.* Vet. Gloſſ. δαψιλεύομαι, *Largior, indulgeo.* Inde *Indulgentia*, gratia Imperatoria, & ipſi Imperatores *indulgentiſſimi* dicti, quos hodie *Clementiſſimos* appellamus. Exempla hic ipſe liber plura ſuppeditat. BUCHNER.

4. *Ex reſcripto*] Poſſumus intelligere vel ipſas literas Trajani reſponſorias ad Julium Severum; vel diploma conceſſum Plinio de illo Jure ſeu privilegio trium liberorum. Alias quid ſit Reſcriptum principis, notum eſt ex Inſtit. Lib. I. Tit. II. RITTERSHUS.

5. *Feliciſſimi Principatus tui.*] Coepit haec ſeculi beatitudo cum Nerva: ut praeclare apparet ex hiſce Taciti in prooemio vitae Julii Agricolae. *Nunc demum* (inquit) *redit animus, &c.* Vide ibid. in praecedentibus antitheſin temporum ſuperiorum Domitiani, &c. Sic idem Tacitus felicitatem ſuorum temporum ſub Trajano praedicat: ut initio Annalium, ubi etiam de Principatu ejus (quemadmodum & D. Nervae) ſcripturum ſe pollicetur. *Quod ſi vita ſuppeditet,* (inquit) *principatum Divi Nervae & imperium Trajani, uberiorem ſecurioremque materiam ſenectuti ſepoſui:* RARA TEMPORUM FELICITATE, UBI SENTIRE QUAE VELIS, ET QUAE SENTIAS, DICERE LICET. Haec Tacitus, quae praeſentem epiſt. mirifice illuſtrant. Quod utinam ejus promiſſa apparuiſſent, vel ad nos certe illa, quae de Principatu Nervae ac Trajani fortaſſe ſcripſit, pervenire potuiſſent! Ad-

 do

[1] peculiarem indulgentiam tuam pertinere: eoque magis liberos concupiſco, [2] quos habere etiam illo triſtiſſimo ſeculo volui, ſicut potes
3 [3] duobus matrimoniis meis credere. Sed Dii melius, qui omnia integra bonitati tuae reſervarunt. [4] malui hoc potius tempore me patrem fieri, quo futurus eſſem & ſecurus, & felix.

III. *Catanaeo & Rittershuſio eſt* V.

C. Plinius Trajano Imp.

Petit latum clavum amico.

Petit a Trajano Voconium Romanum condiſcipulum & contubernalem ſuum, virum eruditum & nobilem, promoveri in ordinem ſenatorium.

[5] INdulgentia tua, Imp. optime, quam pleniſſimam experior, horta-

tur

do & hoc: Felicitatem illam poſt Domitianum ſecuturam, praeſignificatam fuiſſe ei per ſomnium de aureo gibbo, quem pone cervicem ſibi enatum ſomniabat, quo beatior poſt ſe laetiorque portenderetur Reipub. ſtatus. Vide Suetonium de hoc ſomnio. RITTERSHUS.

1. *Peculiarem.*] Raram. nam Plinio petenti, ut idem jus Tranquillo Suetonio concederet, reſpondit Trajanus, *eum ſcire quam parce haec beneficia tribuat.* & ad Priſcum de Voconio ſcribens, Secundus, id quod etiam mox commemorat: inquit, *Ego Voconio nuper ab optimo principe trium liberorum jus impetravi, quod, quanquam* parce & *cum delectu daret, mihi tamen tanquam liceret indulſit.* CATAN.

2. *Quos habere etiam illo triſtiſſimo ſeculo volui.*] *Triſtiſſimum ſeculum*, Domitiani Principatum vocat. Optaſſe liberos, ex eo probat, quod priore conjuge mortua, alterám ſuperinduxerit: omiſſurus, niſi liberos ſibi quaeſiviſſet. Lib. VIII. Epiſt. X. Fabato Proſocero ſuo ſcribit: *neque ardentius tu pronepotes, quam ego liberos cupio.* BUCHNER.

3. *Duobus matrimoniis.*] Pro argumento deſiderii ſui, quo ſobolem expetebat Plinius, adfert iterationem matrimonii, cum prius ſterile fuiſſet expertus. Nomen autem unius uxoris Calpurniae fuit, de qua dixi ſupra in vita ipſius. altera quod nomen poſſederit, nondum habeo compertum. Sciendum eſt autem de ſecundis nuptiis, Plinii tempore nondum ita odioſas fuiſſe, ut poſtea eſſe coeperunt ſub Imperatoribus ſequentibus, maxime Chriſtianis. Imo horum Conſtitutiones de coercendis ſecundis nuptiis ex diametro pugnant cum paganorum Legislatorum mente & inſtituto: quippe qui poenam conſtituerint viduitati: quod *Vidubium* dicebant, ut coelibatus mulctam, *Uxorium.* Videndus Scaliger in Feſtum. De ſecundis nuptiis dixi in Expoſitione methodica Novellarum parte IV. cap. 3. & trib. ſeqq. RITTERSHUS. Nobilis locutio, *matrimoniis credere.* Sic Lib. VI. Epiſt. VIII. n. 8. *quam vim habeat offenſus*, crede ei, quam *in amore habet* Lib. VII. Epiſt. XXXI. n. 5. *Idem quam reverenter quam fideliter amicos colat, multorum* ſupremis judiciis credere *potes.* Ita Quinctilianus Declam. VII. cap. XII. *Meis, meis hoc* ignibus nega, & *dum me per ſingulos artus tortor interrogat, perfer ſaltem non credendi patientiam.* Lucanus Lib. VII. vs. 705.

Crede deis, longo fatorum crede ſavori,
Vincere pejus erat.

adde eumdem Lib. I. vs. 94. CORTE.

4. *Malui hoc potius tempore, &c.*] Sub tam bono & ſalutari Imperatore. Idem Noſter Panegyrici cap. XXVI. extr. *Super omnia eſt tamen, quod talis es, ut ſub te liberos tollere libeat, expediat.* Vide & cap. XXVI. & Senecam Lib. I. de Clementia cap. XIII. *Tollere liberos*, ſuſcipere eſt. Nam nati infantes deponebantur in terra; quos ſi alere & educare cogitaret pater, levabat, ſive attollebat. Terentius Andria: *Quicquid peperiſſet, decreverunt* tollere. BUCHNER.

5. *Indulgentiam quam pleniſſima experior.*] Si-

militer

tur me, ut audeam [1] tibi etiam pro amicis obligari; inter quos ſibi vel praecipuum locum vindicat Voconius Romanus, ab ineunte aetate condiſcipulus & contubernalis meus. Quibus ex cauſis & a Divo patre 2
tuo petieram, ut illum [2] in ampliſſimum ordinem promoveret, ſed hoc votum meum bonitati tuae reſervatum eſt, quia mater Romani [3] liberalitatem ſeſtertii quadringenties, quod conferre ſe filio codicillis ad

militer infra Epiſt. XII. *Cum tam* plenam indulgentiam *cum tota domo mea* experiar. & Epiſt. XCV. *cujus in omnibus deſideriis meis* pleniſſimam indulgentiam *experior.* Et alibi ſimiliter. Significat autem hiſce tot locis Plinius, nullam unquam rem tantam fuiſſe, aut tam arduam, quae ſibi petenti fuerit a Trajano denegata, nunquam ſe ab ejus conſpectu triſtem dimiſſum eſſe. Sic aliis quoque multis exemplis Imperatori adſcribit *indulgentiam*, ſignificans hoc verbo ipſius munificentiam, ſive liberalitatem & facilitatem annuendi deſideriis ſupplicantium. Ita & Paulus uſurpat in Leg XI. is cui. D. de alim. & cibar. leg. *Indulgentia Imperatoris reſtitutus.* Et Javolenus in Leg III. D. de conſt. Princip. *Beneficium Imperatoris, quod a divina ſcilicet ejus* indulgentia *proficiſcitur, quam pleniſſimum interpretari debemus* Sic Tacitus (an Quintilianus?) Dialogo de Orationib. *Laudavimus nuper, ut miram & eximiam Veſpaſiani liberalitatem, quod quinquaginta ſeſtertia Baſſo donaſſet Pulcrum id quidem*, indulgentiam *principis ingenio mereri, &c.* Eſt autem *Indulgentia* vocabulum medium, ut vocant Grammatici. aliquando enim etiam in malam partem ſumitur: ut, *Blanda patrum ſegnes facit indulgentia natos.* Gloſſ vet *Indulgens*, φιλοστοργος. *Indulgetur*, δαψιλεύεται. RITTERSHUS.

1. *Tibi etiam pro amicis obligari*] Metalepſis eſt Conſequentis. h e. pro amicis beneficia petere & ita eorum nomine tibi obligari. Infra Epiſt. XXII. n 2. *De qua ignorantia mea non queror, per quam ſtetit, ut* tibi pro *eodem homine ſaepius* obligarer

2. *In ampliſſimum ordinem.*] *Ampliſſimus ordo*, & hic, & alibi Noſtro, Senatorius eſt, de quo & ſupra alibi monuimus. Ita & Suetonius vocat Othone cap. VIII. & Veſpaſiano cap. II. Prudentio *Excellentior ordo* dicitur priore in Symmachum V. DLXXII. reſpectu equeſtris & plebeji. Adenantium notavimus jam olim, & abſolute *ordinem* de Senatu a Publitio Optatiano dici. Cujusmodi exempla & in veteribus Inſcriptionibus non pauca obſervavimus, ſed in praeſenti omittenda. BUCHNER.

3. *Liberalitatem ſeſtertii quadringenties*] Bene ita ab optimo Grutero editum; minus bene a Catanaeo, *ſeſtertiis*, ſi rationem recte & Latine loquentium attendas. Nam ſalva ea quis *liberalitatem ſeſtertiis* dicat? *Liberalitas ſeſtertii quadringenties*, dicitur, quae tanta ſumma conſtat. Ut ſi pro illis verbis in Attico Nepos, *univerſos frumento donavit, ita ut ſingulis ſex modii tritici darentur*, ita ſcripſiſſet; *ut ſingulos ſex modiorum tritici liberalitate proſequeretur.* Nam veteres *hoc quadringenties*, *hujus quadringenties* & ſic deinceps, ſub figura nominis, ut alia hujus generis adverbia: item *ſeſtertius*, & *ſeſtertium*, adjective, ut technici loquuntur, dicebant; de quo multis Joſephus Scaliger eruditiſſimo de re nummaria Commentario docet. *Seſtertium quadringenties*, ſumma dicitur, quae quadringenties centum mille ſeſtertios continebat, qui 1000000. Coronatos faciunt. Ita enim veteres adverbia amplificativa, quae vocabant, ut ſunt *decies*, *centies*, *millies*, *&c.* uſurpabant. Sed illa ſumma cum ſit immanior, quam liberalitati Equeſtris ordinis foeminae quae congruat; plane perſuadeor, mendoſum eſſe hunc locum, ut plures alios apud auctores, ubi ſummae hujusmodi exprimendae erant. Rem cogitanti attentius, ſuſpicari ſubit illud *ſeſtertiis*, quod ſuis in libris Catanaeus invenerat, verum ſincerumque; alterum vero, *quadringenties*, corruptum ac interpolatum eſſe ex *quadringentis*, itaque reſtituendum hunc locum: tamen, ut praepoſitio *in* τῷ *ſeſtertiis*, praeponatur, quae hactenus in ultimo elemento praecedentis dictionis, *liberalitatem*, latuit abſorpta. Quare totum locum ita refingendum arbitror: *quia mater Romani liberalitatem in ſeſtertiis* quadringentis *& nondum ſatis legitime peregerat.* *Liberalitas in ſeſtertiis ſexcentis*, eſt ſexcentorum ſeſtertiorum. Ut ea voce non ſeſtertii nummi totidem, ſed totidem ſeſtertia intelligantur. Dicitur enim *ſeſtertium* Latinis ſumma, quae mille nummis ſeſtertiis aeſtimabatur. Itaque quadringenta ſeſtertia, totidem millia nummum, ſive 10000 Coronatos efficiunt. Simili ratione Eumenius Rhetor Panegyrico de reſtauratione Scholarum Maenianarum praepoſitione *in* uſus ſcribit: *Salarium me liberaliſſimi Principes ex hujus Reip. viribus* in ſexcentis millibus nummum *accipere juſſerunt.* *Salarium in ſexcentis millibus*, pro *ſexcentorum millium nummum*, ut hic *liberalitas in ſeſtertiis quadrin-*

ad patrem tuum ſcriptis profeſſa fuerat, nondum ſatis legitime perege-
3 rat: quod poſtea fecit admonita a nobis. Nam & fundos emancipavit,
& cetera quae in emancipatione implenda ſolent exigi, conſummavit.
4 Cum ſit ergo finitum, quod ſpes noſtras morabatur, non ſine magna
fiducia [1] ſubſigno apud te fidem pro moribus Romani mei, quos & li-
beralia ſtudia exornant, & eximia pietas, quae hanc ipſam matris libe-
ralitatem, & ſtatim patris hereditatem, & [2] adoptionem a vitrico me-
5 ruit. Auget haec & natalium & paternarum facultatum ſplendor,
quibus ſingulis multum commendationis acceſſurum etiam ex meis
6 precibus, indulgentiae tuae credo. Rogo ergo, Domine, [3] ut me
exoptatiſſimae mihi gratulationis compotem facias, & honeſtis (ut ſpero)
affectibus meis praeſtes, ut non in me tantum, verum & in amico glo-
riari judiciis tuis poſſim. *Vale.*

IV.

dringentis, pro *quadringentorum.* Poſſit offendere aliquem, quod ſequitur mox; *quod conferre ſe filio, &c* cum id ad illa ſexcenta ſeſtertia minime reſpondere videatur. ſed ſunt in medio hujus locutionis exempla probatiſſimorum auctorum, quibus haeſitatio iſta facile tolli queat. Poſſis etiam, *liberalitatem ſeſtertii quatuordecies* legere, quo admiſſo, omnia plana erunt & expedita. Ea autem de cauſa factum eſt, ut Voconius latum clavum, ſeu Senatorium ordinem a Nerva ob nondum peractam legitime liberalitatem matris impetrare haud potuerit, quod Senatorium cenſum ea ratione nondum haberet, qui ante octingentis, poſt ab Auguſto duodecies ſeſtertio taxatus eſt. Suetonio auctore, a quo tamen Dio in ejusdem rei narratione in annumeranda utraque ſumma aliquid discrepat. quos licet conciliare primum in Electis Lipſius, poſt & Torrentius ad Suetonium conatus ſit; tamen Socraticorum more Caſaubonus maluit ἐπέχειν. *Legitime* eſt ex legum praeſcripto ac diſciplina, ita, ut ſatis valida eſſet illa liberalitas. BUCHNER. Non vacat ſingula excutere, quae Buchnerus adtulit. Jam Budaeus de Aſſe Lib III. pag 23. *quadragies*, pro *quadringenties*, ſubſtituit, ne ſumma vidererur adeo immanis. Gronovio Lib. II. de Pec. Vet. cap. III. placet: *liberalitatem ſeſtertii quaterdecies*, quomodo & Buchnerum pro *quatuordecies* ſcribere voluiſſe exiſtimat. Illic permulta collecta invenias, quae modum loquendi abunde tuentur. Noſter Lib. VII. Epiſt. XXIX n. 2. *Huic ſenatus decrevit* ſeſtertium *centies quinquagies*, cujus *honore contentus fuit. Liberalitatem peragere* prorſus Plinianum eſt, pro perficere, conſummare, quomodo verbo cum alibi, tum Lib. VII. Epiſt. IX. n 6. uſus eſt. Illud *legitime* optime illuſtravit Brummer. ad Leg. Cinc. cap. XIII. referens ad *mancipationem*, de qua mox auctor, quaeque donationibus ex Lege Cincia intervenire debebat.

1. *Subſigno.* auget *fidem.*] Sic edidit Henr. Stephanus una cum aliis, ac diſtinxit: nullo ſenſu. Veriſſima autem eſt altera lectio Editionis Venetae Aldi Manutii, eamque ſecutae Argentin. *Subſigno* apud *te fidem:* id eſt, ſpondeo pro Voconio: & velut ſyngrapha data fidem meam interpono. Eadem locutione utitur idem Plinius Lib. III. Epiſt. I. *Idque jam nunc apud te* ſubſigno. Plane autem diverſum ab hac formula eſt illud, quod alibi dicitur de ſignandis votis: de quibus ad Epiſt. XLIV. RITTERSHUS. Vulgo: *ſubſigno.* auget *fidem pro*, cet nullo ſenſu, quod jam vidit Rittershuſius, qui recte poſterioris Aldinae: *ſubſigno* apud *te fidem* comprobat. Prior leviter corrupta eſt: *ſubſigno* adit *te fidem.*

2 *Adoptionem a vitrico.*] Cum mater ejus transiſſet ad ſecunda vota, maritus precibus uxoris motus illum in filium adoptavit. Itaque cum amico in familiar. Epiſt. Voconium commendaret, *pater*, dixerat, *ei in equeſtri gradu clarus, clarior vitricus, immo pater alius: nam huic quoque nomine matris pietate ſucceſſit.* CATAN.

3. *Ut me exoptatiſſimae mihi gratulationis compotem facias*] Gratulationis, id eſt, voti ac deſiderii: quo cupiebat Voconium quamprimum Senatorem videre, & ei de iſto honore gratulari. Conſequens poſuit pro antecedenti eleganter. BUCHNER.

I. Ia-

IV. VI. Plinius Trajano.

Civitatem Romanam Harpocrati Iatraliptae ſuo petit.

Pro cura & diligentia, qua uſus eſt Harpocras medicus erga ſe aegrum, rogat Trajanum ei dari civitatem Romanam: item nomine Maximillae patronae libertis Heliae & Antoniae Harmeridi jus Quiritium.

PRoximo anno, Domine, graviſſima valetudine usque ad periculum vitae vexatus, [1] Iatralipten adſumpſi, cujus ſollicitudini & ſtudio, [2] tuae tantum indulgentiae beneficio, referre gratiam parem poſſum. Quare rogo, des ei civitatem Romanam. Eſt enim [3] peregrinae 2
conditionis, manumiſſus a peregrina. Vocatur ipſe Harpocras, patronam habuit [4] Thermuthin Theonis, quae jam pridem defuncta eſt. Item rogo, [5] des jus Quiritium libertis Antoniae Maximillae, ornatiſſimae

1. *Jatralipten aſſumpſi.*] Id eſt, uſus ſum ipſius opera. Eſt autem ἰατραλείπτης compoſita dictio, ab ἰατρὸς, quod Graecis eſt *medicus*, & ἀλείπτης, id eſt, *unctor*: qua dictione ſignificatur medicus talis, qui unctionibus & frictionibus potiſſimum curat aegrotos, ſive unguentarius. Eodem vocabulo tanquam Latino etiam Cornelius Celſus utitur Lib. I. de re medica cap. I. *Sanus homo, qui & bene valet, & ſuae ſpontis eſt, nullis obligare ſe legibus debet, ac neque medico, neque* iatralipta *egere.* Videatur & Plinius alter Lib. XXIX. cap. I. Obſervandum hic, multa eſſe vocabula origine Graeca, quae apud Plinium tanquam Latina uſurpantur; ut infra habebimus *Pſephiſma, Nomon, Bulen, Buleutas, Dianomen, Apoſphragiſma*, & ſimilia RITTERSHUS.

2. *Tuae tantum indulgentiae beneficio.*] Infra Epiſt. VI. n. 1. *cui parem gratiam referre beneficio tuo poſſum.*

3. *Peregrinae conditionis.*] Quod ipſemet (niſi eſt aliqua gloſſula introducta ab ignaro ſcriptore) exponit, *manumiſſus* inquiens *a peregrina.* Nam cum manumiſſus ſequeretur libertatem patroni, is ſi erat peregrinus, neceſſe erat & manumiſſum eſſe conditionis ejusdem. CATAN.

4. *Thermuthin Theonis.*] Scilicet filiam. Ita enim loquebantur veteres. Sic *Ajax Oilei, Deiphobe Glauci* apud Virgilium. Noſter paulo poſt Epiſt. VI. Chryſippo *Mithridatis, uxorique Chryſippi Stratonicae Epigoni.* BUCHNER.

5. *Des jus Quiritium libertis, &c.*] Non jus Romanae Civitatis, ſed Latinitatis tantum: ſive Jus Latii, quod proximum Romanae Civitati: quod qui conſecuti eſſent Romani Cives fieri poterant, ſi magiſtratum geſſiſſenr domi, & relicta civitate ſua migraſſent Romam; denique nave, piſtrino, aedificio. *Jus Latinorum* Suetonius vocat, abſolute *Latium* Noſter Paneg. cap. XXXVII. Ceterum *Libertis* non *Libertabus* dixit, quod praeceperunt nonnulli diſcernendi ſexus gratia, quamquam contra rationem, ut Diomedes recte monet. Soſipater Chariſius obſervat, in teſtamentis conſueviſſe dici talia, ob ſexus diſcrimen: idque ab Juriſperitis ſecernendae ambiguitatis gratia inſtitutum: quamvis hoc ſordide dici, idem prudenter agnoſcat. nam ſubjicit: *Ob quam* (ambiguitatem ſecernendam puta) *multa ſordide ab auctoribus dicta.* Culpat & Priſcianus Lib. VII. quare Noſter abſtinuit, ut elegantiae ac nitoris ſtudioſus. BUCHNER. *Des jus Quiritium, &c.*] Miſere fallitur hic Buchnerus, cum *jus Quiritium* non jus Romanae civitatis, ſed Latinitatis eſſe tradit. Immo *jus Quiritium* eſt jus civitatis Romanae. Sueton. Claudio cap. XVIII. *Naves mercaturae cauſa fabricantibus magna commoda conſtituit. Pro conditione cujusque, civibus vacationem Legis Papiae Poppeae:* *Latinis* jus Quiritium: *foeminis jus quatuor liberorum.* Si *jus Quiritium* nihil eſt aliud, quam jus Latii, quare illis, qui jam ſunt conditionis Latinae, pro magno beneficio datur *jus Quiritium*, ſi juvare annonam fabricandis navibus velint? Similiter Plinius hoc libro Epiſt. CV. *Valerius, Domi-*

ſimae foeminae, Heliae, & Antoniae Harmeridi: [1] quod a te, petente patrona, peto. *Vale.*

V. XI. C. Plinius Trajano.

Impetratae civitatis Alexandrinorum pro Harpocrate gaudium teſtatur, rogatque ut literas ſibi ad Pompejum Plantam mittat, & patiatur quam longiſſime ſibi occurrere.

Exprimere, Domine, verbis non poſſum, quantum me gaudio adfecerint [2] epiſtolae tuae, ex quibus cognovi, te Harpocrati [3] Iatraliptae meo etiam Alexandrinam civitatem tribuiſſe, quamvis ſecundum inſtitutionem principum non temere eam dare propoſuiſſes.
2 Eſſe autem Harpocran [4] νομȣ̃ Μεμφιτικȣ̃, indico tibi. Rogo ergo, indulgentiſſime

ne, Paulinus excepto uno, jus Latinorum ſuorum mihi reliquit: ex quibus rogo tribus interim jus Quiritium *des.* Gronov. Recte quidem Buchnerum refutavit vir ſummus, ſed nec ipſe ſibi ſatis cavit, dum *jus Quiritium* & *civitatem Romanam* confundit. Ulpianus quidem Fragm. Tit. III. §. 2. *Beneficio*, inquit, *principali Latinus* civitatem Romanam *accipit*, *ſi ab imperatore* jus Quiritium *impetravit*; Sed Noſter ſemel atque iterum ſollicite utrumque jus diſtinguit, ut ſtatim Epiſt. VI. n. 2. Unde viri docti haec ita diſcernunt, ut *jus Quiritium* privatum civium jus, *Civitas* autem publicum jus complectatur. Vide Spanhem. ad Con ſtit. Antonin. Imp. Diſſert. I. pag. 28. Sigon. de antiqu. jure civ. Rom. Lib. I. cap VI. & ſeqq. Manut. de civitat. Rom. & alios. Hic quidem locus, & quem ex Epiſt. VI. citavimus, facile ad Ulpiani mentem corrigi poterat, ſcribendo: *Idem, rogo, jus Quiritium des libertis*, cet. & deinde: *Idem, rogo, indulgeas jus Quiritium L. Satrio*, cet. Sic *idem jus Quiritium* explicaret, quod praecedit, *civitatem Ro.* Verum infra Epiſt. XXII. princ. nimis diſerte iſta opponuntur, ut ejusmodi medicina nullius ſit uſus. Infra an ſcriptura *Antoniae Harmeridi* ſana ſit, valde dubito: haeret tamen in omnibus Edd. Pro *Heliae* Aldus in utraque edidit *Hediae.* Corte.

1. *Quod a te, petente patrona, peto.*] *Petente Patrona*; quia nihil hujusmodi firmiter invitis patronis concedi libertis poterat. *Omne enim quod in fraudem* Patroni *geſtum eſt, revocatur.* Ulpianus ait Leg. I. Si alienatio §. omne III. D. Si quid in fraudem Patroni factum ſit. Sic D. Commodus jus annulorum libertis datum ademit, illis, qui invitis aut ignorantibus *Patronis* acceperant, Marciano auctore L. Divus Commodus III. D. de jure aureor. annulorum. Noſter Epiſt. VI. *Item rogo indulgeas jus Quiritium Lucio Satrio Abaſcanto & Publio Caeſio Phoſphoro & Panchariae Soteridi, quod a te volentibus* patronis *peto.* Buchner.

2. *Epiſtolae tuae*] Rarum eſt, ideoque notandum, *Epiſtolas* ſicut *Literas* plurali numero poni, ut non ſolum hic feciſſe videmus Plinium, ſed & alibi, ut Epiſt. XVII. & XV. Rittershus.

3. *Iatraliptae,*] Medicorum reunctori, cujus artem iatralipticen inveniſſe Prodicum memorat Plinius. Catan.

4. Νόμȣ Μεμφιτικȣ̃.] Praefecturae Memphiticae. Memphitae usque ad ſummum Nili Delta perveniunt. Memphis autem ipſa quondam arx Aegyptiorum regum magna & populoſa, ambitu ſtadiorum centum & quinquaginta, opportuniori totius ejus orae loco, ubi Nilus in plures partes ſciſſus efficit formam deltae: eam Ogdous cognomento Uchoreus condidit. Catan. Νομȣ̃ Μεμφιτικȣ̃.] Ita enim lego, ex duabus malis lectionibus bonam faciens unam: mutato accuſativo νόμον in genitivum non νομȣ, ſed νομȣ̃: & accuſativo Μεμφιτικὸν in genitivum non Μεμφίτȣ (multo autem minus Μεμφύτȣ, ut habent editiones pleraeque, ex quibus eſt Aldina) ſed Μεμφιτικȣ̃. Catan. tamen accuſ. retinet, exponens Praefecturam Memphiticam. Et recte quidem νομὸν vertit praefecturam, quum inter vulgares interpretationes, quae his epiſtolis ſolitae ſunt ſubjungi, videamus

gentiſſime Imp. ut mihi ad Pompejum Plantam, praefectum Aegypti, amicum tuum, ſicut promiſiſti, epiſtolam mittas: obviam iturus, quo maturius, [1] Domine, exoptatiſſimi adventus tui gaudio frui poſſim, rogo, permittas mihi, quam longiſſime occurrere tibi. *Vale.*

VI. XII. Plinius Trajano.

Medici ſui propinquis civitatem petit.

PRoxima infirmitas mea, Domine, obligavit me Poſthumio Marino medico, cui parem gratiam referre beneficio tuo poſſum, ſi precibus meis ex conſuetudine bonitatis tuae indulſeris. Rogo ergo, 2
ut propinquis ejus des civitatem, Chryſippo Mithridatis, uxorique Chryſippi Stratonicae Epigoni, item liberis ejusdem Chryſippi Epigono & Mithridati, ita [2] ut ſint in patris poteſtate, utque iis in libertos ſervetur jus patronorum. Item rogo, indulgeas jus Quiritium L. Satrio [3] Abaſcantio, & P. Caeſio Phoſphoro, & Panchariae Soteridi, quod a te, volentibus patronis, peto. *Vale.*

VII.

mus pro lege accipi: ſed male accuſ. admittit. Alioqui enim oporteret exiſtimare dici *Harpocran* eſſe ipſum νομὸν Memphiticum: quum *Harpocras* vocetur is, cui impetrata fuit primum quidem civitas Rom. deinde vero Alexandrina. Atque ex ipſa quoque Trajani epiſtola νομοῦ Μεμφιτικοῦ ſcribendum eſſe patet, quum in ea dicat: *Tu ex quo nomo ſit notum mihi facere debebis.* Stephanus. *Eſſe autem Harpocran νόμου Μεμφιτικοῦ.*] Ineptiſſime editiones nonnullae, etiam recentiſſima, quod miror, νόμον Μεμφιτικὸν habent: quaſi *Harpocras* νόμου appellatio ſit, & νόμος iſte ſimul & *Harpocras* & Μεμφιτικὸς appellari potuerit. *Harpocras*, ille ipſe *Iatraliptes* Plinii eſt, cujus mentio priore Epiſtola fit, qua ei Romanam civitatem a Trajano petit. Integra appellatio *Harpocrates* eſt: quemadmodum hac ipſa epiſtola paulo ante vocat. ex eo igitur detruncatum *Harpocras*: quod ſibi in propriis nominibus ſaepe & permiſerunt veteres, & hodie pleraeque gentes ſibi indulgent. Sic *Antipas*, ex *Antipater*; *Poſides*, ex *Poſidonius*; *Demas*, ex *Demetrius*; *Alexas*, ex *Alexander*, & alia plura hujus generis dicebant. *Nomos* (Latinum enim fecit Trajanus dicta Epiſt. XXII.) ſive νόμους territoria ſeu praefecturas dicebant Aegyptii, in quas univerſa regio diviſa erat, de quo Strabo Lib. XVII. Plinius Lib. V. Hiſtor. Nat cep. IX. *Dividitur Aegyptus in Praefecturas oppidorum, quos* nomos *vocant. Memphiticus nomos* a Memphi urbe, arce quondam Aegypti Regum, usque ad ſummum Delta pertinebat, ut idem Plinius definit. Buchner. Recte Stephanus νομοῦ Μεμφιτικοῦ, quod repoſui. Bene etiam Aldus *Harpocran*, pro *Harpocram*, Gryphius dedit *Harpocratem.*

1. *Domine exoptatiſſime, &c.*] Scribendum: *quo maturius*, Domine, *exoptatiſſimi adventus tui gaudio frui poſſim.* Gronov. *Exoptatiſſimi* emendaverat etiam ad oram editionis Boxhornii manus erudita.

2. *Ut ſint in patris poteſtate.*] Quaſi dicat, in qua, dum erant peregrinae conditionis, non erant: cum patria poteſtas ſit juris civilis, cujus participes non ſunt homines peregrini, de quo plura dico in Comment. ad Leges XII. Tabularum. Non fruſtra ergo hanc adjicit conditionem, qua omiſſa & parentes quidem & liberi, pro quibus intercedit Plinius, facti eſſent cives Romani, ſed Chryſippus Mithridatis filius liberos ſuos, Epigonum & Mithridatem, in ſua poteſtate non habuiſſet. Neque enim neceſſario cohaerent jura civitatis & jura familiae, quaſi illis conceſſis, tacite & per conſequentiam ſimul etiam iſta debuerint intelligi conceſſa. Ritttershus.

3. *Abaſcantio.*] Romae in aedibus vetuſtiſſimis ſub Quirinali adhuc extat hoc epitaphium: C. PLIN. ABASCANTII. C. PLIN. PHOSPHORUS. Catan. Aldus vitioſe *Abaſcanto.* Nomen ex Statio notum eſt.

1. *Quae*

VII. XIII. Plinius Trajano.

Petit praeturam amico ſuo Actio Surae.

SCio, Domine, memoriae tuae, [1] quae eſt benefaciendi tenaciſſima, preces noſtras inhaerere: quia tamen in hoc quoque ſaepe indulſiſti, admoneo ſimul, & impenſe rogo, ut Accium Suram praetura
2 exornare digneris, cum locus vacet. ad quam ſpem alioqui [2] quietiſſimum hortatur & natalium ſplendor, & ſumma [3] integritas in paupertate, & ante omnia felicitas temporum, quae bonam conſcientiam civium tuorum ad uſum indulgentiae tuae provocat & [4] attollit. *Vale.*

VIII. XIV. Plinius Trajano.

Sacerdotium ſibi petit.

CUm ſciam, Domine, ad teſtimonium [5] laudemque morum meorum pertinere, tam boni principis [6] judicio exornari, rogo, digni-

1. *Quae eſt benefaciendi tenaciſſima.*] Ita infra *tenaciſſimum diſciplinae*, Epiſt. XVII. dixit, id eſt, ita obſervantem & ſtudioſum, ut nulla ratione inde ſubmoveri patiatur. Horatius ſimiliter, *propoſiti tenacem* dixit Lib III. ode III. BUCHNER. Intellige ſimpliciter: quae non facile obliviſcitur, ſi benefaciendum eſt, ſi rogaveris beneficium. Mox *in hoc*, nempe, ut admonerem. Deinde *Accium Suram* ſcripſimus cum Aldo & Gryphio. Forte is eſt, cui mittitur Lib. VII. Epiſt. XXVII.

2. *Quietiſſimum.*] Id eſt, alieniſſimum ab ambitione: alii male legunt, *quietiſſimam.* RITTERSHUS. Lib. VII. Epiſt XXXI. n. 1. *Vir alioqui rectus, integer*, quietus, *ac paene ultra modum verecundus.* Ita *quies* ambitioni ſaepiſſime apud Noſtrum opponitur. Hinc eleganter Tacitus III. Hiſt. cap. L. *quietam induſtriam* dixit.

3. *Integritas in paupertate.*] Paupertas ergo per ſe non eſt (ut docetur pluribus apud Stoicos, Senecam, Epictetum & alios) ex genere malorum: unde neque cauſa eſt idonea, ob quam tutor velut ſuſpectus a tutela poſſit removeri, ut eſt in Leg. VIII. ff. de ſuſp. tutor & §. ult Inſt. eod. tit. Imo reperiuntur multi viri boni, ſed pauperes, ut eſt apud Ariſtophanem in Pluto: unde & Q. Curtius Lib. IV. de Abdolomino ſcribit, *cauſa paupertatis, ſicut plerisque, probitas erat.* Sic Petronius Arbiter in Satir. bonae mentis ſororem elegantiſſime fecit paupertatem. Cujus rei cauſas erudite (ut omnia) inveſtigat Ariſtoteles in Problem. vide & Eraſm. Maſurius Sabinus vir Equeſtris ordinis plurimum a ſuis auditoribus ſuſtentatus eſt, cum nec amplas facultates haberet: ut ſcribit Pompon. in Leg. II. §. ult. ff. de Orig. juris. RITTERSHUS.

4. *Extollit*] Ad honores elevat: cum praeſertim aliquis bene provinciam regeret, huic quaeſita virtute dignitas offerebatur. Patebat enim omnibus honoris & gloriae campus: ex hoc quisque quod cupiebat, petere poterat, & aſſecutus ſibi debebat CATAN. Hackiana & Commentarius Catanaei *extollit.* Sed Aldus, Gryphius ceterique *adtollit*, id eſt, erigit: ut alibi *arrigere mentem ad quid.* vide ad Salluſt. Cat. cap. XXXIX. n. 3.

5. *Laudemque morum meorum.*] Haec vera eſt lectio apud Ald. & Schurer. Non autem *majorum*, ut legunt Catanaeus & Stephan. non enim de majorum teſtimonio, jampridem defunctorum, ſed morum ſuorum, ſollicitus erat Plinius, cum novas dignitates ſibi a principe conferri peteret. RITTERSHUS.

6. Judicio *exornari.*] Quo me dignum judicat honore.

dignitati, ad quam me provexit indulgentia tua, vel auguratum, vel [1] ſeptemviratum, quia [2] vacant, adjicere digneris, ut jure ſacerdotii precari deos pro te publice poſſim, quos nunc precor pietate privata.

IX. XV. C. Plinius Trajano.

Gratulatur Imperatori ob victoriam de hoſtibus partam.

[3] Victoriae tuae, optime Imp. maximae, pulcherrimae, [4] antiquiſſimae, & tuo nomine, & Reipubl. gratulor: deosque immortales precor, ut omnes cogitationes tuas tam laetus ſequatur eventus, ut virtutibus tantis gloria imperii & novetur, & [5] augeatur.

X. XXVI. C. Plinius Trajano.

De adventu Servilii.

Certiorem facit Trajanum de Servilii adventu Nicomediam.

Servi-

honore. Supra Epiſt. III. extr. *ut non in me tantum, verum & in amico gloriari* judiciis tuis *poſſim.* Lib. IV. Epiſt. VIII. n. 1. *quod graviſſimi principis* judicium *in minoribus etiam rebus conſequi pulchrum eſt.* Epiſt XV. n. 5. *ita nos virtutes tuae, ita* judicia *principis augurari volunt.* Sic *judicia* de honore oblato dixit Livius Lib. III. cap. LI. nec minus venuſte Cic. Lib. X. Fam. Epiſt. I. extr. *quidquid in eum* judicii *officiique contuleris, id ita me accipere, ut in me ipſum te putem contuliſſe.* Ejusdem eſt Lib. XIII. Epiſt. XLVI. n. 1. *judicio ornari.* Adde ſupra Lib. VII. Epiſt. XX. extr.

1. *Septemviratum.*] *Septemviratus* Sacerdotalis dignitas, qua defungentes *Septemviri Epulonum* dicebantur, quod ad eos epulae ludorum publicorum pertinent, ſive *epulare ſacrificium ludorum*, ut Cicero loquitur Lib. III. de Oratore, ubi inſtitutionem eorum exponit. Inter *Summorum collegiorum ſacerdotes*, ut vocat Suetonius, Caſaubonus refert ad locum eum Suetonii, qui in Auguſto eſt cap. C. quod negat Gutherius de Jure Pontificio Lib. I. cap. III. & eos itaque Lib. II. cap XIII. inter miniſtros Pontificum computat. Sed ſi ſe ita haberet res, quae dignitas eſſet illius muneris? cur peteret Plinius atque cum Auguratu aequaret quaſi? Cur Epiſt. XI. Lib. II. diceret: *Obverſabatur, praeter illa, quae dixi, cauſae difficultas; ſtabat modo Conſularis, modo* Septemvir *Epulonum, jam neutrum.* Quae ſane magnae dignationis *Septemviratum* fuiſſe arguunt, quod nec ipſe Gutherius inficiatur, & ex inſcriptione veteri oſtendit. Pro eo tamen rurſus eſt, quod Plinius allegato modo loco ait, *jam neutrum*, hoc eſt, neque *Conſularis* neque *Septemvir*, quia damnatus. Id enim manifeſte arguit *Septemviratum* amiſiſſe damnatos; cum *auguratus* non niſi cum vita adimeretur: de quo Noſter Lib. IV. Epiſt. VIII. Itaque *Septemviratus* ſacerdotium, etſi inferius illud quibusdam aliis, magnae tamen auctoritatis fuit. Buchner. Vide ad Lib. II. Epiſt. XI. n. 12.

2. *Vacant.*] Sunt ſine domino, unde non injuria nunc in urbe dicuntur *vacare* ſacerdotia, mortuo ſacerdote, necdum alii collata. *vacabat* autem Auguratus per obitum Julii Frontini. Catan.

3. *Victoriae.*] Parthicae, an magis pro devicto Decibalo Dacorum rege, cujus Lib. VIII. meminit, ſignate imperatorem Trajanum appellavit, quod is cum exercitu expeditione facta contra Dacos, victoriam retulerit? Idem.

4. *Antiquiſſimae.*] Memorandae, ſimili imperatorum antiquorum, ſuper qua ex invicta antea gente bis acti fuere triumphi. Idem. Vide ad Lib. II. Epiſt. IX. n. 4. ad Epiſt. XI. n. 18. & Lib. V. Epiſt. I. n. 11.

5. *Augeatur.*] Huic voto eventus quoque reſpondit: quia ſub Trajano imperium Rom. auctiſſimum fuit, & quaſi ἐν ἀκμῇ, ita ut ejus amplitudo

SErvilius Pudens legatus, Domine, VIII. Cal. Decemb. Nicomediam venit, meque longae exſpectationis ſollicitudine liberavit.

XI. XXVII. C. Plinius Trajano.

Pro Roſiano Gemino.

Rogat Trajanum velit commendatum habere Roſianum Geminum, ſibi arcta familiaritate conjunctum.

ROſianum Geminum, Domine, arctiſſimo vinculo mecum tua in me beneficia junxerunt. [1] Habui enim illum quaeſtorem in conſulatu, mei ſumme obſervantiſſimum expertus: tantam mihi poſt conſulatum reverentiam praeſtat, ut [2] publicae neceſſitudinis pignera, pri-
2 vatis cumulet officiis. [3] Rogo ergo, ut ipſe apud te pro dignitate ejus precibus

plitudo deinde magis magisque coeperit contrahi & παρακμάζειν. Vid. Lipſium de Magnitud. Rom. RITTERSHUS.

1. *Habui enim illum quaeſtorem in conſulatu, &c.*] Vereor, ut hic complura ſint inculcata, quae Plinius pro ſuis non agnoſceret. Equidem nihil deſiderarem, ſicubi ſcriptum tantum reperirem: *Roſianum Geminum, Domine, arctiſſimo vinculo mecum tua in me beneficia junxerunt. Illum* quaeſtorem in conſulatu *mei ſum obſervantiſſimum expertus. Tantam mihi poſt conſulatum reverentiam praeſtat, ut publicae neceſſitudinis pignora privatis cumulet officiis.* GRONOV. At ego, ſi diſſentire fas eſt, nihil hic inculcatum eſſe cenſeo, quod Plinius non pro ſuo agnoſcat. Quia dixerat: *tua in me beneficia junxerunt*, ſupervacuum eſſe nequit, quod ſequitur: *Habui* illum quaeſtorem. Eſt praeterea verbum *habere* hac in re veluti ſollemne, quod ex Tullio, Livio aliisque conſtat: ad quam formam ipſe Secundus de Quaeſtore Lib. VIII. Epiſt. XXIII. n 5. dixit, quod *habeat conſules.* Nam offendere quemquam poſſe, quod ſcripſerit *ſumme obſervantiſſimum*, minime exiſtimaverim, cum & *perquam optimus*, *maxime peſſimus* & ſimilia plura apud optimos reperiantur. vide ad Salluſt. Cat. cap. XXXVI. n. 4.

2. *Publicae neceſſitudinis pignora.*] *Publicam neceſſitudinem* vocat, quae inter ſe Conſulem & illum Quaeſtorem fuit. *Pignora*, id eſt, indicia & documenta, quibus ſtudium amoremque ſuum Geminus Plinio probavit. Ovidius Lib. III. Faſtor. vs. 71. ex perſona Romuli:

Arbiter armorum, de cujus ſanguine natus
Credor, & ut credar pignora multa dabo.

Pignora multa dabo, id eſt, multa argumenta afferam, quibus oſtendam & probem me de Marte genitum eſſe. Cornel. Severus in Aetna:

——— *certis tibi* pignora *rebus*,
Atque oculis haeſura tuis dabit *ordine tellus.*

Translatus a ſponſionibus ſermo, quae depoſito pignore firmabantur. BUCHNER. Recte Buchnerus. Sic & Lucanus Lib. IV. vs. 501.

——— ——— *ſed non majora ſuperſunt*
Obſeſſis, *tanti quae* pignera *demus* amoris.

item Lib. VIII. vs. 130. & paſſim. adde Heinſ. ad Ovidii l. c.

3. *Rogo ergo*, *ut* ipſi *apud te.*] Non ſatis haec videntur integra. quo modo enim cohaerent, *ut ipſi precibus meis?* An ſcripſit, *ut ipſi*, *ac apud te pro dignitate ejus precibus meis?* SCHEFFER. Feſtinavit Schefferus, ut ſaepiſſime. Optime haec cohaerent, ſi modo *precibus meis* ſexto Caſu, pro *per preces*, *propter preces meas*, accipias. adde ſupra Lib. VIII. Epiſt. III. n. 2. Nihilominus cum Aldus

precibus meis faveas: [1] cui & , ſi quid mihi credis , indulgentiam tuam dabis. dabit ipſe operam, [2] ut in his, quae ei mandaveris, majora mereatur. Parciorem me in laudando facit, quod ſpero tibi & integritatem ejus, & probitatem, & induſtriam non ſolum ex ejus [3] honoribus, quos in urbe [4] ſub oculis tuis geſſit, verum etiam ex commilitio eſſe notiſſimam. Illud unum, quod propter charitatem ejus nondum mihi videor ſatis plene feciſſe, etiam atque etiam facio: teque, Domine, rogo, gaudere me exornata quaeſtoris mei dignitate, [5] id eſt, per illum mea, quam maturiſſime velis.

XII.

dus, Gryphius & pauci dederint: *ut* ipſe *apud te*, idque, ut opinamur, ex libris vett. deſumtum ſit, hoc *ipſe*, pro vulgato *ipſi* repoſuimus. Jam parum intererit, conjungas *precibus meis pro dignitate ejus faveas*, ut *precibus* ſit Caſus tertius, an *precibus* ſexto Caſu accepto *faveas pro dignitate* componas. Nam ut *favere contra* Latinorum eſſe ſupra vidimus ad l. c. ita & *favere pro* ad eamdem rationem recte dicetur. CORTE.

1. *Cui, & ſi quid mihi credis, &c.*] Nec verba ſatis placent, nec ſenſus. Nihil tamen variant libri editi, habemusque infra Epiſt. LXVI. in Edicto Nervae: NECESSARIUM PARITER CREDIDI AC LAETUM OBVIAM DUBITANTIBUS INDULGENTIAM MEAM MITTERE. GRUTER. Locus hic videtur admodum corruptus. nam illud *&* non habet relativum, quod ei neceſſario debet reſpondere; deinde illa *dabis*, *dabit* non ſatis commode junguntur. Suſpicor ſcripſiſſe Noſtrum, *cui & ſi quid credes indulgentia tua, dabit ipſe operam.* Illud *dabit* male repetitum, & poſt formatum in *dabis* peperit omnes turbas. SCHEFFER. Hic etiam diſplicent argutiae Schefferi ac fluctuatio Gruteri. Locus erit integerrimus, ſi recte diſtinguatur, recte intelligatur. *cui* & , *ſi quid mihi* cet. Ita diſtinguendum. At illi legebant: *cui*, *& ſi quid mihi cr.* Senſus eſt: non tantum favebis dignitati ejus, ſed & indulgentiam tuam ipſi dabis: quae utraque multum ſane differunt. Repetitum verbum *dabis*, *dabit*, aliis omnibus admodum decorum videbitur: tantum abeſt, ut ſit ex Schefferi mente incommodum. *Indulgentia* illa ex Epiſt. III. n. 1. Epiſt. XII. n. 2. & permultis aliis optime intelligetur. CORTE.

2. *Ut* in *his*, *q. e. m. majora mereatur.*] Sic omnes libri, & male viri docti Praepoſitionem ſollicitant, tamquam abundantem. Recte ſane dicimus *in imperio*, *in conſulatu*, *in quaeſtura hoc meruit*, cur non hoc loco *in his?* Salluſt. Jug. cap. LXIII. n. 5. *ſemperque* in poteſtatibus *eo modo agitabat, ut majore, quam gerebat, dignus haberetur.* ubi vide, quae in rem notamus, & adde ſupra Lib. II. Epiſt. XIII. n. 9.

3. *Honoribus.*] Id eſt, Magiſtratibus. Honores gerere & magiſtratus idem eſſe, & jus honorarium inde appellatum, novimus ex §. praetoris edicta. Inſt. de jure naturali G. & C. & Leg. VII. §. 1. de juſt & jure. & Leg. II. §. eodem tempore. ff. de origine juris. Latet autem hic praeclara ſententia: *magiſtratus oſtendit virum.* RITTERSHUS.

4. *Sub oculis tuis.*] Tanquam ſcilicet in ampliſſimo quodam theatro. Sic Conſtantinus Magnus in Leg unica. C. de Caſtrenſi omnium Palatinorum peculio: *quod tam ex caſtris eſt, quam quod nobis conſciis ac prope* ſub conſpectibus *noſtris acquiritur.* Sic Honor. & Theodoſ. in Leg. ult. C. Theod. de malefic. mathemat. *&c. Codicibus erroris proprii* ſub oculis *epiſcoporum incendio concrematis.* IDEM.

5. *Id eſt per illum mea.*] Annon videri queant a librarii manu? *id eſt, per illum mea.* GRUTER. Aldus: *per illum meam*, corrupte. Neque vero iſta: *id eſt, per illum mea*, cum Grutero pro ſuperfluis habenda ſunt: pertinent potius ad id genus elegantiae, de quo ad Lib. VI. Epiſt. XXIX. n. 3. *Aequum enim eſt agere nonnumquam gloriae & famae*, id eſt, ſuam *cauſſam.* Et notum eſt ex Noſtro aliisque, amicos amicorum ſuorum & pericula & bona pro ſuis habere. Lege omnino Lib. II. Epiſt. IX. n. 1.

XII. LII. Plinius Trajano.

Agit gratias.

Gratias agit Trajano, quod poſt conſulatum miſſurus ſit in Bithyniam proconſulem Coelium Clementem, rogante ſe & ſocru ſua.

DIfficile eſt, Domine, exprimere verbis, quantam perceperim laetitiam, quod & mihi & ſocrui meae [1] praeſtitiſti, ut ad finem con-
2 ſulatus Coelium Clementem in hanc provinciam transferres. Ex illo enim menſuram beneficii tui penitus intelligo, cum tam plenam indulgentiam cum tota domo mea experiar, cui referre gratiam parem [2] ne audeo quidem, quamvis maxime debeam: itaque [3] ad vota confugio, deosque precor, ut iis, quae in me aſſidue confers, non indignus exiſtimer.

XIII. LXIV. Plinius Trajano.

De tabellario regis Sauromatae.

Mittit tabellarium regis Sauromatae cum tabellario Lycormae ad Trajanum.

[4] SCripſit mihi, Domine, Lycormas, libertus tuus, ut, ſi qua legatio

1. *Praeſtitiſti.*] Ita legendum eſt cum Vett. Edd. aliquot enim e recentiſſimis, *praeſtitit.* GRUTER. *Praeſtitiſti* facile accipimus ab Edd. Vett. At eaedem, etiam Veronenſis, quae hanc Epiſtolam poſt LIX. ſiſtit, praeferunt: *ut ad finem* ejus *Coelium C. in hanc provinciam transferres.* Forte ex nota, ſeu ſcripturae compendio illud *ejus* promanavit: quamquam nec in Vulgata: *ad finem conſulatus*, ſenſus valde commodus lateat.

2. *Nec audeo quidem.*] Scribendum: *ne audeo quidem.* GRONOV. Recte Gronovius *ne quidem.* Nam ratio, quae alterum nonnumquam tuetur, dicta ad Lib. II. Epiſt. XIV. n. 7. huc non pertinet. Mox Aldus & Ed. Veron. *quamvis maxime poſſim.*

3. *Ad vota confugio.*] Sic & Seneca de beneficiis ſcribit, Eos, qui acceptis beneficiis impares ſunt ad referendam gratiam, ſolere facere, ut Deos debitores ſua vice delegent beneficiorum auctoribus, quomodo & noſtri: Gott wölle es euch vergelten. RITTERSHUS.

4. *Scripſit.*] Lucem huic Epiſt. adferet collatio LXVIII. infra (quae alias eſt XV.) utraque enim ejusdem fere argumenti eſt. Lycormas unus erat ex Trajani libertis (de aliis, ut Maximo, ut Epimacho, &c. alibi dictum eſt) qui ſcripſerat Plinio, petens, ut legationem, ſi qua ad ipſum a Boſphoro miſſu Sauromatae regis veniſſet, Romam contendens, retineret ſecum, quoad ipſe ſubſecutus fuiſſet. Cum autem legationis quidem adventus differretur; duo autem tabellarii eam praecurriſſent, unus cum literis regis, alter cum literis Lycormae ad Imperatorem: conſultum fore arbitratus eſt Plinius, (qui tunc Niceae forte erat, ut ex Epiſt. LXVIII. al. XV. intelligimus) ut neglecta petitione Lycormae, nec expectato Legati adventu, absque mora tabellarios ipſos cum litteris ad Trajanum praemitteret. Cogitabat enim: fieri poſſe,

gatio a [1] Boſphoro veniſſet urbem petitura, usque in adventum ſuum retineretur. & legatio quidem [2] duntaxat in eam civitatem, in qua ipſe ſum, nulla adhuc venit: ſed venit tabellarius [3] Sauromata, quem ego, uſus opportunitate, quam mihi caſus obtulerat, cum tabellario, qui Lycormam ex itinere praeceſſit, mittendum putavi: ut poſſis ex Lycormae, & ex regis epiſtolis pariter cognoſcere, quae fortaſſe pariter ſcire debes.

XIV. LXV. C. PLINIUS TRAJANO.

Diploma commodaſſe.

Diploma ſe commodaſſe tabellario Sauromatae, ſcribit.

[4] REx Sauromates ſcripſit mihi, eſſe quaedam quae deberes quam maturiſſime ſcire. qua ex cauſa feſtinationem tabellarii, quem ad te cum epiſtolis miſit, [5] diplomate adjuvi.

XV.

poſſe, ut aliquid in mora eſſet periculi, & intereſſe Imperatoris, ut quam maturiſſime reſciſceret illius regis ſive narrata ſeu poſtulata. Habent hic quod diſcant Politici ab exemplo Plinii, quantum ſaepe momenti ad res gerendas in celeritate ſit poſitum. itaque perpetuo infixum in animis habebunt illud Alexandri M. μηδὲν ἀναβαλλόμενος, quod etiam doctiſſ. Alciatus pro Symbolo uſurpavit. Unde & Poeta:

Tolle moras: nocuit ſemper differre paratis.

Eſt tamen etiam quando cunctatione Fabiana ſit opus, & locum habeat illud Auguſti: σπεῦδε βραδέως: *Feſtina lente.* quod diſcernet, reique univerſae moderabitur prudentia. Aureum certe eſt Iſocratis praeceptum: βουλεύου μὲν βραδέως, ἐπιχείρει δὲ ταχέως τὰ δόξαντα. RITTERSHUS.

1. *Boſphoro.*] Cimerio: nam duplex eſt Boſphorus, *Cimerius*, paludis Maeotidis finis, & initium Euxini Ponti: Boſphorus *Thracius*, Ponti finis, & Propontidis initium. juxta Maeotides paludes utrinque Sauromatae incolunt. lege Plinium Libro ſexto, & Strabonem VII. diſcordantes inter ſe pro latitudine Boſphori Cimerii. CATAN.

2. *Duntaxat in eam civitatem, in qua ipſe ſum.*] Haec verba parentheſi includenda, majoris evidentiae cauſa, hunc habent ſenſum tacite ſubintelligendum: Tametſi fieri poſſit, ut in aliam hujus provinciae urbem jam advenerit. Civitatem vero quam hic dicat, ex Epiſt. LXVIII. infra conſtare poteſt, nempe Niceam. RITTERSHUS.

3. *Sauromata.*] A rege Sauromatarum. *Sauromatae* enim gens Scythica, ſi Stephano credimus. *Sauromatia* duplex eſt, una in Europa, altera in Aſia. dicitur etiam *Sarmatia*, & gentilis, *Sarmata.* Strabo de Scythis & Sauromatis loquens, *ut non*, inquit, *omnia Boſphoranis ſubjecta ſunt regibus, quos pop. Rom. inſtituerit.* CATAN. Ed. Veron. *Sauromata*, cujus *ego uſus opportunitate.* Deinde *Lycorinam* ut ſupra *Lycorinas.* pro *Lycormas.*

4. Res *Sauromatae.*] Haec lectio, quae eſt in Ed. Henr. Stephani, plane defendi non poteſt. vel ergo cum Ald. Catan. & Argent. legend. *Rex Sauromates*, vel *Rex* *Sauromata*, ut ſup. Epiſt. prox. *tabellarius Sauromata.* RITTERSHUS. Vitium operarum eſt *Sauromatae* in Ed. Stephani. Nam Gryphius etiam aliique recte *Sauromates.*

5. *Diplomate adjuvi.*] *Curſus publicus*, ſive *vehicularis*, diſpoſitio equorum vehiculorumque certis viis dicebatur, quae publice praebebantur proficiſcentibus, quibus utendi poteſtas ſcripto facta, vel ab Imperatore ipſo, vel iis, quibus hoc datum ab Imperatore. Hujusmodi igitur literae *diplomatum* nomine, cum hic & infra Epiſt. CXXII, tum apud alios auctores appellantur, Paß oder Geleitsbrieffe. Capitolinus Pertinace: *Deinde Praefectus cohortis in Syria profectus, T. Aurelio Imperatore a Praeſide Syriae, quod ſine* diplomatibus

 cum-

XV. LXVIII. C. Plinius Trajano.

De legato Regis.

Excuſat ſe, quod legatum regis Sauromatarum non diu retinuerat.

LEgato Sauromatae regis, cum ſua ſponte [1] Niceae, ubi me invenerat, biduo ſubſtitiſſet, longiorem moram faciendam, Domine, non putavi: primum, quod incertum adhuc erat, quando libertus tuus Lycormas venturus eſſet: deinde, quod ipſe proficiſcebar in di-
2 verſam provinciae partem, ita officii neceſſitate exigente. Haec in notitiam tuam perferenda exiſtimavi, quia proxime ſcripſeram, petiiſſe Lycormam, ut legationem, ſi qua veniſſet a Boſphoro, usque in adventum ſuum retinerem, quod diutius faciendi nulla mihi probabilis ratio occurrit, praeſertim cum epiſtolae Lycormae, quas detinere, ut ante praedixi, nolui, aliquot diebus hunc legatum anteceſſurae viderentur.

XVI. LXXV. Plinius Trajano.

De Callidromo Laberii Maximi fugitivo.

Callidromum multorum ſervum, variante fortuna Trajano mittit.

APulejus, Domine, [2] miles, qui eſt in [3] ſtatione Nicomedenſi, ſcripſit mihi, quendam nomine Callidromum, cum detineretur a Ma-

curſum uſurpaverat, pedibus ab Antiochia ad Legationem ſuam iter facere coactus eſt. Imperatores in Codice de curſu publico, *Evectiones* appellant, ut & alii auctores, quos eruditiſſimus Savaro ad Sidonium Lib. V. Epiſt. XX. notat. Quamquam autem *diplomata* ad curſum publicum pertinebant maxime, tamen & alias principum literas, quibus quid beneficii indulgebatur, ita quandoque appellari ſolitas, Caſaubonus ad Suetonii Auguſtum Cap. I. & ante eum M. Vertranius Maurus ad Lib. II. Hiſt. Taciti cap. LIV. obſervavit. BUCHNER.

1. *Niceae.*] Plures *Niceas* pluribus locis legimus. Haec autem Bithyniae metropolis, juxta lacum Aſcanium in campo admodum felici, ſed aeſtate parum ſalubri, quam primum Antigonus condidit Philippi filius, & *Antigoniam* nominavit, poſtea Lyſimachus, quam ab uxoris nomine filiae Antipatri *Niceam* appellavit. urbis ambitus ſtad. XVI. in figura quadrata, quae in campo ſita portas quatuor habet ad rectos angulos, & in munitionem exciſa. quare ex uno lapide, qui circa medium gymnaſium poſitus eſt, omnes quatuor portae conſpiciuntur. *Niceae* meminere Strabo, Plinius, Appianus, Ptolomaeus. CATAN.

2. *Apulejus.*] *Apulejum Rufinum* lego conſulatum geſſiſſe cum Severo imperatore. fuit & ille ſcriptis ſuis clarus. *Apulejus Madaurenſis* non multo Secundo poſterior. IDEM.

3. *In ſtatione Nicomedenſi.*] *Statio* hic cuſtodia militaris, ſive praeſidium loco impoſitum eſt. BUCHNER.

1. *Opr-*

a Maximo & Dionyſio piſtoribus, quibus [1] operas ſuas locaverat, confugiſſe [2] ad tuam ſtatuam: perductumque ad magiſtratus indicaſſe, ſerviſſe aliquando [3] Laberio Maximo, captumque a [4] Suſago in Moeſia, & a Decibalo muneri miſſum Pacoro Parthiae regi: pluribusque annis in miniſterio ejus fuiſſe, deinde fugiſſe, atque ita in Nicomediam perveniſſe. Quem ego perductum ad me, cum eadem narraſſet, mitten- 2
dum ad te putavi, quod paulo tardius feci, dum requiro gemmam, quam ſibi, habentem imaginem Pacori, [5] & quibus inſignibus ornatus fuiſſet, ſubtractam indicabat. Volui enim hanc quoque, ſi inveniri 3
potuiſſet, ſimul mittere: [6] ſicut glebulam miſi, quam ſe ex Parthico me-

1. *Operas ſuas locaverat.*] Precio addixerat ſe faciundo operi. operae ſunt diurnum officium, hae autem pertinent ad verum dominum deductis neceſſariis impenſis: ſic prudentibus non diſſone reſpondentibus. CATAN.

2. *Ad tuam ſtatuam.*] Ad templa, aras, *ſtatuas* Imperatorum confugere ſolebant, qui contra injurias ſe tutos volebant praeſtare. nam inde abſtrahere nefas erat. De templis & aris, habes exempla apud Comicos, & C. Nepotem Pauſaniae vita: de Imperatorum *ſtatuis*, apud Juſtinianum Inſtit. de his, qui ſui vel alieni juris ſunt. Vide & Lipſium ad III. Taciti Annalem. cap. XXXVI. BUCHNER.

3. *Laberio Maximo.*] Qui procurator Judaeae ſub Veſpaſiano fuit, quamvis apud Joſephum corrupte legatur Caeſarem ſcripſiſſe ad *Liberium Maximum*, ut omnem terram Judaeorum venderet. Spartianus ſcriptum reliquit, Trajanum non laeſiſſe *Laberium Maximum*, qui ſuſpectus imperio exulabat in inſula, etſi, ut eum necaret, per epiſtolas ab Actiano eſſet admonitus. *Laberium*, qui verſus optimos poſſe ſcribere aſſeverabat, nec tamen ſcribebat, urbano ſale ſparſit Martialis Lib. VI. CATAN. Lud. Carrio Lib. I. Emendat. cap VII. reponit *Valerio Maximo*, pro *Laberio*; ſed cauſſae, quas adtulit, nullius momenti ſunt, & Edd. omnes *Laberio* tuentur.

4. *Suſago.*] Praefecto Decibali regis Dacorum. *Pacoro.*] Joſephus ſcribit imperante Veſpaſiano *Pacorum* non ſolum Parthiae, ſed etiam Mediae regem, quem invadentibus Alanis in loca difficiliora refugiſſe. *Pacori* regis Capitolinus in Pio meminit. fuit & alius *Pacorus*, quem Strabo, Joſephus & Tacitus tradunt occiſum a P. Ventidio. CATAN. De hoc Pacoro III. Martialis Lib. IX. Epigr. XXXVI.

5. *Et quibus* inſignibus *ornatus fuiſſet*] Aldus in utraque: *& quibus ornatus fuiſſet.*

6. *Sicut glebulam miſi, quam ſe ex Parthico metallo attuliſſe dicebat.*] *Glebulam ex Parthico metallo*, interpretor Glebulam auri, crudi adhuc & nondum excocti, & quale ex venis ſive metallis deciditur. *Glebula ex metallo Parthico*, id eſt, glebula metalli Parthici. Nam ſolet ſaepe ſic Genitivus per praepoſitiones circumſcribi. Ut *fulgor ab auro*, id eſt, auri fulgor apud Lucretium: *Ancilla ab Andria*, id eſt, Andriae apud Terentium. Ceterum *metallum Parthicum*, aurum Parthicum eſt: ſicut aurum Dalmaticum, *Dalmaticum metallum* Statio in Silvis, κατ' ἐξοχὴν appellatur. Niſi *metallum* de ipſa fodina auri potius interpretabimur. Ita enim apud Plinium *metalla auraria*, *argentaria*, *plumbaria*, pro locis, ubi metalla illa effodiuntur, legimus. Statius Papinius:

—— *hic Grajis penitus delecta* metallis
Saxa.

Et rurſus:

Saxa nitent duris Nomadum deciſa metallis.

ubi *metalla* lapidicinae ſunt. Et apud JCtos, *in metallum damnari*, eſt in fodinas metallarias ad opus faciendum damnari. BUCHNER. *Metalla* ſunt ipſae fodinae, ut apud Prudent. Paſſ. Laurent. vs. 189.

Aurum, quod ardenter ſitis,
Effoſſa gignunt rudera;
Et de metallis *ſqualidis*
Poenalis excudit labor.

Plura habet Joſ Caſtalio Var. Lect. cap. XX. Origenes περὶ εὐχῆς Sect. XVI. λίθος γὰρ, καὶ ξύλα τὰ ἐκκοπέντα ΤΟΥ ΜΕΤΑΛΛΟΥ, ὑπὸ ἕξεως μόνης συνεχόμενα, τὸ κινεῖν ἔξωθεν ἔχει. qui locus inprimis notari meretur.

7. Aſt-

metallo attuliſſe dicebat. Signata eſt anulo meo, cujus eſt [1] apoſphragiſma quadriga.

XVII. LXXXVI. Plinius Trajano.

Commendat quos expertus eſt.

Commendat imperatori Maximum libertum.

MAximum libertum [2] & procuratorem tuum, Domine, per omne tempus, quo fuimus una, probum & induſtrium, [3] & diligentem, ac ſicut rei tuae amantiſſimum, ita diſciplinae tenaciſſimum expertus, libenter apud te [4] teſtimonio proſequor, ea fide, quam tibi debeo.

XVIII. LXXXVII. Plinius Trajano.

Laudat Gabium Baſſum apud Trajanum.

GAbium Baſſum, Domine, [5] praefectum orae Ponticae, integrum, probum, induſtrium, atque inter iſta reverentiſſimum mei expertus, voto pariter & ſuffragio proſequor, ea fide, quam tibi debeo: [1] quem

1. *Apoſphragiſma.*] Signum inſculptum; a σφραγίζειν, *ſignare*, *inſignire*. Prudentius Roman. V. 1067. *Sphragitidas* poſuit pro notis, quibus initiandi ſacris inſigniebantur.

Quid? cum ſacrandus accipit ſphragitidas?
Acus minutas ingerunt fornacibus:
His membra pergunt urere, ut igniverint:
Quamcunque partem corporis fervens nota
Stigmavit, hanc ſic conſecratam praedicant.

Buchner.

2. *Et procuratorem* tuum] Ed. Veron. *procuratorem meum*, quod aliquo modo defendi poterat per Epiſt. XXVIII. extr. ſi illic ſana eſt vulgata ſcriptura. Verum Aldus & reliqui rectius *procuratorem tuum*, quod & nexus Orationis requirit. De *procuratore Caeſaris* habet quaedam Catanaeus ad Lib. III. Epiſt. V. n. 17. *cum* procuraret *in Hiſpania.* Eodem pertinet Lib. VII. Epiſt XXV. n. 2. procuratione *Narbonenſis provinciae integerrime functus.* Epiſt. XXXI. n. 3. *Poſtea promotus ad ampliſſimas* procurationes, *nulla occaſione corruptus ab inſito abſtinentiae amore deflexit*, quomodo & Sueton. cap. XV. Primus Auguſtus in provincias miſit, ut publicos reditus colligerent, Dio Lib. LIII. pag. 506. Plura de illis Briſſon. Select. ex I. C. Ant. Lib. III. cap. XVIII. Lipſius ad Tacit XII. Ann. cap. LX. & alii.

3. *Et diligentem.*] Ut decet eum, qui pecunias tractat. Alibi de patribus familiarum dicitur. Vide ad Lib. II. Epiſt. VI. n. 1.

4. *Teſtimonio proſequor.*] Teſtor bonum & laudo: nam proſequimur aliquem beneficio vel honore. Catan. Sic mox Epiſt. XVIII. n. 1. *voto pariter & ſuffragio proſequor.*

5. *Praefectum orae Ponticae.*] Aldus, Gryphius & Ed. Veron. *praefectum orae Ponti.* Infra tamen Epiſt. XXXII. princ. non abeunt a vulgata.

1. *Quem*

[1] quem abunde conſpexi [2] inſtructum commilitio tuo, cujus [3] diſciplinae debet, quod indulgentia tua dignus eſt. Apud me [4] & milites & pagani, a quibus juſtitia ejus & humanitas penitus inſpecta eſt, certatim ei, [5] qua privatim, qua publice [6] teſtimonium pertribuerunt: quod in notitiam tuam perfero ea fide, quam tibi debeo.

XIX. LXXXVIII. PLINIUS TRAJANO.

Nymphidium Lupum probat.

NYmphidium Lupum, Domine, [7] primipilarem, commilitonem habui, cum ipſe tribunus eſſem, ille [8] praefectus: inde familiariter diligere coepi. [9] crevit poſtea caritas ipſa mutuae vetuſtate amicitiae. Ita-

1. *Quem abunde conſpexi inſtructum commilitio tuo.*] Ed. Veron. *quam ea quae ſperet inſtructum c. t.* Aldus: *quam abunde ea, quae ſperet inſtructum c. t.* Longe melior eſt Catanaei, Gryphii aliorumque ſcriptura, nec remotum nimis fuit librariis ex *conſpexi* facere *quae ſperet.*

2. *Inſtructum commilitio tuo.*] Id eſt, ex commilitio tuo, ſive quia ſub te militavit. Sequitur enim: *Cujus diſciplinae debet, &c. Commilitio* autem dicit, quod Imperatores milites ſuos appellaturi comiter, *Commilitones* ſalutare ſolerent. *Inſtructus*, id eſt, paratus ab iis artibus, quae neceſſariae ad obeunda recte belli pacisque negotia ſunt. BUCHNER.

3. *Diſciplinae.*] Tuae militari, quam pene poſt Auguſtum abjectam Trajanus reſtituit. CATAN.

4. *Et milites, & pagani*] De his vide ad Lib. VII. Epiſt. XXV. n. 6.

5. *Qua privatim, qua publice.*] Eadem formula & alibi uti gaudet Plinius: ut Panegyrico: *Satisfactum* qua *civium* qua *ſociorum utilitatibus.* Et alia Epiſt. *diſtrictiſſimum fuiſſe negotiis*, qua *privatis* qua *publicis.* Et Epiſt. XXXIII. Lib. III. qua *feminae*, qua *viri imminebant.* Plautinum hoc eſſe, verum alicubi depravatum, monui jam olim ad Guntheri Ligurin. Exemplis ibi annotatis addo & hoc Ciceronianum ex Lib. III. ad Q. frat. Epiſt. I. *Topiarium laudavi. Ita omnia conveſtivit hedera*, qua *baſim villae*, qua *intercolumnia ambulationis.* Vid. & Taubman. noſtri Not. ad Plaut. Mil. Glor. Act. IV. Sc. III. RITTERSHUS. Plura ad Lib. VI. Epiſt. XXVIII. n. 1. *Tantum mihi copiarum* qua *urbanarum*, qua *ruſticarum oblatum eſt.*

6. *Teſtimonium* retribuerunt.] Ed. Veron. *teſtimonio pertribuerunt*; Aldus & Gryphius *teſtimonium pertribuerunt*, quod adprobo. Verba enim illa cum Praepoſitione *Per* compoſita univerſitatem quamdam, & quod factum ſit ab omnibus, notare ſolent. Sic verbum *perrogare* cum alibi uſurpat auctor, tum Lib. IV. Epiſt. XXII. n. 3. ubi vide. item *peragere*, *pertractare* & alia. CORTE.

7. *Primipilarem.*] Ut *Conſularis* dicitur, qui conſulatum aliquando geſſit: ita *Primipilaris*, qui primi pili munus adminiſtravit. Vid. quid hoc ſit apud Cujac. ad tit. C. de primipilo. Lib. XII. & Giphan. noſtrum ad tit. C. Ne fil. pro patre. Gloſſar. vet. πρῶτον δόρυ, *Primipilum.* πρῶτος ἐν δόρατι, *Primipilarius.* Utramque hinc diſcimus terminationem, *Primipilaris* & *Primipilarius.* RITTERSHUS. Lege, quae diximus ad Salluſt. Jug. cap. XXXVIII. n. 6

8. *Praefectus.*] *Praefectus cohortis:* quem ordinem & filius habuit. Et *cohortis:* ſcilicet auxiliaris. nam ſicut Legionariis *Tribuni*, ita auxiliaribus *Praefecti* erant. BUCHNER. Neque hic inutile erit comparaſſe, quae de *tribuno* & *praefecto* monuimus ad ejusdem Criſpi Cat. cap. LIX. n. 6.

9. *Crevit poſtea caritas ipſa mutuae vetuſtate amicitiae.*] Junge: *ipſa vetuſtate:* non, *caritas ipſa.* Latet autem hic praeclarum noema: Veteres amicos eſſe optimos, & diuturnitate ipſa temporis velut adultam caritatem augeri. Placet hic adpingere puros Jambos, quibus quatuor vetera novis meliora complexus aliquando fui.

Νέων παλαὶ ἀμείνον' ἐστὶ τέσσαρα.
Νέας παλαιά ἐστι βελτίων βίβλος.
Νέου παλαιόν ἐστι βέλτιον ξίφος.
Νέου παλαιὸς οἶνός ἐστι βελτίων.
Νέων παλαιοί εἰσι βελτίους φίλοι.

Itaque & quieti ejus injeci manum, & exegi, ut me in Bithynia [1] conſilio inſtrueret. quod ille amiciſſime, & otii & ſenectutis ratione poſt-
3 poſita, & jam fecit, & facturus eſt. Quibus ex cauſis [2] neceſſitudines ejus inter meas numero, filium inprimis, Nymphidium Lupum, juvenem probum, induſtrium, & egregio patre digniſſimum, [3] ſuffecturum indulgentiae tuae, ſicut primis ejus experimentis cognoſcere potes, cum praefectus cohortis pleniſſimum teſtimonium meruerit Julii Ferocis, & Fuſci Salinatoris clariſſimorum virorum. [4] meum gaudium, Domine, mea gratulatio filii honore continetur.

XX. III. C. Plinius Trajano.

De ſortitione patrocinii adverſus Marium Priſcum.

Excuſat ſe apud imperatorem Trajanum, quod praefectus aerario ſuum patrocinium denegaverit Afris rogantibus contra Marium Priſcum, deinde id exigente ſenatu praeſtiterit.

Ut

Poſſis & quintum adjungere:

Νέων παλαιοὶ εἰσι βελτίȣς τρόποι.

Rittershus.

1. *Conſilio exſtruere.*] Ut me conſilio ſuo exornaret. vel ſi legemus *inſtrueret*, ut in quibusdam exemplaribus vidi: tunc interpretabimur, edoceret modum & formam ordinandae provinciae. Catan. Catanaeus explicat, *conſilio ſuo exornaret*, vel *edoceret modum formamque exornandae provinciae*, quorum neutrum convenit cum eo, quod ſequitur apud Noſtrum, *otii & ſenectutis rationibus poſtpoſitis*, cum conſilium dare nec otio, nec ſenectuti repugnet. Quare cenſeo, petiiſſe, ut eum ſequeretur in provinciam, ibique jus dicenti adſideret ac conſilio juvaret ſuo. Schiffer. Ed. Veron. praefert *conſilio exſtrueret*, ſed hoc barbarum; & in pluribus verbis liber ille particulam *in* & *ex* permutare ſolet. Schefferi interpretationem probo, eamque adferunt iſta: *ut me in Bithynia.* De adſeſſoribus Praeſidum in provinciis alibi latius agemus ex inſtituto.

2. *Neceſſitudines.*] Pro neceſſariis alicujus, μετωνυμικῶς, ut & *caritates noſtras* dicimus, & *affectiones*, & *affectus*. Calliſtratus JC. in Leg. XXVIII. Capitalium. §. 8. Omnia. D. de poenis, neceſſitudinibus opponit extraneos: & Neceſſitudinum varias ſpecies commemorat. *Omnia* (inquit) *admiſſa in patronum patronive filium, patrem, propinquum, maritum, uxorem, ceteraſque* neceſſitudines, *gravius vindicanda ſunt, quam in extraneos.* Rittersh. Sueton. Tiber. cap. XI. *ut permitteretur reviſere* neceſſitudines. Curtius Lib. IV. cap. X. n. 23. *Crederes Alexandrum inter* neceſſitudines *flere.* Mox Ed. Veron. *filium inprimis*, quod aptius eſt, quam vulgatum: *& filium inprimis.*

3. *Suffecturum indulgentiae tuae.*] Non imparem futurum ac dignitati ſuſtinendis, quae per indulgentiam tuam in eum conferes: ſive, dignum ſe probaturum indulgentia tua. Plane ita Statius Lib. V. Silvar. Protreptico ad Criſpinum: *Vade puer, tantisque enixus ſuffice donis.* Buchner. Supra Lib. VI. Epiſt. XXIII. n. 4. *Spondeo ſollicitudini tuae, ſpei meae, magnitudini cauſſae* ſuffecturum. Paneg. cap. LXXVII. *Quis adeo expetitis* honoribus *aut deſeruit, aut* ſufficit? Cap. LXXX. *Fungeris enim* [vice ejus] ſufficis*que mandanti.*

4. *Meum gaudium, Domine, mea, &c.*] Sic Catanaei Editio. Nam Aldi & aliorum *meam gratulationem filii honore* continerent. quod nauci non eſt. Poſſet potius ferri, *mea gratulatio filii honore continetur.* Sed prima lectio eſt optima. Gruter. Proxime ad Aldinam Ed. Veron. *meum gaudium, Domine, meamque gratulationem filii honore continerent.* Catanaeus, Gruterus, & inter alias Ed. Hackiana: *mea gratulatio filii honore continuetur*, quod adprobare nequeo: cum quia ſententiae non ſatis reſpondet, tum quia ab verbo *continerent*, quod ſine dubio ex Libb. Vett. deſumtum eſt,

lon-

UT primum me, Domine, [1] indulgentia veſtra promovit [2] ad prae-
fecturam aerarii Saturni, omnibus advocationibus, [3] quibus alio-
qui numquam eram promiſcue functus, renunciavi, ut toto animo de-
legato mihi officio vacarem. Qua ex cauſa, cum patronum me [4] pro- 2
vinciales [5] optaſſent contra Marium Priſcum, & petii veniam hujus
muneris, & impetravi. Sed cum poſtea conſul deſignatus [6] cenſuiſſet,
agen-

longius recedit. Repoſui itaque: *mea gratulatio filii honore continetur*, quia nota illa, qua in codd. *tur* deſignatur, facillime in ſyllabam *rent* corrumpi potuiſſe videtur.

1. *Indulgentia* veſtra.] Sic Edd. Vett. Fruſtra Hackiana cum paucis: *Indulgentia tua.* Eadem Hack. mox perperam vocabulum *aerarii* omiſerat.

2. *Ad praefecturam.*] Cujus meminit in fine panegyrici, & de cujus officio pleraque Lib. I. Epiſtolarum recitavimus. *Saturni* autem dixit, quia aedes Saturni aerarium erat. geſſit autem eum honorem per biennium cum Cornuto Tertullo. CATAN.

3. *Quibus alioqui numquam eram promiſcue uſus.*] Quem delectum habuerit in ſuſcipiendis cauſis Plinius, ex Lib. VI. Epiſt. XXIX. diſcere licet. BUCHNER.

4. *Provinciales.*] Afri: nam Africa poſt ultimum bellum Punicum redacta fuit in formam provinciae. CATAN.

5. *Optaſſent.*] *Optaſſent*, id eſt, petiiſſent. *Optare* proprie eligere, & verbum militare eſt, Donato auctore. Virgilius: *Pars* optare *locum tecto.* Prius autem electio, deinde voluntas atque petitio eſt. Quare cum *optare* pro petere ponimus, antecedente pro conſequente utimur. BUCHNER.

6. *Cenſuiſſes.*] Ita decreviſſes, ut ii, quorum excuſatio a ſenatu fuerat approbata, ſicut noſtra, nobiſcum tacerent, neque amplius ſe excuſarent ab advocationibus: inde cum ſenatus juberet me agere contra Marium Priſcum, aequum putavi voluntati ejus obedire, & pati nomen meum ſortiri. quidam enim arbitrantur ſortibus in urnam conjectis non tantum judices, verum etiam advocatos extrahi ſolitos, quae opinio optime huic loco facit. CATAN. *Cenſuiſſes tacendum*, *&c.*] Certiſſima conjectura (abſit verbo invidia) locum hunc fecimus e depravato, ut eſſet emendatus, e tenebricoſiſſimo, ut clariſſimus. Legendum enim *Cenſuiſſes faciendum nobiſcum.* Vide lector, probabis. CASAUBON. *Cenſuiſſes tacendum nobiſcum.*] Nihil hic ſani in Catanaei interpretatione. quid mirum? litera una gravatur dictio penultima, legendum enim *agendum nobiſcum.* veteres ſcribebant *acendum*, inde natum illud *tacendum.* Dubitet inquis, an non adhuc reſcribendum veniat, *cenſuiſſet*, nam certe Principem tunc conſulem fuiſſe, ipſemet teſtatur Auctor Lib. II. Epiſt. XI. imo quam magis animum intendo, tam magis capior reponere: *cum conſules deſignati cenſuiſſent.* GRUTER. *Sed cum poſtea Conſul deſignatus cenſuiſſes tacendum nobis.*] Si deſignatus Conſul Trajanus cenſuit, ut Plinius, & ceteri, qui ſe advocatione Afris praeſtanda excuſabant, ne loquerentur amplius pro ſe, ſed potius ſe voluntati Senatus permitterent; ut peteret Plinius hac Epiſtola, ut approbaretur Trajano, qui ea in re conſentiente Senatui eſſet? Nam illud ipſum cenſere Trajani, pro imperio fuiſſet. Accedit quod cum cauſa Marii ageretur, Trajanus non deſignatus, ſed re ipſa Conſul fuerit, quod ex Epiſt. XI. Lib. II. clare conſtat. Quare pro *cenſuiſſes*, *cenſuiſſet* legendum eſt; & quae hic ponit Plinius, de alio potius, quam Trajano accipienda. Sed quoniam dicta Epiſtola non deſignati unius Conſulis, ſed plurium meminit: nam legimus ibi: *Aſſenſerunt* Conſules *deſignati*, *omneſque Conſulares*, quin duos diſerte nominat, *Julium Ferocem*, & *Corn. Tertullum*; facile Grutero aſſentior hic reponenti, *Cum* Conſules *deſignati cenſuiſſent.* cujus & alteram emendationem penitus probo, qua in hoc ipſo loco, pro *tacendum*, *agendum* reſtituebat. Nihil enim illa conjectura verius. Res ita acta fuit. Afri accuſare Marium parantes petierant a Senatu Patronum ſibi Plinium cum aliis nonnullis. Dedit Senatus petitioni illorum locum: ſed excuſanti ſe Plinio ceteriſque remiſſa a Senatu advocatio fuit. Forte inſtiterant Afri, & itaque alio Senatu de ea re denuo actum fuit, appellatuſque iterum Plinius cum ſociis de Advocatione ſuſcipienda. Qui cum ſe rurſus excuſarent, cenſuere deſignati Conſules, agendum cum ipſis, hoc eſt, rogandos & perſuadendos illos eſſe, ut ſeſe darent Senatui, & paterentur conjectis nominibus ſuis in urnam de patrocinio adverſus Marium ſuſcipiendo ſortitionem pro more fieri. Haec eſt illa *moderata voluntas ampliſſimi ordinis*, quam praedicat Noſter mox in ſequentibus verbis: quod nempe rogaverat Senatus comiter, quod imperare

pro

agendum nobiſcum, quorum erat excuſatio recepta, ut eſſemus in ſenatus poteſtate, pateremurque [1] nomina noſtra in urnam conjici: convenientiſſimum eſſe tranquillitati ſeculi tui putavi, praeſertim tam
3 [2] moderatae voluntati ampliſſimi ordinis non repugnare. Cui obſequio meo, opto, ut [3] exiſtimes conſtare rationem, cum omnia facta dictaque mea probare ſanctiſſimis moribus tuis cupiam.

XXI. IV. TRAJANUS PLINIO.

Laudat Trajanus Plinii factum.

[4] *ET civis & ſenatoris boni partibus functus es, [5] obſequium [6] ampliſſimi ordinis,*

pro ſua auctoritate poterat. Quare nil contendendum amplius ſibi, & ſuae modeſtiae, & ſeculi tranquilliſſimi moribus convenire exiſtimantes, in voluntate Senatus acquieverunt. Sed quia Trajanus in eo Senatu haud fuerat, docendum de ea re exiſtimavit Plinius Principem, quem colebat religioſiſſime: ne quid aut inconſulte ac temere, aut quod non probaturum ſe ipſi conſideret, ſuscepiſſe videri poſſet. BUCHNER. Vulgo circumferebant: *conſul deſignatus cenſuiſſes tacendum nobiſcum*, cet. quam ineptiſſimam lectionem recte viri docti rejecerunt. Unice placet Gruteri: *conſules deſignati cenſuiſſent, agendum nobiſcum.* nam ne longius hoc libros vett relinquere videatur, facit modus ſcribendi *Cos. Deſ.* quo librarii negligentiores utrumque numerum exprimunt. *Agendum* pro *tacendum* ſubſtitui debere, res ipſa clamat, idque orae codicis ſui etiam adſcripſerat Perizonius. Dictio *eſſe in poteſtate ſenatus* vel ex Livio erit ſatis nota.

1. *Nomina noſtra in urnam conjici.*] Nimirum ad ſortitionem de ſuſcipiendo patrocinio provincialium contra Marium. Intelligere debemus, plurium aliorum nomina fuiſſe una cum Plinio in urnam conjecta, ea lege, ut, cujus nomen primo exiiſſet, ſive extractum eſſet, is patrocinium provincialium ſine recuſatione ſubiret. Ita namque ſolet ſors in rebus dubiis explicandis pro remedio adhiberi, & hoc extremum refugium eſſe: ſicut & Jusjurandum in talibus τελευταῖα καταφυγή. Alia eſt autem quae apud Horatium, *Omne capax movet urna nomen.* Videndum tamen, an conjectio illa in urnam hic facta ſit non ſortitionis cauſa, ſed potius ſuffragiorum ſeu votorum colligendorum, quod hodie etiam factitari ſolet in Republica Veneta. RITTERSHUS.

2. *Moderatae.*] Ita omnino Catanaei, Aldi, aliorum ſeqq. Edd. Inepte Neoterici, *moderate.* GRUTER.

3. *Exiſtimes conſtare rationem.*] Supra Lib. II. Epiſt. IV. *Sed temperanda in aliis liberalitas, in te vero facile* ratio conſtabit, *etiamſi modum exceſſerit.* Er rurſus Lib. IX. Epiſt. II. extr. *Scias illis* conſtare rationem. Eadem locutio & Lib. I. Epiſt. IX. & Paneg. cap. XXXVIII. legitur. Sermo autem a ratiociniis petitus eſt. Nam cum redduntur ac excutiuntur rationes in ſingula aera ac titulos inquiritur: quod ſi accepta atque expenſa recte congruerint, *conſtare ratio*, dicitur. Nam ſi res ſecus habet, tum quaſi labat ac corruit. BUCHNER. Reſpice ad Lib. II Epiſt. IV. extr. Illud *facta dictaque* etiam Plinianum eſt.

4 *Et civis & ſenatoris boni partibus functus es.*] Nam ſicut boni civis eſt parere magiſtratui; ſic Senatoris boni tueri ordinis ſui auctoritatem BUCHNER.

5. *Obſequium.*] Repetit Imperator idem vocabulum, quo & Plinius fuerat uſus. Eſt autem *obſequium* morigeratio, plerumque in bonam partem, interdum tamen etiam in malam. Sic Tacitus Lib. I. Hiſt. *Aggregabantur e plebe*, flagitioſa *per* obſequia *Vitellio cogniti.* Terentianum illud notiſſimum eſt: Obſequium *amicos, veritas odium parit.* Gloſſ. vett. Obſequium, ὑπηρεσία, ἡ πειθώ. Ex eodem diſcimus, olim etiam *Obſequiam* in uſu fuiſſe gen. foemin. Sic enim ait: *Obſequia*: πειθαρχία. In eod. Gloſſar. quod legitur, *Obſequiens*, πιθήνιος, ὑπηρετῶν, ὑπείκων, puto emendandum *Obſequens.* RITTERSHUS.

6 *Ampliſſimi ordinis.*] Tres Romae ordines fuiſſe, notum eſt: Senatorium, Equeſtrem, & Plebejum. Ex his vero Senatorius dicebatur *Ampliſſimus*;

ordinis, quod juſtiſſime exigebat, praeſtando, quas [1] *partes impleturum te ſecundum ſuſceptam fidem confido.*

XXII. VII. C. Plinius Trajano.

Agit gratias.

Agit gratias pro impetratis, ſed poſt Romanam civitatem Harpocrati Iatraliptae impetratam, etiam Alexandrinam petit.

AGo gratias, Domine, quod & jus Quiritium libertis neceſſariae mihi feminae, & civitatem Romanam Harpocrati Iatraliptae meo [2] ſine mora indulſiſti. Sed cum [3] annos ejus & cenſum, ſicut praeceperas,

pliſſimus: qua voce & Conſules appellabantur. Leg. L. ſi cui libertas. D. de condit. & demonſtrat. & alibi paſſim. Alias Senatores *Clariſſimi* quoque vocantur. Exempla ubique obvia ſunt. Illa autem Dignitatum diſtinctio, ut alii *Illuſtres* dicerentur, alii *Spectabiles*, alii *Clariſſimi*, alii *Perfectiſſimi*, ſequioris eſt ſeculi. Vid. Alciat. & Cujac. Porro etſi plerumque Senatus etiam ab auctoribus inter Magiſtratus refertur: proprie tamen magiſtratus non eſt, ſed ordo: quod ex Ariſtotele quoque conſtat Lib. IV. Polit. cap. IV. Eſt & hoc notandum: Ciceronem in Miloniana Ampliſſimos ordines uſurpare Senatorum, Equitum, & Tribunorum aerarii: ibi: *Si denique umquam locus ampliſſimorum ordinum delectis viris datus eſt, &c.* RITTERSHUS. Aptius erat: *obſequium* ampliſſimo ordini, *q. j. e. praeſtando.* Vide tamen, quae ſcripſimus ad Lib. II. Epiſt. I. n. 6.

1. *Partes.*] Judicandi: nam non poſſumus referre ad judicium Marii Priſci. quoniam cum Plinius pro Afris dixit, Trajanus Caeſar in ſenatu praeſidebat: erat enim conſul. qui hanc epiſtolam cum praecedenti conjunxerunt, ut eſſet una & eadem cum ſuperiore, ex profeſſo arguuntur non habuiſſe exemplar temporibus Plinii ſcriptum, ut aſſerunt, neque ſenſum ullo modo intellexiſſe. CATAN. Conjungit hanc cum ſuperiore Aldus, & in Ed. Veron. plures hujus generis epiſtolas in unam conflatas videre licet: quemadmodum contra quaedam male ſeparantur & in duas distrahuntur.

2. *Sine mora indulſiſti.*] Cum talis officii gratia in celeritate conſiſteret, ut loquitur Plinius Epiſtola penultima hujus libri. Omnino enim ita eſt: Beneficium auget ac gratias accipienti facit ipſa celeritas: ſicut e contrario mora, cum beneficium diu haeſit in manibus dantis, non parum de gratia deterit. Videatur Seneca in libris de beneficiis, & Auſonius Epigram. LXXXI.

Gratia quae tarda eſt, ingrata eſt. gratia namque
Cum fieri properat, gratia grata magis.

Et Epigrammate ſequenti:

Si bene quid facies, facias cito. Nam cito factum
Gratum erit: Ingratum gratia tarda facit.

Hinc & Juriſconſulti ajunt: *plus eſſe ſtatim aliquid dare: minus eſſe poſt tempus dare* §. fidejuſſores. Inſtitut. de fidejuſſorib. Eodem pertinet illud: *Solidum non ſolvitur non minus quantitate, quam die:* ut ait Calliſtratus in Leg. LXXXV. in ſolidum. ff. de ſolut. &, *qui tardius ſolvit quam ſolvere debet, minus ſolvere intelligitur.* § ſi quis agens. verſ. tempore. Inſtitut. de act. Eodem pertinet, quod jam olim vulgari proverbio jactatum eſt: *Bis dat qui cito dat.* RITTERSHUS.

3. *Annos ejus & cenſum ederem.*] Modum facultatum ejus, ſeu, quantum haberet in bonis, ederem, ſive ſignificarem. Nam pro illorum ratione diſtinguebantur & cenſebantur cives distributi in ordines certos ac claſſes, ex inſtitutione ſaluberrima Servii Tullii, qui primus ordinavit cenſum, de quo Livius Lib. I. Dionyſ. Halicarnaſſ. Lib. IV. & JCti D. de cenſibus exponunt. Ceterum cum ageretur *cenſus*, nomen, genus, annos, facultates quisque civium jurato edebat ſeu profitebatur, poena afficiendus, ſi fefelliſſet. Ratio erat, ut ſic conſtaret, non tantum de civium numero; ſed quanta etiam manus pro modo militaris aetatis apta bello eſſet: tum quantum quisque

peras, ederem, admonitus ſum a peritioribus, debuiſſe me [1] ei ante Alexandrinam civitatem impetrare, deinde Romanam, quoniam eſſet Aegyptius. [2] Ego autem, quia inter Aegyptios ceteroſque peregrinos nihil intereſſe credebam, contentus fueram hoc ſolum ſcribere tibi, eum ſcilicet a peregrina manumiſſum, patronamque ejus jampridem deceſſiſſe. de qua ignorantia mea non queror, [3] per quam ſtetit, ut tibi
3 [4] pro eodem homine ſaepius obligarer. Rogo itaque, ut beneficio tuo legitime

quisque in ſumtus bellorum gerendaeque publicae rei contribuere poſſet. Hinc patet ratio, cur Plinius *aetatem* Harpocratis & *cenſum* edere habuerit neceſſe. Videlicet quod aliter recipi ac cooptari inter cives haud poſſet. Quoniam autem agendo cenſu ad facultates maxime reſpiciebatur, unde & *Cenſus* in Gloſſis Philoponi ἀπογραφὴ οὐσίας interpretatur; idcirco haec vox communiter de bonis cujusque ac patrimonio uſurpari cepit. Horatius:

Illis privatus Cenſus *erat brevis,*
Commune magnum.

Et in Epiſtolis: *Praeconem tenui* Cenſu. Sic contra *maximus Cenſus* apud Sueton. Tiberio cap. XLIX. Quod Noſter *edere cenſum*, alii *profiteri cenſum* dixerunt. Ulpianus: Cenſu *manumittebantur ſervi, qui luſtrati* cenſu *Romae juſſu Dominorum inter cives Romanos* cenſum *profitebantur*: alibi idem *ſignificare cenſum* dixit. Sed in priore loco fruſtra *luſtrati cenſu Romae* dicit: quia *cenſus*, ut incomparabilis Salmaſius in Commentario de uſurarum modo obſervat, tantum in urbe ageretur, non in provinciis, ubi profeſſio tantum fieret, ſive ἀπογραφὴ; non *cenſus* ſive ἀποτίμησις: pro qua diſtinctione utriusque vocabuli JCti Graeci Veteris etiam fragmentum allegat. Sed id diſcriminis non attendunt Latini auctores; & ipſi JCti indifferenter vocabula iſta uſurparunt, ut Digeſt. de Cenſibus titulus atteſtatur, Epitomator Livii Lib. CXXXIV. Cenſum *a tribus Galliis actum* memorat: & Taciti I. Annal. verba ſunt: *Regimen ſummae rei penes Germanicum, agendo Galliarum* cenſui *tum intentum.* Interim inficiandum non eſt, quod Lipſius etiam ad illum Taciti locum prudenter monet, *cenſum* in provinciis actum potiſſimum, ut ex modo facultatum tributa & vectigalia penderent; non ut ex eo honores ac ordines, ſicut Romae, conſequi poſſent. pro quo discrimine, ſane meliore jure ac magis proprie provinciarum cenſus ἀπογεαφὴ ſive *Profeſſio*; Romanis ἀποτίμησις ſive *Cenſus* nominetur: quamquam haec duo vocabula promiſcue uſurpari ſoleant. Nec aliud voluiſſe JCtum Graecum, inde conjici poteſt; quod non ſimpliciter dixit, ἔν τε ταῖς ἐπαρχίαις ἀπογραφαῖς χρῶνται; ſed μᾶλλον ἀπογραφαῖς χρῶνται. BUCHNER. Verbum *edere*, in hoc ſignificatu, venuſte illuſtrat Brockhus. ad Propert. Lib. II. Eleg. VII. vs. 55.

1. *Ei ante Alexandrinam.*] Notandus eſt hic ordo: ſi quis ex Aegyptiis ad jus civitatis Romanae adſpirabat, hunc prius civem Alexandrinum fieri debuiſſe: & hac in re Aegyptios prae ceteris peregrinis praecipui quid habuiſſe. Nam ceteri peregrini immediate ad civitatem Romanam pervenire poterant: nec opus erat, eos alterius cujuſpiam civitatis jura adipiſci. Tributum hoc fuit dignitati Alexandriae urbis Aegyptiae, ne forte per praeteritionem illa ſpreta fuiſſe videretur. Fuerunt autem plures urbes, quae Alexandriae nomen habebant: ut videre eſt apud Stephanum in Lib. de urbibus. RITTERSHUS.

2. *Ego autem, quia inter Aegyptios ceteroſque peregrinos.*] Ergo peregrini alii omnes in civitatem Romanam adſciſci poterant, licet domi, ſive in patria, cives non eſſent, praeterquam Aegyptii: quos ante apud ſe eſſe cives oportebat, priusquam fierent Romae. Ceterum Alexandrinam Civitatem non temere datam a Principibus, ex ſequenti Epiſtola patet. quod ad honorem Civitatis illius Catanaeus refert. Sed cum eo interpretabatur quoque, quod liceret in eam urbem faſces nullos, hoc eſt, nullos magiſtratus cum faſcibus, ingredi; in eo ſane fallitur. Nam aliam cauſam ejus rei ex Trebellio Pollione in XXX. Tyrannis, cum de Aemiliano exponit, diſcere poſſumus. BUCHNER.

3 *Per quam ſtetit.*] Quae in cauſſa fuit. Livius Lib. IX. cap. XIV. per utros ſtetiſſet, *quo minus diſcederetur ab armis.* & Lib. XXIV. cap. XVII. *ut* per eum ſtetiſſe *diceret*, *quo minus accepta ad Cannas redderetur hoſti clades.* CELLAR.

4. *Pro eodem homine ſaepius obligari.*] Cum quidem ſatis abundeque ſufficiat, vel in una ſpecie per amici laborem alicui conſuli, ut verbis utar Papiniani in Leg. XXXIX. Tutores. §. 2. qui ſe negotiis. D. de adminiſtrat. tut. quam ſententiam etiam imitati ſunt Imperatores in Leg. XX. Tutori. C. de

legitime frui poſſim, tribuas ei & Alexandrinam civitatem, & Romanam. Annos ejus & cenſum (ne quid rurſus indulgentiam tuam moraretur) libertis tuis, quibus juſſeras, miſi.

XXIII. VIII. Trajanus Plinio.

Concedit Trajanus Harpocrati civitatem Alexandrinam.

[1] *Civitatem Alexandrinam*, [2] *ſecundum inſtitutionem principum, non temere dare propoſui, ſed cum Harpocrati Iatraliptae tuo jam civitatem Romanam impetraveris, huic quoque petitioni tuae* [3] *negare non ſuſtineo. Tu* [4] *ex qua nomo ſit, notum mihi facere debebis, ut epiſtolam tibi ad* [5] *Pompejum Plantam, praefectum Aegypti, amicum meum, mittam.*

XXIV.

C. de negotiis geſtis. Obligandi autem verbo hic utitur Plinius, ut ſignificet, donatarium, ſi non ad antidora, ſaltem ad memoriam grati animi donatori teneri. Videatur pulcherrimus locus de referenda & habenda gratia, apud Ciceronem pro Planc. & Lib. II. de Officiis. Rittershus. De verbo *obligari* vide ſupra ad Epiſt. III. n. 1.

1. *Civitatem Alexandrinam.*] Haec ab Alexandro M. conſtructa fuit in reditu ab Hammone: viſa loci opportunitate complexus quidquid loci eſt intra paludem & mare, & octuaginta ſtadiorum muris ambitum deſtinavit: verum ut omittam quae Lib. III. ab Arriano hiſtorico, ceteriſque ſuper hac traduntur, diligentiſſime Strabo libro decimo ſeptimo omnem conſtructionem exequitur. Catan.

2. *Secundum inſtitutionem Principum.*] Qualis haec fuerit inſtitutio, non facile quis dixerit: verumtamen intelligimus, ita ſervatum fuiſſe a retro Principibus, ut ad civitatis Alexandrinae jura difficulter homines admitterentur: ſive hoc ex aliqua certa lege fluxerit, ſive ex conſuetudine, quae pro lege cuſtodiretur. Rittershus.

3. *Negare non ſuſtineo.*] Non ita firmi & obdurati animi ſum, ut negare auſim. Noſter Panegir. cap. XXVI. *Tu ne rogari quidem* ſuſtinuiſti, id eſt, paſſus es. Et cap. LX. *Noverat moderationem hominum, noverat pudorem, qui non* ſuſtinerent *tertio conſules eſſe.* Ovidius Metamorph.

Suſtinet *ad Progrnen poſt talia dicta reverti.*

Juvenal. Sat. XV.

——— *& qui mordere cadaver* ſuſtinuit,

id eſt, veritus haud eſt. Buchner. Lucanus Lib. V. vs. 792.

—— —— non *moeſti pectora Magni*
Suſtinet *amplexu dulci, non colla tenere.*

Lib. VIII. vs. 230.

Suſtinui *noſtris vos tantum deeſſe triumphis.*

Hoc frequentiſſime obvium eſt.

4. *Ex qua nomo ſit,*] Scire debemus, Aegyptum, provinciam nobiliſſimam, fuiſſe distributam in certas regiones & praefecturas, quae *Nomi* fuerint appellatae, a verbo νέμειν, id eſt, distribuere. unde etiam νόμος, deſcendit, id eſt, Lex: quamquam νομός, quando praefecturam ſignificat, vel regionem, accentu differt, quem habet gravem in ultima. Diod. Siculus Lib. II. hujusmodi *Nomos* XXXVI. aſſignat Aegypto: & Plinius Lib. III. naturalis hiſtoriae ſcribit, ſolam Thebaidem, quae una tantum pars eſt Aegypti contermina Aethiopiae, in 12. νομὸς ſeu praefecturas fuiſſe diviſam. Praefecti autem harum regionum dicebantur *Nomarchi.* Budaeus in Comment. Graecae linguae. Rittershus.

5. *Pompejum Plantam.*] Hunc hiſtoriam ſcripſiſſe, diſcimus ex Scholiaſte Juvenalis. Barth.

3. Ho-

XXIV. IX. C. Plinius Trajano.

De Statuis principum in municipium transferendis.

Petit commeatum excurrendi in oppidum Tiphernum, & in agros ſuos per menſem, quod illic aedificaturus templum, in quod Trajani indulgentia erat translaturus principum ſtatuas per fundos ſparſas, & agros ſuos ordinaturus.

CUm divus pater tuus, Domine, & oratione pulcherrima, & [1] honeſtiſſimo exemplo omnes cives ad munificentiam eſſet cohortatus, petii ab eo, ut [2] ſtatuas principum, quas in longinquis agris, per plures ſucceſſiones traditas mihi, quales acceperam, cuſtodiebam,
2 permitteret in municipium transferre, adjecta ſua ſtatua. [3] Quodque ille mihi cum pleniſſimo teſtimonio indulſerat, ego ſtatim decurionibus ſcripſeram, ut adſignarent ſolum, in quo templum pecunia mea exſtruerem: illi [4] in honore operis ipſius electionem loci mihi obtulerant. Sed

1. *Honeſtiſſimo exemplo.*] Nam ſecundum Dionem, etiam de ſuo plurima donavit, & damnatorum bona ſuperſtitibus reſtituit heredibus, quaecunque Domitianus injuſte abſtulerat: egenis vero Romanis emptos mille & quingentis myriadibus agros per quosdam ſenatores diviſit. Catan.

2. *Statuas Principum.*] Vocantur etiam ſimulacra Imperatoria, in Leg. unica C. de his, qui ad ſtatuas confugerunt. *Statuae* autem (quae vel aeneae vel argenteae vel marmoreae erant, ut diſcimus etiam ex Leg. I. C. de ſtatuis & imaginibus) honoris ergo poni ſolebant illuſtribus & bene meritis de Republica viris: non tantum principibus, ſed etiam aliis, ut Philoſophis & Oratoribus. Sic apud Plutarchum legimus, *Demetrio Phalereo* 300. *ſtatuas poſitas, & easdem uno rurſum die everſas*, poſtquam ſummus favor populi, qui Euripo ſimilis eſt, in acerbiſſimum odium eſſet converſus. Sic eorum, qui ex cauſa majeſtatis relegati deportative fuiſſent, ſtatuas poenae cauſa detrahi ſolitas, diſcimus ex Modeſtino in Leg. XXIV. D. de poenis. Principum autem ſtatuae quaſi jus aſyli habebant, ut, qui ad eas confugiſſent, eos non liceret inde abſtrahere, notum eſt ex Leg. II. D. de his, qui ſui vel alieni juris ſunt. §. ult. Inſtit. eod. & tit. C. de ſtatuis & imaginibus. & tit. C. de his, qui ad ſtatuas confugiunt. de quo plura ad Epiſt. LXXV. Rittershus.

3. *Quodque ille mihi.*] Suboffendit me iſtud *quodque.* Forte diſtinguendum legendumque, *ſtatua. Quod* quum *ille mihi &c.* Gruter. *Quodque ille mihi.*] Gruterus malebat novam periodum fieri, & *Quod cum ille &c.* legere. Ipſe pro *cum*, *ubi*, malim. Vel *ut*: nam & infra *ut* pro *poſtquam* uſus eſt. Buchner. Libri omnes, *Quodque ille*, & nihil deprehendes difficultatis, ſi curatius conſideres.

4. *In honore operis.*] Id eſt, honorandi operis, & in eo Trajani cauſa: ſive in honorem operis. B. Hieronymus adverſus Vigilantium de Maria Magdalena unguento Chriſtum Dominum perfundente: *tamen illa mulier in* honore *Chriſti hoc fecit.* Paulo ante, *pro honore martyrum* ſimiliter dixerat. Aliis, *ſub honore eſt.* Prudentius Hymno ante cibum de Chriſto Salvatore:

> *Numinis ut ſub* honore *tui*
> *Has epulas liceat capere.*

Buchner. *In honore operis* Aldus, Catanaeus, Gryphius ceterique omnes, pro *in honorem operis:* qualia ex libris veteribus vidimus ſupra Lib. I. Epiſt. XXIII. n. 1. Lib. VIII. Epiſt. VI. n. 14. & alibi. Pari ratione Sulpic. Sever. Vit. Mart. cap. XXII. extr. *Res digna miraculo recte memoriae mandabitur, in* exemplo *cavendi, ſi quid deinceps uſpiam tale contigerit.* Ita habent membranae antiquiſſimae: pro *in exemplum.* Florus Lib. III. cap.

Sed primum mea, deinde patris tui valetudine, poſtea curis delegati
a vobis officii retentus, nunc videor commodiſſime poſſe [1] in rem
praeſentem excurrere. [2] Nam & menſtruum meum Calend. Septembris finitur, & ſequens menſis complures dies [3] feriatos habet. Rogo 4
ergo, ante omnia permittas mihi opus, quod inchoaturus ſum, exornare & tua ſtatua: deinde, ut hoc facere quam maturiſſime poſſim,
[4] indulgeas commeatum. Non eſt autem ſimplicitatis meae, diſſimu- 5
lare apud bonitatem tuam, obiter te plurimum collaturum utilitatibus rei familiaris meae. Agrorum enim, quos in eadem regione poſſideo, locatio cum alioqui CCCC. excedat, adeo non poteſt differri, ut proximam putationem novus colonus facere debeat. Praeterea, [5] continuae ſterilitates cogunt me de remiſſionibus cogitare, quarum ratio-

cap. XX. n. 8. *de milite deſertor, inde latro, deinde in honore virium gladiator.* ubi vide Cl. Duckerum. Sed utut hoc apud alios feram, de Plinio tamen jam ſupra pronunciavi, eum potius conſuetam rationem ſecutum eſſe, adeoque & hoc loco ſcripſiſſe *in honorem.* CORTE.

1. *In rem praeſentem excurrere.*] *Ire, venire,* vel *proficiſci*, vel *excurrere in rem praeſentem*, eleganter & ſaepe dicitur: quod Germani vocant Auff den Augenſchein ziehen: Item: einen Außgang thun. Latet hic illa ſententia, *praeſentiam domini omnibus in rebus plurimum valere, & opus promovere.* Seneca Epiſt. VI. In rem praeſentem *venias oportet, quia homines amplius oculis quam auribus credunt*, (quae Herodoti eſt ſententia) Item Seneca, Epiſt. C. *Quid opus eſt verbis?* In rem praeſentem eamus. RITTERSHUS.

2. *Nam & menſtruum meum.*] Praefecturam aerarii cum Cornuto Tertullo adminiſtrabat Plinius. Ceterum obtinebat Romae, ut ſocii muneris & dignitatis per vices menſtruas curarent. Ita, ut cum per unum menſem praefuiſſet alter, alter ſequenti praeeſſet, & ita orbis quidam fieret. Similiter in Conſulatu per menſium vices penes alterum alterumque illius imperii faſces erant, de quo Dionyſius Lib. V. initio: itemque Livius in Decemvirorum hiſtoria, & Gellius Lib. II. cap. XV. Meminit ejus ritus Suetonius etiam Caeſare cap. XX. *Menſtruum*, menſis; ſive menſtruum tempus eſt, hoc eſt, quod Luna circumiens implet. Duas itaque cauſſas affert Plinius, cur petitioni ſuae veniam dare Imperator debeat. Prima eſt, quod ſuum menſem in obeunda praefectura aerarii impleverit, & nunc illius ſumma cura ad collegam devolvatur. Secunda, quia ſequens menſis plures dies feriatos habeat; idcirco Collegam facile ſua opera conſilioque carere poſſe. BUCHNER.

3. *Feriatos.*] Vacuos a negociis publicis. Erant feriae Jovi ſacrae. genera autem earum quatuor. in feriis hoc tantum licebat agere, ex reſponſo Scaevolae, quod praetermiſſum noceret: longa diſſertatio eſt ſuper praedictis apud Macrobium Lib. I. Saturnalium. CATAN.

4. *Indulgeas commeatum.*] *Commeatum*, commeandi, ſive proficiſcendi copiam veniamque dixit. Inde & alia venia adpellata. Vellejus Lib. II. cap. XCIX. Commeatum *ab ſocero atque eodem vitrico acquieſcendi a continuatione laborum petiit.* Feſtus: COMMEATUM, *tempus illud* interpretatur, *quo quis ire & redire poteſt.* BUCHNER. Adi ſupra Lib. III. Epiſt. IV. n. 2. & Lib. V. Epiſt. XV. n. 9. Infra Aldus vitioſe: *Agrorum enim, quos i. e. r. poſſideo, locationem alioqui CCCC. excedat.*

5. *Continuae ſterilitates cogunt me de remiſſionibus cogitare.*] De remiſſionibus videlicet penſionum. Hic locus unus eſt ex illis, qui abſque cognitione juris non poteſt ſatis intelligi. Initio autem obſervandum, praedia ruſtica duobus modis ſolere locari vel *nummis*, ſive ad pecuniam numeratam, hoc eſt, ea lege, ut quotannis certa nummorum quantitas detur locatori a conductore ſeu colono. Leg. XXVI ſi apes. §. I. D. de furtis. vel *partibus*, id eſt, ut colonus certam partem fructuum det domino ſive locatori, & quaſi quodam ſocietatis jure lucrum & damnum cum domino fundi partiatur. unde etiam hic colonus dicitur *partiarius.* Leg. XXV. ſi merces. §. 6. vis major. verſ. apparet. D. locati. quod genus Germani vocant halb Bawren. Et hoc diſcrimen colonorum ſignificat ipſe noſter Plin. Lib. IX. Epiſt. XXXVII. ubi conqueritur de improbitate colo-

6 rationem niſi praeſens inire non poſſum. Debebo ergo, Domine, indulgentiae tuae [1] & pietatis meae celeritatem, & ſtatus ordinationem, ſi mihi ob utraque haec dederis commeatum triginta dierum. Neque enim anguſtius tempus praefinire poſſum, cum & [2] municipium, & agri, de quibus loquor, ſint ultra centeſimum & quinquageſimum lapidem.

XXV. X. Trajanus Plinio.

Concedit Imperator Plinio quod petierat.

Et privatas multas, & omnes publicas cauſas petendi commeatus reddidiſti: mihi autem vel ſola voluntas tua ſuffeciſſet. Neque enim dubito,

colonorum, qui ad pecuniam numeratam conduxerant, inquiens, *occurrendum augeſcentibus vitiis, & medendum eſt. Medendi una ratio eſt, ſi non nummo, ſed partibus locem.* Ubi *nummo* intelligere debemus non *uno nummo* (hoc enim non fit locatio, ut neque venditio) ſed *collective* de pecunia numerata, ſecundum Leg. in uſu Juris. 158. D. de verb. ſignif. Rittershus.

1. *Et* pietati *meae celeritatem, &c.*] Jamdudum ad marginem pendet ex optimo haud dubie libro preditum *ſtatus*: & nemo tamen, quod ſciam, inventus, qui digitum tolleret. Nimirum, & vicina juvanda ſunt. Sic igitur ſcripſit Plinius: Debebo, *ergo, Domine, indulgentiae tuae &* pietatis *meae celeritatem &* ſtatus *ordinationem, ſi mihi ob utraque haec dederis commeatum triginta dierum.* Duplex beneficium a Trajano in ſe collatum iri ſcribit, ſi commeatum accipiat: debiturum enim illi & *celeritatem pietatis* ſuae, hoc eſt, quod tanto citius explicaturus ſit pietatem ſuam erga principes ſuperiores & ipſum Trajanum ſtatuis eorum unum in locum auguſtum conferendis; & *ordinationem ſtatus*, hoc eſt, quod partem rei familiaris, vel patrimonii non contemnendam obiturus & ejus utilem neceſſariamque curam acturus ſit. *Status*, ut apud Vellejum, II, 2. *ſimul etiam promulgatis agrariis legibus, omnibus* ſtatum *concupiſcentibus, ſumma imis miſcuit.* Et cap. LXXII. *nullum* ſtatum *habentibus, quilibet dux erat idoneus.* Id eſt, *rem*, ut in illa voce Philippi apud Ciceronem Lib. II. de Officiis: *non eſſe in civitate duo millia hominum, qui* rem *haberent. Certa conditio vitae.* Caeſar III. de bello civili cap. CX. Tacitus III. Annal. 28. *multorumque exciſi* ſtatus. L. ult. D. ad Leg. Jul. majeſtatis: *Is, qui in reatu decedit, integri* ſtatus *decedit.* Sic etiam *ſtare* eſt vivere ſalvo patrimonio. Cicero II. Catil. *Hoſce ego tam milites acres quam inficiatores lentos eſſe arbitror; qui homines ſi* ſtare *non poſſunt, corruunt.* In Piſonem: *foris eſſe* Gabinium, *ſine provincia* ſtare *non poſſe.* Suetonius Othone: *Neque enim diſſimulabat, niſi principem ſe* ſtare *non poſſe: nihilque referre, ab hoſte in acie, an in foro ſub creditoribus caderet.* Veſpaſiano: *profeſſus quadringenties millies opus eſſe, ut reſpublica* ſtare *poſſet.* Gronov. Vulgatae corruptiſſimae: Debeo *ergo, Domine, indulgentiae tuae &* pietati *meae celeritatem, &* ſtatuarum *ordinationem, ſi mihi,* cet. ex quibus nemo umquam ſanum ſenſum extorſerit. Veriſſime emendavit Gronovius, qui & recte explicat: niſi quod ille circa vocabulum *ſtatus* (quod etiam Aldus habet, pro *ſtatuarum*) ad aliena dilapſus ſit. *Ordinare ſtatum*, ſollemnis eſt locutio, de qua nos ad Lib. VIII. Epiſt. XXIV. n. 2. Hic tantum *ſtatus* privatus, agrorum & rei familiaris intelligitur, quemadmodum alibi ſtatus publicus. Sic nihil ſubeſt difficultatis, nec opus habemus longe arceſſitis. Verbum *ordinare* in eadem re adhibuit Lib. IX. Epiſt XXXVII. n. 1.

2. *Municipium.*] Crediderim ſane Tifernum Tiberinum, quod tantum ab urbe diſtet, quod nullibi locorum Plinius ſcribat ſe habuiſſe agros, quam in Thuſcis & Tranſpadana regione, quae bis tot ab urbe diſtat illud animadvertendum, non omnes has epiſtolas ad Trajanum ſcriptas a Secundo, dum eſſet in Bithynia, ſed quaſdam, ut hanc, dum ſtaret in urbe, abſente ab ea Trajano. Collegit igitur in unum libellum quaſcunque Imperatori ſcripſerat. Catan.

1. *Ad*

bito, te, ut primum potueris, [1] *ad tam diſtrictum officium reverſurum. Statuam poni mihi a te* [2] *eo, quo deſideras, loco* [3], *quamquam ejusmodi honorum parciſſimus, tamen patior, ne impediſſe curſum erga me pietatis tuae videar.*

XXVI. XVI. C. Plinius Trajano.

De itinere ſuo in Bithyniam.

Nunciat ſe veniſſe Epheſum, reliquum itineris in Bithyniam facturum, partim navi, partim vehiculis.

Quia confido, Domine, ad curam tuam pertinere, nuncio tibi, me Epheſum cum omnibus meis [4] ὑπὲρ Μαλέαν navigaſſe: quamvis con-

1. *Ad tam diſtrictum officium.*] Videlicet praefecturae aerarii, a quo diutius abeſſe non erit tibi integrum. Rittershus.

2. *Eo*, quod *deſideras, loco.*] Sic Hackiana cum Aldo. Sed ſcribendum: *quo deſideras*, ut jam Gryphius aliique ediderunt.

3. *Quamquam ejusmodi honorum parciſſimus.*] Cauſam aperit noſter Paneg ad Trajanum cap. LV. his verbis: *Ac mihi intuenti ſapientiam tuam minus mirum videtur, quod mortales iſtos caducosque titulos aut depreceris, aut temperes. Scis enim ubi vera principis, ubi ſempiterna ſit gloria: ubi ſint honores, in quos nihil flammis, nihil ſenectuti, nihil ſucceſſoribus liceat*, & quae ſequuntur ibi alia huc pertinentia. Cum dicit, *aut temperes*; cum illo congruit, quod hic *parciſſimum* fuiſſe ſcribit. Nam utrobique ſignificat, non quidem recuſaſſe Trajanum honores penitus, ſed admiſiſſe parce, & temperaſſe, hoc eſt, ad modum quendam redegiſſe, ne nimii viderentur. *Nam recuſare omnes*, ut ibidem Noſter praeclare, *ambitionis; moderationis eſt, eligere parciſſimos.* Buchner.

4. Ὑπὲρ Μαλέαν] *Super Maleam*, quae & Μαλεία dicitur, ſecundum Stephanum, promontorium eſt Peloponneſi, ex quo ad Cretam inſulam, ſi Plinio credimus, certiſſimus curſus. intervallum autem a *Malea* ad columnas Herculeas ſi quis computet, ex auctoritate Strab. inveniet ſtadiorum viginti duo millia & quingenta. maria ipſa, praeſertim ſupra *Maleam*, propter adverſos ventorum flatus, non fuere tuta. inde natum vulgo proverbium, *Cum Maleam deflexeris, domeſticos obliviſcere.* Virgilius Maleae undas *ſequaces* appellavit. Catan. Ὑπὲρ Μαλέαν.] *Supra Malean*, vel, *ultra.* Obiter autem de hoc monebo, *Retentus* hic legi non tantum in iſta mea Edit. ſed in aliis etiam omnibus quas viderim: quum tamen *Retentum* ſcripſiſſe Plinium, & ſcribere debuiſſe, ne in ſoloeciſmum incideret, exiſtimem. Alioqui certe *Sim* aut *Fuerim* ante *Retentus* omiſſum putarem: aut (quod rationi conſentaneum minime videtur) jungerem *Retentus* cum *Nuntio*: hoc modo, *Quamvis contrariis ventis retentus, nuntio*, &c. Stephan. Sine cauſſa laborat Stephanus in voce *retentus*, cum certum ſit, *fuerim* aut *ſim* intelligi debere. Alioqui non infrequens eſt haec Enallage, ut vidimus ad Lucani Lib. IV. vs. 20. Arator Act. Apoſt. Lib. I. vs. 173.

Se quoque permittens, fuſus *genitricis ab alvo,*
Carnis jura pati, vitam ne perderet orbis,
Maluit ipſe mori.

Sic duo libri ſcripti, quorum excerpta habemus, & ratio planior eſt, quam apud Plinium. Tamen editores fecerunt inſulſum: *permittens* fuſae *genitricis.* cet. Duplici Figura Annaeus noſter Lib. V. vs. 365.

— *unumque* caput *tam magna juventus*
Privatum factura timet, velut enſibus ipſis
Imperet, invito moturus *milite ferrum.*

De dicto ὑπὲρ Μαλέαν notat quaedam Jo. Brodaeus Lib. I. Miſcell. cap. XXXV. princ. Corte.

 1. *Deſti-*

contrariis ventis retentus. Nunc [1] deſtino, partim [2] orariis navibus, partim vehiculis provinciam petere. Nam ſicut itineri graves aeſtus ita continuae navigationi [3] Eteſiae reluctantur.

XXVII. XVII. Trajanus Plinio.

Laudat conſilium Secundi.

Recte [4] renunciaſti, mi Secunde cariſſime. Pertinet enim ad animum meum, quali itinere in provinciam pervenias. Prudenter autem conſtituis, [5] interim navibus, interim vehiculis uti, prout loca ſuaſerint.

XXVIII.

1. *Deſtino.*] Id eſt, cogito vel conſtituo. ſic idem Plinius Lib. III. Epiſt. III. deſtino, *ſi tamen officii ratio permiſerit excurrere iſto.* Sic Suetonius in Caeſare cap. XLIV. *de ampliando imperio plura aut majora indies* deſtinabat. & Caeſar ipſe Lib. I. de bello civili: *infectis iis, quae agere* deſtinaverat. Sic Livius Lib. VI. deſtinatum *eſt mihi in animo.* Alias *deſtinare* eſt idem quod mittere, item aliquo dirigere: v. g. jaculum ad ſcopum. item aſſignare vel deputare alicui rei vel uſui vel muneri. Habet etiam hoc verbum in Jure noſtro alias ſignificationes. Leg. XCIV. & Leg. ult. D. de verb. oblig. & Leg. oſſa. D. de religioſis & ſumptibus funerum. Leg. I. §. 1. legatis. D. de judiciis. & Leg. XV. D. de re judicata. & Leg. III. §. 7. D. ad exhibendum. Rittershus.

2 *Orariis navibus.*] Piſcatoriis & parvis, ſic interpretatur Mart. illud Plauti in Rudente, *mea opera laboratur & rete, & horia.* haec convenientior videtur lectio, tanquam parvis lembis lecturus eſſet *oram* litoris Jonii, potius quam navibus *onerariis*, quae amant altum pelagus. Catan. *Partim Orariis navibus.*] *Oriam* apud Plautum Fulgentius in Gloſſis naviculam *modicam piſcatoriam navem* interpretatur. Quam vocem ab *ora* deducunt nonnulli; quod hoc navicularum genere orae litorum tantum legi ſolerent, quo Catanaeus *orarias* iſtas Plinianas interpretatur. An *orarias* interpretabimur naves illas, quas Suetonius Caeſare cap. XLIII. *Vectorias* appellat, & *orarias* dictas, quod praeſtolarentur ad oram vectores, ut transportando mercedem facerent? Buchner. Deſcribit hujusmodi navigationem Rutilius Lib. I. Itin. vs. 219.

Progredimur parvis per litora proxima cymbis
Quarum perfugio crebra pateret humus.
Aeſtivos penetrent oneraria carbaſa fluctus, cet.

3. *Eteſiae.*] Conſtat *Eteſias* tantum in aeſtate flare, cum nulli ventorum magis ſtati ſint. Exoriuntur autem ſecundum Plinium, *poſt biduum ab exortu Caniculae.* Gellius vero tradit, *cum Canis oritur.* Columella autem, *Calend. Auguſti.* at Seneca in Naturalibus quaeſtionibus opinionem quorundam recitans, *aeſtate*, inquit, *flare incipiunt, cum & longius extenditur dies, & recti in nos radii diriguntur.* Catan.

4. *Renunciaſti.*] Scilicet, fortunam itineris tui. Ceterum pro, *mihi*, Aldus & Catanaeus legunt, *mi Secunde.* quam lectionem alteri praefero. eſt enim haec formula [*mi Secunde,*] blandientis, qua Imperator & alibi ſaepiſſime in his Epiſtolis ad Plinium utitur. Omitto nunc alias Epiſtolas, ubi eadem Compellatio adhibita eſt Plinio ab Imperatore. In aliis quibusdam ſimpliciter eſt, *Secunde chariſſime.* Notandum eſt autem, Imperatores Romanos ſaepiſſime ſolitos ad hunc modum praefectos vel magiſtratus ſuos in reſcriptis ſalutare. Exempla ſunt etiam in Pandectis, ut Alexand. in Leg. LXXXVII. §. 3. ff. de Leg. II. *Juliane chariſſime.* Sic Divi fratres in Leg. I. §. 2. ff. de Quaeſtionib. *Prudenter & egregia ratione humanitatis, Saxa chariſſime, &c.* Sic Divus Pius in Leg. VI. ad Leg. Juliam de vi publ. *Gemine chariſſime.* Solebant quoque eosdem parentes ſuos honoris ergo ſalutare, & addere, *Chariſſ. nobis.* quae poſtrema verba ſaepe indicabantur per literas ſingulares ſeu notas *K. N.* Videatur liber Novellarum Theodoſii. Sic Imperatores appellabant Juriſperitos *Amicos ſuos.* Exemplum nobile exſtat in Leg. XVII. Divi fratres. ff. de jure patronatus. *Voluſius Moecianus amicus noſter, &c* Sic hodie nihil eſt uſitatius in literis Principum ad ſuos Conſiliarios, quam illud, unſern lieben getrewen / &c. Rittershus.

5. *Interim navibus, interim vehiculis uti.*] *Interim* pro

XXVIII. XVIII. Plinius Trajano.

In Bithyniam ſe veniſſe ſcribit.

Nunciat ſe tandem perveniſſe in provinciam, in quam miſſus fuerat a Trajano pro praetore cum conſulari poteſtate, rogatque ut mittat menſorem ad opera publica, in quae multae pecuniae ſuperfluo erogantur.

Sicut ſaluberrimam navigationem, Domine, usque Epheſum expertus: ita inde, poſtquam vehiculis iter facere coepi, graviſſimis aeſtibus, atque etiam febriculis vexatus [1] Pergami ſubſtiti. Rurſus, 2
cum tranſiiſſem in orarias naviculas, contrariis ventis retentus, aliquanto tardius, quam ſperaveram, id eſt, xv. Cal. Octobres Bithyniam intravi. Non poſſum tamen de mora queri, cum mihi contigerit, quod erat auſpicatiſſimum, natalem tuum in provincia celebrare.
[2] Nunc Reip. Pruſenſium impendia, reditus, debitores excutio, quod 3
[1] ex

pro interdum poſuit, ut ſolent recentioris Latinitatis auctores. Seneca Conſolat. ad Marciam: *Quid aliorum tibi funera Caeſarum referam? quos in hoc mihi* interim *videtur violare fortuna, ut ſic quoque generi humano proſint.* Quinctilianus Lib. III. cap. X. *Nam* interim *triplices etiam ſuaſoriae incidunt.* Minucius Felix Octavio: *Ariſtoteles variat, & aſſignat tamen unam poteſtatem: nam* interim *mentem, mundum* interim *Deum dicit*; interim *mundo Deum praeficit.* Buchner. Vide de Particula *interim* Stewech. ad Apulej. Metam. pag. 844. Barth. adde Pricaeum ad Apulej. IX. Metam. pag. 532. & Cl. Ducker. ad Flori Lib. I. cap. XXVI. n. 6.

1. *Pergami.*] Longe clariſſimum Aſiae *Pergamum*, Plinio referente, quod intermeat Silenus, praefluit Caicus profuſus Pindaro monte: *Pergamea* vocatur ejus tractus jurisdictio. Catan. *Pergamus.*] Alio nomine *Troja* dicitur: item *Ilium*, quae fuit patria Galeni medicorum praeſtantiſſimi: ad quam (ut ex Homero & Virgilio notum eſt) Graeci bello decennali ob unam foeminam decertarunt. Rittershus.

2. *Nunc Reipub. Pruſenſium.*] *Pruſa* urbs fuit Bithyniae ad radices Olympi montis, condita a rege Pruſia, qui tempore Cyri vixit. videatur Strabo Lib. XII. & Plinius Lib. V. cap. XXXII. ubi tamen conditam eſſe vult ab Hannibale. Significat hic Plinius, ſe initium adminiſtrationis ſuae feciſſe ab examine ſeu diſcuſſione rationum publicarum, adhibito Maximo liberto Caeſaris, ejusdemque procuratore: idque ideo ut ſcire poſſet, quantum habeat reſpublica in reditibus, quantum ſoleat facere expenſarum, & ſintne hae neceſſariae & utiles an inutiles, ſupervacaneae & immodicae: denique quosnam habeat debitores, & an ii ſint idonei. hae enim ſunt partes cum boni praeſidis & rectoris provinciae, tum etiam cujusvis boni & frugi patrisfamilias, ut de his omnibus diligenter inquirat, & animadvertat quantum in bonis ſit: quantum in expenſis: quantum in aere alieno, & apud quos; denique ut operam det, ne plus ſit in expenſis quam in acceptis: tum ne majori impenſa fiat, quod poterat minori: ſive ut obſervet, ubi & quantum poſſit comparci. alioquin enim ſi hoc negligatur, & *grandia ſi tenues ſuperent impendia cenſus: firma diu ſtabile res nequit eſſe loco.* Atque hoc officio qua publice, qua privatim probe fuiſſe perfunctum Plinium noſtrum, ſatis liquet nobis non ſolum ex hac, ſed etiam ex aliis ipſius Epiſtolis. Tria porro iſta, reditum, impendia, & debitores publicos, alias quoque conjungere ſolet. ut Epiſt. LVI. ubi ſcribit de rationibus Apamenſium a ſe inſpectis. Ceterum cum dicit Rempubl. Pruſenſium, abutitur vocabulo *Reipub.* quod veteres proprie tantum urbi Romae tribuebant, ut videre eſt ex Lib. XV. & ſeq. ubi DD. ff. de verbor. ſignif. Sed non eſt nova haec abuſio, ut *reſpublica* etiam civitas appelletur, aut municipium. Nam & Trajanus ipſe ad hunc modum

[1] ex ipſo tractatu magis ac magis neceſſarium intelligo. Multae enim pecuniae variis ex cauſis a privatis detinentur: praeterea quaedam minime legitimis ſumptibus erogantur. Haec tibi, Domine, in ipſo ingreſ-
4 ſu meo ſcripſi. Quinto decimo Cal. Octob. Domine, provinciam intravi, quam in eo obſequio, in ea erga te fide, quam de genere humano mereris, inveni. Diſpice, Domine, an neceſſarium putes mittere huc [2] menſorem: videntur enim non mediocres pecuniae poſſe revocari a curatoribus operum, ſi menſurae fideliter [3] aguntur: ita certe proſpicio ex ratione Pruſenſium, [4] quam cum Maximo tracto.

XXIX.

dum loquitur Epiſtola ſequente, ſicut & alibi, ut Epiſt. CX. Sic & Papinianus ſummam *reipublicae* commiſſam eſſe dicit ei, qui curam gerit municipii. Leg. XIV. municipes. ff. ad municipalem. Rittershus.

1. *Ex ipſo tractu.*] *Tractus* eſt mora ſive ſpacium quoddam temporis, ut cum Ulpianus ait in Leg. VII. Fulcinius. §. 8. Latitare. ff. Quibus ex cauſis in poſſeſſ. eatur. *latitare* eſſe cum tractu aliquo latere, quemadmodum *factitare* eſt frequenter facere. Sic Cicero Lib. II. de Oratore: *haeſitatio* tractus*que verborum:* ubi ſignificat lentam quandam & mora interpoſita factam pronunciationem. Item eodem libro: tractu *orationis levi & aequabili.* Alias *Tractus* uſurpatur etiam pro regione ſeu plaga aliqua, ſive territorio, ſive diſtrictu ut cum ait Cicero pro Plancio: *totus ille* tractus *celeberrimus.* ſic Virgilius: tractus *coeli corruptus*, pro regione aeris infecta. Lib. III. Aeneid. & idem Lib. IV. *tractus maris.* Sic Horatius Lib. IV. Oda II. *Nubium tractus.* & Cic. Lib. II. de divinatione: *Lunae tractus.* Sic *Tractus temporis* dicitur in Leg. ſed etiam. D. de procurat. item in Leg. Mutus. XLIII. §. ult. eod. tit. & in reg. Juris triſſima: *Quod ab initio vitioſum eſt, non poteſt* tractu temporis *convaleſcere.* Sic Lucret. Lib. I.

Eſt igitur natura loci, ſpaciumque profundi,
Quod neque clara ſuo percurrere flumina curſu
Perpetuo poſſint aevi labentia tractu.

Sed utraque ſignificatio ab hoc loco prorſus eſt aliena. Itaque ipſa ratione ſuadente adducor, ut putem legendum *Tractatu:* quaſi dicat Plinius, dum tracto, excutio & examino rationes. Sic etiam in Jure *tractatus* pro *tractatione* ſaepe uſurpatur: ut cum dicitur, *tractatu habito*, Leg. XXXII. *Nam cum tractatu.* ff. pro ſocio. ubi opponitur ei quod eſt ſine tractatu, hoc eſt, nulla praecedente tractatione. Sic idem Plinius *tractatum* dixit Epiſt. XCVII. infra, loquens de cognitione cauſae adverſus Chriſtianos ad ſe delatos. ubi etiam in vulgatis libris male legitur, *ipſo tractu:* cum verum ſit *Tractatio*, quod edidit Aldus, & Schurerius: quam varietatem lectionis etiam ibi Catanaeus notavit, ſed ipſe deteriorem ſequitur. Idem. Non male divinavit Rittershuſius. Lib. I. Epiſt. VIII. n. 8. *Per hoc enim adſequebamur, primum ut honeſtis cogitationibus immoraremur, deinde ut pulchritudinem illarum longiore* tractatu *perbideremus.* ibi etiam aliquot Codd. *longiore tractu*, ſed perperam. adi notam. Praeterea ſignate de rationibus excutiendis dicitur *tractatus*, quomodo *tractare rationes*, *tractare ratiocinia*, item *tractatores.* Lege Jo. Savar. ad Sidonii Lib. IV. Epiſt. XI. pag. 253. Itaque *tractatu* repoſui. Corte.

2. *Menſorem.*] Qui metiatur opera publica. Vegetius qui in caſtris ad podiſmum demetiuntur loca, in quibus tentoria milites figunt, vel hoſpitia in civitatibus praeſtant, hi *menſores* appellantur. An potius *menſor* hic accipi debet pro eo, qui curam remetiendorum publicorum operum habebat, & calculatore impenſarum, ac litium aeſtimatore, cum *demetiri* ſit aequare & aeſtimare? Catan.

3. *Agantur.*] Aldus, Catanaeus, Gryphius *aguntur*, & ſic ſolere Noſtrum ſupra aliquoties vidimus. Adde etiam infra ad Epiſt. XXXIX. n. 2.

4. *Quam cum Maximo tracto.*] Sic libri omnes, & intelligunt vulgo Maximum libertum Trajani & procuratorem, de quo Epiſt. XVII. & XXXVII. At Perizonius V. C. margini adſcripſerat: *quam cum maxime tracto:* idque unice probo, & tota epiſtola probare jubet. Plura de illa dictione ad Lib. VI. Epiſt. XXXI. n. 15. & hoc ipſo libro infra Epiſt. LVIII. n. 1.

XXIX. XIX. Trajanus Plinio.

Reſpondet non poſſe ab urbe menſorem mittere.

*CUperem, ſine querela corpuſculi tui & tuorum, pervenire in Bithy-
niam potuiſſes, ac ſimile tibi iter ab Epheſo [1] navigationi fuiſſet,
quam expertus usque illo eras. Quo autem die perveniſſes in Bithyniam, 2
cognovi, Secunde cariſſime, literis tuis. provinciales credo proſpectum ſibi
a me intelligent. Nam & tu dabis operam; ut manifeſtum ſit illis, ele-
ctum te eſſe, qui ad eosdem mei loco mittereris. Rationes autem in primis 3
tibi rerum publicarum excutiendae ſunt. nam & eſſe eas vexatas ſatis con-
ſtat. Menſores vix etiam iis operibus, quae aut [2] Romae, aut [3] in proximo
fiunt, [4] ſufficienter habeo, ſed in omni provincia inveniuntur, quibus credi
poſſit, & ideo non deerunt tibi, modo velis diligenter excutere.*

XXX. XX. Plinius Trajano.

De cuſtodiis.

Conſulit Trajanum, an cuſtodiae ſint per ſervos publicos ſervandae.

ROgo, Domine, conſilio me regas haeſitantem, utrum per [5] publicos civitatium ſervos, quod usque adhuc factum, an per milites [6] adſervare cuſtodias debeam. Vereor enim, ne & per ſervos publicos parum

1. *Ut navigationi fuiſſet.*] Scribe, *ei navigationi f.* Vide initium Epiſtolae praecedentis. Catan. Libri: *ut navigationi*, *ut navigatione*. Si mei arbitrii foret, particulam *ut* expellerem, quae ex prava Gloſſa irrepſit: ita omnia plana erunt.

2. *Romae.*] Nam Circi latus incenſum extruxit, Gymnaſium, item theatrum in campo Martio, columnam cochlidem in foro, quae etiam nunc durat, porticus, templa. Catan.

3. *In proximo*] Portum Oſtienſem refecit, Centumcellarum extruxit, Pontinas paludes exſiccatas pontibus permeabiles reddidit. Idem.

4. Sufficienter *habeo*] Vix poſſum dubitare, quin ſcriptura vera fuerit *ſufficientes*, Scil. menſores. Scheffer. Quaſi ex recepta ſcriptura non idem ſenſus emergeret. Sic *abunde*, *ſatis* & aliae hujusmodi Particulae adhibentur. Noſter Lib. II. Epiſt. XVIII. n. 26. *Suggerunt* adfatim *ligna proximae ſilvae.*

5. *Publicos.*] Servorum aliqui erant *publici*, qui Reipub. nomine empti fuerant, & *publicis* uſibus inſerviebant, aliqui *privati*, privatorum dominorum. Catan. *Per Publicos Civitatum ſervos.*] Horum *Servorum publicorum* tum alibi, tum aliquot etiam inſcriptionibus mentio fit: quae in Gruteriano Opere, quibus libet, poſſunt videri. Buchner. Aldus: *publicos* civitatium *ſervos*, quomodo Lib. VIII. Epiſt. XXIV. n. 2. *miſſum ad ordinandum ſtatum liberarum* civitatium, ubi vide, ut & infra Epiſt. CXV. n. 1.

6. *Aſſervare cuſtodias.*] Ut ſaepiſſime in Jure, ita hic *Cuſtodiae* per Metonym. vel Synecdochen quandam ipſi rei dicuntur, qui ſunt in cuſtodia. Sic Juriſconſulti dicunt, *audire cuſtodias*: vel *interficere*, *cuſtodiam fugere*, *cuſtodiam dimittere*: Item *cuſtodiam ſine vinculis agere*, &c. Exempla paſſim obvia ſunt in ff. Vide t. de cuſtod. & exhibit. reorum. Praefectus autem carceris dicebatur Com-

parum fideliter cuſtodiantur, & non exiguum militum numerum haec
2 cura diſtringat. Interim publicis ſervis paucos milites addidi. Video tamen periculum eſſe, ne id ipſum utrisque negligentiae cauſa ſit, dum communem culpam hi in illos, illi in hos regerere poſſe confidunt.

XXXI. XXI. Trajanus Plinio.

Reſcribit ſervandam eſſe antiquam conſuetudinem.

Nihil opus eſt, mi Secunde cariſſime, ad continendas cuſtodias [1] *plures commilitones converti. Perſeveremus in ea conſuetudine, quae iſti provinciae eſt, ut per publicos ſervos cuſtodiantur. Etenim, ut fideliter hoc faciant, in tua ſeveritate ac diligentia poſitum eſt. In primis enim, ſicut ſcribis, verendum eſt, ne, ſi permiſceantur ſervis publicis milites, mutua inter ſe fiducia negligentiores ſint.* [2] *Sed & illud haereat nobis, quam pauciſſimos milites a ſignis avocandos eſſe.*

XXXII. XXII. Plinius Trajano.

De numero militum Gabio Baſſo praefecto adſignatorum.

Nunciat non revocaſſe milites ſupernumerarios a Gabio Baſſo, quoniam is reſponderat, non ſufficere ſibi numerum ab Trajano praeſcriptum.

GA-

Commentarienſis, qui & *Praepoſitus carceri.* Vide Leg. IV. C. de cuſtod. reorum. & Leg. VIII. ff. d. t. Apud noſtrates dicitur, der Lochhüter. Rittershus. Adi Stewech ad Apuleji Florid. p. 476. Barth.

1. *Plures commilitones.*] Notandum hic eſt ex hiſtoria Romana, etiam Imperatorem aliquando ſolitum fuiſſe milites appellare ſuos *commilitones*, idque blandiendi cauſa: quod ipſum feciſſe Julium Caeſarem accepimus. Sed Auguſtus hoc factum improbavit, ut eſt apud Sextum Aurelium Victorem, cujus haec ſunt verba: *avunculi quoque inventum vehementer arguebat, qui milites* commilitones *novo blandoque more appellans, dum affectat charior fieri, auctoritatem principis emolliverat.* Eadem de re ſic ait Sueton. Lib. II. cap. XXV. *Neque poſt bella civilia aut in concione, aut per edictum ullos militum* commilitones *appellabat, ſed* milites. *Ac ne filiis quidem aut privignis ſuis Imperio praeditis aliter appellari paſſus eſt: ambitioſius id exiſtimans, quam aut ratio militaris, aut temporum quies, aut ſua domusque ſuae majeſtas poſtularet.* Sed tamen & Imp. Otho in Orationibus ſuis, apud Tacitum Hiſtor. Lib. I. *Commilitones* ſemel atque iterum ſalutat: & alii Impp. ab eadem appellatione non abſtinuerunt. Ex una orationum Othonis hanc obiter annotare libet ſententiam. *Parendo potius*, commilitones, *quam imperia ducum ſciſcitando res militares continentur. Et fortiſſimus in ipſo diſcrimine exercitus eſt, qui ante diſcrimen quietiſſimus.* Rittershus.

2. *Sed & illud* haereat nobis.] i. Sed & illud meminerimus. Lucanus Lib. VIII. vs. 417.

Haereat *Eoae vulnus miſerabile ſortis;*
Non ſolum auxilium funeſto ab rege petiſſe,
Sed geſſiſſe prius bellum civile pudebit.

Adde infra Epiſt. XCVI.

1. *Gabius*

[1] Gabius Baſſus praefectus orae Ponticae, [2] & reverentiſſime & officioſiſſime, Domine, venit ad me, & compluribus diebus fuit mecum. Quantum perſpicere potui, vir egregius, & indulgentia tua dignus: cui ego notum feci, praecepiſſe te, ut ex cohortibus, quibus me praeeſſe voluiſti, contentus eſſet [3] beneficiariis decem, equitibus duobus, centurione uno. Reſpondit, non ſufficere ſibi hunc numerum, idque ſe ſcripturum tibi. Hoc in cauſa fuit, quo minus ſtatim revocandos putarem, quos habet ſupra numerum.

XXXIII. XXIII. Trajanus Plinio.

Mandat numerum militum, quos velit aſſignari Gabio Baſſo.

Et mihi ſcripſit Gabius Baſſus, non ſufficere ſibi eum militum numerum, qui ut daretur illi, mandatis meis complexus ſum. [4] *Quot, quaeris, ſcripſiſſe me? ut notum haberes, his literis ſubjici juſſi.* [5] *Multum intereſt, res*

1. *Gabius Baſſus.*] Alio loco hanc Epiſtolam ponendam judicat Carrio Lib. I. Emend cap. VII. Libri tamen, quod alioquin in his rarum eſt, in receptum poſitum conſpirant.

2. *Et reverentiſſime & officioſiſſime.*] Sic recte Catanaeus, quomodo fere Edd. antiquae; niſi quod eaedem inepte *& reverentiſſime & officioſiſſime Domine.* Recentiores male: *Ponticae & reverentiſſimae & officioſiſſimae* Gruter.

3. *Beneficiariis decem,*] Sic infra Epiſt. XXVIII. alias XXXV. Plinius iterum nominat *Decem beneficiarios.* Caeſar quoque hoc vocabulo utitur Lib. I. de bello Civili. *Petronius* (inquit) *non deſeret ſeſe, armat familiam cum hac & praetoria cohorte barbariſque equitibus* beneficiariis *ſuis, quos ſuae cuſtodiae cauſa habere conſueverat, &c.* Ex quibus facile eſt intelligere ſignificari hoc nomine genus quoddam militum. Sed quaeritur, quales fuerint *Beneficiarii*, aut unde dicti. De his Paulus abbreviator Feſti ita ſcribit: Beneficiarii *dicebantur milites, qui vacabant muneris beneficio; e contrario* munifices *vocabantur, qui non vacabant, ſed munus Reipub. faciebant.* Aliter tamen Vegetius Lib. II. de re militari, cap. VII. ubi vult *beneficiarios* ab eo appellatos, quod promoverentur beneficio tribunorum, intellige ad altiores ordines in militia, ſive ad aliquam dignitatem. Ad hoc exemplum elegantiores Juriſconſulti *Beneficiarios* appellarunt, quos vulgus vocat *Vaſallos*, qui feudum (quod *beneficium* dicitur) a ſeniore obtinent pro ſervitiis militaribus. Hinc etiam Joan. Oldendorpius actiones, quae feudi nomine competunt, recte vocat *beneficiarias.* Rittershus. *Beneficiariis decem.*] *Beneficiarii* opponebantur *munificibus*, qui omnia militiae munera neceſſe habebant obire, quorum illi *beneficio* Tribunorum (unde & appellati) vacationem habebant, de quibus Lipſius in IV. Hiſtoriam Taciti cap. XLVIII. Caſaubonus in Suetonii Auguſtum, & Claud. Salmaſius Exercitationibus Plinianis. Buchner.

4. *Quot.*] In alia lectione fuit, *quot:* in alia, *quid.* Catan. *Quid quaeris.*] Verba luxata, & ſine ullo ſenſu: in iis enim latere debebant rationes Baſſi ad Trajanum; etſi aliter ſentiat optimus Catanaeus. Gruter. *Quot quaeris ſcripſiſſe me.*] Depravatus luxatusque hic locus penitus eſt, atque, ut vereor, deſperatus. itaque relinquendus potius, quam tentandus. Buchner. Aldus: *Quid quaeris ſcripſiſſe me?* Boxhornius conjecit: *Quid quaerenti ſcripſerim.* Sed cum Catanaeus in Cod. repererit: *Quot, quaeris, ſcripſiſſe me*, aequum eſt, ut hanc lectionem teneamus, quae ſola commodum ſenſum praeſtat. *Scripſiſſe* idem innuit, quod modo dixerat, *mandatis meis complexus ſum.*

5. *Multum intereſt.*] Significat, conſiderandum probe eſſe, quo animo conſilioque Gabinius retinere ſecum plures milites velit, quam ſuis mandatis Trajanus praeceperat: utrum, quia res ita poſtulet, an potius, ut habeat plures, quibus praeſit

res poſcat, an homines [1] *imperare latius velint. Nobis autem* [2] *utilitas demum ſpectanda eſt, & quantum fieri poteſt, curandum,* [3] *ne milites a ſignis abſint.*

XXXIV. XXIV. Plinius Trajano.

De balineo Pruſenſium.

Pruſenſium nomine petit balineum exſtrui.

PRuſenſes, Domine, balineum habent & ſordidum & vetus: id itaque indulgentia tua reſtituere deſiderant. [4] ego tamen aeſtimans novum fieri debere, videris mihi deſiderio eorum indulgere poſſe.
2 Erit enim pecunia ex qua fiat, primum ea, quam revocare a privatis, & exigere jam coepi: deinde, quam ipſi erogare [5] in oleum ſoliti, parati

ſit & imperet. Quod ſaepe homines ſe atque ambitionem ſuam magis, quam id reſpicere ſoleant, quod publice expedit. Buchner. Haec valde corrupta ſunt apud Aldum, qui dedit: *Multum intereſt*, te *poſcat*, *an homines* in ſe, ut *latius velint*, quod tamen & Gryphius propagavit.

1. *Imperare latius velint.*] Id eſt, Conſiderandum eſt an res poſcat, ut Gabius apud ſe retineat ſupernumerarios milites, an id agat, ut multis dominetur: plerumque enim homines ambitione corrupti magna imperia affectant. Catan.

2. *Utilitas demum ſpectanda.*] Dicit Trajanus ſibi non niſi utilitatem Reip. intuendam ſequendamque eſſe. DEMUM hoc in loco, DUNTAXAT eſt. Feſtus: DEMUM, *quod ſignificat* POST, *apud Livium* DEMUS *legitur.* DEMUM *pro* DUNTAXAT *poſuerunt.* Buchner.

3. *Ne milites a ſignis abſint.*] Supra: *Illud haereat nobis, quam pauciſſimos* milites a ſignis *avocandos.* Atque hoc optimi quique Ducum curae habuerunt, ut contra ſubita ſemper valerent. Quare inter alia & Sejanus praetendit, cum auctor fieret Tiberio, ut praetorias cohortes, diſperſas hactenus, in caſtra una conduceret. Tacit. Annali IV. cap. II. Buchner.

4. *Ego tamen aeſtimans novum fieri* deberi: *videris.*] Nunquam ſic ſcripſit Plinius. Neque tamen facile reſtituere ſententiam integram, deſtitutis libris vere authenticis. Gruter. *Ego tamen aeſtimans, novum fieri* debere.] Ita legendum eſt, non *Deberi* Notandum hic eſt ἀνακόλουθον, id eſt incongrua oratio. non enim cohaerent apte illa verba: *Ego aeſtimans videri mihi.* aptius dixiſſet Plinius: mihi *tamen* aeſtimanti *videris poſſe indulgere eorum deſiderio.* Sed hujusmodi vitia orationis etiam apud optimos auctores aliquando occurrunt, quae ipſis parum cautis exciderunt, notanda potius, quam imitanda.; ut quidam inepte faciunt. Rittershus. Male certe cohaeret oratio & vix credibile eſſet, ita a Plinio ſcriptum fuiſſe, niſi & alii bene multi ſcriptores eamdem negligentiam ſtili paſſim prodidiſſent. Simile eſt notiſſimum illud ex Auct. de B. Afric. cap. XXV. Rex Juba *cognitis Caeſaris difficultatibus*, non eſt viſum *dari ſpatium convaleſcendi.* qualia notamus ad Salluſt. Jug. cap. XXX. n. 1. Alia produximus ad Lucani Lib. III. vs. 48.

> Caeſar, *ut emiſſas venti rapuere carinas,*
> *Abſconditque fretum claſſes, & litore ſolus*
> *Dux ſtetit Heſperio,* non illum *gloria pulſi*
> *Laetificat Magni.*

Paullo durius Auct. de Monacho Captivo: Regreſſus *ad cubile* occurrit *mulier.* ita in Membranis Veterrimis legimus. Ediderunt vero *Regreſſo.* Illo tamen modo Lucianus Dial. Nept. & Nereid. p. 107. Ἀλλὰ κἀκείνην σῶσαι δεήσει ΝΟΜΙΖΩΝ τῶν μὲν ὑμετέρων ΗΔΥ ΜΟΙ φείδεσθαι. Et proxime ad Noſtrum idem Lib. VI. pag. 420. ΒΟΥΛΟΜΕΝΟΣ δέ τινα κατάσκοπον πέμψαι ἐπὶ Λυδίας, ΕΔΟΞΕΝ ΑΥΤΩ ἐπιτήδειος εἶναι Ἀράσπας ἐλθεῖν ἐπὶ τοῦτο. Corte.

5. *In oleum.*] Quo ungebantur. interdum eſt videre in antiquorum monumentis: balineum publice,

parati ſunt in opus balinei conferre, quod alioqui & dignitas civitatis, & ſeculi tui nitor poſtulat.

XXXV. XXV. Plinius Trajano.

Indulget Pruſenſibus balinei aedificationem certis conditionibus.

SI inſtructio novi balinei oneratura vires Pruſenſium non eſt, poſſumus deſiderio eorum indulgere: modo ne quid ideo aut [1] *intribuant: aut minus illis in poſterum fiat ad neceſſarias erogationes.*

XXXVI. XXVI. C. Plinius Trajano.

Conſulit an relinquendos cenſeat in futurum milites, quos ſupernumerarios Maximo Caeſaris liberto dimiſerat, dum iret frumentatum.

MAximus libertus & procurator tuus, Domine, [2] praeter decem beneficiarios, quos adſignari a me Gemellino, optimo viro, juſſiſti, ſibi quoque confirmat neceſſarios eſſe milites. [3] Ex his interim, ſicut inveneram in miniſterio ejus, relinquendos exiſtimavi, praeſertim

blice, & oleum gratuito datum. Catan. De vario uſu publici olei lege Cujacium ad Leg. VI. π. de Excuſationibus.

1. *Intribuatur.*] Ita legit Aldus, & recte quidem, meo judicio: Catanaeus tamen & Stephanus, *intribuant. Intributiones* etiam in jure noſtro ſaepe nominantur: quae uſitatiore vocabulo dicuntur, *Contributiones*, item *Collationes.* videatur Leg. VI. §. fin. ff. de munerib & honorib. Leg. IV. ff. de veteranis. Leg. IX. §. fin. ff. de tributoria actione. & L. ager. ff. de V. S. Rittershus. *Intribuant.*] Id eſt contribuendo impendant. Nam *intribuere*, contribuere eſt. Uſusque hoc verbo & JCTUS Leg. IX. §. 1. D. de Tributis. Et inde *intributio* apud eosdem. Buchner. Mallem *intribuatur*, propter ſequens *fiat.* Sed quid eſt, *minus illis fiat ad neceſſarias erogationes?* an, ut minus habeant, quod poſſint erogare: an *fiat illis*, eſt fiat *ab illis?* Locus mihi valde ſuſpectus eſt. Scheffer. Cur vero ſuſpectus? Senſus eſt: modo ne in poſterum facultates eorum minuantur ad neceſſarias erogationes.

2. *Praeter decem beneficiarios.*] Qui *beneficiarii milites* fuerint, ſupra perſtrinximus. Videtur autem & hac & XXXII. Epiſtola ſuadere, in exigendis vectigalibus & aliis rebus obeundis Procuratores horum miniſterio uſos: atque hos maxime iis aſſignatos fuiſſe a Praeſidibus, quod, cum vacationem haberent militarium munerum, optime omnium a ſignis poſſent abeſſe: videturque hoc miniſterium cum aliquo commodo fuiſſe conjunctum. Ac hinc Tertullianus, opinor, *beneficiariis* quoque vectigalium curam tribuit Lib. de fuga in perſecutione: quem locum notavit Lipſius cum de *beneficiariis* ageret. Sane & Caligulam per Centuriones Tribunosque Praetorianos exercuiſſe vectigalia, Suetonius auctor eſt ejus vita cap. XL. Buchner.

3. *Ex his interim ſicut inveneram.*] Locus mutilus videtur, nec enim τὸ *relinquendos*, quod ſequitur, habet, cui reſpondeat. Sed & in ſequenti epiſtola, quae huic reſpondet, nominatim memorantur duo, & quidem cum nota relationis ad hunc locum: *Sufficient illi duo a te dati.* Quare puto notam numeralem excidiſſe, ſcribendumque eſſe: *Ex his interim II. ſicut inveneram.* Scheffer. Gryphius: *Ex his* etenim, *ſicut inveneram.* Reliqui nihil mutant.

ſertim cum ad frumentum comparandum iret in [1] Paphlagoniam. Quinetiam [2] tutelae cauſa, quia ita deſiderabat, addidi duos equites. in futurum quid ſervari velis, rogo reſcribas.

XXXVII. XXIX. Trajanus Plinio.

Reſpondet pro re frumentaria fuiſſe neceſſarios milites Maximo, ſed cum redierit, militibus quatuor contentum eſſe debere.

Nunc quidem proficiſcentem ad comparationem frumentorum, Maximum libertum meum, recte militibus inſtruxiſti: fungebatur enim & ipſe [3] *extraordinario munere,* [4] *cum ad priſtinum actum reverſus fuerit, ſufficient illi duo a te dati milites, & totidem* [5] *a Virdio Gemellino procuratore meo, quem adjuvat.*

XXXVIII.

1. *Paphlagoniam.*] Halys, ſecundum Strabonem, orientem verſus Paphlagonum confinium eſt, auſtrum verſus Phryges & Galatae, qui ibi habitarunt, occidentem verſus Bithyni & Mariandini: Septentrionem verſus Euxinus. Plinius *Pylaemeniam* vocatam ſcribit a *Pylaemene* duce: *Paphlagoniam* vero a *Paphlago* Phinei filio, ſi Stephano credimus, in qua Tantalus, auctore Diodoro, habitavit. Catan.

2. Tutelae *cauſa.*] Id eſt, ad defenſionem ſive protectionem ipſius. Sic *tutela viae* dicitur a Papiniano, item *tutela aedificiorum* Leg. VII. §. ult. π. ſoluto matrim. Sic *tutela generis humani* a Plinio ipſo dicitur Epiſt. LX. & Epiſt. CIII. Sic *tutela Reip.* a Suetonio in Auguſto cap. XCIV. Rittershus. Adde Gronovium ad Liv. I. cap. VI. Deinde Caſaubonus *quia deſiderabat*, ſed in margine exhibet vulgatam lectionem, ut contra Minos *via ita deſiderabat.*

3. *Extraordinario*] Ad comparandum frumentum, cum alias eſſet Caeſaris procurator. Catan.

4. *Cum ad priſtinum actum reverſus fuerit.*] *Actum* vocat, quod paulo ante *munus* dixerat. Et vero ſequioris aevi ſcriptoribus Latinis ſaepe haec vox, pro munere ſeu officio ac adminiſtratione ponitur. Unde & Vet. Gloſſ. πραγματείαν interpretatur. Sic *in actu eſſe*, *in actu mori* de iis dixit Seneca, qui munera ſuſtinent, & in negotiis verſantur. Probus Imperator apud Vopiſcum in Caro: *Felix eſſet noſtra Reſp. ſi qualis Carus eſt, aut plerique veſtrum, plures haberem* in actibus *collocatos.* Praecipue vero de illis dicebatur, qui rationes adminiſtrabant; qui & ipſi *Actores* dicti. Scaevola Leg. Thais I. §. ab heredibus III. D. de Verb. Sign. *Cum filius meus XVI. ann. impleverit, Stichum rationibus redditis manumittat. Quaero, an eundem ſervum teſtator in diem usque pubertatis filii ſui* actum *agere voluerit.* Paulus JCtus: *diſpenſatori, qui* ab actu *ignorante debitore remotus eſt, recte ſolvitur.* Tertullianus ad illam villici parabolam Lucae cap. XVI. reſpiciens: *Admonens enim,* inquit, *nos Dominus, de ſecularibus ſuffragia nobis proſpicere amicitiarum, ſecundum ſervi illius exemplum, qui* ab actu *ſummotus Dominicos debitores deminuit.* Quem *Servum* Tertullianus; D. Lucas οἰκονόμον vocat; qui Latinis *Diſpenſator* eſt: Vetus Interpres *Villicum* reddidit, pro ſeculi ſui conſuetudine. Quamquam & veteres hac voce, non de praefecto villae tantum, ſed quovis alio praepoſito aut diſpenſatore ac procuratore uſi ſunt. Tibullus Epigrammate ad Priapum: *Villicus aerarii quondam, nunc cultor agelli.* Sic *Villicus urbis* pro Praefecto apud Juvenalem. Buchner.

5. *A* Virdio *Gemellino.*] Variant, ut fit, libri in praenomine Gemellini. Alii enim legunt *Virbio*, alii *Viridio*, alii *Virdio*: aeque ut infra Epiſt. LXXXVIII.

1. *Servos*

XXXVIII. XXX. C. PLINIUS TRAJANO.

Conſulit de poena ſervorum inter tirones repertorum.

SEmpronius Caelianus, egregius juvenis, repertos inter tirones [1] duos ſervos miſit ad me: quorum ego ſupplicium diſtuli, ut te [2] conditorem diſciplinae militaris, firmatoremque conſulerem de modo poenae. Ipſe enim dubito ob haec maxime, [3] quod, ut jam dixerant ſacramento militari, nondum diſtributi [4] in numeros erant. Quid ergo debeam ſequi, rogo Domine ſcribas, praeſertim cum pertineat ad exemplum.

XXXIX.

1. *Servos duos*] Nam ſervos militia penitus excludebat: adeo, ut ſi qui ibi deprehenſi, poenas darent. Marcianus Leg. XI. D. de re militari: *Ab omni militia* ſervi *prohibentur*, *alioquin capite puniuntur.* BUCHNER.

2. *Conditorem diſciplinae militaris firmatoremque.*] Praeclara haec eſt laus Trajani, qui diſciplinam militarem ſub anterioribus Principibus labefactatam ac propemodum collapſam reſtituerit in integrum. Tangit idem etiam in Panegyr. hic Noſter. *ibi:* Aliud ex alio mihi occurrit RITTERSHUS.

3. *Quod*, *ut jam* dixerant, *ſacramento militari.*] Hunc quoque locum priſtinae elegantiae primi reſtituimus: non enim dubitamus veram lectionem inveniſſe nos, quae haec eſt. *Ipſe enim dubito ob haec maxime*, *quod*, *ut jam* dixerint *Sacramento militari*, *nondum diſtributi in numeros erant.* Ait Plinius, dubitare ſe, deberet nec ne in ſervos iſtos inter tirones repertos animadvertere: quod quamvis ſacramento militiae ſe obſtrinxiſſent, nondum tamen in numeros fuerant relati. Vide in reſponſione Trajani. Qui non obſervaverant apud veteres ſcriptores Romanos loquendi illud genus *Sacramento dicere* quid eſſet, eos mirum non eſt Plinii verba non intellexiſſe, deinde ut intelligerent corrupiſſe. CASAUBON. *Dixerant Sacramento.*] *Sacramentum* omne jusjurandum dicitur, unde Noſter diſcriminis cauſa *militari* addidit: quamquam & abſolute iſta vox de militari paſſim uſurpatur. Vet. Gloſſ. *Sacramentum* ὁρκωμόσιον. Item: *Sacramentum* ὅρκος στρατιωτικός. Utrumque autem in uſu et, & *Sacramentum dicere*, & *Sacramento dicere*, pro jurare. Caſaubonus legit, *dixerint*: & τὸ *ut* pro etſi interpretatur. Sed poteſt ſtare vulgata lectio, ſi *ut* pro poſtquam accipimus; quemadmodum ſaepe poſitum legitur. BUCHNER. *Ut* neque *etſi*, ut Caſaubonus, neque *poſtquam*, ut Buchnerus vult, ſignificat, ſed ſimilitudinem, ut jam docuit Sanctius Minerv. Lib IV. cap. XV. pag. 810. ibi denique multo melius Scioppius & Perizonius. Eſt ergo ſenſus: ut jam dixerant ſacramento militari: ita nondum diſtributi in numeros erant. Veteres autem locutos eſſe: *Sacramento dicere*, patet ex Livio Lib XXIV. cap. VIII. *quibus* ſacramento *liberi veſtri* dicant, *ad quorum edictum conveniant*, item, monſtrante ibi Gronovio Lib. XLI. cap. V. *exauctorati*, *qui* ſacramento dixerant. De Sacramentis militaribus egerunt Cicero de Offic. Lib. I. cap. XI. Gellius Noct. Attic. Lib. XVI. cap. IV. Vegetius de Re Mil. Lib. II. cap. V. LONGOLIUS.

4. *In numeros*] In cohortes: ita enim paſſim hac voce utuntur poſterioris aevi Scriptores. Sozomenus Lib. I. Hiſtor. Eccleſiaſticae cap. VIII. ἐξ ἐκείνων δὲ τὰ Ῥωμαίων τάγματα ἃ νῦν ΑΡΙΘΜΟΥΣ καλοῦσιν, ἕκαστον ἰδίαν σκηνὴν κατεσκευάσατο. *Ex eo tempore militares Romanorum ordines* (hoc eſt, cohortes) *qui jam vocantur NUMERI*, *ſinguli ſibi tabernaculum ſeparatum conſtruxerunt.* BUCHNER. Et alii apud Heinſium & Burmann. ad Ovid. Heroid. VIII. vs. 24. Torrentium ad Sueton. Veſpaſ. cap. VI. Lipſium ad Tacit. I. Hiſt. cap VI. Puteanum ad Pacat. Paneg. X. pag. 804. Tacitus in Agric. cap. XVIII. *ſparſi per provinciam* numeri. Vegetius de Re Mil. Lib. II. cap. IX. *a quibus non tantum linae legiones*; *ſed etiam plures* numeri *gubernantur.* Ammianus Marcellinus Lib. XXXI. *Hi* numeri *nondum experti*, *quid cum deſperatione rabies valeret indomita.* Immo ipſe Noſter Lib. III. Epiſt. VIII. n. 4. *Neque enim adhuc nomen in* numeros *relatum eſt.* Eſt autem ibi ſermo de tribuno militum.

XXXIX. XXXI. Trajanus Plinio.

Reſpondet, poenam irrogandam eſſe delinquenti.

SEcundum mandata mea fecit Sempronius Caelianus, mittendo ad te eos, de quibus cognoſci oportebat, an [1] *capitale ſupplicium meruiſſe videantur.* [2] *Refert autem, voluntarii ſe obtulerint, an lecti ſint, vel etiam* [3] *vicarii*
2 *dati. Lecti* [4] *ſi ſunt, inquiſitio peccavit: ſi vicarii dati, penes eos culpa eſt qui dederunt, ſi ipſi, cum haberent conditionis ſuae conſcientiam, venerunt, animadvertendum in illos erit. Neque enim multum intereſt, quod non-*

1. *Capitale ſupplicium meruiſſe videantur.*] Notandum hic verbum *videantur*, quod reſpicit ad formulam veterem ſententiarum. Judex enim non ſimpliciter dicebat in ſententia capitali ad reum, *feciſti*, vel *poenam hanc aut illam meritus es:* ſed, *Videris feciſſe*, item *Videris hanc poenam meruiſſe.* Hac de re videatur Briſſonius de formulis populi Romani, & Cujacius in Obſervat. nec non Franc Duarenus in Anniverſariis Diſputat. Qui omnes obſervant ſingularem veterum modeſtiam in hac formula uſitatam. Rittershus. Ita etiam Plinius ſupra Lib. V. Epiſt. I. n. 6. *ex conſilii ſententia* videtur, *inquam, Curiane, mater tua juſtas habuiſſe cauſſas iraſcendi tibi.* Vet. Edit. non *oportebat* ſed *oportebit.*

2. *Refert autem, voluntarii ſe obtulerint.*] An ſponte ſua militiae nomen dederint, & ſic feſellerint; an habito delectu cooptati in numeros, an ab aliis denique ſubſtituti fuerint. Buchner.

3. *Vicarii.*] Ut aliorum vices ſuſtinerent: Martialis, *jam volo* vicarius *eſſe.* Livius in bello Punico ſcribit CCC. *militibus Siculis, qui nolebant militare, totidem* vicarios *a Scipione datos:* Catan. Et Vegetius: *Seditioſos milites continendos* ad omnem *diſciplinam arctiſſima ſeveritate tribunorum vel* vicariorum. Columella: vicarius *meae diligentiae ſuccedit is, qui me abſente in locum meum ſubſtituitur.* Apulejus: *veniſti tandem miſerrimi laboris* vicarius. Fabius *mortem Alceſtis vicariam* adpellavit, quia vicem morituri mariti ſubire non recuſavit. & idem Apulejus Lib. II. dixerat, *vicariam pro me lanienam.* Horat. *defunctumque laboribus aequali recreat ſorte* vicarius. Catan. adde Salmaſium ad Trebellianum Pollionem in Regilliano.

4. Si ſunt, inquiſitio *peccavit.*] Ita legimus ex Vet. Ed. a quibus recentiores gloſſam oſcitanter arripientes ſine cauſſa abierunt. *Inquiſitio*, quod pro *inquiſitor* habent Aldi utraque, Juntae, Schurerii, eſt pro inquiſitore, ut ſolet abſtractum poni pro concreto, quomodo Lib. IV. Epiſt. XXIV. n. 2. *mortalitas* pro *mortalibus.* Lib. VI. Epiſt. XXXIII. n. 3. *ingens utrimque* advocatio, pro *advocatis*, ut aliqui exhibebant. Florus Lib. I. cap. X. princ. *Pulſis ex urbe* regibus, in aliquot MSCtis *regnis.* Sueton. Ner. cap. XXXVI. *quae ſummis* poteſtatibus *exitium portendere vulgo putatur.* Cicero VIII. Epiſt. IV. n. 5. *in evitandis iis* conſiliis. ibi vide Cortium. Nec eſt ut abhorreamus eorumdem *ſunt*, quod etiam propagarunt Gryphius, Caſaubonus, Minos, alii. Amant veteres indicativum jungere τῷ *ſi.* Virgilius I. Aen. vs. 546.

Si *genus humanum & mortalia* temnitis *arma.*

Livius I. cap. XIII. ſi *adfinitatis inter vos*, ſi *connubii* piget. Silius VII. vs. 552.

—— —— ſi ſunt *mihi talia.*

& Lib. XI. vs. 116.

—— —— *Non* ſi *Karthaginis, inquit,*
Ductorem veſtris devinctum colla catenis
Romam victor agis.

Ut ex antiquis monumentis nobis dedit Cl. Drackenborch, quem ad poſteriorem locum videas. Ita & Plinius ſupra Epiſt. XXVIII. n. 5. ſi *menſurae fideliter* aguntur. quo loco adhuc perperam ediderant *agantur.* Et ipſe Trajanus infra Epiſt. LXVIII. ſi *quid illi novi criminis* objicitur, ut eſt in Voſſ. & editionibus optimis vetuſtiſſimisque. Videtur tamen ex ignorantia hujus obſervationis factum, ut Aldus & Junta *ſi* omitterent, quod facere non debuiſſent. Longolius.

nondum per numeros diſtributi ſunt. Ille enim dies, [1] *quo primum probati ſunt*, [2] *veritatem ab his originis ſuae exigit.*

XL. XXXII. C. Plinius Trajano.

De iis, qui ex damnatione ſervi publici eſſent.

Quaerit quid faciendum de ſervis damnatis, qui ſe miniſteriis publicis immiſcuerunt.

SAlva [3] magnitudine tua, Domine, deſcendas oportet ad meas curas, cum jus mihi dederis referendi ad te, de quibus dubito. In pleris-

1. *Quo primum* probati *ſunt.*] Hoc *probati* non intelligo. Quae enim haec *probatio?* Et ſi probati, cur denuo ſubjiciuntur examini? Suſpicor, locum totum ita emendandum: *Illa enim dies; quo primum* prolati *ſunt, veritatem ab his originis ſuae exegit.* Hoc eſt, debebant ſtatim ab illo die, quo primum fuerunt producti, ut referrentur inter milites, veritatem originis ſuae profiteri. Scheffer. Neſcit Schefferus, quae haec probatio? Novit, qui rem militarem veterum novit. Adlegebantur milites cum adprobatione. Vegetius de Re Mil. Lib. I. cap. V. princ. *Proceritatem tironum a conſule Mario ſemper exactam, ita ut ſenos pedes vel certe quinos & denas uncias habentes inter alares equites, vel in primis legionum cohortibus* probarentur. Suetonius Caeſ. cap. LXV. princ. *Militem neque a moribus, neque a fortuna* probabat, *ſed tantum a viribus.* Tacitus de Mor. Germ. cap. XIII. *arma ſumere non ante cuiquam moris, quam civitas ſuffecturum* probaverit. Plinius in Paneg. cap. XIX. n. 4. *Felices illos, quorum fides & induſtria non per internuntios & interpretes, ſed ab ipſo te, nec auribus tuis, ſed oculis* probantur. & ſupra Lib. VI. Epiſt. XXXI. n. 5. *Caeſar, excuſſis* probationibus, *centurionem exauctoravit, atque etiam relegavit.* qui locus Trajanum contra Schefferum ſatis vindicat. Multo minus probabitur Aldi, Schurerii & Gryphii: *pro quo primum probati ſunt*, etſi haereat in Caſauboni quoque & Cl. Minois margine. Longolius.

2. *Veritatem originis ſuae.*] Nempe eſſentne ſervi, an liberi homines, ut hoc non diſſimularent. Ad ſuperiores duas epiſtolas duo notanda ſunt, partim ex hiſtoria Romana, partim ex jure noſtro. Unum eſt, etiam ſervos aliquando, difficilibus Reipubl. temporibus, cum res ad ſummum adducta erat diſcrimen, militiae adſcribi ſolitos fuiſſe, ſed prius ad pileum vocatos, hoc eſt libertate donatos, ut videre licet apud Livium. Deinde notanda eſt objectio ad id quod ſupra dixi, ſervos, qui militiae nomina dederint, capitali ſupplicio affici. obſtare enim videtur Lex VI. & Lex ult. C. qui militare poſſunt vel non poſſunt, & de ſervis ad militiam vel dignitatem aſpirantibus, Lex. XII. ubi ſervi, qui ad militiam aſpirare tentaverint, non plectuntur capite, ſed vel a dominis ſuis in ſervitutem retrahuntur, ſi dominis ignorantibus militiam obtinuerint, quod jus retrahendi in ſervitutem ignorantibus in perpetuum competit: vel ingenui fiunt, & aut in militia perſeverant, ſi ad eam ſint utiles & idonei, aut illa privantur. Utroque autem caſu Domini, & jure dominii, & jure patronatus privantur, ſi ipſis ſcientibus ac patientibus militaverint. Vidit hoc enantiophanes etiam Accurſius ad d. Leg. I. ff. de re militari; & ter varians mirifice ſe torquet. Simpliciſſima autem ſolutio eſt: dictam Leg. II. loqui de *militia armata*; ſed Leg. pen. & ult. C. qui militare poſſunt. Lib. XII. de *militia togata* ſeu *palatina.* Itaque nec pugnant ſibi invicem dd. ll. quae de diverſis ſpeciebus loquuntur: neque illa Lex. II. per has abrogatur, aut corrigitur, ut quidam voluerunt. Rittershusius. Aldi utraque, Juntae, Schurerii & Gryphii Ed. *exegit*, nullo ſenſu, invitoque Latio. Vide infra Epiſt. LXXIX. n. 2.

3. *Magnitudine*] Integra tua majeſtate, quia quodammodo Caeſaris amplitudo minui videbatur, cum a rebus maximis & graviſſimis retrahebatur ad obſcuras & dejectas. Catan.

pleriſque civitatibus, maxime Nicomediae & Niceae, quidam vel [1] in opus damnati, vel in ludum, [2] ſimiliaque his genera poenarum, publicorum ſervorum officio miniſterioque funguntur, atque etiam ut publici ſervi annua accipiunt, quod ego cum audiſſem, diu multum-
3 que haeſitavi, quid facere deberem. Nam & [3] reddere poenae poſt longum tempus pleroſque jam ſenes, &, quantum affirmatur, frugaliter, modeſteque viventes, nimis ſeverum arbitrabar, & in publicis officiis retinere damnatos, non ſatis honeſtum putabam: eoſdem rurſus a Republica paſci otioſos, inutile, [4] non paſci, etiam periculoſum
4 exiſtimabam. Neceſſario ergo rem totam, dum te conſulerem, in ſuſpenſo reliqui. Quaeres fortaſſe, quemadmodum evenerit, ut poenis, [5] in quas damnati erant, exſolverentur: & ego [6] quaeſivi, [1] ſed

1. *In opus damnati, vel in ludum.*] *In opus*, metalli puta: *in ludum*, venatorium ſcilicet, ſive ad congrediendum cum beſtiis, vel gladiatorium etiam. Paullus Lib. V. Sententiarum Tit. XVII. *Summa ſupplicia ſunt*, crux, crematio, decollatio. *Mediocrium autem delictorum poenae ſunt*, metallum, ludus, deportatio. *Minimae*, relegatio, exilium, opus publicum, vincula. Vide & L. Aut damnum VIII. D. de poenis. Buchner.

2. *Similia*que *his genera.*] Ita Plinius infra Epiſt. LXXIII. *alia*que *his ſimilia*, quomodo recentiores cum Catanaeo Grutero, Caſaubono & Minoe. At Aldus, Junta, Schurerius copulam non agnoſcunt, delentque in margine Caſaubonus & Minos. conciſius, ut ſolent Noſtri. Gryphius per vitium *ſimiliaque in his genera.*

3. *Reddere poenae*] Regulariter is qui ſubtraxit ſe poenae, cujus tempora nondum implevit, ſuae poenae reddendus eſt, donec ſatisfecerit juſto tempori: fruſtra namque additum fuiſſet tempus, ſi etiam ante tempus ſe ſubtrahere liceret. Sed elapſo tempore poena exſpirat ipſo jure: Nam & ſi cui ad tempus interdictum ſit foro vel advocationibus, poſt exactum tempus advocare non prohibetur. Rittershus.

4. *Non paſci, etiam periculoſum.*] Nam fames & deſperatio peſſima quaeque ſuadere ſolent. Quare cavenda maxime in civitatibus ſunt. Lucanus Lib. III. vs. 56.

——— ——— *aſſerit urbes*
Sola fames, *emiturque metus*, *cum ſegne potentes*
Vulgus alunt, neſcit *plebes jejuna* timere.

Neſcit timere, id eſt, fame afflicta plebs obſequium & reverentiam magiſtratus tueri non poteſt. Nempe pronam ſignificat & facilem in ſeditiones ac turbas. Hoc eſt quod Tacitus ait: *Auri*, *purpurae*, *honorum plus apud alios eſſe plebs aequo animo fert: quieſcere* eſuriens *non poteſt.* Buchner. Aldina utraque & Schureri Ed. ita diſtinguunt: *etiam periculoſum. Exiſtimabam neceſſario ergo* cet. item Caſaubonus & Cl. Minos in margine, & paucis interjectis *relinqui* pro *reliqui.*

5 *Poenis, in quas damnati erant.*] Annotatur hic altera quoque lectio, *dati erant*, quae videtur mihi non contemnenda. ſic enim & Imperator ipſe infra reſcripto proximo in fine, *dari ad balineum.* Promiſcue ergo uſurpantur, *damnare aliquem*, & *dare aliquem* ad poenam. Rittershus. Non ſolum non cum Rittershuſio contemnenda videtur lectio *dati erant*, quam etiam ſiſtunt Caſaubonus & Cl. Minos in margine, ſed & praeferenda. Non enim amplius damnati erant ad poenam, ſed ea jam ab iis ſumebatur, datique erant in poenam. Eſt autem probum, *dare in poenam.* Florus Lib. III. cap. X. n. 18. *unum quoque e regibus Cavelianis* in *vincula* dedit. Leg. IV. §. 1. π. de incend. ruin. naufrag. *ſi ſordidiores erunt*, in *opus publicum ejusdem temporis* dabis. Leg. XXIX. π. de excuſationibus. *Plane ſi* in *exſilium* datus *ſit tutor*, *poteſt ſe excuſare*, *ſi in perpetuum* datus *eſt.* Suetonius Aug. cap. XVI. ad *remum* datis. Rem plane componit Lex. VIII. §. 12. π. de poenis. *Servos* in *metallum vel* in *opus metalli*, *item* in *ludum venatorium* dari *ſolere*, *nulla dubitatio eſt: & ſi fuerint* dati, *ſervi poenae efficiuntur*, *nec ad eum pertinebunt*, *cujus fuerint ante quam damnarentur. Denique cum quidam ſervus in metallum damnatus*, *beneficio principis eſſet jam poena liberatus.* Supra Catanaeus, Caſaubonus, Cl. Minos, Gryphius *quae res.* Longolius.

6. *Quaeſivi.*] In Aldinis, Juntae & Gryphii libris

[1] ſed nihil comperi, quod affirmare tibi poſſum. ut decreta, quibus damnati erant, proferebantur: ita nulla [2] monumenta, quibus liberati probarentur. Erant tamen, qui dicerent, deprecantes, [3] juſſu proconſulum, legatorumve dimiſſos. Addebat fidem, quod credibile erat, neminem hoc auſum ſine auctore.

XLI. XXXIII. Trajanus Plinio.

Reſcribit, ante decem annos damnatos, & ſenes, dandos miniſteriis, non procul a poenis, reliquos nullo auctore ſolutos, reddendos poenae.

[4] *Memineris, idcirco te in iſtam provinciam miſſum, quoniam multa in ea emendanda apparuerint: erit autem [5] vel hoc maxime corrigendum, quod qui damnati ad poenam erant, non modo ea ſine auctore, ut ſcribis, liberati ſunt: ſed etiam in conditionem proborum miniſtrorum retrahantur. Qui igitur intra hos proximos decem annos damnati, nec ullo [6] idoneo auctore liberati ſunt, hos oportebit poenae ſuae reddi: ſi qui vetuſtiores invenientur, & ſenes, [7] ante annos decem damnati, diſtri-*

libris eſt *quaeſii*, ut ſupra Lib. II. Epiſt. XIV. n. 11. & in aliis vocibus, ut paſſim oſtenſum fuit. Vide Lib. II. Epiſt. XX. n. 3. Lib. VII. Epiſt. I. n. 5.

1. *Sed nihil comperi. Quod affirmare tibi poſſum, ut decreta, &c.*] Ne locus iſte recte a quoquam intelligi queat, facit vitioſa diſtinctio. Interpungatur igitur, *nihil comperi, quod affirmare tibi poſſum. ut decreta, &c.* Gruter.

2. *Monumenta.*] Documenta certa & teſtimonia. *Monumenta*, ſcripta omnia dicuntur, quae memoriae ſerviunt, & rerum praeteritarum facere fidem poſſunt. Tacitus Hiſt. II. cap. CI. *Scriptores temporum, qui potiente rerum Flavia domo*, monumenta *hujus belli compoſuerunt.* Veteres Gloſſae: *Monumenta*, ἱστορίαι, συγγραφαὶ ἀρχαῖαι. Buchner. Ita Noſter ſupra Lib. II. Epiſt. X. n. 4. ita Suetonius Caeſ. cap. LIV. princ. *Ut enim quidam* monumentis *ſuis teſtati ſunt.* ubi dabimus plura.

3. *Juſſu proconſulum legatorumve dimiſſos.*] Atqui hi non habebant poteſtatem remittendi poenam ſive reſtituendi. Leg. I. §. ult. π. de quaeſtionibus. quaerendum igitur cenſeo amplius, quo jure iſti fuerint dimiſſi & liberati ab iis, qui hanc poteſtatem non habebant. Rittershus.

4. *Memineris.*] Lectionem Aldi, quae eſt, *meminerimus*, nequaquam contemno, cum etiam infra ſic loquatur Imperator Epiſt. XXXV. alias XLIII. Idem. Conſentiunt cum Aldo Junta & Schurerius, quemadmodum Caſaubonus in margine. Unde Gryphius acceperit: *Memineris* a me *idcirco te in iſtam provinciam miſſum* cet. non liquet, nec eſt a Trajano, qui cum Plinio ſuo brevitatem amat.

5. Vel hoc *maxime.*] Puto rectius legi tranſpoſitis particulis: *hoc vel maxime.* Rittershus. nullus tamen noſtrorum librorum addicit.

6. *Idoneo Auctore.*] Nempe qui habuerit jus poteſtatemque eximendi aliquem poenae. Ut vero hic *idoneus auctor*, ita alibi *idoneus fidejuſſor* & *ſponſor* dicitur is, qui eſt ſolvendo, & *idoneus teſtis*, cui merito fides adjungitur Rittershus. Sic *idonea tempora* apud Ovidium IX. Met. vs. 610. *idonei ad poenam* apud Salluſtium Cat. cap. LI. n. 27. ibi conſulas, ſi placet, Ciofanum, hic Cortium, qui inter alia adtulit ex Ovidio Heroid. Epiſt. VII. vs. 105.

——— ——— *decepit* idoneus auctor.

Suetonius in Aug. cap. XXXI. *nullis vel parum* idoneis auctoribus *vulgo ferebatur.* Plinius Epiſt. LXII n. 2. *numquid minuendam uſuram, ac per hoc* idoneos *debitores invitandos putes.*

7. *Ante annos decem damnati.*] Nota hic, eum, qui per annos X. fuerit frugi, de eo etiam in poſterum

diſtribuamus illos in ea miniſteria, quae non longe a poena ſint. Solent enim ejuſmodi [1] *ad balneum, ad purgationes cloacarum, item munitiones viarum, & vicorum dari.*

XLII. XXXIV. Plinius Trajano.

Ob incendium vaſtiſſimum Nicomediae factum monet conſtituendum eſſe collegium fabrorum.

Cum diverſam partem provinciae circumirem,[2] Nicomediae vaſtiſſimum incendium multas privatorum domos, & duo publica ope-
2 ra, quanquam via interjacente, Geruſian &[3] Iſſon abſumpſit. Et autem latius

ſterum licere bene ſperare, quantumvis ante diſſolute ac nequiter & criminoſe vivendo poenae alicui ſe obnoxium fecerit. Riitershus.

1. *Ad balineum, ad purgationes cloacarum.*] Horum generum miniſteria *operis publici* nomine Paullus adducto paullo ante loco intelligit. Nam inter minimas poenas *opus publicum* recenſet; & Noſter miniſteria iſta non longe a poena abeſſe dicit. Eo referendae quoque *munitiones viarum* ſunt: quamquam Suetonius inter graviores referre videatur Caligula cap. XXVII. Buchner.

2. *Nicomediae.*] Urbis praeclarae in intimo ſinu Bithyniae. Catan.

3. *Iſſon.*] Vide an legendum, *Iſaeum*, id eſt, Templum Iſidis: ſicut *Serapaeum*, templum Serapidis, quae Dion in vita Titi meminit incendio abſumpta. quidam *Iſſon* putant aedificium quadratum habens paria latera, alii inſtar circi pariter utrimque diſtans. ſunt qui legant *Hyſſon*, locum ſcilicet certaminis, quia ὑσσὸς haſtam ſignificet. Idem. *Geruſiam & Iſſum abſumſit.*] Duo haec opera publica, quae Nicomediae fortuitus caſus incendii conſumpſit, quaenam fuerint, conſideratione dignum eſt. *Geruſia* fuit γεροντοκομεῖον, ut Juſtinianus vocat in Leg. XIX. illud. Leg. XXXII. ſancimus. C. de ſacroſ. Eccleſ. Id eſt locus, ubi homines ſenio confecti & egeſtate preſſi, qui victum ſibi per aetatem amplius quaerere non poſſent, reliquo vitae tempore alerentur. Vitruvius id nobis indicat, cujus verba haec ſunt Lib. II. cap. VIII. *Croeſi domus, quam Sardiani civibus ad requieſcendum aetatis otio, ſeniorum collegio Geruſiam dedicaverunt.* Alias γερουσία idem erat apud Spartanos, quod Romae *Senatus*, a Senibus ſic dicta. Ariſtotel. Lib. II. Polit. cap. VII. *Iſſos* autem, vel, ut alii ſcribunt codices, *Hyſſos*, quid fuerit, non aeque dictu facile eſt, niſi putemus, locum quendam a ſimilitudine ita vocatum portus circa Trapezuntem, qui Ptolem. Arriani Periplo ὕσσος vel *Hyſſus* vocatur. Sed cui uſui, ſi ſit opus publicum? Id vero dicere non habeo. Quod ſi publica fuerit domus Nicomediae ad aliam pertinens civitatem, quae Ptolomaeo eſt Ἴσσος *Iſſus* in Cilicia, unde ſinus *Iſſicus* a Plinio dicitur. Tales autem domos aliarum nationum & urbium, a quibus plerumque appellationem recipiunt, in magnis urbibus reperiri noſtro etiam tempore, teſtis experientia eſt. Sic Venetiis *domus Germanica* eſt: ſic alibi aliae. Nec eſt quod putemus, heri aut nudius tertius, quod dicitur, hoc inſtitutum coepiſſe, quod ſic jam olim fuit receptum. Atque hinc fit, ut putem, nec illam quidem lectionem, *Iſſaeum*, quae in margine eſt annotata, rejiculam eſſe: imo ut etiam accommodatiſſima videri poſſit: *Iſſaeum* dico ab Iſſo ita formatum ſicut ab Athenis *Athenaeum*, & ab aliis ſimilia. Parum autem intereſt, utrum ab *Iſſo* ipſa, an in honorem ipſius civiumve ejusdem a Nicomedienſibus extructum fuerit hoc aedificium publicum ad recipiendos *Iſſaeos* hoſpites, eorumve mercimonia inibi collocanda. Atque haec obſervatio, ne quid alienum in armum legam, debetur ornatiſſimo doctrina & virtute juveni Tobiae Adami: quod illiberale fuiſſet diſſimulare. Sed haec ubi communicaſſem Collegae honorando *Mich. Virdungo* (cujus quam ſit apud me aeſtimatio, in praefatione mea ad fratres Nob. Burgksdorffios dixi.) *De* Geruſia *quidem*, inquit, *aſſentior doctiſſimo Adamio. De* Iſſo *vel* Hyſſo *quae adfert, minus placent. Satius certe exiſtimem, ut* Iſeum *legamus, interpretemurque* fanum Iſidis, *quam ut* ἐν σκότει ῥεμβόμενοι, *incerta comminiſcamur.* De *Iſeo* & *Serapeo* a Domitiano

latius ſparſum: primum, violentia venti, deinde, inertia hominum, [1] quod ſatis conſtat, otioſos & immobiles tanti mali ſpectatores perſtitiſſe, & alioqui nullus usquam in publico [2] ſipho, nulla hama, nullum denique inſtrumentum ad incendia compeſcenda, [3] & haec quidem ut jam

mitiano extructo conſulendi ſunt Eutropius VII. cap. ult. Victor, Caſſiodorus, Arnobius Lib. II. adverſus Gentes. Id exemplum provinciales haud dubie aemulati fuere. Hactenus duorum amicorum eruditas conjecturas propoſui: Lector arbitrabitur. RITTERSHUS. Aldus, Junta, Schurerius *Geruſian*, quod repoſuimus, quia is perpetuus Plinii uſus in Graecorum Accuſativo, ut paſſim per hunc commentarium demonſtratum fuit. Sic & infra Epiſt. CIX. n. 1. *protopraxian*. Alia producemus olim ad Sueton. Galb. cap. II. Caſaubonus exhibet *Geruſium*, & deinde idem ac Minos in margine: *Iſaeum, al. Hyſſum adſumpſit.*

1. Quod *ſatis conſtat.*] Exiſtimare poſſis legendum hic *quos*: poteſt tamen retineri & defendi *quod*, ut ſit particula cauſſalis. RITTERSHUS. Omnes noſtri *quod*, ideoque nihil muto.

2. *Sipho.*] Vel *ſipo*, id eſt, canalis fiſtula ad deducendam aquam, & ex ea arcenda incendia. Strabo libro quinto aſſerit, univerſas prope urbis aedes ſubterraneos meatus, *ſiphones*, fiſtulas undoſas habuiſſe, id quod nunc etiam interdum defodiendo cellas vinarias deprehenditur: tanta per aquaeductus aquarum ubertas influebat, ut per urbem amnes inundare viderentur, unde nihil mirum, ſi a Plinio avunculo *urbs penſilis* dicitur, ſubterque navigata. CATAN. *Nullus in publico ſipho, nulla hama.*] *Sipo & hama* inſtrumenta coercendis incendiis: utroque enim hauritur ac redditur aqua. Sane *Hamam* hauriendae aquae factam, jam olim oſtendit Paulus Leopardus Lib. IX. Emendat. cap. XXII. Columella X. vs. 387. de horto: *Aut habilem lymphis* hamulam, *Bacchove lagenam.* Et inde hamis inſtructus ac dolabris per urbem coerrabat Praefectus Vigilum, quorum cohortes ſeptem arcendis incendiis maxime Auguſtus inſtituerat. Vide Titulum Digeſtorum de officio Praefecti Vigilum. *Sipo* ex Graeco σίφων, hauſtorium organon eſt, ſed proprie *calamus, ſtipula, canna.* Vetus Gloſſarium: σίφων, ἡ καλάμη τοῦ ἀγρίου καλάμου, *Avena, cicuta.* Hujusmodi igitur cannae ac calami cum rotunditate tereti producti eſſent, & per medium cavi: idcirco ſimiliter comparata organa *Sipones*, ſive *ſiphones* appellata ſunt; ut, quibus aqua trahebatur & reddebatur ad exſtinguenda incendia, quae nos Sprizen appellamus, de quibus hic Plinius loquitur. *Siponem* Heſychius, ὄργανόν τι, interpretatur, κάτεσιν ὑδάτων ἐν τοῖς ἐμπρησμοῖς; *inſtrumentum ad jaculandas aquas adverſus incendia.* Iſidorus: Siphon *vas appellatum, quod aquas ſufflando fundat. Utuntur enim hoc orientales. nam ubi ſenſerint domum ardere, currunt cum ſiphonibus plenis aquae, & exſtinguunt incendia.* Columella Lib. III. cap. X. *Naturali ſpiritu omne alimentum virentis, quaſi quaedam anima, per medullam trunci, velut per* ſiphonem, *quem diabeten vocant mechanici, trahitur in ſummum, quo cum pervenerit, ibi conſiſtit & conſumitur.* *Sipho* etiam eſt, quo vinum attrahitur de dolio, Ein Weinheber. Vetus Gloſſ. Σίφων, μεθ' οὗ τὸν οἶνον ἀντλοῦσι. Supra Epiſt. VI. Lib. V. & *ſipunculos* bis legas. Qui tubuli ſunt per quos aqua effluit. BUCHNER.

3. Et *haec quidem.*] Schurerius: ut *haec quidem* cet. quod Caſaubonus & Minos in margine adnotarunt, perpetua veterum librorum permutatione, ut animadvertit V. C. Drackenborch ad Sil. V. vs. 217. nosque ad Tranquill. de Ill Gramm. cap. IX. ut *Horatius ſignificat* cet. ubi aliquot libri: & *Horatius ſignificat* cet. Noſter in Paneg. cap. IV. n. 7. in membranis Guelpherbyt. *jam honor capitis*, ut *dignitas oris* impreſſi *& dignitas* cet. eamdemque varietatem praecipue obſervavit Frid. Brummer in Codicibus, quos in Bibliotheca. Regia Pariſiis tractavit. Lib. I. Epiſt. XXII. n. 4. in uno illorum eſt: ut *imaginem quamdam priſcae frugalitatis adſpicere*, ubi in editis *& imaginem* cet. Lib. V. Epiſt. VI. n. 37. in eodem: *contra fons egerit aquam* ut *recipit*, alii rectius *& recipit.* quomodo etiam Lib. VII. Epiſt. XIX. n. 7. *quam ſic cernentes audientesque miremur*, & *illas*, *quae leguntur.* Ed. *ut illas* cet. Nec usque quaque contemnenda videtur haec diverſitas. Sic reſtituo ex dictis MSStis & editione Neapolitana an. 1470. quam ὁ μακαρίτης Brummer ex eadem Bibliotheca contulit. Lib. V. Epiſt. XVI. n. 3. *ut nutrices*, ut *paedagogos*, *ut praeceptores*, quamvis *& paedagogos* cet. operae exſcripſerint, didici tamen poſtea, ita etiam habere Gryphii, Caſauboni & Cl. Minois libros. Et eſt omnino a Plinio. Lib. V. Epiſt. IV. n. 45. ut *purius coelum*, ut *aer liquidior* cet. ubi damno alterius codicis a Brummero collati *& aer liquidior.* Reddo etiam ex Ed. principe Brummeri Lib. VI. Epiſt. V. n. 3. *Fuerunt quibus haec ejus oratio*, ut *ſera*, ut *intempeſtiva*, ut *praepoſtera*, *diſpliceret*: vel, ut eſt in altero MSto ejusdem &

3 jam praecepi, parabantur. Tu Domine diſpice, an inſtituendum putes collegium fabrorum, duntaxat hominum CL. ego attendam ne quis, niſi faber, recipiatur, neve jure conceſſo in aliud utatur: [1] nec erit difficile cuſtodire tam paucos.

XLIII. XXXV. Trajanus Plinio.

Reſpondet Trajanus, cum Bithynia, praecipue Nicomedia, perturbata fuerit ab ejusmodi collegiis, ſatius eſſe comparatis inſtrumentis ignes coercere.

TIBI *quidem ſecundum exempla* [2] *complurium in mentem venit, poſſe collegium fabrorum apud Nicomedenſes conſtitui. Sed meminerimus, provinciam iſtam, & praecipue eas civitates,* [3] *ejusmodi factionibus eſſe vexatas. Quodcumque nomen, ex quacumque cauſa, dederimus iis, qui in*
2 *idem contracti fuerint,* [4] *hetaeriae, quamvis breves, fient. Satius itaque eſt,*

Excerptis Lindenbrogii *ut ſera, ut intempeſtiva* & *praepoſtera*; vulgo *ut ſera* & *intempeſtiva*, & *praepoſtera* cet. Sic etiam Lib. eod. Epiſt. VI. n. 4. ex Mediceo & uno Biblioth. Galliar. Reg. ejusdemque Vet. Edit. ipſi *enitendum*, ipſi *laborandum eſt.* alii perperam: *ipſi enitendum* & *laborandum eſt.* Sic quoque in Paneg. cap. I. *quod* nihil *rite*, nihil *providenter homines* cet. ut exſtat in ſaepe laudatis membranis Guelpherb. in vulgatis *nihil*que *providenter* cet. LONGOLIUS.

1. *Nec erit difficile cuſtodire tam paucos*] CL. vocat paucos, videlicet reſpectu multo plurium, quos ipſis opponere potuiſſet, ſi res novas eos moliri, aut factionibus ſtudere incipere animadvertiſſet. Pauci & multi varie dicuntur, pro diverſitate conſiderationis aut reſpectus. Poſſet enim fieri, ut alio reſpectu CL. homines non pauci, ſed nimis multi eſſent. RITTERSHUS.

2. *Complurium*] Urbium, in quibus ſunt fabrorum collegia. CATAN.

3. Ab *ejusmodi factionibus*] Sic recentiores quidem libri, ſed abeſt praepoſitio ab Aldinis, Juntae, Schurerii, Caſauboni, Cl. Minois, quibus moti eam induximus, ex more Secundi. Idem vitium obſederat vulgatas ſupra Lib. II. Epiſt. V. n. 8. *adimunt gratiam illis*, quibus capitur, & hoc ipſo libro infra Epiſt. LXXXIII. n. 3. *an, qui minor* XXX. *annorum geſſit magiſtratus*, *poſſit* cenſoribus *in ſenatum* legi. vulgo *a cenſoribus.* Epiſt. CIV. *Diem imperii mei debita laetitia & religione* commilitonibus & provincialibus, *praeeunte te*, celebratum. ibi ante emendationem noſtram etiam legebatur *a commilitonibus & provincialibus* cet. Sic apud Livium Lib IV. cap. XVII. vulgo: *Ad delectum* a *conſulibus habitum centuriones veteres belli periti adjecti.* recte autem neſciunt *a* membranae Bibliothecae Senatus Lipſienſ. quas Praefectorum beneficio nunc verſamus. Paullo poſt Caſaubonus orae libri adpoſuit: *nomen, quodcumque cauſſa* cet. & Cl. Minos in margine plane delet: *nomen ex quacumque.* LONGOLIUS.

4. *Hetaeriae quamvis breves fient.*] Ἑταιρίαι *ſodalitates*, ſive conventus hominum unius corporis ſive collegii ſunt. His dari noluit occaſionem Trajanus, quod factiones inde ac conſpirationes naſci ex facili, & iis peſſime deinceps vexari civitas poſſet. Noſter infra Epiſt. XCVII. n 8. de Chriſtianis: *Affirmabant autem hanc fuiſſe ſummam vel culpae ſuae vel erroris, quod eſſent ſoliti ſtato die ante lucem convenire, &c. quibus peractis, morem ſibi diſcedendi fuiſſe, rurſum coeundi, ad capiendum cibum, promiſcuum tamen & innoxium: quod ipſum facere deſiiſſe poſt edictum meum, quo ſecundum mandata tua HETAERIAS eſſe vetueram.* BUCHNER. Ob id etiam Nicocles apud Iſocratem pag. 86. Ἑταιρίας μὴ ποιεῖτε, μήτε ΣΥΝΟΔΟΥΣ, ἄνευ τῆς ἐμῆς γνώμης. Ceteroquin non infrequens vox eſt ἑταιρία, modo in bono, modo in malo ſenſu. Sic pro ſeditioſis factionibus ſumitur Dionyſio Halicarnaſſenſi Antiq. Rom. Lib. III. cap. LXXII. Lib. IV. cap. XXX. Lib. X. cap. LX. Lib. XI. cap. IV. Plutarcho in Pericle pag. 161. alii. pro licitis collegiis. Idem Dionyſius Ant. Lib. VI. cap. LXXIV. Lib. XI. cap. III. Aldus, Junta,

eſt, comparari ea, quae ad coercendos ignes auxilio eſſe poſſint, admonerique dominos praediorum, ut & ipſi inhibeant, ac ſi res popoſcerit, adcurſu populi ad hoc uti.

XLIV. XXXVI. Plinius Trajano.

Votorum nuncupatio.

Admonet imperatorem, ſuſcepiſſe & ſolviſſe vota pro ejus incolumitate.

[1] Solennia vota pro incolumitate tua, qua publica ſalus continetur, & [2] ſuſcipimus, Domine, pariter & ſolvimus, precati Deos, ut velint ea ſemper ſolvi, ſemperque [3] ſignari.

XLV. XXXVII. Trajanus Plinio.

Reſpondet Trajanus, ſe laetari ob ſuſcepta & ſoluta vota pro ejus incolumitate.

Et ſolviſſe vos cum provincialibus diis immortalibus vota pro mea ſalute & incolumitate, [4] & nuncupaſſe, libenter, mi Secunde cariſſime, cognovi ex literis tuis.

XLVI.

Junta, Schurerius habent *hetariae*, ac praeterea cum iisdem Caſaubonus & Minos in margine: *quae breves fient.*

1. *Solennia vota.*] De ſolennibus Caeſaris diebus plura Tertull in apologetico; ubi refert, ſolitum fuiſſe ita illi acclamari; *de noſtris annis augeat tibi Jupiter annos.* Nam vitam ipſi longiſſimam, imperium ſecurum, domum tutam, exercitus fortes, ſenatum fidelem, populum probum, orbem quietum precabantur. Catan. *Solemnia vota pro incolumitate tua.*] Haec pro ſalute principum vota ſolennitate publica ſuſcipi ſolebant III. Non. Januarias. Cajus JC. de verbor. ſignif. *Poſt Kalendas Januarias tertio die pro ſalute principis* vota *ſuſcipiuntur.* Atque, opinor, hic dies inde appellatus *Vota.* Vopiſcus Tacito cap. IX. *Divorum templum fieri juſſit, in quo eſſent ſtatuae principum bonorum, ita ut iisdem Natalibus ſuis, Parilibus, Kalendis Januariis, &* Votis, *libamina ponerentur.* Plura de votis hiſce Lipſius ad XVI. Taciti Annalem. Buchner. Item Gruterus ad Aelium Spartianum in Adriano cap. XXIII.

2. *Suſcipimus, Domine, & ſolvimus.*] *Suſcipere, ſolvere, ſignare,* propria in re votorum verba ſunt. *Suſcipiuntur vota*, cum nuncuparentur relata in tabulas. Cum ſic conſcripta eſſent *ſignabantur* & affigebantur Deorum ſtatuis. Facti eorum compotes, quae eſſent precati, eas tabellas refigebant *ſolvebant*que reddebantque Diis, quae ſe daturos promiſerant. Vide elegantiſſimos Jani Rutgerſii Variar. Lect. Commentarios Lib. V. cap. V. quo tota votorum hiſtoria redditur. Buchner.

3. *Signari.*] Nam vel a conſulibus & praetoribus in urbe, in provinciis a proconſulibus ac praeſidibus, interdum etiam a praetoribus vota ſuſcipiebantur, & perſolvebantur. *Signari* ergo eſt, rata habere. Poſt enim nuncupationem ſignata ſervabantur ad finem anni, cum perſolvebantur, & alia nova nuncupabantur. Catan. Quid vero ſit *ſignare vota* ex loco Philoſtrati intelligimus apud Turn. Vide Adverſ. Lib. I. cap. XVII. quanquam ibi Turnebus τὸ *ſignare* pro ſtatuis *aſſignare* male accipiat. Obſignata enim *affigebant* Deorum ſtatuis. Vide pluribus Rutgerſ. Lib. V. Variar. lect. cap. V. Rittershus. Turneb. Pet. Colvii notas in Apulejum, & alios. Veenh.

4. *Et* nuncupaſſe] Quid ſit nuncupare vota, dicetur infra ad Epiſt. CI. princ. Vota, *Domine, priorum annorum* nuncupata *alacres laetique perſolvimus.*

XLVI. XXXVIII. Plinius Trajano.

De aquaeductu Nicomedenſium.

Monet Nicomedenſes fruſtra impendiſſe plurimam pecuniam in aquaeductum, ſe autem inveniſſe quo deduci commode poſſet, modo mittat aquilegem, vel architectum.

[1] IN aquaeductum, Domine, Nicomedenſes impenderunt [2] HS. XXX.
CCCXXIX. qui imperfectus, adhuc relictus ac etiam deſtructus
eſt: rurſus in alium ductum erogata ſunt CC. hoc quoque relicto, novo
impendio eſt opus, ut aquam habeant, qui tantam pecuniam male
2 perdiderunt. Ipſe perveni ad fontem puriſſimum, ex quo videtur
aqua debere perduci, ſicut initio tentatum erat, [3] arcuato opere, ne
tantum ad plana civitatis & humilia perveniat. Manent adhuc paucisſimi arcus, poſſunt & erigi quidam lapide quadrato, qui ex ſuperiore
opere detractus eſt. aliqua pars, ut mihi videtur, teſtaceo opere agenda erit. Id enim [4] & facilius, & vilius. Et inprimis neceſſarium eſt,
3 da erit.

mitti

1. *In* aquaeductum .. *impenderunt.*] Ita recentiores libri cum Catanaeo & Gryphio: Contra Aldus, Junta, Schurerius, Caſaubonus, Cl. Minos in ſexto caſu *aquaeductu*, quod placet, & ſi illa lectio ſuſtineatur Epiſt. LIII. *duodena iſta Byzantiis, quae ad ſalutandum me* in legatum impendebantur. Solent tamen etiam veteres frequenter poſteriori modo loqui, quod inepti editores ex ingenio ſuo refinxerunt. Sic infra Epiſt. LXV. princ. *Quid* in perſonam *eorum ſtatuendum ſit*, ante nos legebatur, ubi ex Voſſian. MSt. & Ed. principe reſtituimus *in perſona* cet. Sic vulgo in Livio Lib. II. cap. XXII. *Hernicis* in ſocietatem *armorum adſumtis*. Cod. Senatorius, quem ſupra jam laudavimus, & Conſultiſſimi Gaertneri, quem, ut eſt humaniſſimus, nobis facile communicavit, *in Societate* cet. quomodo ſtatim ſequenti capite iidem: *ſe* in foro *projecit*; vulgo *in forum* cet. Quam obſcuram diligentiam noſtrorum hominum ſatis refellit, ac promiſcue praepoſitioni *in* adponere & quartum & ſextum caſum multis exemplis vel nuper docuit Cl. Cannegieter in eruditiſſimo Commentario, quem Aviano ſuo ſubjunxit, cap. XIX. Adde V. C. Burmann. ad Phaedr. Lib. V. Fab. I. vs. 15. & Ducker de Latinit. Vet. JCtorum pag. 351. LONGOLIUS.

2. HS. XXX. CCCXXIX.] Seſtertia triginta millia, trecentena IX. nam auctore Probo, X. ſignatum cum virgula ſuperius plana, apud antiquos decem millia ſignificabat. CATAN. Gruteri Ed. *Seſtertium triginta millia trecentena novem.* Perizonius pro XXX. conjiciebat *tricies.* Poſtea Caſauboni & Cl. Minois Ed. in margine pro *relictus* expreſſerunt *diviſus.*

3. *Arcuato opere.*] Duplici ratione perducebantur aquae rivis ſtructilibus: vel *ſubter*, vel *ſupra terram. Subter*: foſſo ſpecu, ibique vel exciſo canali, ſi tophus eſſet; vel parietibus ſtructo cum camera, ſi terrenum & arenoſum. *Supra terram*, vel *ſubſtructione*, vel *arcuatione*, ſive *arcuato opere. Subſtructiones* fiebant pilis, arcuationes *arcubus*, unde nomen, erectis, quibus imponebantur rivi. Lege Julium Frontinum Praefatione, & toto Lib. I. de aquaeductibus: item Vitruvium Lib. VIII. cap. VII. & Palladium Lib. IX. de re ruſtica Tit. XI. BUCHNER.

4. *Et facilius, & vilius.*] Id eſt, minore ſumptu. Ald. tamen legit, *utilius. Vile* & *utile* non raro a librariis perperam ſunt inter ſe commutata. Exempla plura apud Criticos noſtri & ſuperioris aevi licet obſervare, & hoc quoque illis addere. RITTERSHUS. Equidem neſcio, quo exemplo Aldinarum Rittershuſius uſus ſit. Ad manus eſt utraque an. 1508. & 1518. neque tamen vola,

nec

mitti a te vel [1] aquilegem, vel architectum, ne rurſus eveniat, quod accidit. ego illud unum affirmo, & utilitatem operis, & pulchritudinem ſeculo tuo eſſe digniſſimam.

XLVII. XXIX. Trajanus Plinio.

Hortatur ad opus aquaeductus & inquiſitionem pecuniarum expenſarum.

Curandum eſt, ut aqua in Nicomedenſem civitatem perducatur. vere credo, te ea, qua debebis, diligentia, hoc opus aggreſſurum. [2] *Sed me Dius fidius ad eandem diligentiam tuam pertinet inquirere, quorum vitio* [3] *ad hoc opus tantam pecuniam Nicomedenſes perdiderint: ne, cum inter ſe* [4] *gratificantur, & inchoaverint aquaeductus, & reliquerint. quid itaque compereris, perfer in notitiam meam.*

XLVIII.

nec veſtigium illius lectionis ibi adparet; etſi multis documentis didicimus, quam facile iſtae voces commutentur. Sic Lib. IV. Epiſt. VI. n. 1. alii *utilitas*, optimi *vilitas*, quibus nunc accedit alter Codicum. Brummerianorum. Plura de ea re dicendi erit locus ad Tranquill. in Caeſ. cap. L. *cum quidem plerisque* vilitatem *mirantibus.* ubi alii *utilitatem.* Longolius.

1. *Aquilegem.*] Qui ſcientiam deducendarum aquarum habet. Plinius Lib. XXVI. cap. VI. *ſilveſtris ubi naſcitur, ſubeſſe aquas credunt, & hoc habent ſignum* aquileges. Extat Theodorici Regis epiſtola, qua ſcribit ſe comperuiſſe, aquilegium (non enim dicit *aquilegem*) *Romam veniſſe ab Africa.* Ubi ea ars pro locorum ſiccitate ſummo ſtudio ſemper viguit, qui aridis locis aquas poſſit dare vernatiles, ut beneficio ſuo humida habitare faciat loca nimia ſterilitate ſiccata. verum auctore Marcello, *Aquilex eſt, qui aquam colligit.* Varro in Quinquatribus: *an hoc praeſtat Hero, filius Diogenis, quod ille e ventre aquam mittit ad hoc te jactas, at hoc pacto utilior te Thuſcus* Aquilex. apud Juriſconſultum titulo De immunitatibus, *aquilices* paſſim legitur, fortaſſe *ab elicienda aqua:* niſi tamen corrupte pro *aquilege* legatur. Frontinus tamen in libello De aquaeductibus, *aquarium* vocat, qui curam diſtribuendae aquae habeat. Catan. De librandis aquis videndus eſt Vitruv. Lib. VIII. & Frontin. de aquaeductibus. Veenh.

2. *Sed me Dius fidius.*] Scilicet, ſic bene amet. formula aſſeverandi ſeu jurandi, aequipollens illi, *me-hercle.* vulgo male ſcribunt & pronuntiant, *medius fidius.* Gloſſar. vet. *Divus filius*, Διὸς υἱὸς ἡρακλῆς. Fortaſſe ſcripſerat auctor, *Dius fidius* D in L & L in D commutari ſolitum apud antiquos, notum eſt. Scio tamen eſſe, qui *Fidium* a *fide* dictum putent, quaſi *Deum fidei* praeſtitem. Rittershus. Poſterior ſententia melior eſt, quod demonſtravit Corte ad Salluſt. Cat. cap. XXXV. n. 2. *quam* me Dius fidius *veram licet agnoſcas.*

3. *Ad hoc* opus.] Aldus, Junta, Schurerius *ad hoc tempus*, quod etiam Caſaubonus & Cl. Minos in margine adnotarunt, ac Boxhornius in indice variantium lectionum exhibet.

4. *Gratificantur.*] Rem gratam facere ſtudent, ſibi applaudunt & indulgent. ut ſub hoc praetextu publicas pecunias private interciperent. Catan. *Ne cum inter ſe, &c*] Ratio ſermonis Latini requirit, *dum inter ſe gratificantur.* Gronov. Aldi & Schurerii Edit. *gratificantur & inchoaverint. Quid itaque compereris per aquaeductus, & reliquerint, fer in notitiam meam.* eadem exhibent Caſaubonus & Cl. Minos in margine. De verbo gratificari vide nos ad Sueton. in Ner. cap. VII. *Amitam etiam Lepidam, ream teſtimonio coram adflixit*, gratificans *matri.*

I. Ni-

XLVIII. XL. Plinius Trajano.

De theatro Nicenſium,

Conſulit quid faciendum de theatro imperfecto, & gymnaſio incendio conſumpto Niceae, ac balineo quod Claudiopolitani juxta montem defodiebant, petitque ad ea architectum ab urbe.

THeatrum, Domine, [1] Niceae maxima jam parte conſtructum, imper-
fectum tamen, ſeſtertium, ut audio (neque enim [2] ratio plus ex-
2 cuſſa eſt) amplius centies hauſit, vereor ne fruſtra. ingentibus enim
rimis [3] deſcendit & hiat, ſive in cauſa ſolum humidum & molle, ſive
lapis ipſe gracilis & putris: dignum eſt certe deliberatione, ſitne fa-
ciendum, [4] aut ſit relinquendum, an etiam deſtruendum? Nam fultu-
rae

1. *Niceae.*] Haec illa eſt civitas Bithyniae, quam maxime nobilitavit prima illa & celeberrima ſub Chriſtianis Principibus habita de religionis controverſiis & diſciplina Eccleſiaſtica Synodus, quam Nicenam appellamus, in qua CCCXVIII. fuerunt collecti Epiſcopi. Rittershus.

2. *Ratio* plus *excuſſa eſt.*] Divinabam *plene* (vel *plenius*) *excuſſa.* Idem. Noſtri omnes uno ore probant vulgatam, quae probe ſtare poteſt, modo ea teneas, quae Perizonius ad Sanctii Min. Lib. IV. cap. II. n. 1. de uſu vocis *plus* diſſeruit. Neque audias Caſaubonum & Cl. Minoen, qui in margine obtrudunt *excuſa.* Noſter enim ſupra Lib. VI. Epiſt. XXXI. n. 5. *Caeſar* excuſſis *probationibus, centurionem exauctoravit.* Lib. VII. Epiſt. XXXI. n. 2. *Ego juſſus a legato conſulari rationem alarum & cohortium* excutere. & hoc ipſo libro Epiſt. XXVIII. n. 3. *Nunc Reip. Pruſenſium impendia, reditus, debitores* excutio. & Trajanus Epiſt. LXXXVI n. 2. *ratio totius operis effecti ſub cura tua Coccejano Dioni* excutiatur. Longolius.

3. *Deſcendit ingentibus rimis.*] Enatae in eo rimae deſcendunt usque ad ſolum, inde fatiſcit & aperitur: Pollio Architectus Lib. II. cap. VIII. ſcribit, inter ſtructurarum genera eſſe reticulatum, quo tunc omnes utebantur, ſed ad *rimas* faciendas ideo paratum, quod in omnes partes diſſoluta habet cubilia, & coagmenta. Catan. *Deſcendit.*] Forte melius *diſcedit.* Gruter. Eamdem emendationem olim quoque agitaſſe Colerum refert Rittershuſius; cui tamen ex libris noſtris nihil praeſidii.

4. Aut *ſit relinquendum.*] Vulgatum erat *aut ſit*, contra indolem Latinorum, qui in tripartita dubitatione primo loco *utrum* & *num*, vel *ne* encliticum, poſteriori utroque loco *an* ponunt. Cicero pro Roſc. Am. cap. XLI. *Quaero abs te, iine, qui poſtulabant, indigni erant, qui impetrarent: an iſte non commovebat, pro quo poſtulabant: an res ipſa iniqua videbatur.* Et Livius Lib. XXI. cap. X. in Hannonis oratione: Utrum *hoſtem*, an *vos*, an *fortunam utriusque populi ignoratis.* Cellarius. Et ſane ita Cicero quoque alio loco in Or. pro Cluentio cap. XXXIV. *Quid? conferam Sullam*ne *cum Junio? an hunc tribunum plebis cum Quintio? an vero tempus cum tempore?* Nondum tamen commovemur, ut Cellario, quique eamdem ſententiam tuentur, Rittershuſio & Thomaſio, qui praeterea *ſit* in *ſic* mutabat, ſubſcribamus, cum repugnent libri, neque, ut illi putant, vulgata lectio ſit contra indolem Latinorum. Florus Lib. III. cap. XII. n. 6. *Ac neſcio*, an *ſatius fuerit, populo Romano, Sicilia & Africa contento fuiſſe*, aut *his etiam ipſis carere.* Seneca Conſtant. Sapient. cap. V. *Cogita nunc*, an *huic fur*, aut *calumniator*, aut *vicinus potens*, aut *dives aliquis regnum orbae ſenectutis exercens, facere injuriam poſſit.* Sic Cicero pro Roſc. Amer. cap. XXI. *num* ponit ſequente *aut*: *quaeſiſſe* num *ille* aut *ille defenſurus eſſet.* item *ne* encliticum excipiente *aut*: Lib. XIV. Epiſt. XVIII. n. 1. *Romae*ne *ſitis* aut *mecum in aliquo tuto loco.* ut eſt in Codice Vaticano & Ed. Victorii. Et quid aliena arceſſo Sufficit ſibi Plinius. Paneg. cap. LXXXIV. n. 1. *dubitare cogatur*, utrum *ſit efficacius ad recte vivendum,*
bene

rae ac [1] ſubſtructiones, quibus ſubinde [2] ſuſcipitur, non tam firmae mihi, quam ſumptuoſae videntur. Huic theatro [3] ex privatorum pol- 3
licitationibus multa debentur, ut baſilicae circa, ut porticus [4] ſupra caveam, quae nunc omnia differuntur, ceſſante eo, quod ante peragendum eſt. Iidem Nicenſes gymnaſium incendio amiſſum, ante ad- 4
ventum meum reſtituere coeperunt, [5] longe numeroſius laxiusque quam fuerat. etiam aliquantum erogaverunt: periculum eſt, ne parum utiliter. incompoſitum enim & ſparſum eſt. Praeterea architectus ſane aemulus ejus, a quo opus inchoatum eſt, affirmat, parietes (quanquam viginti & duos pedes latos) impoſita onera ſuſtinere non poſſe, quia

bene inſtitui, aut *feliciter naſci*. Lib. I. Epiſt. XVIII. n. 5. *Proinde diſpice, an tu quoque ſub hoc exemplo ſomnium iſtud in bonum vertas: aut ſi tutius putas* cet. Conferas, ſi tanti eſt, quae de ea re inter Cellarium & Borrichium diſputata fuerunt, & nos ad Sueton. in Domit. cap. XVII. *lavantem*ne aut *coenantem adgrederentur*, ut damus ex MSS. LONGOLIUS.

1. *Subſtructiones.*] Subſtructio fundamenti. Eas Columella libro primo *ſubſtractiones* appellat. CATAN.

2. *Suſcipitur.*] De hoc verbo egit Gronovius ad Senec. Epiſt. XC. adducto hoc Secundi loco. Vide infra Epiſt. XCI. n. 1.

3. *Ex privatorum pollicitationibus multa debentur.*] *Pollicitatio* definitur ab Ulp. offerentis ſolius promiſſum. Lib. III. D. de pollicitationib. & a *pacto* ſecernitur, quia hoc eſt duorum (minimum) pluriumve conſenſus atque conventio. dicta Leg. III juncta Leg. I. §. 2. D. de pact Sed quid cauſae eſt, cum ex *pacto* non naſcatur actio (ut ſaepe reſcriptum eſt) cur ex *pollicitatione* tamen ſua quis conveniri poſſit? aut cur ad inducendam obligationem & actionem, efficacior eſt *promiſſio* ſolius offerentis, quam *conſenſus* duorum? Non dubium, quin hoc ſuaſerit favor reip. & operum publicorum, quibus quis honoris ſui alienive cauſa quid obtulit, ut quaſi debitum exigi poſſit; ſive mas ſit ſeu foemina, imo ut heredes quoque obligatos relinquat, ut paſſim videre eſt ſub tit. de pollicitat. RITTERSHUS.

4. *Supra caveam.*] Sic Petron. *Ergo judicium nihil eſt, niſi publica merces: atque eques in* cavea *qui ſedet, empta probat.* Et Ulpian. noſter *in* cavea *publica ſedere*, Leg. XIII. injuriarum §. 7. *ſi quis me.* D. de Injuriis. Quibus in locis *cavea* eſt area in theatri medio, a *cavo* ſeu *cavitate* dicta, quae contecta velis inſtar eſſet cujusdam *caveae*. Ibi vero equites ſua habebant ſubſellia, e quibus ſpectarent ludos. IDEM.

5. *Longe numeroſius laxiusque*] *Numeroſius*, id eſt, perfectius atque praeſtantius. Nam quod pleroſque laudis numeros implet, *numeroſum* haud raro appellatur. Ita *numeroſum hortum* Columella dixit, quod & ſtupendae eruditionis Vir, Nobiliſſimus Barthius, Adverſariorum libris, notavit. Alibi Noſter, *numeroſiſſima ſubſellia*, pro laxiſſimis: & *numeroſiſſimam cauſam* pro multiplici variaque, hoc eſt, quae plura capita ac quaeſtiones habet, dixit. BUCHNER. *Longe numeroſius.*] Non ſatisfacit interpretatio Buchneri. *Aedificium numeroſum* eſt, quod plurima habet membra & manſiones. Sic *numeroſa cauſa* Lib. III. Epiſt. IX. n. 22. in qua multi rei. *Numeroſa domus* Lib. IV. Epiſt XV. n. 4. in qua multi heredes. Et in lapide antiquo, IN EXIGUO RES NUMEROSA, hoc eſt, perſona multarum artium, ad multa utilis. GRONOV. Optime Gronovius. addas, licet, Tacit. de Mor. Germ. cap. XIX. pauciſſima *in tam* numeroſa *gente adulteria.* Nemeſianus Cyneget. vs. 15.

Nam quis non Nioben numeroſo *funere moeſtum.*

Calpurnius Siculus ad Nemeſian. Buc Ecl. III. vs. 66.

Quam numeroſa *meis ſiccetur bucula mulctris.*

Et Plinius Lib. II. Epiſt. XIV. n. 6. *numeroſa ſubſellia.* Lib. III. Epiſt. IX. n. 11. *numeroſum agmen.* Paneg. cap. XXVIII. princ. *numeroſa gloria.* & quae hoc libro Epiſt L. n. 2. dicuntur *manus multae*, eaedem Lib. IX. Epiſt. XXXVII. n. 4. *numeroſae.* LONGOLIUS.

quia [1] ſine cemento medio parti, [2] nec teſtaceo opere praecincti.
5 [3] Claudiopolitani quoque in depreſſo loco, imminente etiam monte, ingens balineum defodiunt, magis quam aedificant, & quidem ex ea pecunia, quam [4] buleutae [5] addunt beneficio tuo, aut jam obtulerunt
6 [6] ob introitum, aut nobis exigentibus conferent. Ergo cum timeam, ne illic publica pecunia: hic, quod eſt omni pecunia precioſius, munus tuum male collocetur: cogor, petere a te, non ſolum ob theatrum, verum etiam ob haec balinea, mittas architectum diſpecturum: utrum ſit utilius, poſt ſumptum, qui factus eſt, quoquo modo [7] conſummare opera

1. *Sine cemento medio.*] Absque enim calce compacti lapides facile corruunt. Quare qui illud conduxerat aedificandum, fraudem commiſerat, dum intermedia parietum nullo cemento conglutinarat, cum ſatis conſtet, calcem eſſe lapidum laterumque ad conſtructionem tenaciſſimum vinculum. Hinc architectus mandat parietes crebriter ſatiandos ex calce & arena minutiſſima, ut diutius contineantur: quae ſi ſuperaverint & abundaverint, parietes plus habentes humoris non cito fient evanidi: ſi ſecus, diſſolventur. alia lectio habet, *ſine cemento medii farti*, quae etiam non improbanda eſt. CATAN. *Medio parti.*] Agnoſcit & hanc lectionem Catanaeus. Propendere tamen videtur in alteram, *quia ſine cemento medii farti.* GRUTER. Nos tamen in Catanaeo invenimus: *quia ſine cemento medio farti*, quomodo etiam expreſſit Hackiana: reliqui omnes: *quia ſint caemento farti*, nullus autem plane *parti.*

2. *Nec teſtaceo opere praecincti.*] *Teſtacei operis* & paulo ante meminit Epiſt. XLVI. *Teſta* dicitur, quod creta effictum de igne decoctum eſt: inde *teſtaceum opus*, figlinum ſeu coctum eſt. BUCHNER.

3 *Claudiopolitani.*] *Claudiopolis*, quae & Bithynium auctore Ptolemaeo Lib V. cap. I. unde fuit Pinyrus grammaticus in urbe Epaphroditi Neronis libertus, niſi mendoſius in hoc, ut in multis, Stephani codex. CATAN. Solus Gryphius *Claudiopolitano.*

4. *Buleutae.*] Senatores decuriones. βȣλὴ enim ſenatus. CATAN. *Buleutae addunt.*] Lege, *Buleutae* additi *beneficio tuo*, ex hiſtoria & re ipſa, vid. Epiſt CXIII. CASAUBON. *Buleutae*, Decuriones ſeu Curiales, hoc eſt, Senatores in provinciis ſunt, de quibus ſupra quaedam notabamus. Spartianus Severo cap. XVIII. *Deinde Alexandrinis jus Buleutarum dedit, qui ſine publico conſilio, ita ut ſub regibus ante, vivebant uno judice contenti, quem Caeſar dediſſet.* Horum conventus *Bule* dicebatur. Infra Noſter Epiſt. LXXXV. & CXI. ubi *Bule* & *Eccleſia* diſtinguuntur, Nam illa Senatus; haec populi concio eſt. Vet. Gloſſ. βȣλὴ ἐπὶ κοινȣ͂ σκέμματος, *Concilium.* βȣλὴ ἐπὶ συστήματος, *Curia*, *Ordo.* Ubi nota, *Ordinem* de Senatu abſolute dici; quod ſupra etiam obſervabamus. Ibidem βȣλευτήριον, *Curia*, *Ordo.* Caſaubonus pro *addunt*, legit *additi*, quae veriſſima emendatio eſt. BUCHNER. Eidem ſubſcribit Ritterſhuſius, etſi noſtri omnes habeant *addunt.*

5. *Addunt beneficio tuo.*] Nam lege Pompeja, qua Bithyni & Pontici utebantur, hi, qui in ſenatum a cenſoribus legebantur, dare pecuniam non jubebantur: ſed quos Trajani indulgentia quibusdam civitatibus ſuper legitimum numerum adjicere permiſerat, & ſingula millia denariorum & bina intulerant. quare, inquit, *tuo beneficio*, quia beneficio imperatoris fuerant facti ſenatores: eo permittente ſtruebatur balineum. CATAN.

6. *Ob introitum.*] In bulen, ſive Senatum, ſeu Curiam. Solebant enim, qui inter Decuriones lecti a Cenſoribus, pecuniam conferre, qua redimerent introitum ſuum in Curiam, ſive auſpicia ordinis & dignitatis adeptae. A qua collectione etſi Bithynos & Ponticos excepiſſet Lex: tamen qui ſupra legitimum numerum allecti in ordinem (quod civitatibus nonnullis conceſſerat Trajanus) eos inferre oportebat pecuniam. Vide infra Epiſt CXIII. Hos Supernumerarios buleutas igitur *beneficio additos* dixit Plinius. Nam indulgentiam Trajani, qua permiſerat ſupra numerum quosdam in Senatum legi, *beneficium* appellat. BUCHNER. Mox pro vulgato *conferent*, Aldus, Junta, Schurerius, Gryphius praeſtant *conferunt*, ut & Minos in margine; at Gaſaubonus in ora libri *conferret.*

7. Conſummare *opera.*] Aldina utraque, Juntae, Schurerii Ed. ſimplici *m conſumare* expreſſerunt, ex more veterum, ut offendimus in Suetonio in Caeſ. cap. XXX. *quod neque* opera conſumare, *quae inſtituerat*, cet. quem morem non animadvertentes librarius Lindenbrogii codicis & editores

opera ut inchoata ſunt: an, quae videntur emendanda, corrigere: quae transferenda, transferre, ne dum ſervare volumus, quod impenſum eſt, male impendamus, quod addendum eſt.

XLIX. XLI. Trajanus Plinio.

Remittit judicio Plinii Theatri aedificationem: Nicenſes vero vult eſſe contentos ſufficienti gymnaſio, monetque, ut in illis provinciis quaerat architectum.

Quid oporteat fieri circa theatrum, quod inchoatum apud Nicenſes eſt, in re praeſenti optime deliberabis, & conſtitues: mihi [1] ſufficiet, indicari, cui ſententiae acceſſeris. Tunc autem a privatis exigi opera tibi curae ſit, cum theatrum, propter quod illa promiſſa ſunt, factum erit. [2] Gymnaſiis indulgent [3] Graeculi, ideo forſitan Nicenſes [4] majore animo conſtructionem ejus aggreſſi ſunt. ſed oportet illos eo contentos eſſe, quod poſſit illis ſufficere. Quid Claudiopolitanis circa balineum, quod parum, ut ſcribis, idoneo loco inchoaverunt, ſuadendum ſit, tu conſtitues. Architecti tibi deeſſe non poſſunt. nulla provincia eſt, quae non peritos & ingenioſos homines habeat, modo ne exiſtimes, brevius eſſe ab urbe mitti, [5] cum ex Graecia etiam ad nos venire ſoliti ſunt.

L. XLII.

editores Tranquilli Sabellicus ac Beroaldus perperam ibi exhibuerunt *conſumere.* Ceterum *conſummare* non ignota vox eſt Latinis, ut exemplis docuimus ad iſtum locum.

1. *Sufficiet.*] Gryphius contra fidem omnium librorum *ſufficit*, quae varietas eſt etiam Lib. I. Epiſt. VIII. extr. & hoc libro Epiſt. LXV. extr.

2. *Gymnaſiis indulgent.*] Exercent palaeſtram nimia cum voluptate: quare Plin. Lib. XV. *uſum*, inquit, *olei ad luxuriam vertere Graeci, vitiorum omnium genitores, in gymnaſiis publicando.* cui ſententiae Plutarchus in Quaeſtionibus aſſentitur. Catan.

3. *Graeculi.*] Ignominioſum verbum contra Graecos, unde Juvenalis Satyra III. *Graeculus*, inquit, *eſuriens in coelum, juſſeris ibit.* quin etiam Zonaras, qui hiſtoriam ab orbe condito usque ad declinationem imperii in compendium reduxit, fatetur, Romanos appellare ſolitos Achivos *Graecos* ignominiae cauſa tanquam viles & gregales. Idem.

4. *Majore animo.*] Hoc eſt, calidius vel cupidius. Sic *animoſe liceri* dicitur a Paulo in Leg. XXIX. ſi pignori. D. fam. erciſc. & *animoſior emptor* a Javoleno in Leg. XXXVI. ita ut. §. 1. D. mand. cum quis emendi cupiditate majus offert pretium, quam res ſit: cum alioqui, ſi abeſſet calor licitantis, (quem vocat Paul. in Leg. IX. locatio. in pr. D. de publican. & vectigal.) res multo minoris comparari potuiſſet. Sic memini legere apud Suetonium Lib. I. c. XLVII. *animoſiſſime comparaſſe:* quod eſt προθυμότατα ἀγοράζεσθαι. Rittershus.

5. *Cum . . . ſoliti* ſunt.] Sic Aldi utraque, ſic Juntae, Schurerii, Caſauboni, Gryphii & fere omnes, quae non Catanaeum, ejusque ſequacem Hackianam habent auctores. hi enim legunt *ſint.*

L. XLII. Plinius Trajano.

De lacu Nicomedenſium.

Monet imperatorem Trajanum, ut lacum non procul a Nicomedia permittat foſſa manu facta in mare deducere, futurum hoc magno decori, & emolumento toti regioni.

INtuenti mihi & fortunae tuae, & animi magnitudinem, convenientiſſimum [1] videtur, demonſtrare opera [2] non minus aeternitate tua, quam gloria digna, quantumque pulchritudinis, tantum utilitatis ha-
2 bitura. Eſt in [3] Nicomedenſium finibus ampliſſimus lacus, per hunc marmora, fructus, [4] ligna, materiae, & [5] ſumptu modico & labore usque

1. *Videtur*, demonſtrare.] Haec eſt lectio Juntae, Catanaei, Caſauboni, Minois, Gruteri ac recentiorum, contra Voſſianus liber MStus, qui nunc nobis rurſus adeſt, & Joannis de Tridino, Aldi, Schurerii, Gryphii Edit. atque margo Caſauboni & Minois praeſtant *videtur demonſtrari.*

2. *Non minus aeternitate.*] Infra Epiſt. LXVII. *per ſalutem tuam aeternitatemque.* Et Epiſtola LXXXVII. *Per aeternitatem tuam ſalutemque.* AETERNITATEM autem tribuebant Imperatoribus, quia & NUMEN tribuebant, & inter Deos computabant. Dii autem aeterni ſunt. Nec deſierunt hi tituli in Chriſtianis Principibus: qui eorum nonnullis vel ambitioſius, quam ipſis paganis, uſurpati fuerunt. Exempla plurima Codex praebet. BUCHNER. Addas, licet, inſcriptionem Patavinam, quam Cellarius ex Grutero pag. 279. hic adnotavit: AETERNO IMPERATORI NOSTRO MAXIMO OPTIMOQUE PRINCIPI AURELIO VALERIO DIOCLETIANO. & alia ex Symmacho aliisque ejus ſeculi ſcriptoribus apud Fr. Juretum Miſcell. I. Epiſt. LXXXIX. quem jam Rittershuſius ad hunc locum excitavit.

3. *Nicomedenſium finibus.*] *Nicomedia* Bithyniae in intimo ſinu urbs praeclara, dicta de nomine regis cujusdam *Bithyni*, qui eam condidit, ſi Straboni credimus. multi enim eodem nomine vocati fuerunt, quemadmodum Ptolemaei, propter prioris claritatem. Pauſanias ſcribit: a *Nicomede* Bithynorum rege cognomentum accepiſſe maximam urbium in Bithynia, quae prius *Aſtacus* dicebatur. Et Stephanus, *Nicomedia*, inquit, *civitas Bithyniae, Zelae filio illuſtriſſ. regis, quae etiam* Olbia *eſt adpellata.* non procul ab ea locant Geographi Aſcaniam paludem, nec omittam, Solinum tradere, Hilam lacum, in quo periiſſe credunt delicias Herculis, urbem Nicomediam juxta Pruſiadem adluere. Nec mirum ſuper tanta re Trajanum conſulit. nam Marcellus de Operibus Publicis, *publico*, inquit, *ſumtu opus novum ſine principis auctoritate fieri non licere, conſtitutionibus principum declaratur.* CATAN. Ceterum diſſident libri in diſtinctione. Aldi & Juntae: *tantum utilitatis habitura eſt. In Nicomedenſium* cet. vitioſe. Stant pro vulgata reliqui omnes.

4. *Ligna, materiae.*] *Ligna*, ad urendum: *materiae* ad aedificandum dicuntur. BUCHNER. Vide Leg. LV. π. de Legat. III. Leg. XII. π. de uſufructu Unde facile mihi ſeſe probat Briſſonii de V.S. Lib. X. pag. 1082. emendatio Leg. XII. C. de excuſat. muner. Materiam, lignum, *atque tabulata*, cujus loco adhuc male circumfertur: *materiam lignorum atque* cet. Addicunt etiam veteres. de ligno Varro de L. L. V. *Ab legendo* ligna *quoque, quod ea caduca legebantur in agro*, quibus in focum uterentur. De materia Livius Lib. II. cap. VII. extr. *Delata confeſtim* materia *omnis infra Veliam, & ubi nunc Vicaepotae eſt*, domus *in infimo clivo* aedificata. Caeſar de Bell. Gall. Lib. III. cap. XXIX. princ. *Reliquis deinceps diebus Caeſar* ſilvas *caedere inſtituit . . . omnem eam* materiam, *quae erat caeſa, converſam ad hoſtem collocabat, & pro* vallo *ad utrumque latus* exſtruebat. Salluſt. Jug. cap. XVIII. n. 5. *iique alveos navium pro* tuguriis *habuere, qua neque* materia *in agris, neque ab Hiſpanis emundi aut mutandi copia erat.* Lege hic Cortium, ibi Cl Daviſium. Noſter etiam Lib. III. Epiſt. XIX. n. 5. *Conſtant campis, vineis,* ſilvis, *quae materiam . . . praeſtant.* LONGOLIUS.

5. *Sumptu* modico.] Voſſ. *ſumtu immodico*, & ita

usque ad viam navibus, inde magno labore, majore impendio vehicu-
lis [1] ad mare devehuntur. Hoc opus [2] multas manus poſcit. [3] at hae
porro non deſunt: nam & in agris magna copia eſt hominum, & ma-
xima in civitate, certaque ſpes, omnes libentiſſime aggreſſuros opus
omnibus fructuoſum. Supereſt, ut tu [4] libratorem, vel architectum, 3
ſi tibi videbitur, mittas, qui diligenter exploret, ſit ne lacus altior
mari, quem artifices regionis hujus quadraginta cubitis altiorem eſſe
contendunt. Ego per eadem loca invenio foſſam [5] a rege percuſſam, 4
ſed incertum, utrum ad colligendum humorem circumjacentium agro-
rum, an ad committendum flumini lacum. eſt enim imperfecta. Hoc
quoque dubium, intercepto rege mortalitate, an [6] deſperato operis
effectu.

ita etiam Joannis de Tridino Ed. quae cum illo ſemper incedit, atque in ſuis propagarunt Aldus, Schurerius, Gryphius, item Caſaubonus & Minos in margine. Ceteri cum recentioribus ſervant vulgatam.

1. *Ad mare devehuntur.*] Poſt haec verba videtur quidpiam deeſſe: videlicet, *id corrigi poteſt, & minori impendio effici, ut commodius materia devehatur.* RITTERSHUS. Nihil deeſt, ſi ſpectes Plinium, cui brevitatem talem familiarem eſſe, saepius vidimus. Tantum vero abeſt, ut cenſeamus, Secundo aliquid addendum, ut potius ei reſcindamus inſequens *ſed*, quod in vulgatas contra fidem Voſſ. & Edit. principis, ut & Schurerii & Minois irrepſit; eamque particulam ejiciendam eſſe, ſatis arguere puto Aldinam utramque, quae eam loco movet: *Hoc opus* ſed *multas* cet.

2. *Multas* manus *poſcit.*] Ut ſupra Lib. IX. Epiſt. XXXVII. n. 4. *numeroſas manus poſcit.* Eleganter manus pro opera, quae maximam partem per manus fit. Tacitus I. Ann. cap. LXI. *Prima Vari caſtra lato ambitu, & dimenſis principiis, trium legionum* manus *oſtentabant.* Lucanus Lib. V. vs. 310.

Non pudet, heu Caeſar, ſoli tibi bella placere
Jam manibus *damnata tuis.*

i. militibus tuis.

3. *At hae* porro *non deſunt.*] Lego: *at hae* pro re *non deſunt.* GRUTER. Jo. de Tridino pro *hae*, *heae*, ut ſolent librarii *eae* exprimere, ita *hii*, *hiis*, pro *ii*, *iis*. Vide paſſim, in primis Epiſt. LXXXIII. n. 3. Gronovianae emendationi nullus noſtrorum librorum favet, ſed omnes, etiam Voſſ. exhibent *porro*, quod cur reprobes non habebis, ſi ad Lib. V. Epiſt. VI. n. 18. dicta teneas. Cellarius ſecutus Gronovium quoque *pro re* dedit.

4. *Libratorem.*] *Librator*, ut ſubinde legitur apud Frontinum, eſt qui peritiam habet librandi aquam ad libellam. vulgo nunc *libellator* dicitur. Significat etiam *librator*, qui lapides emittit in bello. Tacitus: libratoribus *funditoribusque attributus locus, unde eminus lapides & glandes torquerent.* & Vegetius ſcribit: *manu ſola omnes milites meditatos* libralia ſaxa, *qui uſus paratior credebatur, quia non deſiderabat fundam.* CATAN. *Libratorem vel architectum.*] *Librator*, cujus & infra Epiſt. LXIX. mentio, eſt, qui aquam dioptris, aut libris aquariis, aut chirobate librat, ut vim currendi habere poſſit: de quo Vitruvius Lib. VIII. cap. VI. Inde *librandi* apud Frontinum: qui & ipſam directuram aquarum decurſumque librarum, *libram* appellat. Ut: *aquae omnes diverſa in urbe* libra *proveniunt. Inde fit, ut quaedam altioribus locis inſerviant, & quaedam eniti in altiora non poſſint.* BUCHNER.

5. *A Rege.*] Mithridate, qui aliquando Bithyniam occupavit: ſive a rege Perſarum, quem Graeci per excellentiam ſine additione nominis *Regem* plerumque vocant. placet tamen magis intelligere Nicomedem, a quo Nicomedia appellationem accepit, in cujus finibus lacus extendebatur. CATAN. Foſſam *a Rege* percuſſam] Percutere foſſam eſt ducere, facere. Frontinus Lib. III. Strateg. cap. XVII. n. 5. foſſa *in fronte* percuſſa, *victum* in *valle militem tenuit.* Atque ita Steweghius Lib. I. Frontini cap. V. n. 8. legit, foſſam *tranſverſam inter montes* percuſſit, ubi vulgatum eſt *preſſit.* Noſter tamen Epiſt. LXIX n. 4. *foſſam arctius preſſam* dixit. CELLARIUS.

6. *Deſperato* operis effectu.] Voſſ. cum Jo. de Tridino: *operi adfectu*, quomodo contra Lib. IV. Epiſt. XIX. n. 1. quidam libri corrupte *effectum* pro *adfectum.* De *mortalitate* vid. Lib. IV. Epiſt. XXIV. n. 2.

effectu. Sed hoc ipſo (feres enim me ambitioſum) pro tua gloria incitor & accendor, ut cupiam peragi a te, [1] quae tantum coeperant reges.

LI. XLIII. Trajanus Plinio.

Trajanus reſpondet, non abhorrere ab hoc opere, modo diligenter provideat ne totus lacus effluat in mare.

Poteſt nos [2] ſollicitare lacus iſte, ut [3] committere illum mari velimus: ſed plane [4] explorandum eſt diligenter, ne ſi immiſſus in mare fuerit, totus effluat. [5] Certe quantum aquarum, & unde accipiat, poteris a Calpurnio Macro petere. Libratorem & ego [6] hinc aliquem tibi peritum ejusmodi operum mittam.

LII. XLIV. Plinius Trajano.

Conſulit Trajanum, an abſcindere debeat publicos ſumptus Byzantiorum, qui dabantur legatis, ut ſalutatum irent Imperatorem, vel Moeſiae praefectum.

RE-

1. *Quae tantum coeperant reges.*] Quaſi vero non major potentia Imp. Rom. illis temporibus fuerit, quam alicujus Bithyniae reguli. Rittershus. Non videtur Rittershuſius cepiſſe mentem Plinii. Hic ambitioſus eſt, cupitque, ut Imperator, non reges, qui quidem opus inceperant, peregiſſe per univerſum orbem dicatur.

2. *Sollicitare lacus ille.*] Hoc dicit: Poteſt nos propter commoditates illas, quas expoſuiſti, eo adducere iſte lacus, ut committere mari velimus. *Sollicitare* enim movere eſt: moti facile perſuademur. Buchner.

3. *Committere illum mari.*] Idem eſt quod immittere in mare. Atqui rex ille, qui foſſam antea percuſſerat, lacum flumini committere volebat, ut erat in epiſt. praeced. Nodum ſolvet collatio Epiſt. LXII. (alias LXIX.) infra, quam recte contuleris cum hac & praecedente. Rittershus.

4. Explorandum *eſt.*] Ita nos repoſuimus, flagitantibus noſtris omnibus, ſi excipias Catanaeum, & quae eum coeco obſequio ſequitur Hackiana, in quibus haeret *excogitandum eſt.* Infra pro *immiſſus* Voſſ. & princeps Ed. *dimiſſus*, unde Juntae & Catanaei *demiſſus*, conſueta Syllabarum *de* & *di* commutatione.

5. *Certe quantum aquarum, & unde accipiat.*] Hic locus prave interpungendo ita laceratus eſt, ut nec ſenſus pateat, nec ſermo Latinus ſit. Diſtingue: *ne ſi immiſſus in mare fuerit, totus effluat; certe* (ſcilicet, explorandum eſt) *quantum aquarum & unde recipiat. Poteris a Calpurnio Macro petere* libratorem: *& ego hinc aliquem tibi peritum ejusmodi operum mittam.* Gronovius.

6. Hinc *aliquem.*] Solus Gryphius *hunc aliquem.*

1. By-

REquirenti mihi [1] Byzantiorum Reip. impendia, [2] quae maxima ſecit: indicatum eſt, Domine, legatum ad te ſalutandum annis omnibus [3] cum pſephiſmate mitti, [4] eique dari nummorum duodena millia. Memor ergo propoſiti tui, legatum quidem retinendum, pſe- 2
phiſma autem mittendum putavi, ut ſimul & [5] ſumptus levaretur, & impleretur publicum officium. Eidem civitati imputata ſunt terna mil- 3
lia, quae viatici nomine annua dabantur legato eunti ad eum, qui Moeſiae praeeſt, publice ſalutandum. Haec ego [6] in poſterum circumcidenda exiſtimavi. Te, Domine, rogo, ut quid ſentias, reſcribendo, aut conſilium meum confirmare, aut errorem emendare digneris.

LIII.

1. *Byzantiorum.*] *Byzantium* oppidum Thraciae juxta Helleſpontum, arctiſſimum inter Europam Aſiamque divortium in extrema Europae poſuere Graeci in promontorio Chryſocera, duce Pauſania Spartanorum rege, reddito oraculo, quaererent ſedem caecorum terris adverſam, ea ambage Calcedonii monſtrabantur, quod priores illuc advecti, praeviſa locorum utilitate pejora legiſſent. quippe *Byzantium* fertili ſolo, foecundoque mari, quia vis piſcium in pontum erumpens, & obliquis ſubter undas ſaxis exterrita, omiſſo alterius litoris flexu, hos ad portus defertur. unde quaeſtuoſi & opulenti fiunt Byzantii. Stephanus refert tale datum oraculum Megarenſibus in Delphis conſulentibus, felices qui illam incolerent urbem, littoris Thracis liquidum juxta promontorium, os ponti, ubi piſcis cervusque cibum paſcuntur eumdem, ubi condiderit in animo, omnia accipiet. Hammonius a *Byzante* Thraciae rege adpellatum ſcribit. Diodorus & Stephanus a rege *Byzantio*, filio Croeſſae & Neptuni. poſtea nominata *Conſtantinopolis*, a Conſtantino, Conſtantii filio in majus aucta, & imperii ſedes facta, inde a multis *nova Roma* vocata, clara ſane bellis navalibus, & ſecundum Oroſium, totius Orientis caput. CATAN.

2. *Quae* maxima *fuit.*] Sic omnes libri, qua veteres, qua recentiores, a quibus temere receſſerunt Catanaei & Hackiana Edit. extruſo *maxima*, quod ego revocavi. Junta *quae maxima* facit. Non male, ſi reliqui conſentirent.

3. *Cum Pſephiſmate.*] *Pſephiſma* in provinciis, quod Romae *Plebiſcitum* dicebatur, appellatum, ex Ciceronis Oratione pro Flacco colligi poteſt; ubi non ſemel ea voce uſus eſt. Vetus Gloſſarium tamen, *Plebiſcitum*, non ſimpliciter ψήφισμα; ſed δήμου ψήφισμα interpretatur. Aliae Gloſſae: ψήφισμα *Conſultum*, *Decretum*, *Scitum*, *Conſultatio*, *Rogatio*. Quae ſuadere poſſint, hanc vocem & de Decurionum decretis uſurpatam. BUCHNER.

4. *Eique dari.*] Qui perſonale munus ineunt, ideo viaticum accipiunt, ut eſt apud juriſconſultos de muneribus & honoribus. legati qui ad ſacrarium principis mittentur, perſonale munus ineunt, quia viaticum, quod legatum dicitur, interdum ſolent accipere. CATAN.

5. Et *ſumtus levaretur.*] Abeſt conjunctio in Catanaeo, & Hackiana, eam tamen revocavi volentibus omnibus reliquis, qui & numero & pondere majores. De verbo *imputare* vide Lib. VIII. Epiſt. XXI. n. 4. dicta.

6. *In poſterum circumcidenda.*] Eleganter dicimus, *circumcidere ſumptus*, pro minuere, & ſuperfluos reſecare Sic *Phaedrus* noſter IV. Fab. XIX. vs. 25. ad Avarum: *Qui* circumcidis *omnem impenſam funeris.* Similiter Livius: *Sumptus, quos in cultum Praetorum facere ſoliti erant*, circumciſi, *aut ſublati.* RITTERSHUS. Item Seneca Controv Lib II. Contr. XVI. pag, 226. *in velo? in arte? omnia per inſtrumenta* circumciſa *ſunt.* Vide ibi Schulting. nec praeter rem Noſter Lib. II. Epiſt. XII. princ. *Αειλλόγιον illud, quod ſupereſſe Marii Priſci cauſſae proxime ſcripſeram, neſcio an ſatis* circumciſum, *tamen & abraſum eſt.* VOSS. *Nec* pro *Haec*: quomodo etiam edidit Jo. de Tridino. Nemo hoc mirabitur, cui conſtat, quam parva in antiquis manu exaratis libris ſit differentia inter N & H, quare ab ignaris ſaepe confundi potuerunt Sic Cl. Cannegieter in Avian Fab. IV. v. 7. invenit in uno codice *Haec* pro *Nec*, ſic nos in Tranquillo Noſtro, ſic Cel Drackenborch in Sil. VI. vs. 580. quem vide. in Plinio Lib. I. Epiſt. XII. n. 5. unus ex Brummeri MStis *Nunc* pro *Hunc*. Lib. II. Epiſt. X princ. *Nominem* pro *Hominem*. Lib. IV. Epiſt. IX. n. 15. *Nomulus* pro *Homulus*, ut ibi notatum fuit, quosdam ita habere, quemadmodum etiam exſtare in Edit. Neapolit. 1470. ex Excerptis Brummerianis poſtea didicimus. Adde, quae nota ad Lib. IV. Epiſt. XV. n. 9. oſtendit. LONGOLIUS.

LIII. XLV. Trajanus Plinio.

Trajanus laudat conſilium Secundi.

Optime feciſti, Secunde cariſſime, duodena iſta Byzantiis, quae ad ſalutandum me in legatum impendebantur, remittendo. [1] *fungetur his partibus etſi ſolum eorum pſephiſma per te miſſum fuerit.* [2] *Ignoſcet illis & Moeſiae praeſes,* [3] *ſi minus illum ſumptuoſe coluerint.*

LIV. XLVI. C. Plinius Trajano.

De diplomatibus.

Petit quem modum ſervare debeat in diplomatibus, quorum dies praeteriiſſet.

[4] Diplomata, Domine, quorum dies praeterita, [1] an

1. *Fungetur his partibus.*] Id eſt, decretum ſupplebit vices legati, modo per te mihi mittatur. Catan. Junta *fungentur.* Catanaeus in Ed. an. 1506. *remittendo* perpetuo *his* cet. quomodo etiam Voſſ. & prima Ed. Idem tamen Catanaeus in Ed. 1625. *remittendo.* fingetur *his* cet. videtur tamen hoc incuriae operarum tribuendum, quia notae exhibent *fungetur.*

2. *Ignoſcet illis.*] Χαριεντισμὸς, quaſi dicat, non debet praeſes aliquis me ipſo velle videri ambitioſior, ut cum ego ſumptuoſam ſalutationem per legatos refugiam, ipſam affectet aut ambiat. Poſtremo, ad has duas Epiſtolas obſervo, etiam Veſpaſianum Imper. certum modum ac numerum Legatorum mittendorum multo ante Trajanum praeſcripſiſſe. Didicimus hoc ex Marciano in Lib. IV. §. ult. D. de Legationibus. *Praecipitur edicto Divi Veſpaſiani omnibus civitatibus, ne plures quam ternos legatos mittant.* Nec obſcurum eſt: hoc quoque edictum ad minuendos ſumptus pertinuiſſe: quod quidem ab ingenio & moribus Veſpaſiani non eſt alienum; quem avarum parcumque fuiſſe ex Suetonio conſtat. Rittershus.

3. *Si minus illum ſumtuoſe* coluerint.] Vellem non una ex cauſſa, aliorum librorum ſuffragio confirmari lectionem Cl. Minois *ſi minus illum ſumtuoſe* coluerunt, quamvis inclinet animus, ab operis quam veteri libro eſſe profectum, cum ſatis didicerim, quam preſſo pede iſte ſequatur Caſauboni Editionem. Certe iſta lectio non repugnat ſtilo Secundi. Primum jungere Particulam *ſi* cum Indicativo vidimus Epiſt. XXVIII. n. 5. n. 5. Epiſt. XXXIX. n. 2. Deinde quoque idem cum optimis ſectatur in verbis inaequalitatem. Evolve Lib. II. Epiſt. XIV. n. 10. & Epiſt. XVII. n. 23. 24. Lib. III. Epiſt. IV. n. 8. ac hoc ipſo libro Epiſt. LXXIX. n. 2.

4. *Diplomata*] *Diploma* proprie eſt privilegium ſingularium virorum, & vicorum, quo immunitates ad tempus vel in perpetuum dantur, ſive etiam quis civitate donaretur. Tranquillus in Cajo cap. XXXVIII. prolata divorum Julii & Auguſti *diplomata*, ut vetera & obſoleta deflebat. & in Nerone cap XII. *diplomata* civitatis Romanae ſingulis obtulit. Tacitus. *M. Cluvius Rufus criminatus apud Vitellium, quod* diplomatibus *ſuis nullum principem praeſcripſiſſet. Diplomata* demum intelliguntur pro quibuſcunque literis conceſſis a principe vel a magiſtratibus ejus nomine, ſive tabellariis, ut liberum & expeditum iter faciant, ſive exulibus reſtitutis, ſive aliquo crimine abſolutis, ſive obligationibus. Plutarchus in Vita Galbae: *Conſulibus vero proponentibus publicos famulos, qui imperatori decreta ferrent, quibusque obſignata quae vocantur* diplomata *darent*, quae

[1] an omnino obſervari, & quamdiu velis, rogo, ſcribas, meque haeſitatione liberes. vereor enim, ne in alterutram partem ignorantia lapſus, aut illicita confirmem, aut neceſſaria impediam.

LV. XLVII. Trajanus Plinio.

Reſpondet Trajanus ſe nova miſſurum diplomata.

Diplomata, quorum praeteritus eſt dies, [2] in uſu eſſe non debent, ideo inter prima [3] injungo mihi, ut per omnes provincias ante mittam nova diplomata, quam deſiderari poſſint.

LVI. XLVIII. Plinius Trajano.

De privilegio Apameorum.

Voluerat Secundus cognoſcere publicas Apameorum rationes, ſed eorum privilegio detentus conſulit imperatorem quid facto opus ſit.

Cum

quae cujusque civitatis magiſtratus cognoſcentes, in mutatione curruum, tabellariorum feſtinationem accelerant: non mediocriter Nymphidius excandeſcebat, quod non a ſe ſigillo & militibus acceptis illa miſiſſent idem in Othonis: *Civius Rufus ait, in Iberiam illata eſſe* diplomata, *quibus tabellarios emittunt, divum Neronis nomen adſcriptum nomini Othonis habentia.* Modeſtinus ad legem Corneliam de falſis: *qui ſe pro milite geſſit, & illicitis inſignibus uſus eſt, vel falſo* diplomate *vias commeavit, pro admiſſi qualitate graviſſime puniendus eſt.* Secundus: *feſtinationem tabellarii, quem ad te cum epiſtolis miſi,* diplomate *adjuvi* Tacitus: *cauſſa fingendi fuit, ut* diplomata *Othonis, quae negligebantur, laetiore nuncio revaleſcerent.* Seneca: *Auguſtus quoscumque ob adulterium familiae ſuae adeo non odit, ut dimiſſis, cautiones quo tutiores eſſent,* diplomata *daret.* & Lib. VII. de Beneficiis: *video iſtic* diplomata *& Syngrapha & cautiones vacua habendi ſimulacra:* ubi corrupte *deplomata* legitur. Venulejus tamen de Verb. Oblig. *diplomata* accipit pro *continuato itinere die noctuque, quod tabellarii, quibus* diplomata *conceduntur, ſuſceptum iter nullo tempore intermittant.* Nam imperatorum conſtitutionibus curſu publico per diſpoſitos equos privatis uti fas non erat, quod ante ceteros eorum omnium notitiam, quae in provinciis gererentur, hoc modo principes primi ſciebant. Sed noſtro ſeculo, privato etiám ſumtu res agitur equis per intervalla locorum diſpoſitis, quas *poſtas* vulgus adpellat. *Ut neque*, inquit Venulejus, diplomate, *id eſt, diebus ac noctibus, & omni tempeſtate contemta, iter continuare cogatur.* & mox, *quod ſi* diplomate *uſus aut felici navigatione maturius quam quisque pervenerit Epheſum.* Catan. Adde Caſaubonum ad Sueton. Aug. cap. L.

1. An *omnino* cet.] Particulam *an* perperam omiſerunt Voſſ. & Jo. de Tridino, Junta, Schurerius, item utraque Aldina. Nos retinuimus lectionem Catanaei, Gryphii, Caſauboni, & eorum, qui hos ſequuntur, flagitante Plinio. Paneg. cap. X. n. 5. *ut quandoque inter poſteros* quaereretur, an *illud jam Deus feciſſet.* infra Epiſt. LXXXIII. n. 3. Quaeritur *ergo*, an *qui minor XXX. annorum geſſit magiſtratus* cet. Epiſt. XCVII. n. 3. Interrogavi *ipſos*, an *eſſent Chriſtiani.* & ſic paſſim, ut & Trajanus Epiſt. LXXVI. LXXVIII Longolius.

2. *In uſu eſſe non debent.*] Voſſ. *non debent eſſe in uſu*, quomódo etiam Jo. de Tridino, qui dubio procul omnia ſua ex illo codice hauſit.

3. *Injungo mihi.*] Hoc imprimis mihi curandum, ut citiſſime novà diplomata mittam. Catan. *Injungo mihi.*] Etſi proprie nemo ſibi ipſi imperat, ſed omne imperium in alios exercetur: oportet enim imperantis, & ejus cui imperatur, diſtinctas eſſe perſonas: tamen ſaepe ita loquuntur optimi quique auctores, *Legem ſibi dicere: Imperare ſibi* vel *injungere: A ſe impetrare, &c.* Exempla longum ſit colligere. Rittershus. Plinius Lib. II. Epiſt. XVI. n. 2. *ſed ego propriam quamdam* legem mihi dixi.

1. *Apa-*

CUm vellem [1] Apameae, Domine, cognoſcere publicos debitores, & reditum, & impendia, reſponſum eſt mihi, cupere quidem univerſos, ut a me rationes coloniae legerentur, nunquam tamen eſſe lectas ab ullo proconſulum, habuiſſe [2] privilegium, & vetuſtiſſimum
2 morem, [3] arbitrio ſuo Remp. adminiſtrare. Exegi, ut, quae dicebant, quaeque recitabant, libello complecterentur, quem tibi, qualem acceperam, miſi: [4] quamvis intelligerem, pleraque ex illo [5] ad id,
3 de quo quaeritur, non pertinere. Te rogo, ut mihi [6] praecipere digneris, quid me putes obſervare debere. Vereor enim, ne aut exceſſiſſe, aut non impleſſe officii mei partes videar.

LVII. XLIX. TRAJANUS PLINIO.

Praecipitur ſalvo privilegio rationes Apameorum ut inſpiciantur.

[1] *Libellus*

1. *Apameae.*] Bithyniae *Apameam* (nam ſunt & alibi ejusdem nominis) intelligit, quam Ptolomaeus, juxta fluminis Rhyndaci oſtia locat. & Stephanus, *Bithynia*, inquit, Apamea, *quam condidit Nicomedes, cognomento Epiphanes, prius dicta* Myrlea. Ulp. de cenſibus, *eſt in Bithynia* Apamea *colonia.* & Plinius Lib. V. cap. XXXII. *de cetero intus in Bithynia colonia* Apamea; non autem *Apamena*, ut paſſim legitur. dicimus enim *Placentiam* Rom coloniam, non *Placentinam* Rom. coloniam. CATAN. *Apamea* autem dicta fuit ab *Apama*, Nicomedis Epiphanis matre, ut refert Strabo Lib. XII. pag. 845. Praeterea nota, Voſſ. praeſtare *Domine Apameae*: quem ordinem etiam ſecuti ſunt Jo. de Tridino & Junta. poſtea etiam Voſſ. MS. & princeps editio pro *rationes* habent *ſtationes*, cui locus hic non eſt.

2. *Privilegium & vetuſtiſſimum morem.*] Recte haec duo conjungit. nam & vetuſtas inſtar habet privilegii. vid. Leg. I. §. ult. Leg. II. in princ. Leg. ult. D. de aqua & aqua plu. arc. Leg. III. §. IV. ductus aquae. D. de aqua quotid. & reſtit. RITTERSHUS.

3. *Arbitrio ſuo rempubl. adminiſtrare.*] Pro, adminiſtrandi. Sic & Amiſenos ait infra Epiſt. XCIII. *ſuis uti legibus.* utrobique ſignificat αὐτονομίαν: cui opponitur Epiſt. XCIV. *obſtrictum eſſe jure Romano.* IDEM. Recte interpretatur Rittershuſius *morem* adminiſtrare pro *adminiſtrandi.* Exempla pete a Sanctio Minerv. Lib. III. cap. VI. pag. 427. & quae nos congeſſimus ad Tranquill. Callig. cap. LVI. princ. *Ita bacchantem atque graſſantem non defuit plerisque* animus adoriri.

4. *Quamvis*] Ordo & ſenſus, *quamvis intelligerem, ad id non pertinere pleraque ex illo, de quo quaeritur*, id eſt, quamvis ſcirem in illo libello contineri extra illud, de quo quaeritur. erat enim verboſus & Aſiaticus, pleraque ſupra rem complectens. CATAN.

5. *Ad id.*] Male Voſſian. *addi*, etſi idem propagaverint Jo. de Tridino, Schurerii, Catanaei prima Ed. & utraque Aldi.

6. Praecipere *digneris.*] Sic Voſſ. cum Jo. de Tridino, Catanaeo, Junta, Grutero, Caſaubono, Minoe, idque in margine notavit Gryphius. Non placet lectio utriusque Aldinae, Schurerii, Gryphii *praeire*, recteque fecerunt Caſaubonus, Cl. Minos & Gruterus, quod in textum recipere non fuerint auſi, ſed tantum margini adleverint. Iſte enim non *praeit*, ut videas Epiſt. LX. cujus dictis mos eſt gerendus, ſed *praecipit.* Non ovum ovo ſimilius, quam huic loco Epiſt. LXXVII. extr. *ideoque rem integram diſtuli, dum, Domine, praeceperis, quid obſervare me velis.* ubi nemo iſtud verbum ſollicitavit. Deinde Aldina poſterior manifeſto operarum vitio *exceſſere.* LONGOLIUS.

1. *Libellus.*]

[1] *Libellus [2] Apameorum, quem epiſtolae tuae junxeras, [3] remiſit mihi neceſſitatem perpendendi qualia eſſent, propter quae videri volunt, eos, qui [4] pro conſulibus hanc provinciam obtinuerunt, abſtinuiſſe [5] inſpectatione rationum ſuarum, cum ipſum te, ut eas inſpiceres, non recuſaverint. Remuneranda eſt igitur probitas eorum, ut jam nunc ſciant hoc, quod in-* 2
ſpecturus es, ex mea voluntate, [6] ſalvis, quae habent, privilegiis, eſſe facturum.

LVIII. L. C. Plinius Trajano.

De religioſo templo transferendo.

Veretur aedem in angulo fori ſitam, religione aliqua impediente, in alium locum transferre, quare conſilium petit a pontifice max. Trajano quid faciendum.

ANte adventum meum, Domine, Nicomedenſes priori foro novum

1. *Libellus.*] Neſcio an accuſem Julium Capitolinum, an dicam Macrinum principem ementitum in rem ſuam, in cujus vita legimus decreviſſe omnia reſcripta veterum principum tollere, ut jure, non reſcriptis ageretur, cum Trajanus nunquam libellis reſponderit, ne ad alias cauſas facta perferrentur, quae ad gratiam compoſita viderentur, cum hic & alibi videamus, libellis reſcripſiſſe. Catan. Aldinae, Juntae, Schurerii, Gryphii *Libellum*, quomodo etiam praeſtat margo Caſauboni & Minois Ed. forte per vitium, quia Voſſ. & princeps Editio vulgatam tuentur, niſi dictum velis per ἀνακολȣ́θον, cujus exemplum ſuggerit Epiſt. XXXIV. n. 1.

2. *Apameorum.*] Voſſ. *Apamenorum*, in qua lectione ne quidem deſeritur a Joannis de Tridino libro, eodemque vitio, quod Plinium majorem Hiſt. Nat. Lib. V. cap. XXXII. princ. obſedit in quibusdam Edd. Proxime illi cum Catanaeo *injunxeras* pro *junxeras*. Perperam. Pro vulgata ſtant Epiſt. LXVII. LXVIII. extr. LXXXV. n. 6. alia.

3. *Remiſit.*] Exemit. Sic in panegyrico, *injuriarum metum & accuſandi* neceſſitatem remiſit. Catan. Jo. de Tridino, Aldus, Junta, Schurerius *remiſit mihi neceſſitatem.* Perpendi *qualia eſſent* cet. quomodo margo Caſauboni & Minois.

4. *Pro conſulibus.*] Ita edidimus monentibus optimis quibusque libris. Vide quae dicemus infra Epiſt. LXIV. n. 4. *Eſt enim adductus ad me in perpetuum relegatus Julio* pro conſule. ibi ante nos Editiones omnes, unica excepta, vitioſe *a Julio proconſule.*

5. *Inſpectatione.*] Secutus ſum Voſſ. & Vett. Edd. quas ſecutae ſunt Riviniana & Hackiana. Reliquae, etiam Cellarii *inſpectione.* Scilicet, quia minus uſitata vox eſt. Non tamen plane ignota Latio. Seneca VI. Qu Nat. cap. 4. *Quorum eſt adeo mihi dulcis* inſpectatio. Ceterum in eodem negotio utitur verbo *inſpicere* Ovidius II. Triſt. vs. 509.

> Inſpice *ludorum* ſumtus, *Auguſte*, *tuorum:*
> *Emta tibi magno talia multa leges.*

Praeterea Jo. de Tridino cum ſuo Voſſ. *cum* ipſe *ut eas inſpiceres non* recuſaverim. Longolius.

6. *Salvis, quae habent, privilegiis*] Non facile nec ſine graviſſimis cauſis, Princeps privilegia cuiquam ſua adimere debet, ſive a ſe ipſo indulta, ſive a majoribus accepta, praeſertim ſi per contractus modum ſint conceſſa: ut multa extant hac de re Juriſperitorum conſilia. Quae autem juſtae ac ſufficientes cauſae, cum alibi videatur, tum apud Dyn. Peckium aliosque interpretes ad regulam: *Privilegium meretur amittere, qui ſibi conceſſa abutitur poteſtate.* Rittershius. Sed ea ſemper fuit clementia Trajani, ne privilegia cujusquam violarentur. Infra idem Epiſt. CX. *Si habent privilegium, quo ceteris creditoribus anteponantur, cuſtodiendum eſt.* Ceterum ultimam epiſtolae vocem Caſaubonus & Minos in margine exhibent *factorum.*

 1. *Aedes*

vum adjicere coeperunt, cujus in angulo eſt [1] aedes vetuſtiſſima [2] Matris magnae, aut reficienda, aut transferenda, ob hoc praecipue, quod
2 eſt multo depreſſior opere eo, [3] quod cum maxime ſurgit. [4] Ego cum quaererem, num eſſet aliqua [5] lex dicta templo: cognovi, alium hic, alium apud nos eſſe morem dedicationis. Diſpice ergo Domine, an putes aedem, [6] cui nulla lex dicta eſt, ſalva religione poſſe transferri, [7] alioqui commodiſſimum eſt, ſi religio non impedit.

LIX.

1. *Aedes vetuſtiſſima.*] De recta electione locorum, ubi aedes ſacrae Deorum Dearumve conſtitui debuerint, videndus Vitruvius Lib. I. cap. ult. RITTERSHUS.

2. *Matris Magnae.*] *Mater magna*, Cybele, quae & Rhea, & Ops; quae Deos genuiſſe credita, unde & *mater magna*, ut hic: & *mater Deum*, ut ſequenti epiſtola, appellatur. BUCHNER. Item Straboni Geogr. Lib. X. pag. 719. Suetonio Aug. cap. LXVIII. Tacito IV. Ann. cap. LXIV. Herodiano Lib. I. cap. XI. & in Inſcr. apud Reineſium Inſcr. Claſſ. I. n. 226. quemadmodum etiam *mater magna* Euripidi apud Strabonem Lib. X pag. 720. Ciceroni pro Sextio cap. XXVI. Minucio Felici Octav. VI. n. 2. Inſcriptioni apud Gruterum CCCVIII. 5. ut & *mater Idaea* Ciceroni de Haruſp. Reſp. cap. X. de Legib. Lib. II. cap. IX. Livio Lib. XXIX. cap. XIV. Ovidio IV. Faſt. vs. 182. Valerio Maximo Lib. VII. cap. V. n. 2. Minucio Felici Octav. cap. VII. n. 3. XXV. 11. 10. immo *mater κατ' ἐξοχὴν* Ovidio Faſt. IV. vs 259. Haepheſtioni pag. 40. item Pindaro, Polluci & Moſchopulo a Neapoli ad Ovid. excitatis. LONGOLIUS.

3. *Quod* cum *maxime.*] Sic eſt a manu Plinii quam nobis integram ſervavit Gruterus in Ed ſua, atque ita etiam legendum conjecerat, dum viveret, Cl. Corte. Favet emendationi margo Caſauboni & Minois Edd. *quot cum maxime*, *al. quo cum maxime*, quae ultima etiam pro varia lectione exhibet Thomaſiana, & in textum receperunt Aldina utraque, Juntae & Schurerii. Et ſane dictio *cum maxime* eſt Secundi, cui nunc in hac nova Ed. paſſim eam reſtitutam habes. Vide in primis Lib. VI. Epiſt. XXXI. n. 15. Lib. IX. Epiſt. XX. n 2. hoc libro Epiſt. XXVIII. extr. & nota, Brummerum in uno ab ſe collatorum Codicum inveniſſe hanc dictionem Lib. VI. Epiſt. XXXI. n. 15. Adridet ergo lectio in Livio Lib. I. cap. X. Cod. Senatorii: *at raptarum parentes* cum maxime *ſordida veſte*, *lacrymisque & querelis civitates concitabant.* unde natum eſt Gaertnerianī inſulſum *cum maxima.* certe omnium peſſime vulgus *tum maxime.* Adde Graevium ad Cic. pro Cluentio cap. V. & ad Sueton. Tib. cap. XIV. ubi Salmaſ. Cod. *cum maxime*, alii perperam *tunc maxime*, quomodo Riviniana in Plinio ad extremum paginae oſtentat. Faceſſat ergo tandem, quod adhuc in Plinio vulgatum fuit: *nunc maxime.* LONGOLIUS.

4. Ego *cum quaererem.*] Prima Ed. Ergo *cum quaererem*, quomodo etiam Aldus, Schurerius & Gryphius repraeſentarunt, Caſaubonusque & Minos in margine.

5. *Lex dicta templo.*] Solebat in aedium ſacrarum & templorum dedicatione certa adjici lex ſeu conditio, ſicut & ipſis monumentis ac religioſis locis. Eſt enim in cujusque poteſtate, Legem, quam velit, rei ſuae dicere, non ſolum in traditione privatim facta, ſed etiam in conſecratione & dedicatione; eaque lex ſervari debet, nec ſine ſacrilegii crimine, aut violatae religionis, violari poteſt. RITTERSHUS. Voſſ. *lex* dicata *templo*, item princeps Ed. & Catanaei, quod & adnotarunt Caſaubonus & Minos in margine. Equidem novi *lege aliqua dicare templum*, quomodo eſt videre in Inſcript. apud Gruterum Tom. I. pag. 61. n. 3. ſed, qui iſtô modo locutus ſit, ego neminem ſcio, nec me movent, quae Catanaeus ſine ſuffragio alicujus ad h l. diſſeruit. Contra *dicere legem templo* paſſim in antiquis monumentis legitur, cum de dedicatione fit mentio, quemadmodum ſtatim hac epiſtola. Vide interim Briſſonium de Form. Lib. I. pag. 115.

6. *Cui nulla lex dicta.*] Quae nulla certa lege dedicata eſt, qua prohiberetur translatio. BUCHNER.

7. *Alioqui commodiſſimum eſt.*] Niſi impedierit religio, commode poterit in alium locum transferri. CATAN.

I. In

LIX. LI. Trajanus Plinio.

Permittit Trajanus jus transferendi aedem quocumque voluerit, ſine periculo laedendi religionem.

Potes mi Secunde cariſſime, ſine ſollicitudine religionis, ſi loci poſitio videtur hoc deſiderare, aedem Matris deum transferre [1] in eam, quae eſt accommodatior, nec te moveat, quod [2] lex dedicationis nulla reperitur, cum ſolum [3] peregrinae civitatis capax non ſit dedicationis, quae fit noſtro jure.

LX. LIII. Plinius Trajano.

Ob diem imperii.

Admonet Trajanum celebraſſe diem, quo ſuſceperat imperium, & commilitonibus jusjurandum ſolenne dediſſe.

[4] Diem, Domine, [5] quo ſervaſti imperium dum ſuſcipis, quanta mereris laetitia celebravimus, precati deos, ut [6] te generi humano (cujus [7] tutela & ſecuritas ſaluti tuae [8] innixa eſt) incolumem floren-

1. *In eam, quae eſt accommodatior.*] Legendum puto, *in eum, qui.* Nam de loco eſt ſermo. Poſſet tamen etiam retineri, *eam quae*, ut referatur ad poſitionem loci. Rittershus.

2. *Lex* dedicationis.] Catanaei Ed. an. 1625. (nam prima, ut edidimus) *declinationis*, ſine dubio typorum incuria, interim id etiam propagavit, ut omnia vitia illius Editionis, Hackiana.

3. *Peregrinae civitatis.*] Alienigenae. Varro de lingua Latina, agrorum quinque genera facit. *Romanum, Gabinum, pereginum, hoſticum, incertum.* peregrinus eſt ager pacatus: extra Romanum & Gabinum, dictus *peregrinus* a *pergendo*, id eſt, progrediendo; eo enim ex agro Romano primum progrediuntur. Catan.

4. *Diem*] Incertus eſt dies. Tacitus indicat circa Cal. Januarias milites conſueviſſe jurare in verba Principis: illo autem die fiebant ſolennia Caeſaris, & ſecundum Tertullianum, focos & choros in publicum educebant, vicatim epulabantur, civitatem tabernae halitu obolefaciebant, vino lutum cogebant, catervatim curſitabant. Idem. Ceterum inter hanc & ſuperiorem Epiſtolam in Voſſ. & Edd. Jo de Tridino, Juntae, Aldi, Schurerii, Catanaei poſita eſt ea, quae ex noſtro ordine eſt XII. hujus libri.

5. *Quo ſervaſti Imperium*] Nam ſuſcipiendo Imperium adoptatus a Nerva, repreſſit ſeditionem, quam Praetoriani moverant: ob quam & adoptatus a Nerva & in ſocietatem Imperii aſſumptus fuit, qui ſenio jam vileſcere atque contemni ceperat, de quo Hiſtoriae, atque in Panegyrico noſter. *Diem imperii*, brevius Trajanus, & hic, & infra Epiſt. CIV. appellat. Buchner.

6. Te *generi humano.*] Ignorant Provocabulum Aldina utraque, Gryphiana & Schureriana.

7. *Tutela.*] Similiter *tutelam urbis* dixere Seneca Epiſt. LXXXIII. & Spartianus in Peſcennio Nigro, & Macrob. II. Saturn. cap. IX. & Symmach. Lib. VIII. Epiſt. LXII. & *tutelam Romae* Plinius alter Lib VIII. cap. II. & *tutelam Imperii* Capitolin. in Macrino: & *tutelam reip.* Sueton. in Auguſto, cap. XCIV. *tutelam provinciarum* Florus Lib IV. cap XII. vid. ſupr. Epiſt. XXVIII. Rittershus. Similiter etiam infra Epiſt. CIII. *tutelam generis humani*, & Priapaea Carmin. XXXVI. vs. 7. *tutelam Lemni*, id eſt, Vulcanum, it. Carm. LXXVI. vs. 1. *tutelam pomarii*, i. Priapum.

8. Innixa *eſt.*] Vulgatae lectioni proxime accedit.

rentemque praeſtarent. [1] Praeivimus & commilitonibus jusjurandum [2] more ſolenni praeſtantibus; & provincialibus, qui eadem certarunt pietate, jurantibus.

LXI. LIV. Trajanus Plinio.

Reſcribit Trajanus, ſibi gratum eſſe quod a Plinio celebratus ſit dies, quo ſuſceperat imperium.

Quanta religione ac laetitia commilitones cum provincialibus, te praeeunte, diem imperii mei celebraverint, libenter, mi Secunde cariſſime, [3] cognovi literis tuis.

LXII. LV. C. Plinius Trajano.

De pecunia foenebri.

Conſulit an pecunias publicas decurionibus tradat leviore uſura, cum qui duodenis aſſibus velit accipere non inveniatur.

Pecu-

dit Gryphii *inuiſa*, etſi ſenſu diverſa, a librariis tamen facile confuſa. Longius recedit Voſſ. & Vet. Ed. *immiſſa*. Juntae *innixa* aeque probum eſſe ac vulgatum quis neſcit?

1. *Praeivimus & commilitonibus jusjurandum.*] *Praeivimus* jurisjurandi concepta verba, in quae haec repetendo & populus ipſe juraret. Obſervandum autem non celebratos tantum dies illos, quibus ſuſcepiſſent imperium Principes, ſolenni laetitia, quod & ex CIII. hujus libri Epiſtola conſtat; ſed tum juratum quoque a Praeſidibus, militibusque ac provincialibus in acta nomenque Principis fuiſſe: quo repetita ſacramenti religione, fides eorum certius conſtantiusque obſtringeretur. Buchner. Et Catanaeus in notis, Caſaubonusque ac Minos in margine notarunt, alios legere *Praebuimus*, idque praeſtant Voſſ. & iſta prima Editio. Abſit tamen, ut eas audias. Gloſſa eſt, quae poſtea in textum, ut fit, irrepſit, extruſitque veram vocem, cujus rei documentum habemus Lib. IX. Epiſt. XXXIII. n. 6. ubi alii *praebentem*, alii *praeeuntem*. *Praeit*, qui alteri exemplum praebet, quod ſequatur. Statim ſequenti Epiſt. *Quanta religione ac laetitia commilitones cum provincialibus*, *te* praeeunte, *diem imperii mei celebraverint.* atque ſic Epiſt. CII. & CIV. Epiſt. XCVII. n. 5. *cum* praeeunte *me Deos adpellarent.* Varro de L. L. V. *Sic enim aedes Sacra a magiſtratu, Pontifice* praeeunte, *dedicatur* Livius Lib. IX. cap. IX. *agedum pontifex publicus populi Romani* praei *verba, quibus me pro legionibus devoveam.* Suetonius Claud. cap. XXII. *utque dira avi in urbe aut in Capitolio viſa, obſecratio haberetur, eamque ipſe, jure Max. Pont. commonito*, pro *Roſtris populo* praeiret. Longolius.

2. *More ſolenni praeſtantibus & provincialibus* cet.] Corrupte Voſſ. & princeps Ed. *more ſolenni: eadem provincialibus* certant *pietate jurantibus*. Margo Caſauboni & Minois: *more ſolenni eadem provincialibus pietate* certatim *jurantibus* quod unice probo. Lib. II. Epiſt. IX. n. 5. *Omnes tamen me* certatim, *& tamen aequaliter amant.* Lib. IX. Epiſt. XIII. n. 21. *Non fere quisquam in ſenatu fuit, qui me non complecteretur, exoſcularetur*, certatim*que laude cumularet.* & hoc libro Epiſt. XVIII. n. 2. *Apud me & milites, & pagani . . . .* certatim *ei qua privatim, qua publice teſtimonium retribuerunt.* Tranquill. Aug. cap. C. *Senatus & in funere ornando & in memoria honoranda* certatim *progreſſus eſt.* Avianus Fab. XIV. vs. 3.

Certatim *ad regem currit genus omne ferarum.*

Longolius.

3. Cognovi *litteris tuis.*] Voſſ. & Vet. Ed. *agnovi*,

PEcuniae publicae, Domine, providentia tua, & miniſterio noſtro etiam exactae ſunt, & exiguntur, [1] quae vereor, ne otioſae jaceant. Nam & praediorum comparandorum aut nulla, aut rariſſima occaſio eſt, nec inveniuntur qui velint debere [2] Reip. praeſertim duodenis aſſibus,

agnovi, quod non eſt a manu Trajani, qui mire delectatur vulgata lectione: *libenter, mi Secunde cariſſime, cognovi litteris tuis*, quod vel demonſtrant Epiſt. XXIX. n. 1. CII. & CIV. quod ſi teneas, non ambiges reſpuere praepoſitionem *ex*, quam Thomaſiana & Cellariana *litteris* praefixerunt.

1. *Quae vereor, ne otioſae jaceant.*] *Otioſae pecuniae*, quae conditae jacent, nec fructum afferunt poſſeſſori. Quinctilianus Declamat. CCCXLIV. *Pecuniam dedi: & ex* otioſa jacente *patrimonii parte, aliquid numeravi.* Eadem & *Vacua* dicitur L. Q. Caecilius XXVIII. D depoſiti. Huic opponitur *occupata pecunia*, quae lucratur domino: vel quia in foenore poſita, vel quia impenſa in coemendas res. unde reditus ac commodum eſt. Columella Lib. XI. cap. I. *Pecuniam Domini neque in pecore, neque in aliis rebus promercalibus* occupet. Auſonius ad Symmachum: *Improbum nummum malui* occupare, *quam condere.* Ceterum pecunias ex provinciis redactas, aut praediorum emptionibus, aut in foenore poſitu *occupari* ſolitas, etiam L. Gajus IX. & L. Si bene XXXIII. D. de uſuris, item L. Reſcripto VI. §. Debitori I. D. de muneribus & honoribus, docemur. BUCHNER. Vet. Editio *otioſe*, ſive quia veteres libri ſemper ſimplici *e* pro recentiorum *ae* utuntur, ſive, ut ſit adverbium. Merito praeferunt reliqui loquendi genus per adjectivum ex more optimi cujusque, qualia habes ad Lib. VI. Epiſt. VI. n. 6. *Dicenti mihi* ſollicitus *adſiſtit*, quemadmodum & legitur in uno Codicum, quem excuſſit Brummer. Sic membranae Senator. in Livio Lib. I. cap. L. *Conveniunt* frequentes *prima luce.* vulgo perperam *frequenter.* Ne in re nota plura cumulemus. LONGOLIUS.

2. *Reipublicae praeſertim* duodenis *aſſibus.*] Scribendum eſſe, ut pulcre vidit Salmaſius *uſuris aſſibus*, (id eſt, uſuris nummis ſolidis menſtruis in centenos, quibus numeratio facta eſt,) docuimus in poſteriore Antexegeſi de Centeſimis uſuris & foenore unciario. Et miſeruit me profecto hominis, qui, licet ψυχοῤῥαγῶν καὶ κύκνειον ᾄδων, neceſſitatem impoſuerat ſibi non patiendi, ut, quod verum eſt, verum eſſe crederetur. Nihil habent iſtae Vindiciae praeter maledicta, ſophismata, errores. Pauca de multis & fere obiter dicta (hoc eſt, quae quaeſtionem non decernunt, & quae ſi obtinuiſſet, tamen uſurae centeſimae & uſurae unciae, quantum differunt, differrent) talia igitur, & de hoc genere potiſſimum, & quidem perperam fallendique animo (hoc eſt, ut non appareat, qua occaſione interjecta ſint, quidve habeant momenti, utrum ad rem ſummam pertineant, an aliquid medium minusque ponderoſum inſtruant) propoſita: neque ad ea tamen quicquam, quod deceat & juvet, reſponſum. Vel hunc locum vide. Annumerat mihi quinque reſponſiones, quarum primam modo examinabimus. Principium eſt: „ Cur prius ergo usque adeo tu- „ multuatus fuit, tantumque pulveris concitavit? An tumultuatus fuerim, videat lector pag. 55. prioris Antexegeſeos. Docte & ingenioſe ſuſpicari Salmaſium dixi Plinio ſcriptum *uſuris aſſibus:* ſed etiamſi vulgatum retineatur, nihil profuturum hujus dementiae. Hic eſt omnis ille tumultus? Pergit: „ Mea erat ſententia ſemperque manebit Pli- „ nium ſignificare Trajano, non potuiſſe ſe con- „ ſulere egeſtati publicae, niſi promiſſa credMOTOri- „ bus uſura centeſima ". Turpem & agreſtem negligentiam! Plinius adeo non queritur de egeſtate publica, adeo non neceſſe fore reipublicae ait, ut verſuram faciat, multo minus verſuram ſub centeſimis uſuris; ut etiam ſcribat ſupereſſe reipublicae, quod aliis velit collocare; nec reperiri, qui accipere tam gravibus uſuris velint. Sequitur: „ Contenderamque *aſſem* pro uncia ſumi & *duo-* „ *denos aſſes* anno quoque conficere centeſimam, „ & conſequenter juxta Plinium ſυνεκδοχικῶς *aſſem* „ menſtruum conſiderari diviſorem centeſimae ad „ annum relatae, cujus proprie diviſor erat uncia. Scimus, & exploſimus ſatis. *As* pro uncia non poteſt ſumi, niſi & *duodecim* pro uno ſumi poſſunt. Sane quod uncia fuit reſpectu alterius aſſis, id poteſt *as* fieri reſpectu aliarum unciarum & viciſſim: ſed id hic locum non habet; quia centeſima menſtrua ſunt ipſae *uſurae aſſes*; nec quicquam in uſuris aſſis partibus appellatur, niſi reſpectu uſurae centeſimae menſtruae tanquam aſſis: ideo non poteſt *as* pro uncia ejusdem centeſimae poni. Jam *duodecim aſſes* agnaſcuntur quidem in anno uſuris centeſimis centum aſſium ſorti: ſed tum *as* ἀσσάριον, denarii ſextam decimam partem, ſignificat: ut *duodecim ſeſtertii* exiſtunt in anno lucrum centum ſeſtertiorum uſuris centeſimis; *duodecim denarii* vel *Daleri* ſunt, quod efficiunt annuum uſurae cen-

2 ſibus, quanti a privatis mutuantur. Diſpice ergo Domine, numquid minuendam uſuram, ac per hoc idoneos debitores invitandos putes, & ſi [1] ne ſic re-

centeſimae in centenos. Numquid ergo Latine dici putavimus *debere alicui duodenis aſſibus*, *debere alicui ſeſtertiis duodenis*, *debere denariis aut daleris duodenis*, eum qui creditos habeat centum ejusmodi nummos, & de illis duodecim annuos pendat? Ne nunc quidem purgatas aures id conceſſuras puto: nedum ut tam ſubtilis & cultus Plinius id auſus fuerit. Jam ſi dici poſſe concederemus, id foret prorſus extra quaeſtionem noſtram: nihil enim ſonat tale, qualia Romanis in uſuris exprimendis placuerunt. Denique non opus caſtigare ſingula: peccant enim omnia uno, quod in centeſima quaerunt annuum. At *centeſima* Romana nihil niſi menſtruum explicat: quod qui capere nequit, nihil hac in re poteſt ſani ſentire. At ecce diſſolutionem turpem junctam impudentia incredibili: „ Nolebat hoc „ antea admittere, at nunc volens nolens cogitur, „ quia expedire ſe non poterat. Deum immortalem! poſſe quemquam tam perfricta fronte, tam aperte ac palam populo, tam ſtulte atque inutiliter mentiri! Egone ut quidquam iſtorum unquam admiſerim? Cur ergo verbum adjeci poſtea, quod eſſet contra voluntatem hominis, cui tantum indulſeram? Alius triumphus: „ Immo non me „ ſolum ſic ſtatuiſſe profitetur, ſed Matthaeum „ quoque Hoſtum. Dignum vero gloria, quod hujus ſententiam retuli, ut vanitatem ejus oſtenderem, & optimum Hoſtum, virum cetera iſti diſſimillimum, in eodem valetudinario laborantem, obiter notavi. Tum poſt verba Hoſti ex meo libello transſcripta: „ Ita veritas mutos & reluctan- „ tes ſubigere quoque poteſt. Quid ſtolidius aut alienius! Ubi veritas? ubi quod ſubegit? ubi reluctans ille atque invitus quem neſcio quid ſubegit? Statim allinit: „ Cur maledicus homo pariter faſ- „ ſus non fuit Hoſtum mihi eſſe ὁμόψηφον? Si non feciſſem, quid erat in eo peccati? & tamen jam feceram pag. 12. ejus poſterioris Antexegeſeos. Haec prima illa reſponſio. Nihilo feliciores aliae: denique talis eſt omnis omnino non libellus, ſed vomitus, quem cum ipſa propemodum anima ebulliit. Nec fallere tamen doli, ſtrophae, ludibria perpetua & manifeſta vel mediocriter doctum quemquam potuerunt, qui noſtra cum iſtis comparaverit. Quod & ipſe nonnunquam optare ſe praefert, inſigni aut imprudentia aut arrogantia, qui, ſi quid ſapuit, nihil horruerit magis, & ſcripſerit ea ipſe, neminem fore, qui otium in contendendis iſtis abuti velit. Nam de ſponſione, quam mihi tulerat in prioribus Vindiciis, *Ni lege nulla, nullo Senatusconſulto*, &c. *centeſimae in urbe factae eſſent legitimae*, poſtquam invento eo Senatusconſulto tam illuſtri faucibus tenetur, ὁ δὲ γρῦ, hoc eſt, fidem decoquit; & quam lepida calumnia locum iſtum a pag. 65. mei libelli ad pag. 73. transſvolet, apud ipſum pag. 163. videre operae pretium eſt. Similiter ad illam ſententiae noſtrae, quam peſſime ac teterrime depravaverat in Vindiciis prioribus, uberiorem expoſitionem, quae ſolem ipſum huic materiae infert, mutus eſt & ea re a pag. 73. ad pag. 80. transſilit pag. 166. Spero clementiſſimum in coelis Patrem, inter reliquas culpas, & has, qualeſcumque ſunt, ei remiſiſſe, Jeſu Chriſti communis Servatoris honoris gratia. Nam probra, quibus me onerat, minime gravant, quum nullum haereat; omnia ſint aut falſa & procul a conſcientia noſtra: quod habemus cur Dei indulgentiae acceptum referamus. GRONOV. Cl. Noodt de Foenore & Uſuris de hoc loco ita ſentit: ingenioſe & vere ſcribere Salmaſium, *uſuris aſſibus*; malle tamen ſimpliciter, *praeſertim aſſibus*, *quanti*, ſine adjectione verbi *uſuris*, quomodo apud Ciceronem Lib. V. Epiſt. VI. n. 6. *Bonis* ſemiſſibus *magna copia eſt*, pro *ſemiſſibus uſuris*. Interim non negat, *ſemiſſes uſuras* recte & ſaepe dici, ut Leg. X. π. de pollicitat. Leg. CII. §. 3. π. de ſolutionibus. Leg. XXXIV. Mandati. Omnes noſtri nihil movent, ſine quibus tamen ſemper temerarium duxi quidquam novare, niſi cum nullus ſenſus emergat. Cauſſam, ob quam nemo voluerit reipubl. debere, eſſe, quod publicae pecuniae non ſine pignoribus credantur, eleganter oſtendit idem Noodt c. l. cap. X. Mox pro *mutuantur* Voſſ. & Ed. Vet. *muniantur*, & infra pro *putes* Gryphius expreſſit *putas*. LONGOLIUS.

1. *Ne ſic* quidem.] Abeſt *quidem* a Voſſ. nec agnoſcunt cum prima editione Aldus, Junta, Schurerius, idque non praeter morem. Livius Lib. II. cap. XIV. *quae* ne *in poteſtatem populi Romani eſſet*, ut eſt in Cod. Bibl. Ampliſſ. Senat. Lipſienſ. vulgo *ne in poteſtatem quidem*. Item Lib. IV. cap. III. *An*, ne *ſi ſit*, *ad gubernacula reipubl. accedere eum patiemur*. ibi etiam vulgatae praeferunt *ne ſi ſit quidem*. Sed hanc particulam excludunt iſtae membranae. Noſter Lib. II. Epiſt. XIII. n. 3. *Convertere ad noſtros: nec hos multos*. ubi aliqui nec *hos* quidem *multos*, cui adſine eſt unius Cod. a Brummero excuſſi, *nec* quia *hos multos*. adde Cortium ad Salluſt. Jug. cap. LVII. n. 6. De-

reperiuntur, [1] diſtribuendum inter decuriones pecuniam, ita [2] ut recte Reip. caveant, quod quamquam invitis & recuſantibus minus acerbum erit, leviore uſura conſtituta.

LXIII. LVI. Trajanus Plinio.

Trajanus laudat conſilium minuendarum uſurarum, improbat cogendum eſſe aliquem ad ſumendam pecuniam.

Et ipſe non aliud remedium diſpicio, mi Secunde cariſſime, quam ut quantitas uſurarum minuatur, [3] *quo facilius pecuniae publicae collocentur.* [4] *modum ejus ex copia eorum, qui mutuabuntur, tu conſtitues. Invitos ad accipiendum compellere,* [5] *quod fortaſſis ipſis otioſum futurum ſit, non eſt ex juſtitia noſtrorum temporum.*

LXIV.

Delevi ergo *quidem*, etſi Secundus alibi cum vulgo, quemadmodum Lib. III. Epiſt. V. n. 15. *ut* ne *coeli* quidem *aſperitas ullum ſtudii tempus eriperet.* Lib. VI. Epiſt. XX. extr. *ſi digna* ne *epiſtola* quidem *videbuntur.* ubi libri nihil mutant. Longolius.

1. Diſtribuendum . . *pecuniam.*] Ita correximus ex Voſſ. ejuſque adſecla Jo. de Tridino. Reliquae Edd. omnes, diſtribuendam *inter decuriones pecuniam*, ut vulgus ſolet; illud longe elegantius, etſi id indocta librariorum natio non ceperit. Similiter probo lectionem Senatorii Codicis in Livio Lib II. cap. LIII. *ut dum diſperſi alii alia manipulatim excurrunt ad* arcendum *hoſtium* vim. vulgo *ad* arcendam *hoſtium vim* Similiter etiam probat Corte lectionem trium MSS. in Salluſt. Jug. cap. XV. n. 3. *Hiempſalis* mortem *ſevere* vindicandum *cenſuerunt.* quem ibi vide, ut & Rittershuſium infra ad Epiſt. CXIV. & nos ad Epiſt. CXVII. n 2. item Perizonium ad Sanct. Minerv. Lib. I. cap. XV. pag. 118. Ceterum Noſtro arbitror fuiſſe fraudi, antea eumdem ſcripſiſſe *minuendam uſuram*, *invitandos debitores*, a qua loquendi ratione ne diſcederetur, expreſſerunt etiam *diſtribuendam pecuniam;* quam obſcuram diligentiam ſpernere Plinium, pudet, poſtquam toties dictum fuerit, denuo monuiſſe. Longolius.

2. *Ut recte Reipubl. caveant.*] Datis videlicet hypothecis ſive pignoribus, & fidejuſſoribus. Neque enim ſine idonea cautione pecunia publica cuiquam credenda eſt. Duobus autem modis idonee cavetur: *praedibus*, & *praediis.* Cicero Verrina 3. Et Livius Lib. XXXII. ubi loquens de pecunia ex aerario mutua danda; ait, *praedibus ac praediis populo cavendum eſſe.* Rittershus. Caſauboni margo, quemadmodum etiam Cl. Minois: *ut* recta *Reipubl caveant.*

3. Qui *facilius.*] *Quatenus.* Terentius: qui *ſis vel unde.* etiam *quomodo* ſignificat. Idem: *non* qui *argumentum teneat.* & alibi: *nam* qui *iſthaec tibi incidit ſuſpicio.* Aliquando pro *quare*, tunc auctore Porphyrione circumflexe pronunciandum eſt, quale illud Horatianum: qui *ſit Maecenas.* Legitur etiam *quo:* tunc erit manifeſtiſſima lectio. Catanaeus. Interim illa prior lectio comparet in Voſſ. MS. & principe Ed. proque varia lectione adnotarunt Caſaubonus, Minos, Rivinus & Thomaſius.

4. *Modum ejus ex copia.*] Non certum modum praeſcribit, ad quem univerſim redigendae uſurae: ſed id relinquit Plinii prudentiae ac moderationi, quem vult in temperandis uſuris ad *copiam*, hoc eſt, *ad facultates cujuſque*, reſpicere, & pro earum menſura aliis leviores, aliis graviores uſuras imponere. Buchner. *Modum ejus ex copia.*] *Copia* hic non ſignificat facultates aut bona, ut vult Buchnerus, ſed numerum & frequentiam infrequentiamque eorum, qui in creditum ire volunt. Prout copia eſt, aut non eſt, prout multi aut pauciores inveniuntur, qui accipere argentum foenori volunt, uſurarum modum ſtatui jubet. Gronov.

5. *Quod fortaſſis ipſis otioſum.*] De pecuniis intelligit: ad quas accipiendas compelli neminem vult: quod verendum ſit, ne otioſae, quas acceperint, jaceant, ſi occupare utiliter haud poſſint.

LXIV. LVII. Plinius Trajano.

Conſultatio ſuper reſtitutione exulis.

Conſulit imperatorem, ut ſe regat ſuper exulibus relegatis ad tempus, deinde reſtitutis a proconſulibus, ſed praeſertim ejus, qui relegatus in perpetuum a Julio Baſſo, in provinciam redierat, quia Baſſi acta fuerant reſciſſa.

SUmmas, Domine, gratias ago, [1] qui inter maximas occupationes iis, de quibus te conſului, me quoque regere dignatus es, quod nunc
2 quoque facias, rogo. Adiit enim me quidam, indicavitque, adverſarios ſuos a Servilio Calvo, clariſſimo viro, in triennium relegatos, in provincia morari: illi contra, ab eodem ſe reſtitutos affirmaverunt, [2] edictumque recitaverunt. qua cauſa neceſſarium credidi, rem inte-
3 gram ad te referre. Nam ſicut mandatis tuis cautum eſt, ne reſtituam ab alio, aut a me relegatos: ita de iis, [3] quos alius & relegaverit, & reſtituerit, nihil comprehenſum eſt. Ideo tu Domine conſulendus fuiſti, quid obſervare me velles, tam, Hercule, [4] de iis, quam de illis, qui in

Buchner. Caſaubonus & Minos in margine pro *otioſum* habent *oneroſum*, quod gloſſam ſapit. Illa enim pecunia, quae nullos fructus fert, eſt poſſeſſori oneri, id eſt Secundo *otioſa*. Vide praecedentem Epiſtolam. Leg. XIII. §. ult. π. de uſur *Quaeſitum eſt, an judicio negotiorum geſtorum vel mandati pro* pecunia otioſa uſuras praeſtare *debeat, cum dominus* nullam pecuniam foeneravit? *Reſpondit, ſi eam* pecuniam poſitam *habuiſſet* cet. alibi dicitur *ſterilis pecunia* Leg. III. §. 4. π. de contr. tut. item *ſteriles nummi* Leg. VII. π. de uſur. Sed illo etiam modo Quintilianus Decl. CCCXLV. pag. 728. *Tu mihi dicis, pecuniam dedi, & ex* otioſa jacente patrimonii *parte aliquid numeravi.* ad quem locum hunc Plinii adſcripſit Cel. Burmann. Contrarium eſt *exercere pecuniam, occupare.* quae paſſim apud Ciceronem, Plautum, Columellam, Suetonium & alios leguntur. Deinde Cl. Minois Ed. neglexit praepoſitionem *ex*. Longolius.

1. Qui *inter maximas occupationes.*] Haec eſt ſcriptura Voſſ. quam etiam amplectitur Vet. Ed. reliqui omnes cum vulgo *quod* pro *qui*, quaſi hoc non idem eſſet, ac ſi ſcriberetur *quod tu, an tu, cum tu.* Plinius Lib. VII. Epiſt. X. n. 4. *Etenim quam dubium eſt, an merito accuſetur*, qui *an omnino accuſetur, incertum eſt.* ut eſt in Mediceo. ibi plura. Longolius.

2. *Edictumque recitaverunt.*] Quo ſcilicet fuiſſent reſtituti a Servilio Calvo Proconſule. Ante mandatum enim Trajani poterant Proconſules & Praeſides reſtituere ab ſe aliove relegatos. Sed poſtea obtinuit, ne poſſet praeſes provinciae eum, quem damnaſſet, reſtituere: (cum ne quidem ſententiam ſuam pecuniariam revocare poſſit) ſed deberet Principi ſcribere, ſi quando ei, qui nocens videbatur, innocentiae ratio conſtitiſſet. vid. Leg. I. §. ult. D. de Quaeſtionib. & Leg. XXVII. Divi fratres. in pr. D. de poenis. Rittershus.

3. *Quos alius & relegaverit & reſtituerit.*] Sic Voſſ. & ante Caſauboni Ed. omnes, qui cum Minoe in margine habet: *quos alius & relegaverit* aut *reſtituerit*, in contextu autem: *quos alius relegaverit.* aut *reſtituerit*, quam lectionem quoque propagarunt Thomaſius, Rivinus, alii. Boxhornius & Cellarius: *quos alius relegaverit & reſtituerit.*

4. *De* iis, *quam de illis.*] Haec eſt lectio Caſauboni & Cl. Minois, quos ſecutae ſunt recentiores Edd. Contra Vett. fere omnes: *de* his *quam de illis*, quemadmodum etiam exhibent Caſaubonus & Minos in margine, quod videtur ſtare a vulgata, quia antiqui libri non diſtinguunt inter

his

in perpetuum relegati, nec reſtituti, in provincia deprehenduntur.
Nam haec quoque ſpecies incidit in cognitionem meam. Eſt enim ad- 4
ductus ad me in perpetuum relegatus [1] Julio pro conſule. Ego, quia
ſciebam acta Baſſi reſciſſa,[2] datumque a ſenatu jus omnibus, de quibus
ille aliquid conſtituiſſet, ex integro agendi duntaxat per biennium,
interrogavi hunc, quem relegaverat,[3] an adiiſſet, docuiſſetque procon-
ſulem. negavit. Per quod effectum eſt, ut te conſulerem, reddendum 5
eum [4] poenae ſuae, an gravius aliquid, & quid potiſſimum, conſti-
tuen-

hiis ſeu *his* & *iis*. In Voſſ. omiſſis *de iis* legitur: *quam de his*; & ſic etiam expreſſit Jo. de Tridino. Ejuſdem commatis eſt, cum paullo ante illa margo Caſauboni & Minois repraeſentent: quod *obſervare me velles*, pro quo reliqui: quid *obſervare me velles*. Quam facile *quid* & *quod* in vetuſtis libris commutari, quis neſcit? LONGOLIUS.

1. *Julio pro conſule.*] Haec eſt manus Plinii, quam debemus Voſſ. Et ita etiam refert Jo. de Tridino. corrupte omnes reliqui: a *Julio proconſule*. Illa lectio ſatis defenditur Lib. II. Epiſt. XI. n. 2. *Marius Priſcus accuſantibus Afris*, *quibus* pro conſule *praefuit*, cet. Lib. VII. Epiſt. XVI. n. 3. *Hic nunc* pro conſule *provinciam Baeticam per Ticinum eſt petiturus.* ut eſt in optimis, quibuscum ſentire unum codicem Bibliothecae Regis Chriſtianiſſimi poſtea didicimus ex Excerptis Brummerianis. Et hoc libro Epiſt. LVII. n. 1. *eos*, *qui* pro conſulibus *hanc provinciam obtinuerunt*, *abſtinuiſſe* cet. Liv. Lib. IV. cap. XLIII. *Patres patiendo tribunos militum* pro conſulibus *fieri.* & Lib. VIII. cap. XXIII. *ut cum Publilius Philo conſulatu abiiſſet*, pro conſule *rem gereret.* ubi alii mendoſe *proconſul*, ſed illo modo invenerunt Sigonius in ſuis, Gebhardus in tribus Palatinis & nos in Senatorio & Gaertneriano. Noſtro plane genuinus locus eſt Tranquilli Caeſ. cap. LIV. *in Hiſpania* pro conſule *& a ſociis pecunias accepit.* ut exſtare in optimis teſtantur Caſaubonus & Graevius, quibus ſuffragantur eorum aliqui, quos nos conſulimus. vulgus ibi quoque, ut in Plinio, legit: *a pro conſule.* Ibi congeſſimus alia. Adde Gronov. ad Liv. Lib. XXXVIII. cap. XXXVI. Cortium ad Salluſt. Cat. cap. XIX. n. 1. Jug. cap. XXXVII. n. 3. LONGOLIUS.

2. Dictum*que* jus.] Redditum jus. Tranquillus Claud. cap. XXV. *advocatiſque eorum negavit*, *ſe adverſus libertos ipſorum* jus dicturum. Hunc locum in Panegyrico tangit, ſed obſcurius, quam ut ſtatim intelligatur: *o vere*, inquit, *principis intercedere iniquitatibus magiſtratuum*, *infectum reddere*, *quidquid fieri non oportuerit.* Aliqua exemplaria habent, datum *jus omnibus*, id eſt, conceſſum damnatis, poſſe uti jure ſuo, perinde ac ſi Baſſus illos non condemnaſſet. CATAN. Priorem Catanaei lectionem ſuſtinent Voſſ. & Ed. Vet. ſed illa poſterior vera eſt, quam comprobant Edd. omnes, veraque eſt interpretatio Catanaei. Ovidius V. Faſt. vs. 147.

— — *Auguſtus menſis mihi carminis hujus*
Jus dabit.

Silius Lib. XIII. vs. 154.

Dum daret *auſpicium* juſque *in certamina ductor.*

quomodo *dare veniam*, *defenſionem*, *petitionem*, & id genus alia.

3. *An adiiſſet docuiſſetque Proconſulem.*] *Docere* eſt, quod vulgo barbare *informare* dicunt. Sic litigaturi Patronos Advocatos *docere* dicuntur, cum totum negotium ſeu cauſam, quam ſuſceperunt, & quicquid eo pertinet, iis exponunt ac explicant. Noſter ſupra Lib. III. Epiſt. IX. n. 21. *Modo Legatos interrogabam*, docuiſſent*ne me aliquid*, *quod reprobari poſſe conſiderent.* Et Lib. V. Epiſt. IV. n. 2. *Interrogati a Nepote Praetore*, QUEM DOCUISSENT, *reſponderunt*, QUEM PRIUS. BUCHNER. Vide ad Lib. III. Epiſt. IX n. 35. & Lib. V. Epiſt. IV. n. 1. item mox Epiſt. LXVI. n. 3 *ille nihil proferebat*, *quo ſe reſtitutum* doceret. Egregie huc facit Cicero pro Cluentio cap. XXIII. plura olim dabo ad Sueton. Caeſ. cap. XVII. *cum implorato Ciceronis teſtimonio*, *quaedam ſe de conjuratione ultro ad eum detuliſſe* docuiſſet. mox non viſitur in Voſſ. *negavit*, quemadmodum abeſt in Edd. Vett. fere omnibus. LONGOLIUS.

4. *Poenae ſuae.*] Exſilio. Claudius imperator conſtituit, ut qui a provincia ſua relegatus eſſet, urbe quoque & Italia ſubmoveretur. CATAN. *Reddere poenae* dixit etiam Epiſt. XL. n. 3. & Epiſt. LXVI. n. 2. Ante *reddendum* vulgatae poſt

Cata-

tuendum putares & in hunc, & in eos, ſi qui forte in ſimili conditione invenirentur. Decretum Calvi & edictum, item decretum Baſſi his literis ſubjeci.

LXV. LVIII. Trajanus Plinio.

Reſpondet Trajanus, ſe prius interrogaturum Calvum, deinde reſcripturum ſuper relegatis, a Baſſo vero exactum mittendum vinctum ad praefectos praetorio.

1 *QUID in perſonam eorum ſtatuendum ſit, qui a P. Servilio Calvo proconſule in triennium relegati, & mox ejuſdem edicto reſtituti in provincia remanſerunt: proxime tibi reſcribam, cum cauſas hujus facti a*
2 *Calvo requiſiero. Qui a Julio Baſſo in perpetuum relegatus eſt, cum per biennium agendi facultatem habuerit, ſi* [2] *exiſtimabat, ſe injuria relegatum,*

Catanaeanam poſteriorem pene omnes ponunt *an*, quae particula tamen exſulat a priore iſtius Ed. ut ab omnibus veteribus & MS Voſſ. quorum auctoritate fretus eam expunxi. Nam ita ſolet Secundus. Evolve Lib. III. Epiſt. X. n. 2. Lib. VI. Epiſt XVI. n. 13. & hoc libro Epiſt. XXXIX. n. 1. Epiſt. XCVII. n. 2. detur *poenitentiae venia*, an *ei*, *qui omnino Chriſtianus fuit*, *deſiiſſe non proſit*: *nomen ipſum*, *etiamſi flagitiis careat*, an *flagitia cohaerentia nomini puniantur.* ibi ante nos perperam *deturne.* Paneg. cap. I. n 4. *Ac ſi adhuc dubium fuiſſet*, forte caſuque *rectores terris*, an *aliquo numine darentur.* item cap. VIII. n. 4. cap. XIV. n. 4. & innumera alia. Terentius Heaut. III. Sc. I. vs. 76.

Putabit pravum, an *rectum ſiet, quod petet.*

Cicero pro Cluent. cap. XXX. *ea quaeritur*, *unde profecta ſit*; ab accuſatore an *ab reo.* Livius Lib. I. cap. VIII. *ſine diſcrimine* liber an *ſervus eſſet.* Sueton. Oth. cap. cap. VI. *nihilque referre*, ab *hoſte in acie*, an *in foro ſub creditoribus caderet.* Et quis non alius? Vide V. C. Heinſium ad Ovid. Heroid. Epiſt. XII. vs. 149. & Metam. IV. vs. 336. Burmann. ad Quinctil. Inſt. Orat. Lib. V. cap. XIII. pag. 462. Lib. VII. cap. I. pag. 583. Longolius.

1. *Quid in perſonam eorum.*] Quid in eos, reſpectu conditionis & ſtatus, non vitae ac capitis, ſtatuendum ſit. Nepos Praefatione: *Non ſatis dignum ſummorum virorum* perſonis. Epaminonda: *Scimus Muſicen noſtris moribus abeſſe a Principis* perſona. Sic *ſplendida perſona* apud Celſum: *poteſtatis perſona* apud Tacitum Agricola cap. IX. Buchner. Suetonius de Ill. Gramm. cap. XXIV. *Numquam enim ita docuit, ut magiſtri* perſonam *ſuſtineret.* Sed etiam Plinius Lib I. Epiſt. XXIII. n. 5. *quam* perſonam *tibi imponas.* Lib. VIII. Epiſt. VII. *Sumam tamen* perſonam *magiſtri.* Voſſ. & Jo. de Tridino efferunt ſexto caſu, quod quam facile in veteribus libris contingat, nemo neſcit, nec plane contemnendum. Certe Corte in Sall. Cat. cap. LII. n. 3. praetulit duorum codicum lectionem: *quid* in illis ſtatuamus, vulgatae: *quid in* illos *ſtatuamus.* Interim Tranquillus Caeſ. cap. XIV. *Senatu univerſo* in ſocios *facinoris ultimam* ſtatuente *poenam.* Mox Voſſ. quoque cum ſequace ſuo: *cum cauſas* ejus *facti* cet. Longolius.

2. *Exiſtimabat.*] Princeps editio ſecuta Voſſ. MS. *exiſtimat.* Et Caſaubonus Minosque in marginibus: *ſe in injuria relegatum.* Ceteri omnes neſciunt praepoſitionem, & id quidem recte. Ortum eſt mendum, ut paſſim factum eſt, ex prima ſyllaba vocis *injuria*, cujus repetitio genuit praepoſitionem. Ita vulgatam lectionem perperam ſollicitant Senatoriae membranae in Livio Lib. III. cap. XV. *ut exſules* in injuria *pulſos in patriam reduceret.* Abeſt *in* ab omnibus libris, in quibus etiam eſt Gaertnerianus. Cauſſam denotat Ablativus nude poſitus. Cic. pro Cluentio cap. XI. *rei capitalis eſſe damnatam*, *neque* injuria. Livius Lib. I. cap. XIV. *ſeu quia haud* injuria *caeſum credebat.* adde Plinium Lib. II. Epiſt. I. n. 3. Vel ſi cum prae-

tum, neque id fecerit, atque in provincia morari perſeveraverit, vinctus mitti ad [1] *praefectos praetorii mei debet. neque enim ſufficit, eum poenae ſuae reſtitui,* [2] *quem contumacia eluſit.*

LXVI. LIX. Plinius Trajano.

De Archippo philoſopho.

Archippum judicem judicandi vacationem tanquam philoſophum petentem ſcribit Secundus, accuſatum a quibuſdam, quod fractis vinculis poenam metalli aufugiſſet, ipſum autem in defenſionem ſui nihil proferre, ſed quaedam ad honorem tantum pertinentia.

Cum citarem judices, Domine, [3] conventum inchoaturus, [4] Flavius Archippus vacationem petere coepit, [5] ut philoſophus. Fuerunt, 2
qui dicerent, [6] non liberandum eum judicandi neceſſitate, ſed omnino

praepoſitione, dicere debuiſſet Imperator *ex injuria*, ut Livius I. cap. IX. aut *per injuriam* cet. Longolius.

1. *Praefectos praetorii*] Nam duo erant, ſic primum ab Auguſto creati, memorante Dione, pro magiſtris equitum, ſi Aurelio ff. 1. credimus, cum apud veteres dictatoribus ad tempus ſumma poteſtas crederetur, & magiſtros equitum ſibi eligerent, qui aſſociati principali curae militiae gratia ſecundam poſt eos poteſtatem gererent, regiminibus reip. ad imperatores perpetuo tranſlatis: ad ſimilitudinem magiſtrorum equitum *praefecti praetorio* a principibus electi ſunt. Data eſt eis plenior licentia ad diſciplinae publicae emendationem. his cunabulis *praefectorum* dignitas innata, in tantum meruit augeri, ut appellari a *praefectis praetorio* non poſſit. credidit enim princeps, eos qui ob ſingularem induſtriam, explorata eorum fide & gravitate, ad hujus officii magnitudinem adhiberentur, non aliter judicaturos eſſe pro ſapientia ac luce dignitatis ſuae, quam ipſe foret judicaturus. Subnixi etiam alio privilegio *praefecti praetorio*, ne a ſententiis eorum minores aetate ab aliis magiſtratibus niſi ab ipſis reſtitui poſſint. Commodus ſuperiorum inſtitutum ſolvens, tres *praefectos* inſtituit: auctor Capitolinus. Catan. Vide ſimul Gutherium de Off. Dom Aug. Lib. II. cap. I. ſeq. & Boecler ad Herodianum Lib. I. cap. IX. Praeterea Voſſ. & Jo. de Tridino *perſeverarit* pro *perſeveraverit*.

2. Quem *contumacia* eluſit.] Convicit, effugit, ut ſaepius apud Tacitum. Si legemus *quam*, tunc interpretabimur *eluſit*, id eſt, *effugiſſe credidit*. Catan. Omnino Voſſ. & Edd. Vett. omnes *quem*. Hackiana paullo ante *ſufficiet*, cui tamen lectioni nullus plane noſtrorum librorum favet.

3. *Conventum inchoaturus.*] Provinciae Romani Imp. in certas dioeceſes ſeu praefecturas (*Circulos* appellamus hodie) deſcriptae erant; ibique conſtituta fora civitatibus certis, ſive Judicia; quae ibi vocatis judicibus excitoque edictis populo, certis temporibus Praeſes obiret ac celebraret. Haec concilia igitur, *Conventus* vocabant ex re, quorum multa apud Ciceronem, Caeſarem & in veteribus Inſcriptionibus mentio: ſed quia juri dicundo inſtituta erant, idcirco quandoque *Conventus Juridici*, appellata fuerunt. Plinius Lib. III. cap. I. de Hiſpania; Juridici conventus *ei quatuor*, *Gaditanus*, *Cordubenſis*, *Aſtigitanus*, *Hiſpalenſis*. Suetonius Caeſare cap. VII. *Juri dicundo Conventus* vocat. Buchner.

4. *Flavius Archippus.*] Alium *Archippum* Athenienſem antiquae comoediae ſcriptorem nominat Suidas. Catan.

5. *Ut Philoſophus.*] Quia Philoſophus. Sane jam olim Philoſophos civilium munerum vacationem habuiſſe arguit L. Munerum civilium XVIII. §. Magiſtris ult. D. de muneribus & honoribus. Nam refert ibi Arcadius, Grammaticis, Oratoribus, Medicis, *Philoſophis* immunitatem indultam fuiſſe a Principibus, & D. Veſpaſinum, & D. Hadrianum reſcripſiſſe. Buchner.

6. *Non* modo.] Ita quidem omnes praeter Voſſ. &

no tollendum de judicum numero, reddendumque poenae, quam fra-
3 ctis vinculis evaſiſſet. Recitata eſt ſententia Velii Pauli proconſulis, qua [1] probabatur Archippus [2] crimine falſi dāmnatus in metallum. ille nihil proferebat, quo reſtitutum ſe [3] doceret. adlegabat tamen, pro reſtitutione & libellum a ſe Domitiano datum, & epiſtolas ejus ad honorem ſuum pertinentes, & [4] decretum Pruſenſium. addebat his & tuas literas ſcriptas ſibi, addebat & [5] patris tui edictum, & epiſtolam, qui-
4 bus confirmaſſet beneficia a Domitiano data. Itaque, quamvis eidem talia crimina applicarentur, nihil decernendum putavi, donec [6] conſulerem de eo, quod mihi conſtitutione tua dignum videbatur. ea, quae ſunt utrimque recitata, his literis ſubjeci.

EPISTO-

& Jo. de Tridino, in quibus τȣ̃ *modo* nec vola nec veſtigium, ideoque illud induximus, quia ſcioli intruſerant, quod tamen tantummodo ſubintelligendum. Certe huic loco plane ſimilis Tranquill. Claud. cap. XXIV. non *ipſos, qui manumitterentur*, ſed *ingenuos ex his procreatos.* ubi ineptus librarius in uno noſtrorum codicum invita Minerva adſuit *modo* τῷ *non.* Salluſt. Jug cap. XIV. n. 23. Non *enim regnum*, ſed *fugam . . . amiſiſti.* cum nota Cortii. Id non miraberis, ſi cogites, interdum quoque plane omitti *non modo*, ut in Sueton Aug. cap. XXXI. *Sacerdotum & numerum* & *dignitatem*, ſed & *commoda auxit.* LONGOLIUS.

1. Probabatur.] Ita quidem veteres; recentiorum aliqui *trobatur*,

2. *Crimine falſi.*] Lex Cornelia de falſis, quae etiam teſtamentaria vocatur, poenam irrogat ei, qui teſtamentum vel aliud inſtrumentum falſum ſcripſerit, ſignaverit, recitaverit, ſubjecerit, quive ſignum adulterinum fecerit, ſculpſerit, expreſſerit, ſciens dolo malo. ejusque legis poena, in ſervis ultimum ſupplicium eſt: in liberis vero, deportatio. CATAN.

3. *Doceret.*] De hoc verbo vide ad Epiſt. LXIV. n. 4.

4. *Decretum Pruſenſium.*] Quo ſtatuarum honor pluries habitus erat Archippo, qui Pruſenſis erat. *Pruſa* ſecundum Stephanum, a *Pruſiade* differt. Nam *Pruſias* Bithyniae a Pruſio Zelatae filio Bithynorum rege, *Cius* antea appellata, cujus civis *Pruſienſis*: *Pruſa* & ipſa quidem civitas parva Bithyniae, condita a Pruſio, qui adverſus Cyrum bellum geſſit, cujus gentile *Pruſenſis. Pruſa* jacet ad Olympum montem, ſed *Pruſias* juxta ſinum Aſtacenum ad orientem ſolem, prius dicta *Cius.* etiam ex auctoritate Strabonis *Cium* Demetrius evertit, deditque Pruſiae Zelatae, qui hanc reſtauravit, & a ſe *Pruſiam* appellavit. CATAN. Locus Strabonis eſt Lib. XII. pag. 845. Vide Cellarium Notit. Orb. Ant. Lib. III. cap. VIII. §. 6. In Voſſ. & principe Ed non exſtat *&* ante *decretum*, quia, ni fallor, offendiculo erat ſciolis ſaepius repetitum *&*. Ego oppono alios, qui etiam pluries illo uſi ſunt. Cic. XIII. Epiſt. XXV. n. 2. *Cum tibi magnopere commendo, ut & hoſpitem meum, & familiarem, & gratum hominem, & virum bonum, & principem civitatis ſuae, & tua neceſſitudine digniſſimum.* Gellius Lib. XIII. c. XXIII. extr. *Qui ſe nihil habere, & nihil tamen agere*, ac *nihil cupere dicunt, cum* & habendo, & *agendo*, & *cupiendo ardeant.* Quemadmodum & ſolent in aliis conjunctionibus. Cic. pro Cluentio c. XXVIII. *qui . . . Oppianicum* ſive *impudentia*, ſive *miſericordia*, ſive *aliqua ſuſpicione*, ſive *ambitione adducti abſolverent.* LONGOLIUS.

5. *Patris* tui.] id eſt, Nervae, qui Trajanum adoptaverat. Plinius Paneg. cap. VII. n. 4. *Adſcivit enim te* filium *non vitricus ſed princeps. eodemque animo* divus Nerva pater tuus *factus eſt*, *quo erat omnium.* & ita ſaepius in ſequentibus. Eademque ratione dicit Plinius Lib. V. Epiſt. VIII. n. 5. *Avunculus meus idemque* per adoptionem pater. Non adoptandum ergo eſt Voſſ. & Jo. de Tridino: *patris* ſui. LONGOLIUS.

6. Te *conſulerem.*] Voſſ. & princeps Ed. omittunt *te*, rectiſſime, ut oſtenſum fuit Lib. II. Epiſt. XX. n. 13. *cum* conſuleret; *quam cito ſeſtertium ſexcenties impleturus eſſet.* LONGOLIUS.

1. *Fla-*

EPISTOLA DOMITIANI AD TERENTIUM MAXIMUM.

Domitianus donat Archippum DC. ſeſtertiis.

1 *FLavius Archippus philoſophus impetravit a me, ut agrum ei* 2 *DC. circa Pruſiadam, patriam ſuam, emi juberem, cujus* 3 *reditu ſuos alere poſſet, quod ei praeſtari volo:* 4 *ſummam expenſam liberalitati meae feres.*

Ejus-

1. F*Lavius.*] Hoc admonendum, quod ad numeros Epiſtolarum Plinii & Trajani pertinet, ſequentes quatuor Epiſtolas Catanaeum in ſua editione etiam numeris notare; cum in editionibus H. Steph. non numerentur: & rectius quidem, ſicut & in Cic. Epiſtolis ad Atticum fit de illis, quae non ſunt a Cic. ſed ab aliis ſcriptae. Ea res turbat lectorem in inquirendis & citandis hiſce Epiſtolis ex Catan. niſi deinceps quaternarium ſemper anticipet. Sed de re ipſa videamus. Igitur, ut dicam quod ſentio, parum certe juvat haec epiſtola Archippum in eo, quod intendebat probare. Nihil enim in ea de reſtitutione ipſius a poena metalli continetur. Deinde credibile eſt, eam ſcriptam eſſe pro Archippo, cum is adhuc integri eſſet ſtatus, & crimen falſi nondum perpetraſſet, vel certe nondum de eo convictus condemnatuſque eſſet. Poteſt autem ex viro bono fieri nequam, & contra, propter arbitrii libertatem: ut ſaepe docet S. Chryſoſtomus. RITTERSHUS.

2. DC. *circa Pruſiadam.*] Voſſ. liber, & qui eum numquam deſerit Jo. de Tridino hic iterum a reliquis diſcedunt, obferuntque *adderem* pro *DC.* Deinde circa *Pruſiadam* haeret Cellarius Notit. Orb. Ant. Lib. III. cap. VIII. n. 6. exiſtimans, in hac Domitiani epiſtola dici agrum *circa Pruſiadem*, qui ex Epiſt. LXXXV. init. videatur juxta *Pruſam ad Olympum* fuiſſe. Fatetur tamen, id certo inde probari non poſſe, & ſi poſſit, ſpondere tamen non vult, Pruſiadis vocem in Domitiani epiſtola genuinam & incorruptam eſſe.

3. *Reditu ſuos.*] Voſſ. & Jo. de Tridino *redditus vos*, conjunctis, quae erant disjungenda, cujusque erroris anſam praebuiſſe videtur ſcriptura *redditus* per duplex d. pro *reditus*.

4. *Summam expenſam liberalitati meae feres.*] Huic ſummae in rationibus expenſorum titulum, ſive cauſam facies, liberalitatem meam: liberalitati meae inſcribes, ſive imputabis hanc ſummam, Nam *Imputare* eſt, inferre rationibus ſummam cum indicatione cauſae, qua fuit impenſa. Graecis ἐλλογεῖν: de quo Caſaubonus ad Suetonii Caeſarem, quem operae pretium erit videre. Suetonius Veſpaſiano cap. XXII. *Cum productae pro concubitu ſeſtertia quadraginta donaſſet, admonente diſpenſatore, quemadmodum* ſummam *rationibus vellet* referri. VESPASIANO, *inquit*, ADAMATO, *Referre Veſpaſiano adamato*, dictum, ut *ferre liberalitati.* Niſi quod ſimplex in iſto pro composito poſitum. BUCHNER.

3. Pro-

Ejuſdem ad L. Appium Maximum.

Domitianus commendat Archippum.

Archippum philoſophum, bonum virum, & [1] *profeſſione ſua etiam majoribus reſpondentem, commendatum habeas velim, mi Maxime, & plenam ei humanitatem tuam praeſtes in iis, quae verecunde a te deſideraverit.*

Edictum Divi Nervae.

QUAEDAM SINE DUBIO, QUIRITES, IPSA FELICITAS TEMPORUM EDICIT, NEC [2] SPECTANDUS EST IN IIS BONUS PRINCEPS, QUIBUS ILLUM INTELLIGI SATIS EST, CUM HOC SIBI QUISQUE CIVIUM MEORUM SPONDERE POSSIT, [3] ME SECURITATEM, OMNI-

1. *Profeſſione ſua etiam majoribus reſpondentem.*] Si vera eſt haec lectio, duplicem videtur recipere interpretationem: vel hanc ſcilicet, quod Archippum dicit Imp. rebus altioribus & ſublimioribus dignum: vel hanc, quod Archippus parem ſe praeſtet majorum gloriae. Vide tamen ne verius ſit, ut legamus: *profeſſioni ſuae etiam* moribus *reſpondentem.* Nimirum omne illud philoſophari parum eſt, niſi & mores profeſſioni reſpondeant, absque quo manum non verterim ob ſolum Philoſophi σχῆμα & nomen. odi enim homines ignava opera, philoſopha ſententia, ut ille olim ſcripſit: μισῶ σοφιστὴν μέχρι τοῦ λέγειν, ἄνευ τοῦ πράττειν. Rittershus. In Rittershuſii partes, quas quidem ſequitur Boxhornius, ne, quaeſo, diſcedas. Neſciunt omnes noſtri talem emendationem, niſi quod in Jo. de Tridino, & forte etiam Voſſ. exſtet *profeſſioni ſuae* pro *profeſſione ſua.* Commodum ſenſum habet vulgata: *Reſpondet majoribus*, qui eadem fide eademque dexteritate, qua veteres ſolebant, res ſuas tractet, idemque eſt ac bonus, ideoque *major* & *melior* promiſcue dici, docte adnotarunt V. C. Burmann. ad Ovid. Met. XIII. vs. 102. Drackenborch ad Sil IV. vs. 824. Et quid veteribus auctoribus frequentius quam *more majorum*, cujus idem eſt ſignificatus. Cicero pro Cluentio cap. XXXVII. *Acta eſt enim cauſſa.* more majorum, ſine vi, ſine metu, ſine periculo. Plane, ut Plinio dicitur *antiquus vir*, *antiqua res*, *antiquus ſimilis* cet. Vide Lib. II. Epiſt. IX. n. 4. Epiſt. XI. n 18. Lib. VII. Epiſt. XXXIII. n. 9. & quae dixit Buchnerus ad Lib. VII. Epiſt. XXXIII. n. 9. & Corte ad Lib. V. Epiſt. I. n. 11. item Gronovius ad Liv. Lib. I. cap. XXXII. Longolius.

2. Spectandus.] Pro quo Rittershuſius iterum vult *exſpectandus.* Non nego, librariis interdum has voces inter ſe commutatas eſſe, ut in Salluſt. Cat. XX. n. 2. factum eſſe, nota Cortii docet; hoc vero loco id non factum eſſe, quovis fere pignore cum Rittershuſio contenderim. Retinemus ergo *ſpectandus*, quod noſtri libri omnes uno ore tuentur, ac vereor, ne, ſi alia lectio cooptetur, omnis vis verborum pereat. Intelligitur bonus princeps, cum omnes praeclaram de ejus virtutibus habemus opinionem. Plinius Lib. VI. Epiſt. XXVII. n. 2. *non tamquam liber & conſtans, ſed tamquam* intelligens *Principis noſtri, cujus* videbam, *hanc eſſe praecipuam laudem* cet. Lib. VIII. Epiſt. XXIII. n. 5 *quem legatum Tribunus ita &* intellexit, *& cepit, ut ex Germania in Pannoniam tranſeuntem, non ut commilito, ſed ut comes adſectatorque ſequeretur.* ubi alia adſcripta fuerunt. Contra ſpectatur bonus princeps, cum publico documento amorem ſuum in cives declarat, illumque videndum praebet. Notum eſt Ovidii I. Triſt. Eleg. V. vs. 28.

Scilicet ut fulvum ſpectatur *in ignibus aurum.*

Ceteroquin fateor, mire in hoc edicto variare libros, quemadmodum ſtatim Aldi, Schurerii, Gryphii: *qui puſillum intelligit. Satis eſt*, quam lectionem pro variante etiam adnotarunt Caſaubonus, Minos & Boxhornius. Vulgati: *quibus illum intelligi ſatis eſt.* Longolius.

3. *Me ſecuritatem omnium quieti meae praetuliſſe.*] Idea haec eſt boni Principis, qui unice dat operam, ut communem ſecuritatem atque otium publicum procuret, vel cum diſcrimine & ἀσχολίᾳ ſua:

OMNIUM QUIETI MEAE PRAETULISSE, 1 UT ET LIBENTER NOVA BENEFICIA CONFERREM, ET ANTE ME CONCESSA SERVAREM. 2 NE TAMEN ALIQUAM GAUDIIS PUBLICIS ADFERAT HAESITATIONEM, VEL EORUM, QUI IMPETRAVERUNT, DIFFIDENTIA, VEL EJUS MEMORIA, QUI PRAESTITIT, NECESSARIUM PARITER CREDIDI, AC LAETUM, OBVIAM DUBITANTIBUS INDULGENTIAM MEAM MITTERE. NOLO EXISTIMET QUISQUAM, 3 QUAE ALIO PRINCIPE VEL PRIVATIM VEL PUBLICE CONSECUTUS, 4 IDEO SALTEM A ME RESCINDI, UT POTIUS MIHI DEBEAT, 5 SI ILLA RATA ET CERTA, NEC GRATULATIO ULLIUS INSTAURATIS EGET PRECIBUS; 6 ET QUI NON HABENT, ME, QUEM FORTUNA IMPERII VULTU MELIORE RESPEXIT, 7 NOVIS BENEFICIIS VACARE PATIANTUR, ET EA DEMUM SCIANT ROGANDA ESSE, QUAE NON HABENT.

Epiſto-

ſua: neq recuſat, ſi opus ſit, aliis inſerviendo ipſe conſumi. Rittershus. Voſſ. & princeps editio: *cum hoc ſibi civium meorum ſpondere poſſit* vel non admonita perſuaſio *me ſecuritatem* cet. omiſſo *quisque* ante *civium*, infartisque *vel non admonita perſuaſio*, quale additamentum nemo reliquorum habet.

1. Ut & libenter *nova*.] Voſſ. & Jo. de Tridino: tu tot *nova* cet. unde Juntae: ut tot *nova* cet. Aldus, Schurerius: vel *libenter nova*, quam lectionem adnotarunt Caſaubonus & Cl. Minos in margine. Praeterea MS. & princeps editio: *nova beneficia* conferre, *& ante me conceſſa* ſervare. vulgo: *nova beneficia* conferrem, *& ante me conceſſa* ſervarem.

2. Ne *tamen*.] Ita expreſſerunt Jo. de Tridino, Junta, & recentiorum plerique, in quo ſequuntur Voſſ. Aldus tamen & Schurerius, item margines Caſauboni & Cl. Minois: dum ne *tamen* cet.

3. Quae *alio principe*.] Ita adhuc praeſtiterunt libri vulgati, olim: quod *alio principe* cet. ut habent Voſſ. cum principe Editione. nec video, cur poſteriores ab illis diſceſſerint, niſi vitium crediderint, *quod* ſe referre ad *illa rata & certa*. Sed erırarunt, ut iſtis quidem hominibus eſt familiare, cum a vulgari loquendi ratione paullo diſceditur. Plinius Paneg. cap. XI. n. 4. *quod modo hoſtes invaſerant contemſerantque*, cujus *pulſi fugatique non aliud magis habebatur indicium*. Salluſt. Cat. cap. LVI n 5. *Interea* ſervitia *repudiabat*, cujus *initio magnae ad eum copiae concurrebant*. adde Cortium ibi Excurſu VIII. Longolius.

4. *Ideo ſaltem a me reſcindi, ut potius mihi debeat.*] Ut, reſciſſis actis priorum principum, denuo petere & impetrare neceſſe habeat, & ſic deinceps non tam illis, qui primo conceſſerunt, quam mihi debeat, qui reddidi dempta. Ex inſtituto Tiberii omnes dehinc Imperatores usque ad Titum beneficia a ſuperioribus conceſſa principibus aliter rata non habuerunt, quam ſi rogati & ipſi dediſſent. Titus, quod natura benevolentiſſimus eſſet, id primus mutavit, & *praeterita omnia uno confirmavit edicto, nec a ſe peti paſſus eſt*, ſcribit Suetonius ejus vita cap VIII. Hujus exemplum ſecutus Nerva ſimile prorſus publicavit edictum, quo rata omnibus fecit, quae a Domitiano & aliis principibus obtinuerat. Buchner.

5. Si illa rata *& certa*.] Voſſ. cum principe editione: ſi ingrata *& certa*. Aldus, Schurerius: *ſi* enim grata *& certa*. Junta: *ſi* rata *& certa*, quod placet, inducto *fecero*, quia nullus veterum habet, ſed demum adſeclae poſterioris Catanaei editionis receperunt, in quibus hoc modo legitur: *ſi illa rata & certa* fecero.

6. *Et qui non habent, me*.] Haec verba deſunt in Voſſ. & prima Ed. ac deinde verba ita fluunt: *quem fortuna imperii vultu meliore reſpexit*, me *novis beneficiis vacare patiantur*. Illud *me* exſulat ab omnibus reliquis libris, puta, quia ex illorum lectione priora non deerant.

7. *Novis beneficiis vacare patiantur.*] *Homo liberalis cauſas dandi cogitat*, inquit P. Syrus. Exemplo hic eſt Nerva, qui quantum interpellabatur pro confirmatione priorum ac veterum beneficiorum, tantum putabat ſe impediri in meditatione novorum, cui ſoli incumbere geſtiebat, ſibique ad eam cogitationem concedi vacuum tempus volebat, aegre ferens ſibi id eripi aut perturbari. Rittershus.

 1. Con-

Epiſtola ejusdem ad Tullium Juſtum, qua Domitiani confirmat ordinationes.

Cum rerum omnium ordinatio, quae prioribus temporibus inchoatae, [1] conſummatae ſunt, obſervanda ſit, tum epiſtolis etiam Domitiani ſtandum eſt.

LXVII. LX. Plinius Trajano.

De eodem Archippo.

Mittit libellos Archippi & Furiae accuſatricis illius Trajano.

Flavius Archippus per ſalutem tuam [2] aeternitatemque petiit a me, ut libellum, quem mihi dedit, mitterem tibi. quod ego ſic roganti praeſtandum putavi, ita tamen, ut, miſſurum me, notum [3] accuſatrici ejus facerem: a qua & ipſa acceptum libellum his epiſtolis junxi, quo facilius, velut audita utraque parte, diſpiceres, quid ſtatuendum putares.

LXVIII. LXI. Trajanus Plinio.

Liberat hac epiſtola Trajanus Flavium Archippum a poena metalli.

Potuit quidem ignoraſſe Domitianus, in quo ſtatu eſſet Archippus, cum tam multa ad honorem ejus pertinentia ſcriberet, ſed [4] meae naturae ac- *commo-*

1. *Conſummatae.*] Sine particula *que*, quam recentiores adſuerunt; Voſſ. & Jo. de Tridino eàm reſpuunt, quibus obſequendum duxi. Plinius Lib. II. Epiſt. XVII. n. 3. *multa ibi* equorum, boum *armenta*, ut eſt in Med. & Riccard. MSS. vulgo *boum*que. Livius Lib. I. cap. XXXII. *Quid populi priſcorum Latinorum* . . fecerunt, deliquerunt . . . cenſuit, conſenſit, conſcivit. Et quis eſt veterum auctorum, qui non innumera hujus figurae exempla praebeat. Vide tamen Cortium ad Salluſt. Jugurth. cap. XVIII. n. 1. Longolius.

2. Aeternitatem*que.*] De aeternitate principis dictum fuit Epiſt L. n. 1.

3. *Accuſatrici ejus.*] Ne hujus mulieris nomen nos lateret, beneficio ſequentis epiſtolae conſecuti ſumus, ubi *Furia Prima* nominatur, male certe auſpicato nomine. Etſi autem regulariter non eſt permiſſum mulieri, quemquam judicio publico reum facere: tamen quibusdam caſibus etiam mulier ad accuſandum admittitur, ut videre eſt in Leg. I. & Leg. II. & Leg. VIII. qui accuſare. & Leg. XIII. mulierem. D. de accuſation. Inter ceteras exceptiones eſt etiam judicium Legis Corneliae teſtamentariae, quae alio nomine Lex Corn. de falſis dicitur. Hic autem Archippus falſi crimine accuſatus fuit, ut apparet ex Epiſt. LIX. (al. LXVI.) ſup. Notandum hic obiter: Improbiſſimum genus falſi eſſe, quod in Teſtamentis committitur, ipſo Plinio judice Lib II. Epiſt. ult. ubi de Regulo, quem hujusmodi artibus ex paupere & tenui ad maximas opes per flagitia proceſſiſſe ſcribit. Rittershus.

4. *Meae naturae accommodatius eſt.*] Huc pertinet illud Senecae: *Quicquid ambiguum eſt, humanitas:*

commodatius eſt, credere etiam ſtatui ejus ſubventum interventu principis, praeſertim cum etiam ſtatuarum ei honor toties decretus ſit ab iis, qui ignorabant, quid de illo Paulus proconſ. pronunciaſſet. Quae tamen, mi Secunde cariſſime, non eo pertinent, ut, [1] ſi quid illi novi criminis objicitur, minus de eo audiendum putes. Libellos [2] Furiae Primae accuſatricis, item ipſius Archippi, quos alteri epiſtolae tuae junxeras, legi.

LXIX. LXII. Plinius Trajano.

De lacu Nicomedenſium.

Tu quidem, [3] Domine, providentiſſime vereris, ne commiſſus flumini, atque ita mari lacus effluat; ſed ego in re praeſenti inveniſſe videor, quemadmodum huic [4] cuniculo occurrerem. Poteſt 2
enim lacus foſſa usque ad flumen adduci, nec tamen in flumen emitti, ſed relicto quaſi margine contineri pariter & dirimi. ſic conſequemur, ut nec [5] videatur flumini miſtus, & ſit perinde, ac ſi miſceatur. Erit enim facile per illam breviſſimam terram, quae interjacebit, advecta foſſa onera [6] tranſponere in flumen. Quod ita fiet, ſi neceſſitas coget, 3
&

manitas inclinat in melius. Et quod ſcribit Salvianus Maſſilienſ. Epiſt. VII. ad Aprum & Verum: *Res dubia ac latens melius ſemper bonis interpretatoribus, quam malis defenſoribus creditur.* Saepe recordor verſuum, quos in familiari ſermone olim ex clariſſimo & optimo viro D. Joach. Camerario audivi:

Sit bonus interpres, nunquam mala verba nocebunt:
Sit malus iuterpres, nunquam bona verba juvabunt.

Rittershus.

1. *Si* . . . objicitur.] Recentiorum aliquot editiones: ſi *quid illi novi criminis* objiciatur. quia iis vitium habebatur, *ſi* cum indicativo conjungere, non item Plinio; vide, ne in re nota longi videamur, aut ſaepius dicta velle repetere, ad Epiſt. XXXIX. n. 2. Crimen autem alicui objicere eſt, aliquem criminis inſimulare, accuſare, quod paſſim jus noſtrum loquitur. Tamen etiam Plinius Lib. IV. Epiſt. XI. n. 10. *Praeterea Celer, eques Romanus, cui Cornelia* objicitur, *cum in comitio virgis caederetur, in hac voce perſtiterat:* Quid feci? nihil feci. Tranquillus de Ill. Gramm. cap. XVI. *quod ipſi Gallo inter graviſſima* crimina objicitur.

2. *Furiae Primae.*] Non quae prima accuſaverat Archippum, ſed cognomento *Prima.* Catan. Jo. de Tridino, & forte etiam Voſſ. *injunxeras.* De eo dixi ad Epiſt. LVII. n. 1.

3. *Domine providentiſſime, vereris.*] Praeſtat reſcribi, *Domine, providentiſſime vereris, &c.* Gruter. Gruteri diſtinctionem confirmat initium Epiſtolae LXXXI. & hunc morem Plinius conſtantiſſime ſervat.

4. *Cuniculo.*] Suffugio, excuſationi. *Cuniculus* enim foſſa latens & ſubterranea, qua ſolent hoſtes emergere in obſeſſa oppida, ab animali cuniculo harum viarum, ut exiſtimat epigrammaticus poeta, monſtratore. Quidam legunt, *periculo*, quod non improbo. Catan. Sic apud Senecam *cuniculis* amnis dividitur, ubi tamen Lipſius *funiculis* legit. Gronovius ad Senec. de Ira Lib. III. cap. XXI. Voſſ. cum adſecla ſuo, Jo. de Tridino: etiam *cuniculo*, reliqui omnes *periculo.* Illi etiam paullo ante nemine ſuffragante *praeſtanti* pro *praeſenti.* Male haec recepta lectio ſollicitatur. Habes eam Epiſt. XLIX. n. 1. LXXXII. n. 2. LXXXV. n. 7.

5. *Vicino.*] Voſſ. & Editiones Vett. *vacuo.*

6. *Tranſponere.*] Tranſagitare, ut vocabulo utar Patavinorum nautarum, ex Brenta flumine in mare curru ligneo transvehentium per breviſſimam terrae intercapedinem. quare ſi quis Patavio Venetias vectus eſt, facilius hoc Secundi conſilium intelliget a ſimili. Catan.

 1. *Sine*

& ſpero non coget. Eſt enim & lacus ipſe ſatis altus, & nunc in contrariam partem flumen emittit, quod interclufum inde, & quo volumus averſum, [1] ſine ullo detrimento lacus tantum aquae, quantum nunc portat, effundet. Praeterea per id ſpatium, per quod foſſa [2] facienda eſt, incidunt rivi, qui ſi diligenter colligantur, augebunt illud,
4 quod lacus dederit. Enimvero ſi placeat foſſam longius ducere, & [3] arctius preſſam mari aequare, nec in flumen, ſed in ipſum mare emittere, repercuſſus maris ſervabit, & reprimet quicquid e lacu veniet; quorum ſi nihil nobis loci natura praeſtaret, expeditum tamen
5 erat, [4] cataractis aquae curſum temperare. Verum & haec & alia multo ſagacius conquiret explorabitque librator, quem plane, Domine, debes mittere, ut polliceris. Eſt enim res digna & magnitudine tua, & cura. Ego interim Calpurnio Macro, [5] clariſſimo viro, auctore te ſcripſi, ut libratorem quam maxime idoneum mitteret.

LXX. LXIII. Trajanus Plinio.

Secundum laudat, quod ſumma prudentia ſummaque diligentia ſcrutatus fuiſſet, quomodo Nicomedenſium lacus vel in mare vel in flumen adduci poſſet.

Ma-

1. *Sine ullo detrimento lacus, &c.*] Scribendum: *ſine ullo detrimento*, lacui *tantum aquae, quantum nunc portat*, affundet. Gronov.

2. *Fienda.*] Reſtitue *facienda*, cum nusquam apud idoneos reperiatur *fienda* nam quod legitur apud Plinium ſeniorem Lib. XXIX. cap. ultimo *minutatim* fienda, ex codice antiquo reſtituendum, *findenda*, quod quidem melius convenit. Catan. Hic rurſus Voſſ. & Jo. de Tridino *fienda*, quod nemo poſteriorum propagavit.

3. *Arctius* preſſam.] Foſſam *premere*, id eſt, facere, ducere. Frontinus Lib. I. Strateg. cap. V. n. 8. foſſam *transverſam inter montes* preſſit; ubi Stewegius quidem *percuſſit*, ſupponit: ſed Tacitus quoque XV. 42. foſſam *usque ad oſtia Tiberina* depreſſuros dixit. Cellarius.

4. *Cataractis.*] Decurſionibus, id eſt, quibusdam locis circumſeptis lapidibus vel aſſeribus, immo utrisque: vulgo *concas* appellant, quales interdum eſt conſpicere in foſſa deducta ab Abdua Mediolanum usque: nam Nili *cataractas* Diodorus exiſtimat navigabiles. locus eſt latitudine ſtadiorum X. acclivis, praeceps, in anguſtum clauſus inter canales, ubi frequentia ſaxa ſcopulis ſimilia aquam magna vertigine mirabilique eliſam reflectunt, inque contrarium curſum ſpiris agunt redundantibus, quod in ſtuporem intuentes ducit. eſt enim velox hoc in loco aquae decurſus, ut ſagittae ſimilis videatur. Nili incremento temperante curſum, quidam navibus deſcendunt, aſcendendi vero nulla eſt facultas, ut flumine omne hominum ingenium ſuperante. in foſſis vero manufactis per *cataractas* non difficiles aſcenſus & deſcenſus. Catan. *Cataractis aquae curſum temperare.*] Hujus vocabuli a verbo καταράττω, id eſt, cum impetu decido, varius eſt uſus apud auctores. Interdum ſignificat petroſum quoddam ſupercilium in flumine, per quod aqua praecipitans ruit potius, quam fluit vel decurrit, ſicut in Rheno alicubi videre eſt, & de Nilo teſtantur Strabo, Plinius, Pompon. Mela, & Vitruvius, his verbis Lib. VIII. *Ab hisque paludibus ſe circumagens* (Dyris vel Niger) *per flumina.* Rittershius. Princeps editio cum Voſſ. ſuo *cataratis* pro vulgato *cataractis*, ex more veterum; ut *artius* pro *arctius* & alia, de quibus paſſim.

5. Clariſſimo *Viro.*] Id eſt, Conſulari. Vide Lib. VII. Epiſt. XXXIII. n. 8. & hoc libro paullo ſupra Epiſt. LXIV. n. 2.

1. *Multa*

Manifeſtum eſt, mi Secunde cariſſime, nec prudentiam nec diligentiam tibi defuiſſe circa iſtum lacum: cum tam [1] *multa proviſa habeas, per quae* [2] *non periclitetur exhauriri, & magis* [3] *in uſus nobis futurus ſit.* [4] *elice igitur id, quod praecipue res ipſa ſuaſerit. Calpurnium Macrum* [5] *credo facturum, ut te libratore inſtruat: neque enim provinciae iſtae his artificibus carent.*

LXXI. LXVI. Plinius Trajano.

De aſſertione ingenuorum, qui pro ſervis educati ſunt.

Quaerit judicium imperatoris ſuper iis, qui liberi nati fuerunt expoſiti, deinde a quibusdam ſublati, & in ſervitute educati.

Magna, Domine, & ad totam provinciam pertinens quaeſtio eſt, de conditione & alimentis eorum, quos vocant [6] θρεπτὸς. In qua ego,

1. *Multa proviſa habeas.*] Ita editio Catanaei, quod malui, quam deinceps vulgatum *habeat.* Gruter. Illud *habeas* praefert non ſolum Catanaei, ſed etiam Jo. de Tridino & Juntae cum Voſſ. MS. Verbum ſubſtantivum poſt *manifeſtum* non agnoſcit princeps editio.

2. Non *periclitetur.*] Ita quidem Catanaei libri & qui eos numquam deſerit Hackianus; reliqui, qua cuſi, qua ſcriptus: ne *periclitetur*, quam lectionem quoque referunt Caſauboni & Minois margines.

3. *In* uſus.] Ita vulgo: Catanaei prior, Aldinae, Juntina, Caſauboniana & Gruteri: *in uſu*, quod non damnabis, ſi cogites, quae Epiſt. XLV. n. 1. diſſeruimus. Nec tamen vulgatam rejicimus. Livius Lib. I. cap. XLV. *formatis omnibus domi* ad *belli & ad pacis* uſus. Longolius

4. *Elice igitur.*] Neſcio, an non magis quadraverit. *Elige.* Gruter. *Elice igitur.*] Nullum mihi dubium eſt, quin vel repugnantibus omnibus editis libris, ex mente manuque Plinii legendum ſit: *Elige.* Fundus emendationis noſtrae eſt infra Epiſt. LXXVI. alias LXXIX. *ut diſpiceres, quid* eligere *debeam.* Rittershus. Vereor tamen, ne temerarium ſit, repugnantibus omnibus libris, (nam illorum recentiorum, qui Rittershuſium tanta cum fiducia emendantem ſecuti ſunt, apud rerum peritos nulla eſt auctoritas,) τὸ *elige* obtrudere, ad cujus defenſionem citatus locus nihil plane facit, modo eum cum noſtro componas. Proba eſt lectio vetus, ut patebit ex Lib. IX. Epiſt. XVIII. n. 1.

5. *Credo facturum, ut te libratore inſtruant.*] Poterat brevius: *Credo te inſtructurum libratore*; ſed maluit imitari veteres, qui hoc genus macrologiis delectari ſolebant. Sane apud Plautum nihil frequentius hac forma In veteri edicto apud Sueton. de Claris Rhetoribus cap. I. *Videtur* faciendum, *ut oſtendamus noſtram ſententiam*: pro, *videtur* oſtendenda noſtra ſententia eſſe. Cicero I. de Divinatione: Faciendum *videtur, ut diligenter etiam atque etiam argumentis conferamus.* C. Nepos Pauſania: *Centum homines ad eum mittas* face. Pro, *mitte.* Vitruvius Lib. VIII. cap. VII. *erit* faciendum, *ut ſpecus fodiantur ſub terra.* pro, *fodiendi* erunt *ſpecus.* Buchner. Mox Voſſ. *neque provinciae*, omiſſa particula *enim*, quam aeque non admittunt Jo. de Tridino, Aldus, Junta, Schurerius, quemadmodum eadem exſulat a Voſſ. Lib. I. Epiſt. XVII. n. 8. & hoc ipſo libro ſtatim ſequenti Epiſtola n. 2. Ceterum inter hanc ſequentemque Epiſtolam Vet. Edit. pleraeque cum Voſſ. MS. exhibent eas, quae ex noſtro ordine ſunt XIII. & XIV.

6. Θρεπτὸς.] Vulgo *nutritos.* Alii legunt ἐκθετὰς *expoſitos.* Necare videtur non tantum is, qui partum praefocat, ſed is, qui abjicit, & qui alimoniam denegat: & is, qui publicis locis miſericordiae cauſa eum exponit, quam ipſe non habet. caput eſt libro Codicis VIII. de infantibus expoſitis liberis.

ego, auditis conſtitutionibus principum, quia nihil inveniebam aut proprium, aut univerſale, quod ad[1] Bithynos ferretur, conſulendum te exiſtimavi, quid obſervari velles. Neque enim putavi, poſſe me in eo, quod auctoritatem tuam poſceret, [2] exemplis eſſe contentum.
3 Recitabatur autem apud me edictum, quod dicebatur divi Auguſti ad Anniam pertinens, recitatae & epiſtolae divi Veſpaſiani ad Lacedaemonios, & divi Titi ad eosdem, dein ad Achaeos, & Domitiani ad Avidium Nigrinum & [3] Armenium Brocchum proconſules: item ad Lacedaemonios, quae ideo tibi non miſi, quia & parum emendata, & quaedam non certae fidei videbantur, & quia [4] vera & emendata in ſcriniis tuis eſſe credebam.

LXXII. LXVII. Trajanus Plinio.

Reſcribit, nulli libertatem adimendam.

Q ae-

ris. Omiſſis igitur ceteris conſtitutionibus imperator Juſtinianus ſanxit, nemini licere, ſive ab ingenuis genitoribus puer parvulus procreatus, ſive a libertina progenie: ſive ſervili conditione maculatus, expoſitus ſit, eum puerum in ſuum dominium vindicare, ſive nomine dominii, ſive adſcriptitiae, ſive colonariae conditionis. ſed neque iis, qui eos nutriendos ſuſtulerunt, licentiam concedit penitus cum quadam diſtinctione eos tollere, & educationem procurare, ſive maſculi ſive foeminae, ut eos loco libertorum, vel ſervorum, aut colonorum, aut adſcriptitiorum habeant. ſed nullo diſcrimine habito, ii qui ab ejusmodi hominibus educati ſunt, liberi & ingenui appareant, & ſibi acquirant, & in poteſtatem ſuam vel ad extraneos heredes omnia, quae habuerint, quomodo voluerint transmittant, nulla macula vel ſervitutis vel adſcriptitiae vel colonariae conditionis imbuti. nec quaſi patronatus jura in rebus eorum iis, qui eos ſuſceperunt, praetendere concedit, ſed in omnem terram, quae Romanae ditioni ſuppoſita eſt, hoc obtinere. Catan. Graecum vocabulum, ut fit, omittunt, relicto vacuo ſpatio, Voſſ. & Jo. de Tridino. Reliqui omnes θρεπτὰς.

1. *Bithynos.*] Caſauboni & Minois margines *Bithynios.* Paullo poſt Voſſ. cum Jo. de Tridino: *Neque putavi*, extrito *enim.* Vide praecedenti Epiſtola.

2. *Exemplis.*] Voſſ. & princeps editio *exemplum*, quod, quia nullum ſenſum haberet, merito ceteri neglexerunt.

3. *Armenium Brocchum.*] *Brocchi* cujusdam meminit Seneca. ad *Junium Brocchum* Illyrii praefectum ſcripſit Claudius imperator. appellare conſuevimus *Brocchos*, quos alii *broncos*, quibus dentes prominent, auctoribus Varrone, Columella, Plinio. Catan. Paullo ante Voſſ. & Jo. de Tridino: *ad eosdem Achaeos*, neglectis *dein ad.* Iidem etiam cum Caſaubono & Grutero *Broccum* ſine adſpiratione ſcribunt. Denique princeps Ed. Aldina, Schurerii, & Caſaubonianae margo, harumque adſeclae: *quia & parum* emendatae.

4. *Vera & emendata in ſcriniis tuis eſſe credebam.*] Notandus hic eſt locus ad id, quod ajunt Arcadius & Honorius Impp. in Leg. XIX. Omnium. C. de Teſtament. *Totum jus in ſuis eſſe* ſcriniis *conſtitutum.* Quomodo in ſcriniis Principum totum jus eſt? Nimirum ita ſolebant Principes in archivis ſuis (ea ſunt ſcrinia) adſervare authenticas ſcriptutas Conſtitutionum, Reſcriptorum, Edictorum, Epiſtolarum, Decretorum ſuorum: quae de jure emiſerant: idque ideo, ut eo tanquam ad fontem recurreretur, ſi qua incidiſſet de illis dubitatio. Idem hodieque fit in Cancellariis, quas vocamus. Aliorum eſto judicium, quam belle hoc dictum Impp. de toto jure in ſuis ſcriniis conſtituto, imitatus ſit Bonifacius VIII. in cap. I. De conſtitutionibus in 6. cum ait: *Romanus Pontifex jura omnia in* ſcrinio pectoris *ſui cenſetur habere.* De qua Pontificiali accommodatione videri quoque poteſt Jac. Cujacius in Recitationibus Decretalium. Rittershus.

1. *Qui*

QUaeſtio iſta, quae pertinet ad eos, [1] qui liberi nati expoſiti, deinde ſublati a quibusdam, & in ſervitute educati ſunt, ſaepe tractata eſt: nec quicquam invenitur in commentariis eorum principum, qui ante me fuerunt, quod ad omnes provincias ſit conſtitutum. Epiſtolae ſane ſunt z *Domitiani ad Avidium Nigrinum, & Armenium Brocchum, quae fortaſſe [2] debebant obſervari: ſed inter eas provincias, de quibus reſcripſit, [3] non eſt Bithynia. & ideo nec [4] aſſertionem denegandam iis, qui ex ejusmodi cauſa in libertatem vindicabuntur, puto, neque ipſam libertatem redimendam pretio alimentorum.*

LXXIII. LXIX. PLINIUS TRAJANO.

De reliquiis ſepultorum transferendis.

Quaerit an permittat transferre mortuorum reliquias juſta aliqua ratione.

PEtentibus quibusdam, [5] ut ſibi reliquias ſuorum, aut propter injuriam

1. *Qui liberi nati expoſiti.*] Ea Veterum inhumanitas fuit, ut ſi quid natum ſibi eſſet, quod nollent tollere alereque, aut non poſſent, id vel necarent, vel exponerent locis publicis miſericordiae cauſa, quam ipſi non habebant, ut eleganter Paulus loquitur L. Necare videtur IV. D. de agnoſcendis & al. lib. De ea re Lipſius non pauca collegit & obſervavit Centur. I. ad Belgas Epiſt. LXXXV. Item ſummi & eruditiſſimi Viri, Deſiderius Heraldus Lib. I. Digreſſionum in Tertulliani Apolog. Digreſſ. VIII. & Fridericus Lindenbrogius in Andriam Terentianam. BUCHNER. Vide quoque Gerardum Noodt in Julio Paullo.

2. *Debebant*] Ita quidem plerique, legitur tamen *debeant* in Voſſ. MS. & Ed. prima, quibus auctoribus receperunt Caſaubonus, Minos, Cellarius.

3. *Non eſt Bithynia.*] Quaſi dicat, ergo nec ad ipſam porrigi debuerunt reſcripta priora. non enim hoc Principes voluerunt arg. d. Leg. I. §. ult. D. de conſt princ. & d. §. ſed & quod Principi. Inſtit. de jur. nat. gent. & civ. RITTERSHUS. Inter quas *eſt Bithynia* praeferunt MS. & Jo. de Tridino.

4. *Aſſertionem.*] Vindicationem libertatis. Venulejus ff XLIV. ſi quis liberum hominem, ignorantem ſuum ſtatum, dolo malo retinuerit, cogitur exhibere. quanto igitur magis, ſi reſciverit: nullo enim tempore retineri liber homo poteſt. CATAN. Recte Catanaeus interpretatur *adſertionem* per *vindicationem libertatis*, ut ſe ipſe Imperator ſtatim explicat. Alioquin dicunt & *adſerere in libertatem*, & *adſerere in ſervitutem.* Suetonius Tib. cap. II. Vitell. cap. X. Leg. II. §. ult. π. de injur. Leg. V. C. de liber. cauſ. & quae alia ex jure noſtro nota ſunt. Saepe tamen *adſertio*, *adſerere*, *adſertor* abſolute ponuntur, & de libertate intelligenda ſunt. Id adnotavit jam olim Donatus ad Terent. Adelph A. II. Sc. I. vs. 40. item Briſſonius de V. S. Lib. I. De vi atque origine hujus loquendi rationis, ut & de re conſule VV. CC. Schultingium Juriſpr. Ante Juſt. pag 43. Weſterhov. ad Terent c. l. Heineccium Antiq. Rom. Juriſpr. Syntag Lib. IV. tit. VI. §. XXX. Mox Joannis de Tridino liber *his* pro *iis*, ut ſolet. Vide ad Epiſt. LXXXIII. n. 3. Sequitur etiam in MS. & impreſſis veteribus plerisque epiſtola, quae in noſtra recentiorumque editionibus eſt XV. LONGOLIUS.

5. *Ut ſibi reliquias ſuorum.*] *Reliquiae* de mortuis dicuntur: quorum oſſa & cineres eo vocabulo deſignantur Quomodo autem reliquiae illae rite transferri ſive etiam transjici potuerint, de quo Pontifices cognoſcebant, Joannes Kirchmannus praeclaro de Funeribus Romanor. opere Lib. III. cap. XXV. & Jacobus Gutherius Lib. II. de Veteri

riam vetuſtatis, aut propter fluminis incurſum, aliaque his ſimilia quaecunque ſecundum exemplum proconſulum transferre permitterem: quia ſciebam in urbe noſtra ex ejusmodi cauſis [1] collegium pontificum adiri ſolere, te, Domine, [2] maximum Pontificem conſulendum putavi, quid [3] obſervare me velis.

LXXIV. LXX. TRAJANUS PLINIO.

Permittit transferre reliquias.

DUrum eſt injungere neceſſitatem provincialibus pontificum adeundorum, ſi reliquias ſuorum propter aliquas juſtas cauſas transferre ex loco in alium locum velint. Sequenda ergo potius tibi exempla ſunt eorum, qui iſti provinciae praefuerunt, & [4] ex cauſa cuique ita aut permittendum, aut negandum.

LXXV.

teri Jure Pontificio cap. IX. abunde docent. BUCHNER. Vide Gutherium de Vet. Jur. Pontif. Lib, III. cap. IX. & de Jur. Man. Lib. III. cap. XXIII. Sunt autem reliquiae oſſa & cineres mortui cadaveris. Plinius Lib. VI. Epiſt. X. n. 3. *Subit indignatio cum miſeratione: poſt decimum mortis annum* reliquias, *neglectumque* cinerem *ſine titulo, ſine nomine jacere.* Tranquillus Aug cap. C. Reliquias *legerunt primores equeſtris ordinis, tunicati & diſcincti, pedibusque nudis, ac in* Mauſoleo condiderunt. ubi vide, quae Caſaubonus diſſeruit.

1. *Collegium pontificum adiri.*] Nempe ut permittat reliquias transferri, vel ſepulchra deponi ac refici & reparari. Mirari liceat, hanc couſuetudinem etiam ſub Chriſtianis Principibus manſiſſe: quod ſatis oſtendit Lex II. (quae eſt Conſtantii Imp. ad Limenium praef praetor.) C. Th. de ſepulchris violatis. quo facilius excuſari poterit Juſtinianus, qui nobis paganismi reliquias in Leg. ult. D. de mort. infer. non ſuſtulerit de verbis Ulpiani. RITTERSHUS. *Ex ejusmodi* cauſſa Jo. de Tridino, Junta, Schurerius.

2. *Max. pontificem.*] Nam fuit pontifex max. Trajanus, quod antiquae memoriae declarant, ut illa: IMP. CAESARI, DIVI NERVAE F. TRAJANO, AUGUSTO, GERMANICO, DACICO, PONT. MAX. & reliqua. Secundus Panegyrico: *Imperator ergo, & Caeſar, & Auguſtus* Pontifex Max. *ſtetit ante gremium conſulis.* CATAN.

3. *Obſervare.*] Voſſ. & princeps editio *conſervare.* perperam. Epiſt. LXX. n. 2. *conſulendum te exiſtimavi, quid* obſervari *velles.* Epiſt. LXXXIII. n. 5. *ut te, Domine, conſulerem, quid* obſervari *velles.* Et plane ut hic Epiſt LXXVII. extr. *ideoque rem integram diſtuli, dum, Domine, praeceperis,* quid obſervare me velis.

4. *Ex cauſa.*] Prout ſcilicet vel juſta ea fuerit ac neceſſaria, vel minus. Similiter hac formula utuntur non raro etiam Juriſconſulti & Impp. Illud ad extremum obſervetur ex reſcripto Antonini in Leg. I. C. de religioſ. & ſumpt. funer. Tranſlationem reliquiarum tandem cujuſlibet praeſidis arbitrio fuiſſe relictam. quod manifeſtum fit illis verbis: *Exiſtimatione Rectoris provinciae transferre poteris.* Notetur & hoc, Pontifices non ſolum de jure ſepulchrorum & tranſlatione reliquiarum adiri ſolitos, verum etiam de jure partus legitimi conſuli & cognoſcere conſueviſſe. Hinc D. Pius reſcripſit Pontificibus: *videri juſto tempore natum, qui* 182. *die natus eſſet.* Leg. III §. ult. D. de ſuis & legitim. RITTERSHUS. Neſciunt copulam & princeps editio, Aldina utraque & Schureriana, pariter ac Voſſ. MS.

1. *Repe-*

LXXV. LXXI. TRAJANUS PLINIO.

De loco balinei Pruſenſibus concedendo.

Oſtendit locum Pruſae idoneum, ubi poſſit aedificari balineum, quod imperator exſtrui conceſſerat.

QUaerenti mihi, Domine, ubi poſſet balineum, quod indulſiſti, fieri: placuit locus, in quo fuit aliquando domus, ut audio, pulchra, nunc deformis ruinis. per hoc enim conſequemur, ut foediſſima facies civitatis ornetur, atque etiam ut ipſa civitas amplietur, nec ulla aedificia tollantur, ſed quae ſunt vetuſtate ſublapſa, [1] reparentur in melius.
Eſt autem hujus domus conditio talis. Legaverat eam [2] Claudius Po- 2
lyaenus Claudio Caeſari, juſſitque in [3] periſtylio templum ei fieri, reliqua ex domo locari, [4] ex quo reditum aliquamdiu civitas percepit: deinde paulatim partim ſpoliata, partim neglecta, cum periſtylio domus

1. *Reparentur.*] *relaxentur* Voſſ. & Jo. de Tridino. *In melius* eadem ratione dicitur, qua *in majus*, *in deterius*, *in pejus*. Vide ad Lib. III. Epiſt. XI. n. 1. Lib. IV. Epiſt. XVIII. n. 1. Indulſiſſe autem Trajanum Pruſenſibus balineum, teſtatur Epiſt. XXXV.

2. *Claudius Polyaenus.*] Libertus fuit Claudii Caeſaris, qui gratum animum patrono ſuo, a quo inaeſtimabile beneficium libertatis, aliaque acceperat, probavit legato domus & pecuniarum ad ejus ornatum & aedis ſacrae extructionem. Longe diverſus ab hoc, eoque poſterior, ille fuit *Polyaenus*, qui Stratagematum libros VIII. ſcripſit, & Divis fratribus Antonino & Vero dedicavit. RITTERSHUS.

3. *Periſtylio.*] *Periſtylium* Latine dici poteſt circumcolumnium: nam porticus ſunt columnis ſuſpenſae. M. Tullius proſpectam porticum cum conclavibus pavimentatam trecentum pedum concupierat, ampliſſimum *periſtylium*. Vitruvius: in palaeſtris *periſtylia* quadrata ſive oblonga ſunt facienda, domus ampliores habent latiora *periſtylia*, in quibus ſunt quatuor paris porticus altitudinis; aut una, quae ad meridiem ſpectat, excelſioribus columnis conſtituitur. communia ſane aedificia, in quae de populo quilibet invocati ſuo jure poterant venire, ſicut in veſtibulum & cavaedium. CATAN. Vide Vitruvium Lib. V. cap. XI. Lib. VI. cap. IV. & X. Voſſ juſſit*que*, quod etſi propagaverant Edit. Vett. fere omnes, noluerunt tamen recentiores, in quibus legitur: juſſerat*que*. Non eſt ergo, cur repudiaret Cl. Cannegieter in Aviano Fab. XXI. vs. 6. *Suaſerat*, quod omnes libri pertinaciſſime tuerentur, ac pro vulgato

Sed vox implumes turbavit *credula nidos*,
Suaſerat *&* *laribus continuare fugam.*

ſubſtitueret:

Suaſit & a *laribus continuare fugam.*

Sed jam de hoc loco alibi diximus. Nec tibi, ſi Plinium noveris, diverſa haec temporum conjunctio offendiculo erit. Vide modo ad Epiſt. LXXIX. n. 2. LONGOLIUS.

4. *Ex* quo.] Voſſ. & princeps Ed. *ex* ea, quod non damno, etſi, nemine conſentiente, in textum recipere ſubvereor, praeſertim, cum iſti videantur ad *domum* retuliſſe, quo vulgatum certe longe melius eſt. Contra nihil elegantius, ſi ad *locari*, ita ut ex eo adſumeres *locatione*, quo modo Salluſtius Cat. cap. XVIII. n. 1. *Sed antea item* conjuravere *pauci contra rempublicam, in quibus Catilina. de* qua *quam veriſſume potero dicam. de qua* intellige *conjuratione* ex *conjuravere* Ita vero ante *Ex ea* major diſtinctio ponenda eſſet, ut Lib. V. Epiſt. VI. n. 13. *Neque enim terras tibi, ſed formam aliquam ad eximiam pulchritudinem pictam videberis cernere.* Ea *varietate*, ea *deſcriptione* &c. LONGOLIUS.

3 mus tota collapſa eſt, ac jam pene nihil ex ea niſi ſolum ſupereſt. quod
tu, Domine, ſive donaveris civitati, ſive venire juſſeris propter opportu-
nitatem loci, pro ſummo munere [1] accipiet. ego, ſi permiſeris, cogito
in area vacua balineum collocare. eum autem locum, in quo aedificia
fuerunt, [2] exedra & porticibus amplecti, atque tibi conſecrare, cujus
4 beneficio elegans opus, dignumque nomine tuo fiet. [3] Exemplar te-
ſtamenti, quanquam mendoſum, miſi tibi: ex quo cognoſces, multa
Polyaenum in ejusdem domus ornatum reliquiſſe, quae ut domus ipſa
perierunt: a me tamen, in quantum potuerit, requirentur.

LXXVI. LXXII. Trajanus Plinio.

Permittit balineum fieri.

Poſſumus apud Pruſenſes area iſta cum [4] *domu collapſa, quam vacare ſcribis,*

1. *Accipiet.*] Ultimam ſyllabam *et* Joannis de Tridino, Aldinae, Schureriana Ed. cum MS. Voſſ. avulſerunt, adjeceruntque ſequenti commati, *accipi.* Et *ego* cet.

2. *Exedra & porticibus amplecti.*] Vitruvius Lib V. cap. XI. *Conſtituuntur autem in tribus porticibus* exhedrae *ſpatioſae habentes ſedes, in quibus Philoſophi, Rhetores, reliquique qui ſtudiis delectantur, ſedentes diſputare poſſint.* Lib. VI. cap. VI. ſignificat *oblonga* plerumque fuiſſe *conclavia* exhedras, & *amplis magnitudinibus:* easdem *apertas*, quo *Sol & Luna poſſit ſplendores & radios immittere*, Lib. VII. cap. IX. oſtendit. Cicero Lib. III. de Oratore: *Cum dedita opera, quieſcentibus aliis, in eam* exhedram *veniſſet, in qua Craſſus lectulo poſitus recubuiſſet: cumque eum in cogitatione defixum eſſe ſenſiſſet, ſtatim receſſiſſe.* Ex his facile diſcere, ubi, qua forma, & quem in finem exhedrae ſtructae fuerint. Nomen a ſedibus, quas habebant, inditum origo vocabuli indicat, quae tota Graeca eſt. *Amplecti*, id eſt, occupare, implere. Nam iſto verbo operum amplitudinem deſignat. Statius de Coloſſea Domitiani ſtatua:

Quae ſuperimpoſito moles geminata Coloſſo
Stat Latium complexa *forum.*

Perſius Satyra V.

——— *rubrumque* amplexa *catinum*
Cauda natat thynni.

Buchner. Caſauboni & Gruteri libri, quique hos ſequuntur: *exhedra & porticibus*, in margine tamen Caſauboni ut & Cl. Minois jacet *exhedra & ex porticibus.* Pro *amplecti atque* Voſſ. & prima Ed. exhibent *amplectique.*

3. *Exemplar.*] Ita vulgo, a quo tamen iterum diſcedit Voſſ. in quo eſt videre *Exempla*, quemadmodum etiam expreſſit Jo. de Tridino. Cicero VII. ad Att. Epiſt. XXIII. *Caeſaris* litterarum exemplum *tibi miſi.* Eſt tamen Plinii *Exemplar.* Lib. IV. Epiſt. VII. n. 2. *tamen eumdem librum in* exemplaria *tranſſcriptum mille per totam Italiam provinciasque dimiſit.* Tranquillus Caeſ. cap. LV. Orationes *aliquas reliquit, inter quas temere quaedam feruntur: ut pro Q. Metello: . . . . . . Nam in quibusdam* exemplaribus *invenio* cet. Veſp. cap. VI. *jactatum* exemplar epiſtolae, *verae ſive falſae, defuncti Othonis ad Veſpaſianum* cet. Domit. cap. XX. princ. *Liberalia ſtudia in initio imperii neglexit, quamquam* Bibliothecas *incendio abſumtas impenſiſſime reparare curaſſet*, exemplaribus *undique petitis, miſſisque Alexandriam, qui* deſcriberent emendarent*que.* Et cui non dictum Horatii de Art. Poet. vs. 268.

—— —— *Vos* exemplaria *Graeca*
Nocturna verſate manu verſate diurna.

Adde Schulting. Juriſp. Ante-Juſt. 401. Mox etiam MS. & Ed. prima: *in* eumdem *domus ornatum.* Longolius.

4. *Domu.*] Ita Voſſ. & Edit. Vett. fere omnes, in ...

ſcribis, [1] ad exſtructionem balinei uti. Illud tamen parum expreſſiſti, [2] an aedes in periſtylio Claudio facta eſſet. Nam ſi facta aedes eſſet, licet collapſa ſit, [3] religio ejus occupavit ſolum.

LXXVII. LXXIII. Plinius Trajano.

De aſſertione ingenuorum.

Conſulit de liberis cognoſcendis, & natalibus reſtituendis.

POſtulantibus quibusdam, ut [4] de agnoſcendis liberis reſtituendisque natalibus, & ſecundum epiſtolam Domitiani ſcriptam [5] Minicio Rufo, & ſecundum exempla proconſulum, ipſe cognoſcerem. Reſpexi

in cujus locum recentiores nulla auctoritate, ut ſolent, ſubſtituerant *domo*. Ita etiam in Suet. Caeſ. cap. VII. *mandato* pro *mandatu*, quod tuentur membranae noſtrae.

1. Ad *exſtructionem.*] Praepoſitionem non agnoſcit Ed. princeps cum MS. Voſſ. ſicque totus locus interpungitur: *quam vacare ſcribis exſtructionem balinei:* ut *illud tamen* cet. Ceteri impreſſi: *quam vacare ſcribis* ad *exſtructionem balinei uti. Illud tamen* cet. Fraudi fuiſſe videtur vox *uti*, quae cum proximo ſequenti *illud* ab eadem vocali incipiente coaluit, quale in veteribus frequentiſſimum.

2. *An aedes in periſtylio Claudio facta eſſet*] *Aedes* templum eſt, unde ſolo religio. Vetus Gloſſ. ναὸς *templum*, *aedis*. Et recte *aedis*: nam in multitudinis numero *aedes* dicuntur. Obſervat Rutgerſius Lib. VI. Variar. Lect. cap. XII. Buchner. Voſſ. & Ed. prima: *Nam ſi facta eſt*, ſubintellecta ex prioribus *aedes*; quam vocem oſtendunt ceteri libri omnes. Non tamen alienum eſt illa altera lectio, quale Zeugma Plinius adhibuit Lib. VI. Epiſt. VIII. extr. *Quin potius, ut coeperam, rogo, oro*, des operam, ... dabis *autem* cet. *Dabis*, repete ex ſuperioribus *operam*. ibi vide. De repetitione *aedes facta eſſet*, vix eſt, ut aliquid moneamus, quod toties in his notis factum fuit. Vide ad Lib. IV. Epiſt. VII. n. 2. Lib. V. Epiſt. I. n. 1. Epiſt. XII. n. 5. Ceterum res notiſſima eſt, Romanos imperatoribus ſuis templa exſtruxiſſe, & flamines ac ſodales conſtituiſſe, ut vel nuper admodum paſſim docuit Jo. Daniel Schoepfelinus in doctiſſima Diſſertatione de Apotheoſi. Longolius.

3. *Religio.*] Locus, in quo aedes ſacrae aedificatae ſunt, etiam diruto aedificio ſacer manet adhuc, ut Papinianus ſcripſit, ſed Pomponius ff. XII. cum loca capta ſunt ab hoſtibus, omnia deſinunt religioſa vel ſacra eſſe. Quod ſi ab hac calamitate fuerint liberata, quaſi quodam poſtliminio reverſa priſtino ſtatui reſtituuntur. qui tamen caſus hic locum non habet: quare jure ſcripſit, religionem locum occupaſſe. Catan. Vide ſis etiam Epiſt. LVIII. & LIX.

4. *De agnoſcendis liberis & reſtituendis natalibus*] Natalibus ſuis reſtituuntur, qui vindicati ingenuitati, in qua nati, pro liberis agnoſcuntur habenturque. Huc pertinet titulus Digeſtorum de natalibus reſtituendis. Buchner. Voſſ. & Jo. de Tridino *cognoſcendis*. Perperam. idque damnavit jam olim Briſſonius de Verb. Signif. Lib. I. v. Adgnoſcere, qui in hac ipſa editione, quam Joannes de Tridino excudit, invenerit, an alia, compertum non habeo; certe ex noſtris ita praeterea nulla. Sueton. Aug. cap. LXV. *Ex nepte Julia poſt damnationem editum* infantem agnoſci aliquè vetuit. Caeſ. LII. *M. Antonius* agnitum *etiam* (filium) *ab eo, ſenatui adfirmavit.* Valerius Maximus Lib. IX. cap. XV. n. 4. *Repertus eſt etiam, qui ſe diceret eſſe Q. Sertorii* filium: *quem ut agnoſceret uxor ejus, nulla vi compelli potuit.* Longolius.

5. *Minutio.*] Prima Ed. cum Voſſ. *Minicio*, quae τοῦ *u.* & *i.* permutatio in veteribus eſt frequentiſſima, eamque lectionem recepimus, quia ſupra Lib. I. Epiſt. XIV. n. 3. ſcriptum eſt *Minicius Acilianus*, & n. 4. *Minicius Macrinus*, itemque Lib. VII. Epiſt. XXII. n. 2 *Cornelius Minicianus.* Vide ad Lib. I. Epiſt. XIV. n 3. Lib. IV. Epiſt. XI. Lib. VII. Epiſt. XXII. n. 2. Longolius.

xi ad ſenatuſconſultum, pertinens ad eadem genera cauſarum. Quod de his tantum provinciis loquitur, quibus [1] proconſules praeſunt: ideoque rem integram diſtuli, dum tu, Domine, praeceperis, quod obſervare me velis.

LXXVIII. LXXIV. Trajanus Plinio.

Senatuſconſultum petit a Secundo, quo poſſet cognoſcere de aſſertione ingenuorum.

SI mihi ſenatuſconſultum miſeris: quod [2] haeſitationem tibi fecit, aeſtimabo, an debeas cognoſcere de agnoſcendis liberis, & natalibus ſuis reſtituendis.

LXXIX. LXXVI. Plinius Trajano.

De teſtamento Largi.

Moriens Julius Largus rogaverat Secundum, ut rem ſuam inſpiceret, & quod ſupereſſet ex quinquaginta millibus, arbitrio ſuo diſpenſaret in honorem Trajani, quem per epiſtolam conſulit, quid velit fieri.

JUlius, Domine, Largus [3] ex Ponto nondum mihi viſus, ac ne auditus quidem, [4] ſed judicio tuo credens, diſpenſationem quandam mihi

1. *Proconſules praeſunt.*] Non enim omnibus provinciis praeerant proconſules, ſed plerisque propraetores. & quamvis Bithynia a proconſule regeretur, ipſe tamen extra ordinem miſſus, utpote imperatoris ſui reverens, petit quid obſervare debeat. Catan.

2. *Haeſitationem.*] Voſſ. *haeſitatione*, ex incuria, puta ſcribentis, qui lineolam, ut debebat, non ſuperinduxerat τῷ 'e. interim ita quoque impreſſit Jo. de Tridino, qui etiam poſtea cum illo *natalibus* veris *reſtituendis*. Quod ſi *veris* pro *ſinceris* accipias, forte non plane improbabis hanc lectionem. Vide ad Lib. II. Epiſt. X. n. 4. In Vet. Edit. nunc ſequitur Epiſt. XVI.

3. *Ex Ponto.*] Ex provincia Ponti. Ptolemaeus in deſcriptione ſua Pontum & Bithyniam ſimul complectitur. Strabo per ſe provinciam Ponticam terminavit, quae Mithridati paruit, de ea nunc Secundus loquitur: nam eriam *Pontus Galaticus* juxta Galatiam dicitur, ſecundum Ptolemaeum. *Pontus Cappadocus* juxta Cappadociam: *Pontus Polemoniacus* inter utrumque: omnes a vicinitate Euxini Ponti appellationem trahentes. Catan. *Ex Ponto* dicitur ut *ex Sicilia*, *ex ſilva*, pro *Sicilienſi*, *ſilveſtri* cet. Vide, ne in re levi longi ſimus. ſi lubet VV. CC. Daviſium ad Caeſ. de Bell. Civ. Lib. I. c. XXIV. Duker. ad Flor. Lib. IV. cap. II. n. 67. Cannegieter ad Avian. Fab. XXXVI. vs. 12.

4. Sed *judicio tuo* credens] Ita Catanaei & Juntae editiones, & quae has ex recentioribus ſecutae ſunt; reliquae omnes cum Voſſ. MS. ſcilicet *judicio tuo* credit. Non uno loco factum eſt, ut *ſcilicet* & *ſed* confunderentur. Unus e codicibus membranaceis, quos olim Cl. Cannegietero contulimus, Aviani Fab. XXVII. vs. 4.

Sed *ut nimiam pelleret inde ſitim.*

ceteri *ſcilicet*. De *judicio* vide, quae ad Epiſt. VIII. congeſta ſunt.

1. *Ut*

mihi erga te pietatis ſuae, miniſteriumque mandavit. Rogavit enim 2
teſtamento, [1] ut hereditatem ſuam adirem, cerneremque, ac deinde [2] perceptis quinquaginta millibus nummum, reliquum omne [3] Heracleotarum & Tianorum civitatibus redderem: ita ut eſſet arbitrii mei, utrum opera facienda, quae honori tuo conſecrarentur, putarem, an inſtituendos [4] quinquennales agonas, qui Trajani appellentur. Quod in

1. *Ut hereditatem ſuam adirem cerneremque.*] Haec propria in iſta re verba, & recitari ſolita ab iis, qui ſe heredes conſtituerent. Exempli gratia: *Cum me Maevius heredem inſtituerit, eam* hereditatem adeo cerno*que*. Hanc formulam Ulpianus refert. Eo reſpexit Prudentius, eruditiſſimus Poëta, Hymno Epiphan.

Hunc & Prophetis teſtibus,
Iisdemque ſignatoribus,
Teſtator & Sator jubet,
Adire *regnum ac* cernere.

Cernere hereditatem, proprie eſt deliberare de hereditate adeunda. Vide Ulpianum. BUCHNER. Piget amplius de his formulis quidquam monere, poſtquam tot copiis Perizonium inter atque Kuſterum litigatum fuerit, quos adi, itemque, ſi vacat, Cujacium VII. Obſerv. XVIII. Briſſonium de Formul. Lib. VII. pag. 600. ſeqq. Schulting. Jurisprudentia Ante-Juſtinian. pag. 642. ſeqq. & Cortium ad Cic. Lib. IX. Epiſt. XIV. n. 8.

2. *Perceptis.*] Ὁ μακαρίτης Corte adſcripſerat margini libri ſui: *forte* praeceptis; idemque olim conjecerat Thomaſius; & cui talis emendatio non ſuccurreret, qui in Ulpiano tit XXIV. n. 2. legerit: *Legamus autem quatuor modis per vindicationem, per damnationem, ſinendi modo*, per praeceptionem. *Praeceptionis ergo legatum*, inquit Cajus Inſt. Lib. II. tit. V. §. 7. *non niſi uni ex heredibus dari poteſt, ut aliquid ei ex hereditate praecipuum relinquamus.* Quapropter fuerit in Julii Largi teſtamento: C. PLINIUS QUINQUAGINTA MILLIA NUMMUM PRAECIPITO. Eſt autem *praecipere* anticipare, praeſumere. Lib. V. Epiſt. VII. n. 1. *Nec heredem inſtitui, nec* praecipere *poſſe Rempubl. conſtat. Saturninus autem, qui nos reliquit heredes, quadrantem Reipubl. noſtrae, deinde pro quadrante* praeceptionem *quadringentorum millium dedit.* Plura dabunt Torrentius ad Sueton. Galb. cap. V. Briſſonius de V. S. Jo. Savaro ad Sidon. Apollinar. Lib. VI. Epiſt. XII. Oiſel ad Caj. Inſt. Lib. II. tit. V. 7. Favet emendationi perpetua fere ſyllabarum *per*, *prae*, & *pro* librariis confuſio, qualia notarunt Gronov. ad Liv. Lib. VII. cap. XXVI. Bentley ad Horat. Serm. I. Ecl. III. vs. 25. Ducker ad Flor. Lib. III. cap. IX. n. 5. & Lib. IV. cap. XII. n. 50. Broekhuſ. ad Propert. Lib. IV. Eleg. II. vs. 11. Igitur ipſe mallem, hic legi *praeceptis*, ſed fatear, me abhorrere iſtam licentiam quorumdam, qui ex lubidine ſua fingunt atque refingunt, licet libri plane diſſentiant, nec ſumma aliqua neceſſitas urgeat. Ideo non penitus damno vulgatam lectionem, etſi illa longe accommodatior, Tranquillus Aug cap. CI. *quamvis viginti proximis annis quaterdecies milies* ex teſtamentis *amicorum* percepiſſet. Tib. cap. XV. *ne* hereditatem *quidem aut* legata percepit *ulla*. Leg. XXII. π. ad Leg. Falcid. *quod a coherede* legatorum *nomine* percipitur. Leg VII. π. de adſign. libert. *Adſignatio liberti neque quaſi* legatum, *neque quaſi* fideicommiſſum percipitur. adde Leg. XLIX. π. de Legat. II. Leg. XIII. π. de Legat. III. Leg. XLI. π. de bon. libert. LONGOLIUS.

3. *Heracleotarum.*] *Heracleae* in diverſis locis numerantur, praeſertim a Stephano, qui inquit: Heraclea *civitas in Ponto inſignis.* Pomponius; *in Euxino primo Mariandini urbem habitabant, ab Argivo (ut ferunt) Hercule datam*, Heraclea *vocitatur.* Ptolemaeus *Heracleam* Ponti juxta Pſillium locat, ac deinceps *Tion* Strabo duodecimo, non *Tion*, ſed *Tejum* juxta Heracleam & fluvium Parthenium nominat. CATAN. Vide Cellarium. Notit. Orb. Ant. Lib. III. cap. VIII. n. 23. & 25.

4. *Quinquennales agonas.*] Ex Tacito Lib. XIV. Annalium, & Sueton. Lib VI. ſive Nerone cap. XI. conſtat, a Nerone primum inſtitutum eſſe Romae *Quinquennale ludicrum*, ad morem Graeci certaminis; idque varia forma, ut cuncta fere nova. Sed & ante ipſum Auguſtum in memoriam victoriae Actiacae, Nicopoli in urbe recens ab ſe condita, *ludos Quinquennales* conſtituerat, eodem Suetonio teſte Lib. II. cap. VIII. Tandem ita res haec (favorabilis ſcilicet, ac naturae hominum, quae eſt a labore ad otium proclivis, grata) ampliata ac dilatata eſt, ut in pleriſque coloniis ac municipiis *Quinquennales* fuerint: quod etiam admonet Vir CL. Caſaubonus, in Spartiani Adriano.

in notitiam tuam perferendum exiſtimavi, ob hoc maxime, ut [1] diſpiceres, quid eligere debeam.

LXXX. LXXVII. Trajanus Plinio.

Arbitrio Secundi relinquit, ut quod ex quinquaginta millibus nummorum (quos ex hereditate Julii Largi percepturus erat) ſupereſſet; prout videretur, diſpenſaret.

JUlius Largus [2] fidem tuam, quaſi te bene noſſet, elegit. Quid ergo potiſſimum ad perpetuitatem memoriae ejus faciat, ſecundum cujuſque loci conditionem ipſe diſpice, & [3] quod optimum exiſtimaveris, inſequere.

LXXXI.

driano. Rittershus. Voſſ. & Jo. de Tridino: quae *Trajani* adpellantur. Junta, Aldus, Schurerius, Gyphius, Caſaubonus, Minos, Boxhornius: *qui Trajani* adpellentur, eaque reduximus, poſtquam ii, qui Catanaeum ſecuti erant, exhibuerant *adpellarentur*, quaſi illa lectio ab antecedente *conſecrarentur* diſſideret. Sed de hac dictione ſaepius dictum fuit, eademque aeque inprobanda, ac cum praeſens & perfectum componuntur. Lib. II. Epiſt. XIV. n. 10. audit *ex proximo immodicum inſolitumque clamorem: admiratus* reticuit. Epiſt. XVII. n 23. *ut ratio* exegit, *aut* effundit, *aut* retinet. & hoc libro Epiſt. XXXIX. extr. *Ille enim dies, quo primum* probati ſunt, *veritatem ab his originis ſuae* exigit. cum imperfectum & perfectum. Lib III. Epiſt. IX. n. 32. *Dari ſibi diem, & edi crimina* poſtulabat. *Neutrum* impetravit. cum imperfectum & plusquamperfectum. Lib. IV. Epiſt. IX. n. 8. *Veniam ergo* peterem? Jugulaſſem *reum, quem ita deliquiſſe* concederem. Quid multis? Eadem ac hoc loco compoſitio eſt Lib. II. Epiſt. XVIII. n. 2. *Quod non* referam, *niſi ad illorum magis laudem, quam ad meam* pertineret, cet. quemadmodum exſtat in Mediceo. Plura aliquando adponemus ad Sueton. Galb. cap. XVI. *Pro Tigillino etiam ſaevitiae populum* increpuit *edicto. Per haec prope univerſis ordinibus offenſus, vel praecipua* flagrabat *invidia apud milites.* ut ibi ex optimis codicibus legimus. vulgo *flagravit.* Longolius.

1. *Diſpiceres.*] Voſſ. itemque prima editio *deſpiceres*, qualem permutationem notavimus Lib. I. Epiſt. V. n. 10. Lib. VII. Epiſt. XXXIII. n. 5.

2. *Fidem tuam elegit.*] Sic *fidem alicujus ſequi*, ſaepiſſime dicunt Juriſconſulti, non ſolum in ultimis voluntatibus, ſed etiam in contractibus. Uno alterove contenti hic erimus exemplo. Sic Juſtinianus in §. venditae. Inſt. de rer. diviſ. *Si is, qui vendidit*, fidem *emtoris ſecutus fuerit.* Sic idem in §. ult. Inſtit. de fideicommiſſ. heredit. *Quicunque ſit*, qui fidem heredis elegerit. Idem Imp. in Leg. ult. C. de fideicommiſſ. *cum ipſe ſibi judex & teſtis inveniatur, cujus religio &* fides *a fideicommiſſario electa eſt.* Sic Africanus in Leg. XLVI. D. de hered. inſt. *Etiamſi manifeſtum ſit, ſcriptum* heredem fidem *ſuam interpoſuiſſe, non tamen aliter ab eo fideicommiſſum peti poſſe, quam ſi & ipſum* teſtatorem fidem *ejus* ſecutum *eſſe probaretur.* Rittershus.

3. Quod optimum.] Non ſunt audiendi Voſſ. & Jo. de Tridino, qui *quid potiſſimum* inculcant. Illas enim voces perperam repetiit librarius ex ſuperioribus *quid ergo potiſſimum* cet. & forte ſcriptura *quid* & *quod* in errorem ductus eſt, quae ſi per notas ſcribuntur, parum a ſe diſtant, ideoque ſaepius commutata fuerunt. Sic Frid. Brummerus in uno Bibliothecae Regiae Pariſienſis codice Lib. I. Epiſt. VII. n. 3. invenerat: quid vir *optimus in praeſentia velis*, vulgo *quod.* Et nos ſupra Epiſt. LXIV. n. 3. adnotavimus, quoſdam pro quid *obſervare me velles* legere: quod *obſervare me velles.* Deinde Caſaubonus & Cl. Minos itemque Boxhornius & Cellarius *ſequere*, ac Rivin. & Thomaſ. *id ſequere.* Longolius.

1. *Legio-*

LXXXI. LXXVIII. Plinius Trajano.

De centurione Juliopolim mittendo.

Procurat mitti centurionem Juliopolitanis, qui illos ab injuriis militum tueretur.

PRovidentiſſime, Domine, feciſti, quod praecepiſti Calpurnio Macro clariſſimo viro, ut [1] legionarium centurionem Byzantium [2] mitteret: diſpice, an etiam [3] Juliopolitanis ſimili ratione conſulendum putes, quorum civitas, cum ſit perexigua, onera maxima ſuſtinet, tantoque graviores injurias, quanto eſt infirmior, patitur. Quicquid autem Juliopolitanis praeſtiteris, id etiam toti provinciae proderit. [4] Sunt enim in capite Bithyniae, plurimiſque per eam commeantibus tanſitum praebent.

LXXXII.

1. *Legionarium centurionem.*] In tota legione erant centuriones LV. ſecundum Vegetium: nam Modeſtus LXVI. tradit: *centurio primipili* non ſolum aquilae praeerat, verum etiam quatuor centurias, hoc eſt CCCC. milites gubernabat in prima acie. *Primus haſtatus* duas centurias, id eſt, CC. homines ducebat in ſecunda acie, quem juniores *ducenarium* vocant. *princeps primae cohortis* centuriam & ſemi. hoc eſt CL. *ſecundus haſtatus* totidem gubernabat. ceteri *centuriones* ſingulas centurias. hi poſtea *centenarii* ſunt appellati, unusquisque centurio milites ſuos ſub diſciplina continere debebat, ne ſociis injurias inferrent, ut bene veſtiti & calciati eſſent, ut arma omnium defricarentur ac ſplenderent. CATAN.

2. *Mitteret.*] Voſſ. & prima Ed. *mitteretur*, ac deinde *diſpiciebam etiam*. Aldina utraque & Schureriana: *mitteret* ut diſpicias *an etiam*, quomodo etiam in marginibus Caſaubonianae & Cl. Minois. Vulgatae proxime accedit Junta: *mitteret. Diſpice* etiam an.

3. *Juliopolitanis.*] *Juliopolis*, ut Plinius mox ſignificat, urbs Romam venientibus in principio Bithyniae poſita, ideoque cum altera, quae a Ptolemaeo ad Galatiae fines ultra Dadaſtanam memoratur, non confundenda. Meminerunt autem praeterea illius Plinius Hiſt. Nat. Lib. V. cap. XXXII. & Strabo Lib. XII. pag. 860. obſervaruntque, *Gordiu come* adpellatam fuiſſe antea, poſtea vero a Cleone, praedonum duce, auctam ac *Juliopolin* dictam. Vide Cellarium Notit. Orb. Ant. Lib. III. cap. VIII. n. 30. Mox pro: eſt *infirmior* exhibet princeps Ed. cum Voſſ. & *infirmior*. LNNGOLIUS.

4. Sunt *enim in* capite *Bithyniae*] Voſſ. *ſuum* pro *ſunt*, perperam, etſi princeps editio iſtum ſecuta ſit. *In capite Bithyniae* eſt ſub initium Bithyniae. Lib. II. Epiſt. XVII. n. 20. *In* capite xyſti *deinceps cryptoporticus*. Lib. V. Epiſt. VI. n. 19. *A* capite porticus *triclinium excurrit.* aeque ac fons aquae Epiſt. XCI. n. 1. dicitur *caput*. Valerius Flaccus IV. Argonaut. vs. 561.

> *Hinc iter* ad Ponti caput, *errantesque per altum Cyanaeas.*

Livius Lib. XXIII. cap. X. *brevi* caput Italiae *omni Capuam fore.* Cicero Lib. X. Epiſt. XVIII. n. 10. *pontem tamen, quem in Iſara feceram, caſtellis duobus ad* caput *poſitis reliqui.* Confer etiam Cortium ad h. l. & Jo. Savaronem ad Sidon. Apollinar. Lib. IV. Epiſt. XXV. extr. LONGOLIUS.

1. Con-

LXXXII. LXXXIII. TRAJANUS PLINIO.

Propter dignitatem & commeantium turbam reſcribit Trajanus providendum fuiſſe Byzantiis, ſed ſi idem Juliopolitanis faceret, multos pariter centurionem petituros; monet tamen, ut delinquentes caſtigandos procuret.

EA conditio eſt civitatis Byzantiorum [1] confluente undique in eam commeantium turba, ut ſecundum conſuetudinem praecedentium temporum honoribus ejus praeſidio centurionis legionarii [2] conſulendum habuerimus.
2 [3] Juliopolitanis ſuccurrendum eodem modo putaverimus, onerabimus nos exemplo: [4] plures enim tanto magis eadem requirent, quanto infirmiores erunt. Tibi eam fiduciam diligentiae habeo, ut credam, te omni ratione id acturum,
3 ne ſint obnoxii injuriis. Si qui autem ſe contra diſciplinam meam [5] geſſerint, ſtatim coerceantur: aut ſi plus admiſerint, quam ut in re praeſenti [6] ſatis punian-

1. *Confluente undique* in eam.] Voſſ. & Jo. de Tridino ſexto caſu: *in ea.* Forte non male, vide ad Epiſt. XLVI, n. 1. Magis tamen placet reliquorum omnium *in eam.* Salluſt. Cat. cap XXXVII. n. 5. Romam, *ſicuti* in ſentinam confluxerunt. Plinius Lib. IV. Epiſt. XIII. n. 10. *utque nunc liberi veſtri* aliena in loca, *ita mox alieni* in hunc locum confluant. Lib. IX. Epiſt. XXXIII. n. 10. Confluebant ad ſpectaculum *omnes magiſtratus.* LONGOLIUS.

2. *Conſulendum habuerimus.*] Nota Graeciſmum noſtris JC. familiarem. Sic Macer in Leg. X. in ſervorum. §. 1. D. de poenis: *operari* habere *in metallo.* pro quo etiam recte dixiſſet, operandum habere. Sic carendum habere *laribus*, *ſepulchris avitis*, dixit Celſus in Leg. XXXVIII in fundo. D. de rei vindic. Sic *parendum* habere *conditioni*, Ulpian. in Leg. VIII. quae ſub conditione. §. ſi quis ſub jurisjurandi. D. de condit. inſtit. Sic ipſe Plinius Panegyrico: *enitendum* habere. Item: diſcendum habere *tempore docendi.* Et mox: *Nec* habent adnumeranda *pro Rep. vulnera.* Sic infra Epiſt. XCV. Impetrandum habes *a bonitate tua.* Sic aequalis Plinii noſtri Tacitus, in Dialogo de Oratoribus: *Sed hac, ut ſupra dixi, proxima, & quae non auditis* cognoſcenda, *ſed oculis* ſpectanda haberemus. Et infra: *Cum in aliquam invidiam aut crimen vocati, ſua voce* reſpondendum haberent. Et mox: *multum intereſt, utrumne de furto, aut formula & interdicto* dicendum habeas, *an de ambitu comitiorum, expilatis ſociis, & civibus trucidatis.* RITTERSHUS. Supra Lib. I. Epiſt. VIII. n. 12. *Praeſertim* cum enitendum haberemus. infra Epiſt. XCV. n. 2. impetrandumque *a bonitate tua per nos* habet. Vide plura ad Lib. I. Epiſt. VII. extr.

3. Si *Juliopolitanis.*] Non viſitur particula *ſi* in MS. & Ed. prima, Aldina utraque, Schurerii. Praeterea Junta eam loco alio poſuit: *Juliopolitanis ſuccurrendum eodem modo* ſi *putaverimus*, quae varietas ſatis arguit, τὸ *ſi* plane hinc debere exſulare, quemadmodum nos fecimus; ne dicamus, toties iſtud per hanc Epiſtolam legi, ut fere nauſeam pariat, tantoque magis abeſſe queat. Sic illud deeſt Lib. I. Epiſt. XII. n. 8. Dediſſes *huic animo par corpus*, feciſſet, *quod optabat.* Aliquot exempla collegerunt Bentley ad Horat. II. Serm. Ecl. VI. vs. 48. Heinſius & Burmann. ad Ovid. I. Amor. Eleg. IV. vs. 29. Broeckhuſ. ad Tibull. I. Eleg. VII. vs. 43 LONGOLIUS.

4. *Plures enim tanto magis* cet.] Voſſ. codex & Jo. de Tridini editio: *plures enim & quanto infirmiores erunt:* idem *fiduciam* cet. Juntae: *plures enim & quanto infirmiores erunt*, idem petent. *Eam fiduciam* cet.

5. *Geſſerint.*] Ut eſt in omnibus libris, exceptis Voſſ. & prima Ed. in quibus haeret *geſſerit*, quod etſi rudis plebecula damnabit, quoniam reliqua plurali numero ſunt poſita, non tamen eſt contra morem veterum, qualia notata fuerunt ad Lib. V. Epiſt. VI. n. 27. Idem par librorum poſtea *amiſerint* pro *admiſerint*, id quod pariter veteribus non inconſuetum. LONGOLIUS.

6. *Satis puniantur.*] Ita correximus re ipſa flagitante, ſi etiam Voſſ. & iſta Ed. vetus non adfuiſſent,

puniantur, ſi milites erunt, legatis eorum [1] *quae deprehenderis notum facies: aut ſi* [2] *in urbem verſus venturi erunt, mihi* [3] *ſcribes.*

LXXXIII. LXXX. Plinius Trajano.

De magiſtratibus provincialium.

Conſulit Trajanum, qua aetate debeat concedere civitatibus Bithyniae legi ſenatores, diſſentiente lege Pompeja ab edicto Auguſti.

CAutum eſt, Domine, [4] Pompeja lege, quae Bithynis data eſt, ne quis capiat magiſtratum, [5] neve ſit in ſenatu minor annorum XXX. Eadem lege comprehenſum eſt, ut qui ceperint magiſtratum, ſint

fuiſſent, in quibus tamen ita legitur. Vulgo: ſit *ſatis*, *puniantur*, poſita diſtinctione inter τὸ *ſatis* & *puniantur*. Nempe Trajanus jubet, eos, qui tantum contra diſciplinam ſe geſſerint, coerceri, hoc eſt, leviter puniri, qui vero gravius admiſerint, quam ut in praeſentia dignam luant poenam, aut, ſi milites ſunt, eorum legatis notum faciendum, aut, ſi in urbem verſus venturi ſunt, Trajano ſcribendum. Quae vero oppoſitio, ſi vulgata retineatur? immo vereor, ne ultima Epiſtolae tunc plane nullum ſenſum habeant. *In re praeſenti* idem fere eſt, ac, quod antea dixerat, *ſtatim*. Vide ad Epiſt. LXIX. n. 1. Longolius.

1. *Quae deprehenderis.*] Vitioſa lectio videtur, ſic reſtituenda: *quos depr.* vel *quod depreh.* niſi quis retento *Quae*, malit *nota facies*. Rittersh. Sic indocta Grammaticorum natio, quae quidem concoquere non poteſt, femininum & neutrum conjungi. Tu longe aliter judices, neque reclamantibus omnibus libris veterem lectionem ſollicitabis, ſi ea teneas, quae notae ad Lib. III. Epiſt. V. n. 2. Lib. VI. Epiſt. VIII. extr. Epiſt. XXXIII. n. 5. monſtraverunt.

2. In *urbem* verſus.] Malim *urbem verſus* omiſſo *in*. Rittershus. Iterum laborat Rittershuſius praeter cauſſam, nec ullus liber emendationi favet. In *urbem* verſus conſtantiſſime omnes ſervant. Livius Lib. I. cap. XVIII. ad *meridiem* verſus *conſedit*. Servius Sulpicius apud Cic. Lib. IV. Epiſt. XII. n. 3. *ſupra Majas* in *Italiam* verſus *navigaturus erat.* quae duo jam olim adſcripſerat Cellarius. nos addimus Salluſt. Cat. cap. LVI. n. 4. *modo* in *Galliam* verſus *caſtra movere*, ubi alia Corte & Sanctius Minerv. Lib. I. cap. XVI. extr. Longolius.

3. *Scribes.*] Sic omnis editio vetus. Male, ante triennium excuſa, *ſcribunt.* Gruter. *Scribunt* habet H. Stephani typis an. 1604. exſcripta editio, item Caſauboni & Minois.

4. *Pompeja lege.*] Nam *Pompejus*, *devicto Mithridate*, *ac multis provinciis in ditionem Rom. redactis*, ut inquit Appianus, *devictarum gentium quasdam liberas eſſe voluit*, *ſocietatis cauſa in bello*, *quasdam Rom. ſubjecit*, *nonnullas in regna diſtribuit*, *ſed illis leges neceſſarias dedit. Bithyniae*, *ne quis poſſet in ſua civitate gerere magiſtratum*, *neve in ſenatu legi minor XXX. annorum.* Catan. *Pompeja Lege.*] Capita hujus legis (quae fere tota de Magiſtratibus egit) plura fuiſſe, tum ex hac Epiſtola apparet, in qua duo referuntur, tum ex Epiſt. CXV. in qua aliud caput additur. Sic & aliae leges Romanorum ſaepe ex pluribus conſtabant capitibus: ut de lege Julia de adulteriis luculenter explicat Barnab. Briſſonius. De lege Papia Poppea Juſtus Lipſius in Commentar. ad Tacitum: de aliis Paulus Manutius, Franciſ. Hotomannus, alii. Diverſiſſima eſt autem ab hac lege lex Pompeja de parricidiis, notiſſima ex Pandectis. Rittershus.

5. *Neve ſit Senator minor annorum triginta.*] Ergo & in provinciis Lex annalis obtinuit, & definita aetas, qua in Senatum legendi eſſent; quae, ut ex hoc loco colligitur ibi. XXX. Romae XXV. annorum ſcripta. Buchner.

 1. *Mino-*

2 ſint in ſenatu. Secutum eſt dein edictum divi Auguſti, quo permiſit,
3 [1] minores magiſtratus [2] ab annis duobus & viginti capere. Quaeritur
ergo, an qui minor XXX. annorum geſſit magiſtratus, poſſit [3] cenſo-
ribus in ſenatum legi, & ſi [4] poteſt, an ii quoque, qui non geſſerint,
poſſint per eandem interpretationem ab ea aetate ſenatores legi, a qua
illis magiſtratum gerere permiſſum eſt: quod alioqui factitatum, & ad-
huc

1. *Minores magiſtratus.*] Veluti quaeſturam, aedilitatem. nam gerendorum non promiſcua facultas erat, ſed ordo certus huic rei adhibitus: neque prius majorem magiſtratum quisquam, niſi minorem ſuſcepiſſet, gerere poterat, neque ab omni aetate, neque continuare honores licebat. haec Calliſtratus. CATAN. *Minores.*] Scilicet XXX. annis vel annorum. Cave jungas *Minores magiſtratus.* Eſt enim manifeſta hallucinatio doctiſſimi interpretis Catanaei, qui putat, Auguſtum Edicto ſuo oppoſuiſſe magiſtratus minores magiſtratibus majoribus, ut illos quidem capere liceret ab annis duobus & viginti: hos non niſi annis XXX. Imo indiſtincte ſicut Lex Pompeja, ita edictum Auguſti de Magiſtratibus loquebatur, ſive illi majores ſeu minores eſſent: quae diſtinctio Magiſtratuum alias veriſſima. & notiſſima eſt ex hiſtoria Romana; quae etiam in Jure noſtro extat, cum alibi, tum in Leg. XXXII. nec magiſtratib. D. de injuriis. & in Leg. II. D. de in jus vocando. Sed ab hoc loco prorſus aliena. Jungenda igitur iſta: *minores capere magiſtratus.*: ut *Minores* ſit accuſativus praecedens infinitivum, ut cum Grammaticorum filiis loquamur. Poterat Plinius hanc ambiguitatem, erroris matrem, vitare, ſi dixiſſet: *Edictum. D. Auguſti, quo permiſit. minoribus*, &c. De magiſtratibus Rom. poſt alios vide Lipſii commentariolum poſtumum. RITTERSHUS.

2. *Ab annis duobus & viginti.*] Ulpianus tamen ſcribit, ad remp. adminiſtrandam ante XXV. annum, vel ad munera, quae non patrimonii ſunt, vel honores admitti minores non oportet. minores denique nec decuriones creantur, vel creati ſuffragium in curia ferunt. eam autem fuiſſe aetatem quaeſtoriam monſtrat Fabius. *Calvus*, inquit, *& Caeſar, & Pollio multum ante quaeſtoriam omnes aetatem graviſſima judicia ſuſceperunt.* & Tacitus: *uno & vigeſimo Caeſar Dolabellam, altero & XX. Aſinius Pollio Catonem, non multo aetate antedecens Calvus Vatinium, iis orationibus inſecuti ſunt, quas certe hodie cum admiratione legimus.* CATAN.

3. A *cenſoribus.*] Neſcit praepoſitionem MS. Voſſ. eamdemque omiſit prima Ed. Recte. Vide notam Epiſt. XLIII. n. 1.

4. *Poteſt.*] Miror ignaviam Editoris Hackianae, qui caeco obſequio iſtas omnes lectiones propagaret, quas exhiberet Catanaeana an. 1625. etſi facile fuiſſet videre, modo primam ejusdem Catanaei, ne dicam alias, quod tamen debuiſſet facere, conſuluiſſet, quae ſint peccata operarum. Illa ergo Catanaei: poſſunt, *an* ex iis *quoque, qui non* geſſerit, poſſit quis *per eandem interpretationem ab ea aetate* ſenator *legi.* & paullo poſt: *a* quo *illis* . . . . & adhuc *eſſe* cet. quae quamquam contra ſenſum eſſent, neque ullus librorum conſentirent, ſufficiebant tamen Veenhuſio, quod ita poſterior Catanaei. Nil nos id morabitur. Hoc ſaltem indicare liceat, primam editionem Catan. & Juntinam exhibere: *an* hi *quoque, qui non geſſerint*, poſſint *per eamdem interpretationem, ab ea aetate* ſenatores *legi.* a quibus parum diſcedit Voſſ. quem ſecutus eſt Jo. de Tridino: *an* hi *quoque, qui non geſſerint*, poſſint *per e. i. a. e. aetate* ſenator *legi.* Haec facile arguunt, locum ita concipiendum eſſe: *an* ii *quoque, qui non geſſerint, poſſint per eamdem interpretationem ab ea aetate ſenatores legi.* Nam *hi*, *hii*, & *ii* in antiquis libris nihil differunt. Non opus eſt, quibus id comprobemus, copiis externis, quae magno numero nobis adſunt. Statim Epiſt. ſequenti Voſſ. & princeps editio: *ut magiſtratum quidem capere poſſent* hi, *qui* cet. ubi vulgo: *ut magiſtratum quidem capere poſſent* ii, *qui* cet. pariter ac Epiſt. LXXII. n. 2. *& ideo nec adſertionem denegandam* his, *qui* cet. vulgo iis, *qui.* Sic ſupra Lib. I. Epiſt. VIII. n. 15. alter ex MSStis Codicibus Brummeri: Hi *vero, qui benefacta ſua* cet. ubi editi: Ii *vero*, cet. Epiſt. XII. n. 2. *in* his *vero*, quos *arceſſita mors* cet. Riccard. & Arnz. reliqui: *in* iis *vero*, quos *arceſſita mors* cet. Lib. II. Epiſt. XVI. n. 2. Mediceus: *cum ſit* his *etiam notum*, qui *nihil* cet. Illamque noſtram emendationem, quam ſupra propoſuimus, videntur indicare Aldinae, Schurerianae & Gryphianae, quae pro *hi*, habent *ex iis*, atque hac ratione expreſſerunt: *an* ex iis, qui quoque non *geſſerint*, poſſit quis *per e. i. a. e. ae.* ſenator *legi.* LONGOLIUS.

1. Honeſto

huc eſſe neceſſarium dicitur, quia ſit aliquanto melius, [1] honeſto-
rum hominum liberos, quam e plebe in curiam admitti. Ego a [2] deſti- 4
natis cenſoribus, quid ſentirem, interrogatus, eos quidem, qui mi-
nores XXX. annis geſſiſſent magiſtratum, putabam poſſe in ſenatum,
& ſecundum edictum Auguſti, & ſecundum legem Pompejam legi,
quoniam Auguſtus gerere magiſtratus minoribus annis XXX. permiſiſ-
ſet, lex ſenatorem eſſe voluiſſet, qui geſſiſſet magiſtratum. De his 5
autem qui non geſſiſſent, quamvis eſſent aetatis ejuſdem, cujus illi,
quibus gerere permiſſum eſt, haeſitabam. per quod effectum eſt, ut te,
Domine, conſulerem, quid obſervari velles. capita legis, tum edictum
Auguſti literis ſubjeci.

LXXXIV. LXXXI. Trajanus Plinio.

Comprobat ſententiam Secundi Trajanus, quod edicto Auguſti liceat magiſtratum capere ab annis duobus & XX. & ſic eſſe in ſenatu: qui vero non geſſerint magiſtratum, non poſſe fieri ſenatores minores XXX. annis.

Interpretationi tuae, mi Secunde cariſſime, [3] *idem exiſtimo,* [4] *hactenus edicto divi Auguſti novatam eſſe legem Pompejam, ut magiſtratum quidem*

1. Honeſtorum *hominum.*] Plebejis opponuntur honeſti homines, hoc eſt, qui magiſtratus geſſerant. Id enim vult veteribus *honor*, *honeſtum.* Florus Lib. I. cap. XXVI. princ. *Quartam* honorum *cupido, ut* plebeji *quoque* magiſtratus *crearentur.* Suetonius Aug. cap. XLVI. *Ac necubi aut* honeſtorum *deficeret copia, aut* multitudinis *ſoboles.* Adde Cortium ad Cic. II. Epiſt. XV. n. 3. & ad Salluſt. Jug. cap. III. n. 1. Longolius.

2. Deſtinatis *cenſoribus.*] Quis deſtinatus in muneribus publicis dicatur, docet Noſter in Paneg. cap. LXXVII n. 1. *Nam comitia conſulum obibat ipſe; tantum ex* renuntiatione *eorum voluptatis, quantum prius ex* deſtinatione *capiebat.* Tranquill. Caeſ. cap. I. princ. *Julius Caeſar Divus annum agens ſextum decimum patrem amiſit, ſequentibusque conſulibus flamen Dialis* deſtinatus. Callig. cap. XII. *Deinde augur in locum fratis ſui Druſi* deſtinatus, *prius quam* inaugurareturm, *ad Pontificatum traductus eſt.* Domit. cap. X. *Flavium Sabinum alterum e patruelibus, quod eum comitiorum conſularium die* deſtinatum, *perperam praeco non conſulem ad populum, ſed Imperatorem pronunciaſſet.* Ineptum eſt, quod obferunt Gryphius & Gruterus, quodque margini adleverunt Caſaubonus & Minos, *lex* ſenatorum pro *lex* ſenatorem. Nam per legem Pompejam fiebant ſenatores, qui magiſtratus geſſiſſent. Longolius.

3. Idem *exiſtimo.*] Sola editio Joannis de Tridino, cum MS. Voſſ. ut *exiſtimo.*

4. *Hactenus edicto D. Auguſti novatam eſſe legem Pompejam.*] *Hactenus* pro *Eatenus*, pro ea parte. Novata autem dicitur hic lex, non quae, cum in deſuetudinem abiiſſet, in uſum revocatur; ſed quae nonnihil mutatur, vel cui derogatur. Rittersh. Epiſt. CXVI. *Mihi hoc temperamentum ejus placuit, ut ex praeterito nihil* novaremus, *ſed* manerent. Salluſt. Cat. cap. XXXIX. n. 3. *Sed ubi primum dubiis rebus* novandis *ſpes oblata.* ubi Corte.

dem capere[1] *poſſent ii, qui non minores*[2] *duorum & viginti annorum eſſent; &*[3] *qui accepiſſent, in ſenatum cujusque*[4] *civitatis pervenirent. Ceterum non capto magiſtratu, eos qui minores XXX. annorum ſint,*[5] *quia magiſtratum capere poſſint, in curiam etiam loci cujusque non exiſtimo legi poſſe.*

LXXXV. LXXXII. Plinius Trajano.

De Dione, qui reliquias ſuorum religioſo loco poſuiſſet.

Trajano mittit Dionis & Eumolpi ſupplices libellos, pronunciaturus quicquid imperator reſcripſerit.

CUM[6] Pruſae ad Olympum, Domine, publicis negociis intra hoſpitium, eodem die exiturus vacarem,[7] Aſclepiades magiſtratus indicavit, appellatum me a[8] Claudio Eumolpo: cum[9] Coccejanus Dion

1. *Poſſent* ii.] Voſſ. & Jo. de Tridino: *poſſent* hi, ut ſolent librarii, de quo ad praecedentem epiſtolam diximus. Praeterea recentiorum quidam non *poſſent*, ſed *poſſint*, ſine veterum ſuffragio.

2. Duorum *& viginti annorum.*] Voſſ. duo *& viginti annorum*, quem tamen nulla, ſi principem editionem excipias, ſecuta eſt.

3. *Qui* accepiſſent.] Forte legendum *cepiſſent.* Nam *capere magiſtratum* dicimus: & ſic aliquoties cum in hac ipſa, tum in praecedente epiſtola; *accipere* non item. RITTERSHUS. Jo. de Tridino in libro ſuo exhibet: *quia coepiſſent.*

4. *Civitatis.*] Deinde enim ſcribit, eadem lege cautum fuiſſe, ne quis alienus civis adſcriberetur alterius civitatis curiae. CATAN.

5. *Quia magiſtratum capere poſſint.*] Quaſi dicat hoc ſolum non eſt ſatis argumenti, potuiſſe capere Magiſtratum, ſive capacem ejus fuiſſe, niſi & re ipſa ceperit quis: niſi potentia ſeu actus primus in actum ſecundum fuerit perductus, ut Philoſophi loquuntur RITTERSHUS.

6. *Pruſae.*] Quae ad Olympum jacet. hic mons Myſiae: Bithynica ei ſubjacent ſecundum Strabonem, quo auctore colles quaterni ſunt Olympi nomine vulgati, *Idae* ſcilicet ad Antandri plagam, & *Myſiae Olympus*, nunc a Secundo deſignatus, juxta quem, Ptolemaei teſtimonio, *Pruſa* condita eſt, & quae X. apud Strabonem narrantur. Mella, item Stephanus, ex auctoritate Arriani, *Olympi Myſiae* meminere. Xenophon in aequivocis, *Olympus*, inquit, *plura ſignificat: nam omnis mons altior cujuſlibet regionis* olympus *a Graecis dicitur, unde & plures* Olympi *dicti, quaſi toti lympidi. a barbaris vero omne ſpacium circulare ultimum* lympus *dictus eſt, & cum interiori area* Olympus, *a quo aſtrolabium* Olympus. *& ſacrum pomerium* Olympus *eſt.* at Theon Arati interpres, Olympus *pro coelo dictus* ἀπὸ τῦ ὅλος, id eſt a verbo *totus* aſpirato, & λαμπὰς *lucidus*, qua ratione in prima aſpirari deberet, quaſi *hololampus*, id eſt totus lucidus. CATAN. Condita fuit haec *Pruſa* a Pruſia, qui cum Croeſo bellum geſſit, ut teſtis eſt Strabo Lib. XII. pag. 845. Meminit etiam hujus urbis Nicetas in Balduin. cap. II. Eaque probe a *Pruſa* ad Hypium & *Pruſiade* diſtinguenda eſt, monente Cellario Notit. Orb. Ant. Lib. III. cap. VIII. n. 6. & 31.

7. *Aſclepiades.*] Magiſtratus qui publicorum operum jus habebat. CATAN.

8. *Claudio Eumolpo*] Advocato. Fuit alius *Eumolpus* filius Orphei, ante Homerum poeta, & lyrae citharoedus, unde nomen traxiſſe videtur, cui initiationem myſteriorum Eleuſinae Cereris adſcripſit Suidas, Plinius etiam virium & arborum culturas. IDEM. Princeps editio cum Voſſ. MS. *Euamolpo*, quemadmodum poſtea etiam *Euamolpus.*

9. *Coccejanus Dion.*] Graeci ſcriptores *Coccejanum Dionem* Nicenſem ſcribunt: *Dionis* philoſophi, ubi quaedam de Veſpaſiano tractat, meminit Philoſtratus: qui alibi ſcribit, *Dionem* oratorem Pruſenſem, virum omni laude praeditum (nam a quibusdam cornucopiae & Chryſoſtomus cognominabatur) extitiſſe temporibus Apollonii & Euphratis, ac Roma pulſum, quia philoſophiam profiteretur, eumque Trajanum imperatorem in currum.

Dion in Bule adſignari civitati opus, cujus curam egerat, vellet. Tum Eumolpus [1] adſiſtens Flavio Archippo dixit, exigendam eſſe a Dione rationem operis ante quam Reip. traderetur, quod aliter feciſſet ac debuiſſet. Adjecit etiam, eſſe [2] in eodem opere poſitam tuam ſtatuam, 2
& corpora ſepultorum uxoris Dionis, & [3] filii, poſtulavitque [4] ut cognoſcerem pro tribunali, Quod cum ego me protinus facturum, dilatu- 3
rumque profectionem dixiſſem, ut longiorem diem [5] ad inſtruendam cauſam

currum triumphalem repoſuiſſe, & crebro reſpicientem dixiſſe, *amo te ſicut me ipſum*, eique plurimas ſtatuas erectas. Hujus Lucianus meminit cum alibi, tum cum paraſitus ſibi inſcribendum dicit paraſito, ſicut Dioni philoſopho. CATAN. Voſſ. & Ed. Vet. *Coccianis diambulae*, pro quo reliquae omnes: *Coccianus Dion in bule.* Bule eſt ſenatus, ut patet ex nota ad Epiſt. XLVIII. n. 5. Legitur etiam in Voſſ *adſignare* pro *adſignari*, quemadmodum ſupra idem cum optimis Epiſt. L. n. 1. *convenientiſſimum* videtur demonſtrare *opera* cet. ubi vulgo *demonſtrari.*

1. *Adſiſtens.*] Variant in hac voce libri. Voſſ. MS. & prima Ed. *abſiſtente:* Aldinae, Schureriana, Gryphiana, item margo Caſauboni & Minois *adſiſtente*, ceterae *adſiſtens*, id quod unice probum. Non enim adſiſtebat Flavius Archippus Eumolpo, ſed hic illi, ut demonſtrat n. 6. ubi etiam oſtendetur, adſiſtere eſſe advocatorum. Mentio autem fuit facta Flavii Archippi Epiſt. LXVI. & huic junctis duabus Domitiani. LONGOLIUS.

2. *In* eodem opere.] Ita omnes libri, exceptis Voſſ. & Jo. de Tridino, quibus etſi multum tribuo, nunc tamen eorum *aedem*, quod pro *eodem opere* exhibent, non placet. Sapit, ut videtur, interpretamentum inepti gloſſatoris, expoſituri, quale opus fuerit, cujus ratio Dioni reddenda. Sed ex n. 7. patet, bibliothecam & porticum fuiſſe. Cui vero non conſtat, Livio, Tacito, Suetonio, Lampridio, aliis *opera* dici quaevis publica & magnifica aedificia? Noſter Epiſt. XLII. n. 2. *Nicomediae vaſtiſſimum incendium multas privatorum domos & duo* publica opera, *quamquam via interjacente*, Geruſian *&* Iſſon, *abſumſit.* Epiſt. XLVIII. n. 6. *cogor petere a te, non ſolum ob* theatrum, *verum etiam ob haec* balinea, ... *quoquo modo conſummare* opera. Adde Epiſt. XCI. XCIX. In primis *opus* dicitur de templo, vide Catanaeum ad Lib. III. Epiſt. IV. n. 2. Aldina poſterior omittit praepoſitionem, operarum incuria an de induſtria, compertum non habeo. LONGOLIUS.

3. *Filii.*] Ut cum Voſſ. Edd. vett. plurimae; recentiores cum Catanaeo & Junta *filiorum.*

4. *Ut cognoſcerem pro tribunali.*] Et infra: *cum ſediſſem cogniturus.* Cauſae graviores cognoſcebantur a praetore vel proconſ. vel praeſide, ſedente in ſublimi pro tribunali: unde illae dies, quibus hoc fiebat, *ſeſſionum dies* a Latinis JC. appellabantur, a Graecis ἡμέραι βηματικαί. βῆμα enim eſt tribunal, Gloſſ. vet. Tribunal, βῆμα. Et, βῆμα ἐπὶ ἄρχοντος, Tribunal. Vide Leg. II. §. Dies. & §. ſeq. D. Quis ordo in bon. poſſ. ſerv. & Leg. V. § 19. ſex autem. D. ut poſſ. legat. ubi *tempus ſeſſionum* dicitur Hinc nati X. libri Ulpiani, quos *omnium tribunalium* inſcripſit, ſive ut eſt in indice P. Flor. Protribunalium. Eodem pertinent libri tres *Decretorum* Pauli, & Calliſtrati ſex de *cognitionibus.* haec enim pro tribunali fiebant. opponuntur facta *de plano*, d. Leg. II. §. 1. dies. D. Quis ordo in bon. poſſ. ſerv. Leg. I. §. 1. D. de conſtit. Princ. RITTERSHUSIUS. Leg. VI. π. de accuſat. Levia crimina *audire & diſcutere* de plano Proconſulem *oportet.* Leg. XVIII. §. 10. π. de Quaeſtionibus: *Cuſtodiae non ſolum* pro tribunali, *ſed & de plano audiri poſſunt atque damnari.* Martialis Lib. XI. Epiſt. XCIX.

Sedeas *in alto tu licet* tribunali
Et e curuli jura *gentibus* reddas.

Pluribus de ea re egerunt Ger. Noodt de Juriſdict. Lib. I. cap. X. & Interpretes ad Tranquill. Tiber. cap. XXXIII. *& magiſtratibus* pro tribunali cognoſcentibus *plerumque ſe obſerebat* conſiliarium, cet. LONGOLIUS.

5. Ad inſtruendam cauſſam.] Aliquoties haec dictio *inſtruere cauſſam* occurrit in Jure noſtro. Leg. I. π. de fide inſtrum. Inſtrumentorum *nomine ea omnia accipienda ſunt, quibus* cauſſa inſtrui *poteſt: & ideo tam teſtimonia quam perſonae* inſtrumentorum *loco habentur.* Leg. II. C. de delatoribus: *Monente officii ſollicitudine, quin immo juſſu procuratoris*, ut cauſſam *ab alio delatam convenienti diligentia* inſtrueres. Leg. XXI. C. de evictionibus: *interpellare venditorem ſive ſucceſſorem ejus debes, ut tibi adſiſtant*, cauſſamque inſtruant;

4 cauſam darem, utque [1] in aliam civitatem cognoſcerem, petiit. [2] Ego me auditurum Niceae reſpondi. [3] Ubi cum ſediſſem cogniturus, idem Eumolpus, tanquam adhuc parum inſtructus, dilationem petere coe-
5 pit. Contra Dion, ut audiretur, exigere. Dicta ſunt utrimque multa, etiam de cauſa. ego cum dandam dilationem, & conſulendum exiſtimarem in re ad exemplum pertinenti, dixi utrique parti, ut poſtulationum ſuarum libellos darent. Volebam enim, te ipſorum potiſſimum verbis ea, quae erant propoſita, [4] cognoſcere. Et Dion quidem ſe daturum dixit, & Eumolpus reſpondit, complexurum ſe libello, quae
6 Reipublicae peteret. Ceterum quod ad ſepultos pertinet, [5] non accuſato-

inſtruant. Quae ſi ponderes, minime placebit neque Aldi, Schurerii, Juntae, Caſauboni, Cl. Minois ad adſtruendam *cauſſam*, neque Voſſ. & Jo. de Tridino *ad* ſtruendam *cauſſam*, etſi ſint, qui Leg. I. §. 1. de Lege Corn. de falſ. *ob* ſtruendam *advocationem* legant, quos tamen refutatum ivit Cel. Schulting ad Collat. Leg. Moſaic. VIII. 7. LONGOLIUS.

1. *In* aliam civitatem *cognoſcerem.*] Recentiores Edd. *in* alia civitate, vulgari praejudicio, quo nollem abreptos quoque fuiſſe Catanaeum, Juntam & Gryphium. Sed ſupra ad Epiſt. XLVI. jam obſervavimus, τῷ *in* veteres modo Ablativum modo Accuſativum pro lubitu adponere, illamque ſtructuram cuſtodiverunt praeter MS. Voſſ. Jo. de Tridino, Aldus, Schurerius, Caſaubonus & Minos, etſi duo poſteriores tantum in margine. Eamdem confirmat etiam ipſe Plinius Lib. IX. Epiſt. XIII. n. 13. *crimenque quaſi* in medium *relictum defenſione ſuſcipiunt*, quae eſt lectio Medicei, Helmſt. Voſſ. adde, ut poſtea didicimus, unius Brummer. Sueton. Tib. cap. VI. *qui* in tutelam *Claudiorum erant*, plura ex aliis auctoribus huc transſcribere nunc non juvat; tu, ſi placet, videas Torrentium ad Sueton. Aug. cap. XIII. Gronovium ad Liv. Lib. II. cap. XIV. Cortium ad Salluſt. Cat. cap. XIX. n. 2. Cl. Herm. Noordkerk Obſerv. Dec. 4 pag. 72. LONGOLIUS.

2. Ego *me* auditurum.] Ita caſtiſſimi; contra Caſauboni, Minois & Gruteri *Ergo*. iidem etiam in marginibus *aditurum*.

3. *Ubi cum ſediſſem judicaturus,*] *Sedere* proprie de Praetoribus ac Judicibus dicitur. Cicero pro Rabirio: *Modo vos iidem in A. Gabinium judices* ſediſtis. Philippus Rex apud Livium. Lib. XL. cap. VIII. Sedeo *miſerrimus Pater judex inter duos filios*. Noſter Epiſt. XVI. Lib. V. Sedebant *judices*. & alibi. BUCHNER. Item Lib. VI. Epiſt. XXXIII. n. 3. Sedebant judices *centum & octoginta*. Propertius IV. Eleg. XI. vs. 19.

Aut ſi quis poſita judex ſedet *Aeacus urna*.

& Phaedrus I. Fab. X. vs. 6. *Tunc* judex *inter illos* ſedit *Simius*. Adde Ciofanum ad Ovid. XIII. Met. pr. Cel. Drakenborch ad Sil. VI. vs. 437. Leve eſt, quod moneamus, voces *cum ſediſſem* in unam coaluiſſe, nempe in *conſediſſem* in Voſſ. & Ed. Joannis de Tridino. Mox iidem: *tamquam* ſi *adhuc* cet.

4. *Recognoſcere.*] Quis jam cognoverat propoſita, ut rurſus *cognoſcerentur?* Immo id non decebat Plinium, ut quaſi in praejudicium Trajano cognoſceret. Hinc ergo faceſſat prima Syllaba *re*, jubentibus Voſſ. MS. & Edd. Jo. de Tridino, Juntina, Caſauboniana, Minois, Gruteri. Saepius vero contigit, ut in vulgatis haec particula perperam praefigeretur. Vidimus hoc Lib. II. Epiſt. XIV. n. 13. *ſed laborem refugiſſe videamur.* ibi in quatuor MSS. eſt *fugiſſe*, quemadmodum etiam eodem libro Epiſt. XIX. n. 4. Mediceus cum aliis *ſi auditorum intentio* langueſcit. ubi alii *relangueſcit.* Lib. IV. Epiſt. VII. n. 6. *ſi* ſcripſeris, MSS. & Ed. Vet. vulgo: *ſi reſcripſeris.* & ſic paſſim. *Reipublicae petere*, quod paucis interjectis ſequitur, eſt in commodum reipublicae petere, quam vim dativo eſſe, vel tironibus notum eſt. LONGOLIUS.

5. *Non accuſatorem ſe, ſed advocatum.*] Videtur Eumolpus quidem egiſſe contra Dionem tantum de rationibus operis publici, non debita forma facti: Archippus autem reum illum feciſſe criminis laeſae majeſtatis, ita tamen, ut advocato & adſiſtente uteretur Eumolpo. Notandum hic, quae fuerint partes Advocati, nempe clienti ſuo accommodare ſuam praeſentiam & gratiam, atque adſiſtere ei. Sic plures ſaepe Advocatos unus Reus, qui operam ipſi dabant, in Judicium adducebat: ut alibi latius explicatur. RITTERSHUS.

ſatorem ſe, ſed advocatum Flavii Archippi, cujus mandata pertuliſſet. Archippus, [1] cui Eumolpus ſicut Pruſae adſiſtebat, dixit, ſe libellum daturum. ita nec Eumolpus, nec Archippus, quamplurimis diebus exſpectati, adhuc mihi libellos dederunt. Dion dedit, quem huic epiſtolae junxi. Ipſe in re praeſenti fui, & vidi quoque ſtatuam in biblio- 7
theca poſitam. Id autem, in quo dicuntur ſepulti [2] filius, & uxor Dionis, [3] in area collocatum, quae porticibus includitur. Te Domine 8
rogo, ut me in hoc praecipue genere cognitionis regere digneris, cum alioquin magna ſit exſpectatio: ut neceſſe ſit, in ea re, [4] quae & in confeſſum venit, & exemplis defenditur.

LXXXVI. LXXXIII. Trajanus Plinio.

Abſolvit Dionem ab inſimulatione criminis laeſae majeſtatis, & diſquiſitionem operis permittit.

Po-

1. *Cui Eumolpus ſicut Pruſae aſſiſtebat.*] *Adeſſe*, & *aſſiſtere* dicuntur advocati ſeu Patroni. Noſter ſupra Lib. VII. Epiſt. VI. Aſſiſtebam *Vareno*. Lib. I. Epiſt. V. Aderam *Arionillae Timonis uxori*. & pluribus aliis locis. Buchner. Adde Lib. VI. Epiſt. VI. n. 6. Dicenti *mihi ſollicitus* adſiſtit. ubi Buchner. Voſſ. cum principe Ed. qui *Eumolpus* ſinit pruſiade. De prima voce non multum laborabimus, quod vel parum in veteribus libris verſatus noverit, nominativum & dativum iſtius pronominis ex antiqua ſcriptura nihil differre. *Sinit* forte hic fingendi materiam praebuit, quaſi *ſicut* ſtare nequeat, quia non adſit alterum membrum. Sed quis non videt, abeſſe *ita etiam Niceae*, quod intelligens lector facile ſuppleat. Praeterea Aldinae, Juntina, Schureriana, & margines Caſaubonianae & Cl. Minois *Pruſiadae*. Voſſ. etiam & Jo. de Tridino. *exſpectatis* pro *exſpectati*.

2. *Filii ejus.*] Fateor equidem, ita in omnibus, quos vidimus, legi, accedo tamen emendationi Thomaſii, qui ſubſtituit *filius*. Id poſtulare videtur n. 2. *corpora ſepultorum uxoris Dionis & filii*, & quid ſibi illud *ejus*, cum ſtatim ſequatur *Dionis*, cujus aeque ac *uxor* erant filii. Nec obſtat, quod inepto librario forte fraudi eſſe potuit, quod antecedat *ſepulti*. Pueris notum eſt, duo nomina ſingularis numeri conſtrui cum verbo plurali. Ergo *filius* & *uxor* dicti ſunt *ſepulti*. Satis ergo tuetur ſe *filius* pro vulgato *filii ejus*, quod ex illo effictum eſt. Longolius.

3. *In area collocatum.*] Quid commune habet *area vacua* cum *Bibliotheca?* & quo pacto proinde potuit Dion obſtringere ſe tanto crimine, ut videretur laeſiſſe majeſtatem Principis, dum ſtatuam quidem ejus in *Bibliotheca* poſuit, ſed reliquiis ſuarum caritatum in *area* conditorium delegit? taceo, quod ſicut nullum crimen absque dolo contrahitur; ita neque iſtud, quod eſt omnium graviſſimum. Rittershus. Voſſian. *in alea collocatum*, quod ſtatim, ut ſolet, arripuit Jo. de Tridino.

4. *Quae & in* confeſſum *venit.*] Sic legunt omnes etiam Aldi Edd. & Catanaei, excepta H. Stephani, quae τὸ *&* omittit. Expone autem *in confeſſo eſt*. Erat, cum divinarem legendum *in* confeſſum *venit*: ſed fortaſſe nihil opus mutatione. Rittershusius. Neſciunt etiam illud *&* Caſauboni, Minois & Gruteri Edd. Cetera omnes libri, quos nos tractavimus, conſpirant in vulgatam. Soli Voſſ. & Jo. de Tridino non agnoſcunt reliquorum omnium *deliberare*, quorum auctoritate & nos delevimus tanquam ab ignaris adſutum, quod rerum gnarus ex ſuperioribus per ſe intelligeret, ſcilicet ex *regere* idem aut ſimile, quemadmodum vel hac Epiſtola n. 4. *Contra Dion, ut audiretur, exigere*, adſume ex antecedentibus *coepit*. n. 6. *Dion dedit, quem huic Epiſtolae junxi*, repete ex *libellos*, *libellum*. Vide plura ad Lib. III. Epiſt. IX. n. 12. Verbum *regere* habes eodem ſenſu Epiſt. LXIV n. 1. *qui inter maximas occupationes iis, de quibus te conſului, me quoque regere dignatus es*. Longolius.

1. Non

Potuiſti non haerere, mi Secunde cariſſime, circa id, de quo me conſulendum exiſtimaſti, cum propoſitum meum optime noſſes, [1] *non ex metu, nec terrore hominum, aut criminibus majeſtatis reverentiam nomini meo adquiri.* [2] *Omiſſa ergo ea quaeſtione, quam non admitterem, etiamſi* [3] *exemplis adjuvaretur, ratio totius operis effecti ſub cura tua* [4] *Coccejano Dioni excutiatur: cum & utilitas exigat, nec aut recuſet Dion, aut debeat recuſare.*

LXXXVII. LXXXIV. Plinius Trajano.

De Nicenſibus.

Nuntiat ſe mittere ad imperatorem preces Nicenſium, quaſi libello complexi erant.

Rogatus, Domine, a Nicenſibus publice, per ea quae mihi & ſunt & debent eſſe ſanctiſſima, id eſt, [5] per aeternitatem tuam ſalutem-

1. *Non ex metu, &c.*] Lege cap. XLII. Panegyrici. Quod ſtatuam Trajani inter ſepultorum corpora poſuiſſet Dio, Archippus & ei aſſiſtens Eumolpus ad Majeſtatis crimen interpretabantur, eoque nomine deferebant Dionem, quod admitti tamen Trajanus nolebat. Buchner.

2. *Omiſſa ea quaeſtione.*] An Dion reus ſit majeſtatis, dum & meam ſtatuam in *Bibliotheca* collocavit, & in *area* ſuorum reliquias condidit, quando exſtruxit opus publicum nomine Pruſenſium. Addam hic ad extremum in antitheſi morem improborum Principum, qui eſt, omnia etiam leviſſima delicta rapere in crimen laeſae majeſtatis. De quo Plinius Panegyr. *Demens ille verique honoris ignarus, qui crimina majeſtatis in arena colligebat, ac ſe deſpici & contemni, niſi etiam gladiatores ejus veneraremur, ſibi male dici in illis, ſuam divinitatem, ſuum nomen violari interpretabatur.* Quorum ſimilia ſunt & apud Tacitum. Rittershus. Vide Tacitum I. Ann. cap. LXXIV. Lib. III. cap. XXXVIII. Suetonium Tiber. cap. LVIII. Neron. cap. XXXII. Domit. cap. XII. Senecam de Benef. Lib. III. cap. XXVI.

3. *Exemplis.*] Superiorum principum, qui nolebant ſuas ſtatuas privatis locis poni, tanquam ſic minueretur principalis majeſtas. Catan.

4. *Coccejano Dioni.*] Hoc eſt *a Coccejano Dione,* quod Gryphius diſſentientibus omnibus Trajano obtruſit. Illo enim modo amant loqui Trajanus pariter ac Plinius. Vide Epiſt. XLIII. n. 1. LXXXIII. n. 3. Nullo tamen modo diſſimulandum, Voſſ. exhibere *Coccejani Dionis,* quod propagarunt poſtea Jo. de Tridino, Aldus, Junta, Schurerius, item Caſaubonus & Minos in margine, ut etiam mihi fere religioni ducam, ab iis diſſentire. Experientia enim didici, quam ſaepius correctoribus inexpertibus fraudi fuerit Genitivus caſus. Adprime ad rem facit locus Hegeſippi Lib. V. cap. XL. qui etſi ſupra Lib. II. Epiſt. I. n. 6. adſcriptus fuerit, non tamen dubito, eumdem hic iterum adponere: *Tua ſuavitas,* inquit, *animam tenuit meam & produxit* matris miſerae *diem* mortis. Addimus de noſtro Tranquill. Domit. cap. XVII. *qui curae* larium cubiculi *ex conſuetudine adſiſtens.* ubi alia proponamus, quia aliqui corrupte *cubiculis.* Ejusdem cenſus videtur, quod exhibet cum Voſſ. princeps Ed. *utilitas* ei litis *exigat.* Rectius forte *ejus litis.* Sed tali emendatione non opus eſt. Omnis enim lis intendebatur reipublicae cauſſa, ut ex ſuperiori Epiſtola n. 5. patet, hoc eſt, quod vulgatae obſerunt, *civitatis.* Ceterum *ratio excutitur,* cum examinatur. Epiſt. XLVIII. n. 1. *neque enim* ratio *plus* excuſſa *eſt.* ibi aliquot exempla videre poteris. Longolius.

5. *Per aeternitatem ſalutemque tuam.*] Per nomen ſalutemque Principis jurare etiam ſolebant. Paganus ait apud Prudentium Romano: *Teſtor ſalu-*

ſutemque, ut preces ſuas ad te perferrem, fas non putavi negare, acceptumque ab his libellum, huic epiſtolae junxi.

LXXXVIII. Trajanus Plinio.

Remittit cognitionem Secundo inteſtatorum bonorum, quae Nicenſes tanquam ſua vindicabant, adhibeat modo Caeſaris procuratores.

Nicenſibus, qui [1] inteſtatorum civium ſuorum conceſſam vindicationem bonorum a Divo Auguſto adfirmant, debebis vacare, [2] contractis omnibus perſonis ad idem negotium pertinentibus, adhibitis [3] Virdio Gemellino, & [4] Epimacho liberto meo [5] procuratoribus, ut aeſtimatis etiam iis, quae contradicuntur, quod optimum credideritis, ſtatuatis.

LXXXIX.

ſalutem Principis, *&c.* Per *Salutem Caeſarum*, at non *per Genios Caeſarum*, (quod etiam genus obtinuit, atque exegit propemodum Caligula Tranquillo auctore cap. XXVII.) juraſſe Chriſtianos ex Tertulliani Apologet. cap. XXXIV. conſtat. Vetuſtiſſimum fuiſſe hoc juramenti genus vere notavit Heraldus. Curtius Lib. VI. *Jurare eos Alexandri* ſalutem *volebat.* De ſanctitate ejus hic præſens etiam locus teſtari poteſt. RITTERSHUS. De aeternitate principis dictum eſt ad Epiſt. L. n. 1. Publice *rogatus* eſt *publico nomine.* Sueton Tib. cap. VI. *ac Lacedaemoniis* publice, *qui in tutelam Claudiorum erant*, demandatus. Claud. cap. XL. *Sed & pro tribunali*, *Oſtienſibus quiddam* publice orantibus, cum *excanduiſſet.* Plinius Lib. IV. Epiſt. VII. n. 2 ſcripſit publice, *ut a decurionibus eligeretur vocaliſſimus aliquis.* ubi alia adnotata fuerunt, quibus adde, etſi paullo aliter accipienda, Lib. VIII. Epiſt VIII. n. 6. *Balineum Hiſpellates quibus illum locum Divus Auguſtus dono dedit*, publice praebent. Alia collegit Corte ad Salluſt. Cat. cap. XI. n. 6. Statim Caſaubonus & Minos delent in margine *ut*, non male, modo veterum aliquis concineret. LONGOLIUS.

1. *Inteſtatorum civium ſuorum.*] Deficiuntur media voce Caſauboni, Minois, Cellarii & aliquot recentiores Edd. qua auctoritate non conſtat. Edd. Vet. omnes ſtant a MS. Voſſ. partibus, adſeruntque illam. Idque recte contra vulgarem errorem, quo vitium putant, duo Adiectiva uni Nomini jungere. Plinius Lib. V. Epiſt. V. n 3. *& jam* tres libros *abſolverat ſubtiles* cet. Lib. VII. Epiſt. XX. n. 4. *Et erant* multa clariſſima ingenia. Lib. VIII. Epiſt. XI. n. 2. *fuit* nulla ſua culpa. Lib. IX. Epiſt. XI. princ. Epiſtolam tuam jucundiſſimam *accepi.* Lib. X. Epiſt. VI. princ. Proxima infirmitas mea, *Domine*, *obligavit me* cet. Et quis omnia talia, quorum in hoc libro largiſſima meſſis eſt huc arceſſeret. De aliis auctoribus evolve Cortium ad Cic. III. Epiſt. IV. n. 4. & ad Salluſt. Cat. cap. XIX. n. 5. LONGOLIUS.

2. Contractis *omnibus perſonis.*] Id eſt, arceſſitis, coactis & in unum congregatis omnibus perſonis. Tranquill. Aug. cap. X. Veteranos *ſimul in ſuum ac Reipublicae auxilium*, *quanta potuit largitione*, contraxit. cap. XCVI. Contractis *ad Bononiam* triumvirorum copiis Callig. cap. XIX. contractis *undique* onerariis navibus. & innumeris aliis locis. Nec ſibi deeſt Trajanus. Epiſt. CXVIII. *non viritim* ſingulos *ex notitia ad ſolemnes ſportulas* contrahit. item Plinius Epiſt. XCI. n. 2. Pecunia, *curantibus nobis* contracta. LONGOLIUS.

3. *Virdio Gemellino.*] Voſſ. & prima Ed. *Virdio Pemellino.* In nomine *Virdio* non conſentiunt libri, alii *Viridio*, alii, ut vulgatum eſt. Idem obſervavimus Epiſt. XXXVII.

4. *Epimacho.*] Alius fuit *Epimachus* Athenienſis, nobilis architectus, quem Demetrius Poliorcetes ſecum duxit. CATAN.

5. *Procuratoribus.*] Quae acta geſtaque ſunt a procuratore Caeſaris, ſic a juriſconſultis comprobantur, ac ſi a Caeſare geſta ſint. Veſpaſianus autem ſolebat procuratorum rapaciſſimum quemque ad ampliora officia promovere, quo locupletiores mox condemnaret: quibus quidem vulgo pro ſpongiis dicebatur uti, quod quaſi & ſiccos madefaceret, & exprimeret humentes IDEM. De procuratore actum fuit ad Lib. III. Epiſt. V. n 17. & Epiſt. XVII. libri hujus decimi. Ceterum in Voſſ. librisque antiquitus impreſſis omnibus nunc ſequuntur interpoſitae Epiſt. XVII. XVIII. XIX.

LXXXIX. Plinius Trajano.

Ob diem natalem.

Optat ut florente reipub. ſtatu plurimos & feliciſſimos natales agat Trajanus.

OPto, Domine, & hunc natalem, & plurimos alios quam feliciſſimos agas, aeternaque laude florentem virtutis tuae gloriam, quam [1] incolumis, & fortis aliis ſuper alia operibus augeas.

XC. Trajanus Plinio.

Secundi vota probat, quibus optaverat ut plurimos natales quam feliciſſime celebrare poſſet Trajanus.

AGnoſco vota tua mi Secunde cariſſime, quibus precaris, ut plurimos, & feliciſſimos natales florente ſtatu reipublicae noſtrae agam.

XCI. Plinius Trajano.

De aqua Sinopenſium perducenda.

Deficientibus aqua Sinopenſibus quaerit opem ferre, modo Trajanus annuat.

Si-

1. *Incolumis & fortis.*] Supra Epiſt. I. *Hilarem & fortem optat.* Et forte *hilarem* ibi, quem hic *incolumem* dixit: & *fortem* utrobique, pro valente. Nam *fortes* reſpectu corporis vigoriſque dicuntur. Buchner. Et omnes tres voces Lib. IV. Epiſt. I. n. 7. *Contingat modo te filiamque tuam* fortes *invenire! nam* hilares *certum eſt, ſi nos* incolumes *receperitis.* Ut hoc loco autem Lib. IV. Epiſt. XXI. n. 4. *Magno tamen fomento dolor meus adquieſcet, ſi hunc ſaltem* fortem *&* incolumem, *paremque illi patri, illi avo fortuna ſervaverit.* Lib. VI. Epiſt. IV. n. 3. *Equidem etiam* fortem *te non ſine cura deſiderarem.* Adde dicta ad Lib. VII. Epiſt. XXIII. n. 1. Sed & animadvertendum eſt, ante Catanaeum & Gryphium neminem: & *incolumis*, ſed omnes Vet. Edd. exhibere quam *incolumis*, quod adprobat Voſſ. MS. & Caſaub. ac Minos in margine obſervarunt, neque nos improbamus, etſi a vulgari dicendi ratione paullo diſcedat. Ad ea enim verba *aeternaque laude florentem virtutis tuae gloriam* ex antecedente *agas* adſumendum erit *habeas* aut ſimile quid, & tunc cuncta bene cohaerent. Tales vero elegantias Plinium non fugere, docere poterit nota ad Epiſt. LXXXV. extr. ubi pariter recentiores corruperant. Longolius.

1. *Si-*

[1] SInopenſes, Domine, [2] aqua deficiuntur, quae videtur & bona & copioſa ab ſextodecimo milliario poſſe perduci: eſt tamen ſtatim [3] ab capite paulo amplius mille paſſibus locus [4] ſuſpectus & mollis, quem ego interim explorare modico impendio juſſi, an recipere & ſuſtinere opus poſſit. [5] Pecunia curantibus nobis contracta non deerit, 2
ſi tu, Domine, hoc genus operis, & ſalubritati & amoenitati valde ſitientis coloniae, indulſeris.

XCII.

1. *Sinopenſes.*] *Sinope* urbs celeberrima Ponti, cujus conditor Macritius conſul. . auctor Phlegon tradente Stephano, civis Sinopenſis, & Sinopita. Ulpianus De cenſibus, *eſt in Ponto Sinopenſis colonia.* Strabo IX. multa de *Sinope*, imprimis quod ſuis temporibus coloniam Romanam acceperit. Plinius *Sinopem* in Paphlagonia locat, & coloniam Rom. aſſerit. Pomponius *Sinopem* Calybum civitatem ſcribit. Plinius item *Sinueſſam* in Italia appellatam Sinopen. Catan. Collocatur Sinope a Geographis ad peninſulam, habeturque perantiqua, ut ejus origo ab Argonautis petatur; poſtea Mileſiis illuc miſſa colonia ad ſummam potentiam pervenit, capta tandem a Pharnace ſedes facta eſt Ponticorum regum. Mithridatico bello eam expugnavit Lucullus, Romanaque in eamdem colonia deducta eſt. Pluribus id narrant Polybius Lib. IV. cap. LVII. Strabo Lib. XII. p. 821. ſeqq. Valerius Flaccus Lib. V. vs. 108. Apollonius Lib. II. vs. 948. Xenophon VI. Ἀναβ. pr. Diodorus Siculus Lib. XIV. cap. XXXII. Cicero pro Lege Manil. cap. VIII. Plinius Lib. VI. cap. 2. Vid. Cellarius Notit. Orb. Ant. Lib. III. cap. VIII. n. 55.

2. *Aqua deficiuntur.*] Deſtituuntur. Supra Lib. II. Epiſt. XVII. *Haec utilitas, haec amoenitas* deficitur *aqua.* Buchner. Vide ad Lib. II. Epiſt XVI. n. 2. *etiamſi* jure deficerentur.

3. Ab *capite.*] Ita Aldus: Sich. a *capite.* Sed neque *ab* ante *c* antiquis inſolens. Livius Lib. XXIII. cap. I. *ab cedentibus:* & Lib. XXVI. cap. XIII. fin. *ab cruciatu.* Quod praeceſſit *ab ſeptodecimo*, hoc eſt, *ab* ante s. Ciceroni, Varroni, Caeſari, & cum primis Livio ſaepius uſurpatum, ut alibi oſtendimus. Ceterum *ab capite* eſt *a fonte.* Horatius Lib. I. Od. I. vs. 22. *ad* aquae *lene* caput *ſacrae.* Cellarius. Adde Ovidium III. Triſt. Eleg. VIII. vs. 1. 2.

In caput *alta ſuum labentur ab aequore retro*
Flumina.

ubi Ciofanio. Item Noſter Lib. VIII. Epiſt. VIII. n. 5. Non ſolum autem Aldus ab *capite*, ſed etiam Schurerius, Catanaeus, Caſaubonus, Gruterus, alii, in qua re habent conſentientem Voſſ. qui tamen ſupra cum principe Ed. mutato reliquorum ordine: *Eſt ſtatim tamen.* A Cellario adlatis junge, niſi grave eſt, Liv. Lib. IV. cap. XL. *ab conſule.* cap. XLI. *ab conſpectu.* ubi tamen Senatoriae membranae a *conſpectu.* Longolius.

4. *Suſceptus.*] Delectus. An magis, *ſuſpectus*, ne ſit lutoſum & molle ſolum, vel potius cedens? Catan. Voſſian. MS. & Ed. princeps cum hic tum ſequenti Epiſtola obferunt *ſuſceptus*, quod etiam ſe inveniſſe Catanaeus teſtatur. *Suſcipere* eſt in architectura veteri idem ac fulcire. Sic Plinius Epiſt. XLVIII. n. 2. *Nam* fulturae & ſubſtructiones, *quibus ſubinde* ſuſcipitur, *non tam firmae mihi quam ſumtuoſae videntur.* quae Gronovio evocantur inter alia ad Senec. Epiſt. XC. *Quid* lapideas moles *in rotundum ac leve formatas, quibus porticus & capacia populorum tecta* ſuſcipimus Fruſtra tamen arbitror illos hanc vocem hac ſequentique epiſtola ingerere, quod locus dicatur mollis; eſt autem mollis locus, qui opus ſuſtinere nequit, ut ex dicta Epiſt. XLVIII. n. 2. patet. Nec crediderim, locum eſſe fultum, de quo dubium ſit, eaque de cauſſa explorandum, an recipere & ſuſtinere aquaeductum poſſit; immo talis *ſuſpectus* eſt. Nec exempla deſunt, in quibus *ſuſpicere* & *ſuſcipere* librariis confuſa fuerunt. Vide Lib. III. Epiſt. IX n. 26. Lib. V. Epiſt. VI. n. 38. Cel. Burmann. ad Ovid. III. Amor. Eleg. VIII. vs. 1. idemque deprehendimus in Senatorio codice Liv. Lib. I. cap. XLIX. *non* ſuſceptos *modo aut inviſos* cet. mendoſe pro *ſuſpectos. paſſibus* non viſitur in Voſſ. & veteri Ed. Longolius.

5. *Pecunia* . . contracta.] *Contrahere* hic idem eſt ac colligere, de quo verbo nonnihil diximus ad Epiſt. LXXXVIII.

XCII. Trajanus Plinio.

Permittit deduci aquam.

Ut coepiſti Secunde cariſſime, explora diligenter, an locus ille, quem [1] *ſuſpectum habes, ſuſtinere opus aquaeductus poſſit.* [2] *Neque enim dubitandum puto, quin aqua perducenda ſit in coloniam Sinopenſem,* [3] *ſi modo & viribus ſuis* [4] *ipſa id aſſequi poteſt, cum plurimum ea res & ſalubritati & voluptati ejus conlatura ſit.*

XCIII. Plinius Trajano.

De petitione Amiſenorum.

Per libellum Amiſenorum petit concedi magiſtratum, qui donis publicis praeſit.

[5] Amiſenorum civitas & libera & foederata beneficio indulgentiae tuae

1. *Suſpectum.*] Voſſ. & Jo. de Tridino *ſuſceptum*, ut modo ante monuimus, noſtramque ſententiam diximus.

2. *Neque* enim.] Voſſ. etiam hic, ut fere ſemper ſolet, non agnoſcit particulam *enim*, idemque facit princeps Ed. Vide Epiſt. LXX. extr.

3. *Si modo viribus ſuis.*] *Vires*, facultates ſunt. Supra Epiſt. XXXV. *Si inſtructio novi balinei oneratura* vires *Pruſenſium non eſt.* Eumenius Rhetor pro reſtaurandis Scholis: *Salarium me liberaliſſimi Principes ex hujus Reip.* viribus *accipere juſſerunt. Vires patrimonii* ſimiliter Ulpiarus dixit L. In arbitrium I. §. 1. in fine D. de Legat. II. Buchner.

4 Ipſa id *adſequi.*] Voſſ. & prima Ed. expellunt *ipſa id*, & quidem ſalvo ſenſu. Cui enim, qui antecedentia legerit, ignotum ſit, Sinopenſem coloniam eſſe, quae id voluerit adſequi, idque ipſum eſſe aquam perducere. In ſola Minois haeret *exſequi* pro *adſequi*, neſcio ex deſtinato an errore, quod paene crediderim, quoniam illud alterum tueatur Caſauboniana, quam tamen illa uſquequaque ſequi ſolet. Nec diffitear, ſe mihi olim probaſſe iſtud *exſequi*, quomodo accipitur in Liv. Lib. XXX. cap. IV. *Ita tollit inducias, ut libera fide* incepta exſequeretur. ſed in tempore didici, non eſſe ſollicitandam receptam lectionem. Plinius Lib. II. Epiſt. VII. n. 1. *qui decus iſtud ſudore & ſanguine & factis* adſequebantur. Tranquill. Claud. cap. III. *Verum ne ſic quidem quidquam dignitatis* adſequi. de Ill. Gramm. cap. XI. extr. ex Bibaculo:

> ——— *quibus ille diſciplinis*
> *Tantam ſit ſapientiam* adſecutus.

Cicero in Piſon. cap. I. *Is mihi etiam gloriabitur, ſe omnes magiſtratus ſine repulſa* adſecutum. Longolius.

5. *Amiſenorum.*] *Amiſus* civitas nobilis, diſtans a Sinope ſtadiis nonaginta, eſt in Ponto, auctore Stephano. omiſſis igitur quae a Plinio, Strabone, & Ptolomaeo de *Amiſo* ſcribuntur, Appiani hiſtoria contenti erimus. *Lucullus*, inquit, *ad* Amiſum *ſupra Sinopen caſtra poſuit, & civibus per mare fugientibus, cum intellexiſſet eam urbem ab Athenienſibus, dum mari imperitarent, conditam fuiſſe, & diutius populari civilitate uſam, ſubinde Perſarum paruiſſe regibus, denuo vero in eandem democratiam reſtitutam ab Alexandro, iterum a Ponticis ſubactam, urbis ſortem miſeratus Alexandri in mortem, cujus gloriam aemulabatur, & quod genus eſſet Atticum, ſuis legibus vivere juſſit.* Catan. Immo potius videndus eſt Plutarchus in Lucullo, unde iſte ſua hauſerit. Adde Ciceronem pro

tuae legibus ſuis utitur. [1] In hac datum mihi publice libellum [2] ad Eranos pertinentem, his literis ſubjeci, ut tu Domine diſpiceres, quid, & quatenus, aut permittendum, aut prohibendum putares.

XCIV. Trajanus Plinio.

Concedit exactionem collationum apud Amiſenos, modo ex pecunia collecta ſuſtineant inopes.

Amiſenos, quorum libellum epiſtolae tuae ſubjunxeras, ſi legibus iſtorum, quibus de officio foederis utuntur, conceſſum eſt Eranum habere, [3] *poſſumus,* [4] *quo minus habeant, non impedire: eo facilius, ſi tali collatione*

pro Leg. Manil. cap. VIII. Locus Strabonis, cujus Catanaeus mentionem injicit, eſt Lib. XII. pag. 823. item Plinii Lib. VI. cap. II. Plura dabit Cellarius Notit. Orb. Ant. Lib. III. cap. VIII. n. 64. Illi vero, quos excitavimus, ſatis demonſtrant, liberam fuiſſe Amiſenorum civitatem, nec hic locum invenire *liberata*, ut legitur in Aldina poſteriori, Juntina, Schureriana, & Caſaubonus ac Minos in margine notarunt.

1. *In* hac *datum mihi* publice.] Primum Cl. Minois Ed. *haec*, in quo tamen non ſecuta eſt Caſaubonianam, a qua alioquin ne latum unguem quidem diſcedit, ut merito inter typothetarum vitia referam. Deinde abeſt *publico* a Voſſ. MS. & principe Ed. *Publice* eſt publico nomine. Id oſtendimus ad Epiſt. LXXXVII. Longolius.

2. *Ad Eranos pertinentem.*] De *Eranis* obiter ſaltem & tranſlatitie. Turnebus meminit Lib. III. Adverſar. cap. VI. ipſam rem accurate doctiſſimeque, ut ſolet, Caſaubonus ad Characteres Theophraſti explicat capite περὶ ἀνθαδείας. Erant Athenis atque in aliis civitatibus Graecis ſodalitates ſive hetaeriae inſtitutae: quae ſingulae habebant arcam, in quam conferrent ſtipem menſtruam, ut ſemper eſſet, unde levari conſodales poſſent, ſi quis in caſum aliquem adverſum incidiſſet, ea lege, ut ſi eluctatus illam neceſſitatem eſſet, & ſecundioribus rebus uteretur, tantundem redderet: eumque in finem maxime ſodalitates illae, pio ſane pulcherrimoque inſtituto, contractae erant. Has itaque ſtipes, ſive collationes ſingulis menſibus inferri in arcam ſolitas ἐράνους; & factum ipſum ἐρανίζειν, vocant. Plane ita & Chriſtiani habebant arcam, in quam menſtrua die conferrent ſtipem alendis pauperibus, & ſi qui alii ſolatio iſtiuſmodi indigerent. Lege Tertullianum Apologet. C. XXXIX. Buchner. Item Cujacium Opp. Tom. IV. pag. 156. Voſſ. & Jo. de Tridino *heranos*, pro quo reliqui omnes *eranos*. Eamdem vocem deprehendimus in membranis Biblioth. Senat. Lipſienſ. Liv. Lib. IV. cap. LX. *aes grave paluſtris quidam ad* eranum *convehentes.* editi libri *aerarium.* Longolius.

3. *Poſſumus non, &c.*] *Poſſumus non impedire*, pro non impedimus, antiquis loquendi genus eſt. Tibullus Lib. I.

Hunc cecinere diem Parcae fatalia nentes
Stamina, non ulli diſſoluenda Deo:
Hunc fore, Aquitanas poſſet *qui* fundere *gentes.*

Poſſet fundere, pro, funderet. Infinita alia exempla novit Cantero Lib. II. Novar. Lection. cap. II. D. Marcus cap. VI. vs. 5. καὶ οὐκ ἠδύνατο ἐκεῖ οὐδεμίαν δύναμιν ποιῆσαι: *& non* poterat *ibi virtutem ullam* facere, id eſt, non faciebat. Neque enim poteſtas faciendi deerat Salvatori [de eo loquitur Euangeliſta] ſed voluntas. Buchner. Vide tamen, quae animadverterunt Corte ad Salluſt. Jug. cap. LVIII. n. 13. & Broukhuſ. ad Tibull. Lib. I. Eleg. XI. vs. 31. Vulgo paullo ante legebatur *Eranos*, in cujus locum ſubſtituimus Aldinarum, Juntinae, Schurerianae Edd. *Eranum*, quod etiam comparet in marginibus Caſauboni & Minois, nec multum diſſentiunt Voſſ. & prima Ed. qui ita legunt diſtinguuntque: *conceſſum eſt.* Eia num *habere poſſumus.* Ceteris obverſabatur ſuperioris epiſtolae *Eranos*, quod huc transſcriberent, errore, quem eruditi paſſim in antiquis libris notarunt. Longolius.

4. Quo *minus.*] Voſſ. MS. qui *minus*, quam

ne non ad turbas [1] *& illicitos coetus, ad ſuſtinendam tenuiorum inopiam utuntur.* [2] *In caeteris civitatibus, quae noſtro jure obſtrictae ſunt,* [3] *res hujuſmodi prohibenda eſt.*

XCV. Plinius Trajano.

Jus trium liberorum amico petit.

Suetonio in contubernium aſſumpto jus trium natorum ab imperatore petit, & obtinet.

Suetonium Tranquillum, [4] probiſſimum, honeſtiſſimum, eruditiſſimum virum, & mores ejus ſecutus & ſtudia, jampridem, Domine, in contubernium adſumpſi, tantoque magis diligere coepi,
2 quanto hunc propius inſpexi. Huic jus trium liberorum neceſſarium faciunt cauſae. Nam & [5] judicia amicorum promeretur, & parum

lectionem adripuerunt Jo. de Tridino, Aldus, Junta, Schurerius. Simile vidimus Epiſt. LXIV. n. 1.

1. *Et illicitos coetus* ſed cet.] Voſſ. & princeps Ed. *&* ad *illititos* cet. ac neſciunt mox *ſed*, quae adverſativa etiam abeſt ab Aldinis & Schureriana, nec inſolitum, eamdem interdum poſt *non* auctores omittere. Salluſt. Jug. cap. XXXIII. extr. *ſin reticeat*, non *ſociis ſaluti fore*; ſeſe *ſuasque ſpes corrupturum.* ubi videas Cortium & ad Cat. cap. LII. n. 6. Non *agitur de vectigalibus*, non *de ſociorum injuriis*; libertas *& anima noſtra in dubio* eſt. Quinctilianus Declam. X. cap. VIII. Non *dico crudele eſt*, portento ſum, *nefarium* cet. Vellejus Lib. II. cap. LXXII. n. 5. *cum fortuna* non *electionem daret*, perfugium *oſtenderet.* ubi pariter vulgo ſed *perfugium*, expunxit tamen *ſed* Cel. Burmannus fretus auctoritate editionis primae, quem etiam conſule ad Quinctil. Decl. XIV. cap. VI. item Gronov. ad Liv. Lib. XXVIII. cap. XXXIX. Lib. XXXVI. cap. XIX. Lib. XXXIX. cap. VIII. Longolius.

2. *In caeteris civitatibus, &c.*] Non mirum eſt, concedi quidem, non probari tamen, quin prohiberi a Trajano, in aliis civitatibus, quae non ſuis ſed Romanis legibus uterentur, Eranos iſtos; qui & hetaerias ipſas, ſive ſodalitates, inſtitui nolebat, ea de cauſa, quam ſupra perſtrinximus. Buchner.

3. *Res hujuſmodi prohibenda eſt.*] Ne videlicet fiant Erani, neve hetaeriae, fontes ſeditionum & conjurationum. Nota hic, Plus fuiſſe indultum foederatis civitatibus vel populis, quam ipſis Romanis, vel eorum jure utentibus. Idem.

4. *Probiſſimum.*] Optimis praeditum moribus. Infamia tamen poſtea non caruit: quod apud Sabinam Adriani uxorem familiarius ſe geſſerit, quam reverentia domus aulicae poſtularet: quare ſucceſſorem meruit in magiſterio epiſtolarum. Catan. Paullo poſt Caſaubonus & Minos in margine: *ſequutus ſtudia jampridem*, omiſſo *&*.

5. *Judicia amicorum promeretur.*] Meretur aſſequi illud, quo amici dignum judicant. nam promereri in laudem accipitur. Apulejus. *ingentem ob id laudem apud populares ſuos* promeritus. Virgilius. *nunquam regina negabo* Promeritam: Terentius in Adelphis, *promeruit* dixit. Catan. Noſter in Paneg. cap. LXII. n. 7. *Quisquis probatos ſenatui viros ſuſcipit, hic maxime principem* promeretur. Sueton. Calig. cap. III. *conciliandaeque hominum gratiae*, ac promerendi *amoris mirum & efficax ſtudium.* Tit. cap. I. *tantum illi ad* promerendam *omnium voluntatem vel ingenii, vel artis, vel fortunae ſuperfuit.* Judicia ſunt, quibus heres aliquis fit. Res eſt in Jure notiſſima, ut vel docent Leg. 8. §. 10. & Leg. 23. §. 1. π. de inoff. teſt. Leg. V. §. 2. π. de his quae ut indign. auf Cicero. Lib. XIII. Epiſt. XLVI. n. 1. *L. Noſtius Zolius eſt* coheres *meus*, heres *autem patroni ſui: ea re utrumque ſcripſi, ut & mihi cum illo cauſſam amicitiae ſcires eſſe, & hominem probum exiſtimares, qui patroni* judicio *ornatus eſſet.* Seneca II.

rum felix matrimonium expertus eſt, [1] impetrandumque à bonitate tua per nos habet, quod illi fortunae malignitas denegavit. Scio, Domine, [2] quantum beneficium petam. [3] Sed peto a te, cujus in omnibus 3
deſideriis meis pleniſſimam indulgentiam experior. [4] Potes autem colligere, [5] quanto opere cupiam, quod non rogarem abſens, ſi mediocriter cuperem.

XCVI. Traianus Plinio.

Reſcribit Trajanus, dediſſe ſe quod petierat.

QUAM parce[6] haec beneficia tribuam, utique mi Secunde cariſſime,[7] haeret tibi: cum etiam in ſenatu adfirmare ſoleam, non exceſſiſſe me nu-

ca II. de Ira cap. VII. *Alius* judicia patris *accuſat*, *quae mereri ſatius fuit*. Plura vide apud Lipſium & apud eumdem Senecam IV. de Benef. cap. XI. Tranquill. Aug. cap. LVI. *Nam quamvis minime adpeteret* hereditates, *vt qui numquam ex ignoti* teſtamento *capere quidquam ſuſtinuerit: amicorum tamen* ſuprema iudicia *moroſiſſime penſitavit*. ubi olim, ſi Deus vitam conceſſerit, plura dabimus. Ceterum quae hic *judicia*, ſupra Lib. V. Epiſt. I. n. 11. *honor* dicitur, ubi vide. Jam vero illo tempore jure trium liberorum opus erat, qui hereditates capere volebat. Egit de ea re doctiſſime in Commentario ad L. Juliam & Papiam Poppaeam V. C. Heineccius. Aliqua enarrata fuerunt ad Lib. II. Epiſt. XIII. n. 8. & Lib. VII. Epiſt. XVI. n. 2. Longolius.

1. *Impetrandum... habet.*] Sufficiat, quia paſſim jam de hac loquendi ratione dictum fuit, provocaſſe ad Epiſt. LXXXII. n. 1. Adpoſite pro interpretatione τȣ̃ *fortunae malignitas* adſcripſit Cellarius locum Martialis Lib. II. Epigr. XCI. vs. 5. 6.

> *Quod* fortuna vetat fieri, *permitte videri*
> *Natorum genitor credat ut eſſe trium.*

2. *Quantum beneficium.*] Raro enim concedebat Trajanus jus trium natorum, quod ſequens ejus epiſtola ſatis indicat, & alibi Secundus: *nuper ab optimo principe trium liberorum jus impetravi, quod quamquam parce & cum dilectu daret, mihi tamen tanquam eligeret indulſit.* Idem. Locus Plinii, quem excitavit Catanaeus, exſtat Lib. II. Epiſt. XIII. n. 8.

3. *Sed peto a te.*] Ita nos reſtituimus monitu Voſſ. & Jo. de Tridino Juntaque. Reliquorum: quod *peto a te* facile ſeſe improbabit ei, qui Plinium novit. *Pleniſſimam*, quod paucis interjectis ſequitur, neque MS. Voſſ. neque vet. Ed. agnoſcunt, invito tamen, ut videtur, Secundo. Epiſt. CV. *pro omnibus pariter, invocare* indulgentiam *tuam, qua debeo tanto modeſtius, quanto* pleniorem experior. Ibi vidgatam nemo ſollicitavit. Lib. III. Epiſt. IX. n. 23. *Eodem Senatusconſulto induſtria, fides, conſtantia noſtra* pleniſſimo teſtimonio *comprobata eſt*. Adde quae Rittershusius ad Epiſt. III. hujus decimi libri prius. Indulgentia *tua*, *Imperator optime*, *quam* pleniſſimam experior, cet. Longolius.

4. *Potes* autem *colligere.*] Voſſ. MS. & Vet. Ed. *potes* enim *colligere.*

5. Quanto opere *cupiam*] Ita etiam hic repoſuimus ex libro MS. & Ed. Jo. de Tridino, Aldinus, itemque ex margine Caſauboni & Minois. Vide ad Lib. I. Epiſt. VII. n. 3. Lib. II. Epiſt. XVII. princ. Lib. IV. Epiſt. XVIII. n. 1. Sic & alii. Caeſar de Bell. Gall. Lib. VII. cap. LII. quanto opere *eorum magnitudinem admiraretur*... tanto opere *delectet*, ut in tribus MStis reperimus. Livius Lib. I. cap. XVII. *quia nemo* magno opere *eminebat in novo populo*. Ita exſtat in Senatoriis membranis. Nunc quidem plura ex noſtro penu non promamus, ſed reſervabimus obſervationi ad Tranquill. noſtrum Caeſ. cap. I. *quem incolumem* tanto opere *cuperent*. Longolius.

6. *Haec beneficia.*] Jus trium natorum, quod qui conſecutus fuiſſet, multis praerogativis muniebatur. Idem.

7 Haeret *tibi.*] Id eſt, probe meminiſti. Vide ſupra ad Epiſt. XXXI. *Sed & illud* haereat nobis addas, licet, Catanaeum ad Epiſt. V. n. 11. *ait*, *timere ſe*, *ne* animo meo *penitus* haereret.

numerum, quem [1] *apud ampliſſimum ordinem* [2] *ſuffecturum mihi profeſſus ſum: tuo tamen deſiderio ſubſcripſi,* [3] *& dediſſe me jus trium liberorum Suetonio Tranquillo, ea conditione qua aſſuevi, referri in* [4] *commentarios meos juſſi.*

XCVII. PLINIUS TRAIANO.

De Chriſtianis.

[5] SOlemne eſt mihi, Domine, omnia, de quibus dubito, ad te referre

1. *Apud ampliſſimum ordinem.*] Ut mali Principes (quales ante Trajanum non pauci fuerunt) Senatum pro nihilo ducebant, ac fere in loco mancipiorum habebant: ita boni Principes (inter quos optimus fuit Trajanus) eundem venerari, ejuſque auctoritatem minime inſuper habere ſolebant, imo etiam quaſi actuum & geſtorum ſuorum rationes ei reddere deberent, ita ſe gerebant, ita ſuas actiones inſtituebant. Sic & Trajanus Senatui certum edidit numerum hominum, ultra quem non eſſet cuiquam facile jus trium liberorum conceſſurus. Quantus ille numerus fuerit, nobis non liquet. RITTERSH Ampliſſimus ordo eſt ſenatus. Plinius, Epiſt. III n. 2. *Ut illum in* ampliſſimum ordinem *promoveret.* Epiſt. XXI. *obſequium* ampliſſimi ordinis, *quod juſtiſſime exigebat, praeſtando* Ad quae duo loca nonnihil dixerunt BUCHNERUS & RITTERSH.

2. *Suffecturum.*] Subrogaturum, ſubſtituturum mortuis, quibus id jus fuerat. Non autem, *Suffecturum mihi*, id eſt, poſiturum loco meo, niſi quis interpretetur, ſuffecturum mihi, ſatisfacturum mihi: nam ſufficere ſatis eſſe ſignificat vulgatis auctoritatibus. CATAN. Cui ſe non probabit poſterior explicatio? Plinius Lib. II. Epiſt. XIII. n. 3. *Malles tu quidem* multos, *ſed meae verecundiae* ſufficit unus aut alter, aut potius unus. Sic ſupra Epiſt. XLIX. n. 1. mihi ſufficiet, *indicari, cui ſententiae acceſſeris.* Paneg. C. LXXXVIII. n. 2. *Tu libertis tuis ſummum quidem honorem, ſed tamquam libertis habes, abundeque* ſufficere his *credis*, ſi probi & frugi exiſtimentur. Princeps editio cum Voſſ. MS. *profeſſum* pro *profeſſus ſum.*

3. *Et ut ſcias dediſſe.*] Ald. & Schurer. editio non habet, *ut ſcias*, quae etiam rectius abeſſe videntur. RITTERSHUSIUS. Abſunt etiam a principe Editione, ut & Juntina, Schureriana, in quo ſequuntur Voſſ. Cod. Scripturam. Recte ergo viderunt Rittershuſius & Cellarius, ea abeſſe debere, praeſertim cum iidem omnes infra Epiſt. CVI. illa neſciant. Caſaubonus & Minos orae ſuorum librorum adſcripſerunt: *& tu ſcias.*

4. *Commentarios meos.*] Principales, in quibus acta breviter notabantur. nam conſueverunt imperatores rerum à ſe geſtarum commentarios conficere. CATAN. *Referri in Commentarios meos juſſi.*] Ita poſt Epiſt. CVI. Intelligit, *Diurnos Commentarios*, ſive *Acta divina*, ſeu *Quotidiana*, de quibus ad Lib. VI. Epiſt. XXII. BUCHNER. Vide etiam Epiſt. LXXII. hujus libri.

5. *Solemne.*] Conſuetum, tanquam ſacrum anniverſale, & immobile. CATAN Sollemne *eſt mihi*, Id eſt, hunc morem perpetuo obſervare, ſicut alter Plinius Lib. XXVIII. cap. IX. *Novae nuptae intrantes etiamnum* ſollemne *habent poſtes eo adtingere* Loquitur de adipe ſuillo. Sic Cicero VII. ad AT. Epiſt. VI. princ. *Plane deeſt, quod ad te ſcribam; nota omnia tibi ſunt: nec ipſe habeo a te quid exſpectem. Tantum igitur noſtrum illud* ſollemne *ſervemus, ut ne quem iſtuc euntem ſine litteris dimittamus* Sic Horatius II. Epiſt. I. vs. 103. de ICtis antiquis

> *Romae dulce diu fuit &* ſollemne, *recluſa*
> *Mane domo vigilare, clienti promere jura.*

Idem Horatius de venatione Lib. I. Epiſt. XVIII. vs. 49.

> *Romanis* ſollemne *viris opus.*

Sic Suetonius in Auguſto cap. XXIV. *gladiatores promiſcue ſpectari* ſollemne *olim erat.* Sic Tacitus dixit *ſollemnia nuptiarum, ſollemnia funerum, pietatis, regni* cet. Sic ICti *ſollemnia teſtamentorum* & *ſollemnitatem adoptionum* & *adrogationum.* Sic apud optimos quoque auctores paſſim legimus *ſollem-*

ferre. Quis enim poteſt melius vel cunctationem meam regere, vel
[1] ignorantiam inſtruere? Cognitionibus de Chriſtianis interfui nun-
quam: ideo neſcio, quid, & quatenus, aut puniri ſoleat, aut quae-
ri. Nec mediocriter haeſitavi, ſit ne aliquod diſcrimen aetatum, an
[2] quamlibet teneri nihil a robuſtioribus differant. detur poenitentiae
venia: an ei, qui omnino Chriſtianus fuit, deſiſſe non proſit; [3] no-
men ipſum [4] etiam ſi flagitiis careat, an flagitia cohaerentia nomini pu-
niantur. Interim in iis, qui ad me tanquam Chriſtiani deferebantur,
hunc ſum ſecutus modum. Interrogavi ipſos an eſſent Chriſtiani: con- 3
fitentes iterum ac tertio interrogavi, ſupplicium minatus: [5] perſeveran-
tes [6] duci juſſi. Neque enim dubitabam, qualecunque eſſet quod fate-
ren-

lemnia vota, verba ſacra, ſacrificia, feſta, auſpicia, ceremonias, aras, preces, pompas, ludos, dapes, epulas, dies habitum, ignem, iter, imperium, morem & ſimilia hujusmodi, in quibus certi adhibentur ritus. RITTERSHUSIUS. Alia dabunt Perizonius ad Sanct. Minerv. Lib. IV. cap. XVII. not. 1. & Cel. Burmann. ad Phaedr. Prol. Lib. III. vs. 61.

1. *Ignorantiam* inſtruere.] De hoc ſignificatu verbi *inſtruere* ſatis diximus ad Epiſt. LXXXV. n. 3. *ut longiorem diem ad* inſtruendam cauſſam *darem.* quae ſi perpendas, incongruum adparebit Voſſ. & Vet. Ed. *exſtruere.*

2. Quamlibet *teneri.*] Id eſt, quantum vis teneri, quomodo proprie accipitur *quamlibet.* Noſter ſupra Lib. II. Epiſt. XIV. n. 6. *hoc pretio* quamlibet numeroſa *ſubſellia implentur.* Ubi idem obſervavit Catanaeus. Paneg. cap. LXI. n. 2. *Accidit quidem, ut corpora* quamlibet ardua & excelſa *proceribus admota decreſcant.* Equidem optimae membranae Guelpherb. *quaelibet*, quo tamen illud vulgatum elegantius videtur. Quemadmodum *quamvis* Virgilio I. Aen. vs. 3.

Ut quamvis avido *parerent arva colono.*

Vide ibi Taubmannum & Burmannum ad Phaedr. Lib. I. Fab. XXVIII. vs. 1. Paullo ante pro *puniri* Caſaubonus & Minos in margine adnotarunt *punire.* Deinde Voſſ. Jo. de Tridino & Catanaei prior Ed. *detur*, ſine reliquorum omnium enclitica dictione *ne.* Bene multa exempla congeſſimus ſupra ad Epiſt. LXIV. n. 5. quae noſtram emendationem vindicabunt. immo ei ſatis praeſidii in hac epiſtola eſt. Statim enim haec leguntur: nomen *ipſum etiam ſi flagitiis careat*, an *flagitia cohaerentia nomini puniantur.* Omiſſo pariter, *ne*, *an*, aut ſimile, quale hic pariter, ut illic ſubintelligendum. Add. Heinſius ad Ovid. Faſt. II. vs. 394. LONGOLIUS.

3. *Nomen ipſum*] An puniantur Chriſtiani, quod Chriſtiani dicuntur, etſi omni ſcelere careant. Si nominis odium erat, quis nominis reatus? quae accuſatio vocabulorum, niſi aut barbarum ſonat aliquod vox nominis, aut infauſtum, aut maledicum, aut impudicum: Chriſtianus vero, quantum interpretatio eſt, ab unctione deducitur CATANAEUS. *Nomen ipſum.*] Utrum de nomine & appellatione tantum, quae odioſa inviſaque ſit; aut de flagitiis huic generi hominum, quod Chriſtianos ſeſe appellant, propriis puniantur. Sane & veteres patres conquerebantur; Chriſtianis magis nomen, quam vitam, exprobratum: atque ex eo plus acerbiſſimi odii, quam per flagitia ſceleraque aliis fuiſſe contractum. Lege Tertulliani Apologet. cap. II. ubi ex hac ipſa Epiſtola nonnulla allegat, & cap. III. BUCHNER.

4. Etiamſi *flagitiis careat.*] Voſſ. & princeps Ed. ſi *flagitiis careat.* Deinde Voſſ. *cohaerenti*, quomodo etiam expreſſum eſt in Vet. Ed. & Aldina, *cohaerentis* margines Caſauboni & Minois. Inepte. Res ipſa ſtat pro vulgata, quam ceteri libri omnes habent. Mox pro *in iis* eſt in Voſſ. & Jo. de Tridino *his*, quale alibi obſervavimus, puta pro *iis*, ut utraque Aldina habet, omiſſa praepoſitione

5. *Perſeverantes.*] Tertull. capitulo ſecundo, *Laniari jube ſacrilegum* (*ſic enim dicere ſoletis*) *ſi confiteri* perſeveraverit. *Nam odio erat in hominibus innocuis etiam nomen innocuum.* BUCHNER.

6. *Duci juſſi.*] *Duci*, ad ſupplicium. Nam magiſtratus verbum eſt: qui aut tradendos carceri, aut afficiendos ſupplicio *duci* jubebat. Seneca Lib. I. de ira cap. ult. *Cn. Piſo cum iratus duci juſſiſſet*

eum,

rentur, [1] pertinaciam certe & inflexibilem obſtinationem debere pu-
4 niri. Fuerunt alii [2] ſimilis amentiae: quos, [3] quia cives Romani erant,
adnotavi in urbem remittendos: mox [4] ipſo tractatu, ut fieri ſolet, dif-
fun-

eum, qui ex commeatu ſine commilitone redierat. Mox rurſus: *Damnatus extra vallum ductus eſt.* Iterum ibidem: *Conſcendit tribunal Piſo furiens ac jubet duci utrumque.* Suetonius Caligula cap. XXVII. *Cuſtodiarum ſeriem recognoſcens nullius inſpecto elogio, ſtans tantummodo intra porticum mediam, à Calvo ad Calvum duci imperavit.* Quod *duci* ἁπλῶς hoc in loco, id cum declaratione & plene in Tiberio cap. LVII. *ad ſupplicium duci*, appellavit, quod Ciceroni Catil. 1. *ad mortem duci* eſt. Buchner. Quinctil. Decl. CCCXV. p. 628. Moriendum eſt: *quid tibi praeſtare infelix pater poſſum: cum* duceris, *flebo, plangam.* Florus Lib. III cap. XXI. n. 28. *ut obſides jure belli, & modo* morte damnati duci *jubentur.*

1. *Pertinaciam.*] Ita Voſſ. MS. quod ſequendum duxi praeeuntibus Joanne de Tridino & Catanaeo in priori Editione, eamdemque lectionem in margine ſuorum librorum notarunt Caſaubonus & Minos. Iſtam quidem paullo timidius reſtituimus, reliquis omnibus contra nos ſtantibus, ac pertinaciſſime *pervicaciam* ſervantes, hancque vocem non plane damnare audemus. Illa tamen in delicio eſt Noſtro. Sic *pertinax valetudo* Lib. I. Epiſt. XXII. n. 1. Lib. VII Epiſt. I. n. 1. Lib. VI. Epiſt. V. princ. *Scripſeram tenuiſſe Varenum, ut ſibi evocare teſtes liceret, quod pluribus aequum, quibusdam* iniquum, *& quidem* pertinaciter *viſum.* Lib. VII. Epiſt. VI. n. 2. Perſtat *tamen idem ille Magnus: quin etiam Nigrinum optimum virum* pertinaciſſime exercet. Eſt enim talis pertinacia vitium. Seneca Epiſt. LXXV. *Ut breviter finiam*, morbus *eſt* judicium in pravo pertinax. Idque vult *inflexibilis obſtinatio.* Salluſt. Cat. cap. XXXVI. n. 4. *fuere tamen cives, qui ſeque remque publicam* obſtinatis animis perditum irent. Plinius Lib. I. Epiſt. XII. n. 10. *nihil jam ne me impetraturum: tam* obſtinate *magis ac magis* induruiſſe. Adpoſite ergo Tertullianus Apolog. cap. XXVII. *Quidam* dementiam *exiſtimant, quod cum poſſumus & ſacrificare in praeſenti, & illaeſi abire, manente apud animum propoſito,* obſtinationem *ſaluti praeferamus.* Pariterque conjunxit Noſter *pertinaciam* & *obſtinationem* ac Quinctilianus Inſt. Orator. Lib. XII. cap. I. p. 1047. LONGOLIUS.

2. *Similis amentiae.*] Ejuſdem ſuperſtitionis: at magis religionis, & prudentiae. nam Septimius inquit, *non potes amentiam dicere, qui revinceris ignorare.* CATAN.

3. *Quia* cives Romani *erant*, adnotavi *in urbem remittendos.*] Hoc quoque verbum *adnotandi* plane eſt ICtorum. *Adnotare* dicitur judex, cum aliquid decernit, quod ſcribi & in acta referri jubet. ICti ſolent dicere, abſentes reos adnotari requirendos: in titulo Pandect. de requirendis reis. Hic vero Plinius e diverſo praeſentes adnotat, alio remittendos. Remittebat autem cum elogio & notoriis, ut tunc etiam loquebantur ICti. Quod ad jus civium Romanorum adtinet, (quo & Paullus Apoſtolus, Act. Apoſt. XXII. 25. ſeq. uſus eſt) duae veteres fuerunt leges, Porcia & Sempronia. Illa cavebat, ne quis civem Romanum virgis caederet, necaretve: ſed damnato exſilium permitteret. Sempronia vero, ne de capite civium Romanorum injuſſu populi judicaretur. Itaque Cicero Verr. VII. ait, hanc vocem, *civis Romanus ſum*, multis ſaepe in ultimis terris opem etiam inter barbaros & ſalutem adtuliſſe. Etſi autem tempore Trajani jam valde imminuta eſſent vetera civium Romanorum jura; tamen ea Plinius plane ſublata eſſe non putavit. BALDUINUS. Videndi omnino Livius Lib. X. cap. IX. & Gellius Noct. Att. Lib. X. cap. III. Sigonius de Antiq. Jur. Civ. Rom. Lib. I. cap. VI. Interpretationi verbi *adnotare* inſervire optime poterit. Sueton. Callig. c. XXVII. *Cum ad ſaginam ferarum muneri praeparatarum carius] pecudes compararentur, ex noxiis laniandos* adnotavit: *& cuſtodiarum ſeriem* recognoſcens, *nullius* inſpecto elogio, *ſtans* cet. Idemque forte vult *adnotatio praeſidii*, de qua Lib. X. C. de ſentent. paſſ. Eoque ſpectaſſe videtur Noſter Paneg. cap. XLIX. n. 6. *Non enim, ante medium diem diſtentus ſolitaria coena, ſpectator*, adnotatorque *convivis tuis immines.*

4. *Ipſo* tractatu.] Sententia hic latet talis: Semel excitata alicujus criminis inquiſitione, ſubinde plures ac veluti flamma corripiuntur, iisdemque nexibus implicantur. Videre hoc licet tum in crimine haereſeos, tum in majeſtatis, tum in magiae & incantationis, in quibus Camarina moveri ſolet, ut eſt in proverbio. Malo autem hic legere *tractatu* cum editione Veneta & Mediolanenſi & Argentoratenſi, quam *tractu*, ut eſt apud Henr. Stephanum: tametſi utramque lectionem notavit etiam Catanaeus in Ed. Mediolanenſi. Eſt autem *tractatus* ipſa inquiſitio criminis, & cognitio ſive tractatio; ſed *tractus* eſt mora vel dilatio. Sic dicimus tractatu habito *aliquid facere*, item *tractu* tempo-

fundente ſe crimine, [1] plures ſpecies inciderunt. Propoſitus eſt [2] libellus ſine auctore, multorum nomina continens, qui negant ſe eſſe Chriſtianos, aut fuiſſe; [3] cum praeeunte me Deos appellarent, & imagini tuae

temporis, & ſimilia. Rittersh. quem etiam vide ad Epiſt. XXVIII. n. 3 ibique ut & ad Lib. I. Epiſt. VIII. n. 8. Cortium. Deinde praeter jam nominatas *tractatu* habent quoque Jo. de Tridino, Aldina utraque, Juntina, Gryphiana. Summum pondus addit auctoritas MS. Voſſ. Tot gravibus auctoribus rejeci recentiorum *tractu*. Longolius.

1. *Plures* ſpecies inciderunt.] Nempe *in cognitionem meam*, ut Plinius loquitur ſupra Epiſt. LXIV. n. 4. Vocatae hic ſpecies, quas dicere ſolemus facti ſpecies, &. vulgo caſus: Graeci vocant ὑποθέσεις & alii θέματα. Sic in Leg. 29. π. de minoribus. & in Leg. 83. π. de Leg. 2. *proxime ex facto* incidit ſpecies. Similiter Neſennius Apollinaris Epiſt. ad Paullum L. 22. π. ad Leg. Falcidiam. Rittersh. Alia bene multa dabit Briſſonius de V. S. Lib. XVII. v. Species. *Incidere* autem idem eſt ac contingere, evenire. de quo eumdem, Lib. IX. h. v. item Cortium. ad Cic. V. Epiſt. XVII. n. 5. videas.

2. *Libellus.*] Accuſatorius. Sic Tranquillus Caeſ. cap. LXXX. *Ne populo quidem jam praeſenti ſtatu laeto, ſed clam palamque detrectante dominationem, atque adſertores flagitante. Peregrinis in ſenatum adlectis* libellus propoſitus eſt. Catan. Adde eumdem Tranquill. Vitell. cap. XIV. *Statim* libellus eſt propoſitus: *& Chaldaeos dicere*, cet. Voſſ. MS. & cum eo, ut ſemper ſolet, Jo. de Tridino pro *ſe eſſe* alio ordine *eſſe ſe*, quod vereor ne ex n. 6. ortum duxerit. ibi enim: eſſe ſe Chriſtianos *dixerunt*. Deinde Gryphius *negarant*, & aliqui recentiorum *negarent*, quod etſi in textum receperint Caſaubonus & Minos, exhibent tamen etiam in margine vulgatum *negant*, quod adprobantibus MS. Voſſ. & Ed. Vet. omnibus noluimus reiicere.

3. *Cum praeeunte me Deos appellarent.*] Qui Chriſtianorum cognitionibus praeerant, delatos initio blandis ac leniſſimis verbis ſollicitabant, ut deſererent eum ritum, & Deos adorarent. Perſuaſi, aut metu poenarum territi, ut fidem defectionis ſuae facerent, ſimulacra Deorum, allata in eum finem, venerabantur, & thure ac ſale in focum ardentem conjecto (nam arae quoque praeſto erant) ſacrificabant. Nam niſi facerent, tormenta & poenas ultimas interminabantur Praefecti. Apud Prudentium Paſſione Vincentii Judex ait:

Hoc namque decretum cape,
Aut ara thure e ceſpite,
Precanda jam nunc eſt tibi,
Aut mora luenda eſt ſanguine.

Produximus locum, ut a Nobiliſſimo Barthio emendatus eſt Adverſariorum libris, qui vulgo parum emendate legitur. Meminit & in Romano. Sed elegans locus eſt Agone Eulaliae. Ibi igitur Poëta ex perſona Proconſulis:

Aut gladio feriere caput,
Aut laniabere membra feris:
Aut facibus data fumificis,
Flebiliterque ululanda tuis,
In cineres reſoluta flues.

Haec, rogo, quis labor eſt fugere?
Si modicum ſalis eminulis
Thuris & exiguum digitis,
Tangere virgo benigna velis,
Poena gravis procul abfuerit.

Sed Plinius & Trajani imaginis meminit, quae & ipſa allata cum ſimulacris numinum fuerit, cui ſicut illis, ſacrificaretur. Nam & Imperatori divinos honores tribuebant. Aliquando tamen ſatis erat, *per Genium Caeſaris* juraſſe, de quo doctiſſimus Heraldus ad Tertulliani Apologet. cap. XXIX. Buchner. Tacitus Ann. Lib. XV. cap. XXIX. *Medio tribunali ſedem curulem, & ſedes* effigiem Neronis *ſuſtinebat. Ad quam progreſſus Tiridates, caeſis ex more victimis, ſublatum capite diadema imagini ſubiecit.* Minucius Felix Octav. cap. XXIX. n. 5. 6. *Etiam* principibus *&* regibus *non ut magnis & electis viris, ſicut fas eſt, ſed* ut deis *turpiter* adulatio falſa blanditur, *cum & praeclaro viro honor verius, & optimo amor dulcius praebeatur. Sic eorum* numen vocant, ad imagines ſupplicant, genium, *id eſt*, daemonem ejus, implorant: *& eſt eis tutius per Jovis* genium pejerare, *quam* regis. Adde quae ibi Cellarius ex Appuleio Met. IX. & Ulpiano Leg. 13. §. 6. de jurejurand. adſcripſit, itemque Nazianzenum Orat. in Julianum Apoſtatam. Jam in notis poſterioris Editionis Catanaeanae adnotatum eſt, in quibuſdam exemplaribus legi *praeſente*, eamdemque lectionem exhibet margo Caſauboni & Minois. Sed facile ſe tuetur *praeeunte*, ſi vel illa hic repetantur, quae ſupra ad Epiſt. LX. dixit Longolius.

1. Ergo

tuae (quam propter hoc juſſeram cum ſimulacris numinum afferri) thu-
re, ac vino ſupplicarent: praeterea maledicerent Chriſto; quorum ni-
hil cogi poſſe dicuntur, qui ſunt re vera Chriſtiani. [1] Ergo dimitten-
6 dos putavi. [2] Alii ab indice nominati, eſſe ſe Chriſtianos dixerunt:
& mox negaverunt, fuiſſe quidem, ſed deſiiſſe: quidam ante trien-
nium, quidam ante plures annos, non nemo [3] etiam ante viginti
quoque. [4] Omnes & imaginem tuam, Deorumque ſimulacra venerati
ſunt;

1. Ergo *dimittendos putavi.*] Ita Catanaeus, Gryphius & recentiſſimus quisque. Aldinae, Juntina, Schureriana itemque margo Caſauboni & Minois non agnoſcunt *ergo*, quod etiam abeſt a Cod. Voſſ. & Jo. de Tridino libro, qui tamen in hoc ab omnibus diſcedunt, quod habeant: *dimittendos* eſſe *putavi.* quemadmodum etiam paullo ante *poſſe cogi* pro *cogi poſſe.*

2. *Alii ab Indice nominati.*] *Nominare* eſt, ad magiſtratum deferre alicujus nomen criminis cauſa. Livius Lib. XXXIX. cap. XVII. SCtum quoddam recitans: *Si quis quem adduxiſſet, nomenve abſentis detuliſſet, qui nominatus profugiſſet, diem certam ſe finituros: ad quam niſi citatus reſpondiſſet, abſens damnaretur. ſi quis eorum, qui tum extra Italiam eſſent, nominaretur, ei laxiorem diem daturos.* BUCHNER Plin. Lib IX. Epiſt. XIII. n. 17. *Puto, inquit, injuriam factam Publicio Ceſto, ſi non* abſoluitur. nominatus eſt *ab amicis Arriae & Fanniae*, nominatus *ab amicis ſuis* cet. Suetonius Caeſ. cap. XVII. *Recidit rurſus in aliud diſcrimen aliud*, inter Socios Catilinae nominatus, & apud Novium Nigrum Quaeſtorem a L. Vettio Judice, & in ſenatu a Q. Curio cet. cum nota Torrentii. cap. XX. extr. product*usque pro Roſtris auctores ex compacto* nominaret: *ſed uno atque altero fruſtra nec ſine ſuſpicione fraudis* nominatis, *deſperans tam praecipitis conſilii eventum, intercepiſſe veneno* indicem *creditur.* Tiber. cap. LXXIII. princ. *Interim cum in actis Senatus legiſſet, dimiſſos ac ne auditos quidem quosdam* reos, *de quibus ſtrictim & nihil aliud quam* nominatos ab indice *ſcripſerat.* Satis puto haec defendere receptam lectionem contra Voſſ. & Joannis de Tridino *judice.* LONGOLIUS

3. *Etiam ante viginti* quoque] Legendum fortaſſe *viginti* quinque. Neſcio enim quomodo non placeat illa combinatio *etiam* quoque. RITTERSHUSIUS. Cur diſplicet? & quae tanta cauſa, ut omnium librorum lectionem ſollicitemus. Immo Auctor Lib. VII. Epiſt. IV. n. 9. *Legitur, deſcribitur, cantatur etiam*, & *a Graecis* quoque *nunc cithara nunc lyra perſonatur.* Ibi jam obſervatum eſt, recentiorum aliquos rerum ignaros perperam ejeciſſe & contra MSS. & Vet. Ed. auctoritatem. Nihilominus tamen reſpuunt *quoque* & MSS. & Vet. Ed. Lib IX. Epiſt. XXVI. n. 10. *Sed vide, quanto major ſit qui reprehenditur, ipſo reprehendente*, & *major ob haec* quoque. Cic. I. de Nat. Deor. cap. XXII. *Non enim poeta ſolum ſuavis, verum* etiam *cetera* quoque *doctus.* Sic Plinius Lib. V. Epiſt. VI. n. 58. *deinde porro.* ubi vide. Sic apud Appulejum paſſim. *Ergo igitur*, quomodo etiam legimus ex veteribus membranis Metamorph. IV. p. 63. Ergo igitur *cum in iſto cogitationis ſalo fluctuarem, aliquanto longius video* cet. Vulgo Ego *igitur* cet. Sic Tranquillus pariter ac Secundus innumeris locis *atque etiam.* Cic. Lib. VII. Epiſt. XXV. extr. atque *equidem aliquantum jam* & jam *noctis adſumo.* Sic pariter *& etiam.* Cic. Lib. XIII. Epiſt. VII. n. 7. & etiam *voluntatis erga ſe habiturum eſſe rationem.* Liv. Lib. XXI. cap. LIV. *ſed ut* & *numero* etiam. Sall. Jug. cap. I. n. 5. *quanto ſtudio aliena ac nihil profutura, multumque* etiam *periculoſa petunt.* ubi etiam hic pleonaſmus aliquibus offendiculo fuit, quibus tamen obuiam ivit Corte, quem ibi videas, item ad Noſtrum Lib. V. Epiſt. VI. n. 21. & Lib. VII. Epiſt. XXIII. n. 1. ubi vulgatam lectionem ſcioli aeque concoquere non poterunt. LONGOLIUS.

4. *Omnes & imaginem tuam.*] Non dubito, quin legendum ſit: *omnes*, qui *imaginem tuam* cet. Non enim eſt credibile, omnes Chriſtianos defeciſſe amplexos idololatriam: ſed hoc vult dicere, illos omnes, qui juxta cum ſtatua Imperatoris Trajani etiam Deorum ſimulacra adorarunt, eosdem, inquam, omnes potuiſſe adduci ad maledicendum Chriſto. Ita dico, particularis eſt non univerſalis haec propoſitio: cum non de omnibus loquatur Chriſtianis, ſed de quibusdam tantum, qui territi ſuppliciis, priorem confeſſionem retractabant, & ſuam fidem abnegabant. RITTERSHUSIUS.

1. *Quod*

ſunt; ii & Chriſto maledixerunt. Adfirmabant autem, hanc fuiſſe 7
ſummam vel culpae ſuae, vel erroris, [1] quod eſſent ſoliti ſtato die ante lucem convenire, [2] carmenque Chriſto quaſi Deo dicere ſecum invicem: ſeque [3] ſacramento non in ſcelus aliquod obſtringere, ſed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depoſitum [4] appellati abnegarent: quibus peractis morem ſibi diſceden-

1. *Quod eſſent ſoliti ſtato die ante lucem convenire.*] *Stato die*, id eſt, certo. ſignificatur autem Dominicus dies, qui *Solis dies* dicebatur paganis. Nam etſi & caeteris diebus rem divinam faciebant Chriſtiani; Dominicum tamen religioſiſſime colebant & celebrabant Juſtinus Martyr Apologia ſecunda pro Chriſtianis: τὴν δὲ τοῦ ἡλίου ἡμέραν κοινῇ πάντες συνέλευσιν ποιούμεθα, ἐπειδὴ πρώτη ἐστὶν ἡμέρα ἐν ᾗ ὁ θεος τὸ σκότος καὶ τὴν ὕλην τρέψας κόσμον ἐποίησε, &c. *Solis autem die communes coetus concurſus facimus: quandoquidem primus hic eſt dies, quo Deus caligine diſpulſa orbem condidit, &c.* Sed *ante lucem* ait, id eſt, noctu. Tum enim ad lumina vetuſtiſſimi Chriſtiani conveniebant, & ſacra ſua celebrabant, paganorum metu. Et inde eſt, quod hodieque non modo nocturnae preces in quibuſdam locis maneant, verum ad lumina etiam ſacra myſteria peraganrur. IDEM. Status dies eſt certus ac definitus. Lib. IX. Epiſt. XXXIX. n. 1. *Vetus ſane & anguſta, cum ſit alioqui* ſtato die *frequentiſſima.* ubi vide. An vero ſtatus dies ſit dies ſolis, qua quidem opinione fere ſunt omnes, diſputat doctiſſime Juſt. Henr. Boehmer Diſſ. I. ad h. l. De antelucanis Chriſtianorum congregationibus videndi ſunt Tertullianus Apolog. cap. II. & Minucius in Octav. cap. VIII. & quae alia idem Boehmer Diſſ. II. adtulit.

2. Carmen*que Chriſto... dicere ſecum invicem.*] Recte monet Balduinus ad h. l. inter alia, carmen Plinio eſſe, quod conceptis verbis dicitur. Paneg. cap. III. *Animadverto enim etiam Deos ipſos non tam accuratis adorantium* precibus, *quam innocentia & ſanctitate laetari, gratioremque exiſtimari, qui delubris eorum puram caſtamque mentem, quam qui* meditatum carmen *intulerit.* ad quem locum Cellarius optime adſcripſit Liv. Lib XXXIX. cap. XV princ. *Solemne* carmen precationis. Idem ille Paneg. cap. LXIII. n. 2 *Perpeſſus es longum illud* carmen comitiorum. & cap. XCIII. n 3 *Tu* comitiis *noſtris praeſidere, tu nobis* ſanctiſſimum *illud* carmen praeire *dignatus es.* LONGOLIUS.

3. *Sacramento*] Tertullianus cap II. ſenſum horum verborum ita ediſſerit: *nihil aliud allegat ſe de ſacramentis eorum comperiſſe, quam coetus antelucanos ad canendum Chriſto, ut Deo, & ad confoederandam diſciplinam, homicidium, adulterium, fraudem, perfidiam & caetera ſcelera prohibentes.* SACRAMENTA Chriſtiani veteres, doctrinas & inſtituta religionis ſacratiora, ut Baptiſmum & Coenam appellabant: quorum ritus cum reverentia tegebant, ne emanarent ad paganos, & irriſui atque contemtui eſſent, de quibus multa Caſaubonus contra Baronium erudite obſervat. Horum itaque cauſa cum convenirent Chriſtiani, Gentiles, non intellecta vocis vi, & eam more ſuo interpretantes, jusjurandum aliquod ritibus illis, quo ſibi obſtringerentur invicem, intercedere, exiſtimabant, ac coetus illos, non tam ad rei divinae celebrationem, quam conſpirationem aliquam & factionem interpretabantur. Ad Catilinarium nefas reſpicientes, qui conſpirationis ſocios humani ſanguinis poculo ſibi pignoravit. Hinc itaque dicit, *ſeque ſacramento non in ſcelus aliquod obſtringere* & quae ſequuntur. IDEM. Hic locus materiam praebuit Conſultiſſ. Boehmero eruditam nec paruae molis. Diſſ. III. de confoederata Chriſtianorum diſciplina conſcribere.

4. *Appellati*] Periti, ne ſcilicet negarent reddere depoſitum ei qui fidei ſuae commiſiſſet, cum id repeteret: ſubjiciamus ſi libet Oroſii verba non importune, quia non multum a Secundi diſcrepant. *In perſequendis Chriſtianis Trajanus a Nerone tertius, errore deceptus, cum paſſim repertos cogi ad ſacrificandum idolis, ac detrectantes interfici praecepiſſet: plurimique ſupplicio afficerentur, Plinii Secundi, qui inter caeteros judites perſecutor datus erat, relatu admonitus, eos homines praeter confeſſionem Chriſti, honeſtaque conventicula, nihil contrarium Romanis legibus facere: fiducia ſane innocentis confeſſionis nemini mortem gravem ac formidoloſam videri: reſcriptum levioribus temperavit edictum.* CATAN. Oroſii locus eſt Lib. VII. cap. VIII. *Adpellat* autem, qui debitum poſcit. Seneca de Benef. Lib. I. cap. II. *nec auarus* exactor *ad horam & diem* adpellat. Lib. VII. cap. XXII. princ. *Quod* debes, *quaere cui* reddas: *& ſi nemo* poſcet, *ipſe te* adpella. Conſolat. ad Marciam cap. X. *Nos oportet* in promtu habere, *quae in incertum*

 diem

dendi fuiſſe, [1] rurſusque coëundi ad capiendum cibum, promiſcuum tamen, & innoxium: quod ipſum facere deſiiſſe poſt edictum meum, quo
8 ſecundum mandata tua [2] hetaerias eſſe vetueram. Quo magis neceſſarium credidi, ex duabus ancillis [3] quae miniſtrae dicebantur, quid eſſet veri & per tormenta quaerere. Nihil aliud inveni, quam [4] ſuperſtitionem [5] pravam, immo-

diem data ſunt, & adpellatos *ſine querela* reddere. Valerius Maxim. Lib. IV. cap. VIII. n. 3. *neque de* ſorte *quemquam* debitorum *ſuorum*, *neque de* uſura *a ſuis* adpellari *paſſus eſt*. l. 15. §. 33. π. de injur. & famoſi *ſi quis non debitorem quaſi* debitorem adpellauerit *injuriae faciendae cauſſa*, *iniuriarum tenetur*. adde Leg. 16. §. vlt. π. de fidejuſſ. & mandat. Plura dabit Gruterus ad Senec. III. de Benef. cap. VII. Longolius.

1. *Rurſusque coëundi ad capiendum cibum*] Ἀγάπην intelligit: quam ſacris finitis convictu communi atque promiſcuo Chriſtiani celebrabant. De qua Tertullianus Apolog. cap. XXXIX. Chryſoſt. Homil. XXVII. in I. Pauli ad Corinthios & alii plures. Buchner. Maxime talia congeſſit ſaepius laudatus Boehmer Diſſ. IV. ad h. l. Praeterea obſervo in Voſſ. MS. abeſſe vocem *coeundi*, quod praeter Jo. de Tridino nemo ſecutus eſt. Nec nos id plane damnare audemus, qui novimus, rude editorum vulgo facile fuiſſe, hinc inde intrudere voces, quo, ut ipſi cenſebant, omnia eſſent plana. Simile contigit ſupra Epiſt. LXXXV. extr. ubi iisdem, qui hic diſcedunt, invitis adjunxerant *deliberare*. Diximus ibi non nihil. Hic, ſi velis abeſſe *coeundi*, tale quid adſumes ex antecedenti *diſcedendi*. Longolius.

2. *Hetaerias.*] Societates, conventicula, turbulas, factiones, amicitias, collegia. ἑταῖρος enim ſocius, & amicus. Iſocrates in oratione, quae inſcribitur Nicocles, ſubditos alloquens, ἑταιρίας, inquit, μὴ ποεῖτε, μήτε συνόδȣς, ἄνευ τῆς ἐμῆς γνώμης. *collegia non facite*, *neque conventicula ſine mea ſententia*. Nam Romanis legibus cavebatur, ne fierent illicitae factiones, ne civitas in partes ſcinderetur, ſed a Chriſtianis nullo ardore gloriae & dignitatis flagrantibus nihil tale timendum. Catan. De hetaeriis dicta quaedam ſunt ad Epiſt. XLIII. n. 1. *Quodcumque nomen ex quacumque cauſſa dederimus iis*, *qui* in idem contracti *fuerint*, hetaeriae, *quamvis breves*, *fient*. Joannis de Tridino, Juntae, Catanaei prior & Aldina poſterior editiones & *caeras*, quomodo etiam in Voſſ. legitur. Reliquorum ſcriptura non multum differt a vulgata, niſi quod Gryphius & praefixum habeat τῷ *hetaerias* *Et hanc vocem hetaerias* huc reponendam eſſe, dudum monuit Budaeus de Aſſe Lib. IV. f. 155. quod etiam illa antiqua lectio ſatis arguit.

3 *Quae miniſtrae dicebantur.*] Diaconiſſas intelligit. Buchner.

4. *Superſtitionem*] Supervacuam religionem: ſed potius verum Dei cultum. minus tamen aſpere loquitur Secundus de Chriſtianis, quam amici ejus Tacitus & Tranquillus, quorum ille, ut erat noſtrae fidei acerrimus hoſtis, refert per flagitia inviſos, a vulgo Chriſtianos appellatos, & fidem noſtram *ſuperſtitionem exitiabilem* autumat. nec minus atrociter ſaevit Tranquillus, *ſuperſtitionem novam* ac *maleficam* eructans. Catan. Leguntur iſta apud Tacitum XV. Annal. cap. XLIV. & Suetonium Ner. cap. XVI. cum quo loco egregie compoſuit Joſ. Scaliger veterem inſcriptionem, quae Piſuergae in Hiſpania inventa fuit: NERONI CLAUDIO CAESARI AUG. PONT. MAX. OB PROVINCIAM LATRONIBUS ET HIS QUI NOVAM GENERI HUMANO SUPERSTITIONEM INCULCARANT PURGATAM. Et ita Judaeorum Chriſtianorumve religio non ſemel Romanis audiit. Seneca Epiſt. CVIII. *In Tiberii Caeſaris principatum iuuentae tempus inciderat: alienigenarum Sacra movebantur: ſed inter argumenta* ſuperſtitionis *ponebatur* quorumdam animalium abſtinentia. Feſtus in Actis Apoſt. cap. XXV. commat. 19. Ζητήματα δέ τινα περὶ τῆς ἰδίας ΔΕΙΣΙΔΑΙΜΟΝΙΑΣ εἶχον πρὸς αὐτὸν, καὶ, περι τινος ΙΗΣΟΥ τεθνηκότος, ὃν ἔφασκεν ὁ Παῦλος ζῆν. Idemque forte intelligendum in Tacito XIII. Annal. cap. XXXII. *Et Pomponia Graecina inſignis femina Plautio, qui ovans ſe de Britannis retulit, nupta, ac* ſuperſtitionis *externae rea, mariti judicio permiſſa*. Vulgo: ſed *nihil aliud inveni* cet. omittunt tamen Jo. de Tridino & Catanaeus in priori editione cum MS. Voſſ. particulam *ſed*, ut nobis videtur, bona cum venia Secundi, id quod in ſuperioribus paſſim obtigit. Longolius.

5. *Pravam & immodicam.*] *Immodicam*, numeroſam & late fuſam. Buchner. *Pravam & immodicam.*] Male Buchnerus. Ipſam vehementiam, zelum, conſtantiam accuſat Plinius. Gronov. *Immodicus* eſt, quod ſine modo eſt. Lib. I.

immodicam. [1] Ideo dilata cognitione ad conſulendum te decurri.
Viſa eſt enim mihi res digna conſultatione, maxime [2] propter pericli- 9
tantium numerum. Multi enim omnis aetatis, omnis ordinis, utriuſ-
que ſexus etiam vocantur in periculum, & vocabuntur. Neque civi-
tates tantum, ſed vicos etiam atque agros ſuperſtitionis iſtius contagio
pervagata eſt: [3] quae videtur ſiſti & corrigi poſſe. Certe ſatis conſtat, 10
prope

I. Epiſt. XX. n. 21. *ut illud* immodice *&* redundanter, *ita hoc* jejune *&* infirme. *Alius* exceſſiſſe materiam, *alius dicitur* non impleſſe: *aeque uterque*, *ſed ille* imbecillitate, *hic* viribus *peccat.* Lib. II. Epiſt. XIV. *Audit ex proximo* immodicum inſolitum*que clamorem.* Sic Lib. III. Epiſt. XX. n. 7. *immodicus favor.* Sic in Tranquill. Caeſ. cap. LXXIX. immodicae *acclamationes.* Galb. cap. IX. princ. *Primo* acer, vehemens, *& in coercendis delictis vel* immodicus. Domit. cap. XII. *Ab juventa* minime civilis animi, *confidens etiam & cum verbis*, *tum rebus* immodicus. Lucanus Lib. VI. vs. 796.

Legibus immodicos, *auſosque* ingentia *Gracchos:*

Deinde ex Voſſiano MS. legimus *pravam*, *immodicam*, ſine copula quae praeter vet. Ed. & Catanaei priorem in omnibus haeret. quam elegantiam Secundum noſtrum ſectari, non vnus locus teſtatur. Vide ad Lib. II. Epiſt. I. n. 1. LONGOLIUS.

1. Ideo *dilata cognitione.*] Ita iisdem, quos modo nominavimus, jubentibus edidimus, majoremque diſtinctionem ante primam vocem curavimus. Plerique veterum & recentiorum *decucurrit*, Voſſ. Ed. vetus & Caſauboni, Minois, Cellarii *decurri.* Neutrum falſum. Vide ad Lib. VI. Epiſt. VI. n. 2. ſimulque notamus, Codicem Senatorium in Liv. Lib. I. cap. XII. exhibere *decurrerat*, ubi alii *decucurrerat.* Maluimus tamen in MSti partes cum aliis diſcedere. LONGOLIUS.

2. *Propter periclitantium numerum.*] Haec igitur praecipua conſultationis ratio eſt. Tertullianus in Apolog. ait, Plinium hac multitudine perturbatum, conſuluiſſe Trajanum. ICti in Pandectis aiunt, graſſantibus delictis exacerbanda eſſe ſupplicia, quoties multis peccantibus exemplo eſt opus. At Plinius tantam videbat eſſe multitudinem Chriſtianorum, ut tota fuerit caedibus exhaurienda prope provincia, ſi in omnes adverteretur. Fecitque ſaepe delinquentium multitudo, ut Romani deliberarent, non tam de ſupplicio augendo, quam de minuendo & ſeveritate remittenda. Exſtat hujus generis pulcherrima deliberatio apud Corn. Tacitum. Profecto Seneca Lib. II. de Ira, inſanum & inſanibilem fuiſſe indicat quemdam Voleſum, qui tempore Auguſti, cum trecentos una die ſecuri percuſſiſſet, etiam exſultans exclamavit. O rem regiam! Sed & decimationes legionum ſignificant, de tota multitudine, quae deliquiſſet, non fuiſſe ſumtum ſemper ſupplicium. Sane Livius Lib. XXVIII. ſcribit, aliquando legionem ad quatuor hominum millia in foro Romano ſecuri percuſſa eſſe. Sed ſaepius ſolebant Romani decimum quemque ſortiri, qui tantum poenas daret. Quamquam ipſa quoque decimatio viſa hic ſit Plinio valde ſaeva & crudelis, cum non una aliqua legio, ſed tota provincia deliquiſſe videretur. Sic & Tertullianus ad Scapulam, Praeſidem Carthaginienſem: *Quid facies*, inquit, *de tantis millibus hominum*, *tot viris ac feminis, omnis ſexus, omnis aetatis*, *omnis dignitatis*, *offerentibus ſe tibi? Quantis ignibus*, *quantis gladiis opus erit*? *Quid ipſa Carthago paſſura eſt*, *decimanda a te* cet. Eodem loco narrat, quemdam Aſiae proconſulem Arrium Antonium, cum multi Chriſtiani rei eſſent, ſeque etiam ultro ſiſterent, paucis duci juſſis, reliquos dimiſiſſe. Crudeliores fuerunt praeſides tempore Diocletiani. Nam & tunc in Phrygia Chriſtianorum quaedam civitas tota obſidione cincta, flammis deleta eſt, cum magiſtratu & populo univerſo. Narrat hoc Euſebius. Sed & Lactantius Lib. V. *Aliqui*, inquit, *ad occidendum*, *praecipites exſtiterunt: ſicut unus in Phrygia*, *qui univerſum populum cum ipſo pariter conventiculo concremavit.* BALDUINUS.

3. *Quae videtur ſiſti & corrigi.*] Verba, *contagio*, *pervagari*, *ſiſti* videntur requirere *corripi* pro imminui, ut Suetonius Tiberio: *Ludorum ac munerum impenſas corripuit.* Et in Domitiano: *ſingulos à ſeptenis ſpatiis ad quina corripuit.* Sed ſequitur emendari. Bene: nam ſi emendarentur, ut ille putabat, homines, corripiebatur ſuperſtitio. GRONOVIUS. Attamen nec illa recepta lectio, quam omnes libri tuentur, non eſt ſollicitanda. Certe in Paneg. cap. VI. n. 2. *Corrupta eſt diſciplina caſtrorum*, *ut in* corrector emendator*que*

con-

prope jam deſolata [1] templa coepiſſe celebrari, & ſacra ſolennia diu intermiſſa repeti: paſſimque venire [2] victimas, quarum adhuc rariſſimus emptor inveniebatur. Ex quo facile eſt opinari, quae turba hominum emendari poſſit, ſi fiat poenitentiae locus.

XCVIII. Trajanus Plinio.

Laudat ordinem cognoſcendi ſervatum à Secundo, vetatque inquiri Chriſtianos, ſed oblatos puniri jubet: libellis vero ſine auctore nullam fidem praeſtandam.

1 *Actum, quem debuiſti, mi Secunde, in excutiendis cauſis eorum, qui Chriſtiani ad te delati fuerant, ſecutus es. Neque enim in univer-*
2 *ſum aliquid, quod quaſi certam formam habeat, conſtitui poteſt. Conqui-*
rei:

contingeres. Et cur non diceretur *corrigere contagionem*, cum nemini ſuſpectum ſit *corrigere errorem, delicta, peccatum, temeritatem*, vid Corte ad Salluſt. Bell. Jug. cap. III. n. 2. & XCIV. n. 7. Paullo ante poſt *neque* Voſſ. & vetus editio non habent *enim*, quod non ſemel obſervavimus. Vide nos ad Epiſt. LXX. extr. Longolius.

1. *Templa coepiſſe celebrari.*] Deorum gentilium aedes, quae proprie templa. Unde eam vocem abhorrebant Chriſtiani veteres, & ſacris coetibus deſtinatas aedes, *Eccleſias, Baſilicas, Sacraria* potius appellabant. Salvianus Libro II. de Providentia: *Itaque Eccleſias, vel potius templa atque altaria Dei minoris reverentiae quidam habent.* Lege transpoſitis vocibus: *Itaque templa, vel potius Eccleſias, &c.* Ita enim ipſe paulo poſt: *In templa autem*, inquit, *vel potius Eccleſias, atque in ſacraria Dei, &c.* Buchner.

2. *Victimas, quarum.*] Victimarum *adhuc rariſſimus* cet. Voſſ. Excerpta, ſi recte ſe habent; nam haud facile ab illo codice abire ſolet prima editio, quae tamen paſſum*que venire* victimarum, cujus *adhuc rariſſimus emtor* cet. Exſculpat, cui otium, veram lectionem. Nobis ſufficiat indicasſe, poſteriorem lectionem forte aliquid ex iis lucraturam, quae ad Edictum D. Nervae Epiſt. LXVI. ſubjunctum diximus. *Rariſſimus emtor* eadem ratione hic poſitum eſt, ac apud Lucanum Lib. I. vs. 27.

Rarus *&* *antiquis* habitator *in urbibus errat.*

Ceterum deſolata paganorum templa teſtantur inter alios Arnobius Lib. I. p. 13. *Negliguntur dii, clamitant* (pagani) *atque in templis jam raritas ſumma eſt.* Prudentius περὶ στεφ. II. vs. 498. ſeqq.

Refrixit ex illo die
Cultus Deorum turpium:
Plebs in ſacellis rarior:
Chriſti ad tribunal curritur. cet.

Longolius.

3. *Actum.*] Actionem, ſic Tranquillus in Nerone: *rerum* actu dixit. & ipſe in reſcripto ad eundem Plinium jam dixerat: *cum ad priſtinum* actum *reverſus fuerit.* Catan. Vid. Epiſt. XXXVII. ubi jam aliqua adtulit Buchnerus, & Sueton. Ner. cap. XVII. Addas, licet, ex eodem Aug. cap. LXXVIII. *Ibi donec reſidua diurni* actus, *aut omnia, aut ex maxima parte conficeret* & cap. XXXII. *triginta amplius dies, qui honorariis ludis occupabantur*, actui *rerum accommodavit.* ubi plura Torrentius. De verbo *excutere* non nihil proditum eſt ad Epiſt. XLVIII. n. 1. & quid illa, *quod quaſi ad certam* formam *habeat*, velint, docebit nota ad Lib. IX. Epiſt. XXXIX. n. 5. *Quantum ad* porticus *nihil interim occurrit, quod videatur iſtinc eſſe repetendum, niſi tamen, ut* formam *ſecundum rationem loci ſcribas.* Longolius.

1. *Ar-*

rendi non ſunt, ſi deferentur & [1] *arguantur, puniendi ſunt. ita tamen, ut*

1. *Arguantur.*] Comprobentur eſſe Chriſtiani. hunc locum jure Q. Septimius Florens reprehendit, & emendat capite ſecundo: *Plinius Secundus cum provinciam regeret, damnatis quibuſdam Chriſtianis, quibuſdam gradu pulſis: ipſa tandem multitudine perturbatus quid de caetero ageret, conſuluit Trajanum Imper allegans praeter obſtinationem non ſacrificandi, nihil ſe aliud de ſacramentis eorum comperiſſe, quam coetus antelucanos ad canendum Chriſto, ut Deo, & ad confoederandam diſciplinam, homicidium, adulterium, fraudem, perfidiam & caetera ſcelera prohibentes. tunc Trajanus reſcripſit*, hoc genus inquirendum quidem non eſſe, oblatum vero puniri oportere. *O ſententiam neceſſitate confuſam! negat inquirendos ut innocentes, mandat puniri ut nocentes. parcit, & ſaevit: diſſimulat, & animadvertit. quid temetipſum cenſura circumvenis? ſi damnas, cur non & inquiris? ſi non inquiris, cur non & abſolvis? & quae latius* ibi conſequuntur. prudentius itaque reſcripſit Minutio Fundano Adrianus, ſi Paulo Oroſio credimus, ut nemini liceret Chriſtianos ſine objectu criminis ac probatione damnare: quamvis Suida referente (quod tamen opinor factum poſt hoc reſcriptum) Trajanus vetuerit, Chriſtianos ſupplicio affici. *Hic*, inquit, *Chriſtianis quietem poenae quandam reddidit, quas magiſtratus diverſas inferebant: unde Tiberianus primae Palaeſtinorum gentis praefectus renunciavit ei, nihil proficere in occidendis illis ſponte ad ſupplicium currentibus. tunc Trajanus vetuit quempiam Chriſtianorum occidi.* CATAN. *Conquirendi non ſunt: ſi deferantur & arguantur, puniendi ſunt*] Tertullianus in Apolog. ait, Trajanum reſcripſiſſe, *inquirendos quidem non eſſe, oblatos vero puniri debere.* Euſebius vertit: τὸ Χριστιανῶν φῦλον μὴ ἐκζητεῖσθαι μεν, ἐμπεσὸν δὲ κολάζεσθαι. Sed plus aliquid habent illa Trajani verba: *ſi deferantur & arguantur.* Principio fuit illud moris Romani, ut nullus ſine accuſatore condemnaretur. Cicero ipſe hoc dixit in Oratione pro Roſc. Amerino. Ceterum poſtea quam ordo vetus judiciorum publicorum mutatus fuit, non ſemper eſt exſpectatus accuſator legitimus: & vero ea fuit Chriſtianorum primum conditio in orbe Romano, ut pauci dignarentur ad eos accuſandos deſcendere: quidam etiam non auderent, praeſertim cum audirent, Tiberium comminatum eſſe periculum accuſatoribus. Quid igitur? Coeperunt magiſtratus ipſi & praeſides ultro in eos inquirere. Nam & tandem ſic a magiſtratibus fuerunt mandatae delictorum, praeſertim graviorum & criminum quaeſtiones, ut & accuſatores & judices prope eſſe viderentur. Marcianus ICtus, *mandatis*, inquit, *cavetur, ut praeſides, ſacrilegos, latrones, plagiarios conquirant, & prout quiſque deliquerit, in eum animadvertant.* Item Ulpianus, *congruit*, inquit, *bono & gravi praeſidi, curare ut pacata atque quieta provincia ſit: & debet malos homines conquirere.* Nunc Trajanus videtur Chriſtianos eximere, quia neque ſacrilegi, neque fures, neque latrones ſint: neque ut perturbent provincias, committant aliquid dignum publica & extraordinaria inquiſitione. Non liberat eos criminali & legitima accuſatione: ſed ſi accuſator deſit, patitur eos impune latere, neque ad eos vexandos pertinere vult mandata de flagitioſis hominibus conquirendis. Praeſidum inquiſitioni ſubſerviebant, qui dicebantur Irenarchae & Curioſi: quorum frequens eſt mentio in libris Juris Civilis Tales vero Quaeſtores ſaepe ſycophantae & calumniatores erant. Horum itaque Coricaeorum inſidiis Chriſtianos eripere, magnum profecto & ſingulare beneficium fuit. Miror itaque Tertullianum id non agnoſcere. Exclamat adverſus hoc Trajani reſcriptum: *o ſententiam neceſſitate confuſam! Negat inquirendos, ut innocentes: & mandat puniendos, ut nocentes Parcit & ſaevit: diſſimulat & animadvertit. Quid te ipſum cenſura circumvenis? ſi damnas, cur non & inquiris? ſi non inquiris, cur non & abſolvis?* cet. Hi aculei Tertulliani fortaſſe poſſent retundi, ſi ingenue agamus. Medium eſt quippiam, inter damnare accuſatos convictoſque, & non inquirere in eos, qui delati non ſunt. Neque ſane criminalium judiciorum omnium eſt una conditio. Sunt quaedam privata, ſunt quaedam publica. Et modo ordinaria, modo extraordinaria erant. Itaque & publicorum criminum quaedam eſſe potuerunt, in quibus quaeſtor accuſatorem exſpectare non debeat: quaedam vero, in quibus ordo vetus judiciorum ſervari poſſet. Nam & ſunt quaedam, in quibus vindicandis ne magiſtratum quidem exſpectare ſit neceſſe. Haec ego diſcrimina nunc noto, non quod non ſentiam iniquum eſſe Trajanum, qui Chriſtianos non abſolvit, quos nullius criminis convincit: ſed quod recte velim ejus ſententiam intelligi, & ſine cavillatione. Saepe deerat legitimus accuſator: multique ab accuſatione abhorrebant, propter ſubſcriptionis periculum. Ibi ſecuros Trajanus eſſe vult Chriſtianos. Et vero Tertullianus ipſe in eadem oratione, tandem aliquod agnoſcit ejus beneficium. Ait enim, eum ex parte fruſtratum eſſe leges Romanas, quae adverſus Chriſtianos contorquebantur, cum vetuit inquiri Chriſtianos. Jubebat itaque Trajanus, praeſides

ut qui negaverit ſe Chriſtianum eſſe, idque re ipſa manifeſtum fecerit, id eſt, ſupplicando dis noſtris, quamvis ſuſpectus [1] *in praeteritum fuerit, veniam*

hic veluti connivere, quos in aliis cauſſis tamen valde curioſos eſſe volebat. Sane & in conquirendis damnatorum bonis nimiam judicum diligentiam non laudant Rom. leges. Praeterea obſervandum eſt, hoc Trajani reſcriptum eo quoque pertinuiſſe, ut ſi quis Chriſtianus captus eſſet, non torqueretur ad ſocios indicandos; immo ne de iis quidem interrogaretur. Quod ſane ſignificare mihi videtur Tertullianus in Apolog. *Ad ſocios*, inquit, *ad conſcios inquiſitio uſque extenditur. Solum Chriſtianum inquiri non licet.* Magnum rurſus in eo beneficium profecto fuit. Statim atque unus aliquis Chriſtianus comprehenſus erat, tota alioqui Eccleſia in periculum vocabatur, ne in quaeſtionibus eam infelix reus prodere cogeretur. Nam neque obſervabatur, quod Pius Imp. reſcripſit, *eum qui de ſe confeſſus eſt, in caput aliorum torqueri non debere:* cap. 16. de quaeſt. In Pandectis quoque edictum exſtat, *ut cum Irenarchae adprehenderint latrones, interrogent eos de ſociis & receptatoribus, & interrogationes litteris incluſas atque obſignatas ad cognitionem magiſtratuum mittant.* cap. VI. De cuſtod. & exhib. reor. Tam curioſam inquiſitionem in cauſa Chriſtianorum eſſe, Trajanus noluiſſe videtur. Quamquam non ignorem, minime fuiſſe ſemper in hoc genere obtemperatum Trajano. Sed Eccleſiaſticae hiſtoriae id relinquo. Porro ne quis miretur, quod hic eſt, *ſi deferantur & arguantur*, Tertullianum, dicere, *ſi offerantur:* obiter etiam notandum eſt, offerendi verbum apud ICtos eſſe accuſatoris, veluti reum ſiſtentis. Sic in Pandectis cap. XIII. §. ult. De re milit. *legitimus, deſertorem a patre oblatum, qui delatus & accuſatus a patre fuerat.* Sic cap. IX. §. 3. de offic. Proconſ. Sic etiam deferendi verbum hic accipere debemus, non ut delatorem, hoc eſt, calumniatorem, (nam tale hominum genus quam audiri noluerit Trajanus, ſatis oſtendit Plinius in Paneg.) ſed ut accuſatorem potius ſignificat. Tertullianus ad Scapulam narrat, quemdam praeſidem, qui Prudens adpellabatur, miſſum ad ſe Chriſtianum cum elogio, dimiſiſſe ſciſſo elogio, & negaſſe, ſine accuſatore ſe auditurum hominem, ſecundum mandatum. Deinde jus commune, ut elogio non temere crederet. Nam & ubi omnino accuſator non erat neceſſarius, tamen ex ſolo ſtatim elogio reus non condemnabatur. Non eſſe eorum epiſtolis credendum, qui quaſi damnatos ad praeſidem remiſerint: neque Irenarcharum elogiis, quia non omnes ſint bonae fidei: ſed ex integro cauſſam cognoſci debere mandatum olim fuiſſe, Martianus in Pandectis ait cap. VI. De Cuſtod. & exhib. reor. Haec elogia ſive relationes vocabantur etiam notoria: quae etſi ad convincendum ſtatim reum non ſufficerent, valebant tamen, ut reus in jus traheretur, interrogaretur, ſaepe etiam torquerentur, licet alias accuſator deeſſet. Quod intelligi poteſt ex noſtrorum litteris, hoc eſt, lege Gratiani Imp. quae exſtat Cod. De Accuſat. & Auguſtini Epiſtola CLIX. & CLX. At videtur Trajanus noluiſſe propter ſolum elogium, ſine accuſatore, Chriſtianos teneri & interrogari. Qua poena puniendi eſſent convicti Chriſtiani, non exprimit. Tertullianus ad Scap. ait, *ab initio mandatum fuiſſe, ut gladio animadverteretur in Chriſtianos, idque ſuo adhuc tempore obſervaſſe praeſidem Mauritaniae.* Fortaſſe ea quoque fuit Trajani ſententia: & inter poenas capitales haec ſupplicii ſpecies minus infamis, minusque ſaeva habebatur. Immanis fuit illa Neronis feritas, qui Chriſtianos ferarum tergis contectos, abs canibus dilaniari volebat, aut crucibus adfigi, aut flammis torreri: ſicut Corn. Tacitus narrat. Sed poſt Trajanum eadem fuit ſaevitia; *Crucibus*, inquit Tertullianus in Apologet. *& ſtipitibus imponitis Chriſtianos Unguibus deraditis latera Chriſtianorum. Cervices ponimus: ad beſtias impellimur, ignibus urimur, in metalla damnamur.* cet. Item: *Sic nos ad Deum expanſos ungulae fodiant, cruces ſuſpendant, ignes lambant, gladii guttura detruncent, beſtiae inſiliant*, cet. Poſteriorum temporum hiſtoriam nunc non adtingo, in qua horrenda hujus generis ſupplicia leguntur. BALDUINUS. Adde, quae ad hanc Trajani epiſtolam doctiſſime commentatus eſt Cel. Boehmer in Diſſ. Jur. Eccl. Diſſ. VI. §. 2. ſeqq. Voſſ. & Jo. de Tridino *deferentur*, quod reliqui omnes in *deferantur* mutarunt ob ſequens ut cenſeo, *arguantur.* De diverſorum temporum conjunctione ſaepius ad Noſtrum Plinium actum eſt. Vide ſaltem ad Lib. IV. Epiſt. IX. n. 8. Lib. VI. Epiſt. XVI. n. 8. Lib. VII. Epiſt. XXVII. n. 2. Lib. X. Epiſt LXXIX. n. 2. alteram vero, quae hic occurrit, diverſorum modorum vindicat Plinius Lib. V. Epiſt. VIII. n. 5. *non quia commode facturum eſſe* confidam, ... *ſed quia mihi pulchrum in primis* videtur. LONGOLIUS.

1. *In praeteritum* fuerit.] Reſpuunt verbum ſubſtantivum vet. editio cum MS Voſſ. Et cur non ita? Adſunt ejus rei exempla quamplurima. Evolue notam ad Lib. II. Epiſt. III. n. 1. item ad Lib. VII. Epiſt. XXXIII. n. 6.

1. *Sint*

niam ex poenitentia impetret. [1] *Sine auctore vero propoſiti libelli nullo crimine locum habere debent. nam* [2] *& peſſimi exempli, nec noſtri ſeculi eſt.*

XCIX.

1. *Sine auctore propoſiti libelli.*] Quae conceptio & formula libelli accuſatorii, quae inſcriptio atque conſcriptio eſſe debeat, Paullus in Pandectis oſtendit cap. III. de accuſat. Sed auctoris profecto, hoc eſt accuſatoris, vel ejus qui dat libellum, nomen in primis inſcribi atque ſubſcribi debere confirmat. Et Ulpianus Lib. VII. de Officio Proconſulis ſcribit, *cum alicui crimen obiicitur, praecedere debere in crimen ſubſcriptionem. Idque inventum eſſe, ne facile quis proſiliat ad accuſationem, cum ſciat inultam ſibi accuſationem non futuram:* cap. VII. de accuſ. Cum ergo in criminibus non ſolum accuſator nomen ſuum profiteri, ſed ſe etiam debeat ſua manu obligare, ab ſubeundam calumniae poenam, ſi calumniari videatur: merito hic reiiciuntur libelli ſine auctore, cum famoſi magis quam accuſatorii videantur; & indicent, ſcriptorem, qui latitat, eſſe calumniatorem: Cur enim alioqui palam accuſare non audet? BALDUINUS. *Propoſiti libelli.*) Accuſatores crimina per libellos deferebant ac denunciabant. vid. l. libellorum π. de accuſation. Apulejus Apologia: *Poſtera die dat* libellum. & infra. *ubi illud* libelli *veſtri atrox principium, nomine privigni mei formatum?* S. Ambroſius Or. in obit. Valentiniani: *Cum poſt aliquot dies* accuſatoris *legeretur* libellus, *calumniam pronunciaturus accuſatum libere, donec praefectus cognoſceret, obverſari juſſit.* Juvenal. Sat. VI. accuſ t Manilia ſi rea non eſt: *Componunt ipſae per ſe, formantque* libellos. vid. etiam P. Colui Not. in Apulejum. RITTERSHUSIUS. Adde ad Epiſt. praec. n. 5. *Propoſitus eſt* libellus ſine auctore.

2. *Et peſſimi exempli, nec noſtri ſeculi eſt.*] De eleganti combinatione particularum iſtarum *&*, *nec* non cuivis animadverſa, ex Cicerone, aliisque optimis auctoribus prolatis pluribus exemplis, qualia etiam apud Plinium occurrunt, alibi dixi. *Peſſimi exempli* eſſe dicitur, quod fit contra bonos mores, & eſt iniquiſſimum. Sic alibi, *Ad* exemplum *pertinet.* Deinde, Rem non eſſe *ſeculi ſui*, vel talem, quam ſuum ſeculum, ſua tempora, ſuorumue temporum ſecta, non patiatur, ſaepe dixerunt boni principes: rem ejusmodi hac formula notare volentes, quae ſit plena abſurditatis & injuſtitiae, quaſi quam felicitas ſeculi reſpuat & abhorreat. Sic ipſe Trajanus ſupra Epiſt LXIII. *non eſt juſtitia* nonſtrorum temporum. Sic Juſtinianus in l. vlt. C. de pact. *Cum in alienis rebus contra domini voluntatem aliquid fieri vel paciſci ſecta* temporum noſtrorum *non patiatur.* Idem Imperator in l. 23. ab Anaſtaſio. C. Mandati: *Ne videamur in tanta* temporum noſtrorum *benevolentia aliquid acerbius admittere* Et in Leg. 5. ſi qua illuſtris. C. ad SC. Tertull. noſtris temporibus *indignum.* Similiter idem in Edicto 7. de argentar, contract. *Non aequam eſt*, inquit, *a* noſtrorumque temporum *juſtitia alienum, eos qui bene de aliis merentur, rebus ſuis privari, qui vero debent, ſuperbire de alieno.* Graeca ſi quis malit, haec ſunt: ἄδικον τυγχάνει, καὶ τῆς τῶν ΗΜΕΤΕΡΩΝ ΧΡΟΝΩΝ δικαιοσύνης, ἀλλότριον, τὰς μὲν εὐεργέτας τῶν ἰδίων στερεῖσθαι πραγμάτων, τοὺς δὲ χρεωστοῦντας τοῖς ἀλλοτρίοις ἐν, τρυφᾶν. Sic Juſtinianus minor, Juſtiniani ſororis filius & ipſius adoptiuus, in l. ult. C. de ſepulchro viol. *cum ſit injuſtum &* noſtris *alienum* temporibus. Idemque Imp. apud Corippum ait; *Non patitur* ſeclorum *ſecta* meorum, *injuſtos ſaevire diu.* Sic Alexander in Leg. 5. ad l. Corn. de falſ. *Capitale crimen a liberis moveri matri*, ſecta mea *non patitur.* Sic Gordianus Imp. in Leg. 2. C. ne fiſc. vel Reſp. Temporum meorum *diſciplina non patitur.* & Leg. 3. eod. Diocletianus & Maximianus: *Abhorret a* ſeculo noſtro. Iidem in l. ult. eod. t. *contra* ſeculi noſtri *tranquillitatem implorari non decet.* Contrarium his eſt illud Plinii ad Train. Epiſt. XX. n 2. *Convenientiſſimum tranquillitati* ſeculi tui. RITTERSH. Iſtud *ad exemplum pertinet* occurrit Lib. VI. Epiſt. XXIX. n. 1. Lib. X. Epiſt. XXXVIII. n. 2. LXXXV. n. 5. Et quid ſit ſeculi Trajani, ſatis judicat Plinius hoc libro ſupra Epiſt. I. n. 2. *Precor ergo, ut tibi, & per te* generi humano proſpera omnia, *id eſt*, digna ſeculo tuo *contingant.* De conjunctione *&* atque *nec* haec nota: *neq* eſt ex *neque*, & hoc ex *ne* & *que*, id eſt, *& non.* Recte ergo iſta ſecum ſtare poſſunt. Et ita Cicero Lib. X. Epiſt. I. extr. nec *miror* & *gaudeo.* Lib. XIII. Epiſt. XXVIII. n. 8. Nec *Lacedaemonios dubitare arbitror.. & ego, qui te optime noviſſem*, non *dubitavi.* Tranquill. Caeſ. cap. LIV. nec *imperata detrectarent*, & *advenienti portas patefacerent.* Vopiſcus Tacito cap. XII. Nec *tacendum eſt*, & *frequenter intimandum.* Phaedrus Lib. I. Fab. IV. vs. 6. 7.

> Et, *quem tenebat ore, demiſit cibum,*
> Nec, *quem petebat, adeo potuit adtingere.*

Plura pete ex Bentleio ad Horat. Epod. XVI. vs. 6. Sermon. Lib. I. Sat VI. vs. 68. Cortio ad Salluſt. Cat. XXXII. n. & Jug. cap. I. extr. LONGOLIUS.

XCIX. Plinius Trajano.

De platea Amaſtrianorum.

Quaerit an contegenda ſit aqua, quae per Amaſtrianorum plateam fluebat.

[1] Amaſtrianorum civitas, Domine, & elegans & ornata, habet inter praecipua opera pulcherrimam, eandemque longiſſimam plateam, cujus a latere per ſpatium omne porrigitur nomine quidem flumen, re vero [2] cloaca foediſſima,[3] quae ſicut turpis & immundiſſima aſpectu, ita peſtilens eſt odore teterrimo.
2 Quibus ex cauſis non minus ſalubritatis quam decoris intereſt, [4] ea contegi. quod fiet, ſi per-

1. *Amaſtrianorum.*] Amaſtris, ſecundum Ptolemaeum, & Appianum, ac Lucianum, non multum diſtans a Caranbe, Ponti civitas eſt, ſed Plinius Paphlagoniae aſcribit, olimque Seſamum dictam refert. Strabo XII. poſt Parthenium amnem eſt Amaſtris, de conditoris nomine appellata, ea poſita in peninſula portus habet ex utraque Iſthmi parte. Amaſtris uxor fuit Dionyſii Heracleae tyranni, & Oxyarthis filia, fratris Darii ejus, qui cum Alexandro bellum geſſit, & e trium urbium incolis, Seſamo, Cytoro, & Cromna unam confecit civitatem. Seſamus Amaſtris arx dicitur, hinc Stephanus, *Amaſtris civitas Paphlagoniae, quae prius Cromna, a muliere Perſide Amaſtride, quae cum Dionyſio Siciliae*, (ut Strabo, *Heracleae*) *tyranno concubuit.* ſed Demoſthenes ab Amazone ſic appellatam autumat: cujus gentile Amaſtrianus. Catan. Vide Plinium Hiſt Nat. Lib VI. cap. II. Cellar. Geogr. Antiq. Lib. III. cap. VIII. §. 44.

2. *Cloaca.*] Foſſa in quam ſordes confluunt, a *colluendo* dicta, ſive a verbo *cloacare*, quod ſignificat *inquinare*, auctore Feſto. Catan. Epiſt. XLI. extr. *Solent enim ejusmodi ad balineum, ad purgationes cloacarum, item partitiones viarum & vicorum dari.*

3. Quae ſicut *turpis* & immundiſſima *adſpectu*, ita *peſtilens* eſt *odore teterrimo.*] Voſſ. & prima Ed. ut & prior Catanaei ac ſitu *turpis* inmundiſſimo *adſpectu, ita peſtilens odore teterrimo.* Unde ego ita legerem diſtinguerem que: *ac ſitu turpis, immundiſſimo adſpectu, peſtilens, odore teterrimo.* Vel etiam quae *ſitu* cet. Corruptionis materiam praebuiſſe arbitror, librarios ignoraſſe, ſolemne eſſe veteribus, nomina ſimplicia & circumſcripta commiſcere. Sueton. Jul. cap. I. *quae* familia equeſtri, *ſed admodum* dives *praetextato deſponſata erat.* Aug. LXXIX. *Vultu erat vel* in ſermone *vel* tacitus, *adeo tranquillo ſerenoque.* Lactantius div. Inſt. Lib. I. cap. II. *Nemo eſt tam* rudis, *tam* feris moribus. Salluſt. Cat. cap. XXXVII. n. 8. *homines* egentes, malis moribus, maxuma ſpe, *reipublicae juxta ac ſibi conſuluiſſe.* & quae magno numero alia ad Sall. Cat. cap. XVIII. n. 4. & Jug. cap. LXX. n. 2. congeſſit Cl. Corte. Quid multa. Plinius Lib. III. Epiſt. XVI. n. 3. *Filius deceſſit* eximia pulchritudine, pari verecundia, *& parentibus non minus ob alia* carus, *quam quod filius erat.* Lib. VII Epiſt. XXIV. n. 1. *uſque ad noviſſimam valetudinem* viridis, *atque etiam ultra matronalem modum* compacto corpore *&* robuſto. Epiſt. XXVII. n. 5. *mox adparebat* idolon, ſenex *macie & ſqualore* confectus, promiſſa barba, horrenti capillo cet. Adde dicta ad Lib. VII. Epiſt. XX. n. 3. & Lib. VIII. Epiſt XX. n. 5. Longolius.

4. Ea *contegi.*] Ita correximus ex indicio Voſſ. & Edd. ult. pene omnes. Catanaeus, Caſaubonus & juniorum quiſque eam *contegi.* Quaſi vero neutrum non poſſit reſpicere femininum *cloaca.* Lib. VI. Epiſt. XXXIII. n. 5. *eodem tempore* tanta diverſitas *accidit caſu*, quod *non caſus videretur.* ubi pariter ex ignorantia hujus obſervationis peccatum erat. Vide ibi ut & ad Lib. III. Epiſt. V. n. 2. atque Lib. VI. Epiſt. VIII. extr. notata Salluſt Jug. cap. XXIV. n. 8. *Quid reliquum niſi* vis veſtra, quo *moveri poſſit.* cap. XLI. n. 1. *otio & abundantia* earum rerum, quae prima *mortales ducunt.* Ad quae loca multa alia exempla adſcrip-

permiſeris, [1] curantibus nobis, ne deſit quoque pecunia operi tam magno, quam neceſſario.

C. Trajanus Plinio.

Permittit confornicari cloacam.

[2] *Rationis eſt, mi Secunde cariſſime, contegi aquam iſtam, quae per civitatem Amaſtrianorum fluit,* [3] *ſi intecta ſalubritati obeſt. Pecunia ne huic operi deſit, curaturum te ſecundum diligentiam tuam certum habeo.*

CI. Pli-

adſcripſit Corte. Gellius Lib. I. cap. XIV. *& memoratis multis magnisque* rebus, quae *bene ac benevole poſt redditam pacem Samnitibus feciſſet.* Lib. IV. cap. XVIII. *pluribus* rebus, quae *dixerit*, quae*que fecerit, declaratum eſt.* Vide Rubenium II. Elect. cap. XVI. & Perizonium ad Sanct. Lib. II. cap. IX. not. 4. Longolius.

1. *Curantibus nobis ne deſit.*] Poſt *nobis* puto colon eſſe ſcribendum, nam alias illud *quoque*, quod ſequitur, non bene cohaeret cum praecedentibus. Scheffer. Ita Epiſt. ſequenti: *Pecunia ne huic operi* deſit, curaturum *te ſecundum diligentiam tuam certum habeo:* Plura dicemus infra ad Epiſt. CI.

2. *Rationis eſt.*] Exigit ratio: ut, *malorum* eſt: id eſt, ad malos pertinet. hic modus dicendi apud jurisconſultos frequens reperitur. Martianus de haeredibus inſtituendis: *quae rea* fuerat ejuſdem criminis poſtulata: *rationis eſt*, pariter de bonis eorum qui ante ſententiam mortem ſibi conſciverint. Ulpianus, titulo Quando dies legatorum, *quaeſtionis eſt:* ſic Papinianus. de collatione dotis & idem Ulpianus de fideicommiſſariis libertatibus. Paullus de aqua pluuia arcenda dixit: *conſuetudinis eſt.* & de V. O. *dubitationis eſt.* Modeſtinus de Donationibus: *ſummae aequitatis eſt.* Demum Tacitus Lib. XVII. Ann. *ſuadere principi quod oporteat*, multi laboris eſt. Plinius Lib. II. *Imperari naturae* audacis eſt *credere*, *nec minus* hebetis *beneficiis abrogare vires. Fortitudo in quo maxime extiterit*, immenſae quaeſtionis eſt. Marcus Tullius de Fin. III. *Sic enim cenſent* opportunitatis eſſe. & de Nat. Deor. Eſt *&* Philoſophi *&* Pontificis *&* Cottae. Catan. Adde Cortium ad Salluſt. Jug. cap. LXXXIII. n. 1. & Perizonium ad Sanct. Min. Lib. IV. cap. IV. not. 85.

3. *Si* detecta.] Sic quidem recentiores, quae unde acceperint, non conſtat. Certe veterum quiſque, ſi Catanaeum excipias, cum MS. Voſſ. uno ore *intecta.* Hanc autem vocem Trajano reſtituendam eſſe, quis non videt. Cloaca iſta adhuc non fuerat contecta, ut detegi potuiſſet, ſed nondum contecta, id eſt, *intecta.* Tacitus IV. Annal. cap. I. *mox Tiberium variis artibus devinxit adeo, ut* obſcurum *adverſum alios, ſibi uni incautum* intectum*que efficeret.* Hiſt. Lib. V. cap. XXII. *dux ſemiſomnis ac prope* intectus, *errore hoſtium ſervatur* de Mor. Germ. cap. XVII. Tegumen *omnibus ſagum fibula, aut, ſi deſit, ſpina conſertum. Cetera* intecti, *totos dies juxta focum atque ignem agunt.* quibuscum conferas, quae Caeſar VI. de Bell. Gall. cap. XXI. extr. memoriae prodidit. Mamertinus Paneg. Julian. cap. XIII. *Hieme pruinam* intectis *verticibus perferre.* Longolius.

1. Nun-

CI. PLINIUS TRAJANO.

Votorum nuncupatio, & ſolutio pro Imperatore & Rep.

Monet magno omnium conſenſu vota pro Trajano ſuſcepta perſoluta, & nova pro ejus ſalute nuncupata.

VOTA Domine priorum annorum [1] nuncupata, alacres laetique perſolvimus: novaque rurſus [2] curante commilitonum, & provincialium pietate ſuſcepimus: precati Deos, ut te, remque publicam florentem & incolumem, ea benignitate ſervarent, quam ſuper magnas, plurimasque virtutes praecipua ſanctitate conſequi [3] Deorum honore meruiſti.

CII. TRA-

1. *Nuncupata.*] *Nuncupare*, ut inquit Varro, *nominare ſignificat*, quod multis exemplis confirmatur, & de votis proprie dicitur: quando alicui divorum vota pollicemur, & deſtinamus. Apulejus, *cui vota nuncupabo?* Secundus in Panegyrico, *nuncupare vota pro aeternitate imperii, & pro ſalute civium, immo pro ſalute principum, & propter illos pro aeternitate imperii ſolebamus.* Nuncupare igitur eſt palam nominare. Nam Pontifices maximi, conſules, praetores, cenſores vota publica ſuſcipiebant, quae praeſente populo referebantur in tabulis. unde Auguſtus conſcriptis paratiſque jam tabulis negavit ſuſcepturum, quae non eſſet ſoluturus. ſibi enim mox futurum exitum praeſagiebat. CATAN. Adde ſequentem Epiſtolam ac XLV. De votis pro ſalute principum vide ad Epiſt. XLIII.

2. Curante... *pietate.*] Hoc modo libri omnes, quos vidimus, qua ſcriptus, qua cuſi. Sunt tamen, quibus illud *curante* non placet. Cellarius *certante* legendum coniicit, quod ita Epiſt. LX. Alius vir doctus volebat *concurrente*, quia Trajanus in ſequenti Epiſtola *te* praeeunte. Sed aut ego mentem ejus non capio, aut id non arguit vis verbi *praeite*, de quo ad Epiſt. LX. diſputavimus, ex quo loco ſimul etiam adparebit, ſi quid hic novandum, Cellarii emendationem eſſe cooptandam. Illa autem opera non indigemus. Lib. IV. Epiſt. XI. n. 7. *Miſſi ſtatim Pontifices, qui defodiendam necandamque* curarent. & hoc libro paullo ante Epiſt. XCIX. *quod fiet, ſi permiſeris*, curantibus *nobis, ne deſit quoque pecunia operi tam magno quam neceſſario.* Livius Lib. IV. cap. XLIII. *unus res Romae* curaret. Suetonius Jul. XV. princ. *Primo praeturae die Q. Catulum de* refectione Capitolii *ad diſquiſitionem populi vocavit, rogatione promulgata, qua* curationem *eam in alium transferebat* Salluſt. Cat. IX. n. 3. *ſeque remque publicam* curabunt. ubi Corte. LONGOLIUS.

3. *Deorum honore.*] Id eſt, honorando Deos; *Honorem Deorum* dixit, ut ſupra *obſequium ampliſſimi ordinis* Trajanus Epiſtola XXI. BUCHNER. Lib. II. Epiſt. I. n. 6. *Nam hic ſupremus* felicitatis ejus *cumulus acceſſit.* Lib. III. Epiſt. IV. n. 7. *Videbam ergo* advocationis meae *non minorem gratiam, quam ſi viveret ille, propoſitam, invidiam nullam.* ut eſt in Optimo. Lib. IV. Epiſt. VII. n. 1. *placuit ſtatuas* ejus *& imagines quamplurimas facere.* Ad quae loca quamplurima exempla fuerunt adſcripta. adde Cortium ad Sall. Cat. cap. XXXVIII. n. 4. Voſſ. MS. item Ed. princeps, Aldi, Schurerii *obſequi*, non *conſequi*, ut ceteri. LONGOLIUS.

1. *Et*

CII. Trajanus Plinio.

Significat, ſibi jucundam fuiſſe pro ſe votorum nuncupationem & ſolutionem.

SOlviſſe vota Diis immortalibus, te praeeunte, pro mea incolumitate commilitones cum provincialibus laetiſſimo conſenſu, [1] *& in futurum nuncupaſſe: libenter, mi Secunde cariſſime, cognovi literis tuis.*

CIII. Plinius Trajano.

Ob diem Imperii.

Nuntiat, diem quo ſuſceperat imperium Trajanus, religioſiſſime fuiſſe celebratum.

[2] DIEM, in quem tutela generis humani feliciſſima ſucceſſione tranſlata eſt, debita religione celebravimus, commendantes diis imperii tui auctoribus & vota publica, & gaudia.

CIV. Tra-

1. Et *in futurum nuncupaſſe.*] Aliter nullus veterum librorum, ne quidem Voſſ. cujus loco primus Gryphius & poſt eum omnes ſubſtituerunt: *in futurum*que *nuncupaſſe.* Haec lectio, etſi nemo rationem ejus reddiderit, ſe omnibus adeo probavit, ut etiam Caſaubonus & Minos non dubitaverint, eam in textum recipere, in hoc tamen prae ceteris laudandi, quod antiquam lectionem in margine ſervaverint. Leve eſt, poſt eumdem Gryphium plurimis Edd. paullo ſupra intruſum fuiſſe *&*, nempe *incolumitate,* & *commilitones,* quod ſine dubio ex poſteriori littera antecedentis vocis ortum eſt, qualia multa paſſim notavimus. Longolius.

2. *Diem, in quem tutela, &c*] Videtur ſcripſiſſe: *Diem, quo in te tutela generis humani feliciſſima ſucceſſione tranſlata eſt.* Gronov. Nec ego diffiteor, haec, ut in libris circumferuntur, haud commode cohaerere, remotius tamen a libris nihil eſt Gronoviana emendatione, ut potius, ſi qua licet refingere, veriorem indicent Voſſ. & princeps Ed. Ita enim ibi legitur: *Diem* quae in *tutela* cet. ad quae proxime accedit: *Diem,* qua in te *tutela* cet. aut forte adhuc melius: *Diem,* qua *tutela generis humani feliciſſima ſucceſſione translata* eſt. Nam per ſe patet, de nemine intelligendum, tutelam generis humani illo tempore tranſlatam in eum fuiſſe quam in Trajanum; Vide, ſi placet, Epiſt. I. hujus libri. ideoque Gronovii additamento *in te* nihil opus eſt. Potuit tamen etiam vulgata lectio a Plinio eſſe per figuram ἀνακόλουθον, a qua illum non plane abhorruiſſe, patet ex Epiſt. XXXIV. n. 1. Ego *tamen aeſtimans novum fieri debere, videris* mihi *deſiderio eorum indulgere poſſe.* ubi vide. Sed difficile, in hoc negotio certius quid conſtituere. Verbum *celebrare,* quod mox ſequitur, excitato loco hoc optime illuſtravit Broukhuſ. ad Tibull. Lib. I. Eleg. III. vs. 33. Vide item infra ad Epiſt. CXVII. n. 1. Lib. IX. Epiſt. XXVII. extr. *Vides quam non delicata me cauſſa* obire *primum* Conſulatus tui diem *non ſinat, quem tamen hic quoque, ut praeſens,* vobis, gaudio, gratulatione celebrabo. Lib. X. Epiſt. XXVIII. n. 2. natalem tuum *in provincia* celebrare. Longolius.

1. Com-

CIV. Trajanus Plinio.

Gratum ſibi fuiſſe ſcribit, quod dies imperii ſui a Secundo & commilitonibus fuiſſet celebratus.

DIEM imperii mei debita laetitia & religione [1] *commilitonibus, & provincialibus, praeeunte te, celebratum, libenter, mi Secunde cariſſime, cognovi literis tuis.*

CV. Plinius Trajano.

Jus Quiritium Latinis ſuis petit.

Petit jus Quiritium pro trib. libertis.

VAlerius, Domine, Paulinus, excepto uno, [2] jus Latinorum ſuorum mihi reliquit: ex quibus rogo tribus interim [3] jus Quiritium des

1. *A commilitonibus.*] Ita recentiores ſine ſuffragio vetuſtisſimorum librorum. Nam & Voſſ. & Ed. Jo. de Tridino, Aldi, Schurerii praepoſitionem non agnoſcunt, nec minus conſentiunt Caſaubonus & Minos, ideoque eam hinc eiicimus, flagitante, ut nobis videtur, Trajano, cui cum Plinio ſuo hoc familiare eſſe, Commentarius noſter paſſim docebit. Lib. IV. Epiſt. XIII. n. 10. *Atque utinam tam claros praeceptores inducatis, ut* finitimis oppidis *ſtudia hinc* petantur. & Trajanus Epiſt. XLIII. n. 1. *Sed meminerimus, provinciam iſtam, & praecipue eas civitates, ejusmodi* functionibus eſſe vexatas. ibi alia congeſſimus. Caſaubonus, &, a quo non latum unguem diſcedit, Cl. Minos omittunt duas poſteriores Epiſtolae voces, *litteris tuis.* Sed ita Imperator Epiſt. LXI. Longolius.

2. *Jus libertorum ſuorum mihi reliquit.*] Ut haberem idem juris in eos; quod patronus in libertos. Licebat jure XII. tabularum liberto patronum ſuum teſtamento praeterire, poſtea ex edicto praetoris dimidia bonorum ſive teſtati ſive inteſtati liberti patrono relinquebant, etiam relicto filio ſuo adoptivo. lex Papia deinde jura patronorum auxit, ſed Imperator Juſtinianus, a quo haec ſumpſimus, conſtituit ut tertiam bonorum liberti partem in caſibus ibidem contentis patroni conſequantur. ad haec Ulpianus de liberis agnoſcendis, reſpondet, quod liberti tenentur, alere patronos, & nonnunquam patronorum filios, pro modo facultatum. lege plura ff. XXXVII. de jure patronatus & XXXVIII. De operis libertinorum & De bonis libertorum. nec me praeterit, etiam legi, *jus Latinorum*, ſicut in inſcriptione, *Latinis ſuis*, tanquam ſi liberti Valerii Paulini eſſent minorem libertatem conſecuti, & Latini ex lege Julia Norbana facti eſſent, & id jus quod habebat Paulinus in libertos ſuos, moriens reliquerit Plinio: nam lege Papia adaucta fuere jura patronorum, qui locupletiores libertos habebant. Catan. Voſſ. & princeps Ed. pro *uno* exhibet *Paullino.*

3. *Jus Quiritium.*] Romanam civitatem, perinde ac ſi Quirites eſſent. Nam manumiſſi modo majorem & juſtam libertatem conſequebantur, & fiebant cives Romani: modo minorem, & Latini ex lege Junia Norbana fiebant: modo inferiorem, & fiebant ex lege Aelia Sentia dedititiorum numero. Credo poſt hanc Secundi epiſtolam ſecutum Trajani edictum, quo libertos etiam invito & ignorante patrono ad civitatem Romanam venire permiſit. ſed ſicut vivum civem Romanum fecit, ſic mortuum Latinum, id eſt, ut haeredem patronum haberet. Idem. Meliora cape ex dictis ad Epiſt. IV. n. 2. *Item rogo, des* jus Quiritium

des. Vereor enim, ne ſit immodicum, pro omnibus pariter invocare indulgentiam tuam, qua debeo tanto modeſtius uti, quanto [1] pleniorem experior. ſunt autem pro quibus peto, [2] C. Valerius Aeſtiaeus, C. Valerius Dionyſius, C. Valerius Aper.

CVI. Trajanus Plinio.

Trajanus concedit rogata, & pro reliquis idem promittit.

CUM honeſtiſſime iis, qui apud fidem tuam à Valerio Paulino depoſiti ſunt, conſultum velis, [3] matura per me; iis interim, quibus nunc petiſti, dediſſe me jus Quiritium, referri in commentarios meos juſſi: idem facturus in caeteris, pro quibus petieris.

CVII. Plinius Trajano.

Civitatem Romanam petit filiae centurionis.

Mittit libellum Aquilae centurionis, quo rogabat filiam ſuam donari civitate.

ROgatus Domine a P. Accio Aquila, centurione [4] cohortis ſextae

tium *libertis Antoniae Maximillae.* itemque Schulting. Jurisprudent. Ante-Juſtinian. p. 574.

1. pleniorem *experior.*] Prima editio *pleniore* me *experior.* Quilibet etiam me non monente videt, id vitii ex repetitione primae litterae *τοῦ experior* originem traxiſſe, quale plus quam ſemel in opere noſtro obtigit. De uſu vocis *plenus* nonnihil diximus ad Epiſt. XCV. n. 3. *Scio, Domine, quantum beneficium petam, quod peto a te, cujus in omnibus deſideriis meis* pleniſſimam indulgentiam experior.

2. C. *Valerius* Aeſtiaeus.] Caſaubonus Aeſtius, Voſſ. *Aeſtreus*, quod etiam in principe Ed. & Juntae atque Catanaei priori haeret. Eadem illa vet. Ed. cum Voſſ. in fine epiſtolae *Axer* non *Aper.*

3. *Matura.*] Sic Voſſ. & Edd. vetuſtiſſimae omnes, ſimulque Caſaubonus & Minos in margine, atque id rurſus Secundo reſtituimus. *Matura*, nempe *iis conſulere*, quo modo ex antecedente *conſultum* adſumendum, cujus rei exempla in Noſtro haud ſunt rara. Eſt autem *matura iis conſulere* idem ac *mature iis conſulas.* Salluſt. Cat. XXXVI. n. 3. *Antonius cum exercitu Catilinam* perſequi maturet. ubi Corte videndus. *Ut ſcias* quoque delevimus iisdem libris, ſi Juntam excipias, volentibus, qui eadem ſupra Epiſt. XCVI. pariter non agnoſcebant. Sic autem legebatur in recentioribus: *quibus nunc petiſti*, ut ſcias, *dediſſe me* cet. Longolius.

4. *Cohortis ſextae equeſtris.*] Notandum *cohortis* vocabulum, quod alias pedeſtris militiae eſt, ad equeſtrem transferri. Ammianum *cohortem* de equite; *turmam* de pedite dixiſſe, confuſis vocabulis militiae, Lipſius Lib. II. de Militia Romana Dial. IV. extr. obſervat. Ac Ammianum quidem confudiſſe, non contravenio: de Plinio autem, & Trajano ipſo, (namque & is ita loquitur ſequenti Epiſtola) nihil hujus ſtatuendum eſt. Qui ut militiae, ſic & vocabulorum militiae Romanae peri-

tae equeſtris, ut mitterem tibi libellum, per quem indulgentiam [1] pro ſtatu filiae ſuae implorat: durum putavi negare: cum ſcirem quantam ſoleres [2] militum precibus patientiam humanitatemque praeſtare.

CVIII. Trajanus Plinio.

Filiae Aquilae civitatem Romanam indulget.

Libellum P. Accii Aquilae centurionis cohortis ſextae equeſtris, quem mihi miſiſti, legi: cujus precibus motus dedi filiae ejus civitatem Romanam. libellum reſcripti, quem illi redderes, miſi tibi.

CIX. Plinius Trajano.

De exactione pecuniarum.

Conſulit Trajanum an civitatibus Bithyniae & Ponti permittat potiora jura in debitis exigendis.

QUID habere juris velis & Bithynas & Ponticas civitates in exigendis pecuniis, quae illis vel ex locationibus vel ex venditionibus, aliisve cauſis debeantur, rogo Domine reſcribas. Ego inveni, a ple-

peritiſſimi erant. Quare puto ſermonem de certo genere equitum fieri: quod tamen cujuſmodi fuerit, pronunciare non habeo. Buchner. Adnotavit Cellarius ex Grutero XIV.

PRAEF. COH. IIII. AQ. EQ.

& DXXXIV. n. 4.

PRAEF. COH. I. AQUITA NOR. EQUIT.

1. Pro ſtatu filiae ſuae.] Ut ei daretur civitas Romana, ceu patet ex Epiſt. ſequ. *Durum* eſt aſperum, ſeverum, inhumanum. Lib. II. Epiſt. X. princ. *Hominem te patientem, vel potius* durum, *ac pene* crudelem, *qui tam inſignes libros tam diu teneas!* Lib. VIII. Epiſt. XVI. n. 3. *Sed quamquam his ſolatiis adquieſcam, debilitor & frangor eadem illa* humanitate, *quae me, ut hoc ipſum permitterem, induxit. Non ideo tamen velim* durior *fieri*, cet. Epiſt. XXIV. n. 4. *quibus reliquam umbram & reſiduum libertatis nomen eripere* durum, ferum, barbarum*que eſt*, Lib. IX. Epiſt. XXIX. n. 2. *Litteris* durior *lex, in quibus* difficilior *effectus eſt*. Infra Epiſt. CXXI. n. 2. *Uxori enim meae audita morte avi, volenti ad amitam ſuam excurrere, uſum eorum negare*, durum *putavi, cum talis* officii *gratia in celeritate conſiſteret, ſciremque rationem itineris probaturum, cujus cauſſa erat* pietas.

2. *Militum precibus.*] Quos quamvis ſub diſciplina contineret, tamen multis praemiis & honoribus donavit: nam divum Nervam parentem ſecutus, pleniſſimam teſtandi indulgentiam in milites contulit, quod ab Ulpiano de militari teſtamento praenotatum Juſtinianus refert, & Juvenalis ultima ſatyra monſtrat, quanta commoda militibus fuerint ſub Trajano. Catan. Voſſ. quantum *ſoleres*, cui accedunt vetus editio item Caſaubonus & Minos in margine.

1. *Pra-*

pleriſque proconſulibus conceſſam eis [1] protopraxian, eamque pro lege valuiſſe. Exiſtimo tamen tua providentia conſtituendum aliquid, & ſanciendum, per quod utilitatibus eorum in perpetuum conſulatur. nam quae ſunt ab aliis inſtituta, ſint licet ſapienter indulta, brevia tamen & infirma ſunt, [2] niſi illis tua contingit auctoritas.

CX. Trajanus Plinio.

Reſcribit ſequendas leges uniuscujusque civitatis.

Quo jure uti debeant Bithynae [3] *vel Ponticae civitates in iis pecuniis, quae ex quaque cauſa reipublicae debebuntur, ex lege cujuſque animadvertendum eſt. nam* [4] *ſive habent privilegium, quo caeteris creditoribus anteponantur, cuſtodiendum eſt: ſive non habent,* [5] *in injuriam privatorum id dari a me non oportebit.*

CXI. Pli-

1. *Protopraxian.*] Primam actionem, ut ante alios jus haberent exigendi pecunias a debitoribus. nam Paulus De privilegiis creditorum, *Reſpubl.* inquit, *creditrix omnibus chirographariis creditoribus praefertur.* quamvis Martianus ad municipales ſcribat, *ſimile privilegium fiſco nulla civitas habet in bonis debitoris, niſi nominatim id a principe datum ſit.* ϖρωτοπραξίαν Suidas interpretatur primam repetitionem, primam exactionem. Idem. *Protopraxian.*] Primam exactionem. Trajanus ſequenti Epiſtola, *privilegium, quo caeteris creditoribus quis anteponitur,* interpretatur atque appellat. Buchnerus. Non *protopraxiam*, ut eſt in quibusdam libris, ſed ut in melioribus, *protopraxian* rectius ſcribitur. Ita enim ſolet Noſter in Graecis vocibus. Vide ad Lib. I. Epiſt. XX. 4. 17. Lib. IV. Epiſt. III. n. 4. Epiſt. IX. n. 4. Lib. VI. Epiſt. VI. n. 3. Lib. X. Epiſt. XLII. n. 2. & multis aliis locis.

2. *Niſi.. contingit.*] Deſumta eſt noſtra lectio ex Voſſ. & Jo. de Tridino Editione, cujus loco in omnibus, quot vidimus, reliquis *contingat*, invito Plinio, cui familiare eſt, *niſi* cum indicativo conjungere. Lib. II. Epiſt. X. n. 3. niſi retrahis *in corpus.* ubi alia adlata fuerunt. Epiſt. XII. n. 6. niſi *quid impedimenti in via* paſſus eſt. Epiſt. XVII. n. 29. *quem tu, nimis urbanus es*, niſi concupiſcis. & alibi. Caſaubonus & Minos mendoſe *conjungat.* Longolius.

3. Vel *Ponticae civitates in* iis *pecuniis.*] Ita omnes libri, excepto Gryphii, qui: aut *Ponticae civitates in pecunias*, & Juntae: *vel Ponticae civitates in* his *pecuniis. his* more antiquo pro *iis*, ut ſaepius hoc monuimus.

4. Sive *habent*... ſive *non habent.*] Revocavimus antiquam lectionem, quam praeſtat Voſſ. MS. & vetus Ed. Juniorum alii; *ſive habent*... ſi vero *non habent*; alii, inter quos eſt Cellarius & Hackianae Editor: *ſi habent*... ſi vero *non habent.* Neutrum verum.

5. *In injuriam privatorum.*] Ne injuriam facerem privatis creditoribus, dum eos poſteriores facio rebus publicis in exigendis debitis. Catan. Praepoſitio *in* excidit in Voſſ. ut & Edd. principe, Aldinis, Schureriana, quo modo etiam margines Caſauboni & Minois exhibent. Nulla in re fere frequentius offendêre librarii quam ubi eadem ſyllaba diſpoſita fuerit, ut vel repeterent, quando non erat repetendum, quemadmodum nota ad Epiſt. LXV. n. 2. exemplum dabit; vel omitterent, cum adeſſe debebat, ut h. l. Non deſunt ejusmodi, vide tamen, quae congeſſimus ad Suet. Tiber. cap. II. *ut ita demum* ſe *ſequeretur.* ubi aeque vox *ſequeretur* τῷ *ſe*, quod antecedebat, fraudi fuit, quod aliqui omitterent, ſed perperam. Longolius.

CXI. Plinius Trajano.

De Julio Piſone.

Repetebat fiſci advocatus Amiſenorum a Julio Piſone certam pecuniam ei donatam a rep. ante XX. annos, nixus Trajani mandatis, quibus prohibebat fieri de publico erogationes. Piſo contradicebat. Secundus rem integram Trajano decernendam mittit.

[1] ECdicus, Domine, Amiſenorum civitatis petebat apud me a Julio Piſone denariorum circiter XL. millia donata ei publice ante XX. annos, [2] & Bule, & eccleſia conſentiente: [3] utebaturque man-
2 datis tuis, quibus ejuſmodi donationes vetantur. Piſo contra, plurima ſe in Remp. contuliſſe, ac prope totas facultates [4] erogaſſe dicebat. Adde-

1. *Ecdicus.*] Id eſt, defenſor & vindex reip. qui hodie dicitur fiſci advocatus. de quo M. Cicero Lib. XIII. Epiſt. LVI. ad Thermum propraet. in epiſtolis ad Lentulum. *Sed malo ecdicos.* Et ſtatim: *jubeas ecdicos Romam mittere.* Et jam dixerat: *ut ecdici Mylaſii Romam mitterentur.* Libenter autem Secundus utitur Graecis vocabulis, utpote Bithyniae conſuetis. Quaedam exemplaria habent, *medicus.* CATAN. *Ecdicus Amiſenorum civitatis.*] *Defenſorem civitatis* Juſtinianus appellat L. Ut perfectus II. C. de Annali Exceptione. Vet. Gloſſae ἔκδικος *Defenſor. Vindictor.* Alibi *Syndici* appellantur in Jure. *Ecdicorum* & Cicero meminit. BUCHNER. Plura dabit Gronovius IV. de Pec. Vet. cap. III. p. 272. 276. ſeqq. Voſſ. & Edd. vet. omnes, item Caſaubonus & Minos in margine *Medicus*, quale etiam cernere eſt in Sidonio Apollinari.

2. Et bule, *&* *eccleſia.*] Prius *&* exſulat a Voſſ. & vet. principe ac Catanaei priore, ac praeterea pro *bule* habent *bayali.* Bule eſt ſenatus. ſupra Epiſt. LXXXV. n. 1. *cum Coccejanus Dion in* bule *adſignari civitati ... opus vellet.* infr. Epiſt. CXIII. n. 1 *qui in* bulen *a cenſoribus leguntur.* & Epiſt. CXVII. n. 1. *ſolent totam* bulen, *atque etiam* e plebe *non exiguum numerum vocare.* In rem evolve, quae Buchnerus ad Epiſt. XLVIII. n. 5. LONGOLIUS.

3. Utebatur*que.*] Ita damus ex Voſſ. & Editionibus antiquiſſimis, in quarum tamen aliquibus ut in Aldinis, Schureriana, item marginibus Caſaubonianae & Cl. Minois non utebatur*que* ſed utebantur*que*, quae tamen duae poſteriores in textu etiam utebatur*que*. Cui voci cur nitebatur*que* recentiores ſuffecerint, nullas cauſſas adlegant. Certe gloſſam redolet, quam neſcio unde huc tranſcripſerint, expertes, quid ſit, *uti alicujus mandatis.* Eſt autem id idem ac mandata pro ſe adlegare, praeſidio legis agere, eamque in utilitatem ſuam vertere. Quis, quaeſo, offendet in his locutionibus: *uti occaſione, magiſtro, conſiliis, valetudine proſpera, hoſpitio, remediis,* & quae ſunt ſexcenta alia, quae apud quemque leguntur. Aliqua vide apud Cortium ad Sall. Cat. cap. XXXIII. n. 1. *neque cuiquam noſtrum licuit, more majorum* lege uti. & ad Jug. cap. XXXVIII. n. 8. *Nox atque praeda caſtrorum hoſtes, quo minus* victoria uterentur, *remorata ſunt.* LONGOLIUS.

4. *Erogaſſe.*] Impendiſſe, diſtribuiſſe. Paulus De legatis. *nihil ex teſtamento videtur capere, qui tantum* erogat *quantum accipit.* apud Apulejum erogare pro valde rogare, *piis*, inquit, *precibus erogatus:* ſed exrogare eſt ex lege vetere aliquid eximere per novam legem, tradente Feſto. CATAN. Noſter Epiſt. XXVIII. n. 3. *Multae* enim pecuniae *variis ex cauſſis a privatis* detinentur: *praeterea quaedam minime* legitimis ſumtibus erogantur. item Epiſt. XXXIV. n. 2. *quam* (pecuniam) *ipſi* erogare *in oleum ſoliti, parati ſunt in opus balinei* conferre. Tranquill. Ner. cap. XXX. *In Tiridatem, quod vix credibile videatur, ortingena nummûm millia diurna* erogavit, *abeuntique ſuper HS. millies* contulit. *Erogare, erogationes* frequentes occurrunt in Jure noſtro. Vide Briſonium de V. S. Lib. V. p. 355. ſeqq.

Addebat etiam temporis ſpatium, poſtulabatque, ne id quod pro multis & olim accepiſſet, cum everſione reliquae dignitatis reddere cogeretur. Quibus ex cauſis integram cognitionem differendam exiſtimavi, ut te, Domine, conſulerem, quid ſequendum putares.

CXII. TRAJANUS PLINIO.

Donationes ex publico factas ante exiguum temporis ſpatium, retractari non oportere admonet.

SICUT largitiones ex publico fieri mandata prohibent: ita ne multorum ſecuritas ſubruatur, factas ante aliquantum temporis retractari, atque in irritum vindicari non oportet. Quicquid ergo ex hac cauſa actum ante viginti annos erit, omittamus. Non minus enim hominibus cujusque loci, quam pecuniae publicae conſultum volo.

CXIII. PLINIUS TRAJANO.

De adjectione Buleutarum.

Trajanum conſulit, an qui ſenatores fiunt, debeant certum quid inferre pro introitu.

LEX Pompeja, Domine, qua Bithyni & Pontici utuntur, eos, qui in [1] Bulen a cenſoribus leguntur, dare pecuniam non jubet, [2] ſed ii, quos indulgentia tua quibusdam civitatibus ſuper legitimum numerum adjicere permiſit, & ſingula millia denariorum & bina intulerunt.

1. *Bulen.*] Senatum: ſportulas ſolere novos decuriones caeteris diſtribuere Papinianus titulo De decurionibus innuit: minores ſcribit vigintiquinque annorum decuriones facti, ſportulas decurionum accipiunt. IDEM. Voſſ. cum Jo. de Tridino: bulena *a cenſoribus leguntur*, quae lectio ex repetitione praepoſitionis originem traxiſſe videtur, qualia alibi notavimus. Et forte etiam praepoſitio ipſa non eſt a Plinio, atque ita ab ipſo olim ſcriptum: *bulen* cenſoribus leguntur, ut ſupra Epiſt. LXXVIII. n. 3. *an qui minor XX. annorum geſſit magiſtratus, poſſit* cenſoribus *in ſenatum* legi, quomodo quidem ex noſtra emendatione nunc ibi legitur; modo hoc loco addicerent libri, ſine quibus non facile quid audemus, nec eadem ſtatim n. 2. occurrerent; *eos etiam, qui* a cenſoribus legerentur, *dumtaxat in pauciſſimis civitatibus aliud aliis juſſit inferre:* ubi omnes libri conſentiunt. Nil ergo muto. De lege Pompeja agitur Epiſt. LXXXIII. & CXV. LONGOLIUS.

2. *Sed* ii, cet.] Voſſ. *ſed* iis, *quos indulgentia tua* a *quibusdam civitatibus ſuper legitimum numerum adiicere permiſit.* Ita etiam expreſſerunt Jo. de Tridino, Aldus in utraque, Schurerius, Gryphius, exhibentque in margine Caſaubonus & Minos.

2 runt. Anicius deinde Maximus proconſul, eos etiam, qui a cenſoribus legerentur, duntaxat in pauciſſimis civitatibus aliud aliis juſſit in-
3 ferre. Supereſt ergo ut ipſe diſpicias, an in omnibus civitatibus certum aliquid omnes, qui deinde buleutae leguntur, [1] debeant pro introitu dare. nam quod in perpetuum manſurum eſt, a te conſtitui decet, cujus factis dictisque debetur aeternitas.

CXIV. Trajanus Plinio.

Servandam praecipit uniuscujusque loci conſuetudinem.

[2] *Honorarium decurionatus omnes, qui in quaque civitate Bithyniae decuriones fiunt, inferre debeant necne, in univerſum a me non poteſt ſtatui. Id ergo, quod ſemper tutiſſimum eſt,* [3] *ſequendam cujusque civitatis legem puto:* [4] *ſcilicet adverſus eos, qui inviti fiunt decuriones,*

1. *Debeant pro introitu dare.*] Vide Grial. ad Iſidor. p. 547. G. Barth. Ceterum finis epiſtolae non multum diſtat ab illis Lib. V. Epiſt. VIII. n. 1. *Suades, ut hiſtoriam ſcribam, & ſuades non ſolus: multi hoc me ſaepe monuerunt, & ego volo. non quia commode facturum eſſe confidam (id enim temere credas, niſi expertus) ſed quia mihi pulcrum in primis videtur*, non pati occidere, quibus aeternitas debetur.

2. *Honorarium decurionatus.*] Quod datur honoris cauſa dum fiunt decuriones: Paulus de muneribus, *aeſtimationem honoris aut muneris in pecunia pro adminiſtratione offerentes audiendi non ſunt. Qui pro honore pecuniam promiſit, ſi ſolvere eam coepit, totam praeſtare operis inchoati exemplo coactus eſt.* decurionatus autem ſecundum Calliſtratum, municipalis honor appellatur, ſive cum ſumptu, ſive ſine erogatione contigerit: *vulgo etiam nunc*, inquit, *honorarium dicimus id munus, quod honoris cauſa erogatur, ſed honorarium jus, praetoris jus eſt, hinc honorarios tutores* a praetore datos vocat Ulpianus. Catan. Voſſ. & Ed. vet. mox *qui* quaque civitate *Bithyniae decuriones fiunt*, omiſſa praepoſitione *in*, quemadmodum in duobus codicibus ſupra Lib. IV. Epiſt. XI. princ. *Audiſtine Valerium Licinianum* Sicilia *profiteri*, ubi reliqui in *Sicilia*. ibi vide, & ad Lib. VII. Epiſt. XXVII. n. 7. *jubet ſterni ſibi* prima *domus* parte. neſcio tamen, quam paullo durius ſonat *qui quaque*, quod emollire videtur interpoſitio praepoſitionis *in*. Deficit poſtea eadem propoſitio in iisdem, quibus ſupra, juxta *univerſum*, quod ego non probo. Tacitus de Mor. Germ. cap. V. princ. *Terra etſi aliquanto ſpecie differt*, in univerſum *tamen aut ſiluis horrida, aut paludibus foeda.* cap. VI. In univerſum *aeſtimanti plus penes peditem roboris.* Et quoties non occurrunt *in perpetuum, in poſterum, in ſerum, in commune, in reliquum, in futurum?* Longolius.

3. *Sequendum.*] Hanc lectionem praefero alteri, *ſequendam. Sequendum legem* Graeciſmus eſt, ſimilis illi: poenas *in morte* timendum. Lucret. Et: Senatores accipiendum *eſt* eos cet. Ulpian. in l. ult. de Senatoribus, & plurimis aliis. Rittersh. Nihil doctius hac emendatione, ſi libri concinerent; ſed fatendum eſt, illi ex noſtris nihil praeſidii, niſi quod Caſaubonus & Minos eam margini adſcripſerint. Certe Plinius Epiſt. LXII. n. 2. diſtribuendum *inter decuriones* pecuniam, ut ex MS. & principe Editione reſtituimus. Adtulimus ibi aliquot exempla ut & infra ad Epiſt. CXVII. n. 2. & Interpretes ad locum, quem Rittershuſius excitavit, Lucretii Lib. I. vs. 112.

4. Scilicet *adverſus.*] Puto legendum ſed *adverſus.* Error ſcripturae natus ex notis. Rittershus. Et hanc emendationem non reperire licuit in ullo noſtrorum, etſi bene norim, ſaepius has voces inter ſe commutari, ut pro documento eſſe poteſt nota noſtra ad Epiſt. LXXIX. n. 1.

1. Id

nes, [1] *id exiſtimo acturos,* [2] *ut erogatio caeteris praeferatur.*

CXV. Plinius Trajano.

De adjectione civium.

Quaerit an decuriones aliarum civitatum debeant ejici lege Pompeja, quae vetabat alienum civem adſcribi ſenatui alterius civitatis.

LEGE, Domine, Pompeja permiſſum Bithynicis civitatibus, adſcribere ſibi quos vellent cives, dum civitatis non ſint alienae, [3] ſed ſuarum quiſque civitatium, quae ſunt in Bithynia. Eadem lege ſancitur, [4] quibus

1. Id *exiſtimo acturos.*] Ita obſecuti Voſſ. & Jo. de Tridino, reliquis *exiſtimo* id *acturos* exhibentibus, quae collocatio ex eo videtur orta, quod neſcirent, pronomen non verbo infinitivo, ſed indicanti non ſuo eleganter adjungi, quale obſervatum fuit ad Lib. II. Epiſt. V. n. 9. Alia congeſſimus ad Sueton. Tib. LII. Se *quoque* reſpondit *vicem eorum dolere.* Longolius.

2. *Ut erogatio caeteris praeferatur*] Ut minus graventur in pecuniarum illatione, quam caeteri decuriones ſpontanei. Catan. Subobſcura haec ſunt verba Rittershuſio & Cellario, nec quidquam lucis illis accendere poſſumus ex noſtris libris, inter quos tamen, nemine reliquorum conſentiente, Voſſ. & prima Ed. *ut* praefatio *ceteris praeferatur.*

3. *Sed ſuarum quiſque matrum civitatum.*] *Matres Civitates,* quae genuerunt. Forte melius aberit iſta vox. Nam *ſua cujuſque civitas,* ſua cujusque patria dicitur, de quo ſupra ad Lib. VI. Epiſt. VIII. n. 2. Buchner. Haeret ſane in omnibus veteribus Edd. praeter primam, illud *matrum,* quae me tamen non movent, ut meum calculum iis adiiciam, ut potius illa vox mihi gloſſam redoleat, etſi probe norim, dari matres civitates, quae tamen hic locum non inveniunt. In vulgatis deinde ſcribitur *civitatum,* ſed laudo Aldinam utramque & Schurerianam, quae, ut ſequenti epiſtola bis, ita hoc loco *civitatium* ſervarunt, quomodo etiam nos exſcribendum curavimus. Sic optimi quique Cicero I. Diu. cap. LI. *vatium,* ut eſt in MSS. Id. de Legg. I. cap. I. princ. *Arpinatium.* Salluſt. Cat. cap. X. n. 8. *ſapientium,* ut Corte olim in MSS. invenit. Sueton. Oth. cap. I. *propinquitatium,* quomodo ex MSS. adnotarunt Salmaſius & Obſopacus, cujus collata ad Roberti Stephani Ed. an. 1543. V. Cel. Michael Richey pro amore, quo in bonas litteras & in nos fertur, nobis olim ex inſtructiſſima Bibliotheca ſua conceſſit. Sic obuium in antiquis Inſcriptionibus *hereditatium.* Noſter Epiſt. XXX. n. 1. *utrum per publicos* civitatium *ſervos,* ut ex Aldo fuit reſtitutum. Plura pete, ſi lubet, ex Lib. VIII. Epiſt. XXIV. n. 2. Ceterum ego quidem non perſpicio, quid velint Voſſ. & Jo. de Tridino, reciſis vocibus aliquibus ita exhibentes: *dum neque merum civitatum* cet. *Dum* hoc loco interpretandum eſt pro dummodo. Exempla dabunt non parvo numero V. C. Burmannus ad Phaedr. III. Fab. X. vs. 13. & Corte ad Salluſt. Cat. cap. V. n. 6. Longolius.

4. *Quibus de cauſis è Senatu a Cenſoribus ejiciantur.*] Id eſt, ejici debeant. Sequenti Epiſt. *Conſulentibus an legerent in Senatum,* id eſt, legere deberent. Virgilius: — *at tu dictis Albane maneres,* id eſt, manere deberes. Buchner. Vide Perizon. ad Sanct. Minerv. I. cap. VIII. not. 5. Sed non negligendum puto, nam quoque levia ſaepe ad elegantem ſtilum haud parum conferunt, quod obferunt Voſſ. & vetus editio: *quibus de cauſſis* ſenatu cenſoribus *ejiciantur.* Haec a Plinii manu eſſe, vix dubito, ideoque etiam in textum recepi. vulgo: *quibus de cauſſis* e *ſenatu* a *cenſoribus ejiciantur.* Poſteriorem praepoſitionem *a* hinc recte exſulare, nemo haerebit, cum pluribus locis per hunc commentarium ejectam legerit. Satis erit adiiſſe notas ad Epiſt. XLIII. n. 1. & Epiſt. CIV. &, quaeſo, cur non dicatur *quis cenſoribus ejectus,* cum legatur *iisdem electus,* Epiſt. LXXXIII. n. 3. Nec eſt, quod alteram praepoſitionem *e* vindices. Occurrit quidem eadem paullo

bus de cauſis ſenatu [1] cenſoribus ejiciantur, inter quas nihil de cive
2 alieno cavetur. Inde me quidam ex cenſoribus conſulendum putave-
3 runt, an ejicere deberent eum qui eſſet alterius civitatis. Ego, quia lex ſicut adſcribi civem alienum vetabat, ita ejici e ſenatu ob hanc cauſam non jubebat: praeterea [2] quia ab aliquibus affirmabatur mihi, in omni civitate plurimos eſſe buleutas ex aliis civitatibus, futurumque, ut multi homines, multaeque civitates concuterentur ea parte legis, quae jampridem [3] conſenſu quodam exoleviſſet: neceſſarium exiſtimavi conſulere te, quid ſervandum putares. Capita legis his literis ſubjeci.

CXVI. Trajanus Plinio.

Permittit eſſe in ſenatu, qui jam adlecti fuerant, vetat in futurum alienum aliquem adſcribi.

Merito haeſiſti Secunde cariſſime, quid [4] a te reſponderi oporteret cenſoribus conſulentibus, an legerent in ſenatum aliarum civitatium, ejusdem tamen provinciae cives. nam & legis auctoritas, & longa conſuetudo

lo poſt n. 3 ubi libri nihil mutant, neque tamen alteram lectionem temere reiicio. Quid notius *movere*, *ſummovere ſenatu*, *ordine*. Plinius Lib. II. Epiſt. XII. n. 2. *Cornutus Tertullus cenſuit* ordine movendum. Vellejus Paterculus Lib. I. cap. X. extr. *Cn. Fulvius* ſenatu motus eſt ab iis cenſoribus. Tranquillus Jul. cap. XLIII. *Repetundarum conuictos etiam* ordine ſenatorio movit. Domit. cap. VIII. *Quaeſtorium virum, quod geſticulandi ſaltandique ſtudio teneretur*, movit ſenatu. ubi pariter Excerpta Leyſeriana, quibus alioquin multum debemus, perperam *movit* a *ſenatu*, fere ut h. l. *ejicere* e *ſenatu*. Sic etiam *movere loco* apud eumdem in Tib. cap. LXIV. item *ſummoveri adminiſtratione*. Jul. cap. XVI. ubi eadem Excerpta praepoſitionem *ab* inſeruerunt. Longolius.

1. *Cenſoribus.*] A cenſoribus, qui etiam in oppidis creabantur, ut teſtantur jurisconſulti, de quorum officio libro IX. multa protulimus. Catan. Vide ad Lib. IX. Epiſt. XIII. n. 16. Oppidanorum tamen maxime fit mentio hoc libro Epiſt. LXXXIII. n. 3. & CXIII. n. 1. Deſunt aliqua in Voſſ. nempe, *inter quas nihil de cive alieno cavetur*, quomodo etiam eſt in principe Editione. Caſaubonus demum & Minos in margine: *quidam cenſoribus*, omiſſa praepoſitione *ex*. Incongrue Lib. I. Epiſt. III. n. 2. unus ex *multis*. Et cui non ſexcenta ejusmodi ſuccurrerent.

2. *Quia* ab *aliquibus.*] Sic omnes libri, tam veteres quam recentiores, excepto Voſſ. codice, quem ſecutus eſt primus harum epiſtolarum editor, & Veenhus. quibus deficit praepoſitio. De buleutis vid. ad Epiſt. XLVIII. n. 5.

3. *Conſenſu*] Modeſtinus: *omne jus aut conſenſus fecit, aut neceſſitas conſtituit, aut firmavit conſuetudo* Idem. Voſſ. & Jo. de Tridino *conſenſui*, & paullo ante *pars* pro *parte*.

4. A *te*] Voſſ. & prima Ed. hic iterum a reliquis omnibus diſcedunt, in quibus invenimus ad *te*, manifeſto vitio & contra mentem Trajani, immo etiam Plinii, qui haerebat, quid ſervandum, quidque eum conſulentibus reſcribendum. Multo deterius eſt eorumdem, quod mox ſequitur, *temporibus* pro *cenſoribus*. Nec magis probamus, omittere ſtatim *legerent*, quod nullo modo abeſſe poteſt. Caſaubonus & Cl. Minos pro *oporteret* in margine *oportet*. Poſtremo bis per hanc epiſtolam ſcripſimus *civitatium*, cujus rationem antecedente epiſtola n. 1. dedimus. Longolius.

1. *No-*

tudo uſurpata contra legem, in diverſum movere te potuit. Mihi hoc temperamentum ejus placuit, ut ex praeterito nihil [1] novaremus: ſed manerent, quamvis contra legem adſciti, quarumcunque civitatium cives: in futurum autem lex Pompeja obſervaretur, cujus vim ſi retro quoque velimus cuſtodire, multa neceſſe eſt perturbari.

CXVII. Trajanus Plinio.

De diviſione ſportularum.

Dubitat ex invitatione multorum ad ſolennia officia, inter Bithynos factionem & diſcordiam orituram.

QUI virilem togam ſumunt, [2] vel nuptias faciunt, vel ineunt magiſtratum, [3] vel opus publicum dedicant, ſolent totam bulen, atque

1. *Novaremus.*] Ne quidem haec vox a corruptione potuit eſſe vacua. Prima enim editio cum Voſſ. *noveremus*, quod originem traxiſſe videtur ex Catanaei *moveremus*, quomodo ille legiſſe videtur, & adhuc viſitur in margine Ed. Casauboni & Minois. Sed tamen illud vindicat Imperator Epiſt. LXXXIV. *hactenus edicto divi Auguſti* novatam *eſſe legem Pompejam.* ubi vide. *Cuſtodiuntur leges*, ſi, ut par eſt, accurate obſervantur. Plin. Paneg. LXV. n. 2. *non ignarus alioqui, nemini religioſius, quod juraverit*, cuſtodiendum, *quam cujus maxime intereſt, non pejerare.* cet. Lib. VIII. Epiſt. X. n. 1. *dum ſe praegnantem eſſe puellariter neſcit, ac per hoc quaedam* cuſtodienda *praegnantibus* omittit, facit omittenda. ubi alia adſcripta fuerunt. Epiſt. XVI. n. 1. *quod permitto ſervis quoque quaſi teſtamenta facere, eaque*, ut legitima, cuſtodio Longolius

2. *Vel nuptias faciunt.*] Uſurpatur haec formula duobus modis: cum de ipſa pompa & ſolemnitate nuptiali, qua palam fit; tum de συνουσίᾳ, cum nova nupta novusque maritus in coetum conveniunt, ut cum Auſonio in Periochis Homericis loquar. De ſportulis autem nuptialibus ſaepe eſt apud Symmachum, ut Lib. IV. Epiſt. XIV. LV. & Lib. V. Epiſt. XXIV. & Lib. IX. Epiſt. LXXVII. LXXXVIII. XCVIII. Cumque maxima hominum caterva cupide ſportulis inhiantium convolare ſoleret, (qua aviditate etiam ſui temporis nobiles laboraſſe ſignificat Ammianus Marcellinus Lib. XXIV.) hinc fiebat, ut magna vis pecuniae in eam diſtributionem inſumenda eſſet: ſicut Appulejus Pudentillam ſuam in Apologia multo omnium doctiſſima ſcribit quinquaginta millia nummûm in eam rem erogaſſe. Quocirca multi, ut hoſce immanes ſumtus, qui in urbibus & magna celebritate hominum occaſione ſportularum nuptialium faciendi erant, evitarent, in villas ſuburbanas ſecedentes, ibi nuptias facere ſolebant. Vide Franc. Juret. Doctiſſ. Miſcell. ad Symmach. Lib. IV. Epiſt. LV. & Scipionis Gentilis Commentar. in Apolog. Appuleii pag. 417. ſeq. Uterque hunc etiam Plinii noſtri locum laudat. Rittershus. Ex Noſtro tibi nota Lib. V. Epiſt. XVI. n. 6. & Lib. I. Epiſt. IX. n. 2. ex quo ultimo loco ſimul quoque diſces, vocatos fuiſſe amicos, cum quis virilem togam ſumeret.

3. *Vel opus publicum dedicant.*] *Dedicare opus*, eſt ejus perfecti & conſummati uſum auſpicari ſolennius; inprimis convivio praebito: quod & hic factum, verbum *vocare*, item *invitationes* quarum meminit, ſatis oſtendunt. Trebellius de Tetrico Juniore in XXX. Tyrannis: *Tetricorum domus hodieque extat in monte Caelio, &c Quam cum dedicaſſent, Aurelianum ipſum dicuntur duo Tetrici adhibuiſſe convivio.* Hinc eleganter hoc verbum ad alias res tranſlatum fuit, quae primum inſtituuntur. Hieronymus ad Salvinam de Cornelio Centurione. *Qui primus ab Apoſtolo baptiſatus ſalu-*

atque etiam e plebe non exiguum numerum [1] vocare, binosque denarios vel ſingulos dare, quod an [2] celebrandum, & quatenus putes,
2 rogo ſcribas. Ipſe enim, ſicut arbitror, [[3] non imprudenter,] praeſertim ex ſolennibus cauſis, [4] concedendum juſſi invitationes: ita vereor, ne ii, qui mille homines, interdum etiam plures vocant, modum excedere, [5] & in ſpeciem diamoeries incidere videantur.

CXVIII.

ſalutem gentium dedicavit. Idem de Melchiſedeco: *qui jam tunc in typo Chriſti panem & vinum obtulit, & myſterium Chriſtianum in Salvatoris ſanguine & corpore dedicavit.* Sic P. Chryſologus, Stephanum protomartyra, *martyrium dedicaſſe* ait Sermone CLIII. Buchner. Gryphius a *plebe.* Sed quis ita? Plebs hic eſt, quam Auctor Epiſt. CXI. *Eccleſiam* dicit, quae τῇ βουλῇ opponitur.

